PLOTINI

Platonicorum facile coryphæi

OPERVM PHILOSOPHICORVM OMNIVM

LIBRI LIV. IN SEX ENNEADES DISTRIBVTI

Ex antiquiß. Codicum fide nunc primùm Græcè editi, cum Latina MARSILII FICINI *interpretatione & commentatione.*

BASILEAE
AD PERNEAM LECYTHVM
M D XXC.

G10224

AMPLISSIMIS VIRIS CONSVLIB. ET SENATORIB. ILLVSTRIS. REIP. NORIMBERGENSIS S.

PERuulgatum est Platonis illud, Patres amplissimi, tum demũ beatas fore Respu. si vel Philosophi regnent, vel reges philosophentur. Nam cũ recta Politię administratio à perfecto rationis vsu tota pẽdeat, & iuxta Aristotelis sententiã virtute & sapientia excellentissimus tacito totius naturæ consensu imperio vniuersi sit dignissimus: vt soli Deo hominiq; Christo opt. max. hocce decus per se cõuenit, ita participatione quadam ijs, quos ille suos in terra vicarios esse voluit, eosdemq; Deorum nomine cohonestauit. Hos ipsos autem cùm peculiari quadam sorte ad rectè imperandum excitare, vocare & erudire consueuerit, id quod Mosis, Iosuei, Gedeonis, Iephthę, Samsonis, Machabæi, & similium exempla docent: tum verò populari ratione bonus ille bonæ naturæ auctor mentibus omniũ hominum rectè viuendi inscriptas regulas spiritus sui efficacia in quibusdã ad imperandum natis, & aureas proinde animas ex Platonis opinione habentibus, explicare & illustrare solet: vt quẽadmodum essentiæ suæ, ita veritatis quoque & virtutis, quantum eius fas est, participes faciat. Duæ profectò virtutis atque veritatis sunt normæ, Auctoritas sacra, ratione æterna constans, & ratio profana, auctoritate mortali nitens. Quarum illa Theologię non fucato nomine gaudens, solis splendidissimi instar humanæ mẽtis tenebras omnes vel sola depellere & illustrare potest: sed ijs solis conceditur, qui singulari Numinis benignitate diuinorum oraculorum reuelationem lege Mosaica delineatam primùm, lege deinceps Euangelica explicatam obtinuere. Hæc verò, quam à Sapientis Dei imitatione philosophiam dixere, reliquias humani naufragij colligens, naturæ incorruptę legem indagatur: dumque turpitudinem hominis aduentitiam intelligit & deplorat, ad pulcritudinis natiuæ ideam, si non agendo, saltem contemplando euadere nititur. sed conatu etiam isto frustrata, dum quid sibi desit agnoscit, causam interim morbi ignorat, neque illius depellendi rationem vllam videt, ad auctorem naturæ bonum, suamq; bonitatem nemini inuidentem tota conuertitur, vt cui ortus sui principia debet, ab eo quoque restitutionis & conseruationis suę adiumenta suppliciter deuoteq; petat. Hunc philosophiæ suæ fi-

nem Socrates, Apollinis oraculo ſapientiſſimus omnium mortalium iudicatus, conſtituit, quando ad ſummum illud bonum
atque pulcrum omnia referre docuit, & philoſophiā mortis com
mentationem eſſe definiuit: ſed & philoſophiam, inter omnia
ea quæ à Dijs accepimus, principatum obtinere, aſſerere nō dubi
tauit: hoc vno deceptus, quòd Auctoritatis diuinæ ignorantia (etſi
hanc ipſam fortaſſis extra humanorum donorum cenſum poſitā
eſſe tacitè inſinuauit) rationi, quæ tamen in ſecundis tantùm
connumerari debet, primas aſſignauit. Iam verò cū ratio ipſa hu-
mana (nam diuina, quæ oculos hominū veluti noctuarum ſplen
dore ſuo hebetat penitus, & offuſcat) ex ſingularium hiſtoria &
obſeruatione vniuerſalem theoriam & contemplationem de-
ducat: obſeruatio rurſus nec breui tempore nec ab vno aliquo
fieri queat: ni ſupellectile profectò rationis, vt ita loquar, cōparan
da experiētiā famulari & obſtetricari, adeoq; Auctoritatē eorū, qui
cum ratione obſeruata inuenerunt, inuenta conſtituerunt, conſti
tuta docuerunt, maximi faciendā eſſe, conſtans naturæ ordo per-
ſuadet. Quocirca admirabilis ille naturæ myſtes & interpres Ari-
ſtoteles, qui nihil in intellectu eſſe aſſerit, quod non prius in ſenſu
fuerit, τὸν μανθάνοντα πιστεύειν oportere pronunciauit. Etſi enim ho-
minem philoſophum rationis & orationis libertas, nulli aucto-
ritati dedita, ſoli veritati addicta, deceat: eadem tamen ipſa paucos
tantùm, quos æquus amauit Iuppiter, quiq; auctoritatem omnē
diuinæ mētis perſpicacia ſuperauerint, cadere poteſt: mediocrib.
interim, quorum eſt pars maxima, opinionib. anteceſſorū ſuorū
ſeruire multo conſultius fuerit, quā inconſiderato libertatis ſtu-
dio, repudiata maiorum auctoritate, κενοδοξίας tyrannidem inuade
re. Atque vt Indorum Germanas atque Brachmanas, Aegyptio-
rum ſacerdotes, Chaldæos Babyloniorum, Scytharum Tarabo-
ſteſcos, Germanorum atq; Gallorum Druidas omittamus: vete
rum certè Græciæ philoſophorum ſcholas duas celeberrimas, Io
nicam iam inde à Thalete ad Epicurum, Italicam à Pythagora ad
Socratem vſq; deductas, auctoritati plurimum tribuiſſe, & dum
rationis veſtigia ſectantur, ſubinde in auctoritatis pomœria defle
xiſſe, vel Pythagoreum illud, αὐτὸς ἔφα, ſatis ſuperq; conuincit. So-
crates quidem, cùm philoſophiam mutilatam in integrum reſti-
tuere, nec naturę tantùm obſcuritatem, ſed & morum improbi-
tatem indagare, eiuſdēq; reparandę modum quærere inſtitiſſet,
propter philoſophandi elegantiam & vitæ ſanctimoniā ex ſe po-
ſteriorum philoſophorum colonias varias propagauit: dum quæ
ab illo virtutis & veritatis naturalia ſemina hauſerant, vel rectius
intelligere, vel diligentius excolere, ſolertes diſcipuli ſtuduere.
Hinc

Hinc adeò Academicorum philolosophorum secta à Platone, Cynicorũ ab Antisthene, quę mox Stoicã quoq; ex se produxit, constitutæ fuerunt. Platonis discipulus Aristoteles, Peripateticã coloniã metropoli sua ob ordinis methodiq; lucem tot iam seculorum perpetua successione neutiquã inferiorem in Lyceũ deduxit. Academiæ interim veteris nomen & dignitatẽ Speusippus cum successoribus conseruauit, Arcesilaus mediam, Lacydes nouam inuexit. Turbata postmodum vnà cũ imperio Atheniensis scholæ constitutione: suis excita natalibus per totam primò Græciam, deinde etiã per Italiã ramos suos Academia præ cęteris sectis spargere cœpit: tãta cœli soliq; benignitate, vt viui radices istæ in latissimas syluas excreuerint: & posteaquã Græcia capta, ferũ victorẽ cepit, vt ille ait, Platonicæ philosophiæ seges Romæ imprimis fuerit amplissima: non viua tantũ traditione, sed & scriptis doctissimorum hominum mirificè contestata & celebrata. Id quod vnus Plotinus Lycopolita, quẽ hìc in scenam literariam cultiorẽ, elegãtiorẽq; producimus, Ammonij Alexandrini summi philosophi ab anno ętatis xxiix. quo primũ ad philosophiã accessit, per annos vndecim diligens auditor, Origenis & Erennij condiscipulus, docere potest. Cõuenerat inter eos iam olim, ne acroamatica præceptoris dogmata ederent, sed ore tãtũ legitimis auditorib. ea cõmunicando, auctoritatem scholæ tuerentur. At postquã prior Erennius, deinde Origenes fidẽ fefellit, sed & quia auditores Plotini, quorũ per an. 26. Romæ & multos & eruditos habuit, sine dogmatum anagnosi solã acroatin tumultuariam sequebantur: vix tandẽ Plotinus quadragenario maior ad LXVI. ætatis annum, qui secũdus fuit Claudij II. Imp. vtriq; certè fatalis, ad scribendũ animum appulit. Cuius vitam cum Porphyrius diligẽter & copiosè sit persecutus, nõ est cur nos actũ agamus: sed illud vnũ animaduertamus, Plotinum in ea tempora incidisse, quibus Philosophia profana Christiano religionis tunc longè lateq; emergentis æmulatione excita, veritate insuper dogmatũ coacta, facillimè Christi iugum subire potuisset, nisi ambitio & improbitas eorum, qui barba pallioq; tenus philosophabãtur, sapientiæq; opinione turgidi, imperitis & idiotis parere turpissimũ esse ducebãt, obstitisset. Illi enim cũ auctoritatẽ sapientiæ profanæ, tueri studerent, obseruarent interim nõ tã rationũ subtilitate, quã morũ sanctitate, & miraculorũ frequẽtia pietatẽ Christianã niti: ipsum Acheronta mouere nõ dubitarunt, hoc est sub prætextu philosophiæ humanæ Magiã in subsidiũ aduocare. Itaq; post Apollonium Tyanęũ (cuius admirãdis præstigijs astutissimus cacodæmon Christi Opt. Max. miracu

lorum auctoritatē labefactare, eidēq; hunc velut antagonistā opponere conatus est) Iulianus Chaldęus, Thaumaturgus dictus, Iamblichus Chalcidensis, Maximus Ephesius, Libanius sophista, Amelius & Sopater Apamenses, Aedesius Cappadox, Chrysanthius Lydius, & impius ille Porphyrius è Tyro, cum blasphemo Proclo Lycio, philosophicā laruā impiæ magiæ induxere. Quæ sanè res fecit, vt cùm D. Paulus ab inani philosophia pios abstinere serio præcipiat, Christianæ religionis sectatores eo seculo non modò philosophos, & meritò quidem, sed & philosophiā ipsam licet immerentem, impietatis damnarēt: eoq; res redijt, vt Magię odio Theologia diuina Philosophiæ sinceræ famulatu atq; ministerio tam honorario quā necessario penitus exueretur. Sed cùm quo res quæq; præstantior est, eo abusus eius deterior esse soleat: diligenter hęc à se inuicem destinguenda fuerant, ne quod moribus hominum debebatur, ipsi arti imputaretur. Rectius ij, (inter quos Melito Sardensis episcopus, Frontonis philosophi discipulus, Pātenus item Alexandrinus Stoicus; cum Clemente Alexandrino, & Alexandro Hierosolymitanorum episcopo, discipulis, Quadratus pariter, & Aristides Atheniensis, Iustinus martyr, Cyprianus Carthaginensis, magus prius quā episcopus, Origenes insuper Aegyptius, cum multis alijs) qui vanitate philosophica reiecta, veritatem philosophicam, reuelatæ veritati subancillari coegere, adeoq; auri Aegyptij vetitum alioqui vsum ad veri Dei cultum traduxere, tanto successu, vt Iulianus Apostata hanc vnā extirpandi Christianismi rationē esse putarit, si ab ethnicorū literis arcerentur pij, ꝙ hisce instructi, multo probabilius & efficacius veritatē ipsam tuerentur, suismetq; armis impios conficerent. Etsi verò absurdū videtur, homines à Deo auersos, veræque pietatis ex professo hostes, ad vllam sinceræ veritatis licet profanę cognitionē peruenire potuisse: at magna est æterni illius bonorū datoris indulgentia, qui vt sole suo impios ęquè ac pios illustrat, ita vatib. ethnicorū, admirando consilio, multo clariores de Messia reuelationes dedit (sicut ex Sibyllinis cōstare potest) quàm ipsis met Iudęorū prophetis. Ergo vt impiè de religione nostra reuelata Plotinus senserit, fortassis quoq; eandē magico conatu oppugnarit (etsi in duce illius eliciendo, nō dęmonem, sed Deum Aegyptio sacerdoti apparuisse, Porphyrius nugetur) at in eo philosophiæ genere, quod rationi humanæ consentaneū, & naturæ, hoc est Dei operū, in quouis entiū genere cognoscēdæ exprimendæq; æmulū existit, post Platonē eximius fuit: adeoq; si, quod quidā inquit, Platonici paucis immutatis Christiani fieri possunt: Plotinus certè,

te,qui multo accuratius & diligentius dogmata Platonica & scrutatus est, & interpretatus,primũ inter hosce locũ meruerit,cùm si cum reliquis eiusdem professionis comparetur, non minus θεῖος appellatiõe dignus videatur, quã Plato olim,cũ Aristotele δαιμόνιος collatus. Quòd si uerò uel quia noluit,vel quia numinis benignitate destitutus ad ęternæ pietatis cognitionẽ peruenire nõ potuit: at nos,quibus liberalior diuini spiritus gratia affulsit, philosophiam eius naturæ rectæ cõsentaneã,& eatenus à diuina Auctoritate non alienam, Theologiæ subancillari cogamus: ipsosq; naturæ thesauros in contemplãdo simul & agendo ex penetralib. hisce erutos,ad Dei vnius gloriã, referre,& in luce illius, qui omnẽ hominem sed dispare modo illuminat, aquiescere discamus.

Hoc sanè cõsilio,V V.clarissimi,Plotinũ,qui ante aliquot annos ex officina nostra, Marsilio Ficino interpretante prodierat, quatuor Græcorum exemplarium manuscriptorum, trium quidem Italicorum,quarti uerò Io. Sambuci Tirnauiensis, Cæsaris Historici,liberalitate literaria priuatis omnibus præferendi,principibus etiam plerisq; cõferendi, fide ac subsidio,sua nunc lingua loquentẽ & auctiorẽ & emendatiorẽ dare uoluimus:ut philosophiæ Platonicæ, h.e. quæ Christianæ religioni maximè affinis est, & cognoscẽdæ, & iudicandæ,& ad usum ueræ pietatis traducendæ, utriusq; linguæ studiosis potestatem faceremus: cùm ea sententiarum vbertate & uerborum breuitate scateat,vt interdum ex Græcis rectius quàm ex Latinis intelligi queat,nullò quidem interpretis uitio, sed ob rei ipsius obscuritatẽ, & linguæ proprietatem. Hunc eundem uerò auctorem uestræ potissimum Reip. Patres amplissimi, offerre volui, ut quando similitudo parit amicitias,princeps philosophus,idemque veritatis & virtutis in suo genere doctor eximius: sub illius Reipublicè titulo ac patrocinio prodiret, quę

Inter Teutoniæ tantum caput extulit vrbes,
Quantum lenta solent inter uiburna cupressi

quęque multorum iam annorum constante successione, & Corinthiam opulentiam, & optimam disciplinam, Spartana multò sanctiorem,in media Germania expressit,diuturnaq; benignitate inter tot libertatis insidiatores fortiter cõseruauit. Sed ut hæc auita sunt ciuitatis uestrę encomia,ita quod nunc dicendum uenit, uobis,bonorum parentum generosę posteritati,proprium: quòd non minus regio, quàm philosophico animo, hoc tempore, quo plerosq; uel turpi uel inani otio,ne quid grauius dicã,politijs incubare uidemus, Academiam Altorfensem institueritis, & doctiss.

uirorum amplifs. ftipendijs euocatorum, eruditione ac uirtute ita conferuādam curaueritis, vt in pofterum inclytam Germanię Norimbergam, non modò probatiſſimarum pretioſiſſimarumque mercium, ſed & optimarum laudatiſſimarumq; artium emporium, Chriſtianus orbis & admiraturus ſit, & celebraturus. More ueteris militiæ Romanę boni nominis ominiſq; miles primus legi, & Caſtrenſi catalogo inſeri conſueuerat. Vos itidem, Viri omnium ordinum clariſsimi, Academicorum principem Plotinum, meæ erga Remp. ueſtram veteris obſeruantiæ, erga Academiam nouæ beneuolētiæ teſtem atque uadem, qua ſoletis, humanitate, excipite, & me Academicorum omnium communem obſtetricatorem in ueſtram deinceps Clientelam ſuſcipite. Valete Germaniæ lumina atque columina. Baſileæ A.D. VI. KL. Sept. anno Chriſtiano M. D X X C.

V A

addictiſsimus

Petrus Perna Typographus Baſilienſis.

MARSILII FICINI
FLORENTINI IN PLOTINVM
AD MAGNANIMVM LAVRENTIVM MEDICEM PATRIÆ SERVATOREM,

Procemium.

MAGNVS COSMVS, Senatusconsulto patriæ pater, quo tempore Concilium inter Græcos atque Latinos sub Eugenio pontifice Florentiæ tractabatur, philosophum Græcũ nomine Gemistum, cognomine Plethonem, quasi Platonẽ alterum, de mysterijs Platonicis disputantem frequenter audiuit. E cuius ore feruenti sic afflatus est protinus, sic animatus, vt inde Academiam quandam alta mente conceperit: hanc opportuno primùm tempore pariturus. Deinde dum conceptum tantum magnus ille Medices quodammodo parturiret, me electissimi medici sui Ficini filiũ, adhuc puerum, tanto operi destinauit, ad hoc ipsum educauit indies: operam præterea dedit, vt omnes nõ solũ Platonis, sed etiã Plotini libros Græcos haberẽ. Posthæc autẽ anno millesimo quadringentesimo sexagesimotertio, quo ego trigesimũ agebã ætatis annum, mihi Mercurium primò Termaximum, mox Platonem mandauit interpretandum. Mercurium paucis mensibus eo viuente peregi: Platonem tunc etiam sum aggressus. Etsi Plotinum quoque desiderabat, nullum tamen de hoc interpretando fecit verbum: ne grauiore me pondere semel premere videretur. Tanta erat viri tanti erga suos clementia, in omnes tanta modestia. Itaque nec ego quidem quasi necvates aggredi Plotinum aliquando cogitaui. Verùm interea Cosmus, quod viuens olim in terra reticuit, tandem expressit, vel potius impressit ex alto. Quo enim tempore Platonem Latinis dedi legendũ, heroicus ille Cosmi animus heroicã Ioannis Pici Mirandulæ mentem nescio quomodo instigauit, ut Florentiam, & ipse quasi nesciens quomodo, perueniret. Hic sanè quo anno Platonem aggressus fueram natus, deinde quo die, & fermè qua hora Platonem edidi, Florentiam veniens, me statim post primam salutationem de Platone rogat: huic, Equidẽ Plato noster, inquã, hodie liminibus nostris est egressus. Tunc ille, & hoc ipso vehementer congratulatus est: & mox nescio quibus verbis, ac ille nescit quibus, ad Plotinum interpretandum me non adduxit quidem, sed potius concitauit. Diuinitùs profectò videtur effectum, vt dum Plato quasi renasceretur, natus Picus heros sub Saturno suo Aquarium possidente, sub quo & ego similiter anno prius trigesimo natus fueram: ac perueniens Florentiam, quo die Plato noster est editus, antiquum illud de Plotino herois Cosmi votum mihi prorsus occultum, sed sibi cœlitus inspiratum, idem & mihi mirabiliter inspirauerit. Quoniam verò nunc circa philosophandi officium diuinam attigimus prouidentiam, operæprecium videtur, vt eam paulo latius prosequamur. Non est profectò putandum, acuta, & quodammodo philosophica hominum ingenia vnquam alia quadam esca, præterquã philosophica, ad perfectam religionẽ allici posse paulatim, atq; perduci. Acuta enim ingenia plerunq; soli se rationi committunt, cumq; à religioso quodam philosopho hanc accipiunt, religionem subitò communem libenter admittunt: qua quidem imbuti, ad meliorem religionis speciem sub genere comprehensam

facilius traduntur. Itaque non absque diuina prouidentia, volente videlicet, omnes pro singulorum ingenio ad se mirabiliter reuocare, factum est, vt pia quædam philosophia quondam & apud Persas sub Zoroastre, & apud Aegyptios sub Mercurio nasceretur, vtrobiq; sibimet consona. Nutriretur deinde apud Thraces sub Orpheo atque Aglaophemo. Adolesceret quoq; mox sub Pythagora apud Græcos & Italos, tandem verò à diuo Platone consummaretur Athenis. Vetus autem Theologorũ mos erat, diuina mysteria cum mathematicis numeris & figuris, tum poeticis figmẽtis obtegere: ne temerè cuilibet communia forent. Plotinus tandem his Theologiam velaminib. enudauit, primusq; & solus vt Porphyrius Proclusq; testantur, arcana veterũ diuinitus penetrauit: sed ob incredibilem cũ verborũ breuitatem, tũ sententiarũ copiã, sensusq; profunditatẽ, non translatione tantũ linguæ, sed cõmentarijs indiget. Nos ergo in Theologis superiorib. apud Platonem atq; Plotinũ traducendis & explanandis elaborauimus, vt hac Theologia in lucem prodeunte, & poetæ desinant gesta mysteriaq; pietatis impiè fabulis suis annumerare: & Peripatetici quã plurimi, id est Philosophi penè omnes admoneantur, non esse de religione saltẽ cõmuni, tanquam de anilib. fabulis sentiendũ. Totus enim fermè terrarũ orbis à Peripateticis occupatus in duas plurimũ sectas diuisus est Alexandrinã & Auerroicã. Illi quidem intellectũ nostrũ esse mortalẽ existimant, hi verò vnicũ esse contendunt: vtriq; religionẽ omnẽ funditus æquè tollunt, præsertim quia diuinam circa homines prouidentiam negare videntur, & vtrobiq; à suo etiam Aristotele defecisse. Cuius mentem hodie pauci præter sublimẽ Picum Complatonicũ nostrũ ea pietate, qua Theophrastus olim & Themistius, Porphyrius, Simplicius, Auicenna, & nuper Plethon interpretantur. Si quis autem putet tam diuulgatam impietatẽ, tamq; acrib. munitã ingenijs sola quadã simplici prædicatione fidei apud homines posse deleri, is à vero longius aberrare, palàm re ipsa procul dubio conuincetur: maiore hic admodũ opus est potestate: id autem est vel diuinis miraculis vbiq; patentib. vel saltem philosophica quadã religione philosophis eam libentius audituris, quandoq; persuasura. Placet autem diuinæ prouidentiæ his seculis ipsum religionis suæ genus autoritate rationeq; philosophica confirmare, quoad statuto quodam tempore verissimã religionis speciem, vt olim quandoq; fecit, manifestis per omnes gentes confirmet miraculis. Diuina igitur prouidentia ducti diuinũ Platonem & magnũ Plotinum interpretati sumus. Platonem quidem ipsum misimus ad te iamdiu, vt apud eum aliquando reuiuisceret, in quo reuixit Cosmus, atq; renatus adoleuit ad votũ, & feliciter floret adultus. Plotinũ verò nunc & si iure missuri sumus, nõ tam mittimus quidẽ, quã spectamus ad tuas ædes vltrò & alacriter properantẽ, tanquã ab ipso Platone, velut ferrũ à lapide quodã Herculeo raptũ, vt penes te Magnanime Laurẽti vnice literatorũ patrone vnà cũ Platone suo felicissimè viuat. Audi ergo feliciter Plotinũ de omnib. philosophiæ mysterijs apud te cũ Platone loquentẽ: sed antequàm hunc auscultes, Porphyrius pius eius discipulus tibi auscultandus erit, vitã, mores, gesta magistri, & breuissimè simul & verissimè narrans. Cuius historiã Angelus Politianus noster alumnus tuus, acerrimo vir iudicio tam oratoriam quàm philosophicam esse cẽset: propterea tibi admodum placituram. Denique non solum audi feliciter, sed etiam felicissimè viue. Et quantum nos amas dilectissime Laurẽti, tantum precor nostrum ama Valorem, Philippum inquam egregium virum, & Platonicæ sapientiæ studiosum, & te ardenter amantem.

PLOTINI

EXHORTATIO MARSILII FICINI FLORENTINI AD AVDITORES, ET LEGENTES PLOTINVM.

PRincipiò vos omnes admoneo, qui diuinum audituri Plotinum huc acceditis, vt Platonem ipsum sub Plotini persona loquentem, vos audituros existimetis. Siue enim Plato quondam in Plotino reuixit: quod facile nobis Pythagorici dabunt, siue Dæmon idem Platonem quidem prius afflauit: deinde verò Plotinum, quod Platonici nulli negabunt: omnino aspirator idem os Platonicum afflat, atq; Plotinicum. Sed in Platone quidē afflando spiritū effundit uberiorem: in Plotino autem flatum angustiorem: ac ne augustiorem dixerim, saltem non minus augustū, nonnunquam fermè profundiorem. Idem itaque numen per os vtrumq; humano generi diuina fundit oracula: utrobique sagacissimo quodam interprete digna: qui ibi quidem in euoluendis figmentorum incumbat inuolucris: hîc verò tum in exprimendis se cretissimis vbiq; sensibus, tum in explanandis verbis quābreuissimis diligentius elaboret. Mementote præterea vos haud quaquā vel sensu comite, vel humana ratione duce, sed mente quadam sublimiore excelsam Plotini mentem penetraturos. Profectò (ut Platonicè loquar) cæteros homines rationales animos appellamus: Plotinum verò nō animū, sed intellectū. Sic omnes eum philosophi, suo seculo, præsertim Platonici, nominabant. Atque vtinam in mysterijs huius interpretandis, adminiculum Porphyrij, aut Eustochij, aut Proculi, qui Plotini libros disposuerunt, atq; exposuerunt, nobis adesset. Spero tamen id quod admodum feliciùs est, diuinum auxilium in traducendis explicandisque diuinis Plotini libris Marsilio Ficino non defuturum. Sed iam cœlestibus hinc auspicijs & nos ad transferendum primum Plotini librum, & argumento breuiter exponendum, reliquosq; deinceps, feliciter accedamus. Et vos Platonem ipsum exclamare sic erga Plotinum existimetis: Huc vos ad dilectum discipulum meum accurrite: ipsumq; audite

MARSILIVS FICINVS
Magnanimo Petro Medici
S

CVm Idibus Nouembribus in agro Caregio vnà cum Magnò Laurentio Medice deambularem, multaq; Platonis mysteria vltrò citroq; interpretaremur, decidi fortè inter loquendum è sapientia in fortunā, cœpiq; hanc acrius incusare: quòd Platoni lucem affectanti, seculis iam multis obstiterit. tum ille, Noli inquit Marsili, Platonem nostrum infortunatum dicere, nisi forsan me fore putes infortunatum. Sermonem quidem tunc nostrum his dictis absoluimus. Sed nunquid mortis causa deinde secutæ Laurentium liceat infortunatum existimare? simulq; Platonis fortunam funditus corruisse? Absit, vt animum illum minus felicem putem, quem è corporis compedibus euolantem, nouo quodam applausu lætus æther exceperit, grandiore stella in Laurentiana tecta cadente: mirisq; flammis ex alto per Careginos agros triduo coruscantibus. Sed biduo ante obitum Iupiter rubente dextera sacras iaculatus arces, terruit orbem, mox orbam tanto patre futuram. Terruit hostes: graue ne quid forsan aduersus inuictam domum Mediceam molirentur. Itaque nec Laurentius Heros, nec heroicus Petrus Laurentij filius, ob ea quæ nuper contigerunt, minus posthac felix est iudicandus: nec propterea Plato noster infortunatus. Cuius caput hactenus salutari prorsus vmbra Lauri fouebatur. Nunc pedes iam firmissima petra nituntur. Plotinus deniq; manibus nunc tuis apprehensus, seniorem interea Platonem pijs humeris substinebat, teq; duce producet in lucem.



Incerti.

Mores, ingenium, Musæ, Sophiæq; sepulta est.
Laus hîc cum magni corpore Marsilij.

Incerti.

En hospes hîc est Marsilius sophiæ pater
Platonicum qui dogma, culpa temporum
Situ obrutum, illustrans, & Atticum decus
Seruans Latio dedit: fores primus sacras
Diuinæ aperiens mentis actus numine.
Vixit beatus antè Cosmi munere
Lauriq; Medicis, nunc reuixit publico.

Politiani.

Mores, ingenium, Musas, sophiamq; supremam
Vis vno dicam nomine? Marsilius.

Andreæ Dactij.

Hîc situs est magni sacrum qui dogma Platonis
Marsilius patriæ tradidit & Latio.
Exuuias tellus, cœlestes spiritus oras,
Diua sed & terram fama polumq; tenet.

PLOTINI VITA, EIVSQVE LIBRORVM SERIES, PORPHYRIO AVTHORE, Marsilio verò Ficino Florentino interprete.

Πορφυρίου περὶ πλωτίνου βίου, καὶ τῆς τάξεως τῶν βιβλίων αὐτοῦ.

ΠΛΩΤΙΝΟΣ ὁ καθ' ἡμᾶς γεγονὼς φιλόσοφος, ἐώκει μὲν αἰσχυνομένῳ ὅτι ἐν σώματι εἴη. ἀπὸ δὲ τῆς τοιαύτης διαθέσεως, οὔτε περὶ τοῦ γένους αὐτοῦ διηγεῖσθαι ἠνείχετο, οὔτε περὶ τῶν γονέων, οὔτε περὶ τῆς πατρίδος. ζωγράφου δὲ ἀνασχέσθαι ἢ πλάστου τοσοῦτον ἀπηξίου, ὥστε καὶ λέγειν πρὸς ἀμέλιον δεόμενον εἰκόνα αὐτοῦ γενέσθαι ἐπιτρέψαι. οὐ γὰρ ἀρκεῖ φέρειν ὃ ἡ φύσις εἴδωλον ἡμῖν περιτέθεικεν, ἀλλὰ καὶ εἰδώλου εἴδωλον συγχωρεῖν αὐτὸν ἀξιοῦν πολυχρονιώτερον καταλιπεῖν, ὡς δή τι τῶν ἀξιοθεάτων ἔργων; ὅθεν ἀπαγορεύοντος, καὶ καθεδεῖσθαι ἕνεκα τούτου ἀρνουμένου, ἔχων φίλον ὁ ἀμέλιος, καρτέριον τὸν ἄριστον τῶν τότε γεγονότων ζωγράφων, εἰσιέναι καὶ ἀπαντᾶν εἰς τὰς συνουσίας ποιήσας, (ἐξῆν γὰρ τῷ βουλομένῳ φοιτᾶν εἰς τὰς συνουσίας) τὰς ἐκ τοῦ ὁρᾶν φαντασίας πληκτικωτέρας λαμβάνειν, διὰ τῆς ἐπὶ πλέον προσοχῆς συνείθισεν. ἔπειτα γράφοντος ἐκ τοῦ τῇ μνήμῃ ἐναποκειμένου ἰνδάλματος τὸ εἴκασμα. καὶ συνδιορθοῦντος εἰς ὁμοιότητα τὸ ἴχνος τοῦ ἀμελίου, εἰκόνα αὐτοῦ γενέσθαι ἡ εὐφυΐα τοῦ καρτερίου παρέσχεν, (ἀγνοοῦντος τοῦ πλωτίνου) ὁμοιοτάτην. κοιλιακῇ δὲ νόσῳ πολλάκις καταπονούμενος, οὔτε κλυστῆρος ἠνέσχετο, οὐκ εἶναι πρὸς τοῦ πρεσβυτέρου λέγων ὑπομένειν τὰς τοιαύτας θεραπείας, οὔτε τὰς θηριακὰς ἀντιδότους λαβεῖν ὑπέμεινε. μηδὲ τῶν ἡμέρων ζώων, τὰς ἐκ τοῦ σώματος τροφὰς προσίεσθαι λέγων. λουτροῦ δὲ ἀπεχόμενος, καὶ τρίψεσι καθ' ἑκάστην ἡμέραν χρώμενος ἐπὶ τῆς οἰκίας, ἐπειδὴ τοῦ λοιμοῦ ἐπιβρίσαντος συνέβη τοὺς τρίβοντας αὐτὸν ἀποθανεῖν, ἀμελήσας τῆς τοιαύτης θεραπείας, κατ' ὀλίγον τὴν τοῦ κυνάγχου ἀγριότητα κατασκευαζομένην ἔσχε. κἀμοῦ μὲν παρόντος, οὐδέν πω τοιοῦτον ὑπεφαίνετο. ἀποπλεύσαντος δὲ, εἰς τοσοῦτον ἠγριώθη τὸ πάθος, ὡς ἔλεγεν ἐπανελθόντι εὐστόχιος ὁ ἑταῖρος, ὁ καὶ παραμείνας αὐτῷ ἄχρι θανάτου, ὡς καὶ τῆς φωνῆς περιαιρεθῆναι τὸ τορὸν, καὶ εὔηχον, βραγχῶντος αὐτοῦ. καὶ τὴν ὄψιν συγχυθῆναι, καὶ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας ἑλκωθῆναι. ὅθεν ἐκτρεπωμένων αὐτοῦ τὰς συναντήσεις τῶν φίλων, διὰ τὸ ἀπὸ στόματος πάντας προσαγορεύειν ἔθος ἔχειν,

A PLOTINVS Philosophus nostro seculo singularis; pudore quodam affici videbatur, quòd anima eius in corpore esset. Quũ igitur sic esset affectꝰ, nimirum neq; vnde genus duceret,

Plotinus delicias et inanem gloriã vitamq́; contemnebat: obijt angina, apparuit draco.

B neq; quibus esset ortus parentibus: neq; etiam qua patria oriũdus, æquo animo narrabat. Idẽ tantopere indignabatur effigiem corporis tradere pictoribus & plastis exprimendam, vt cũ Amelius obsecraret, vt imaginem suam permitteret effingi: Quasi verò, inquit, non satis hanc imaginem ferre sit, quam natura nobis ab initio circumdedit: etiam censes imaginis huius imaginem diuturniorem insuper posteris, vt
C opus spectaculo dignum relinquendum? Cum igitur id sedulò denegaret, renueretq; sedendo pictoris operam expectare, Amelius amicũ nomine Carterium pictorem suis temporibus optimum, Plotini scholas ingredi iussit. Licebat enim cuilibet cœtibus ibi disputantiũ interesse. Pictorem igitur assuefecit Amelius longa quadam attentione concitatiores ex intuitu imagines mente concipere. Deinde dum & Carterius ex imagine memoriæ commendata
D similitudinẽ ritè referret, & Amelius simul lineamenta ad consequendã similitudinẽ emẽdaret, pictoris huius ingenio simulachrum reddidit Plotino nesciente simillimum. Proinde cùm sæpe colico vexaretur morbo, semper clysteres renuit, negans decere senem curationes eiusmodi. Neq; theriaca antidota vnquam accepit, cùm nec ex animalium quoq; mansuetorũ corporibus capere escã se diceret. Abstinebat & balneis: frictionibus autem domi quotidie
E vtebatur. Cùm verò ingrauescente supra modũ pestilentia, qui perfricabant eum è vita iam decessissent: ipse autẽ curationes id genus omnino neglexisset, paulatim in anginam incidit. Quod sanè malum olim me præsente nullũ sui vnquam dedit indicium. Quum verò discessissem, vsq; adeò morbi huiꝰ pestis inualuit (quemadmodũ postea redeunti mihi amicus Eustochius retulit, qui Plotinum vsq; ad obitum non deseruit) vt raucedine nimia clarus
F atque canorus ille vocis rotundæ vigor omnis abiret: Caligaret & visus, manusque & pedes vlcerarentur. Quamobrem cum amici eum non amplius salutarent, propterea quòd ipse oẽs ore proprio appellare cõsueue-

rat, ex vrbe discessit: ꝑfectusq; in Cāpaniā, deductꝰ est in agrū Zethi veteris amici sui vita iā functi. Necessaria verò illi ex rebus hęredibusque Zethi suppeditabātur, atq; etiā ex Minturnis à Castricij agris afferebantur. Castricius enim prędia Minturnis habebat. Quū verò morti Plotinꝰ appropinquaret, queādmodū nobis Eustochius retulit, qui Puteolis habitabat: ac fermè tardiꝰ ad eū accesserat, Adhuc te, inquit, expecto, atq; equidē iā annitor, quod in nobis diuinū est, ad diuinū ipsum quod viget in vniuerso redigere: spiritūq; his verbis emisit. Interea draco sub lecto in quo iacebat ille, pererrās mox in parietis foramē se ꝑrsus occuluit. Agebat verò tūc Plotinus annos (vt retulit Eustochius) sex atq; sexaginta, secūdo Claudij imperatoris anno iam peracto. Quo verò tēpore Plotinus ex hac vita migrauit, ego quidē Porphyrius in Lilybæo versabar: Amelius aūt in Apamea Syriæ: Sed Castricius erat Romæ: Solus deniq; Eustochius aderat. Iam verò si cōputemus à secūdo Claudij imperatoris anno, exactos iam annos sex atq; sexagiuta, natiuitatis illius tēpus cū tertiodecimo Seueri imperatoris anno cōcurrit. Ipse verò neq; quo mēse, neque quo die natus esset cuiq̃ declarauit: quippe quū nequaquā decere putaret, natalem eius sacrificijs cōuiuijsq; celebrari. Quāuis ipse in Platonis, Socratisq; quæ tradūtur natalib. & sacris operaretur, & conuiuio amicos exciperet: vbi sanè oportebat amicos omnes, quicunque possent, orationem quandam ritè conscriptam in cœtu omnium qui concurrerant recitare. Quæ verò de vita sua ipsemet in cōfabulationibus nostris sæpè narrauit, talia sunt.

De educatione Plotini, & disciplina sub Ammonio, & condiscipulis eius: & quo tempore.

REferebat igitur se dū octauū ageret ætatis annū, ac iam ad literarū accederet præceptorē, adhuc tamē solitū ad nutricē diuertere, sugēdique lactis auiditate nutricis nudare papillas. Cū verò quādoq; sibi obijceretur, quod puer esset molestus, pudore cohibitū destitisse. Post hæc cūm octauū atq; vigesimū ętatis annū iam impleret, se philosophiæ amore vehemēter accēsum, cōmendatū fuisse ijs, qui tūc Alexādriæ excellētiores habebātur: sed tādē ex eorū scholis tristē admodū mœstūq; discessisse, et amico cuidā mœroris sui causā declarasse, qui suæ mētis affectū planè cognoscēs, ad Ammoniū, cuiꝰ nullū adhuc periculū fecisset, adduxerit: deinde cūm Ammonij scholas ingressus audiuisset illū, amico dixisse: Hūc ipsū ô amice quærebā. Ex eo igitur die annos vndecim sedulus audiuit Ammoniū: tātūq; in ea philosophia ꝑfecit, vt philosophiæ insuper in qua Persæ se exercebāt, facere periculū affectauerit: atq; etiā sapiētiā pręcipuè apud Indos ꝓbatā ꝑsequi constituerit. Igitur cūm Gordianus imperator ꝓfecturus esset in Persidē, bellū populis illaturus, Plotinus exercitui se adiūxit, quasi annos iam ętatis agēs nouē atq; triginta: sed postquā Gordianꝰ circa Mesopotamiā interēptus esset, Plotinus vix aufugiēs in Antiochiā sospes euasit: deinde imperāte Philippo, Romā venit quadra

A τῆς μὲν πόλεως ἀπαλλάττεται. εἰς δὲ τὴν καμπανίαν ἐλθὼν, εἰς ζήθου χωρίον, ἑταίρου παλαιοῦ αὐτῷ γεγονότος, καὶ τεθνηκότος, κατάγεται. τὰ δ' ἀναγκαῖα αὐτῷ, ἔκ τε τῶν τοῦ ζήθου ἐτελεῖτο. καὶ ἐκ μιντούρνων ἐκομίζετο, ἐκ τῶν καστρικίου. (ἐν μιντούρναις γὰρ ὁ καστρίκιος τὰς κτήσεις εἶχε.) μέλλων δὲ τελευτᾶν, ὡς ὁ εὐστόχιος ἡμῖν διηγεῖτο, ἐπειδὴ ἐν ποτιόλοις κατοικῶν ὁ εὐστόχιος,
B βραδέως πρὸς αὐτὸν ἀφίκετο, εἰπὼν ὅτι σὲ ἔτι περιμένω, καὶ φήσας πειρᾶσθαι * τὸν ἐν ὑμῖν θεὸν, ἀνάγειν πρὸς τὸ ἐν τῷ παντὶ θεῖον, δράκοντος ὑπὸ τὴν κλίνην διελθόντος ἐν ᾗ κατέκειτο, καὶ εἰς ὀπὴν ἐν τῷ τοίχῳ ὑπάρχουσαν ὑποδεδυκότος, ἀφῆκε τὸ πνεῦμα. ἔτη γεγονὼς ὡς ὁ εὐστόχιος ἔλεγεν, ἕξ τε καὶ ἑξήκοντα, τοῦ δευτέρου ἔτους τῆς κλαυδίου βασιλείας πληρουμένου. τελευτῶντι δὲ αὐτῷ, ἐγὼ μὲν ὁ πορφύριος, ἐτύγχανον ἐν λιλυβαίῳ διατρίβων, ἀμέλιος
C δὲ ἐν ἀπαμείᾳ τῆς συρίας. καστρίκιος δὲ, ἐν τῇ ῥώμῃ. μόνος δὲ παρῆν, ὁ εὐστόχιος. ἀναψηφίζουσι δὲ ἡμῖν ἀπὸ τοῦ δευτέρου ἔτους τῆς κλαυδίου βασιλείας εἰς τοὐπίσω, ἔτη ἕξ τε καὶ ἑξήκοντα, ὁ χρόνος αὐτῷ τῆς γενέσεως, εἰς τὸ τρισκαιδέκατον ἔτος τῆς σευήρου βασιλείας πίπτει. οὔτε δὲ τὸν μῆνα δεδήλωκέ τινι καθ' ὃν γεγέννηται, οὔτε τὴν γενέθλιον ἡμέραν. ἐπεὶ, οὐδὲ θύειν ἢ ἑστιᾶν
D τινὰ τοῖς αὐτοῦ γενεθλίοις ἠξίου. καίπερ ἐν τοῖς πλάτωνος καὶ σωκράτους παραδεδομένοις γενεθλίοις, θύων τε καὶ ἑστιῶν τοὺς ἑταίρους. ὅτε καὶ λόγον ἔδει τῶν ἑταίρων τοὺς δυνατοὺς, ἐπὶ τῶν συνελθόντων ἀναγνῶναι. ἃ μέντοι ἡμῖν αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ ἐν ταῖς ὁμιλίαις πολλάκις διηγεῖτο, ἦν τοιαῦτα.

ΠΡΟσφοιτᾶν μὲν γὰρ τῇ τροφῷ, καίπερ εἰς γραμματοδιδασκάλου ἀπιόντα, ἄχρις ὀγδόου ἔτους ἀπὸ γενέσεως ὄντα. καὶ τοὺς μαστοὺς γυμνοῦντα, θηλάζειν προθυμεῖσθαι ἀκούσαντα
E δέ ποτε ὅτι ἀτηρόν ἐστι παιδίον, ἀποσχέσθαι αἰδεσθέντα. εἰκοστὸν δὲ καὶ ὄγδοον ἔτος αὐτὸν ἄγοντα, ὁρμῆσαι ἐπὶ φιλοσοφίαν. καὶ τοῖς τότε κατὰ τὴν ἀλεξάνδρειαν εὐδοκιμοῦσι συσταθέντα, κατιέναι ἐκ τῆς ἀκροάσεως αὐτῶν κατηφῆ, καὶ λύπης πλήρη, ὡς καί τινι τῶν φίλων διηγεῖσθαι ἃ πάσχει. τὸν δὲ συνέντα αὐτοῦ τῆς ψυχῆς τὸ βούλημα, ἀπενέγκαι πρὸς ἀμμώνιον. οὗ, μηδέπω πεπείρατο. τὸν δὲ εἰσελθόντα καὶ ἀκούσαν-
F τα, φάναι πρὸς τὸν ἑταῖρον, τοῦτον ἐζήτουν. καὶ ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας, συνεχῶς τῷ ἀμμωνίῳ παραμένοντα, τοσαύτην ἕξιν ἐν φιλοσοφίᾳ κτήσασθαι, ὡς καὶ τῆς περὰ τοῖς πέρσαις ἐπιτηδευομένης, πεῖραν λαβεῖν σπεῦσαι, καὶ τῆς παρ' ἰνδοῖς κατορθουμένης. γορδιανοῦ δὲ τοῦ βασιλέως ἐπὶ τοὺς πέρσας παριέναι μέλλοντος, δοὺς ἑαυτὸν τῷ στρατοπέδῳ, συνεισῄει. ἔτος ἤδη τριακοστὸν ἄγων, καὶ ἔννατον. ἕνδεκα γὰρ ὅλων ἐτῶν, πα-
G ραμένων τῷ ἀμμωνίῳ συνεσχόλασε. τοῦ δὲ γορδιανοῦ περὶ τὴν μεσοποταμίαν ἀναιρεθέντος, μόλις φεύγων, εἰς τὴν ἀντιόχειαν διεσώθη. καὶ φιλίππου τὴν βασιλείαν κρατήσαντος, τεσσαράκοντα

* τὸ ἐν ὑμῖν θεῖον

ράκοντα γεγονὼς ἔτη, εἰς τὴν ῥώμην ἄνεισιν. ἐρεννίῳ δὲ καὶ ὠριγένει καὶ πλωτίνῳ συνθηκῶν γεγονυιῶν, μηδὲν ἐκκαλύπτειν τῶν ἀμμωνίου δογμάτων, ἃ δὴ ἐν ταῖς ἀκροάσεσιν αὐτοῖς ἀνεκεκάθαρτο, ἔμενε καὶ ὁ πλωτῖνος, συνὼν μέν τισι τῶν προσιόντων. τηρῶν δὲ ἀνέκπυστα τὰ παρὰ τοῦ ἀμμωνίου δόγματα. ἐρεννίου δὲ πρώτου τὰς συνθήκας παραβάντος, ὠριγένης μὲν ἠκολούθει τῷ φθάσαντι ἐρεννίῳ. ἔγραψε δὲ οὐδέν, πλὴν τὸ περὶ τῶν δαιμόνων σύγγραμμα. καὶ ἐπὶ γαλιήνου, ὅτι μόνος ποιητὴς ὁ βασιλεύς. πλωτῖνος δὲ ἄχρι μὲν πολλοῦ γράφων, οὐδὲν διετέλεσεν. ἐκ δὲ τῆς ἀμμωνίου συνουσίας ποιούμενος τὰς διατριβάς, καὶ οὕτως ὅλων ἐτῶν δέκα διετέλεσε. συνὼν μέν τισι, γράφων δὲ οὐδέν. ἦν δὲ ἡ διατριβὴ ὡς ἂν αὐτοῦ ζητεῖν προτρεπομένου τοὺς συνιόντας, ἀταξίας πλήρης καὶ πολλῆς φλυαρίας, ὡς ἀμέλιος ἡμῖν διηγεῖτο. προσῆλθε δὲ αὐτῷ ὁ ἀμέλιος, τρίτον ἔτος ἄγοντι ἐν ῥώμῃ, κατὰ τὸ τρίτον τῆς φιλίππου βασιλείας ἔτος, καὶ ἄχρι τοῦ πρώτου ἔτους τῆς κλαυδίου βασιλείας παραμείνας, ἔτη ὅλα συγγέγονεν, εἴκοσι καὶ τέσσαρα. ἕξιν μὲν ἔχων ὅτε προσῆλθεν, ἀπὸ τῆς λυσιμάχου συνουσίας. φιλοπονίᾳ δὲ ὑπερβαλλόμενος τῶν καθ' αὐτὸν πάντων, διὰ τὸ καὶ σχεδὸν πάντα τοῦ νουμηνίου, καὶ γράψαι καὶ συναγαγεῖν, καὶ σχεδὸν τὰ πλεῖστα ἐκμαθεῖν. σχόλια δὲ ἐκ τῶν συνουσιῶν ποιούμενος, ἑκατόν που βιβλία συνέταξε τῶν σχολίων, ἃ ἰουστίνῳ ἡσυχίῳ τῷ ἀπαμεῖ ὃν υἱὸν ἔθετο, κεχάρισται. τῷ δεκάτῳ δὲ ἔτει τῆς γαλιήνου βασιλείας, ἐγὼ πορφύριος ἐκ τῆς ἑλλάδος μετὰ ἀντωνίου τοῦ ῥοδίου γεγονώς, καταλαμβάνω μὲν τὸν ἀμέλιον, ὀκτωκαιδέκατον ἔτος ἔχοντα τῆς πρὸς πλωτῖνον συνουσίας. μηδὲν δέ πω γράφειν τολμήσαντα, πλὴν τῶν σχολίων ἃ οὐδέπω εἰς ἑκατὸν τὸ πλῆθος αὐτῷ συνῆκτο. ἦν δὲ ὁ πλωτῖνος, τῷ δεκάτῳ ἔτει τῆς γαλιήνου βασιλείας, ἀμφὶ τὰ πεντήκοντα ἔτη καὶ ἐννέα. ἐγὼ δὲ πορφύριος τὸ πρῶτον αὐτῷ συγγέγονα, αὐτὸς ὢν τότε ἐτῶν τριάκοντα. ἀπὸ μέντοι τοῦ πρώτου ἔτους τῆς γαλιήνου ἀρχῆς προτραπεὶς ὁ πλωτῖνος γράφειν τὰς ἐμπιπτούσας ὑποθέσεις, τὸ δέκατον ἔτος τῆς γαλιήνου ἀρχῆς ὅτε τὸ πρῶτον αὐτῷ ἐγὼ ὁ πορφύριος ἐγνωρίσθην, γράψας εὑρίσκεται εἴκοσι καὶ ἓν βιβλίον. ἃ καὶ κατείληφα ἐκδεδομένα ὀλίγοις. οὐδὲ γὰρ ἦν πω ῥᾳδία ἡ ἔκδοσις, οὐδὲ εὐσυνειδήτως ἐγίγνετο. οὐδ' ἁπλῶς καὶ τοῦ ῥᾷστου, ἀλλὰ μετὰ πάσης κρίσεως τῶν λαμβανόντων. ἦν δὲ καὶ τὰ γεγραμμένα ταῦτα. ἃ διὰ τὸ μὴ αὐτὸν ἐπιγράφειν, ἄλλος ἄλλο ἑκάστῳ τοὐπίγραμμα ἐτίθει. αἱ δ' οὖν κρατήσασαι ἐπιγραφαί, εἰσὶν αἵδε.

περὶ τοῦ καλοῦ. περὶ ψυχῆς ἀθανασίας.
περὶ εἱμαρμένης. περὶ οὐσίας τῆς ψυχῆς.
περὶ νοῦ, καὶ τῶν ἰδεῶν, καὶ τοῦ ὄντος.
περὶ τῆς εἰς τὰ σώματα καθόδου τῆς ψυχῆς.
πῶς ἀπὸ τοῦ πρώτου τὰ μετὰ τὸ πρῶτον καὶ περὶ τοῦ ἑνός.
εἰ πᾶσαι αἱ ψυχαὶ, μία.
περὶ τ' ἀγαθοῦ, ἢ τοῦ ἑνός.

A gesimũ iam natus ætatis annũ. Cùm verò Erẽnius & Origenes & Plotinus olim inter se cõstituissent ne Ammonij dogmata ederẽt, q̃ audita ab eo tãq̃ in primis purgata pcipuè cõ pbauerát: Plotinus qdẽ stetit pmissis, familiariter quidẽ nonnullos excipiens salutátes: instituta verò Ammonij secreta integraq; cõseruãs. Erẽnius aũt primus pacta dissoluit: & Origenes anticipãtẽ Erenniũ est deinde sequutus. Scripsit verò nihil præter quẽdá de Dæmonibus librũ: B atq; sub Galieno librũ, in quo Regẽ solũ effectorẽ esse pbabat. Plotinus aũt à scribendi studio diutiꝰ se cõtinuit: solùm verò q̃ ex Ammonij cõsuetudine olim acceperat, suis colloquijs inserebat. atq; ita integros annos decẽ pseuerauit: colloquio qdẽ nõnullos admittẽs, scribẽs verò nihil. Sed quoniá pmiserat vel inuitauerat familiares suos pro arbitrio eũ interrogare, iccirco Amelius ait, Ludũ illũ cõfusionis cuiusdá fuisse plenũ atq; nugarũ. Hic sanè Amelius C accessit ad eũ Romæ trienniũ iam agẽtẽ, anno Philippi imperatoris tertio: perseuerauitq; apud illũ vsq; ad primũ Claudij imperatoris annũ: atq; ita integros cũ eo vixit annos quatuor atq; viginti. Hic cũ primũ se cõtulit ad Plotinũ, eo dũtaxat habitu præditus erat, quẽ ex Lysimachi familiaritate cõceperat. Tolerãtia verò laboris oẽs condiscipulos superabat, propterea quòd omnia fermè Numenij dogmata scripserit & attulerit, plurimaq; memoriæ cõmendauerit: D qui ex ipso audiendi studio cõmẽtariola quædá scholastica cõgerẽs, cẽtum fermè ex his libros cõposuit, q̃ Iustiniano cuidá Hesychio Apamensi adoptiuo filio dono dedit. Decimo aũt Galieni imperatoris anno ego Porphyrius è Græcia vnà cũ Antonio Rhodio Romá veniens Ameliũ reperi, octo & decẽ iá annos Plotino familiariter vsum, nihil tamen adhuc ausũ scribere, præter quædá vt dixi commentariola, E quæ nõdũ in numerũ creuerant centenarium. Proinde Plotinus decimo Galieni imperatoris anno, fermè iam nouem & & quinquaginta annos agebat: ego verò Porphyrius cũ primũ huic adhæsi, triginta tũc annos impleuerá. Plotinus quidẽ primo Galieni imperatoris anno se ad scribẽdas cõuertit qualescunq; inciderint quæstiones: ac decimo eiusdẽ anno, quãdo ego Porphyrius Plotino sum cognitus, scripserat F iam vnũ vigintiq; libros: quos quidẽ traditos paucis deprehẽdi. nondũ enim facilis erat editio, neq; quiuis eius cõscius erat: neq; enim facilè, neq; temerè aliquid edebatur: sed illi duntaxat accipiebãt, qui essent maturo quodá iudicio cõprobati. Scripta verò hæc iam erãt, quæ dicá. Quę cũ ipse nequaquá certis titulis inscripsisset, alius aliter libros inscripserat. Inscriptiones igitur q̃ magis obtinuerũt, eiusmodi sunt.

De pulchro. De animi immortalitate.
De fato. De essentia animæ.
De intellectu & ideis & ente.
De animæ descensu in corpora.
Quomodo à primo fit quod est post primũ, atque de vno.
Vtrum omnes animę vna sint.
De ipso bono vel vno.

Quæ Plotinus scripserit quo ordine, quo tempore.

De tribus principalibus ſubſtantijs.
De generatione & ordine eorum quæ ſunt poſt primum.
De duabus materijs. Cōſiderationes variæ.
De circulari motu cœli.
De ſuo cuiuſq; noſtrûm Dæmone.
De rationali exitu. De qualitate.
Vtrum ſingularium etiam ſint ideæ.
De virtutibus. De Dialectica.
Quomodo anima inter eſſentiā indiuiduā, & diuiduam media eſſe dicatur.

Hi ergo libri vnus atq; viginti, quādo eū primò cōueni, ſcripti iam erāt, quādo & Plotinus nonū & quinquageſimum annū ætatis agebat. Ego aūt & hunc ipſum annū, & inſuper quinq; deinceps cū Plotino verſatus ſum. Quinetiam aliàs paulò ſupra decenniū Romā venerā, quo tēpore Plotinus ocioſus ducebat æſtates: quāuis cōfabulantiū cōſuetudinē minimè deuitaret. In his aūt ſex quos modò dicebā annis, quæſtiones multæ in diſputando diſcuſſæ ſunt diligenter Ideoq; Amelio meq; ſimul hortātibus ſcripſit libros de eadē q̄ſtione duos, probans vnū & idē vbiq; totū ſimul adeſſe. Scripſit deinceps duos inſup alios: quorū alter q̄dē aſſerit, quod eſt ſuperiꝰ ente nō intelligere: alter verò diſtinguit quid primò intelligat, quidúe ſecundò. Scripſit etiam librum:

De eo quod eſt in potentia, quodúe exiſtit in actu.
Itē, quomodo incorporea minimè patiātur.
Primum de anima. Rurſus de anima ſecūdū.
Deniq; de anima tertiū, vel quomodo videamus.
De contemplatione.
De intelligibili pulchritudine.
Quòd intelligibilia nō ſint extra intellectū, & de intellectu atq; bono.
Contra Gnoſticos.
De numeris.
Cur quæ procul videntur, exigua videātur.
Vtrū in lōgitudine tēporis felicitas cōſiſtat.
De mixtione per omnia.
Quomodo idearum extitit multitudo, atq; de bono.
De voluntario. De mundo.
De ſenſu atq; memoria
De generibus entis primum.
De generibus entis ſecundum.
De generibus entis tertium.
De æternitate & tempore.

Hi ergo libri quatuor & viginti quos in ſex illis annis, quos cum eo vixi, conſcripſit, aſſumens videlicet ex occurrētibus quæſtionibus occaſionem, opportunitatemque ſcribendi, quemadmodum ex capitibus vniuſcuiuſq; libri ſignificauimus. Hi inquam libri vnà cum viginti & vno, quos antequam accederem, cōpoſuerat: ſummatim quinque ſuper quadraginta conficiunt. Quo verò tempore in Sicilia vitam agebam, quò perueneram circa quintū decimumq; Galieni imperatoris annum, Plotinus libros quinque compoſuit, & ad me in Siciliam miſit.

De beatitudine. De prouidentia primum.

A περὶ τῶν τριῶν ἀρχικῶν ὑποστάσεων.
περὶ γενέσεως καὶ τάξεως τῶν μετὰ τὸ πρῶτον.
περὶ τῶν δύο ὑλῶν. ἐπισκέψεις διάφοροι.
περὶ τῆς κυκλοφορίας.
περὶ τοῦ εἰληχότος ἡμᾶς δαίμονος.
περὶ εὐλόγου ἐξαγωγῆς. περὶ ποιότητος.
εἰ καὶ τῶν καθέκαστά εἰσιν ἰδέαι.
περὶ ἀρετῶν. περὶ διαλεκτικῆς.
B πῶς ἡ ψυχὴ, τῆς ἀμερίστου καὶ μεριστῆς οὐσίας μέση εἶναι λέγεται.

Ταῦτα μὲν οὖν εἴκοσι καὶ ἓν ὄντα, ὅτε τὸ πρῶτον αὐτῷ προσῆλθον ἐγὼ ὁ πορφύριος, εὕρηται γεγραμμένα. πεντηκοστὸν δὲ καὶ ἔνατον ἔτος ἦγε τότε ὁ πλωτῖνος. συγγεγονὼς δὲ αὐτῷ τοῦτο τε τὸ ἔτος, καὶ ἐφεξῆς ἄλλα ἔτη πέντε. ὀλίγον γὰρ ἔτι πρότερον τῆς δεκαετίας ἐγεγόνειν ὁ πορφύριος ἐν τῇ ῥώμῃ, τοῦ πλωτίνου τὰς θερινὰς μὲν ἄγον-
C τος ἀργοὺς, συνόντος δὲ ἄλλως ἐν ταῖς ὁμιλίαις. ἐν δὲ τοῖς ἓξ ἔτεσι τούτοις, πολλῶν ἐξετάσεων ἐν ταῖς συνουσίαις γιγνομένων, καὶ γράφειν αὐτὸν ἀξιούντων ἀμελίου τε καὶ ἐμοῦ. γράφει μὲν, περὶ τοῦ, τὶ τὸ ὂν πανταχοῦ ὅλον εἶναι ἓν καὶ ταυτὸ, βιβλία δύο. γράφει δὲ ἐφεξῆς ἄλλα δύο, ὧν τὸ μὲν, περὶ τοῦ, τὸ ἐπέκεινα τοῦ ὄντος μὴ νοεῖν: καὶ τί τὸ πρώτως νοοῦν, καὶ τί τὸ δευτέρως.
D γράφει δὲ καὶ τὸ βίβλιον·

τὸ δὲ περὶ τοῦ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ.
περὶ τῆς ἀπὸ ἀσωμάτων ἀμαθείας.
περὶ ψυχῆς πρῶτον. περὶ ψυχῆς δεύτερον.
περὶ ψυχῆς τρίτον, ἢ περὶ τοῦ πῶς ὁρῶμεν.
περὶ θεωρίας. περὶ τοῦ νοητοῦ κάλλους.
ὅτι οὐκ ἔξω τοῦ νοῦ τὰ νοητά. καὶ περὶ νοῦ καὶ τἀγαθοῦ.
πρὸς τοὺς γνωστικοὺς. περὶ ἀριθμῶν.
E πῶς τὰ πόρρω ὁρώμενα, μικρὰ φαίνεται.
εἰ ἐν παρατάσει χρόνου τὸ εὐδαιμονεῖν.
περὶ τῆς δι᾽ ὅλων κράσεως.
πῶς τὸ πλῆθος τῶν ἰδεῶν ὑπέστη. καὶ περὶ τἀγαθοῦ.
περὶ τοῦ ἑκουσίου. περὶ τοῦ κόσμου.
περὶ αἰσθήσεως καὶ μνήμης.
περὶ τῶν τοῦ ὄντος γενῶν, πρῶτον.
F περὶ τῶν τοῦ ὄντος γενῶν, δεύτερον.
περὶ τῶν τοῦ ὄντος γενῶν, τρίτον.
περὶ αἰῶνος καὶ χρόνου.

Ταῦτα τὰ εἴκοσι καὶ τέτταρα ὄντα, ὅσα ἐν τῷ ἑξαέτει χρόνῳ τῆς παρουσίας ἐμοῦ πορφυρίου ἔγραψεν, ἐκ προσκαίρων προβλημάτων τὰς ὑποθέσεις λαβόντα, ὡς ἐκ τῶν κεφαλαίων ἑκάστου τῶν βιβλίων ἐδηλώσαμεν. μετὰ τῶν
G πρὸ τῆς ἐπιδημίας ἡμῶν εἴκοσι καὶ ἑνὸς, τὰ πάντα γίνεται τεσσαράκοντα πέντε. ἐν δὲ τῇ σικελίᾳ διατρίβοντος μου, (ἐκεῖ γὰρ ἀνεχώρησα, περὶ τὸ πεντεκαιδέκατον ἔτος, τῆς βασιλείας γαληνοῦ.) ὁ πλωτῖνος γράψας πέντε βιβλία, ἀπέστειλέ μοι ταῦτα.

περὶ εὐδαιμονίας. περὶ προνοίας πρῶτον.

περὶ

A περὶ προνοίας δεύτερον.
περὶ τῶν γνωριστικῶν ὑποστάσεων, καὶ τῶν ἐπέκεινα.
περὶ ἔρωτος.

Ταῦτα μὲν οὖν, τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς κλαυδίου πέμπει βασιλείας. ἀρχομένου δὲ τοῦ δευτέρου, ὅτε καὶ μετ᾽ ὀλίγον θνήσκει, πέμπει ταῦτα:

B τίνα τὰ κακά.
Εἰ ποιεῖ τὰ ἄστρα.
τί ὁ ἄνθρωπος: τί τὸ ζῷον.
περὶ τοῦ πρώτου ἀγαθοῦ, ἢ περὶ εὐδαιμονίας.

Ταῦτα μετὰ τῶν τετταράκοντα πέντε τῶν πρώτων καὶ δευτέρων γραφέντων, γίνεται τέτταρα καὶ πεντήκοντα. ὥσπερ δὲ ἐγράφη, τὰ μὲν κατὰ πρώτην ἡλικίαν, τὰ δὲ ἀκμάζοντος. C τὰ δὲ ὑπὸ τοῦ σώματος καταπονουμένου, οὕτω καὶ τῆς δυνάμεως ἔχει τὰ βιβλία. τὰ μὲν γὰρ πρῶτα εἴκοσι καὶ ἕν, ἐλαφροτέρας ἐστὶ δυνάμεως, καὶ οὐδέπω πρὸς εὐτονίαν ἀρκοῦν μέγεθος ἐχούσης. τὰ δὲ τῆς μέσης ἐκδόσεως τυχόντα, τὸ ἀκμαῖον τῆς δυνάμεως ἐμφαίνει. καὶ ἔστι τὰ εἰκοσιτέσσαρα πλὴν τῶν βραχέων, τελεώτατα. τὰ μέν τοι τελευταῖα ἐννέα, ὑφειμένης ἤδη τῆς δυνάμεως γέγραπται. καὶ μᾶλλον μετὰ τελευταῖα τέσσαρα, ἢ τὰ πρὸ τούτων πέντε.

D Ἔσχε δὲ ἀκροατὰς μὲν πλείους: ζηλωτὰς δὲ, καὶ διὰ φιλοσοφίαν συνόντας, ἀμέλιόν τε ἀπὸ τῆς τουσκίας, οὗ τὸ ὄνομα ἦν γεντιλιανὸς τὸ κύριον. αὐτὸς δὲ διὰ τοῦ Ρ ἀμέριον αὐτὸν καλεῖν ἠξίου. ἀπὸ τῆς ἀμερίας ἢ τῆς ἀμελείας πρέπειν αὐτῷ καλεῖσθαι λέγων. ἔσχε δὲ καὶ ἰατρικόν τινα σκυθοπολίτην, παυλῖνον. E ὃν ὁ ἀμέλιος, μίκκαλον προσηγόρευε. παρακουσμάτων, πλήρη γεγονότα. ἀλλὰ μὴν, καὶ ἀλεξανδρέα εὐστόχιον ἰατρικὸν ἔσχεν ἕτερον. ὃς περὶ τὰ τελευταῖα τῆς ἡλικίας γνωρισθεὶς αὐτῷ, διέμενε θεραπεύων ἄχρι τοῦ θανάτου. καὶ μόνοις τοῖς πλωτίνου σχολάζων ἕξιν περιεβάλετο, γνησίου φιλοσόφου. συνῆν δὲ καὶ ζωτικὸς, F κριτικός τε καὶ ποιητικὸς, ὃς καὶ τὰ ἀντιμάχου διορθωτικὰ πεποίηται, καὶ τὸν ἀτλαντικὸν εἰς ποίησιν μετέβαλε πάνυ ποιητικῶς. συγχυθεὶς δὲ τὰς ὄψεις, πρὸ ὀλίγου τῆς πλωτίνου τελευτῆς ἀπέθανεν. ἔφθασε δὲ καὶ ὁ παυλῖνος προαποθανὼν τοῦ πλωτίνου. ἔσχε δὲ καὶ ζῆθον ἑταῖρον, ἀράβιον τὸ γένος, θεοδοσίου, τοῦ ἀμμωνίου γενομένου ἑτέρου εἰς γάμον λαβόντα θυγατέρα. ἦν δὲ καὶ οὗτος ἰατρικὸς, καὶ G σφόδρα πεφίλητο τῷ πλωτίνῳ. πολιτικὸν δὲ ὄντα, καὶ ῥοπὰς ἔχοντα πολιτικὰς, ἀναστέλλειν ὁ πλωτῖνος ἐπειρᾶτο. ἐχρῆτο δὲ αὐτῷ οἰκείως, ὡς καὶ εἰς τοὺς ἀγροὺς πρὸς αὐτὸν ἀναχωρεῖν, πρὸ ἓξ σημείων μιτούρνων ὑπάρχοντας. οὓς καστρίκιος ἐκέκτητο ὁ φίρμος καλούμενος, ἀνδρῶν τῶν καθ᾽ ἡμᾶς φιλοκαλώτατος γεγονὼς, καὶ τόν τε πλωτῖνον σεβόμενος, καὶ ἀμελίῳ οἷα οἰκέτης ἀγαθὸς ἐν πᾶσιν ὑπηρετούμενος, καὶ πορφυρίῳ ἐμοὶ, οἷα γνησίῳ

A De prouidentia ſecundum.
De ſubſtantijs cognoſcentibus, atque illis ſuperiore.
De amore.

Hos itaq; libros miſit ad me primo Claudij imperatoris anno. Inter initia verò anni ſecundi: quando & paulò pòſt ex hac vita migrauit, hos præterea miſit·

B Quæ ſint mala.
Vtrum ſtellæ aliquid agant.
Quid homo: Quid animal.
De primo bono, cæterisq; bonis.

Hi verò libri vnà cũ quinq; et quadraginta primo tẽpore ſcriptis, atq; ſecũdo quinquaginta & quatuor cõputantur. Quẽadmodũ verò cõſcripti ſunt: alij quidem in ætate prima, alij verò in ipſo vigore vitæ: alij deniq; defeſſo iá corpore, ſic fermè libri vim ſimilẽ ipſi declarant. Primi C namq; vnus atq; viginti, ſi cũ proximè ſequentibus cõferantur, leuiorẽ vim habere videntur, nondũ ſatis cõſtans robur habentem. Qui verò medio tẽpore cõpoſiti ſunt, virtutis florẽ præferũt ad ſummũ vſq; vigentẽ. Talesq; ſunt quatuor & viginti (exceptis quibuſdã paucis) perfectiſsimi. Vltimi deniq; nouẽ remiſsiorẽ iam referunt facultatem. idque poſtremi quatuor magis quàm antecedentes quinque declarant.

D Auditores quidem multos habuit, imitatores aũt & gratia philoſophiæ valde familiares, Amelium Tuſcum, & alios. Sed Amelio huic proprium nomen Gentilianus extiterat. Ipſe verò ſe per literã R. Ameriũ nominari maluit, ab Ameria, quàm Ameliũ ab Amelia. Itẽ Paulinũ Scythopoliten medicinæ admodũ ſtudioſum, quẽ diſciplinarũ, & (vt ita dixerim) auditionũ plenũ Amelius Miccalũ appellabat. Præ- E terea Euſtochiũ Alexandrinũ etiã medicũ, qui ſanè propè poſtremũ ætatis tẽpus Plotino notus perſeuerauit, diligẽterq; Plotinũ ad mortẽ vtq; curauit, ſoliſq; Plotini inſtitutis incumbẽs legitimi philoſophi habitum induit. Verſabatur quoq; cum eo Zothicus, Criticus homo & poeticus, qui & Antimachi opera emendauit, Atlanticãq; hiſtoriã ritu valde poetico in carmina tranſtulit: poſt hæc in caliginẽ incidit oculorũ, & paulò ante Plotini obitum deceſsit F è vita. Paulinus quoq; diẽ obijt ante Plotinũ. Præterea familiaris admodũ Plotino Zethus erat, genus ex Arabia ducens: qui & vxorem duxerat filiam Theodoſij quõdam familiaris Ammonij. Erat & hic medicinæ peritus, Plotinoq; dilectiſsimus: quem Plotinus ciuiliũ gubernaculorũ momenta gerentẽ inde reuocare admodum contendebat, eoque familiariter vtebabatur, adeò vt in agros eius ſecederet ad ſextũ lapidem ante Minturnas: quos Caſtricius poſ- G ſederat cognominatus Phirmus, vir profectò omnium ætatis noſtræ bonarum artium ſtudioſiſsimus, obſeruatorque Plotini & Amelij, ſeruili etiam obſequio cultor, mihique Porphyrio cunctis in rebus non aliter quàm legitimo

Auditores Plotini, & quãtum ſit ſalubris abſtinentia

τὰ νουμηνίου δὲ, οὐχ ὅτι ὑποβάλλεσθαι, καὶ τὰ ἐκείνου πρεσβεύειν δόγματα, ἀλλὰ τὰ τῶν πυθαγορείων αὐτοῦ τε ἐχομένου μετιέναι δόγματα, καὶ οὐδ' ἐγγὺς εἶναι τὰ νουμηνίου, καὶ κρονίου, καὶ μοδεράτου, καὶ θρασύλλου, τοῖς πλωτίνου περὶ τῶν αὐτῶν συγγράμμασιν, εἰς ἀκρίβειαν. εἰπὼν δὲ περὶ ἀμελίου ὅτι κατ' ἴχνη μὲν τοῦ πλωτίνου ἐβάδιζε, τῇ δὲ ἐξεργασίᾳ πολὺς ὢν καὶ τῇ τῆς ἑρμηνείας περιβολῇ, πρὸς τὸν ἐναντίον ἐκείνῳ ζῆλον ὑπήγετο. ὅμως μνησθεὶς ἐμοῦ πορφυρίου ἔτι ἀρχὰς ἔχοντος τῆς πρὸς τὸν πλωτῖνον συνουσίας, φησὶν, ὅτι δὲ ὁ κοινὸς ἡμῶν τε κἀκείνων ἑταῖρος βασιλεὺς ὁ τύριος, οὐδ' αὐτὸς ὀλίγα πεπραγματευμένος, κατὰ τὴν πλωτίνου μίμησιν συνέθηκε. ταῦτα ὄντως κατιδὼν, ὅτι τῆς ἀμελίου περιβολῆς τὸ ἀφιλόσοφον παντελῶς ἐφυλαξάμην, καὶ πρὸς ζῆλον τὸν πλωτίνου γράφων, ἑώρων, ἀρκεῖ τοίνυν ὁ τοσοῦτος ἀνὴρ καὶ ἐν κρίσει πρῶτος ὤν, καὶ ὑπειλημμένος ἄχρι νῦν, τοιαῦτα γράφων περὶ πλωτίνου, ὥστε καὶ καλοῦντί με τὸν πορφύριον συνέβη δεηθῆναι συμμῖξαι αὐτῷ, οὐδ' ἂν ἀντέγραψεν, ἃ πρὶν ἀκριβῶσαι τὸ δόγμα, γράψαι ἐπεχείρησεν. ἀλλὰ τίη μοι ταῦτα περὶ δρῦν ἢ πέτραν φησὶν ὁ ἡσίοδος λέγειν. εἰ γὰρ δεῖ ταῖς μαρτυρίαις χρῆσθαι ταῖς παρὰ τῶν σοφῶν γεγενημέναις, τίς ἂν εἴη σοφώτερος θεοῦ, καὶ θεοῦ τοῦ ἀληθῶς εἰρηκότος, οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμὸν, καὶ μέτρα θαλάσσης, καὶ κωφοῦ ξυνίημι, καὶ οὐ λαλέοντος ἀκούω. ὁ γὰρ δὴ ἀπόλλων ἐρωμένου τοῦ ἀμελίου, ποῦ ἡ πλωτίνου ψυχὴ κεχώρηκεν, ὁ τοσοῦτον εἰπὼν περὶ σωκράτους, ἀνδρῶν ἁπάντων σωκράτης σοφώτατος, ἐπάκουσον ὅσα καὶ οἷα, περὶ πλωτίνου ἐθέσπισεν.

A tuta Numenij vindicare ſibi, eáue colere: ſed Pythagoreorū myſteria Plotinū ſectari cōſtituiſſe. Sed opera Numenij, Cronij, Moderati, Thraſylli operibus de rebus eiſdē Plotini quantū ad abſolutā pertinet rationē, inferiora eſſe cenſenda. Proinde cū dixiſſet Ameliū per Plotini quidē veſtigia progredi, ſed nimia quadā expoſitionis ꝓlixitate in oppoſitū Plotini deduci, mox mei memoriā fecit, Plotini familiaritatē nuper adepti, aitq;: Cōmunis aūt noſtri illorūq; amicus B Tyrius ille Baſilius, nec ipſe quidē pauca ad exēplar Plotini tractauit atq; cōpoſuit. In his ſanè verbis reuera Longinus indicat percepiſſe, me diligentiſsimè deuitaſſe Amelianas ambages, à philoſopho nimiū alienas, atq; in ſcribēdo Plotini formā fuiſſe cōplexū. Satis eſt ergo vir tantus, iudicioq; primus, hactenus in teſtimoniū nobis adductꝰ ſcribēs talia de Plotino. Iā verò ſi tunc ad eū quādo me aduocauit acce- C dere potuiſſem, profectò nunquā contra reſcripſiſſet illa, quæ ſcribere prius eſt aggreſſus, quā doctrinā ipſam diligēter examinaſſet. Sed quid nā mihi nūc expedit (vt Heſiodi more loquar) circa quercū, petrāq; loqui? Nēpe ſi oportet ſapientū teſtimonijs vti, quis nā Deo ſapientior eſſe poteſt? Deo inquā, qui verè de ſeipſo dixit: Noui equidē arenæ numerū, mariſq; menſurā. Intelligo mutū, audio nō loquētē. Apollo ſanè cū interrogaſſet Amelius, quonam Plotini animus emigraſſet, qui & Socratē virorū omnium D ſapientiſsimum iudicauerat: quanta rurſus & qualia de Plotino cecinit, audi.

Teſtimoniū Apollinis de diuinitate Plotini.

Ἄμβροτα φορμίζειν ἀναβάλλομαι ὕμνον ἀοιδῆς,
Ἀμφ' ἀγανοῖο φίλοιο μελιχροτάτοισιν ὑφαίνων,
φωναῖς εὐφήμου κιθάρης χρυσέῳ ὑπὸ πλήκτρῳ.
κλήζω καὶ μούσας ξυνὴν ὄπα γηρύσασθαι,
παμφώνοις ἰαχαῖσι παναρμονίαισί τ' ἐρωαῖς,
οἷον ἐπ' αἰακίδῃ στῆσαι χορὸν ἐκλήιξεν,
ἀθανάτων μανίαισιν ὁμηρείαισί τ' ἀοιδαῖς.
ἀλλάγε μουσάων ἱερὸς χορὸς ἀπύσωμεν,
εἰς ἓν ἐπιπνέοντες ἀοιδῆς τέρματα πάσης.
ὕμμι καὶ ἐν μέσσαισιν, ἐγὼ φοῖβος βαθυχαίτης,
δαίμων ἔνερ τὸ πάροιθεν, ἀτὰρ νῦν δαίμονος αἴσῃ
θειοτέρῃ πελάων, ὅτ' ἐλύσαο δεσμῶν ἀνάγκης,
ἀνδρομέης. ῥεθέων δὲ πολυφλοίσβοιο κυδοιμοῦ,
ῥωσάμενος πραπίδεσσιν ἐς ἠιόνα νηχύτου ἀκτῆς,
νῆχ' ἐπιγόμενος δήμου ἀπὸ νόσφιν ἀλιτρῶν,
στηρίξαι καθαρῆς ψυχῆς εὐκαμπέα οἴμην,
ἧχι θεοῖο σέλας περιλάμπεται, ἧχι θέμιστες,
ἐν καθαρῷ ἀπάτερθεν ἀλιτροσυνῆς ἀθεμίστου.
καὶ τότε μὲν σκαίροντι πικρὸν κῦμ' ἐξυπαλύξαι,
αἱμοβότου βιότοιο καὶ ἀστηρῶν ἰλίγγων,
ἐν μεσάτοισι κλύδωνος ἀνωΐστου τε κυδοιμοῦ,
πολλάκις ἐκ μακάρων φάνθη σκοπὸς ἐγγύθι ναί
πολλάκι σεῖο νόοιο βολὰς λοξῇσιν ἀταρποῖς, (ων.
ἱεμένας φορέεσθαι ἐρωῇσι σφετέρῃσιν,
ὀρθοπόρους ἀνὰ κύκλα καὶ ἄμβροτον οἶμον ἄειραν, ἀθάνατοι, θαμινὴν φαέων ἀκτῖνα πορόντες,
ὄσσοισι δέρκεσθαι ἀπ' αἰσκοτίης λυγαίης. οὐδέ σε παμπήδην βλεφάρων ἔχε νήδυμος ὕπνος

Immortalem aggredior reſonare carminis hymnum,
Ob amicum ſuauem, mellitiſſimos contexens
Vocalis citharæ modos, aureo pectine:
Sed & Muſas aduoco, vt communi voce concinant
Omniſonis modis, & omnifarijs harmoniæ viribus:
Qualem ſtatuiſſe chorum ob Aeacidem feruntur
Immortalium furoribus, & Homericis cantibus.
Sed eia Muſarum ſacer chorus, canamus
In vnum conſpirantes, vniuerſi terminos cantus:
In medio autem ueſtrûm, ego Phœbus intonſus
Genie, vir prius, at nunc genij conſortio
Diuiniori accedēs, ſolutus humanæ iā neceſſitatis vin-
Et ex membrorum procelloſo turbine, (culo:
Mente robuſtus ad exors alluuionis littus
Enatas feſtinans, procul à nefariorum turba:
Vt inſiſtas animi puri rectiſſimam viam,
Vbi Dei reſplendet fulgor, vbi fas
Puro in loco procul à nefaſto ſcelere.
Et olim quidem ſalienti vt amarā deuitares vndam
Sanguiſugæ vitæ, triſtiumq; vertiginum
Fluctibus in medijs, ſurdoq; tumultu
Frequenter à dijs apparuit tibi ex proximo ſignum:
Frequenter tuæ mentis cōiectus obliquis tramitibus
Ferri cupientes, ſuis immortales viribus
Ad recti curſus gyros, æternamq; uiam ſuſtulerunt:
Crebros ſcilicet luminum radios
Tuis oculis inter obſcuriſſimas tenebras oſtendentes.
Nec oculos planè tuos fallax occupabat ſopor:

Sed à palpebris excussa graui macula
Caliginis, dum fluctibus ferebaris, oculis
Multa & venusta cõtẽplatus es, quæ nemo facile vidit
Eorum hominũ, qui sapientiæ fuerunt indagatores.
At nunc vbi solutus inuolucro es, & signum deseruisti
Animæ genialis, ad consilium contendis
Geniale, quod amœnis interspirat auris:
Vbi amicitia est, vbi Cupido visu mollis,
Puræ plenus lætitiæ & sempiternis riuis
Ambrosijs irrigatus à Deo: vnde sunt amorum
Retinacula, & dulcis spiritus, & tranquillus æther
Aurei generis magni Iouis: vbi agitant
Minos & Rhadamanthus fratres: vbi iustus
Aeacus: vbi Plato, sacra vis: vbi pulcher
Pythagoras, & quicunq; chorum statuerunt amoris
Immortalis, quicunq; genus commune sortiti sunt
Cum beatissimis genijs: vbi animus inter mensas
Lætitia semper hilarescit. ah beate quàm multis
Exantlatis laboribus ad castos genios
Abisti, ad vitam stabilissimam prouectus.
Sistamus carmen, & orbem chori volubilem
Plotini Musæ gaudentes. At mea
Aurea cithara hæc habuit quæ diceret, æuũ bene agẽti.
πωλεύε ζαμενῇσι κορυσσάμενος ζώῃσι.
πλωτίνου μοῦσαι πολυγηθέος. αὐτὰρ ἐμοῖο,

ἀλλ' ἄρ' ὑπὸ βλεφάρων πετάσας κληῖδα βαρεῖαν
ἀχλύος, ἐν δίνῃσι φορεύμενος, ἔδρακες ὅσσοις,
πολλά τε καὶ χαρίεντα, τά κεν ῥέα οὔτις ἴδοιτο
ἀνθρώπων ὅσσοι σοφίης μαιήτορες ἔπλευν.
νῦν δ' ὅτε δὴ σκῆνος μὲν ἐλύσαο, σῆμα δ' ἔλειψας
ψυχῆς δαιμονίης, μεθ' ὁμήγυριν ἔρχεαι ἤδη
δαιμονίην, ἐρατοῖσιν ἀναπνείουσαν ἀήταις,
ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης, ἔνι δ' ἵμερος ἁβρὸς ἰδέσθαι.
εὐφροσύνης πλείων καθαρῆς, πληρούμενος αἰεὶ
ἀμβροσίων ὀχετῶν θεόθεν. ὅθεν ἐστὶν ἐρώτων,
πείσματα καὶ γλυκερὴ πνοιὴ καὶ νήνεμος αἰθήρ.
χρυσείης γενεῆς μεγάλου διὸς ἧχι νέμονται,
μίνως καὶ ῥαδάμανθυς ἀδελφεοί. ἧχι δίκαιος
αἰακὸς ἧχι πλάτων ἱερὴ ἴς. ἧχί τε καλὸς
πυθαγόρης, ὅσσοι τε χορὸν στήριξαν ἔρωτος
ἀθανάτου, ὅσσοι τε γενέθλην ξυνὴν ἔλαχοντο,
δαίμοσιν ὀλβίστοις. ὅοισι κέαρ ἐν θαλίῃσιν,
αἰὲν εὐφροσύνῃσιν ἰαίνεται. ἀλλὰ καὶ ὅσσοις
ὀτλήσας ἀριθμοὺς ἀέθλων, μετὰ δαίμονας ἁγνοὺς
στήσωμεν μολπήν τε, χοροῦ τ' εὐδίνεα κύκλον,
χρυσείῃ κιθάρῃ, τόσσον φράσεν εὐαίων.

In hoc oraculo cõtinetur, Plotinũ fuisse bonũ, & mitẽ, & mansuetũ in primis, atq; suauẽ, qualẽ & nos extitisse vera experiẽtia cõprobauimus. Rursus vigilem extitisse, puroq; semper animo ad diuinum ipsum sursum erecto, quod quidẽ animo toto ardenter amauit. Itẽ cunctis viribus studuisse ex amara cruentæ huius vitæ vnda prorsus emergere. Hac igitur ratione, hoc beato lumine, cũ sæpe seipsum attolleret tota mẽte ad primũ deũ mẽte superiorẽ, perq; gradus oẽs in symposio à Platone dispositos ascẽderet ad diuina: ipsi protinus coruscauit deus ille, nec formã nec ideã aliquã habẽs, sed super intellectũ, vniuersumq; intelligibile in se ipso cõsistens. Cui & ego Porphyrius semel appropinquaui, fuiq; cõiunctus, cũ annũ ætatis octauũ & sexagesimũ iam implerẽ. Apparuit ergo Plotino finis ille quãproximus. Finis nãq; Plotino signũq; erat, quo aciẽ mẽtis intẽderet propinquare, cõiungiq; ipsi deo omnibus vbique præsenti. Quater aũt dũ cũ ipso versarer, hunc finẽ est assecutus: nõ potentia duntaxat, inquã, sed actu quodã ineffabili consecutus. Præterea subdit oraculũ: deos sæpe Plotinũ circũuagantẽ apprehendẽtes in rectũ tramitẽ direxisse, dũ vberrimos luminis diuini radios, oculorũ eius luminibus benignè porrigerent: vt verè dictũ sit, Plotinũ cõtẽplatione intuituq; diuinitus rutilãte libros suos cõposuisse. Iam verò ex intuitu intrinsecus & extrinsecus vigilante inspexisse dicitur ab oraculo multa suis oculis, atq; pulcherrima: quæ quidẽ nõ facilè vllus philosophiæ professor inspexerit. Contẽplatio nanq; hominũ humana quidẽ rursum cõtemplatione præstantior esse potest: sed ad diuinã cõparata notitiam, gratiosa quidẽ esse potest, nõ tamẽ valet penetrare profundũ, quo superi penetrant. Hactenus ostẽdit oraculũ, qualia Plotinus dũ esset corpore circũseptus peregerit, & quæ fuerit cõsecutus. Post hæc vaticinatur Plotinũ solutũ corpore ad cœtũ peruenisse beatũ, vbi re-

A
Ἐν δὴ τούτοις εἴρηται μὲν, ὅτι ἀγαθὸς γέγο-
νε καὶ ἤπιος, καὶ πρᾶος γε μάλιστα, καὶ μείλιχος
ἅπερ καὶ ἡμεῖς, ὄντως ἔχοντι συνήδειμεν. εἴρηται
δ' ὅτι ἄγρυπνος, καὶ καθαρὰν τὴν ψυχὴν ἔχων
καὶ ἀεὶ σπεύδων πρὸς τὸ θεῖον, οὗ διὰ πάσης τῆς
ψυχῆς ἤρα, ὅτι τε πάντ' ἐποίει, ἀπαλλαγῆναι
πικρὸν κῦμ', ἐξυπαλύξαι τοῦ αἱμοβότου τῇ-
B δε βίου. οὕτως δὲ μάλιστα τούτῳ τῷ δαιμονίῳ φω-
τὶ πολλάκις ἐνάγοντι ἑαυτὸν εἰς τὸν πρῶτον καὶ
ἐπέκεινα θεὸν ταῖς ἐννοίαις, καὶ κατὰ τὰς ἐν τῷ
συμποσίῳ ὑφηγημένας ὁδοὺς τῷ πλάτωνι,
ἐφάνη ἐκεῖνος ὁ μήτε μορφὴν μήτε τινὰ ἰδέαν
ἔχων, ὑπὲρ δὲ νοῦν, καὶ πᾶν τὸ νοητὸν ἱδρυμένος.
ᾧ δὴ καὶ ἐγὼ ὁ πορφύριος ἅπαξ λέγω πλη-
σιάσαι καὶ ἑνωθῆναι, ἔτος ἄγων ἑξηκοστόν τε καὶ
ὄγδοον. ἐφάνη γοῦν τῷ πλωτίνῳ σκοπὸς ἐγ-
C γύθι ναίων. τέλος γὰρ αὐτῷ καὶ σκοπὸς ἦν, τὸ ἑνω-
θῆναι καὶ πελάσαι τῷ ἐπὶ πᾶσι θεῷ. ἔτυχε δὲ
τετράκις που ὅτε συνήμην αὐτῷ, τοῦ σκοποῦ τού-
του. ἐνεργείᾳ ἀρρήτῳ, καὶ οὐ δυνάμει. καὶ ὅτι λοξῶς
φερόμενον πολλάκις οἱ θεοὶ κατηύθυναν θαμι-
νὴν φαέων ἀκτῖνα πορόντες, ὡς ἐπισκέψει τῇ
παρ' ἐκείνων καὶ ἐπιβλέψει γραφῆναι τὰ γρα-
φέντα, εἴρηται. ἐκ δὲ τῆς ἀγρύπνου ἔσωθέν τε καὶ
ἔξωθεν θέας, ἔδρακες φησὶν ὅσσοις πολλά τε καὶ
E χαρίεντα. τά κεν ῥέα, οὔτις ἴδοιτο ἀνθρώπων τῶν
φιλοσοφίᾳ προσεχόντων. ἡ γὰρ δὴ τῶν ἀνθρώ-
πων θεωρία, ἀνθρωπίνης μὲν ἂν γένοιτο ἀμεί-
νων. ὡς δὲ πρὸς τὴν θείαν γνῶσιν, χαρίεσσα μὲν
ἂν εἴη, οὐ μὴν ὥστε τὸ βάθος ἑλεῖν ἂν δυνηθῆν-
αι, ὥσπερ αἱροῦσιν οἱ θεοί. ταῦτα μὲν οὖν, ὅτι ἔτι
σῶμα περικείμενος ἐνήργει, καὶ τίνων ἐτύγχα-
νε, δεδήλωκε. μετὰ δὲ τὸ λυθῆναι ἐκ τοῦ σώμα-
F τος, ἐλθεῖν μὲν αὐτόν φησιν, εἰς τὴν δαιμονίαν
ὁμήγυ-

ὁμήγυριν. πολιτεύεσθαι δ᾽ ἐκεῖ, φιλότητα, ἵμερον, εὐφροσύνην, ἔρωτα ἐξημμένον, τοῦ θεοῦ. τετάχθαι δὲ καὶ τοὺς λεγομένους δικαστὰς τῶν ψυχῶν, παῖδας τοῦ θεοῦ, μίνω, καὶ ῥαδάμανθυν, καὶ αἰακὸν. πρὸς οὓς οὐ δικασθησόμενον οἴχεσθαι. συνεσόμενον δὲ τούτοις, οἷς καὶ οἱ ἄλλοι θεοὶ ἄριστοι. σύνεισι δὲ οὗτοι, πλάτων, πυθαγόρας ὁπόσοι τε ἄλλοι χορὸν ἐστήριξαν ἔρωτος ἀθανάτου. ἐκεῖ δὲ τοὺς ὀλβίστους δαίμονας ἔχειν. βίον τε μετιέναι, τὸν ἐν θαλίαις καὶ εὐφροσύναις καταπεπυκνωμένον, καὶ τοῦτον διατελεῖν, καὶ ὑπὸ θεῶν μακαριζόμενον.

A gnat charitas, suaue desideriũ, lætitiaq;, & amor Deo cõiunctus. Preterea cõstitutos esse iudices animorũ Minoem, Rhadamãthũ, Eacũ dei filios: ad quos ire Plotinũ nõ qdẽ vt iudicaretur, sed vt cõuersaretur, quibus cum alij quoq; dij optimi cõuersantur. Vbi etiã Plato & Pythagoras cæteriq; vitã agunt, quicũq; firmiter immortalis amoris chorũ constituerũt: ibidẽ Dæmones felicissimos suã habere progeniẽ. Itẽ vitam illic agere festiua viriditate gaudioq; plenissi- B mam, talemq; perseuerare factum diuina largitate beatum.

Τοιοῦτος μὲν οὖν ὁ πλωτίνου ἡμῖν ἱστόρηται βίος. ἐπεὶ δὲ αὐτὸς τὴν διάταξιν, καὶ τὴν διόρθωσιν τῶν βιβλίων ποιεῖσθαι ἡμῖν ἐπέτρεψεν, ἐγὼ δὲ κἀκείνῳ ζῶντι ὑπεσχόμην, καὶ τοῖς ἄλλοις ἑταίροις ἐπηγγειλάμην ποιῆσαι τοῦτο: πρῶτον μὲν τὰ βιβλία, οὐ κατὰ χρόνους ἐᾶσαι φύρδην ἐκδεδομένα ἐδικαίωσα. μιμησάμενος δ᾽ ἀπολλόδωρον τὸν ἀθηναῖον, καὶ ἀνδρόνικον τὸν περιπατητικὸν, ὧν ὁ μὲν ἐπίχαρμον τὸν κωμῳδιογράφον, εἰς δέκα τόμους φέρων συνήγαγεν, ὁ δὲ τὰ ἀριστοτέλους καὶ θεοφράστου εἰς πραγματείας διεῖλε, τὰς οἰκείας ὑποθέσεις εἰς ταὐτὸν συναγαγών: οὕτω δὴ καὶ ἐγὼ, πεντήκοντα τέσσαρα ὄντα ἔχων τὰ τοῦ πλωτίνου βιβλία, διεῖλον μὲν εἰς ἓξ ἐννεάδας, τῇ τελειότητι τοῦ ἓξ ἀριθμοῦ, καὶ ταῖς ἐννεάσιν ἀσμένως ἐπιτυ- D χὼν. ἑκάστῃ δὲ ἐννεάδι, τὰ οἰκεῖα φέρων συνεφόρησα, δοὺς καὶ τάξιν πρώτην τοῖς ἐλαφροτέροις προβλήμασιν.

Dispositio librorũ Plotini per matẽrias digesta ordine.

Hactenus historico more de vita Plotini sit dictũ. Quoniã verò Plotinus nobis cõmisit, vt ordinẽ, emendationẽq; librorũ suorum curaremus: ego autẽ & illi viuenti promisi, & cæteris pollicitus sum efficere: in primis quidẽ operæ pretiũ fore censui, ne libros permitterẽ ita iacere permistim, sicut deinceps sunt tẽporis successione cõpositi: sed quẽadmodũ Apollodo- C rus Atheniensis Epicharmi comœdias in volumina decẽ collegit, & Andronicus Peripateticus Aristotelis & Theophrasti libros distribuit in tractatus, suppositiones in vnũ proprias colligens: sic & ego quinquaginta quatuor Plotini libros in sex Enneadas sum partitus, occasione perfecti numeri senarij, scilicet & nouenarij gaudẽs. Vnicuiq; verò Enneadi, id est, nouenario propria tribuens, ita simul cognata congessi, priora semper in ordine numeri, proposita D quæ sunt leuiora constituens.

ἡ μὲν γὰρ πρώτη ἐννεὰς ἔχει τὰ ἠθικώτερα τάδε.

τί τὸ ζῶον, καὶ τίς ὁ ἄνθρωπος.
περὶ ἀρετῶν.
περὶ διαλεκτικῆς.
περὶ εὐδαιμονίας.
εἰ ἐν παρατάσει χρόνου, τὸ εὐδαιμονεῖν.
περὶ τοῦ καλοῦ.
περὶ τοῦ πρώτου ἀγαθοῦ, καὶ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν.
πόθεν τὰ κακὰ. E
περὶ τῆς ἐκ τοῦ βίου εὐλόγου ἐξαγωγῆς.

Prima igitur Enneas materias præcipuè morales cõtinet.

Quid animal: quid homo.
De virtutibus.
De dialectica.
De beatitudine.
Vtrũ beatitudo in tẽporis productione cõsistat.
De pulchro.
De primo bono, cæterisq; bonis.
Vnde mala.
De rationali exitu ex hac vita.

ἡ μὲν οὖν πρώτη ἐννεὰς τάδε περιέχει, ἠθικωτέρας ὑποθέσεις περιλαβοῦσα. ἡ δὲ δευτέρα, τῶν φυσικῶν συναγωγὴν ἔχουσα, τὰ περὶ κόσμου καὶ τὰ τῷ κόσμῳ ἀνήκοντα περιέχει. ἔστι δὲ ταῦτα.

περὶ τοῦ κόσμου.
περὶ τῆς κυκλοφορίας.
εἰ ποιεῖ τὰ ἄστρα. F
περὶ τῶν δύο ὑλῶν.
περὶ τοῦ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ.
περὶ ποιότητος καὶ εἴδους.
περὶ τῆς δι᾽ ὅλων κράσεως.
πῶς τὰ πόῤῥω ὁρώμενα, μικρὰ φαίνεται.
πρὸς τοὺς κακὸν τὸν δημιουργὸν τοῦ κόσμου, καὶ τὸν κόσμον κακὸν εἶναι λέγοντας.

Prima igitur, vt dixi, Enneas hæc continet, morales positiones potius comprehendens. Secunda verò naturalia colligit, quæ mundi sunt, quæúe ad mundum attinent in se complectens: hæc verò sunt.

De mundo.
De circulari motu.
Vtrum stellæ aliquid agant.
De duabus materijs.
De eo quod in potentia est, & quod in actu.
De qualitate & specie.
De mixtione per omnia.
Cur quæ vidẽtur procul, exigua videantur.
Contra putantes mundi opificem esse malũ, mundumque malum.

ἡ δὲ τρίτη ἐννεὰς, ἔτι τὰ περὶ κόσμου ἔχουσα, περιείληφε τὰ περὶ τῶν κατὰ κόσμον θεωρουμένων, ταῦτα.

Tertia quoq; Enneas, q̃ mũdi sũt cõtinẽs, cõprehendit ea quæ circa mundum cõsiderãtur.

A De fato.
De prouidentia primum.
De prouidentia secundum.
De eo qui nos sortitus est dæmone.
De amore.
Quòd incorporea minimè patiantur.
De æternitate ac tempore.
De natura contemplationeque & vno
De diuersis considerationibus.

B Has vtiq; tres Enneadas in vno corpore nobis placuit collocare. Iam verò in tertia Enneade connumerauimus materiã de dæmone nos sortito: quoniam de eo communiter pertractatur. Atque est eiusmodi propositio, siue quæstio illi considerationi conueniens, quæ hominum genituras inquirit. Similiter & de amore locus hic quoque patet. Tractatum verò de æternitate ac tempore, propter illa quæ de tempore disputantur hic ritè posuimus. Præterea disputationem de natura, & contemplatione, & vno, propter ipsam de natura inscriptionem C hic placuit numerare.

Quarta post hæc Enneas post libros de mũdo, libros de anima cõprehendit. Hi verò sunt.

D De essentia animæ, primus.
De animæ essentia, secundus.
De dubijs animæ, primus.
De dubijs animæ, secundus.
De dubijs animæ tertius, vel de visu.
De sensu atque memoria.
De immortalitate animæ.
De animæ descensu in corpora.
Vtrum omnes animæ vna sint.

Quarta igitur Enneas omnes de anima suas materias habuit. Quinta verò habet quidem de intellectu. Habet etiam vnusquisq; liber nonnihil de eo quod est intellectu superius: ac etiã de intellectu qui animæ inest, atque de ideis: hæc igitur habet.

E De tribus substãtijs principalibus, siue principij rationem habentibus.
De generatione & ordine eorum quæ sunt post primum.
De substãtijs cognoscẽtibus atq; superiore.
Quomodo à primo fiet quod est post primũ, atque de vno.
Quòd intelligibilia nõ sint extra intellectũ: atque de bono.
Quomodo quod est superius ente, nõ intelligat: & q̃dũe primò sit intelligẽs, q̃dũe secũdo. F
Vtrum singularium etiam sint ideæ.
De intelligibili pulchritudine.
De intellectu, ideisque & ente.

Quartã igitur Enneadẽ atq; quintã in corpus vnũ redegimus: Sextã verò Enneadẽ in vnũ aliud corpus cogere placuit, vt scripta Plotini omnia in tria corpora redigantur: quorũ primũ quidẽ tres cõtinet Enneadas: secũdũ verò duas: tertium denique vnam. Libri verò tertij corporis, sed Enneados sextæ ita sequuntur.

De generibus entis, primus.
De generibus entis, secundus.
De generibus entis, tertius.

περὶ εἱμαρμένης.
περὶ προνοίας πρῶτον.
περὶ προνοίας δεύτερον.
περὶ τοῦ εἰληχότος ἡμᾶς δαίμονος.
περὶ ἔρωτος.
περὶ τῆς ἀπαθείας τῶν σωμάτων.
περὶ αἰῶνος καὶ χρόνου.
περὶ φύσεως, καὶ θεωρίας, καὶ τοῦ ἑνός.
ἐπισκέψεις διάφοροι.

Ταύτας τὰς τρεῖς ἐννεάδας, ἡμεῖς ἐν ἑνὶ σωματίῳ τάξαντες, κατεσκευάσαμεν. ἐν δὲ τῇ τρίτῃ ἐννεάδι, ἐτάξαμεν καὶ τό, περὶ τοῦ εἰληχότος ἡμᾶς δαίμονος, ὅτι καθόλου θεωρεῖται τὰ περὶ αὐτοῦ. καὶ ἔστι τὸ πρόβλημα καὶ παρ' αὐταῖς, τὰ κατὰ τὰς γενέσεις τῶν ἀνθρώπων σκεπτομένοις. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ περὶ ἔρωτος τόπος. τὸ δὲ περὶ αἰῶνος καὶ χρόνου, διὸ τὰ περὶ τοῦ χρόνου, ἐνταῦθα ἐτάξαμεν. τὸ δὲ περὶ φύσεως καὶ θεωρίας καὶ τοῦ ἑνός, διὰ τὸ περὶ φύσεως κεφάλαιον, ἐνταῦθα τέτακται.

ἡ δὲ τετάρτη ἐννεάς, μετὰ τὰ περὶ κόσμου, τὰ περὶ ψυχῆς εἴληχε συγγράμματα. ἔχει δὲ τάδε.

περὶ οὐσίας ψυχῆς, πρῶτον.
περὶ οὐσίας ψυχῆς, δεύτερον.
περὶ ψυχῆς ἀποριῶν, πρῶτον.
περὶ ψυχῆς ἀποριῶν, δεύτερον.
περὶ ψυχῆς ἀποριῶν, τρίτον. ἢ περὶ ὄψεως.
περὶ αἰσθήσεως, καὶ μνήμης.
περὶ ἀθανασίας ψυχῆς.
περὶ τῆς εἰς τὰ σώματα καθόδου τῆς ψυχῆς.
εἰ πᾶσαι αἱ ψυχαί, μία.

ἡ μὲν οὖν τετάρτη ἐννεάς, τὰς περὶ ψυχῆς αὐτῆς ὑποθέσεις ἔσχε πάσας. ἡ δὲ πέμπτη, ἔχει μὲν τὰς περὶ νοῦ. περιέχει δὲ ἕκαστον τῶν βιβλίων ἔν τισι καὶ περὶ τοῦ ἐπέκεινα καὶ περὶ τοῦ ἐν ψυχῇ νοῦ. καὶ περὶ τῶν ἰδεῶν. ἔστι δέ, τάδε.

περὶ τῶν τριῶν ἀρχικῶν ὑποστάσεων.
περὶ γενέσεως καὶ τάξεως τῶν μετὰ τὸ πρῶτον.
περὶ τῶν γνωριστικῶν ὑποστάσεων, καὶ τοῦ ἐπέκεινα.
πῶς ἀπὸ τοῦ πρώτου τὸ μετὰ τὸ πρῶτον, καὶ περὶ τοῦ ἑνός.
ὅτι οὐκ ἔξω τοῦ νοῦ τὰ νοητά, καὶ περὶ τἀγαθοῦ.
περὶ τοῦ τὸ ἐπέκεινα τοῦ ὄντος μὴ νοεῖν: καὶ τί τὸ πρώτως νοοῦν, καὶ τί τὸ δευτέρως.
περὶ τοῦ, εἰ καὶ τῶν καθέκαστά ἐστιν εἴδη.
περὶ τοῦ νοητοῦ κάλλους.
περὶ νοῦ καὶ τῶν ἰδεῶν, καὶ τοῦ ὄντος.

Καὶ τὴν τετάρτην οὖν καὶ τὴν πέμπτην ἐννεάδα εἰς ἓν σωμάτιον κατετάξαμεν. λοιπὴν δὲ τὴν ἕκτην ἐννεάδα, εἰς ἓν ἄλλο σωμάτιον, ὡς διὰ τριῶν σωματίων, γεγράφθαι τὰ Πλωτίνου πάντα. ὧν τὸ μὲν πρῶτον σωμάτιον, ἔχει τρεῖς ἐννεάδας: τὸ δὲ δεύτερον, δύο: τὸ δὲ τρίτον, μίαν. ἔστι δὲ τὰ τοῦ τρίτου σωματίου, ἐννεάδος δὲ ἕκτης, ταῦτα.

περὶ τῶν γενῶν τοῦ ὄντος, πρῶτον.
περὶ τῶν γενῶν τοῦ ὄντος, δεύτερον.
περὶ τῶν γενῶν τοῦ ὄντος, τρίτον.

περὶ

A περὶ τοῦ τὸ ὂν ἓν καὶ ταὐτὸ ὂν ἅμα, πανταχοῦ εἶναι ὅλον, πρῶτον.
περὶ τοῦ τὸ ὂν ἓν καὶ ταὐτὸ ὂν ἅμα, πανταχοῦ εἶναι ὅλον, δεύτερον.
περὶ ἀριθμῶν.
πῶς τὸ πλῆθος τῶν ἰδεῶν ὑπέστη. καὶ περὶ τἀγαθοῦ.
περὶ τοῦ ἑκουσίου, καὶ θελήματος τοῦ ἑνός.
περὶ τἀγαθοῦ, ἢ τοῦ ἑνός.

Quòd vnũ idẽq; simul vbiq; sit totũ, primus.
Quòd vnũ idẽq; simul vbiq; sit totũ, secũdus.
De numeris.
Quomodo idearũ extitit multitudo, atque de bono.
De libertate, voluntateq; vnius.
De bono, vel vno.

Τὰ μὲν οὖν βιβλία, εἰς ἓξ ἐννεάδας τοῦτον τὸν τρόπον κατετάξαμεν, τέσσαρα καὶ πεντήκοντα ὄντα. καταβεβλήμεθα δὲ καὶ εἴς τινα αὐτῶν B ὑπομνήματα ἀτάκτως, διὰ τοὺς ἐπείξαντας ἡμᾶς ἑταίρους γράφειν, εἰς ἅπερ αὐτοὶ τὴν σαφήνειαν αὐτῶν γενέσθαι ἠξίουν. ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ κεφάλαια αὐτῶν πάντων, πλὴν τοῦ περὶ τοῦ καλοῦ, διὰ τὸ λεῖψαι ἡμῖν, πεποιήμεθα κατὰ τὴν χρονικὴν ἔκδοσιν τῶν βιβλίων. ἀλλὰ καὶ ἐπιχειρήματα, ἃ ὡς κεφάλαια συναριθμεῖται. νυνὶ δὲ πειρασόμεθα, ἕκαστον τῶν βιβλίων διερχόμενοι, τάς τε στιγμὰς αὐτῶν προσθεῖναι. C καὶ εἴ τι ἡμαρτημένον εἴη κατὰ λέξιν, διορθοῦν. καὶ ὅτι ἂν ἡμᾶς ἄλλο κινήσῃ, αὐτὸ σημαίνει τὸ ἔργον.

Libros igitur quatuor & quinquaginta in sex nouenarios ita disposuimus: inseruimus autem in libros quosdam absque certo ordine cõmẽtaria: quoniã amici qui nos vrgebãt ad cõmentandũ, ea potissimũ exigebãt à nobis exponi, quæ maximè declaratione apud illos egebant: quin etiam capitula omniũ secũdum editionis librorũ tẽpora fecimus, præterquam de Pulchro. Nã deerat hîc nobis noticia tẽporis. Verùm in hoc nõ capitula solum, secundũ vniuscuiusq; libri modũ exposita sunt, verùm etiã argumẽta quæ sunt capitulorũ more cõnũmerata. Nũc verò libros singulos percurrentes puncta etiã signaq; adhibere conabimur, & si quid vsquã in dictionibus erratũ fuerit, emẽdare, ac si quid aliud nos moueat, opus ipsum significare potest.

PORPHYRII DE VITA PLOTINI, FINIS.

MARSILII FICINI FLORENTINI IN LIBRVM PRIMVM ENNEADIS PRIMAE, COMMENTARIVS.

SVMMA TOTIVS LIBRI

Anima rationalis media est inter formas diuinas atque naturales, neque inest corpori, sed adest, & vitam ex se propagat, quæ inest corpori, ex qua & corpore fit animal vnum compositum. Capitulum primum.

PER OPPORTVNE primus hic omniũ nobis occurrit liber, in quo nos ipsos velut in speculo cõtẽplemur, ne tãquã nimium curiosi aliena prius quàm nostra quæramus. Docebit enim nos, id est hominẽ verum, atq; hoc ipsum quod ipsi propriè sumus, non esse corpus: quia hoc vtimur vt instrumento, non esse vitam omnino corpori propriam & addictam, quoniã hæc nobis cum brutis est communis: & quia sæpe huic ipsa ratio per quam ipsi sumus, aduersatur & imperat, non esse quiddam ex corpore & propria eius vita compositum, eisdem omnino de causis quas hic assignauimus. Hoc enim esse animal non denique ex anima rationali & viuente irrationali coniunctum, quoniam ex indissolubili & dissolubili vnũ confici nequeat: sed hominem esse animam, id est, substantiam incorpoream rationalem, ex diuino quidem intellectu existentem, in se verò consistentem, corpori autem non inhærentem, sed potius assistentem, atque ipsa sui præsentia vitam hanc in corpore producentem, ex qua & corpore compositum animal appellatur. Animam verò nostram corpori quidem adesse, sed non inesse, sic breuiter ostendemus. Tria formarum genera sunt. Infimæ quidem formæ sunt naturales, supremæ verò diuinæ, mediæ aut rationales animæ. Naturales formæ, vt elementorum, atque mixtorum, dicuntur & adesse materiæ, quantum eam afficiunt, & in eam nonnihil efficiunt: dicuntur & inesse materiæ, quãtum vnà cum ipsa formæ similiter patiuntur. Sed formæ diuinæ, id est diuinus intellectus mundi artifex, rerumq; ideæ, id est primi diuinæ intelligentiæ actus, & exemplaria rerum, neque materiæ insunt: alioquin ne fingi quidẽ posset quicquam à materia separatum: rursus neque materiæ adsunt. Non dico procul esse à materia secundum locũ, nam proculdubio sunt vbiq; sed non adesse secundũ vllam naturæ cognationem, affectumq; aliquem ad materiam. Quis enim intellectum diuinum non animaduertat ab omni materiæ commercio esse secretum? quando & intellectus humanus non aliter actionem intelligentiæ propriam, quàm seipsum à materia segregando expedire possit atque perficere. Inter formas igitur naturales quæ materiæ adsunt simul & insunt, ac formas omnino diuinas, quæ neque insunt, neque etiam adsunt, extare oportet mediam formæ naturam: quæ materiæ non insit quidem, ne cum materia patiatur, ne patiendo cum ea imperfectè agat in eam: ne imperfectè agendo vsque ad vitæ vigorem hanc ipsam formare non possit, adsit autem materiæ, id est naturali prouidentia faueat, & foueat quodam affinitatis amore, fouendo formet, atque viuificet, viuificando humanum pariat animal, homini, id est animæ subditum generanti. Talem esse rationalem animam perspicuè constat, non inesse quidem apparet, vbi corpori

repugnat & imperat:apparet etiam & adesse,vbi corporis coniugium naturaliter amat. Habet aliquid proprium, vbi ratiocinatur,id est motu quodam & tempore ab effectu ad causam argumentationibus suis ascendit, iterumq; descendit:& vbi proposito fine,& viarum inuenta diuersitate,de illarum electione consultat. Tota quidem hæc facultas,ratio,cogitatio,consultatio,maximè hominis propria nominatur. Habet iterum aliquid cum intellectu diuino quasi commune,intellectum scilicet non discurrendo,sed intuendo veritatem assiduè contemplantem:cuius quidem intuitu stabili vaga rationis discursio regitur:illinc exordiens,illuc denique desinens . Habet aliquid & aliquid quasi commune cum bruto,imaginationem,id est sensum animæ intimum atque simplicem,sensuumq; sequentium iudicem. Proinde ipsa vis media,quæ discurrit,qua ratione discurrit cogitatio,simul ratio consilium nominatur:qua verò discurrendo exordia sumit ab intellectu intelligentia,sapientia,scientia dicitur:sed qua ab imaginatione cursum inchoat,coniectura.fides,opinio nuncupatur. Hæc substantia his tribus prædita viribus anima propriè à Platonicis nominatur:& quatenus sic affecta est,vt vitam quandam in corpus effundat humanum,nominatur et homo. Est autem hæc anima propriè. Vita verò hinc effusa propriè animatio & viuificatio dici debet: communi tamen licentia freti illam quidem animam dicemus primam,hanc verò secundam. Atque à prima eiusq; viribus secundam viresq; eius oriri. In prima quidem ab intellectu ratio,à ratione imaginatio proficiscitur: in secunda vires quoque tres præcipuè sunt,imaginatio,id est,communis quidam sensus:deinde sensus exterior in partes quinq; diuisus:postremò potentia genitalis,quæ & natura uocatur,generationis augmenti,nutritionis origo. Imaginatio quidem in anima secunda atque animali. Ex ea enim & corpore animal fit humanum, repræsentat primæ animæ intellectum:sensus exterior rationem. Natura deniq; vegetalis imaginationem primæ animæ refert. Imaginatio rursus quæ animæ prioris est infimum,discreta dicitur phantasia, & nonnihil de particulari substantia iudicat:ac propius sequitur rationem. Imaginatio verò quæ sequentis animæ,animalisq; tenet summum , confusa dici phantasia solet,& accidentia solum percipit,plurimumq; instinctu ducitur naturali. Proinde sensus omnis in hoc animali,& ad externa sensibilia pertinet,& ad passiones corpori ab externis illatas, quas persentit proximè,proprieq; corpore patiente compatitur. Sensus autem,id est,imaginatio superioris animæ non ad sensibilia , sed ad subiecti animalis sensus sese dirigit:non passiones corporis proximè sentit,sed compassiones sensuum statim animaduertit:& omnino circa imagines,actiones,passiones sensus inferioris versari solet:neq; perniciosam inde suscipit passionem,sed affectu quodam erga illum paterno sæpissimè tangitur. Hactenus cōmunis quædam in totum librum argumenti sit forma.

Diuisio libri in partes tredecim.

I *Diuidimus autem librum totū in capita,vel capitula tredecim:sed vsq; ad septimum inquirit tantùm,in septimo quæstiones incipit definire,sed deinceps inuestigat pariter & definit. In primo igitur capitulo vbi perturbationes sint,primùm instituit indagandum. Secundo, vbi actiones effectusq; eas præcipuè comitantes. Tertio, vbi cogitatio & opinio. Quarto, vbi intelligentia. Quinto quid sit hoc ipsum quod de his considerat. Sexto quod & primum esse vult,vbi sit sensus. Quærens autem vbi hæc & cuius sint,interrogat,nunquid animæ simplicis,an animæ vtētis corpore:an cuiusdam ex vtrisq; commixti,an fortè misturæ. Inquisitio verò hæc & sequentes eò tendunt, vt quid homo sit,quid animal,tandem inueniatur. Hoc igitur est libri propositum,hic & ordo.*

Idem est anima rationalis, atque ipsa natura rationalis animæ, quæ etsi separata est secundum esse à corpore,producit tamen vitam coniunctam corpori in vno animalis esse: Ideo Plotini opinio inter Alexandri & Auerrois opinionem media est.

II *In secundo libri capite sic exorditur: Si anima sit forma simplex in se consistens,eam neque passiones vllas,neque ea quæ passiones vel antecedunt vel sequuntur,suscipere. Sin autem sit vel quiddam ex materia formaq; compositum:vel forma quædā propria pars compositi, eā facilè talia suscepturam. Vbi notabis quod ait: Si aliud anima sit,aliud ipsum esse animæ:legi posse,non solùm ipsum esse animæ,sed etiam ipsum esse animam. Atque idem prorsus apud Plotinum significare. Anima quidem significat animam hanc quodammodo demonstratam,vel euentu compertam,quæ qualiscunque sit,alicubi vel aliquando præsens adest. At ipsum esse animæ, vel ipsum quod est esse animam,significat ipsam animæ naturam (vt ita dixerim) specialem. In qua quidem nec vlla ad integram animæ essentiam necessaria desint,neque sit aliquid superuacuum. Vult autem esse idem. Quod in libro de Voluntate Dei declarat,dicens: Idem est anima,atque ipsum quod est esse animam. Siquidem anima est forma simplex,neque de alio dicitur.quasi dicat:neque circa compositum,neque circa formam compositi propriam,quæ & ipsa quodammodo compositum quiddam esse videtur:dici debere,idem esse rem hanc,ipsumq; rei esse, vel ipsam rei huius essentiam. Aliud enim est hic homo,aliud ipsa humana natura:ipsi nanque naturæ neque quicquam deest perfectionis humanæ,neque superuacuum aliquid accidit:sed in hoc homine & sunt quædam homini minimè necessaria, & (vt Platonicè loquar) quia insunt quædam ab homine nimium aliena, iccirco hic homo ab ipsa idealis rationis integritate degenerat. Formæ autem à materia separatæ,quæ & simplices sunt, & in se ipsis existunt,nihil idealis rationis amittunt,nihil subeunt alienum. talem esse rationalis animæ substantiam arbitratur. Quod in libro de Animæ immortalitate demonstrat. Et in libro de Beatitudine significat dicens: Animam non esse compositi partem, testatur ipsa eius à corpore separatio. tu verò separationē intellige duplicē. Vnā per moralē philosophiā,qua se à perturbationib. corpori seruientibus segregat: alteram per contemplatiuam,qua se à sensibus & imaginatione seiungit . Profectò anima quia non sit pars compositi,ideo in seipsam primasq; causas conuerti potest , & composita quælibet vsque ad partes simplices,& illas iterum ad simplices formas in se ipsis iam existentes,ritè resoluere. Hanc Plotini sententiā inter Alexandrum & Auerroem esse mediam est compertum . Alexander enim,intellectualem naturam esse posse vitam corporis propriam confitetur: Auerrois autem neque vitam corporis esse concedit, neque vllam corpori vitam infundere: Plotinus denique intellectualem naturam esse quidem vitam corporis familiarem negat,concedit tamē, familiarem quandam sua præsentia vitam in corpora propagare,ex qua & corpore non homo,sed animal conficiatur humanū. Tu verò quid homo,q̄d animal,nō in hoc tantùm libro,sed in libro etiā quomodo ideарū extitit multitudo inuestigare memēto. Vbi dicit,sensus vel speciē vel corpus in passibile pcipit, vtrāq; opinionē de sensu cōplectitur. nā alij sensum accipere volūt in corporeas dūtaxat imagines: alij res quasdā corporeas q̄de, tales tamē,vt vbi suscipiūtur à sensu,*

à sensu, modò sit rectè iudicaturus. neque ipsæ interim patiuntur, id est, ex eo quòd sunt transmutentur à sensu, neq; sensus ab illis similiter patiatur.

Anima rationalis etsi in se ipsa consistit, quodammodo tamen vergit ad corpus, quod intellectuali substantiæ minimè conuenit.

III Quoniam verò animam significauerat in se ipsa consistere, nequis putet propterea nihilo à mente differre, adiungit, animam, etsi existit in se, sicut & mens: tamen fouere corpus, & fouendo formare, atq; vita replere: quod sanè mens ipsa nō efficit. Deinde animam ait, viuificato iam corpore vti velut instrumento quodam naturali, scilicet, & coniuncto. Post hæc inuestigat, nunquid dum corpore vtitur vt instrumento, idem sensus paßionesq; suscipiat, paulatimq; eò declinat, vt nō suscipiat: quia videlicet vtatur corpore non tanquam innitens corpori, sed tanquam regens: Tum verò significat animā & natura esse à corpore separabilem, & per philosophiam id re ipsa potißimum comprobari: demum quærit, si quo modo coniuncta sit corpori, quomodo coniungatur. Nunquid tanquam quædam corporis temperatio: an quia ipsamet per corpus totum sese propaget: aut quia sit forma in corpore iacens: aut species illi præsidens: aut partim quidem separata, quatenus vtentis vicem gerit, vt rationalis anima: partim coniuncta, quatenus est instrumentum viuum vtenti subiectum, id est, vita ratione carens, animalq; ex ipsa simul & corpore constitutum. Debet verò philosophus & instrumentum hoc ad vtentem conuertere rationem, vt ei libentißimè pareat, & rationem ipsam etiam ab hoc vsu reuocare, quoad fieri potest, ad contemplandum.

Animam non commisceri corpori ratio duplex ostendit.

IIII In quarto libri capite hos modos exequitur, dicens: Si anima sit mistura quædā vel forma in corpore iacēs, sicut non ipsa erit propriè, sed compositū ipsum erit: ita neque sentiet, vel aget, vel patietur, sed cōpositū: ipsa verò, vt ita loquar, cōpatietur. Sin aūt sit essentia suū in se esse poßidens, nō mixta, nō iacens, sed & sua tantùm largitate explicans se per corpus, & præsentia sola viuificans nullas vnquā corporis paßiones admittet: fermè, sicut neque lumē aeris paßiones Iam verò nō esse cōmixtā corpori, & ideo neq; iacentem, duplici ratione demonstra. Prima: Si anima quæ est ipsum corporis viuificādi principiū corpori misceretur, prorsus inficeretur tāq; deteriori permixta, cadereтq; à vita eo ipso tempore, quo viuificatura foret: quamobrē non perfectè viuificaret atque formaret. Vita sane corpori iam viuenti permixta, non tam vita quàm viuificatio quædam est in eo per modum paßionis accepta, per modū verò actionis ad vitam ipsam pertinet separabilem: Sicut forma quælibet in materia formatio quædam est, paßioq; materiæ ex efficaci quadā formæ separatæ actione dependens: & lumen in aere potius illuminatio quædam est, quàm lumen: igitur perfectè viuificare, formareq; corpus, neque est officium imperfectæ huius vitæ iacentis in corpore: neque puri insuper intellectus. est igitur animæ intellectualis, rationalisq; officium. Secunda ratio: Nō commiscentur in vnum, nisi quæ & in communi materia inter se conueniunt, & genere congruunt: Anima verò præsertim intellectualis, magis à corpore distat, quàm ab albedine linea. at hæc duo minimè commiscentur: Ergo neq; anima corpori permiscetur.

Nisi cognoscatur quomodo anima coniungitur corpori, non cognoscetur quæ actiones vel pasßiones sint animæ propriæ, & quæ compositæ.

V Quoniam opinionē Aristotelicam tetigit dicentem, paßiones & affectus non tam esse animæ quàm animalis, cursim ostendit esse difficile dictu, quomodo hæc coniuncti, vel communis, id est totius sint animalis. Siue enim dixeris per sensum hæc à corpore in animam, atq; in totum progredi, nondum patuit quid cuiusue sit sensus: siue ab anima per opinionem vel iudicium quoddam in corpus totumq; descendere nondum constitit, quidnam cuiusue opinio sit. Item appetitus boni communis, scientiæq;, & gloriæ sempiternæ animæ solius esse potest. Rursus opinio mali non necessariò dolorem agit, scilicet in corpore tali atq; viuente. Sic neq; opinio vel contēptus, iram vel alicuius boni concupiscentiam in tali corpore necessariò prouocat. Proinde si dicantur perturbationes esse ipsius concupiscendi & irascēdi potētiæ, hāc verò vim in cōposito esse fundatam, atq; ita perturbationes esse cōpositi: hoc insuper Plotinus similiter agitat. Deniq; si afferant Peripatetici affectus eiusmodi, tū ad vim cōcupiscēdi & irascēdi, tū ad coniunctū, sed aliter atq; aliter pertinere: hoc similiter adducit in dubium, significans ambiguitatem eiusmodi ex eo potißimū nobis accidere, quia nondum quomodo anima corpori coniungatur, & quomodo animal compositum fiat, compertū satis habemus.

Si dicatur animam rationalem esse compositi animalis partem, dubia non soluentur.

VI In sexto capitulo solutionem ad præcedētia dubia Peripateticā adducit in medium. Aiunt enim, Cum in animali ipsum esse sit non partis, sed totius, meritò ad totum actiones paßionesq; propriè pertinere: ita videlicet, vt anima quidem & animalis potentia id sit, quo animal agit: animal autem sit præcipuè, quod agit & patitur. Plotinus id fortè manifestum in actionibus paßionibusq; in externam materiam transeuntibus esse concedet: at verò circa sensum qui intrinsecus est, & circa vitam quæ est intima, dubitandum ait, cur non anima sentiat atque viuat. Tota verò eiusmodi controuersia, vt dicebam, eò tendit, vt intelligamus ambigua declarari non posse, nisi constet prius, quomodo anima se habeat ad corpus, corpusq; ad animā: quidue perseueret simplex, quid autem & quomodo cōponatur. Hactenus vt in principio dixi, quæritur tantùm, nihil autem interea definitur.

Anima rationalis in se consistit, actionesq; rationales proprias habet, & sensum quendā passionis expertem: producit autem in corpore vitam irrationalem, cuius sensus circa corporis passiones versatur.

VII In septimo capite paulatim incipit definire, sententiāq; propriam affert: quā esse præcipuè veram ex eo patere vult, quòd non aliter quàm hac posita dubitationes de anima solui poßint. Et profectò nisi quis ita distinguat, difficillimè aßignare poterit rationes, partim diuinitatis nostræ, partim eorum, quæ à diuinitate in nobis aliena videntur. Neq; Platonis tantùm & Pythagoræ hæc sententia est, vt ex Timæo patet, atq; Aegyptiorū, quod docet Iamblichus: verùm etiam Aristotelem ita sensisse Themistius asserit. Hæc aūt sentētia est: Duas in nobis esse vitas

quarum secunda sit à prima, eiusq; imago: sed prima in se subsistens, secunda inhærens corpori: prima sit totum in se
quiddam, secunda sit pars compositi, scilicet animalis huius, quod primæ subest vitæ. Esse quandam inhærentem cor-
pori vitam nemo dubitat: præesse verò alteram huic in se subsistentem ratio probat, vitam asserens in alio iacentem,
velut imperfectam à perfecta vita pendere. Sic & intellectum in anima situm ab intellectu in se ipso vigente, ac
bonū in intellectu ab ipso bonū in se cōsistente manare. Proinde intellectuale bonū ab ipso simpliciter bono non tan-
tùm fieri, sed etiam conseruari, neque inde secerni. Similiter intelligentiam infusam animæ ab intellectu puro &
fieri & seruari, neque inde disiungi: eadem ratione vitam siue animam corpori mancipatam produci, seruariq; à vi-
ta, id est anima semper in se manente, eiq; contiguam permanere: ac velut solis radium inde quidem suo soli conti-
nuari, hinc verò contingere subiectum atque formare. Quamobrem vita prima, quasi forma quædam est animalis:
secunda verò forma corporis naturalis instrumentis præditi ad animalis vsum accommodatis: quod & Aristoteles
ait: & postquam animam appellauit formam siue actum, subiunxit, aliter esse actum intellectualem animam, ali-
ter verò aliam. Sed vt redeamus ad nostra: hac Plotinus distinctione proposita, sensum quidem cum passione tribuit
animali: sensum verò animæ accommodat passionis expertem, rursus eidem animæ rationis discursiones assignat siue
declinent ad sensum, siue surgant ad intellectum: reliqua verò huius capituli per se diligenter consideranti patebūt.

Anima rationalis copulatur per intellectum suum menti diuinæ, per illam Deo: sic & irratio-
nalis vita animæ rationali subnectitur. Intellectus autem & proprius est, & communis.

VIII Octauū verò caput inquirit quomodo anima ad omnia tū superiora, tum inferiora se habeat: sed primò quo
pacto ad intellectum diuinum animarum rationalium patrem, qui sic fermè præsidet animæ, sicut hæc animali.
Scito autem ipsum vnum, siue ipsum bonum, quod & summus est Deus, nullum habere respectum: intellectum ve-
rò boni filium apud Plotinum duos saltem respectus habere: primum prout est ab vno, atque ita & ipsum esse vnū:
secundum prout existit in se: itaq; in multitudinem idearum deriuatur: quas tamen omnes actu vnico simul habet
& conspicit: Animam deinde tres iam habere respectus. Ab intellectu enim cognoscendi vim habet, sed hæc ipsa
vis vt proximè ex intellectu pendet, ipsa quoque est intellectus, semperq; patri continua, sub illius forma actuq; sem-
per cuncta simul intelligit: vt autem pro natura animæ capitur, iam tempore quodam, & à potentia in actum suc-
cessione discurrit: ratioq; & cogitatio nuncupatur, sicq; rerum species videtur inter se disiunctas habere: denique vt
vergit ad animal, ex vniuersalium ratione ad particularium imaginationem iam descendit. Sed hæc animalis vita
quatuor respectus subire videtur. Prout enim ab anima, velut imago à substantia pēdet, imaginationem habet: pro-
ut in se aliquid est, in sensuum multitudinem deriuatur. Quantum regit corpus, vitalem vim exercet: quantū ad-
hæret corpori, parsq; animalis euadit, passionibus obnoxia redditur. Vita igitur hæc est forma corporis: anima verò
potius animalis est forma: intellectus forma animæ. Deus quodammodo ipsius intellectus est forma, semperq; dein-
ceps gradus inferior sub actu superioris gradus quasi formæ consistit & agit. Proinde intellectus ipse diuinus tum
cōmunis dicitur, quātū ipse indiuiduus totusq; est vbiq;, tū proprius, quātū à singulis animabus, singulis quoque pro-
prijsq; modis accipitur. Vnde & diuersi apud alias animas modi ratiocinādi sequūtur: modi quoq; imaginādi diuersi.
Intellectum verò qui iam est forma quædam in anima non solum præsidens, sed & insita, nemo dixerit esse commu-
nem. Oculi sanè multi multas referunt animas: multi præterea visuales radij oculis naturaliter insiti varios intel-
lectus animabus naturaliter insitos repræsentant: vnum verò commune solis lumen vbiq; præsens intellectum præ-
fert diuinum animarum intellectuumq; patrem. Lux tandem vna Solis in ipso Sole consistens, ipsum bonum mētis
patrem nobis ostendit. Intellectus igitur animabus ingeniti & si nō vnus sunt intellectus, sunt tamē vnum scilicet,
vnum secundum esse intellectuale, redditum actu intelligens ab vno mentis illius lumine: in quo velut in communi
forma obiectoq; sunt vnum, quamuis etiam sint pro animarum multitudine multi. Sicut etiam & visuales radij seu
visus pro numero oculorū numerati sunt, neq; sunt vnus, sunt tamē vnū in vno lumine inuicē concurrentes: maxi-
mè verò viderentur vnum, si in se ipsis extarent, sic ab oculis expediti, sicut intellectuales animæ restant à corpori-
bus absolutæ. Hanc Platonis & Plotini sententiam Themistius Aristoteli & Theophrasto accommodare vide-
tur, & Auicenna, Algazelesq; sequuntur: Alexander autem in hoc conuenit cum Plotino, quòd præter vnum intel-
lectum multos quoque nobis attribuit: discrepat verò quòd hos multos asserit esse mortales. At Auerrois cum Plotino
consentit, intellectum omnem asserens immortalem: dissentit verò, dum vnicum nobis assignat. Tu verò accipe ab
Alexandro quidem numerum intellectus humani, ab Auerroe verò immortale omnis intelligentiæ munus, in-
tegramq; habebis Plotini nostri sententiam. Proinde scito, de natura intellectus maximè omnium credendum esse
Plotino, quem semper intellectu vixisse, vita eius & gesta scriptaq; testantur. Id verò nunc admonuisse volo, ne te
Alexander Auerroisq; perturbet. Concludit tādem nos, id est, hominem esse propriè animam discursu vtentem ratio-
nali, siue per vniuersalia discurrat, siue per singula: quæ verò superiora vel inferiora sunt ratione, esse nostra. Illa qui-
dem quia nos semper inde pendemus: hæc autem quia ex nobis ipsa dependent. Subdit Platonis more, naturam qui-
dem inlellectualem, tum præsidentem nobis, tum insidentem indiuiduam esse: vitam verò ad corpus vsq; diffusam
dici diuiduam. Quia quamuis vna totaq; sit in quolibet membro, tamen afficitur ad diuersa, varioq; modo viuificat
varia: atq; in multis siue membris, vehiculis úe simul, siue corporibus successione viuificandis anima rationalis non
conficit ex se & corpore vnum, sed ex corpore & vita quadam illi tributa quasi quadam animæ ipsius imagine. De-
nique docet aliam animæ vim deinceps ab alia dependere.

Peccādi causa est in anima irrationali, nostroq; animali: in anima verò cōsensio. Item rationalis
circuitus medius est inter quietem motumq; rectum. Rursus quomodo intelligentia & ratio se ha-
beant inuicem, atq; ad imaginationem. Item allegoria de Adam & Eua.

IX Superiores verò distinctiones nos in nono capitulo docēt, principium quidem peccatorū esse in animali, mediū
verò in ipsa imaginatione superioris animæ: quoniam videlicet animalis incitamentis obsequitur, antequam ratio
vtrum prosequendum sit, an fugiendum perspicuè iudicauerit. Hinc homo interior de homine exteriore cōqueritur:
Sentio

Sentio aliã legẽ in mẽbris meis repugnantẽ legi mẽtis meæ, & captiuũ me ducentẽ. Sed & ipsa ratio cũ etiã circa res agendas versetur, debuisset iamdiu imaginationẽ suam sic instituere, vt minus temerè properaret, animalq; domare: ipsaq; se ipsam ad intellectum direxisse prius, ac formauisse: qui sanè intellectus circa singula quæ aguntur, se minimè versat: ideoq; omnino est procul à culpa. Sed nos, id est, per rationalẽ vim actionẽq; definiti aliquãdo peruenimus ad intelligibiles idealesq; ratiões, speciesq; rerũ, quæ prius in mẽte diuina sũt: deinde sunt & in nostra, plurimũ verò ad eas minimè surgimus. Tũc aũt in ratione nostra tãtùm potẽtia sunt: sed in vtraq; mẽte sunt semper in actu. Dixit rationis discursiones nobis, id est, animæ esse maximè proprias: quoniã cũ media sit inter diuina quæ semper manẽt, atq; naturalia, quæ lapsu quodã motuq; recto à se ipsis quasi digrediuntur, meritò motũ discursionẽq; circularẽ habet inter motũ rectũ statũq; propriè mediũ. Intelligentia etiam animæ propria dicitur, non tam quòd ex natura sua sit, quàm quòd intelligat absq; corporis instrumento. Sic anima etiam sine illo ratione discurrit. Sed hoc saltem interest, quòd discursiõ argumentatioq; etsi non fit per corporis instrumentum, imagines tamen sensibiliũ aliquas ferè semper ante oculos habet. Motus enim naturaliter ad talia labitur: intelligentia verò neq; corporis vtitur instrumentis, neq; tales spectat imagines. Ratio quinetiam quando ad intellectũ penitus se cõuertit, vniuersalia sine particularium imaginibus intuetur. Sed de his in Theologia nostra latius disputamus. Dum verò hic verbis Aristotelis vtitur, significat, Aristotelem in his à Platone minimè dissidere.. Addit rationis discursum, intellectum imaginationemq; versari, neque corporis passiones attingere, sed quasdam imagines passionum suo quodam sensu, id est, prima imaginatione versari. Item rationem, siue cogitationem esse quendam intelligentiæ actum. Est enim cogitatio vera, intelligentia quædam latius explicata: & modò intellectũ attingens vniuersales species intuetur: modò ad imaginationem vergens, perq; ipsam ad animal vniuersales species ad particulares vsque deriuat: modò has cum illis cõparans, quo consentiant, quòue dissentiant, discernit & iudicat. Ac si exordiatur ab intellectu, atq; inde discedat, tũc ab vniuersalibus descendit ad singula componendo. Sin autem ab imaginatione sumat occasionem, altiusq; resurgat, à singulis ascendit ad vniuersalia resoluendo. Hunc deniq; ordinẽ obseruabis in anima, vt eam habere memineris species in mente & vniuersales & stabiles. At in ratione species quidem vniuersales, sed quodammodo mobiles: in imaginatione verò particulares iam, atq; mutabiles. Concludit passiones perturbationesq; & causas peccatorũ propriè in animali consistere: in anima verò horum animaduersionem & quandam sæpe consensionem. Tu autem in Plotini verbis allegoriam animaduerte Mosaicam: personas videlicet duas, id est hominem ipsum quasi Adam: & humanum animal inde tractum atq; degenerans quasi Euam. Adde & tractum ex anima dormiente. Hæc enim tunc animal ex se propagat, quando ex pristina penes Deum vigilia ad naturalia labens, diuinorumq; oblita iam dormit & somniat. Itaque tunc vitam corpoream generat quasi Euam. Considera & hanc primò peccantem, illum deinde consentientem: sed intellectum illi quasi angelum præsidentem, & mox increpantem, & angelo deum. Ac denique duo in carne considera, id est, duas quasi in eodem corpore animas. Sed ita Moysen Plotinus Origenesq; & Ammonius intellexerint, pergamus ad reliqua.

Quomodo animal in nobis ad animam se habeat, & vtrum vita vlla pereat.

X *Caput libri decimum docet, quæ animalis nostri propria sunt, ad nos quodammodo etiam pertinere. Item in anima rationali esse virtutes ratione quæsitas: in animali virtutes consuetudine comparatas. rursus vitam ab anima rationali tributam corpori, dissoluto corpore non extingui, sed animam suam fermè ita sequi sicut lumen suam videtur sequi candelam. Idem senserat & Numenius.*

Quomodo anima se ad intellectum habeat, per quem scilicet semper intelligit, quamuis ratio id non semper animaduertat. Item de pueris atque brutis.

XI *Postquam in superioribus disseruit quomodo nos ad animal, quod infra nos est, habeamus: nunc in vndecimo capite, quomodo ad intellectum nobis, id est, ratione superiorẽ. Ait ergo, intellectum quidem nostrum agere semper in se circa diuinum, & intellectione perpetua intelligibilia semper omnia contueri: quod quidem Aegyptiorum inuentum fuisse Iamblichus asserit. Quamobrem in pueris etiam idem agere. Arbitror verò Plotinum illud sic accepisse: Paruulorum angeli semper vident cœlestis patris faciem. Nam & Ammonius atq; Origenes more Platonico sacras literas interpretari solebãt. Inquit autem: in pueris animalis vires ob necessariam corporis augendi fabricam intentissimè operari, atq; circa easdẽ vires, idemq; ministerium superioris etiam animæ imaginationem plurimum occupari: minimas autem rationis scintillas in hæc emicare, vtpote quæ ad opposita conuertantur. Subdit, rationis actum ab his vacantem circa intellectum interim operari: quippe cum vis adeò efficax omnino vacare non possit. Veruntamẽ neq; actũ intellectus circa intelligibilia, neq; rationis actum circa intellectũ tunc à nobis agnosci: quoniam imaginatio superioris animæ propria, cuius ministerio fit in nobis animaduersio, cum sit controuersa penitus ad oppositum, non suscipit intelligentiarum vllas imagines, quas ad rationis oculos speculi more reflectat: quibus ita reflexis ratio solet, ideoque & nos solemus actiones intelligentiæ atque rationis animaduertere. Appellant autem imaginationem hanc in nobis medium. Est enim inter rationalia nostra, & irrationalia medium, & quasi medium vtrinque imagines accipit. Quandoque etiam rationem nuncupat medium: est enim animæ mediũ. Imaginatio verò est medium aggregati, quando scilicet aliquid ex homine animaliq; fingimus congregatum. Per hæc autem duo media fieri animaduersio solet. Imaginatio enim quasi reflectit imagines: ratio verò reflexionem sagaciter apprehendit. Proinde post quæstionem de pueris, meritò de brutis inquirit: quasi de rebus quantum apparet propè similibus. Vult sanè vbicunque est vita sic vnita corpori, vt ex ea & corpore vnum commune animalis esse resultet: adesse insuper oportere vitã in se ipsa manentẽ, cuius virtute altera vita quasi viuificatio quædã suppeditetur, cõtinueq; seruetur: sicut motio à motore, lumẽq; semper à luce suggeritur: quoniã in vnoquoq; genere imperfectũ cõtinuè à perfecto depẽdet. In brutis igitur minus sagacibus vitã ab ipsa sphæræ anima, sicut & plãtis opinatur infundi: bestijs verò perfectiorib. & nõnihil præferẽtib. rationis, nõ ab anima tãtũ sphæræ q̃uis rationali, sed ab alia quadã etiã rationali magisq; ppinqua vitã suppeditari. Quæ q̃dẽ anima cũ ab intelligibi mũdo lõgi⁹ iã cogitatiõe affectuq; quasi discesserit, atq; ita deliq̃rit, multũq; rationis amiserit, accõmodata iã dicitur ad vitã animali mi-*

nus, rationali subministrandam, sed ipsa interim dicitur esse præsens: neque tamen adesse præsens quidem, quantum præstat vitam, adesse verò nequaquam: quia non exequitur ibi consuetum rationis officium, quamuis in supernis intelligentiã exequatur: atq; ipsa animæ rationalis substantia in se consistit, neq; fit pars compositi. Quod ultimum & Proculo placuit, & antè Porphyrio neganti rationalem hominis animam fieri propriam bruti animam, concedenti tamen sagacium animalium animas nonnihil rationis habere, semperq; viuere. Idem quoq; tentauit & Origenes, nempe cum audiret, dæmones tum hominibus frequenter insinuari, tum in porcos aliquando mitti, ausus est & animas hominum in animalia mittere fortè purgandas. Sed hæc ipsi viderint. Animaduertendum verò, Plotinũ hic suum hac in re iudicium temperare, cùm dicit: Si sunt animæ nostræ in brutis. Item vbi dicit, Vt fertur, scilicet ab Aegyptijs. rursus dum addit, Quæ peccauerunt: quasi dicat, purgatorij loco. Denique cum negat, eam fieri propriã bruti formam, partemq; compositi. Sed opinionem hanc in sequentibus emendabimus. Et omnino quomodo Platonica dicta purganda sint, in libris Theologiæ nostræ, præsertim vltimis declarauimus.

In anima rationali neque propriè peccatum est, neque pœna: sed in vita irrationali, quæ est imago animæ, quæ anima hinc abeunte, quamuis non sit vlterius imago, est tamen quidã vitalis actus animæ radicitus insitus.

XII Capitulũ duodecimũ circa dicta dubitationes mouet, soluitq; dicendo in ipsa animæ essentia propria, neq; peccatum esse, neque pœnam, quia sit forma simplex in se ipsa consistens, è proprio statu minimè cadens: sed in vita potius inde manante, & in animali propriè, quòd ex hac vita corporeque componitur. Ait verò alibi peccare animam, alibi non peccare: peccare quidem, id est, intentionem ad superiora prius conuersam aliquanto remittere: non peccare autem, id est, neque amittere naturalia, neque aliena intus admittere. Tum verò declarat quomodo animalis generatio fiat, id est, quando in corpus certa conditione iam affectum vita quædam resultat ab anima: idq; esse naturale aliquid, neq; peccatũ, neq; sic animã propriè cadere, sed annuere atq; fouere. Præterea vitã hanc quæ est & actus & imago quædam animæ, quando hinc abit anima non perire, quantum est actus animæ, sed desinere vlterius imaginẽ esse: perinde ac si à vultu imago fiat in speculo, atq; discedente vultu restet quidẽ actus quidã in vultu, vigorq; emicãs imaginis efficax, sed non restet imago. Tunc verò hic actus animæ desinit esse imago, quando & deest præparatũ corpus ad imaginem resultandam, & anima ad intelligibile tota conuertitur: neque tamen actus eiusmodi cessat quãtum est vitæ vigor, sicut & amputata manu non desinit ipse viuificus actus, qui & manum iterum si instauretur est æquè recturus: sicut in repullulantibus capillis apparet. Memento Numenium Plotinũq; putauisse, nihil vsquã vitæ perire: quia vita sit quidam æternitatis, id est primæ intelligentiæ splendor, & indissolubile vinculũ vniuersi.

Anima rationalis per se ratiocinatur, non per corporis instrumentum. Intelligit quoque per intellectum proprium: intelligit etiam per communem, qui quasi forma quædam est proprij cuiuslibet intel ectus.

XIII Capitulum tertium decimũ declarat quod vltim penè fuerat in quæstione propositum, scilicet, quidnã sit quod de his considerat in præsentia. Asserit autem non compositum quiddam de his in præsenti considerare per animam quasi partem, sed animam ipsam in se existentem talia meditari: ergo neque mutato corpore similiter permutari, sed motum eius esse suum essentialisq; vitæ actum, vel vitalem & perennem essentiæ actum. Subdit: sicut cõsideratio rationalis est nostra, id est animæ propria, neque per corpus exacta, sic intelligentiam esse animæ propriam: quoniã videlicet anima intellectualis sit, adeò ut intelligentia in anima sit vita, vitæq; animæ summitas: quæ quidem ipsa est pars nostri, agitq; in nos, id est rationem nobis maximè propriã, sicut cõmunis intellectus agit in nostrũ. Hic nota vitam in rebus vbique mentis splendorem penè vltimum esse: summam verò mentem esse gradum vitæ supremum. Hinc propheticũ illud: Intellectum da mihi, & viuam. Addit animam tum per intellectum proprium intelligere, tum per communem atque diuinum, rationemq; anniti ad intellectum nostrum, nostrum denique ad diuinum: & vtrunque quidem esse nostri partem, sed aliter atque aliter. Nostrum quidem esse nostri partem, quia quodammodo sit apex animæ: diuinum verò quodammodo videri partem, quoniam intellectus noster diuino tanquam formæ velut quædam materia subditur, perque ipsum intelligit atque ipsum: per quam sanè communem omnibus formam intellectus singuli, & si non vnus, sunt tamen aliquid vnum. Atque ita ille pars nostri esse videtur tanquam forma, forma inquam nostris intellectibus exhibens esse ipsum intellectuale, intelligensq; in actu. Huc tendit propheticum illud: Dominus pars hæreditatis meæ. Quæcunque in hoc Commentario prætermisimus, partim per se ipsa patere diligenter consideranti possunt: partim in sequentibus latius exponentur: partim in Theologia nostra, & argumentis in totum Platonem iam editis explanauimus. Tum verò de intellectu quomodo noster sit, & vtrum sit pars nostri nec ne, in libro tertio Enneados quintæ cognosces.

PLO-

ΠΛΩΤΙΝΟΥ

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Α

ΛΟΓΟΣ Α.

PLOTINI

ENNEAD. PRIMAE

LIBER I.

ΠΕΡΙ τοῦ τί ζῶον, καὶ τίς ὁ ἄνθρωπος.

Quid animal, quid homo.

A ἩΔΟΝΑΙ καὶ λῦπαι, φόβοι τε καὶ θάρρη, ἐπιθυμίαι τε καὶ ἀποστροφαὶ καὶ ἀλγεῖν, τίνος ἂν εἶεν; ἢ γὰρ ψυχῆς, ἢ χρωμένης ψυχῆς σώματι, ἢ τρίτου τινὸς ἐξ ἀμφοῖν; Διχῶς δὲ, καὶ τοῦτο. ἢ γὰρ τὸ μῖγμα, *ἢ ἄλλον ἕτερον ἐκ τοῦ μίγματος. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ἐκ τούτων τῶν B παθημάτων γινόμενα, καὶ πραττόμενα, καὶ δοξαζόμενα. καὶ γοῦν καὶ διάνοια, καὶ δόξα, ζητητέαι, πότερα *ὧν τὰ πάθη. ἢ αἱ μὲν οὕτως, αἱ δὲ ἄλλως. καὶ τὰς νοήσεις δὲ θεωρητέον, πῶς, καὶ τίνος. καὶ δὴ καὶ αὐτὸ τοῦτο τὸ ἐπισκοποῦν, καὶ περὶ τούτων τὴν ζήτησιν καὶ τὴν κρίσιν ποιούμενον, τί ποτ' ἂν εἴη. καὶ πρότερον τὸ αἰσθάνεσθαι, τίνος. ἐντεῦθεν γὰρ ἄρχεσθαι προσήκει. ἐπείπερ τὰ πάθη ἢ αἰσθήσεις τινὲς, ἢ οὐκ ἄνευ αἰσθήσεως. C

ΠΡΩΤΟΝ δὲ ψυχὴν ληπτέον, πότερον ἄλλο μὲν ψυχὴ, ἄλλο δὲ ψυχῇ εἶναι. εἰ γὰρ τοῦτο, σύνθετόν τι ἡ ψυχή. καὶ οὐκ ἄτοπον *εἴδη δέχεσθαι αὐτὴν, καὶ αὐτῆς εἶναι τὰ πάθη τὰ τοιαῦτα, εἰ ἐπιτρέψει καὶ οὕτως ὁ λόγος, καὶ ὅλως ἕξεις καὶ διαθέσεις χείρους καὶ βελτίους. ἢ εἰ ταυτόν ἐστι ψυχὴ, καὶ τὸ ψυχῇ εἶναι, εἶδος τι ἂν εἴη ψυχὴ, ἄδεκτον τούτων ἁπασῶν τῶν ἐνεργειῶν, ὧν ἐποιστικὸν ἄλλῳ, ἑαυτῷ δὲ συμφυᾶ ἔχον τὴν ἐνέργειαν ἐν ἑαυτῷ, ἥν τινα ἂν φήνῃ ὁ λόγος. οὕτω γὰρ καὶ τὸ ἀθάνατον ἀληθὲς λέγειν, εἴπερ δὴ τὸ D ἀθάνατον καὶ ἄφθαρτον ἀπαθὲς εἶναι, ἄλλῳ αὐτοῦ πως διδὸν, αὐτὸ δὲ παρ' ἄλλου μηδὲν, ἢ ὅσον παρὰ τῶν πρὸ αὐτοῦ ἔχειν, ὧν μὴ ἀποτέμνηται κρειττόνων ὄντων. τί γὰρ ἂν καὶ φοβοῖτο τοιοῦτον, ἄδεκτον ὂν παντὸς τοῦ ἔξω. *ἐκείνῳ τοίνυν φοβείσθω, *τὸ δύναται παθεῖν. οὐδὲ θαρρεῖ τοίνυν· τούτοις γὰρ θάρρος, οἷς ἂν τὰ φοβερὰ μὴ παρῇ.

* ἄλλο
* ἐν
* ὧν
* ἐκείνο
* ὃ

I *Vtrum perturbationes, sensus, opiniones, cogitatio, intelligentia, sint animæ solius, an compositi, &c.*

A VOLVPTATES & dolores, timores item, atque audaciæ, cupiditates, & fugæ, atque cruciatus, cuius nã sunt? Nunquid ipsius animæ tantùm? an animæ potius vtentis corpore? an tertij cuiusdam compositi? Dupliciter autem & hoc accipi potest: B Aut enim ipsum quod est mistum, siue mistura: aut aliud quiddam ex ipsa mistione proueniens. Similiter & de illis quæ ex his passionibus fiunt, & aguntur, atque putantur. Rursus de cogitatione & opinione quærẽdum est, vtrum eorundem sint, quorum & passiones: an alia quidem sic, alia verò se aliter habeant? Præterea de intelligentia perscrutandum est, cuius sit, & qua ratione se habeat. Atqui & de hoc ipso, quod considerat, præstatque circa hæc inquisitionem, atque iudicium, quidnam sit. Et primùm quidem sentire cu C ius sit potissimum. Hinc enim videtur exordiendum: quandoquidem passiones ipsæ vel sensus quidam sunt, vel saltem absque sensu non fiunt.

II *Si anima nõ est forma simplex in se existens, suscipit passiones: si autem est talis forma, non suscipit.*

PRIMVM autem de anima cogitandum est, vtrum aliud quidẽ sit anima, aliud verò animæ esse. si enim aliud sit, compositum quiddam est anima: neq; absurdum erit ipsam species iam, aliaque suscipere, & talia quædam passiones eius existere, si modò id ratio permiserit, & omnino habitus affectionesque meliores atque peiores. si verò idem est anima & animæ esse, species vtique quædam erit anima actiones eiusmodi non suscipiens, quas ipsa alteri infert: in se ipsa verò actionem habens sibi cognatam, quamcunque D ratio demonstrauerit. Sic enim verum erit dicere eam immortalem. Siquidem oportet, quod immortale & incorruptibile est impatibile quoque esse, alteri quidem sui ipsius nonnihil impertiẽs, ipsum verò ab alio nihil accipiens, nisi quantum à superioribus acceperit quicquam, à quibus profectò præstantioribus minimè segregatur. Quid igitur tale quiddã metuat, quippe cum exteriorum nihil accipiat? Illud certè metuat, quod & potest pati. Neque rursus audebit. his enim adest audacia, quibus quæ sibi forent metuenda, nondum

accidunt. Cupiditates præterea quæ per corpus explentur, euacuato videlicet corpore, vel impleto, nõ huius eſſentiæ ſunt, ſed alterius, quod euacuari impleríque poſſit. Quo autẽ pacto appetet miſtionẽ, nõne quod eſſentiale eſt permanet ſemper immiſtũ? Rurſus quonã modo introducere ſibi aliud affectabit? Sic enim non eſſe quod eſt, ſtuderet. Cruciatus quoque procul abeſt. Dolor verò atque triſtitia qua ratione & qua de re ibi eſſe poteſt? Sufficiens enim id quod ſimplex in eſſentia, quale eſt in ſua eſſentia permanens. Num delectatur nuper aliquo accedẽte? nullo profectò neq; etiam accedente bono. Quod enim eſt, eſt & ſemper. quin etiam neque ſentiet. Rurſus neq; circa ipſum cogitatio erit, neque opinio. Senſus enim vel ſpeciei, vel impatibilis corporis perceptio eſt. Cogitatio autem & opinio ad ſenſum vergunt. De intelligentia verò conſiderandum quodammodo, nunquid hanc ipſi cõcedere debeamus: ac de voluptate pura, num circa ipſam quatenus permaneat ſola, contingat.

III *Anima, & in ſe viuit, & viuificat corpus, eóque vtens vt inſtrumẽto, non ſubditur eius paſſionibus.*

VERVNTAMEN in corpore ponere eam oportet quũ ſit anima, ſiue ſuper hoc, ſiue in hoc eſſe dicatur, ex quo ſimul atque ex ipſa animal totum eſt appellatum. Vtens itaque corpore vt inſtrumento, non cogetur corporeas ſuſcipere paſſiones, ſicut neque artifices paſſiones inſtrumentorum: ſenſuum autẽ fortè neceſſariò. Siquidem inſtrumento oportet vti animam per ſenſum paſſiones illatas extrinſecus cognoſcẽtem: vti namque oculis videre eſt. Sed & offenſiones quæ circa viſionem fiunt, illi accident: igitur & moleſtiæ atque dolores, & omnino quodcunque accidit circa corpus, quapropter & cupiditates anima videlicet curante propriũ inſtrumentum. Verùm quonã pacto à corpore in ipſam paſſiones ingredietur? corpus quidem alteri corpori tradere ſui aliquid poterit: at corpus animæ quomodo? Hoc enim perinde ſe haberet, ac ſi patiẽte alio aliud pateretur. Quatenus enim hoc quidẽ eſt vtẽs, illud verò quo vtitur, eſt vtrunque ſeorſum. Separat itaque ille qui vtentem tradiderit animam. At verò antequam per philoſophiã ſeparet ipſam, quomodo ſe habebat? An fortè miſcebatur? Quòd ſi miſcebatur, vel permixtio & temperatio quędam erat, vel tanquam diffuſa & explicata per corpus, vel tanquam ſpecies minimè ſeparata, vel tanquã ſpecies attingens, vt gubernator, vel partim quidem ſeparatum, quod videlicet eſt vtens, partim verò miſtum quodcũque ipſum eſt in ordine eius quo illud vtitur: vt philoſophia, & hoc conuertat ad vtens, & vtens abigat inde, niſi quantum ſumma cogat neceſſitas, adeò vt quoad fieri poteſt, ita ſe habeat, ac ſi non ſemper vtatur.

IIII *Anima non miſcetur, neque ineſt corpori, ſed adeſt toti: ideo non ſuſcipit paſſiones: ſed compoſitũ.*

PONAMVS ergo animã eſſe miſtam. At ſi miſta fuerit, illud quidem quod deterius eſt, id eſt, corpus euadet melius: illud verò quod melius, ſcilicet anima euadet deterius: & corpus fiet melius vitam participando: anima autem peior participando mortem, conditionemque irrationalem. Quod autem quoquomodo orbatũ eſt vita, quonam pacto interim pro additamento ſuſcipit ſenſum? Contrà verò ipſum corpus vitam nanciſcens, ſenſum eiuſque paſſiones accipiet. Hoc ergo & appetet. hoc enim & his quæ appetita potietur, ſibique metuet. Hoc etiam interdũ

A ἐπιθυμίαι τε αἱ διὰ σώματος ἀποπληροῦνται κενουμένου καὶ πληρουμένου ἄλλου τοῦ κενουμένου καὶ πληρουμένου ὄντος. πῶς δὲ μίξεως, ἢ τὸ οὐσιῶδες ἄμικτον; πῶς δὲ ἐπισαγωγῆς τινῶν; οὕτω γὰρ ἂν σπεύδοι εἰς τὸ μὴ εἶναι ὅ ἐστι. τὸ δὲ ἀλγεῖν ἔτι πόρρω. λυπεῖσθαι δὲ πῶς, ἢ ἐπὶ τίνι; αὔταρκες γὰρ τό γε ἁπλοῦν ἐν οὐσίᾳ, οἷόν ἐστι μένον ἐν οὐσίᾳ τῇ αὐτοῦ. ἥδεται δὲ, προσγινομένου τινὸς; οὐδενὸς, οὐδὲ ἀγαθοῦ προσιόντος. ὃ γάρ ἐστιν, ἔστιν ἀεί. καὶ μὴν, οὐδὲ αἰσθήσεται, οὐδὲ διάνοια, οὐδὲ δόξα περὶ αὐτό. αἴσθησις γὰρ παραδοχὴ εἴ-
B δους, ἢ ἀπαθοῦς σώματος· διάνοια δὲ, καὶ δόξα ἐπ' αἴσθησιν. περὶ δὲ νοήσεως ἐπισκεπτέον πῶς, εἰ ταύτην αὐτῇ καταλείψομεν. καὶ περὶ ἡδονῆς αὖ καθαρᾶς, εἰ συμβαίνει περὶ αὐτὴν μόνην οὖσαν.

ΑΛΛΑ γὰρ ἐν σώματι θετέον, ψυχὴν οὖσαν, εἴτε πρὸ τούτου, εἴτ' ἐν τούτῳ. ἐξ οὗ καὶ αὐτῆς, ζῷον τὸ σύμπαν ἐκλήθη. χρωμένη μὲν οὖν σώματι οἷα ὀργάνῳ, οὐκ *ἀναγκάζεται δέξασθαι τὰ διὰ τοῦ σώματος παθήματα· ὥσπερ οὐδὲ τὰ
C τῶν ὀργάνων παθήματα οἱ τεχνῖται. αἴσθησιν δὲ τάχ' ἂν ἀναγκαίως, εἴπερ δεῖ χρῆσθαι τῷ ὀργάνῳ, γινώσκουσαν τὰ ἔξωθεν παθήματα ἐξ αἰσθήσεως. ἐπεὶ καὶ τὸ χρῆσθαι ὀμμάτων, ἐστὶν ὁρᾶν. ἀλλὰ καὶ βλάβαι περὶ τὸ ὁρᾶν. ὥστε καὶ λῦπαι, καὶ τὸ ἀλγεῖν, καὶ ὅλως ὅτιπερ ἂν περὶ τὸ σῶμα πᾶν γίγνηται. ὥστε καὶ ἐπιθυμίαι, ζητούσης τὴν θεραπείαν τοῦ ὀργάνου. ἀλλὰ πῶς ἀπὸ τοῦ σώματος εἰς αὐτὴν ἥξει τὰ πάθη· σῶμα μὲν γὰρ σώματι ἄλλῳ μεταδώσει τῶν ἑαυτοῦ· σῶμα δὲ ψυχῇ,
D πῶς; τοῦτο γὰρ ἐστὶν, οἷον, ἄλλου παθόντος, ἄλλο παθεῖν. μέχρι γὰρ τοῦ, τὸ μὲν, εἶναι τὸ χρώμενον, τὸ δὲ, ᾧ χρῆται, χωρίς ἐστιν ἑκάτερον. χωρίζει γοῦν ὁ τὸ χρώμενον τὴν ψυχὴν διδούς. ἀλλὰ πρὸ τοῦ χωρίσαι διὰ φιλοσοφίας, αὐτὸ πῶς εἶχεν, ἢ ἐμέμικτο. ἀλλὰ εἰ ἐμέμικτο, ἢ κρᾶσίς τις ἦν, ἢ ὡς διαπλακεῖσα. ἢ ὡς εἶδος οὐ κεχωρισμένον. ἢ εἶδος ἐφαπτόμενον, ὥσπερ ὁ κυβερνήτης. ἢ τὸ μὲν, οὕτως αὐτοῦ· τὸ δὲ *ἐκείνως. λέγω δὲ, ἢ τὸ
E μὲν κεχωρισμένον ὅπερ τὸ χρώμενον· τὸ δὲ, μεμιγμένον ὁπωσοῦν καὶ αὐτὸ ὂν ἐν τάξει τοῦ ᾧ χρῆται, ἵνα τοῦτο ἡ φιλοσοφία καὶ αὐτὸ ἐπιστρέφῃ πρὸς τὸ χρώμενον, καὶ τὸ χρώμενον ἀπάγῃ. ὅσον μὴ πᾶσα ἀνάγκη ἀπὸ τοῦ ᾧ χρῆται, ὡς μὴ ἀεὶ μηδὲ χρῆσθαι.

ΘΩΜΕΝ τοίνυν μεμίχθαι. ἀλλ' εἰ μέμικται, τὸ μὲν χεῖρον ἔσται βέλτιον, τὸ σῶμα· τὸ δὲ, χεῖρον, ἡ ψυχή. καὶ βέλτιον μὲν τὸ σῶμα ζωῆς μεταλαβόν· χεῖρον δὲ ἡ ψυχὴ, θανάτου καὶ ἀλο-
F γίας. τὸ δὴ ἀφαιρεθὲν ὁπωσοῦν ζωῆς, πῶς ἂν προσθήκην λάβῃ τὸ αἰσθάνεσθαι; τοὐναντίον δὲ ἂν τὸ σῶμα ζωὴν λαβὸν, τοῦτο ἂν εἴη τὸ αἰσθήσεως, καὶ τῶν ἐξ αἰσθήσεως παθημάτων μεταλάμβανον. τοῦτο τοίνυν καὶ ὀρέξεται· τοῦτο γὰρ καὶ ἀπολαύσει ὧν ὀρέγεται, καὶ φοβήσεται περὶ

* ἄλλου πληρουμένου καὶ κενουμένου ὄντος
* ἀναγκάζεσθαι
* ἐκείνου

*αὐτοῦ

*αὐτῶν. τοῦτο γὰρ καὶ οὐ τεύξεται τῶν ἡδέων, καὶ φθαρήσεται. ζητητέον δὲ καὶ τὸν τρόπον τῆς μίξεως, μήποτε οὐ δυνατὸς ᾖ, ὥσπερ ἂν εἴ τις λέγοι, μεμίχθαι λευκῷ γραμμήν, φύσιν ἄλλην ἄλλῃ. τὸ δὲ διαπλακεῖσα, οὐ ποιεῖ ὁμοιοπαθῆ τὰ διαπλακέντα· ἀλλ' ἔστιν ἀπαθὲς εἶναι τὸ διαπλακέν. καὶ ἔστι ψυχὴν διαπεφοιτηκυῖαν, μήτοι πάσχειν τὰ ἐκείνου πάθη, ὥσπερ καὶ τὸ φῶς, καὶ μάλιστα εἰ οὕτω *δι' ὅλου, ὡς διαπεπλέχθαι. οὐ παρὰ τοῦτο οὖν πείσεται τὰ *σώματα πάθη, ὅτι διαπλέκεται. ἀλλ' ὡς εἶδος ἐν ὕλῃ, ἔσται ἐν τῷ σώματι; ἀλλὰ πρῶτον μὲν ὡς χωριστὸν εἶδος ἔσται, εἴπερ οὐσία, καὶ μᾶλλον ἂν εἴη κατὰ τὸ χρώμενον. εἰ δὲ ὡς τῷ πελέκει τὸ σχῆμα τὸ ἐπὶ τῷ σιδήρῳ, καὶ τὸ συναμφότερον ὁ πέλεκυς ποιήσει, ἃ ποιεῖ ὁ σίδηρος ὁ οὕτως ἐσχηματισμένος, κατὰ τὸ σχῆμα μέντοι· μᾶλλον ἂν τῷ σώματι δίδοιμεν, ὅσα κοινὰ πάθη, τῷ μέντοι τοιούτῳ, τῷ φυσικῷ *ὀργαίῳ δυνάμει ζωὴν ἔχοντι. καὶ γὰρ ἄτοπόν φησι τὴν ψυχὴν ὑφαίνειν λέγειν, ὥστε καὶ ἐπιθυμεῖν καὶ λυπεῖσθαι· ἀλλὰ τὸ ζῷον μᾶλλον.

*ὅλως. — σώματος — ὀργανικῷ

ΑΛΛΑ τὸ ζῷον ἢ τὸ σῶμα δεῖ λέγειν τὸ τοιόνδε, ἢ τὸ κοινόν, ἢ ἕτερόν τι τρίτον ἐξ ἀμφοῖν γεγενημένον. ὅπως δ' ἂν ἔχοι, ἤτοι ἀπαθῆ δεῖ τὴν ψυχὴν φυλάττειν, αὐτὴν αἰτίαν γινομένην ἄλλῳ τοῦ τοιούτου, ἢ συμπάσχειν καὶ αὐτήν. καὶ ἢ ταυτόν, πάσχουσαν πάθημα πάσχειν, ἢ ὅμοιόν τι, οἷον ἄλλως μὲν τὸ ζῷον ἐπιθυμεῖν, ἄλλως δὲ τὸ ἐπιθυμητικὸν ἐνεργεῖν ἢ πάσχειν. τὸ μὲν οὖν σῶμα τὸ τοιόνδε, ὕστερον ἐπισκεπτέον. τὸ δὲ συναμφότερον οἷον λυπεῖσθαι, πῶς; ἆρα ὅτι τοῦ σώματος οὑτωσὶ διατεθέντος καὶ μέχρις αἰσθήσεως διελθόντος τοῦ πάθους, τῆς αἰσθήσεως εἰς ψυχὴν τελευτώσης; ἀλλ' ἡ αἴσθησις οὔπω δῆλον πῶς. ἀλλ' ὅταν ἡ λύπη ἀρχὴν ἀπὸ δόξης καὶ κρίσεως λάβῃ τοῦ κακόν τι παρεῖναι, ἢ αὐτῷ, ἤ τινι τῶν οἰκείων. εἶτ' ἐντεῦθεν τροπὴ λυπηρὰ ἐπὶ τὸ σῶμα, καὶ ὅλως ἐπὶ πᾶν * τὸ σῶμα ζωὴ γίνηται. ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς δόξης, οὔπω δῆλον τίνος, τῆς ψυχῆς, ἢ τοῦ συναμφοτέρου. εἶτα ἡ μὲν δόξα ἡ περὶ τοῦ* κακοῦ, τὸ τῆς λύπης οὐκ ἔχει πάθος. καὶ γὰρ δυνατὸν τῆς δόξης παρούσης, μὴ πάντως ἐπιγίνεσθαι τὸ λυπεῖσθαι, μηδ' αὖ τὸ ὀργίζεσθαι, δόξης τοῦ ὀλιγωρεῖσθαι γενομένης, μηδ' αὖ ἀγαθοῦ δόξης, κινεῖσθαι τὴν ὄρεξιν. πῶς οὖν κοινὰ ταῦτα; ἢ ὅτι καὶ ἡ ἐπιθυμία τοῦ ἐπιθυμητικοῦ, καὶ ὁ θυμὸς τοῦ θυμικοῦ, καὶ ὅλως τοῦ ὀρεκτικοῦ ἡ ἐπί τι ἔκστασις; ἀλλ' οὕτως οὐκ ἔτι κοινὰ ἔσται· ἀλλὰ τῆς ψυχῆς *μόνον, ἢ καὶ τοῦ σώματος, ὅτι δεῖ αἷμα καὶ χολὴν ζέσαι, καί πως διατεθὲν τὸ σῶμα τὴν ὄρεξιν κινῆσαι, οἷον ἐπὶ ἀφροδισίων. ἡ δὲ τοῦ ἀγαθοῦ ὄρεξις, μὴ κοινὸν πάθημα, ἀλλὰ ψυχῆς ἔστω, ὥσπερ καὶ ἄλλα. καὶ οὐ πάντα τοῦ κοινοῦ δίδωσί τις λόγος. ἀλλὰ ὀρεγομένου ἀφροδισίων τοῦ ἀνθρώπου, ἔσται μὲν

τὸ ζῷον γένηται — *κακὸν — *μόνης

A non adipiſcetur iocūda, atque diſſoluetur. Quærendum verò de miſtionis modo, ne fortè id fieri nequeat: perinde ac ſiquis dixerit, miſceri albedini lineam, naturam diuerſam valde diuerſæ. Quòd ſi dicatur anima diffuſa & explicans ſe per corpus, non ex hoc eueniet, vt anima ſimul cum corpore patiatur. Sed poteſt quod diffuſum eſt per aliud, impatibile permanere. Atq; fieri poteſt, vt anima corpori ſe inſinuans eius non ſuſcipiat paſſiones: ſicut & lumen, præſertim ſi ita ſit, per B totum quaſi ſe paſſim porrexerit, atque protenderit. non igitur ex eo accipiet corporis paſſiones, quod diffunditur atque explicatur in corpus. Sed nunquid ita eſt in corpore, vt forma eſt in materia? At verò vt forma ſeparata erit, ſiquidem eſſentia eſt, atque potius erit velut vtens. Sin autem ſicut figura eſt in ſecuri, figura inquā in ferro, & vtrunque ſimul coniunctum, id eſt, ſecuris faciet quæcunque ſcilicet ferrum ſic figuratum, per figuram tamen: Magis vtique cor- C pori communes dabimus paſſiones, corpori inquam tali ſcilicet naturali, inſtrumentis prædito, potentia vitam habenti. Etenim abſurdum ait dicere, animam texere, ſic & appetere, atque dolere: ſed animal potius hæc pati vel agere dicendum putat.

ANIMAL autem dicendum eſt, vel corpus tale, vel cōmune, vel aliud quiddam tertium ex ambobus confectum. quomodocunque verò ſe habeat, vel impaſſibilem oportet animam cuſto- D dire, cùm ſit ipſa alteri cauſa paſſionis: vel ipſam quoque compatientem. ac ſi ita, aut eandem paſſionem, aut quandam ſimilem ſuſtinere: veluti aliter animal quidem appetere, aliter verò concupiſcendi naturam operari, vel pati. Corpus quidem tale in ſequentibus videtur conſiderandum. Cōiunctum verò quomodo accidit moleſtia affici? Nunquid corpore quidem ſic affecto & vſque ad ſenſum paſſione progrediente, ſenſu verò in animam deſinente? At nondum manife- E ſtum quomodo fiat ſenſus. Sed num quando dolor principium accipit ab opinione atque iudicio, quaſi aliquod malum adſit, vel ſibi vel ſuorum alicui? Deinde hìc permutatio moleſta in corpus, & omnino in totum animal ſeſe propagat. Veruntamen nequedum conſtat cuiuſnam ſit opinio, num animæ, an coniuncti? Item opinio circa malum non habet doloris neceſſariò paſſionem: fieri enim poteſt, vt præſente opinione mali non accidat dolor, neque ira, neque præ- F ſente opinione contemptus, neque appetitus ipſa boni opinione præſente. Quónam igitur modo hæc communia ſunt? Num quoniam concupiſcentia eſt ipſius concupiſcendi naturæ: & ira ſimiliter iraſcendi: & omnino ipſius appetendi virtutis eſt omnis ad aliquid impetus? Sed neque adhuc ita communia erunt, ſed ſolius animæ, aut corporis potius: quia oporteat ſanguinem, vel bilem inflammari: & corpus certa ratione affectum concupiſcentiam incitare: vt G in venereis accidit. Appetitio verò boni non eſt communis paſſio, ſed animæ fit, ſicut & alia, neque omnia eſſe ipſius communis permittit ratio. Sed quando quis cupit venerea, erit quidem

Vtur difficile dictu eſt, quomodo perturbationes ad compoſitum potius quàm ad partem alteram referantur.

homo appetens, erit & alio modo appetens etiam vis appetendi. Sed quomodo? nunquid homo quidem dabit principium appetendi, comitabitur verò concupiscendi potentia? Verùm quónam pacto appeteret homo, non excitata concupiscendi potentia? Nunquid verò exordietur appetendi natura? Verùm quomodo incipiet, corpore non prius sic affecto?

VI *In dubium trahitur: utrum uerum sit quod fertur, animam esse qua animal sentit & agit, & patitur: animal uerò nō animam, hoc ipsum esse quod sentit, agitque uel patitur.*

SED forte præstat dicere vniuersaliter, ex eo quod adsint potentiæ, illa quæ eas habent per ipsas agere, ipsas verò immobiles esse, possessoribúsque suis vim agendi præbere. At si ita est, patiente animali, necesse est causam viuendi coniuncto dantem viuere atque pati, impassibilem esse, cùm passiones & actiones sint habentis. sed si ita, viuere quoque omnino non erit animæ, sed coniuncti: aut viuere coniuncti non erit animæ. Item neque sentiendi potentia, sed id quod eam possidet sentiet. Verùm si sensus qui motus est per corpus ad animam vsque peruenit, atque desinit, quomodo non sentiet anima? An virtute sensuali præsente, ex eo quod adsit sentiet? Sed quidnam sentiet? num coniunctum? Sed si potentia non mouebitur, quomodo iam coniunctum, si neque anima neque vis animæ ad hoc ipsum connumeretur?

VII *Anima rationalis præsidet animali genito: in illa est sensus sine passione atque ratio, in hoc autē sensus cum passione.*

SED ipsum coniunctum esto ipsius animæ, ex eo videlicet quòd illic adest: ipsa anima quum sit talis non tradente seipsam in coniunctum, vel in alteram eius partem, sed conficiente ex corpore tali, atque quodam velut lumine ab ipsa tradito, animalis naturam aliud aliquid existentem: cuius quidem sit sentire, & cæteræ animalis quas narrauimus passiones. Sed quomodo nos sentimus? Fortè quoniam à tali viuente non segregamur. Et si alia præstantiora ad totam hominis essentiam ex multis constitutam nobis adsunt: vim autem animæ sensualem, non sensibilia quidem, sed eorum imagines per sensum animali impressas oportet percipere. intelligibiles enim quodammodo sunt hæ species. quapropter sensus exterior huius sensus simulachrum est: hic verò in essentia verior est: quippe cùm imaginum tantùm sit absque passione perceptio. Ab his vtique speciebus à quibus anima iam accipit sola viuentis imperium, opiniones & cogitationes, intelligentiæque proueniunt, vbi maximè nos sumus. quæ verò ante hæc, nostra sunt. nos autem sumus quod est deinceps, animali desuper præsidentes. Prohibebit tamen nihil vniuersum hoc animal appellare. sed quod inferius est, dicere mistum. quod reliquum est, homo est verus. Quantum verò inferius est partim leoninum, partim brutum, omnino multiplex nominatur. Concurrente enim homine vnà cum anima rationali, quando ratiocinamur, nos certè ratiocinamur, propterea quòd rationis discursus animæ sunt actiones.

VIII *Anima rationalis quo modo intellectui diuino cōiungatur, & per hunc deo. Itē quo modo coniūgatur animali suo, & per hoc, corpori. Verùm et si cunctæ animæ ad communem rediguntur mentem, & propriis singulæ modis accipiunt, alios sibi proprios intellectus inde reportant.*

AD intellectum verò quomodo nos habemus? Intellectum dico non habitum quendam, quem ab intellectu habeat anima, sed intellectum ipsum. fortè & hunc super nos habemus. Habemus autem aut communem, aut proprium. fortè & communem omnium atque proprium. cōmunem quidem quoniam impartibilis & vnus

A ὁ ἄνθρωπος ὁ ἐπιθυμῶν· ἔσται δὲ ἄλλως, καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν ἐπιθυμοῦν; καὶ πῶς; ἆρα ἄρξει μὲν ὁ ἄνθρωπος τῆς ἐπιθυμίας, ἐπακολουθήσει δὲ τὸ ἐπιθυμητικόν; ἀλλὰ πῶς ὅλως ἐπεθύμησεν ὁ ἄνθρωπος, μὴ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ κεκινημένου; ἀλλὰ ἄρξει τὸ ἐπιθυμητικόν; ἀλλὰ τοῦ σώματος μὴ πρότερον οὑτωσὶ διατεθέντος, πόθεν ἄρξεται;

ΑΛΛ' ἴσως βέλτιον εἰπεῖν καθόλου τῷ παρ- B εἶναι τὰς δυνάμεις, τὰ ἔχοντα εἶναι, τὰ ἐνεργοῦντα κατ' αὐτάς, αὐτὰς δὲ ἀκινήτους εἶναι, χορηγούσας τὸ δύνασθαι τοῖς ἔχουσι. ἀλλ' εἰ τοῦτό ἐστι, πάσχοντος τοῦ ζώου, τὴν αἰτίαν τοῦ ζῆν τῷ συναμφοτέρῳ δοῦσαν, ἀνάγκη ἀπαθῆ εἶναι, τῶν παθῶν καὶ τῶν ἐνεργειῶν τοῦ ἔχοντος ὄντων. ἀλλ' εἰ τοῦτο, καὶ τὸ ζῆν ὅλως οὐ τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ τοῦ συναμφοτέρου ἔσται. ἢ τὸ τοῦ συναμ- C φοτέρου ζῆν, οὐ τῆς ψυχῆς ἔσται. καὶ ἡ δύναμις δὲ ἡ αἰσθητικὴ οὐκ αἰσθήσεται, ἀλλὰ τὸ ἔχον τὴν δύναμιν. ἀλλ' ἡ αἴσθησις διὰ σώματος κίνησις οὖσα, εἰς ψυχὴν τελευτᾷ, πῶς ἡ ψυχὴ οὐκ αἰσθήσεται; ἢ τῆς δυνάμεως τῆς αἰσθητικῆς παρούσης, τῷ ταύτην παρεῖναι αἰσθήσεται; τί αἰσθήσεται; τὸ συναμφότερον; ἀλλ' εἰ ἡ δύναμις μὴ κινήσεται, πῶς ἔτι τὸ συναμφότερον, D μὴ συναριθμουμένης ψυχῆς; μηδὲ τῆς ψυχικῆς δυνάμεως, ἢ τὸ συναμφότερον.

*ΕΣΤΑΙ τῆς ψυχῆς τῷ παρεῖναι, οὐχ αὑτὴν δούσης τῆς τοιαύτης, εἰς τὸ συναμφότερον, ἢ εἰς θάτερον, ἀλλὰ ποιούσης ἐκ τοῦ σώματος τοῦ τοιούτου καὶ τινος οἷον φωτὸς τοῦ παρ' αὐτῆς δοθέντος, τὴν τοῦ ζώου φύσιν ἕτερόν τι, οὗ τὸ αἰσθάνεσθαι, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα ζώου πάθη, εἴρηται. ἀλλὰ E πῶς ἡμεῖς αἰσθανόμεθα; ἢ ὅτι οὐκ ἀπηλλάγημεν τοῦ τοιούτου ζώου, καὶ εἰ ἄλλα ἡμῖν τιμιώτερα εἰς τὴν ὅλην ἀνθρώπου οὐσίαν, ἐκ πολλῶν οὖσαν, πάρεστι. τὴν δὲ τῆς ψυχῆς τοῦ αἰσθάνεσθαι δύναμιν, οὐ τῶν αἰσθητῶν εἶναι δεῖ· τῶν δὲ ἀπὸ τῆς αἰσθήσεως ἐγγινομένων τῷ ζώῳ τύπων, ἀντιληπτικὴν εἶναι μᾶλλον. νοητὰ γὰρ *εἴδη ταῦτα ὡς τὴν αἴσθησιν τὴν ἔξω, εἴδωλον εἶναι ταύ- F της. ἐκείνην δὲ ἀληθεστέραν τῇ οὐσίᾳ οὖσαν, εἰδῶν * μόνον ἀπαθῶς εἶναι θεωρίαν, ἀπὸ δὴ τούτων τῶν εἰδῶν, ἀφ' ὧν ψυχὴ *εἴδη παραδέχεται μόνη τὴν τοῦ ζώου ἡγεμονίαν, διάνοιαι δὴ καὶ δόξαι καὶ νοήσεις, ἐνταῦθα δὴ ἡμεῖς μάλιστα. τὰ δὲ πρὸ τούτων, ἡμέτερα. ἡμεῖς δὴ τὸ ἐντεῦθεν, ἄνω ἐφεστηκότες τῷ ζώῳ. κωλύσει δὲ οὐδὲν τὸ σύμπαν ζῶον λέγειν, μικτὸν μὲν τὰ κάτω, τὸ G δὲ ἐντεῦθεν, ὁ ἄνθρωπος ὁ ἀληθὴς σχεδόν. ἐκεῖνα δὲ τὸ λεοντῶδες, καὶ τὸ ποικίλον ὅλως θηρίον. συνδρόμου γὰρ ὄντος τοῦ ἀνθρώπου τῇ λογικῇ ψυχῇ, ὅταν λογιζόμεθα, ἡμεῖς λογιζόμεθα, τῷ τοὺς λογισμοὺς ψυχῆς εἶναι ἐνεργήματα.

ΠΡΟΣ δὲ τὸν νοῦν, πῶς; νοῦν δὲ λέγω, οὐχ ἣν ἡ ψυχὴ ἔχει ἕξιν οὖσαν τῶν παρὰ τοῦ νοῦ, ἀλλ' αὐτὸν τὸν νοῦν. ἢ ἔχομεν καὶ τοῦτον, ὑπεράνω ἡμῶν. ἔχομεν δὲ ἢ κοινὸν, ἢ ἴδιον, ἢ καὶ κοινὸν πάντων, καὶ ἴδιον· κοινὸν μὲν, ὅτι ἀμέριστος, καὶ εἷς,

Margin: * ἴσω; * ἤδη; * μόνων; * ἤδη; * δὲ; * τὰ

καὶ

καὶ πανταχοῦ ὁ αὐτός. ἴδιον δὲ, ὅτι ἔχει καὶ ἕκαστος αὐτῶν ὅλον ἐν ψυχῇ τῇ πρώτῃ. ἔχομεν οὖν καὶ τὰ εἴδη διχῶς· ἐν μὲν ψυχῇ, οἷον ἀνειλιγμένα καὶ οἷον κεχωρισμένα. ἐν δὲ νῷ, ὁμοῦ τὰ πάντα. τὸν δὲ θεὸν, πῶς; ἢ ὡς ἐποχούμενον τῇ νοητῇ φύσει, καὶ τῇ οὐσίᾳ τῇ *ὄντως, ἡμᾶς δὲ ἐκεῖθεν τρίτον ἐκ τῆς ἀμερίστου, φησὶ, τῆς ἄνωθεν, καὶ ἐκ τῆς περὶ τὰ σώματα μεριστῆς, ἣν δὴ δεῖ νοεῖν οὕτω μεριστὴν περὶ τὰ σώματα, ὅτι δίδωσιν ἑαυτὴν τοῖς σώματος μεγέθεσιν, ὁπόσον ἂν ζῷον ᾖ ἕκαστον. ἐπεὶ καὶ τῷ παντὶ ὅλῳ οὖσα μία, ἢ ὅτι φαντάζεται τοῖς σώμασι παρεῖναι, ἐλλάμπουσα εἰς αὐτὰ, καὶ ζῷα ποιοῦσα, οὐκ ἐξ αὐτῆς καὶ σώματος, ἀλλὰ μένουσα μὲν *αὐτὴ, εἴδωλα δὲ αὐτῆς διδοῦσα, ὥσπερ πρόσωπον ἐν πολλοῖς κατόπτροις. πρῶτον δὲ εἴδωλον αἴσθησις, ἡ ἐν τῷ κοινῷ· εἶτα ἀπὸ ταύτης αὖ, πᾶν ἄλλο εἶδος λέγεται ψυχῆς, ἕτερον ἀφ' ἑτέρου ἀεὶ, καὶ τελευτᾷ μέχρι γεννητικοῦ καὶ αὐξήσεως, καὶ ὅλως ποιήσεως ἄλλου, καὶ ἀποτελεστικοῦ ἄλλου, παρ' αὐτὴν τὴν ποιοῦσαν, ἐπεστραμμένης αὐτῆς τῆς ποιούσης πρὸς τὸ ἀποτελούμενον.

ἜΣΤΑΙ τοίνυν ἐκείνης ἡμῖν τῆς ψυχῆς ἡ φύσις ἀπηλλαγμένη αἰτίας κακῶν, ὅσα ἄνθρωπος καὶ ποιεῖ καὶ πάσχει. περὶ γὰρ τὸ ζῷον ταῦτα τὸ κοινὸν, καὶ κοινὸν, ὡς εἴρηται. ἀλλ' ἡ δόξα τῆς ψυχῆς καὶ διάνοια, πῶς ἀναμάρτητος; ψευδὴς γὰρ δόξα, καὶ πολλὰ κατ' αὐτὴν πράττεται τῶν κακῶν, ἢ πράττεται μὲν τὰ κακὰ, ἡττωμένων ἡμῶν ὑπὸ τοῦ χείρονος. πολλὰ γὰρ ἡμεῖς ἢ ἐπιθυμίας, ἢ θυμοῦ ἢ εἰδώλου κακοῦ. ἡ δὲ τῶν ψευδῶν λεγομένη διάνοια, φαντασία οὖσα, οὐκ ἀνέμεινε τὴν τοῦ διανοητικοῦ κρίσιν. ἀλλ' ἐπράξαμεν τοῖς χείροσι πεισθέντες, ὥσπερ ἐπὶ τῆς αἰσθήσεως, πρὶν τῷ διανοητικῷ ἐπικρῖναι ψευδῆ ὁρᾶν συμβαίνει, τῇ κοινῇ αἰσθήσει. ὁ δὲ νοῦς ἢ ἐφήψατο; ἢ ὥστε ἀναμάρτητος ἢ οὕτω δὲ λεκτέον, ὡς ἡμεῖς ἢ ἐφηψάμεθα, τοῦ ἐν τῷ νῷ νοητοῦ, ἢ οὔ, ἢ τοῦ ἐν ἡμῖν. δυνατὸν γὰρ καὶ ἔχειν, καὶ μὴ πρόχειρον ἔχειν. διείλομεν δὲ τὰ κοινὰ, καὶ τὰ ἴδια τῷ, τὰ μὲν σωματικὰ, καὶ οὐκ ἄνευ σώματος εἶναι, *ὅσα δὲ οὐ δεῖται σώματος εἰς ἐνέργειαν, ταῦτα ἴδια ψυχῆς εἶναι, καὶ τὴν διάνοιαν ἐπίκρισιν ποιουμένην τῶν ὑπὸ τῆς αἰσθήσεως τύπων, εἴδη ἤδη θεωρεῖν. καὶ θεωρεῖν, οἷον συναισθήσει, τήν γε κυρίως τῆς ψυχῆς τῆς ἀληθοῦς διάνοιαν. νοήσεων γὰρ ἐνέργεια, ἡ διάνοια ἡ ἀληθής. καὶ τῶν ἔξω πολλάκις πρὸς τἄνδον, ὁμοιότης. καὶ κοινωνία, ἀτρεμήσει οὖν οὐδὲ ἧττον ἡ ψυχὴ πρὸς ἑαυτὴν καὶ ἐν ἑαυτῇ. αἱ δὲ τροπαὶ καὶ ὁ θόρυβος ἐν ἡμῖν, παρὰ τῶν συνηρτημάτων, καὶ τῶν τοῦ κοινοῦ, ὅτι δήποτε ἐστὶ τοῦτο ὡς εἴρηται παθημάτων.

ΑΛΛ' ἡμεῖς ἡ ψυχή. πάσχομεν δὲ ταῦτα ἡμεῖς, ταῦτα ἂν εἴη πάσχουσα ἡ ψυχή. καὶ αὖ ποιήσει ἃ ποιοῦμεν, ἢ καὶ τὸ κοινὸν ἔφαμεν ἡμῶν εἶναι, καὶ μάλιστα οὔπω κεχωρισμένων. ἐπεὶ

*ὄντος

*αὐτὴ

*ὅσα

A &vbique idem, proprium verò quoniam vnusquisque ipsum in anima prima totum habet. Habemus igitur & species duplici ratione: In anima quidem velut explicatas atque segregatas, in intellectu verò simul omnes, At deum quomodo habemus? Fortè tanquam intelligibili naturæ veræque essentiæ incubantem, nos autem inde tertios ex indiuidua (vt Plato inquit) natura superna, & ex natura circa corpora diuisibili: quam oportet intelligere sic diuisibilem circa corpora, B quoniam dimensionibus corporis seipsam tradit, quatenus vnumquodque sit viuens, quando & in toto & vniuerso vna existit. quinetiam apparet adesse corporibus illustrans illa: viuentiáque efficiens non ex seipsa inquam atque corpore, sed manens quidem ipsa, sui verò simulachra exhibens, sicut in pluribus speculis vultus imaginem. Primum verò simulachrum sensus est, qui in ipso communi viget: deinde ab hoc rursus C omnis alia species animæ dicitur alia semper ab alia, definitque vsque ad generandi & augendi naturam, ac vsque ad alterius operis effectionem præter ipsam vim facientem, conuersa videlicet vi faciente ad opus efficiendum.

ERIT igitur nobis natura illius animæ extra malorum causam, quotcunque homo facit & patitur. Circa enim ipsum animal communeque hæc sunt. commune inquam vt est dictum. Verùm si opinio cogitatioque ipsius animæ sunt, D quonam modo erit extra peccati culpam? Falsa enim opinio sæpe est, multaque per ipsam aguntur mala. Forsitan aguntur à nobis mala, à deteriore nostro videlicet superatis. Multa enim nos cupiditati, vel iræ, vel malo simulachro concedere consueuimus. Ipsa verò quæ falsorum cogitatio dicitur, quæ & phantasia est, sepe deliberantis iudicium non expectat: sed prosequimur peioribus obsequentes: sicut sensui accidit, priusquam considerandi virtute discernas, falsò videre, per communem videlicet sensum. Intellectus E verò an attigit? fortè non: quapropter innocens remanet. Fortè verò sic dicendum, nos vel attigisse intelligibile ipsum, quod in intellectu est, aut non, vel id quod in nobis. Possibile enim est habere, neque habere præcipuum atque promptum. Distinximus vtique cómunia atque propria, ex eo quòd alia quidem corporea sunt, neque sine corpore fiunt: alia verò non indigent F corpore ad agendum: ideoque animæ propria iu dicamus. Et cogitationem, quæ discretionem iu diciúmque imaginum à sensu prouenientium agit, species iam spectare, & quodam quasi sensu prospicere, cogitationem inquam præcipuè ipsius veræ animæ propriam. Intellectionū enim actus est cogitatio vera, ac sæpe externorum ad interna similitudo quædam atque communio, Nihilo igitur minus anima in seipsa ad seipsam G inconcussa manebit. Permutationes autem, perturbationésque in nobis fient ab his quæ subiuncta sunt, & ab his passionibus quæ pertinent ad commune: quodcunque id sit, vt dictum est.

VERVM si nos anima ipsa sumus, hæc verò nos patimur, hæc certè anima patietur: & rursus faciet quæ nos facimus. Fortè & commune diximus esse nostrum præsertim antequam separemur: quoniam & quæ pa-

IX *Causa peccacatorum, in anima est cō sensio: cuius propria est intelligentia quædam, præcipuè cogitatio, quæ non agunt per corporis instrumentū.*

X *Quæ animatis nostri propria sunt, quodammodo etiam ad nos pertinent: & uita animalis non extinguitur, sed animam sui causam comitatur. Item uirtutes intellectuales sunt in anima, morales in animali.*

A tur corpus noſtrum, nos perpeti dicimus. Duobus ergo modis nos dicimur: vel bruto nobis annumerato, vel quod ſuper hoc extat. Brutum verò eſt viuificatum corpus. Verus autem homo eſt alius ab his purus, virtutes quæ ſunt in intelligentia poſſidens, quę in ipſa anima ſeparata fundantur: ſeperata inquam & ſeperabili etiam quatenus hîc eſt. Siquidem & quando ipſa omnino abeſt, illa etiam quæ ab ipſa emicat, abit eam comitans. B Virtutes autem quæ non prudentia, ſed conſuetudine quadam exercitationéque prouenerunt, communis ipſius eſſe videntur. Huius enim ſunt & vitia, quoniam & inuidiæ & æmulationes atque miſericordiæ. Amicitiæ autem cuiuſnam ſunt? Fortè partim ad id commune, partim ad interiorem hominem pertinent.

XI

In pueris regnat animal & imaginatio animæ. Intellectus & ratio altius occupantur. Itē vita brutorum propria ex anima pendet rationali, vel noſtra vel alia.

QVANDIV autem pueri ſumus, operantur quidem quę in compoſito ſunt, pauca verò à ſuperioribus ad ipſum vſque refulgent. C quando autem otiantur quoad nos, ad ſuperiora interim operantur. in nos ſanè agunt, quando ad medium vſque procedunt. Quid ergo? nonne id etiam quod ante hoc eſt, nos ſumus? Veruntamen aduerſionem oportet fieri. Non enim quęcunque habemus, his aſſiduè vtimur. Sed quando medium, vel ad ſuperiora vel ad contraria vertimus: vel quodcunque à potentia vel habitu in actum producimus. Bruta verò quomodo animal habent? D Fortè ſi in ipſis animæ ſint humanę (vt fertur) quę peccauerunt, non brutorum fit hoc, quantum ſeparabile eſt, ſed pręſens illis non adeſt. ſed ſenſus ipſius communio ſimulachrum animę habet vnà cum corpore. corpus inquam tale, veluti quale factum ipſius animę ſimulachro. Sin autem anima hominis non eſt ingreſſa illuſtratione quadam, ab ipſa totius anima animal tale producitur.

XII

In eſſentia animæ neque peccatū eſt, neque pœna, ſed in animali ab ea genito, & quomodo generetur.

SED ſi anima non eſt peccatrix, quomodo E iudicia atque pœnę? At hic ſermo ab omni ſermone diſſentit dicente, ipſam peccare & purgari, pœnáſque apud inferos pendere, atque per corpora tranſmigrare. Adhærendum ergo vtri libet ſermoni. Fortè verò quiſpiam reperiat, quomodo inuicem non repugnent. Qui enim tradit, animam non peccare, vnum quiddã ſimplex omnino ponit, idem accipiens animam, atque animã eſſe. Qui verò eam peccare dicit, coniungit ipſi & conflat alteram inſuper animę ſpeciem paſſiones F graues habentem. Compoſitum igitur quiddam ex omnibus anima ipſa fit, & patitur vtique ſecundum totum, peccátque compoſitum: atque id eſt quod pœnas dat ipſi, non illud. Hinc ait Plato: Videmus enim eam, quemadmodum qui marinum aſpiciunt Glaucum. Oportet autem ſi quis velit naturam eius inſpicere, adiunctam ſecernere, aque philoſophiam eis conſiderare, quę attingat, & quibus cognata exiſtens, id quod ipſa G eſt, exiſtat. Alia ergo vita, & actiones alię, & quod punitur aliud. Seuocatio verò & ſeparatio non ſolùm ab hoc corpore, ſed ab omni adiuncto eſſe debet. Etenim in generatione fit adiūctio, vel omnino generatio alterius animę ſpeciei eſſe videtur. Quòd verò quęritur, quonam modo generatio fiat? Reſpōſum fuerit, quòd videlicet anima de-

ſcen-

καὶ ἃ πάσχει τὸ σῶμα ἡμῶν, ἡμᾶς φαμὲν πάσχειν. διττὸν οὖν τὸ ἡμεῖς, ἢ συναριθμουμένου τοῦ θηρίου, ἢ τὸ ὑπὲρ τοῦτο ἤδη. θηρίον δὲ ζωωθὲν τὸ σῶμα. ὁ δὲ ἀληθὴς ἄνθρωπος, ἄλλος, ὁ καθαρὸς τούτων, τὰς ἀρετὰς ἔχων τὰς ἐν νοήσει αἳ δὴ ἐν αὐτῇ τῇ χωριζομένῃ ψυχῇ ἵδρυνται, χωριζομένῃ δὲ καὶ χωριστῇ ἔτι ἐνταῦθα οὔσῃ. ἐπεὶ καὶ ὅταν αὕτη παντάπασιν ἀποστῇ, καὶ ἡ ἀπ' αὐτῆς ἐλλαμφθεῖσα ἀπελήλυθεν συνεπομένη. αἱ δὲ ἀρεταὶ αἱ μὴ φρονήσει, ἔθεσι δὲ ἐπιγινόμεναι, καὶ ἀσκήσεσι, τοῦ * νοῦ. τούτου γὰρ αἱ κακίαι, ἐπεὶ καὶ φθόνοι, καὶ ζῆλοι, καὶ ἔλεοι. φιλίαι δὲ, τίνος; ἢ αἱ μὲν τούτου, αἱ δὲ τοῦ ἔνδον ἀνθρώπου; * κοινοῦ

ΠΑΙΔΩΝ δὲ ὄντων, ἐνεργήματα τὰ ἐκ τοῦ συνθέτου, ὀλίγα δὲ ἐλλάμπει ἐκ τῶν ἄνω εἰς αὐτό. ὅταν δὲ ἀργῇ εἰς ἡμᾶς, ἐνεργεῖ πρὸς τὸ ἄνω. εἰς ἡμᾶς δὲ ἐνεργεῖ, ὅταν μέχρι τοῦ μέσου ἥκῃ. τί οὖν οὐχ ἡμεῖς *καὶ περὶ τούτου; ἀλλ' ἀντίληψιν δεῖ γενέσθαι. οὐ γὰρ ὅσα ἔχομεν, τούτοις χρώμεθα ἀεί· ἀλλ' ὅταν τὸ μέσον τάξωμεν, ἢ πρὸς τὰ ἄνω, ἢ πρὸς τὰ ἐναντία, ἢ *ὅσῃ ἀπὸ δυνάμεως ἢ ἕξεως εἰς ἐνέργειαν ἄγωμεν. τὰ δὲ θηρία πῶς τὸ ζῶον ἔχει; ἢ αἱ μὲν ψυχαὶ εἶεν ἐν αὐτοῖς ἀνθρώπειοι, ὥσπερ λέγεται, ἁμαρτοῦσαι, οὐ τῶν θηρίων γίνεται τοῦτ' ὅσον χωριστὸν, ἀλλὰ παρὸν οὐ πάρεστιν αὐτοῖς. ἀλλ' ἡ συναίσθησις, τὸ τῆς ψυχῆς εἴδωλον μετὰ τοῦ σώματος ἔχει. σῶμα * δὲ τοιόνδε, οἷον ποιωθὲν ψυχῆς εἰδώλῳ. εἰ δὲ μὴ ἀνθρώπου ψυχὴ εἰσέδυ, ἐλλάμψει ἀπὸ τῆς ὅλης τὸ τοιοῦτον ζῶον γενόμενόν ἐστιν.

* καὶ τὸ περὶ

* ὅσα

* δὴ

ἈΛΛ' εἰ ἀναμάρτητος ἡ ψυχὴ, πῶς αἱ δίκαι; ἀλλὰ γὰρ οὗτος ὁ λόγος ἀσυμφωνεῖ παντὶ λόγῳ, ὅς φησιν, αὐτὴν καὶ ἁμαρτάνειν καὶ κατορθοῦν, καὶ διδόναι δίκας καὶ ἐν ᾅδου, καὶ μετενσωματοῦσθαι. προσθετέον μὲν οὖν, ὅτῳ τις βούλεται λόγῳ. τάχα δ' ἄν τις ἐξεύροι, καὶ ὅπῃ μὴ μαχοῦνται. ὁ μὲν γὰρ τὸ ἀναμάρτητον διδοὺς τῇ ψυχῇ λόγος, ἐν ἁπλοῦν πάντι ἐτίθετο, τὸ αὐτὸ ψυχὴν καὶ τὸ ψυχῇ εἶναι λέγων. ὁ δ' ἁμαρτεῖν διδοὺς, συμπλέκει μὲν καὶ προστίθησιν αὐτῇ καὶ ἄλλο ψυχῆς εἶδος, τὸ τὰ δεινὰ ἔχον πάθη. σύνθετον οὖν καὶ τὸ ἐκ πάντων ἡ ψυχὴ αὐτὴ γίνεται, καὶ πάσχει δὴ * καὶ τὸ ὅλον, καὶ ἁμαρτάνει τὸ σύνθετον. καὶ τοῦτό ἐστι τὸ διδὸν δίκην αὐτῷ, οὐκ ἐκεῖνο. ὅθεν φησί· τεθεάμεθα γὰρ αὐτὴν, ὥσπερ οἱ τὸν θαλάττιον Γλαῦκον ὁρῶντες. Δεῖ δὲ περικρούσαντας τὰ προστεθέντα, εἴπερ τις ἐθέλει φησὶ τὴν φύσιν αὐτῆς ἰδεῖν, εἰς τὴν φιλοσοφίαν αὐτῆς ἰδεῖν, ὧν ἐφάπτεται, καὶ τίσι συγγενὴς οὖσα, ἐστὶν ὅ ἐστιν. ἄλλη οὖν ζωὴ, καὶ ἄλλαι ἐνέργειαι, καὶ τὸ κολαζόμενον ἕτερον. ἡ δὲ ἀναχώρησις καὶ ὁ χωρισμὸς, οὐ μόνον τοῦδε τοῦ σώματος, ἀλλὰ καὶ ἅπαντος τοῦ προστεθέντος. καὶ γὰρ ἐν τῇ γενέσει, ἡ *προσθήσει, ἢ ὅλως ἡ γένεσις τοῦ ἄλλου ψυχῆς εἴδους. τὸ δὲ πῶς ἡ γένεσις, εἴρηται ὅτι καταβαι-

* κατὰ

* προσθήκη

νούσης

A νεύσης, ἀλλὰ τοῦ * ἀπ' αὐτῆς γινομένου, τοῦ καταβαίνοντος ἐν τῇ νεύσει. ἆρ' οὖν ἀφίησι τὸ εἴδωλον, καὶ ἡ νεῦσις δέ, πῶς οὐχ ἁμαρτία; ἀλλ' εἰ ἡ νεῦσις ἔλλαμψις πρὸς τὸ κάτω, οὐχ ἁμαρτία, ὥσπερ οὐδ' ἡ σκιά· ἀλλ' αἴτιον τὸ ἐλλαμπόμενον. εἰ γὰρ μὴ εἴη, οὐκ ἔχει ὅπη ἐλλάμψει. καταβαίνειν οὖν καὶ νεύειν λέγεται τῷ συνεζηκέναι αὐτῇ, τῷ ἐλλαμφθὲν παρ' αὐτῆς. ἀφίησιν οὖν τὸ εἴδωλον, εἰ μὴ ἐγγὺς τὸ ὑποδεξάμενον. B ἀφίησι δέ, οὐ τῷ ἀποσχισθῆναι, ἀλλὰ τῷ μηκέτι εἶναι. οὐκ ἔτι δέ ἐστιν, ἐὰν ἐκεῖ βλέπῃ ὅλη. χωρίζειν δὲ ἔοικεν ὁ ποιητὴς τοῦτο, ἐπὶ τοῦ Ἡρακλέως, τὸ εἴδωλον αὐτοῦ διδοὺς ἐν ἅδου, αὐτὸν δὲ ἐν θεοῖς εἶναι. ὑπ' ἀμφοτέρων τῶν λόγων κατεχόμενος, καὶ ὅτι ἐν θεοῖς, καὶ ὅτι ἐν ἅδου. * ἐμέρισεν δ' αὖ. τάχα δ' ἂν οὕτω πιθανὸς ὁ λόγος εἴη. ὅτι δὴ πρακτικὴν ἀρετὴν ἔχων C Ἡρακλῆς, καὶ ἀξιωθεὶς διὰ καλοκαγαθίαν θεὸς εἶναι, ὅτι πρακτικός, ἀλλ' οὐ θεωρητικὸς ἦν. ἵνα ἂν * ὁ λόγος ἦ ἐκεῖ. ἄνω τέ ἐστι, καὶ ἔπεστί τι αὐτοῦ καὶ κάτω.

ΤΟ δὲ ἐπισκεψάμενον περὶ τούτων, ἡμεῖς, ἢ ἡ ψυχή; ἢ ἡμεῖς, ἀλλὰ τῇ ψυχῇ; τὸ δὲ τῇ ψυχῇ, πῶς; ἆρα τῷ ἔχειν ἐπεσκέψατο, ἢ ἡ ψυχή. οὐκοῦν κινήσεται, ἢ κίνησιν τὴν τοιαύτην D δοτέον αὐτῇ, ἣ μὴ σωμάτων, ἀλλ' ἔστιν αὐτῆς ζωή. καὶ νόησις δὲ * ἡμῖν οὕτως, ὅτι καὶ νοερὰ ἡ ψυχή, καὶ ζωὴ κρείττων ἡ νόησις, καὶ ὅταν νοῦς ἐνεργῇ εἰς ἡμᾶς. μέρος γὰρ καὶ οὗτος ἡμῶν, καὶ πρὸς τοῦτον ἄνιμεν.

* ὑπ' αὐτῆς

* ἐμέριστο δ' ἂν

* ὅλος ἦν

* ἡμῶν

ſcendente, atque tunc alio quodam ab anima facto, atque deueniente in ipſa animę ad corpus inclinatione quaſi quodam nutu. Nunquid ergo dimittit ſimulachrum? Item ipſa inclinatio ſiue nutus quo pacto non eſt peccatum? Sed ſi annuere eſt illuſtrare id quod eſt inferius, certè non eſt peccatum, ſicut neque vmbra. cauſa verò eius id eſt, quod illuſtratur. niſi enim hoc eſſet, quo modo illuſtraret anima, non haberet. Deſcendere igitur & inclinari, ſiue annuere dicitur ex eo quod illuminatum ab ea ipſi connectitur. Dimittit ergo ſimulachrum, niſi ſit proximum quod ſuſcipiat. Dimittit verò non ex eo quòd diſcindatur, ſed ex eo quòd hìc non ſit amplius. non amplius autem eſt hìc, ſi illuc ſurſum tota reſpiciat. Separare verò videtur poeta hoc in Hercule, demittens ſimulachrum eius ad inferos, ipſum verò inter deos annumerans. Vtrunque ergo verbis obſeruat, & quòd inter deos, & quòd apud inferos diuerſetur. Diuiſit igitur. Fortè verò ſic ſermo probabilis erit. Quoniam virtutem actiuã habẽs Hercules, atque exiſtimatus propter probitatem eſſe deus: quippe quum actiuus eſſet, nõ autem contemplatiuus: alioquin totus apud ſuperos eſſet nimirum, & apud ſuperos quidem eſt, & aliquid eius interim eſt apud inferos.

XIII

QVOD verò de his conſiderat, nóſne ſumus an anima? Fortè nos, ſed per animam. Per animam verò quo pacto? Nunquid aliquis eam habendo conſiderauit: an anima ipſa potius? Nõ ergo mouebitur. vel motum concedere oportet talem, qualis non eſt corporum, ſed eſt ipſius vita. Præterea intelligentia ſic eſt noſtra, quoniã intellectualis eſt anima: atque hæc ipſa intelligentia vita melior extat: tum quando anima intelligit, tum quando intellectus in nos agit. Pars enim & hìc eſt noſtrûm, ad ipſumque aſcendimus.

Non compoſitum, ſed anima ipſa ratiocinatur, atque intelligit, tum per intellectum proprium, tum etiam per cõmunem.

MARSILII FICINI IN LIBR. DE VIRTVTIBVS ARGVMENTVM.

SVMMA TOTIVS LIBRI,

Studendum eſt hinc fugiendo, per virtutem Deo ſimilem fieri.

LIBRI huius finis quidem eſt, animum deo fieri ſimilem. Materia verò virtus, per quam ſimilitudo eiuſmodi comparatur. Forma denique libri eſt diſtributio eius in ſeptem capita, & in primo exercitatio quædam ad virtutem inueniendam, in ſequentibus inuentio eius, & definitio atque diſtributio. Caput primum ab aurea Platonis noſtri ſententia exorditur in libro de Scientia, id eſt, Theæteto poſita: Vt deuitemus mala, hinc protinus fugiendum. Fugere uerò hinc, eſt deo ſimilem fieri, Deo ſimilis animus fit virtute. Sed ne quis erret circa finis cognitionem, diſputat non ex eo animum deo per uirtutem fore ſimilem, quia uidelicet ſicut in animo, ſic in deo ſit virtus, ſed quia deus eſt virtutis principium & exemplar & ipſa virtus. Deus inquã mens diuina, mundi artifex, ipſiq́ mundo & eius animæ præſidens. Et quanuis inter principia diſputandi annuat animum virtute fieri ſimilem mundi animæ eiusq́ menti, quod & verum eſt. tamen progrediente diſputatione aſſerit, finẽ ſimilitudinis huius altius ſe extendere, ad diuinum ſcilicet intellectum. Atque ad hunc finem velut quartum gradum, vbi virtutum ſunt exemplaria, tribus gradibus animum peruenire. Virtutibus primò ciuilibus, ſecundò purgatoriis, tertiò animi iam purgati. Atque hæc libri totius eſt ſumma.

Quanuis animus per virtutes deo fiat ſimilis, tamen deus non habet virtutem: ſed eſt virtutis exemplar: & quæ virtus in anima eſt qualitas, penes deum eſt eſſentia: item confirmantur hìc ideæ.

I *IN primo capite primùm quidem ait: Si qua ex humanis virtutibus insit deo, probabilius adfore prudentiam & iustitiam, quàm cæteras, quæ circa perturbationes versantur. Deinde nullas inesse humanas ait, atque ciuiles: earúmque interim definitiones à Platone in libris de Repub. positas, affert. interea tamen per illas nos diuinam quandam consequi similitudinem confitetur. Negat tamen consequentiam illam, qua fortè quispiam niteretur, scilicet, animus per virtutes deo fit similis: ergo deus virtutem habet. Negat quoque distinctionem illam, qua quis deum dicat virtutes quidem habere, sed in quadam superioris specie. obijcit enim: Si animus concedatur assimilari deo, & si non virtutes similes, sed longè dissimiles in deo sint: concedi etiam posse assimilari deo nullas habenti virtutes. Profectò quanuis per præsentiam luminis aer calorem suscipiat, tamen sol unde manat lumen, calorem nullum accipit nouum: neque ignis calefit propterea quòd ex eo aliquid calefiat: & tamen hæc illis similia fiunt: sic animus à deo virtutem habet, per quam deo sit similis: neque tamen deus virtutem habet. Neque obijciat quispiam: Sicut in aqua calor est aduentitius, in igne natiuus, sic in anima peregrinam esse virtutem, sed in deo naturaliter insitam, adeò vt virtus quidem vtrobique sit, sed in deo præstantior. Virtus enim necessariò & alicuius est, & in aliquo, in quo quasi subiecto ipsa sit quasi forma. nihil autem eiusmodi est in deo. Sanè munus quod à deo animus accipit, nihil eiusdem naturæ seruat in animo cuius est apud deum: ibi enim est ipsa dei essentia: hîc autem quædam quasi qualitas in essentia. illic igitur est exemplar atque principium: hîc effectus quidam imaginarius. Imago verò etsi repræsentandi officio fungitur, nihil tamen eiusdem naturæ conseruare videtur. hîc enim virtus dispositio & compositio quædam est, ibi nihil est tale: sed certa quadam dispositione animus refert ideam, sicut domus intelligentiam architecti. Multorum sanè philosophorum sententia est: quæ in ordine corporum alicubi sunt accidentia, nusquam in eodem ordine scilicet corporali esse posse substantias. Itaque calorem & lumen quæ in aqua sunt accidentia, non esse vel in sphæra ignis, vel in cælo substantias: sed hîc quidem qualitates mobiliter contingentes, illic autem qualitates (vt ita dicam) essentiales, penitúsque immobiles. Hinc argumentabuntur Platonici: Quæ ab imperfecto proficiunt, ad perfectius tandem eadem virtute perfici, qua profecerant, atque ad perfectissimum peruenire: cuius videlicet virtute, quicquid non est perfectissimum quasi indigens regatur, ac penitus absoluatur. Formarum ergo conditionem quæ à qualitate mobiliter contingente ad immobilem qualitatem, proprietatémque prorsus essentialem perducta est, tandem ad formas quæ iam essentiæ non in essentia sint, perduci. Eiusmodi verò in re incorporea imò rem incorporeã tantùm esse posse, nihilque aliud quàm naturalium formarum ideas existere. Vbi calor & lumen, & reliquæ formæ essentia sint: & esse ipsque actus essentiæ, ibidem animæ est idea, & animæ perfectæ idea perfecta. Igitur & idea virtutum, quibus anima ipsa perficitur, virtute videlicet illinc, & naturaliter insita, & continuè conseruata: quanuis & alio modo ibi sint ideæ virtutum: quemadmodum in sequentibus apparebit. Est autem virtutis quidem exemplar in deo, ipse scilicet deus: forma verò quædam virtutis in ipsa rationalis animæ substantia: Imago autem virtutis in anima rationis experte. Præterea in anima nostra virtus est qualitas aduentitia: in animabus superioribus ingenita qualitas & immobilis: in diuina mente virtus est ipsa mentis essentia actúsque essendi.*

Quo modo animus per virtutem deo similis fit. Et quomodo virtus ciuilis purgatoria, purgati animi. Exemplaria inter se distinguuntur. Ac de motibus animi primis, atque secundis.

II *Caput libri secundum definitiones virtutis, virtutúmque aggreditur, ad eundem videlicet finem quem dicebamus: vt rationem similitudinis nostræ ad Deum cognoscamus, & cognitam comparemus. Principiò modos præcipuè duos similitudinis affert hunc in modum: Quando duo quædam sub vno principio constituta qualitatem ab eo vtraque capiũt, specie vel genere conuenientem: vt duo quædam alba vel saltem colorata, tunc sicut hoc illi simile est, ita vicissim illud huic simile dicitur. At cùm duo diuersa sunt genere vel plusquam genere, & hoc est ab illo atque sub illo, sicut imago quædam à substantia, ceu si qua fiat in speculo, tunc imago similis quidem est exemplari absque vlla naturæ eiusdem communione: neque tamen exemplar vicissim imagini simile dicitur. Hac vtique conditione animus deo fit similis per virtutem, quatenus accipit inde virtutem, quæ est diuini exemplaris imago. Post hæc autem virtutes definiẽdo distinguit. Tu verò ad hæc intelligenda, qui motus in nobis primi sint intellige, quíve secundi: Primi namque motus sunt subiti quidam impetus in animali nostro ab externis impulsibus agitati per sensum animalis, & naturalem suæ imaginationis instinctum prius quàm anima rationalis de his ratione consultet, vel imaginatione forsan animaduertat, vtrum prosequendum sit, an potius fugiendum: siue terrores hi sint, siue incitamenta quædam. Secundi verò motus vel in prosequendo, vel in declinando positi sequuntur vel superioris imaginationis animaduersionem, vel etiam consilium rationis, siue sit temerarium siue maturum. Virtus igitur quæ secundos amputat motus circa sensibilia declinantes, ciuilis cognominatur: siue fortitudo, siue temperantia sit, seu prudentia huc vsque consultans, siue iustitia ita conuersans. satis enim huc vsque factum à ciue putamus. Virtutes autem quæ secundos motus non solùm amputant, sed extirpant, purgatoriæ nominantur. Denique virtutes quæ secundas perturbationes iam domuerũt, atque insuper primos impetus vel eradicant, si modò fieri possit ab homine, vel saltem ratione aliqua & assuetudine moderantur, purgati iam animi sunt. Harum ergo virtutum quæ sunt in genere triplici, in deo exemplaria sunt: Virtutes verò nequaquam. Non enim ibi sunt motus atque negotia, in quibus virtutes nostræ versantur. Per hos ergo tres gradus vnà cum Paulo à claritate in claritatem à domini spiritu tracti in eandem imaginem transformamur, id est, virtutes nostras velut imagines diuino exemplari illuc ita profecti adhibemus atque reformamur. quod & Plotinus quasi Paulum imitatus in sequentibus declarabit. In hoc autem secundo libri capite ciuilium tãtùm virtutum officium peragit, quas appellat moderationes quasdam atque mensuras: tum quantum spectat ad affectus, tum quantum ad opinionem rectam, pro prudentia loco scientiæ constitutam. Subdit, materiam cùm sit suapte natura mensuræ moderationisque totius expers, esse Deo omnium dissimilimam, similem verò eatenus apparere, quatenus inde mensuras & species accipit. Cúmque hæc à Deo naturaliter remotissima, possit tamen hac conditione aliquantum Deo similis apparere, multò magis animam Deo natura propinquiorem, vult, per ciuiles etiam virtutes eam velut materiam determinantes atque moderantes, diuinam quandam similitudinem comparare. quanuis Deus neque mẽsuram habeat neque speciem. Tu verò quod dicitur, Neque speciem, de ipso patre intellige, super speciem atque formas existere. De intellectu verò eius filio intellige, non habere speciem ab essentia sua distinctam, sed ipsum esse speciem ipsam, formarúmque omnium plenitudinem: de qua omnes accipimus, quatenus proficimus ad virtutem inde nobis illuc conuersis infusam: per quam dedit nobis potestatem filios Dei fieri. A Deo verò*

sic animus Deo fit similis, vt si quis animum sic affectum penitus introspexerit, opinaturus sit, deum protinus se videre. Tu verò in hoc capitulo, quod legis Meliori nostro, id est, rationi: potes etaim legere, meliori quodam, id est, vel meliorem opinionem introducendo, vel virtute superioris ita proficiendo. Item vbi ait: Totum Dei hoc sit, id est, talis animi constitutio, uel sit tota diuinitas atque è conuerso, vel ad deum tota pertineat. Eadem sæpe apud Plotinum oratio, (quod Porphyrius confitetur) plures æquè sensus admittit.

Intelligere secundum analogiam quandam de intellectu diuino dicitur, atque de animo. Item agitur & de sermone, seu verbo in voce, in animo, in mente.

III *Post ciuiles virtutes in tertio libri capite maiores aggreditur, definitque propriè quidem purgatorias, communiter autem vnà cum his, virtutes etiam animi iam purgati. Ostendens interea ciuiles dici potius debere dispositiones ad virtutem, quàm virtutes: similitérque per illas ad similitudinem nos diuinā disponi potius & parari, quàm effici similes. Præterea neque has quidem esse vult in Deo, quoniam affectiones & qualitates, siue restitutiones quædam animæ sint, qualia in deo esse non possint. Rursus prudentiam à qua ducuntur, esse intelligentiam quandam in discursione positam temporali, qualis apud deum intelligentia esse nequeat. Tum verò tam deum quàm animam communi quadam appellatione intelligere dicimus, neque id quidem appellatione duntaxat æquiuoca, vel fortuita, vel minimè competenti, neque rursus vniuoca ratione, per quam eadem, vel specie vel genere sit vtriusque intelligentiæ definitio, sed ea videlicet conditione, quoniam intelligentia hæc in animo velut posterius aliquid & imago fit atque seruatur ab intelligentia dei velut exemplari superius admodum constituto, ad quod etiam repræsentando refertur, quæ sanè conditio solet analogica nominari. Comparat deinde analogiæ modo hunc in modum: Sicut se habet sermo in voce ad sermonem, vt ita dicam, in animo, sic & sermo in animo qualiscunque sit ad sermonem, vt ita loquar, in mente. Potes verò tu vbi sermonem dicimus, rationem quoque verbúmque dicere. verbum hoc in voce imago est, & interpres verbi quod est in animo: verbum animi imago & interpres verbi ipsius in mente. mentem denique Plotinus alibi dicit, esse imaginem verbúmque dei, quem etiam appellat mentis & intelligentiæ patrem. Hic sanè atque atque Origenes, & vt arbitror, vtriusque præceptor Ammonius intellectum diuinum, filiúmque sic se habere ad patrem deum, id est, ad ipsum bonum existimabant, sicut lumen ad lucem. Spiritum quoque, id est, mundi vitam sic ad intellectum, sicut se habet calor ad lumen. Iam verò etsi inter hos tres essentialem quandam differentiam afferre videntur, in cæteris tamen tantam in eis vnitatē esse probant, vt nulla possit singularior cogitari. Hactenus philosophorum, ea præsertim tempestate, ingenia processerunt. sed horum iudicium ad sanctorum deinde Patrum concilia referendum. Verùm ita iam capitulum concludamus. Sermo in voce indiget aere, quo animi sermo non indiget. Item in plures diuiditur partes, longioráque tempora quàm animi sermo: ipse verò sermo animi transigitur tempore. Mentis autem sermo, siue ratio, seu verbum tempore nullo distrahitur. Item ratio hæc siue notio mentis sæpe per vnam formam actúmque vnum implet: quod animi sermo siue ratiocinatio per formas actúsque plures peragere cogitur. Denique ipsum bonum omnes iam formæ & intelligentiæ limites supereminet: ex quibus apparet à multitudine atque indigentia gradatim ad vnitatem sufficientiámque maiorem deinceps maiorémque procedi.*

Anima neque est ipsum bonum neque ipsum quod dicitur propriè boniforme. Item quibus gradibus participentur ideæ. Rursus probatio idearum, & de diuinitate animæ. Et quomodo formæ rerum sunt in mente diuina, quomodo in nostra, quomodo in ratione atque imaginatione.

IIII *A virtutibus quæ purgant adhuc, ad illas quæ in animo sunt purgato, iam transiturus, ait ipsum puritatis effectū esse purgationis finem, hásque virtutes tanquam fines esse præstantiores, summúmque gradum virtutis humanæ ac præcipuum proximúmque diuinæ similitudinis susceptaculum. Neque enim puritas hæc per purgationis ministerium restituta ipsum est animæ bonum. non enim se ipso contentus est animus tanquam fine, cùm habuerit aliunde principium. Nempe natura hæc quæ per purgationem est ab alienis & malis iam liberata, bonum ipsum esse non potest: alioquin non fuisset obnoxia malo. Quin etiam neque est ipsum, quod dicitur à Platonicis Boniforme: illud enim est quod primò semper æquè boni ipsius est particeps. natura verò huiusmodi purgationis egena non æquè semper, ideóque nec primò est boni particeps. Ordo namque bonorum ab eis quæ vel non semper, vel non æqualiter boni participant, ad illud quod semper æquè participat, ab hoc tandem ad ipsum simpliciter per se bonum nullius participatione bonum necessariò surgit. Sic igitur ab anima ad intellectum, ab hoc ad ipsum bonum fit ascensus: sicut à formis caducis quæ ab elementali materia participantur inæqualiter, & aliquando ad formas quæ in cælesti materia semper participantur æqualiter, & ab illis denique ad formas ascenditur, quæ in cælo intellectuali, non per participationem aliquam sunt in alio, sed ipsum iam sunt intellectuale cælum, simplex & uniforme, ac pariter omniforme. Prima tamen & æqua & sempiterna participatione bonum, quod & propriè dicitur boniforme, bonique ipsius splendor æternus. Cùm enim effectus à causa primò similior, deinde paulatim prodeat dissimilior, meritò ab ipso bono simplici æternóque prius dependet, quod semper eius æquè est particeps, deinde quod inæqualiter aliquando particeps. Tum verò significat diuinitatem animæ, vbi ait: Malum animæ est alienis, id est, caducis hærere: bonum verò adhærere domesticis atque cognatis. Cùm igitur bonum, id est, vita libera passionibus, & integra veritas, vigor solidus, plenum gaudium, tunc solùm contingat animo, quando diuinis adhæret: constat eum inde proximè natum. Hinc illud, Mihi verò adhærere deo bonum est. Iā verò, cùm animus sola purgatione, id est, in naturam suam restitutione subitò conuertatur ad ipsum bonum, & sola conuersione subitò potiatur, patet naturam eius esse diuinam. Profectò & noster animus vehementius ad bonum afficitur quàm ad verum: Verum enim appetit tanquam bonum, & ipsum bonum potentius est quàm verum: cùm & ipsa potestas ad bonum pertineat potius quàm ad verum. Cùm igitur animus discussis quandoque errorum causis verū subitò consequatur, nimirum & purgatus à malis assequitur continuò bonum. Post hæc ait, Ipsam puri iam animi ad ipsum bonum conuersionem, esse virtutem animæ, id est, virtutis gradum tertium animo purificato conuenientem. subdit, multò magis virtutem esse quod animus ex conuersione cōsequitur: virtutem iam significat exemplarem, ad*

quam animus per tres gradus iam dictos ascendit, iam inde formandus. Et profectò quemadmodum tres sunt gradus, ita tria exemplarium virtutum genera. Primum vbi animus imaginationem suam conuertit ad rationem suam melius ibi vel inde formandam. Secundum quando rationis formulas traducit ad formas intellectui proprio insitas, vt melius ibi cognoscat. Tertium vbi intellectum proprium diuinæ menti prorsus accommodat, ideisque diuinæ mentis propriam conformat intelligentiam. hoc autem contactu quodam efficit sempiterno. Ex quo fit vt possint in tempore & rationem intellectui suo: & imaginationem rationi propriè conformare. Esse primas omnium formas in vno scilicet intellectu omnium effectore, significat formarum congregatio naturalium in vna omnibus subiecta materia. Esse ibi quoquo modo distinctas, ostendit formalis naturalium formarum inter se differentia: quæ neque ex materia est informi: neque casu, cùm semper ordinatissima sit: neque ex vna quadam inter has specie formæ, quoniam ad vnum omnibus communissimum ordinatur. Cùm ergo formalis cunctarum distinctio formarum ex vna forma omnium effectrice procedat, necesse est ibi rationem distinctionis inesse per quam ibi sint formæ quadam inter se ratione distinctæ. Est ergo intellectus ille & vniformis simul & omniformis. Sed ibi cùm maxima quoque sit vnio, nimirum formarum vna omnium est essentia, rationesque diuersæ. Sed in quolibet intellectu post illum, formæ sunt contactus quidam essentiales idearum sempiterni ac penitus intimi. Ex quo quidem contactu deinceps in anima, id est, in facultate rationali, formulæ idearum quasi ex coitu illo conceptæ insitæ quidem semper, sed ex habitu in actum atque vicissim tempore transeuntes: suntque vniuersales formulæ: & de vnoquoque quid sit, & propter quid designantes. Ex his præterea formulæ in imaginationem aliæ profluunt, propius iam ad singula declinantes: quæ de vnaquaque re potiùs quale quàm quid ostēdunt, ac si quale quid, non tamen propter quid sit, aperiunt. Tu verò, vbi Plotinus negat alibi figuras rerum ab anima suscipi, ne sibi hoc in libro repugnet, intellige non imprimi figuras in anima à rebus inferioribus, & accedere nuper, iterumque recedere, penitúsque deleri. Hæ namque formæ, quas ex fonte haurit intimo, sunt quasi ipsa natura animæ, siue vis animæ naturalis, neque aduētitium aliquid & appositum. Procedit enim & anima ab auctore naturæ suæ, & vis eius alia prodit ab alia naturali semper suo munere prædita. Memento, Plotinum hîc agere propriè de intellectuali animæ bono, finémque virtutum putare, vt anima vniuersus inde mundus intellectualis euadat, cuius mundi finis est ipsum simpliciter bonum. Sicut enim super animam quasi corporeā est ipsa simpliciter anima, ita & super intelligentiam animalem est ipse simpliciter intellectus: ac super intellectuale bonū si ipsum bonum simpliciter extat. In verbis autem exponendis, vbi dicit, figuras, vel formas impressas accommodari oportere exemplaribus suis, in actum iam eductas, & illuminanti subdere, intellige formulas imaginationis formis rationis rationique subdendas. Item formulas rationis, intellectui proprio formisque ipsius, siue formationibus potius adhibendas. Hic enim semper est diuina mente formatus. Vbi ait, intellectum non esse animæ alienum, intellige, quia proprium habet sibi insitum, & eius proprius intellectus est semper diuino coniunctus, & proprio quodam sibi modo coniunctus. Esse verò formas animo naturaliter insitas, & intellectum nostrum semper conformari diuino, satis in Theologia probauimus.

In imaginatione animæ rationalis propria, sæpe incitantur imagines secundùm primos motus imaginationis, quæ est in animali priusquam consultet vel animaduertat.

V *Animi purgati virtutes ordine satis manifesto definit. Quod hîc phantasiam appellat præfiguratam, intellige ex primis incitamentis sæpe in nostra etiam imaginatione imagines aliquas incitari proclives ad sensus, antequam ratio satis animaduertat.*

Sapientia in mente diuina est quasi tactus, in nostra mente quasi contactus, in ratione quasi figura visibilis.

VI *Confirmat finem animæ non esse innocentiam, sed fieri deum: atque illum in quo soli iam primi restant motus, deū quendam esse simul & dæmonem: Dæmones enim nonnullis tanguntur affectibus. at illum in quo etiam primi motus iam consopiti videntur esse duntaxat deum, id est, intellectualem prorsus animum ex eorum numero, qui diuinā mentem propriè comitantur. Subdit, animum quando ad se conuersus est omnino purgatione videlicet præcedente, esse talem, qualis ex diuina mente processerat: ac subitò ibidem esse penitus restitutum: Nam & olim huc profectus, non omnino inde discessit. Siquidem & ratio intellectui suo ducique proprio pro arbitrio hæret, & intellectus cum diuina mente naturaliter copulatur. Post hæc exemplares definit virtutes, quatenus quodammodo nobis accommodantur. Nam quatenus sunt in mente diuina, exemplaria quidem sunt, sed non virtutes. Vbi verò ait, sapientiam in anima quidem esse inspectionem eorum quæ possidet intellectus: intellectum verò sapientiam tactu quodam habere: intellectū hîc subintellige duplicem, nostrum videlicet & diuinum, & sapientiam in diuino tactum dici, id est, non imaginis cuiusdam, sed rei ipsius possessionem, ac potius existentiam. In nostro autem intellectu potiùs appellari contactum, id est, realem (vt ita dixerim) copulam, non imaginariam notionem. In natura enim rationali quæ propriè anima nuncupatur imaginaria magis possessio est: in intellectu autem (vt ita loquar) substantialis: sed hæc possessio primò quidem est in mente diuina, deinde traducitur & in nostram.*

Intellectus diuinus primò est ipsa quæ habet: noster intellectus secundò est ipsa quæ habet: ratio non similiter est quæ habet. Item comparatio hîc fit virtutum: & præcepta nonnulla traduntur.

VII *Exemplares virtutes accommodatas animo ordine quodam correspondente diuinis accommodat exemplaribus: & quid cuiusque virtutis exēplar sit in deo declarat: & quo pacto exemplares virtutes in animo diuinis virtutum exemplaribus ritè respondeant. Atque vbi ait animam non similiter atque intellectus hæc ipsa esse, quæ habet, animam intellige potētiam discurrentem, in qua aliud est essentia, aliud sunt formæ vel imagines, aliud habitus atque actus. At in mente diuina essentia in actum est ab æterno redacta: ipséque essentialis actus implet omnia quæ per additamenta quædam in anima peraguntur. Quinetiam intellectus noster quodammodo est, quæ habet, vt ex Plotini mēte loquar.*

Est

Est enim æterno intimóque contactu redactus in actum idearum omnium: in quarum actum diuina mens prodijt ab æterno. Post hæc comparat quodammodo virtutes inuicem, & quædam præcepta tradit, vel dubia soluit. Ait ergo: Quæ consumatam antecedunt animi puritatem, esse vias ad virtutem, potius quàm virtutem. Item neque etiam puritatem censeri virtutem, nisi referatur ad deum & imitandum & pro viribus consequendum. Rursus in inferioribus virtutum gradibus non esse superiores nisi per imaginem. In superioribus autem inferiores per exemplar, virtutémque contineri. Item vbi mutantur principia, species quoque mutari virtutum. Principia inquam duo scilicet & finem virtutis cuiusque proprium, & regulas suas atque leges, ad quas formatur: præsertim vbi mutantur principia prudentiæ, quæ aliarum virtutum regula iudicatur. Ex quo fit, vt in alia specie sit ciuilis temperantia, in alia purgatoria, in alia quoque purgata, in alia exemplaris, cæteræque similiter. Concludit denique finem virtutum omnium communem atque præcipuum non esse in rebus externis, non in virtute, non in animo, sed in deo. Qua quidem conclusione nihil sanctius dici potest. Quæ & diuinam nobis testatur Plotini nostri mentem.

ΠΛΩΤΙΝΟΥ

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Α

ΛΟΓΟΣ Β.

PLOTINI

ENNEAD. PRIMAE

LIBER II.

ΠΕΡΙ ἀρετῶν.

ΕΠΕΙΔΗ τὰ κακὰ ἐνταῦθα καὶ τόνδε τὸν τόπον περιπολεῖ ἐξ ἀνάγκης, βούλεται δὲ ἡ ψυχὴ φεύγειν τὰ κακά, φευκτέον ἐντεῦθεν. τίς οὖν ἡ φυγή; θεῷ φησιν ὁμοιωθῆναι. τοῦτο δέ· εἰ δίκαιοι καὶ ὅσιοι μετὰ φρονήσεως γενοίμεθα, καὶ ὅλως ἐν ἀρετῇ. εἰ οὖν ἀρετῇ ὁμοιούμεθα, ἆρα ἀρετὴν ἔχοντι; καὶ δὴ καὶ τίνι; θεῷ. ἆρ᾽ οὖν τῷ μᾶλλον δοκοῦντι ταῦτα ἔχειν, καὶ δὴ τῇ τοῦ κόσμου ψυχῇ, καὶ τῷ ἐν ταύτῃ ἡγουμένῳ, ᾧ φρόνησις θαυμαστὴ ὑπάρχει; καὶ γὰρ εὔλογον ἐνταῦθ᾽ ὄντας, τούτῳ ὁμοιοῦσθαι. ἢ πρῶτον μὲν ἀμφισβητήσιμον, *ἢ καὶ τούτῳ ὑπάρχουσι πᾶσαι· οἷον σώφρονι ἀνδρείῳ εἶναι, ᾧ μήτι δεινὸν ἐστιν. οὐδὲν γὰρ ἔξωθεν μήτε προσιὸν ἡδύ, οὗ καὶ ἐπιθυμία ἂν γένοιτο, μὴ παρόντος, ἵν᾽ ἔχῃ, ἢ ἕλῃ. εἰ δὲ καὶ αὐτὸς ἐν ὀρέξει ἐστὶ τῶν νοητῶν ὧν καὶ αἱ ἡμέτεραι, δῆλον ὅτι καὶ ἡμῖν ἐκεῖθεν ὁ κόσμος καὶ αἱ ἀρεταί. ἆρ᾽ οὖν ἐκεῖνο ταύτας ἔχει, ἢ οὐκ εὔλογον τάς γε πολιτικὰς λεγομένας ἀρετὰς ἔχειν; φρόνησιν μὲν περὶ τὸ λογιζόμενον, ἀνδρίαν δὲ περὶ τὸ θυμούμενον, σωφροσύνην δὲ ἐν ὁμολογίᾳ τῇ καὶ συμφωνίᾳ ἐπιθυμητικοῦ πρὸς

* εἰ

A B C

De virtutibus

CVM mala hîc sint, & circa hûc locum necessariò reuoluantur: velit autem fugere mala: hinc est proculdubiò fugiendum. Quænam igitur fuga? Deo, inquit Plato, similem fieri. Hoc autem fiet, si iusti & sancti cum prudētia efficimur, & omnino cum virtute viuamus. Si itaque virtute assimilamur, num ergo virtutem habenti? At cuinā? deo. Sed nunquid illi deo, qui magis videatur hæc habere? Nempe animæ mundi & intimo ipsius duci, cui mirabilis inest prudentia. Sanè probabile est, nos hîc viuentes huic similes fieri. Fortè verò primò ambiguum est, num huic omnes adsint, veluti tēperatum atque fortem esse, cui nihil terribile est. Nihil enim ab externis accidit, neque accedit iocundum quicquam, cuius cupiditas lacessat absente illo, ad hoc vt habeat vel apprehendat. si autem & ipse intelligibilia sic appetit, vt & animæ nostræ: patet, nobis quoque inde decus virtutésque cōtingere. Nunquid & ipse has habet? Fortè non probabile est, virtutes ciuiles habere, videlicet prudētiam circa vim consultandi: & fortitudinem circa iracūdiæ impetum: temperantiam verò in consensione quadam & concordia naturæ concupiscentis ad ra-

1 *Anima per virtutē quasi per imaginem fit similis deo exemplari virtutum.*

tionem: iustitiam præterea propriam vniuscuiusque horum actionem, in eo quod est ducere atque duci, consentientem. An fortè non secundùm ciuiles assimilamur, sed secundùm maiores eodem nomine præditas? Verùm si secundùm alias, num secundùm ciuiles nullo modo? Vel fortè à ratione alienum est, nullo modo per has assimilari? Hos enim diuinos quoque fama prædicat: & quodammodo assimilari dicendum: secūdùm verò maiorem similitudinem fieri: sed vtroque modo contingere videtur, deum virtutes habere, etsi non tales. Siquis ergo concedat quamuis non tales, tamen assimilari posse, aliter nobis ad alias nos habentibus, nihil prohibet nos virtutibus nostris assimilari non habenti virtutē, similitudine videlicet ad virtutes minimè pertinente. At quomodo? Ita, Siquid caloris prę sentia calefit, an necesse est illud quoque vnde venit calor, calefieri? Et si quid ignis præsentia calidum est: nunquid necesse est, & ignem ipsum ignis præsentia incalescere? Sed ad primum quidem dicet aliquis, & in igne esse calorem, sed innatum, ita vt ratio inde ducatur analogiam sequens videlicet, virtutem esse animæ aduentitiam: illi verò vnde per imitationem habet, esse innatam Ad rationem verò quæ ab igne ducebatur, respondebit aliquis, illi adesse virtutem, virtutem inquam virtute maiorem. sed si illud cuius fit particeps anima, esset idem illi à quo habet, sic oportebat dicere: nunc autem alterum quidem illud, hoc verò est alterum. Neque enim sensibilis domus eadem est intelligibili, quamuis similis: etenim ordinem ornatumque domus sensibilis accipit: in ipsa verò ratione non est ordo, neque ornatus, neque commensuratio. Sic igitur cùm ornatum & ordinem & consensionem participemus inde, atque hæc apud nos ad virtutem attineant: quæ verò illic sunt, consensione, ornatu, ordine non indigeant: nimirum illic non erit virtute opus: sed nihilominus similes illis per virtutis præsentiam euademus. Hæc vtique sic dicta sint, ad id potissimum ostēdendum, quod non necessarium sit, ibi quoque esse virtutem, ex eo quod virtute nos illis assimilemur. Oportet autem non cogere tantùm, verùm etiam suadere.

II PRIMO igitur accipiendæ sunt virtutes, per quas fieri similitudinem dicimus: vt idem ipsum inueniamus: quod apud nos quidem imitatio existens virtus est, ibi verò velut exemplar extat, neque est virtus, significantes geminam esse similiudinem. Quarum vna quidem naturam eandem in rebus similibus exigit, quotcunque æqua mutuáue ratione ab eodem similes fiunt: In quibus autem hoc quidem assimilatur ad alterum: alterum verò est primum, neque ad ipsum convertitur: neque simile ad ipsum dicitur. hîc similitudinem alio modo oportet accipere, non eádem speciem, sed alteram potius requirentes: siquidem secundùm alteram rationē fit similitudo. Quidnam igitur est virtus & vniuersa simul, & quęlibet? Manifestior verò sermo erit in qualibet. Sic enim & ipsum commune, secundùm quod virtutes sunt omnes, facilius apparebit. Ciuiles sanè virtutes quas modò dicebamus, exornant quidem verè, ac nos meliores

Anima per virtutes ciuiles quasi mensuras, formásque eius propius ad diuinam similitudinē accedit, quàm materia naturales formas accipiendo.

A λογισμόν, δικαιοσύνην δὲ, τὴν ἑκάστου τούτων ὁμοῦ οἰκειοπραγίαν ἀρχῆς πέρι καὶ τοῦ ἄρχεσθαι. ἆρ' οὖν οὐ κατὰ τὰς πολιτικὰς ὁμοιούμεθα, ἀλλὰ κατὰ τὰς μείζους τῷ αὐτῷ ὀνόματι χρωμένας; ἀλλ' εἰ κατ' ἄλλας, κατὰ τὰς πολιτικὰς ὅλως οὔ; ἢ ἄλογον μηδ' ὁπωσοῦν ὁμοιοῦσθαι κατὰ ταύτας; τούτους γοῦν καὶ θείους ἡ φήμη λέγει. καὶ λεκτέον ὁπωσδήποτε ὁμοιοῦσθαι. κατὰ δὲ τὰς
B μείζους τὴν ὁμοίωσιν εἶναι. ἀλλ' ἑκατέρως γε συμβαίνει ἀρετὰς ἔχειν, καὶ εἰ μὴ τοιαύτας. εἰ οὖν τις *συγχωρεῖ καὶ εἰ μὴ τοιαύτας ὁμοιοῦσθαι δύνασθαι, ἄλλως ἡμῶν ἐχόντων πρὸς ἄλλας, οὐδὲν κωλύει, καὶ μὴ πρὸς τὰς πολιτικὰς ἀρετὰς ὁμοιουμένων *ἡμῶν, ταῖς αὐτῶν ἀρεταῖς ὁμοιοῦσθαι τῷ μὴ ἀρετὴν κεκτημένῳ. καὶ πῶς; ὧδε, εἴ τι θερμότητος παρουσίᾳ θερμαίνεται,
C ἀνάγκη καὶ ὅθεν ἡ θερμότης ἐλήλυθεν, θερμαίνεσθαι. καὶ εἴ τι πυρὸς παρουσίᾳ θερμόν ἐστιν, ἀνάγκη καὶ τὸ πῦρ αὐτὸ πυρὸς θερμοῦ παρουσίᾳ θερμαίνεσθαι. ἀλλὰ πρὸς μὲν τὸ πρότερον, εἴποι ἄν τις, καὶ ἐν τῷ πυρὶ εἶναι θερμότητα, ἀλλὰ σύμφυτον, ὥστε τὸν λόγον ποιεῖν τῇ ἀναλογίᾳ ἑπόμενον ἐπακτὸν μὲν τῇ ψυχῇ τὴν ἀρετήν, ἐκείνῳ δὲ, ὅθεν μιμησαμένη ἔχει, σύμ-
D φυτον. πρὸς δὲ τὸν ἐκ τοῦ πυρὸς λόγον, τὸ ἐκεῖνον ἀρετὴν εἶναι, ἀρετῆς δὲ ἀξιοῦμεν εἶναι μείζονα. ἀλλ' εἰ μὲν οὗ μεταλαμβάνει ψυχή, τὸ αὐτὸ ἦν τῷ ἀφ' οὗ, οὕτως ἔδει λέγειν. νῦν δὲ ἕτερον μὲν ἐκεῖνο· ἕτερον δὲ, τοῦτο. οὐδὲ γὰρ οἰκία ἡ αἰσθητὴ *τὸ αὐτὸ τῇ νοητῇ, καίτοι ὡμοίωται. καὶ τάξεως δὲ καὶ κόσμου μεταλαμβάνει ἡ οἰκία ἡ αἰσθητή· κἀκεῖ ἐν τῷ λόγῳ οὐκ ἔστι τάξις,
E οὐδὲ κόσμος, οὐδὲ συμμετρία. οὕτως οὖν κόσμου καὶ τάξεως, καὶ ὁμολογίας *μεταλαβόντες ἐκεῖθεν, καὶ τούτων ὄντων τῆς ἀρετῆς ἐνθάδε, οὐ δεομένων δὲ τῶν ἐκεῖ ὁμολογίας, οὐδὲ κόσμου, οὐδὲ τάξεως, οὐδ' ἂν ἀρετῆς εἴη χρεία, καὶ ὁμοιούμεθα δὲ οὐδὲν ἧττον τοῖς ἐκεῖ δι' ἀρετῆς παρουσίαν. πρὸς μὲν οὖν τὸ, μὴ ἀναγκαῖον κἀκεῖ ἀρετὴν εἶναι, ἐπείπερ ἡμεῖς ἀρετῇ ὁμοιούμεθα, ταῦ-
F τα. δεῖ δὲ πειθὼ ἐπάγειν *τῷ λόγῳ, μὴ μένοντας ἐπὶ τῆς βίας.

* συμφωνεῖ
* ἡμᾶς
* αὐτῷ
* μεταλαμβάνοντες.
* τῶν λόγων

ΠΡΩΤΟΝ τοίνυν τὰς ἀρετὰς ληπτέον, καθ' ἃς φαμὲν ὁμοιοῦσθαι, ἵν' αὖ τὸ αὐτὸ εὕρωμεν, ὃ παρ' ἡμῖν μὲν μίμημα ὂν ἀρετή ἐστιν, ἐκεῖ δὲ, οἷον ἀρχέτυπον ὂν, οὐκ ἀρετή. ἐπισημηνάμενοι, ὡς ἡ ὁμοίωσις διττή, καὶ ἡ μέν τις ταὐτὸν ἐν τοῖς ὁμοίοις ἀπαιτεῖ, ὅσα ἐπίσης ὁμοίωται
G ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. ἐν οἷς δὲ, τὸ μὲν ὡμοίωται πρὸς ἕτερον· τὸ δὲ ἕτερόν ἐστι πρῶτον, οὐκ ἀντιστρέφον πρὸς ἐκεῖνο, οὐδὲ ὅμοιον αὐτῷ λεγόμενον. ἐνταῦθα τὴν ὁμοίωσιν ἄλλον τρόπον ληπτέον· οὐ ταὐτὸν εἶδος ἀπαιτοῦντας, ἀλλὰ μᾶλλον ἕτερον, εἴπερ κατὰ τὸν ἕτερον τρόπον ὡμοίωται. τί ποτε οὖν ἐστιν ἡ ἀρετή, ἥ τε σύμπασα, καὶ ἑκάστη; σαφέστερος δὲ ὁ λόγος ἔσται, ἐφ' ἑκάστης. οὕτω γὰρ καὶ ὅ, τι κοινόν, καθὸ ἀρεταὶ πᾶσαι, δῆλον ῥᾳδίως ἔσται. αἱ μὲν τοίνυν πολιτικαὶ ἀρεταὶ ἃς ἄνω που εἴπωμεν, κατακοσμοῦσι μὲν ὄντως, καὶ ἀμείνους ποιοῦσιν,

ὁρίζουσαι

ὁρίζουσαι καὶ μετροῦσαι τὰς ἐπιθυμίας, καὶ ὅλως τὰ πάθη μετροῦσαι, καὶ ψευδεῖς δόξας ἀφαιροῦσαι, τῷ ὅλως ἀμείνονι καὶ τῷ ὡρίσθαι, καὶ τῶν ἀμέτρων καὶ ἀορίστων ἔξω εἶναι, καὶ τὸ μεμετρημένον καὶ αὐταὶ ὁρισθεῖσαι. ἢ μέτρα γε ἐν ὕλῃ τῇ ψυχῇ ὁμοιοῦνται τῷ ἐκεῖ μέτρῳ, καὶ ἔχουσιν ἴχνος τοῦ ἐκεῖ ἀρίστου. τὸ μὲν γὰρ πάντῃ ἄμετρον, ὕλη ὄν, πάντῃ ἀνωμοίωται. καθόσον δὲ λαμβάνει εἴδους, κατὰ τοσοῦτον ὁμοιοῦται ἀνειδέῳ ἐκείνῳ ὄντι. μᾶλλον δὲ τὰ ἐγγὺς μεταλαμβάνει. ψυχὴ δὲ ἐγγυτέρω σώματος καὶ συγγενέστερον ταύτῃ, καὶ πλέον μεταλαμβάνει, ὥστε καὶ ἐξαπατᾶν, θεὸς φαντασθεῖσα, μὴ τὸ πᾶν θεοῦ τοῦτο ᾖ. οὕτω μὲν οὖν οὗτοι ὁμοιοῦνται.

Ἀλλ᾽ ἐπεὶ τὴν ὁμοίωσιν ἄλλην ὑποφαίνει, ὡς τῆς μείζονος ἀρετῆς οὖσαν, περὶ ἐκείνης λεκτέον. ἐν ᾧ καὶ σαφέστερον ἔσται μᾶλλον, ἐκ τῆς πολιτικῆς ἡ οὐσία, καὶ ἥτις ἡ μείζων κατὰ τὴν οὐσίαν, καὶ ὅλως ὅτι ἐστὶ παρὰ τὴν πολιτικὴν ἑτέρα. λέγει δὴ ὁ Πλάτων τὴν ὁμοίωσιν τὴν πρὸς τὸν θεὸν φυγὴν τῶν ἐντεῦθεν εἶναι, καὶ τὰς ἀρετὰς τὰς ἐν πολιτείᾳ, οὐ* τὸ ἁπλῶς διδοὺς, ἀλλὰ προστιθεὶς πολιτικάς γε. καὶ ἀλλαχοῦ καθάρσεις λέγων ἁπάσας, δῆλός τέ ἐστι διττὰς τιθεὶς, καὶ τὴν ὁμοίωσιν, οὐ κατὰ τὴν πολιτικὴν τιθείς. πῶς οὖν λέγομεν ταύτας καθάρσεις, καὶ πῶς καθαρθέντες μάλιστα ὁμοιούμεθα; ἢ ἐπειδὴ κακὴ μέν ἐστιν ἡ ψυχὴ συμπεφυρμένη τῷ σώματι, καὶ ὁμοπαθὴς γινομένη αὐτῷ, καὶ πάντα συνδοξάζουσα· εἴη ἂν ἀγαθὴ, καὶ ἀρετὴν ἔχουσα, εἰ μήτε συνδοξάζοι, ἀλλὰ μόνη ἐνεργεῖ, (ὅπερ ἐστὶ νοεῖν τε καὶ φρονεῖν) μήτε ὁμοιοπαθὴς εἴη (ὅπερ ἐστὶ σωφρονεῖν) μήτε φοβοῖτο ἀφισταμένη τοῦ σώματος (ὅπερ ἀνδρίζεσθαι) ἡγοῖτο δὲ λόγος καὶ νοῦς, τὰ δὲ μὴ ἀντιτείνοι, δικαιοσύνη δ᾽ ἂν εἴη τοῦτο. τὴν δὴ τοιαύτην διάθεσιν τῆς ψυχῆς καθ᾽ ἣν νοεῖ τε καὶ ἀπαθὴς οὕτως ἐστὶν, εἴ τις ὁμοίωσιν λέγοι πρὸς θεὸν, οὐκ ἂν ἁμαρτάνοι· καθαρὸν γὰρ τὸ θεῖον, καὶ ἡ ἐνέργεια τοιαύτη, ὡς τὸ μιμούμενον ἔχειν φρόνησιν. τί οὖν; οὐ κἀκεῖνο οὕτω διάκειται; ἢ οὐδὲ διάκειται, ψυχῆς δὲ ἡ διάθεσις. νοεῖται ἡ ψυχὴ ἄλλως· τῶν δὲ ἐκεῖ, τὸ μὲν ἑτέρως, τὸ δὲ οὐδὲ ὅλως. πάλιν οὖν τὸ νοεῖν ὁμώνυμον; οὐδαμῶς, ἀλλὰ τὸ μὲν, πρώτως, τὸ δὲ παρ᾽ ἐκείνου ἑτέρως. ὡς γὰρ ὁ ἐν φωνῇ λόγος μίμημα τοῦ ἐν ψυχῇ, οὕτω καὶ ὁ ἐν ψυχῇ, μίμημα τοῦ ἐν ἑτέρῳ. ὡς οὖν μεμερισμένος ὁ ἐν προφορᾷ πρὸς τὸν ἐν ψυχῇ, οὕτω καὶ ἐν ψυχῇ ἑρμηνεὺς ὢν ἐκείνου, πρὸς τὸν πρὸ αὐτοῦ. ἡ δὲ ἀρετὴ ψυχῆς· νοῦ δὲ οὐκ ἔστιν, οὐδὲ τοῦ ἐπέκεινα.

ΖΗΤΗΤΕΟΝ δὲ, εἰ ἡ κάθαρσις ταυτὸν τῇ τοιαύτῃ ἀρετῇ; ἢ προηγεῖται μὲν ἡ κάθαρσις, ἕπεται δὲ ἡ ἀρετή; καὶ πότερον ἐν τῷ καθαίρεσθαι ἡ ἀρετὴ, ἢ ἐν τῷ κεκαθάρθαι; ἀτελεστέρα τῆς ἐν τῷ κεκαθάρθαι, οἷον τέλος ἤδη. ἀλλὰ τὸ κεκαθάρθαι, ἀφαίρεσις ἀλλο-

A efficiūt, cupiditates & omnino perturbationes cæteras moderantes, opinionesque falsas meliori modo auferentes, propterea quod definiunt, atque extra immoderata & indefinita animum collocant, modumque ipsę suscipiūt. Fortè verò mensuræ in anima quasi materia, mensurę, quę illic est, similes fiunt, vestigiumque optimi, quod illic est, obseruant. Quod enim omnino immoderatum est, cùm sit ipsa materia, est omnino dissimile. Quatenus verò B accipit speciem, eatenus illi speciem non habēti fit simile. Magis autem quę sunt propinqua participant. Anima verò propinquior, cognatiorque est quàm corpus, ideoque magis particeps illius euadit: adeo vt fallat, deus apparens, suspicionemque inducens, ne totum dei hoc sit. Sic igitur hi similes fiunt.

III *Definitiones virtutis purgatoriæ, animique iam purgati communes & comparationis quæ iam intelligentiæ nostræ ad diuinam longè superiorem.*

AT quoniam similitudinem aliam esse significat, quæ ad maiorem virtutem attineat, C de illa dicendum. Qua in re manifestius erit, & quę sit ciuilis virtutis essentia, & quæcunque sit per essentiam excellentior, atque omnino aliam præter ciuilem esse constabit. Plato itaque cùm dicat similitudinē ad deum esse quādam ab inferioribus fugam: præterea virtutibus quę conueniunt ciuibus, non simpliciter virtutum, sed virtutum ciuilium nomen attribuat: et alibi omnes virtutes purificationes appellet: planè videtur duplices ponere, ipsam D que ad deum similitudinem non per ciuilem consummari virtutem. Quomodo igitur purificationes has appellamus? Item quomodo purificati prorsus assimilamur? Fortè quoniam mala quidem est anima, si cōmista sit corpori, simulque cum ipso patiatur, & per omnia cum illo opinione cōsentiat: erit vicissim bona, virtutéque prædita, si neque ita consenserit, sed sola egerit, quod quidem intelligere est atque sapere: neque compatiens fuerit, quod est tem E peratū esse: neque secessum à corpore metuat, quod est esse fortē. Ducat autē ratio atq; mens, cætera verò minimè reluctentur, quod quidē erit esse iustum. Hunc sanè animi statū in quo intelligit, & ita procul à perturbatione viuit, si similitudinem ad deum dixerit, non aberrabit. Purū enim est diuinum: & actio talis, vt quod ipsum imitatur, sapiētiam habeat. Quid ergo? Nonne & ipsum sic afficitur? Fortè verò nec afficitur quidem. Ad animam verò affectio, siue F dispositio pertinet. atque anima aliter quàm deus intelligit. Eorum verò quæ ibi esse dicuntur, partim aliter, quàm hic sunt, partim nullo modo sunt ibi. Rursus igitur intelligere æquiuocum est? nullo modo. sed illud quidem est primò: hoc autem ab illo procedēs se aliter habet. Vt enim sermo qui est in voce, imitatio est eius, qui est in anima, ita qui in anima eius qui in superiori manet. Sicut ergo sermo in prolatione ad sermonem animæ cōparatus di- G uisus est, sic qui in anima ad superiorē diuisus, est ipsius interpres: Virtus autē animæ est, mētis verò nequaquā: neque eius quod est mente superius.

IIII *Puritas quærenda est, vt purgatus animus conuertatur ad proprium intellectum, & ab hoc ad diuinum: ne inde virtutibus exemplaribus reformetur.*

QVÆRENDVM verò nunquid purificatio sit idē atque eiusmodi virtus? an præcedat quidē purificatio: virtus verò sequatur? Et num in purificando, an potius in purificatione iam consummata consistat virtus? Imperfectior est vtiq; virtus adhuc in purgando laborans: nam huius finis est illa quæ iam purgauit. Verum pu-

rificatum eſſe eſt alieni omnis ablatio. Bonum autẽ præter hoc ipſum aliud quiddã eſſe videtur. Fortè ſi ante puritatis iacturã bonũ erat, purificatio ipſa ſufficiat: ſed ſufficiet quidẽ purificatio: reliquum verò erit bonũ, non ipſa purificatio. Tum verò quærẽdũ eſt quid ſit id reliquum. Fortè enim natura reſidua non eſt bonum: alioquin nunquam fuiſſet in malo. Num ergo boniformem dicere licet? An potius nequaquam ſufficientem in eo quod verè bonũ eſt permanere? Natura enim ad vtrunque vergit. Bonum igitur ipſius eſt adhęrere cognato: malum verò contrariis. Oportet ergo purgatam hærere: hærebit autẽ conuerſa. Num igitur poſt purgationem conuertitur? vel poſt purgationem iam cõuerſa eſt? Hoc igitur eius eſt virtus: imò verò quod ex conuerſione conſequitur? Quid hoc igitur? Viſio, figuraque rei perſpectæ impreſſa & agens, quemadmodũ circa viſibile viſus. Non ergo hæc habebat, neque reminiſcitur: vel forſan habebat, non agentia tamen, ſed iacentia potius & obſcura: Vt autem illuminentur, animúſque tunc inſita hæc agnoſcat, ſed admouere oportet illuminanti. habebat autem non ipſa, ſed figuras. oportet ergo figuras veris rebus, quarum figuræ ſunt, prorſus accommodare. Fortè verò ſic inſuper habere putatur: quoniam intellectus non eſt alienus, ac maximè non alienus, quando ad ipſum reſpicit: alioquin etiam præſens eſt alienus: quoniam & ſcientiæ, ſi nullo modo illis vtamur, ſunt alienæ.

V *Animi purgati virtutes definiuntur, earũque traduntur officia.*

CÆTERVM quatenus procedat purgatio ſupereſt dicẽdũ. Sic enim patebit, cui potiſſimũ deo ſimilis eademq; fiat. Hoc autem eſt maximè quærere quatenus poſſibile ſit purgare irã, & cupiditatẽ, voluptatẽ, & dolorẽ, atquẽ ſimilia, & animũ à corpore ſeparare. A corpore quidẽ ſeparare, id eſt fortè, animũ quaſi à locis ſeipſum diuerſis colligere, omnino à perturbationibus ſegregatũ, efficientẽmq; vt neceſſariæ voluptates ſenſus quidã ſint dũtaxat, & quædã quaſi medelæ, ſedationẽſq; laborum ſiue languorũ, vt interpellatio nulla cõtingat: dolores autẽ auferẽtem: ac ſi nequeat, moderatè ferentẽ: & quia non ſimul doleat, eos comminuentẽ: irã verò tollentẽ, quoad poteſt, è medio, ac ſi fieri poſſit, omnino: ſin minus, ſaltem non ſimul iraſcentẽ. Dabit ſanè operã, vt alterius ſit iraſci videlicet inconſultò atque ſubitò, incõſultũ verò id, ſubitumq; etiam ſit perpaucũ, atque debile: timorẽ præterea expellet omnino: nulla enim de re metuet: motũ verò ſubitũ expellet, niſi quatenus admonitionis loco ſit. Cupiditatẽ verò turpiũ ꝓculdubio non habebit: eſculentorũ quoq; & poculorũ ad remiſſionẽ doloris ipſe animus non habebit: neque venereorũ etiã: ſin autẽ habuerit, naturalium duntaxat, vt arbitror, ita tamen vt neque inconſultum hæc habeant impetum. Quòd ſi habeant, quatenus cum phantaſia ſolũm hac quoque præfigurata. Omnino autem ipſa ab his omnibus erit pura, volẽtque etiam irrationale purum efficere: adeò vt ne commoueatur quidem, aut ſaltem quamminimè: commotionéſque illius ſtatim ipſa propinquitate ſedari queant: perinde ac ſi quis ſapienti propinquans, ipſa propinquitate aliquid ab ipſo

A τρίου παντός. τὸ δὲ ἀγαθὸν, ἕτερον αὐτοῦ. ἢ εἰ πρὸ τῆς ἀκαθαρσίας ἀγαθὸν ἦν, ἡ κάθαρσις ἀρκεῖ. ἀλλ' ἀρκέσει μὲν ἡ κάθαρσις, τὸ δὲ καταλειπόμενον, ἔσται τὸ ἀγαθὸν, οὐχ ἡ κάθαρσις. καὶ τί τὸ καταλειπόμενόν ἐστι, ζητητέον. ἴσως γὰρ οὐδὲ τὸ ἀγαθὸν ἦν ἡ φύσις ἡ καταλειπομένη· οὐ γὰρ ἂν ἐγένετο ἐν κακῷ. ἆρ' οὖν ἀγαθοειδῆ λεκτέον; ἢ *οὐχὶ κανὴν πρὸς τὸ μένειν ἐν τῷ ὄντως ἀγα- * οὐχ ἱκανὴν
B θῷ; πέφυκε γὰρ ἐπ' ἄμφω. τὸ οὖν ἀγαθὸν αὐτῆς, τὸ συνεῖναι τῷ συγγενεῖ· τὸ κακὸν δὲ, τὸ τοῖς ἐναντίοις. δεῖ οὖν καθηραμένην συνεῖναι· συνέσται δὲ ἐπιστραφεῖσα. ἆρ' οὖν μετὰ τὴν κάθαρσιν ἐπιστρέφεται; ἢ μετὰ τὴν κάθαρσιν ἐπέστραπται; τοῦτο οὖν ἡ ἀρετὴ αὐτῆς, ἢ τὸ γινόμενον αὐτῇ ἐκ τῆς ἐπιστροφῆς; τί οὖν τοῦτο; θέα καὶ τύπος τοῦ ὀφθέντος ἐντεθεὶς καὶ ἐνεργῶν, ὡς ἡ ὄψις περὶ τὸ ὁρώμενον. οὐκ ἄρα εἶ-
C χεν αὐτὰ, οὐδ' ἀναμιμνήσκεται· ἢ εἶχεν οὐκ ἐνεργοῦντα, ἀλλὰ ἀποκείμενα ἀφώτιστα. ἵνα δὲ φωτισθῇ, καὶ τότε γνῷ αὐτὰ ἐνόντα, δεῖ προσβάλλειν τῷ φωτίζοντι. εἶχε δὲ οὐκ αὐτὰ, ἀλλὰ τύπους. δεῖ οὖν τὸν τύπον τοῖς ἀληθινοῖς, ὧν καὶ οἱ τύποι, ἐφαρμόσαι. τάχα δὲ καὶ οὕτω λέγεται ἔχειν, ὅτι ὁ νοῦς οὐκ ἀλλότριος, καὶ μάλιστα δὲ κ' οὐκ ἀλλότριος, ὅταν πρὸς αὐτὸν
D βλέπῃ. εἰ δὲ μὴ, καὶ παρὼν ἀλλότριος· ἐπεὶ καὶ ταῖς ἐπιστήμαις, ἐὰν μηδ' ὅλως ἐνεργῶμεν κατ' αὐτὰς, ἀλλότριαι.

ΑΛΛ' ἐπὶ πόσον ἡ κάθαρσις, λεκτέον. οὕτω γὰρ καὶ ἡ ὁμοίωσις τίνι φανερὰ, καὶ ἡ ταυτότης τίνι θεῷ. τοῦτο δέ ἐστι μάλιστα ζητεῖν, πῶς θυμὸν καὶ ἐπιθυμίαν, καὶ τἆλλα πάντα, λύπην καὶ τὰ συγγενῆ, καὶ τὸ χωρίζειν ἀπὸ σώματος, ἐπὶ
E πόσον δυνατόν. ἀπὸ μὲν δὴ σώματος, ἴσως μὲν καὶ τοῖς οἷον τόποις συναγούσης πρὸς ἑαυτὴν, πάντως μὴν ἀπαθῶς ἐχούσης, καὶ τὰς ἀναγκαίας τῶν ἡδονῶν αἰσθήσεις μόνον ποιουμένην καὶ ἰατρεύσεις, καὶ ἀπαλλαγὰς πόνων, ἵνα μὴ ἐνοχλοῖτο, τὰς δὲ ἀλγηδόνας ἀφαιρούσης, καὶ εἰ μὴ οἷόν τε, πρᾴως φερούσης, καὶ ἐλάττους τιθείσης τῷ μὴ συμπάσχειν, τὸν δὲ θυμὸν, ὅσον οἷόν τε ἀφαιρούσης, καὶ εἰ δυνατὸν, πάντῃ· εἰ δὲ μὴ,
F μὴ γοῦν αὐτὴν συνοργιζομένην, ἀλλ' ἄλλου εἶναι τὸ ἀπροαίρετον· τὸ δὲ ἀπροαίρετον ὀλίγον εἶναι καὶ ἀσθενές. τὸν δὲ φόβον, πάντῃ· περὶ οὐδενὸς γὰρ φοβήσεται. τὸ δὲ ἀπροαίρετον καὶ ἐνταῦθα, πλήν γε ἐννουθετήσεως. ἐπιθυμία δὲ, ὅτι μὲν μηδενὸς φαύλου, δῆλον. σιτῶν δὲ καὶ ποτῶν πρὸς ἄνεσιν, οὐκ αὐτὴ ἕξει, οὐδὲ τῶν ἀφροδισίων δέ· εἰ δ' ἄρα, φυσικῶν οἶμαι, καὶ οὐδὲ τὸ ἀπροαί-
G ρετον ἐχουσῶν. εἰ δ' ἄρα, ὅσον μετὰ φαντασίας, προπετοῦς καὶ ταύτης. ὅλως δὲ αὐτὴ μὲν πάντων τούτων καθαρὰ ἔσται. καὶ τὸ ἄλογον δὲ, βουλήσεται καὶ αὐτὸ καθαρὸν ποιῆσαι, ὥστε μηδὲ πλήττεσθαι· εἰ δ' ἄρα, μὴ σφόδρα, ἀλλ' ὀλίγας τὰς πληγὰς αὐτοῦ εἶναι, καὶ εὐθὺς λυομένας τῇ γειτονήσει, ὥσπερ εἴ τις σοφῷ γειτονῶν, ἀπολαύοι

τῆς τοῦ σοφοῦ γειτνιάσεως, ἢ ὅμοιος γινόμενος, ἢ αἰδούμενος, ὡς μηδὲν τολμᾶν ποιεῖν ὧν ὁ ἀγαθὸς οὐ θέλει. ὥστε οὐκ ἔσται μάχη. ἀρκεῖ γὰρ παρὼν ὁ λόγος, ὃν τὸ χεῖρον αἰδέσεται, ὥστε καὶ αὐτὸ τὸ χεῖρον δυσχεράναι, ἐάν τι ὅλως κινηθῇ, ὅτι μὴ ἡσυχίαν ἦγε παρόντος τοῦ δεσπότου, καὶ ἀσθένειαν αὐτῷ ἐπιτιμῆσαι.

ΕΣΤΙ μὲν οὖν οὐδὲν τῶν τοιούτων ἁμαρτία, ἀλλὰ κατόρθωσις ἀνθρώπῳ. ἀλλ' ἡ σπουδὴ, οὐκ ἔξω ἁμαρτίας εἶναι, ἀλλὰ θεὸν εἶναι. εἰ μὲν οὖν τι τῶν τοιούτων ἀπροαίρετον *γένοιτο, θεὸς ἂν εἴη ὁ τοιοῦτος καὶ δαίμων, διπλοῦς ὤν. μᾶλλον δὲ ἔχων σὺν αὐτῷ ἄλλον, ἄλλην ἀρετὴν ἔχοντα. εἰ δὲ μηδὲν, θεὸς μόνον· θεὸς δὲ, τῶν ἑπομένων τῷ πρώτῳ. αὐτὸς μὲν γάρ ἐστιν, ὃς ἦλθεν ἐκεῖθεν. καὶ τὸ καθ' αὑτὸν εἰ γένοιτο, οἷος ἦλθεν ἐκεῖ ἐστί. νῷ δὲ συνῳκίσθη, ἐνθάδε ἥκων. καὶ τοῦτον αὐτὸ ὡμοιώσει, κατὰ δύναμιν τὴν ἐκείνου· ὥστε, εἰ δυνατὸν, ἄπληκτον εἶναι, ἢ ἄπρακτόν γε, τῶν μὴ δοκούντων τῷ δεσπότῃ. τίς οὖν ἑκάστη ἀρετὴ τῷ τοιούτῳ; ἡ σοφία μὲν ἐν θεωρίᾳ ὧν νοῦς ἔχει· νοῦς δὲ τῇ ἐπαφῇ. διττὴ δὲ ἑκατέρα, ἡ μὲν ἐν νῷ οὖσα, ἡ δὲ, ἐν ψυχῇ. κἀκεῖ μὲν οὐκ ἀρετὴ, ἐν δὲ ψυχῇ ἀρετή. ἐκεῖ οὖν τί; ἐνέργεια αὐτοῦ καὶ ὃ ἐστιν. ἐνταῦθα δὲ τὸ ἐν ἄλλῳ, ἐκεῖθεν ἀρετή. οὐδὲ γὰρ αὐτοδικαιοσύνη ἡ ἐνταῦθα καὶ ἑκάστη ἀρετὴ, ἀλλ' οἷον παράδειγμα. τὸ δὲ ἀπ' αὐτῆς ἐν ψυχῇ, ἀρετή· τινὸς γὰρ ἡ ἀρετή. αὐτὸ δὲ ἕκαστον, αὑτοῦ, οὐχὶ δή ἄλλου τινός. δικαιοσύνη δὲ εἴπερ οἰκειοπραγία, ἆρα ἀεὶ ἐν πλήθει μερῶν; ἢ ἡ μὲν ἐν πλήθει, ὅταν πολλὰ ᾖ τὰ μέρη, ἡ δὲ ὅλως οἰκειοπραγία, κἂν ἑνὸς ᾖ. ἡ γοῦν ἀληθὴς αὐτοδικαιοσύνη ἑνὸς πρὸς αὐτὸ, ἐν ᾧ οὐκ ἄλλο. τὸ δὲ ἄλλο. ὥστε καὶ τῇ ψυχῇ δικαιοσύνη ἡ μείζων τὸ πρὸς νοῦν ἐνεργεῖν. τὸ δὲ σωφρονεῖν, ἡ εἴσω πρὸς νοῦν στροφή. ἡ δὲ ἀνδρία, ἀπάθεια καθ' ὁμοίωσιν τοῦ πρὸς ὃ βλέπει, ἀπαθὲς ὂν τὴν φύσιν. αὕτη δὲ ἐξ ἀρετῆς, ἵνα μὴ συμπαθῇ τῷ χείρονι συνοίκῳ.

ΑΚΟΛΟΥΘΟΥΣΙ τοίνυν ἀλλήλαις καὶ αὗται αἱ ἀρεταὶ ἐν ψυχῇ, ὥσπερ κἀκεῖ τὰ πρὸ τῆς ἀρετῆς αἱ ἐν νῷ, ὥσπερ παραδείγματα. καὶ γὰρ ἡ νόησις ἐκεῖ ἐπιστήμη καὶ σοφία· τὸ δὲ πρὸς αὑτὸν, ἡ σωφροσύνη. τὸ δὲ οἰκεῖον ἔργον, ἡ οἰκειοπραγία. τὸ δὲ οἷον ἀνδρεία, ἡ ἀϋλότης, καὶ τὸ ἐφ' ἑαυτοῦ μένειν καθαρόν. ἐν ψυχῇ τοίνυν πρὸς νοῦν ἡ ὅρασις, σοφία καὶ φρόνησις, ἀρεταὶ αὐτῆς. οὐ γὰρ αὐτὴ ταῦτα ὥσπερ ἐκεῖ. καὶ τὰ ἄλλα ὡσαύτως ἀκολουθεῖ. καὶ τῇ καθάρσει δὲ, εἴπερ πᾶσαι καθάρσεις, κατὰ τὸ κεκαθάρθαι ἀνάγκη πάσας. ἢ οὐδὲ μία τελεία. καὶ ὁ μὲν ἔχων τὰς μείζους, καὶ τὰς ἐλάττους ἐξ ἀνάγκης δυνάμει· ὁ δὲ τὰς ἐλάττους, οὐκ ἀναγκαίως ἔχει ἐκείνας. ὁ μὲν δὴ προηγούμενος τοῦ σπουδαίου βίος, οὗτος. πότερα δὲ ἐνεργείᾳ ἔχει καὶ τὰς

† γίγνοιτο

+ ὃ

A percipiat: vel similis illi factus, vel reueritus, vt nihil audeat facere eorum quæ bonus non ausit. Non ergo erit pugna. Sufficit enim ratio præsens: quam deterius illud verebitur: adeo vt sibi succenseat, si quo pacto commotum, quietem domino præsente non egerit, suámque incostantiam increpet.

VI
Cōfirmat virtutis finē esse deo frui: Et exēplares definit virtutes à nobis denique comparatas.

EST igitur nullum talium peccatum, sed correctio homini, eiusque officium. Studium verò ipsum atque votū non est extra peccatum B esse, sed esse deum. Si ergo taliū aliquid inconsultò tantùm fiat, deus quidem erit talis atq; dæmon, existens geminus: imò potius alium secum habens virtute alia præditū: sin verò nihil, deus solùm. deum inquam ex eorum numero, qui primum sequuntur. Ipse enim est qui processit inde. Et si secūdùm seipsum fiat, qualis venit, ibi est: intellectui verò cohæret huc profectus: & hoc insuper ipsi assimilabit pro eius potentia: adeo vt si fieri possit, vel non cō C moueatur, vel non agat quicquam ex his quæ domino minimè placet. Quænam igitur quælibet huic est virtus? Sapientia quidem inspectio est eorum, quæ possidet intellectus. Intellectus autem tactu quodam habet. Duplex autem est vtraque: Altera quidē in intellectu existens, altera verò in anima. & ibi quidē non virtus, in anima virtus. Ibi ergo quidnam est? Actio ipsius atque quod est, hic verò quod in alio, inde virtus. Neque enim ipsa iustitia & ipsa D temperantia, atque quælibet similis propriè virtus est, sed velut exemplar. Quod verò ab ipsa in anima fit, iā est virtus. alicuius enim virtus est. Ipsum verò vnumquodq; sui ipsius est, non alicuius alterius Iustitia verò siquidē proprii muneris actio est, num ergo semper in multitudine partiū? Imò in multitudine, quotiens multæ sunt partes. Simpliciter autē proprij muneris actio est, etiam si vnius extiterit. Vera igitur ipsa iustitia vnius est ad seipsum, in E quo non aliud est atque aliud. quapropter & ipsi animæ iustitia maior est se ad intellectum agendo dirigere. Tēperātia verò intima ad intellectum cōuersio. Fortitudo habitus passionis expers per similitudinem eius ad quod suspicit, extra passionem naturaliter cōstitutum. Anima verò ex virtute superat passionem, ne vnà cum deteriori socio patiatur.

VI
Exēplares virtutes nobis accōmodatas certo quodā ordine diuinis accōmodat exēplaribus definiēs exēplaria: deinde virtutes inter se cōparat: soluit dubia: diuinū virtutis finem comprobat.

CONSEQVVNTVR igitur inuicē hæ virtutes in anima, quemadmodū & intellectu, F quæ ante virtutē sunt exēplaria. etenim intellectio ibi scientia est atque sapiētia: ad seipsum verò cōuerti, tēperantia est. Propriū autē opus propriorū actio dicitur, atq; iustitia. Fortitudinis deniq; loco ipsa à materia segregatio, puráque in seipso permansio. In anima ergo intuitus in intellectū sapientia est, atque prudentia virtutes eius. Nō enim anima similiter atq; intellectus hæc ipsa est quæ habet. Cęteræ itē virtutes ratione simili cōsequūtur, similiter quoque purificatio. Necesse verò est, siquidē virtu- G tes omnes purificationes quædā sunt, in purificatione quadā cōpleta cōsistere: alioquin nulla perfecta foret. Præterea quicunque maiores habet, minores quoque potentia habeat necesse est: qui cōtrà, minores non necessariò & maiores. Præcipua quidem hæc est viri virtute præditi vita. Vtrum verò actu habeat minor

res, vel maiores, an alio modo, sigillatim considerare decet, ceu prudentiam. Si enim aliis vtatur principiis, quomodo amplius manet illa? ac etiamsi minimè operetur? Item si hæc quidē natura hactenus procedat, illa verò eatenus: Et temperantia illa moderans, hæc verò penitus auferens. Idem quoque de aliis, omnino mota prudentia. Fortè verò videbit quantum ipsæ penes se habeant. Forsan & quandoque circunstāti quadam conditione, vel forte per quasdam illarum aget. In maiora verò ascendens principia aliásque per illa mensuras agens, per eiusmodi regulas operabitur: veluti temperantiam, non in mensura illa ponens, sed omnino se pro viribus separans, prorsúsque agens non boni hominis vitam, quam ciuilis probaret virtus, sed hanc quidem dimittens, aliam verò scilicet diuinam eligens. Ad deos enim non ad homines nobis est similitudo proposita. Similitudo verò nostra ad homines bonos est, perinde ac si imago assimiletur imagini, cùm ab eodem vtraque producatur. sed illa ad aliud velut exēplar similitudo perficitur.

A ἐλάττους ἢ τὰς μείζους, ἢ ἄλλον τρόπον, σκεπτέον καθ' ἑκάστην, οἷον φρόνησιν. εἰ γὰρ ἄλλαις ἀρχαῖς χρήσεται, πῶς ἔτι ἐκείνη μένει; καὶ ἢ μὴ ἐνεργοῦσα; καὶ εἰ ἡ μὲν φύσει τοσόνδε, ἡ δὲ τοσόνδε· καὶ ἡ σωφροσύνη ἐκείνη μετροῦσα, ἡ δὲ ὅλως ἀναιροῦσα. ταυτὸν δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, ὅλως τῆς φρονήσεως κινηθείσης. ἢ εἰδήσει γε αὐτὰς, καὶ ὅσον παρ' αὐτῶν ἕξει. τάχα δέ ποτε, περιστατικῶς
B ἐνεργήσει κατά τινας αὐτῶν. ἐπὶ μείζους δὲ ἀρχὰς ἥκων, καὶ ἄλλα μέτρα καὶ ἐκεῖνα πράξει, οἷον τὸ σωφρονεῖν, οὐκ ἐν μέτρῳ ἐκείνῳ τιθεὶς, ἀλλ' ὅλως κατὰ τὸ δυνατὸν χωρίζων, καὶ ὅλως ζῶν, οὐχὶ τὸν ἀνθρώπου βίον τὸν τοῦ ἀγαθοῦ, ὃν ἀξιοῖ ἡ πολιτικὴ ἀρετὴ, ἀλλὰ τοῦτον μὲν καταλιπὼν, ἄλλον δὲ ἑλόμενος τὸν τῶν θεῶν. πρὸς γὰρ τούτους, οὐ πρὸς ἀνθρώπους ἀγαθοὺς ἡ
C ὁμοίωσις. ὁμοίωσις δὲ ἡ μὲν πρὸς τούτους, ὡς εἰκὼν εἰκόνι ὡμοίωται ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἑκατέρα· ἡ δὲ πρὸς ἄλλον, ὡς πρὸς παράδειγμα.

MARSILII FICINI IN LIBR. DE TRIPLICI REDITV ANIMÆ, AD DIVINVM PRÆLVDIVM, ARGVMENTVM.

In quo de Trinitate producente, conuertente, perficiente, & de nouenario in diuinis numero agitur.

QVI hunc librum de Dialectica inscripsere, à præstantiori eius parte nuncupandum iudicauerunt. Quanquam (vt arbitror) rectius admodum inscripsissent, si de animorum reditu ad diuinum appellauissent. hoc enim est maximum, imò totum libri votum. hoc primò proponitur perquirendum: hoc in omni disputationis parte tractatur. Quoniam verò Plotinus hîc ternario gaudet, triplici nos ad deum tramite ducens, iuuat quasi præludio quodam per ternarium paulò liberius peruagari. Superiora vniuersi principia producunt quæ sequuntur: producta reducunt: reducta perficiunt. dum producunt, largiuntur esse: dum conuertunt, esse conseruant: vbi perficiunt, in melius esse reformant. Ab his autem affectibus quasi concretis ternario numeratis ad absolutam & trinam ascendimus trinitatem scilicet productoriam, conuersoriam, perfectoriam. In productoria trinitate primum est ipsum bonum: secundum intellectus boni filius: tertium anima, vitáque mundi quasi diuinæ intelligentiæ spiritus. Quomodo hi tres vno quodam omnia consensu producant, sæpe alibi disputabitur. Sequitur trinitas conuersoria, siue ad supera reductoria: in qua primum Mercurius tenet gradum, animos per rationem ad sublimia reuocans: secundum Venus per visum alliciens ad superna: tertium Phœbus idem efficiens per auditum. Et si vnusquisque trium ad omnia nos supera conuocat, Mercurius tamen ad ipsum præcipuè bonum: Venus ad intellectum in quo prima pulchritudo coruscat: Phœbus ad animam ad quam potissimum pertinet harmonia: vt in Timæi compendio & in theologia latius pertractauimus. Singuli verò planetæ tres, tum intellectu suo in nostram rationem agunt, tum animali virtute in imaginationem, tum corpore in corpus ad idem alliciendo: Cuncti deniq; tres ad Saturnū planetam primò ducunt intelligentiæ ducem: deinde ad Saturnum planetā superiorem intelligentiæ patrem intellectúmque primum: demum ad ipsum bonū patrémq; Saturni. His autē ad idē officiū Mercuriales, Venerei, Phœbei dæmones, & denique Saturnij dæmones similiter subministrant. Reliqua est perfectoria trinitas in nouenarium similiter distributa. Animus.n. siue ad ipsam mundi animam redigatur, siue altius ad mentem mundi reginam, siue excelsius ad ipsum bonum intelligentiæ patrem, ipsum profectò patrem agnoscit, vt principium omnium, & medium atque finem: quod in quarto legum planius aperitur. Mentem quoque diuinā vt essentiā, vt vitam, vt intellectū. Aniā deniq; tanquam vitam, tanquam motum, vt rationem, eámque describit vitā, mobilē rationē. Singula rursus quæ reperit in sequentibus, singulis quæ superioribus insunt, proportione quadam, qua potest accommodat. rationē igitur in anima ad intellectum refert in mente regnantem atque ad finem circa bonum consideratum. Motum similiter animæ ad vitam mentis, mediúmque apud ipsum bonum: vitam denique animæ ad mētis essentiam, & ad ipsum vniuersi principium. Sed missas iam trinitates alias in præsentia faciamus. In hoc enim libro de trinitate potissimum agitur conuertente atque plurimùm quo pacto ad diuinam mentem animus reuocetur: quatenus vt intellectus & intelligibile aliquid cogitatur. Inde namque ad bonum ipsum subitò peruenitur. In hoc autem intellectu comprehenduntur ideæ: quas etiam numeros quosdam alibi Plotinus appellat. Ad has itaque animus aduocatus in vnaquaque considerat trinitatem. Nam vt veritatem, vt concordiam, siue commensurationem, vt pulchritudinem contemplatur, quod in Philebo Plato differit, ad veritatem Mercurius, ad concordiam Apollo.

ad

ad pulchritudinem Venus adducit. In veritate animus cognoscit naturæ perpetuam firmitatem, item puritatem aliena minimè capientem, rursus integritatem nunquam propria dimittentem. Concordiam quoque numero similiter ternario contemplatur, quatenus idea quælibet conuenit ipsa secum: consentit superioribus: necnon inferioribus cõgruit. Pulchritudinem quoque ternario. nam idea vera concors, pulchra nobis occurrens tanquã Venus tribus stipata Gratiis, aggreditur animũ admiranda, vt amanda congreditur, ingreditur vt iocunda. Atq; ita trinitatis idealis in nonarium ritè producitur. Similiter conuersoria ad ideam trinitas in nonarium deriuatur, quoniam Mercurius non solùm propria ratione conuertit: sed & in hoc officio conuenit partim cum Venere, partim etiam cum Apolline. Eadẽ ratione Venus & propriè reuocat, & consentit aliter cum Mercurio, aliter cum Apolline. Apollo tandẽ & proprius est, & hinc quidem cum Mercurio, inde verò cum Venere congruit.

Quòd finis animi sit vltra naturam intellectualem ad ipsum bonum.

I *Diuiditur verò liber in capita tria: sicut & tres sunt ad diuinitatem viæ. Tertium verò caput tanquam potissimum in tria rursus capita distribuitur. In primo capite mox finem quò tandem perueniendum est describit: annuens animum non in bono quodam intellectuali, siue intelligibili, quod fermè est idem, sed in ipso simpliciter bono, summoq; principio denique conquiescere. Eatenus enim procedit appetitio boni, quatenus appetendi boni procedit inuẽtio. Sed quemadmodum sagacissimi canes virtute olfactus inueniunt quod nondum vident oculis, neque fortè visuri sint, sic animus mirabili quadam naturæ intellectu superioris sagacitate bonum esse vaticinatur, omnes intelligẽtiæ oculos supereminens. Nempe sicut sensu nihil supra sensibile reperimus, ita nec intellectu super intelligibile quicquam. Sed quemadmodum intellectu sensibus superiore intelligibile super sensibile reperimus, ita virtute quadam animæ intellectu superiore, ipsum simpliciter bonum, super intellectuale, vel intelligibile bonum auguramur pariter & optamus. Iam verò cùm semel bonum ipsum dixeris, addere mox intellectuale, siue intelligibile, nihil aliud est, quàm boni aliquid dicere, siue quiddam bonum, vel intellectu iacens, vel saltem ad ipsos intelligentiæ limites coarctatum, vel intellectuali quadam proprietate signatum. Super hoc autem velut imperfectum & angustum, atque dependens est ipsum simpliciter in se absque limite bonum: cuius quidem amplissima facultate sit & bonum intellectuale, & non intellectuale bonum: sit & bonum non sensibile, & sensibile bonum. Ad hæc enim velut inter se opposita ipsum simpliciter absolutúmue bonum vndique se diffundit: quod tanquam vltimum desiderat animus: quo fruitur non per quandam quasi imaginariã intelligentiæ perceptionem, sed per verum quendam virtutis intellectũ superioris substantialémque contactum: vbi non videt solùm, sed gustat etiam atque tangit quàm suauis sit dominus. hanc Dauid (vt arbitror) magnam dulcedinis multitudinem penes Deum appellat intelligentiæ prorsus absconditam. Quoniam verò ipsum simpliciter bonum super cognitionem est, ac super cognoscibile bonum, idcirco affectus ipse naturæ ad cognitionem quidem rapit, non tamen velut ad summum: alioquin & accidens foret substantiæ finis, & nulla cognitio nos offenderet, & sæpe imaginaria quædam boni figura cognitioni quomodocunque se offerens satis naturæ desiderio faceret. Affectat ergo natura cognitionem, non cognitionis duntaxat gratia, sed vt per illam quærat, inueniat, apprehendat quomodocunque bonum, cuius quidem boni non tam proprium est cognosci, siue cognitio, quàm re vera congruere, conferre, suauiter recreare, iuuare. In quo sanè statu tanquam intellectu, & intelligibili longè præstantiore, animus tanquam in fine omnium vltimo per naturam intellectu superiorem denique conquiescit. Affectum eiusmodi Paulus apostolus amorem vocat sensus, intelligentiæq; limitibus altiorem. Satis hactenus de fine sit dictum.*

De mundo intelligibili & sensibili: & de triplici via ingenioque ad intelligibile.

Pergamus iam ad vias, atque ad illos, qui per has vias ad hunc finem facilius vel progrediantur ipsi, vel perducãtur. Duos Platonici præcipuè mundos ponunt: Primum intelligibilem scilicet, diuinam mentem mundi huius principium & exemplar: secundum sensibilem, hunc scilicet sensibus manifestum, diuini exemplaris imaginem. Animã Plotinus nostram existimat per intellectum quidem esse semper in illo: per vegetalem verò naturam quodammodo esse semper in isto: sicut & radius solis hîc quidem terram, inde verò solem simul attingit. per naturam verò mediam in motu primo, ideóque perpetuo, & ideo circulari positam perpetuas agere vices: & alio quidem seculo in mundo intelligibili, alio vicissim in sensibili viuere: neque id propriè fieri mutatione locorum: sed quando & imaginatio ad rationem, & ratio ad mentem tota conuertitur, tunc animum dici ad mundum intelligibilem ascendisse. At cùm & ratio ad imaginationẽ suã, & imaginatio hæc ad inferiorẽ scilicet animalis vel geniti, vel iam generandi imaginationẽ sese flectit, tunc lapsus in mundum sensibilem iudicatur. Animas ergo triplices esse tradit: Alias in superiori mũdo semper, quales sunt sphærarum, stellarúmque & dæmonum superiorum animæ: Alias in mundo inferiori tantùm: quales sint vegetationi tantùm & sensui passionis addicti: Medias autem, id est rationales, siue nostræ sint, siue inferiorum dæmonum, sempiternas hinc illuc atque contrà, peragere vices. Proinde animas nostras in mundo superiori alias attentius, alias remissius contemplari, vel affici: quemadmodum & in hoc mundo alias ad hæc magis, alias minus videmus affectas. Iam verò quæ illic propensius operantur, vel omnia ibi diuina, vel plurima contemplari. Tales igitur animos quando certis temporum curriculis iam peractis, paulatim ad sensibilia relabuntur, diutius adhuc ad diuinorum reminiscentiam promptos perseuerare: & qui inter promptos omnium promptissimi sunt, philosophico censeri ingenio præditos: qui secundo gradu sunt prompti, ingenio potissimum amatorio, qui denique tertio, ad musicam aptiores: qui enim per tactum, gustum, & olfactum quodammodo corporeos rebus admodum corporeis mancipati sunt, ab illo prorsus incorporeo mundo remotissimi iudicantur: vtpote qui non nuper ex illo in hunc descendisse, sed aliunde huc transmigrasse potius videantur. at verò ingenium philosophicum dum ratione rerum naturalium rationes indagat, quæ ab ideis potissimum deducuntur, diuinas auspicatur ideas. Proinde visus atque auditus proximi rationis nostræ ministri meritò iudicantur. Quia & minus corporei sunt, & circa res minus quodammodo corporeas versari videntur: & quæ oculis & auribus offeruntur, exactissimum quendam ordinem manifestius præ se ferunt. Quamobrem facilius ex his duobus sensibus, quàm ex alijs ad intellectum intellectualésque rationes, vnde omnis ordo disponitur, prouocari solemus: Sic itaque dum ratio ad diuinorum properat sapientiã, visus interea vtcunque potest inuentionem menti suppeditat, auditus suggerit disciplinam. Quapropter & triplici

ad diuinitatem calle procedimus, ratione, viſu, auditu. & tres animorum naturæ illuc promptius euehuntur, tum philoſophica dedita rationi, tum oculis amatoria, tum auditui muſica. quod Plato in Phædro, ac Phædone teſtatur.

De tribus contemplationibus in mundo intelligibili, & tribus deinde ingeniis.

Præterea in mundo diuino tria potiſsimum cogitantur, ſpecies, & numerus, atque modus. Nam & mens ipſa diuina prima ſpecies eſt, & quælibet idea ſpecies ſiue forma. Certus illic eſt numerus tum formarum, tum in vnaquaque forma eorum quæ ſunt propria formæ. Certus eſt & modus ſiue menſura virtutis & proportio quædam, tum formarum in ſe vel ad formas, tum ad numeros numerorum. Etſi tria hæc ratione quadam inter ſe diſtinguuntur, in ipſa tamen ſpecie ſiue forma & numerus continetur & modus, ſed ratione formali. Item in numero tum forma eſt, tum modus, conditione quadam præcipuè numeroſa. In modo rurſus atque menſura, ſimiliter tam forma eſt, quàm numerus, proportione, vt ita dixerim, menſurali. Quamobrem animi diuinorum contemplatores, quamuis ſinguli cuncta conſpiciant, atque ament, alij tamen tam cognitione quàm affectu, ad ſpeciem ipſam mox duo reliqua referunt: alij verò ad numerũ ſimili ratione: alij tandem ad ipſum modum atque menſuram. Ex primis quidẽ ingenium prouenit philoſophicum, ex ſecundis verò muſicum, ex tertiis neque inferioribus amatorium. Tametſi tria hæc ingenia ſic fermè inter ſe coniugata ſunt, quemadmodum ſpecies, numerúſque & modus inuicem connectuntur. Philoſophus igitur in excogitandis numeris atque menſuris ſpeciem ipſam, atque naturam potius admiratur. Muſicus autem in naturis, & modis, atque menſuris ad canoros numeros vehementer afficitur. Amator denique modum ardenter in omnibus menſurámque ſectatur. Omnes ſummatim tres, Plotinus ait, ad ſublimem pulchritudinem eleuari, id eſt, ad diuinam mentem, quæ prima pulchritudo eſt, ipſius boni ſplendor æternus, in qua tum ſpecies, tum numerus, tum modus, quaſi Gratiæ tres ſe inuicem complectentes ad integram pulchritudinem plenámque gratiam æqué conducunt. Item alium inquit, aliter atque aliter excitari. Rurſus poſtquam ad diuinam mentem, qui & mundus intelligibilis eſt, ſurrexerint, ibi per omnia idearum genera ſuo quodam ordine progredi: tandem ex eo mundo egredi ad ipſum bonum, quod mundi illius principium ſit & finis. Poſt hæc qua ratione ingenium muſicum illuc tum natura vergat, tum arte feratur, explanat. natura enim ad pulchritudinem eſt propenſum, ita videlicet, vt per pulchras voces ad proportionis pulchritudinem numeroſam præcipuè concitetur. Hic ergo docendus eſt, id ipſum quod in vocum modulis admiratur, non eſſe vocalem, ſimilémve materiam, alioquin vbique omnéſque ſibi ſoni æquè placerent, ſed proportionalem potius numeroſamq; rationem quaſi forma quædam eſt in vocis ſonique materia. Quamobrem ſi quo pacto inde ſegregari materia poſsit, taliſque forma vel in ſeipſa, vel in mente reſtare, forma tunc ſola placeret: placerétque magis, quoniam perfectior ibi proportionis numeroſæ ratio foret & abſolutius vnum: cuius gratia & proportio placet. Ducendus igitur à pulchra voce ad pulchritudinem, quæ exiſtit in voce: hinc rurſus ad ipſam, quæ in quadam penes rationalem animam proportione conſiſtit: deinceps ab hac & illa proportione, quæ ſunt aliquid pulchrum, vel pulchritudo quædam, ad ipſum huius ordinis pulchrum, ipſámque pulchritudinem, id eſt, ideam: atque ad ideam primò pulchritudinis numeroſæ atque vocalis, deinde ad ſimplicem pulchritudinis rationem, demum ad ipſum bonum, ex quo pulchritudo, id eſt, ſplendor ipſius & gratia fermè ſic emicat: ſicut ex intima ſanitate externa formoſitas, atque extimum ex intima luce lumen.

Philoſophicum, Muſicum, Amatorium ingenium facilè concurrunt.

II *In ſecundo libri capite ait, muſicum ſæpe cum amatore, & vtroſque cum philoſopho conſpirare, nec immeritò: proximi enim & ſitu, & motu horum adſpirationes ſunt, Sol, Mercurius, atque Venus. proximi rurſum auditus, & viſus, & imaginatio ſeruiens rationi. Item qui pulchrum naturaliter amat, qua ratione pulchrum, id amat vbique, ſiue in vera rei cuiſlibet ratione, ſicut philoſophus: ſiue in his quæ ſpectantur, ſicut amator: ſiue in his quæ audiuntur, vt muſicus. Reliqua huius capitis omnia in conuiuio de amore latiſsimè pertractamus.*

Ingenium philoſophicum magis ſolutum eſt quàm alia ingenia, & ſolo indiget duce, per mathematicam diſciplinam ad ſapientiam methaphyſicam.

III *Tertium libri caput philoſophantis ingenium, educationémque deſcribit. Hoc vtique ſicut & amatoris, muſicique ingenium ad pulchritudinem eſt natura propenſum. ſed hoc intereſt, quòd muſicus & amator pulchritudinẽ venantur in corpore: qui verò natura philoſophus eſt, videtur quodammodo ſolutus à corpore: quoniam & moderatiores habet affectus, & ſemper tum reſoluendo particularia in vniuerſales redigit notiones, tum argumentando ſeparatas cauſas inueſtigat. Quamobrem non eo quidem indiget qui à materia ſoluat, ſed qui ſoluto iam volantiq; ingenio demõſtret finem, viáſq; certiores oſtendat. De hoc autem ingenio, & quibus diſciplinarum gradibus ſit ad ſublimia perducendũ, in quinto, ſexto, ſeptimo de Rep. ſatis agitur, quẽadmodũ ſcilicet moribus inſtruitur, & mathematicis inſtruitur diſciplinis quodãmodo à materia ſeparatis, atq; ad methaphyſicã denique perducitur facultatem.*

Methaphyſici officium eſt per omnia entia proficiſci diuidendo, componendo, definiendo, demonſtrando, ac denique vltra entia progredi: item quæ ſint entia, quę infra entia, quid denique ſupra.

IIII *Methaphyſicæ apud pleroſque Peirpateticos ſubiectum eſt ens ipſum, qua ratione ens ſub ipſa eius apud illos ampliſsima notione, in qua ſanè ad entia omnia eſt, tum à materia ſeparata, tum materiæ coniuncta, commune. Tametſi apud Platonicos metaphyſicæ ſubiectum latius eſſe videtur, ſcilicet aut ens atque non ens, aut ens ſaltem ſibi competenti habitudine præditum, habitudine inquam tum ad id quod eſt ſuperius, tum ad id quod inferius ente. Superius quidem eſt ipſum vnum atque bonum, quod entis principium eſt & finis: Inferius autem forma quælibet in materia tranſmutabilis ipſaq; materia: ſed forma hæc eſt entis imago: materia verò ipſius entis eſt vmbra. Entia quidem vera Platonici nominant ſubſtantias: in quibus vel non eſt, vel non regnat proclinitas ad non eſſe, quod eſt entis oppoſitum: vel non eſt inquam, ſicuti in ſubſtantiis à materia ſeparatis, vel etiam ſeparandis: vel non regnat inquam, ſicut in mundi ſphæris: in quibus perfectio formæ ſemper defectum materiæ ſuperat. Per hæc omnia facultas progreditur metaphyſica, quam Plato nominat dialecticam logica vtentem, vt inſtrumento. Logica enim circa dictiones,*

ctiones, conceptus, propositiones, syllogismósque versatur. Metaphysica verò circa res ipsis logicis interea machinis vtens. Metaphysici verò officium est resoluere, diuidere, componere, definire, demonstrare, idque agendo per omnia entia progredi, præcipuè verò ad incorporea, quoniam re vera sint entia: deinde ad ipsum vnū horum principium atque finem: post hæc processum entium contueri à summo ad imum, iterum per omnes gradus entium redeundo: demum redire ad summum, ibique quiescere. Inter hæc autem, quo pacto Platonica diuisio fiat in tribus Plotini libris de generibus entis: Item in Parmenide, Sophista, Politico, Philebo cognoscere potes.

Metaphysicus habet principia innata quidem in intellectu, sed in rationem edit in actum, & per regulas veritatis redarguit sophismata, ac regulas logicæ tenet.

V *Quintum libri caput docet, intellectum ipsum, qui semper existit in actu, similitérque scientiarum omnium principia possidet, hæc rationi ad ipsum conuersæ aliquando tradere: per quæ fit animus methaphysicus, dum ratio intellectu formatur, & consummatur in ipsum. Præterea metaphysicum per ipsam veritatis regulam mendacia sophistarúmque cauillationes deprehendere inquit, atque redarguere: minutas autem & quasi literarias logicæ regulas haud attętè admodum meditari: veruntamen quia & ipsos animorum motus, & rerum inter se consensionem dissensionémque tenet, ideo propositionū vires, atque affirmationum negationúmque congruitatem ritè discernere.*

Omnes facultates à methaphysica principia trahunt, sine qua & scientiæ non sunt, & mores sunt imperfecti.

VI *Ait insuper in capitulo sexto, cæteras facultates tum mathematicas, tum physicas, tum morales à metaphysica principia sumere: item metaphysicam in materiales omnino vniuersalésque admodum morum leges habere: quas velut Geometra prudentiæ, velut architecto tradit: prudentia verò virtutibus aliis quasi in ædificando ministrus. Concludit virtutes alias esse sine sapientia imperfectas, atque vicissim. Sapientiam enim, reliquámque virtutem simul fermè pariter coalescere: naturaliáque in animo virtutum exordia, accedente sapientia, in virtutes perfectas euadere, siue sapientia ante alias oriatur, siue contrà: nam vndecunque inceperis, virtus altera conducit ad alterā. Denique exordium naturale in natura rationali ad sapientiam vel prudentiam est oculus imperfectus: sed ille quidem dexter, hic verò sinister. Naturale rursus ad alias virtutes exordium, mos quidam dicitur imperfectus. Vtriusque verò virtutum generis principium ab his maximè trahitur, quæ in mente, vel ratione, vel etiam imaginatione naturaliter possidemus.*

ΠΛΩΤΙΝΟΥ

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Α

ΛΟΓΟΣ Γ.

PLOTINI

ENNEAD. PRIMAE

LIBER III.

ΠΕΡΙ ΔΙΑΛΕΚΤΙΚΗΣ

De triplici ad mundum intelligibilem ascensu, scilicet per Musicam, per Amatoriam, per Philosophiam.

ΤΙΣ τέχνη ἢ μέθοδος ἢ ἐπιτήδευσις ἡμᾶς, οἷ δεῖ πορευθῆναι, ἀνάγει; ὅπου μὲν οὖν δεῖ ἐλθεῖν, ὡς ἐπὶ τἀγαθὸν, καὶ τὴν ἀρχὴν τὴν πρώτην, κείσθω διωμολογημένον, καὶ διὰ πολλῶν δεδειγμένον. καὶ δὴ καὶ δι' ὧν τοῦτο ἐδείκνυτο, ἀναγωγή τις ἦν. τίνα δὲ δεῖ εἶναι τὸν ἀναχθησόμενον, ἆρά γε τὸν πάντα, ἢ τὸ πλεῖστα φησὶν ἰδόντα; ὃς ἐν τῇ πρώτῃ γενέσει εἰς γονὴν ἀνδρὸς ἐσομένου φιλοσόφου, μουσικοῦ τινὸς ἢ ἐρωτικοῦ; ὁ μὲν δὴ φιλόσοφος τὴν φύσιν, καὶ ὁ μουσικὸς καὶ ὁ ἐρωτικὸς, ἀνακτέον. τίς οὖν ὁ τρόπος; ἆρά γε εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ἅπασι τούτοις, ἢ καθ' ἕκαστον εἷς τις; ἔστι μὲν οὖν ἡ πορεία διττὴ πᾶσιν· ἢ ἀναβαίνουσιν,

* καὶ ἵνα

A QVÆNAM ars, vel introductio, vel studium nos quò eundum est reducit? Quòd enim ad ipsum bonū primumque principium perueniendū est, cōcessum sit, ex multísque B demonstratum. Et profectò eiusmodi demonstratio reductio quædā extitit. Sed quémnam oportet esse hominē illuc reducendum? atqui eum qui omnia vel plurima vidit (vt ait Plato) qui in prima genitura in virū futurū philosophum, musicumve, aut amatorē descēdit. Profectò Philosophus natura, & Musicus, & Amatorius reducendi sunt. Sed quisnā modus? Nūquid his omnib⁹ vnus & idē, an potius proprius singulis adhibendus? Est vtique omnib⁹ pro- C cessio duplex: altera quidem proficiscentibus,

1 *Ingeniū, Musicum à proportione in voce reducēdū est ad proportionē, pulchritudinem quæ in mēte.*

altera verò ad supera iam profectis. Prima quidem ab inferioribus ascendit: secunda verò illorũ est, qui iam in loco intelligibili sunt: ibiq; fixere vestigia: oportetque eos vltrà progredi, donec ad summum vsque processerint. Qui certè finis tunc itineris contingit, quãdo quis ad summum intelligibilis mundi peruenerit, sed processio quidẽ hæc in præsentia maneat. De ascensu & reductione prius conandum est dicere. Primò quidem distinguendum est nobis inter hos viros, exordium à musico faciẽtibus, quis nam sit natura. Ponendum sanè ipsum facilè mobilem, & qui velut admirabundus pronior sit ad pulchrum, sed non satis à seipso moueri possit: facilè verò ab his quæ occurrũt quasi figuris incitari queat: & sicut timidi strepitu, sic ille sonis harmonicis concitetur, pronúsq; sit ad pulchrum, quod apparet in sonis, & fugiat vbique dissonantiam: quódve vnum est in cantibus atque numeris, numerosum verò concinnumque sequatur. Quamobrem post sensibiles eiusmodi sonos, & numeros, & figuras, sic ducere hunc oportet, videlicet separando materiã in qua proportiones earũmque comparationes sunt, atq; ad pulchritudinem, quæ in his est, reducendo. Præterea docendo illa, ad quæ velut admirabundus vehementer afficitur, non hæc esse, sed intelligibilẽ potius harmoniam, & quod in ipsa pulchrum, & omnino ipsum pulchrum, non aliquod pulchrum tãtum. Denique philosophiæ rationes ad hæc adhibendo per quas ad fidem perducatur eorum, quæ igorat, cùm tamẽ habeat. Quę verò rationes sint, in sequẽtib⁹ declarabimus.

II AMATORIVS autem in quem fortè Musicus incidit, atque incidens vel permanet ibi, vel præterit, memor est quodammodo pulchritudinis: sed quia seorsum est ab ipsa, non potest perdiscere. Perculsus autem à pulchris, quæ aspectui patent, circa ipsa vehemẽtius concitatur. Docere itaque hunc oportet, ne circa corpus vnum quasi cadẽs pronior reuoluatur, sed ad omnia ratione persuasus ritè se conferat corpora: considerans quòd in cunctis est idem, & animaduertens ipsum à corporibus esse diuersum: & aliũde procedere, aliisque magis inesse: qualia sunt pulchra studia, legesque pulchræ. Circa enim hæc amatoris studium ad res incorporeas amandas iam assuescit. Ostẽdendum præterea in artibus etiam & scientiis & virtutibus pulchritudinem esse, ac pulchritudinem in cunctis vnam, quóve modo adueniat. Denique à virtutibus ad intellectum atque ipsum ens perueniendum est, ibiq; iter ad sublimia peragendum.

Ingenium amatorium reuocãdum est à pulchritudine corporis ad pulchritudinem morũ, deinde scientiarũ, deinde mentis.

III PHILOSOPHVS autem natura promptus est, & velut alatus: neque indigens separatione, quemadmodũ hi quos paulò antè memorauimus, ad supera videlicet concitus, ambigens autem, ideoque duntaxat indiget demonstrante. Quamobrem operæ pretiũ est demonstrare in primis, ac ducere hominẽ, natura duci volentem, atque iamdiu solutum. Adhibenda ergo sunt mathematica, quibus incorporea cogitare & credere consuescat. Facilè namque percipiet: quippe cùm discendi sit auidus: & ingenium naturali virtute generosum ad virtutum perfectionem oportet perducere:

Ingeniũ philosophicũ natura solutũ est à materia: ac solo indiget duce ad diuinam pulchritudinem per certos disciplinarum gradus.

A ἢ ἄνω ἐλθοῦσιν. ἡ μὲν γὰρ προτέρα ἀπὸ τῶν κάτω, ἡ δέ γε δευτέρα, οἷς ἤδη ἐν τῷ νοητῷ γινομένοις, καὶ οἷον ἴχνος θεῖσιν. ἐκεῖ προϊέναι ἀνάγκη, ἕως ἂν εἰς τὸ ἔσχατον τοῦ τόπου ἀφίκωνται. ὃ δὴ τέλος τῆς πορείας ὂν τυγχάνει, ὅταν τις ἐπ' ἄκρῳ γένηται τῷ νοητῷ. ἀλλ' ἡ μὲν περιμενέτω. περὶ δὲ τῆς ἀναγωγῆς, πρότερον πειρατέον λέγειν. πρῶτον δὴ διαστατέον τοὺς ἄν-
B δρας τούτους ἡμῖν, ἀρξαμένους ἀπὸ τοῦ μουσικοῦ, ὅστις ἐστί, λέγοντας τὴν φύσιν. θετέον δὴ αὐτὸν εὐκίνητον καὶ ἐπτοημένον μὲν πρὸς τὸ καλὸν, ἀδυνατώτερον δὲ παρ' αὐτοῦ κινεῖσθαι· ἕτοιμον δὲ ἐκ τῶν τυχόντων οἷον ἐκτύπων, ὥσπερ οἱ δειλοὶ πρὸς τοὺς ψόφους, οὕτω καὶ τοῦτον πρὸς τοὺς φθόγγους καὶ τὸ καλὸν τὸ ἐν τούτοις ἕτοιμον. φεύγοντα δὲ ἀεὶ τὸ ἀνάρμοστον, καὶ τὸ μὴ ἓν ἐν
C τοῖς ᾀδομένοις καὶ ἐν τοῖς ῥυθμοῖς, καὶ τὸ εὔρυθμον καὶ τὸ εὔσχημον διώκειν. μετὰ τοίνυν τοὺς αἰσθητοὺς τούτους φθόγγους καὶ ῥυθμοὺς, καὶ σχήματα, οὕτως ἀκτέον, χωρίζοντα τὴν ὕλην, ἐφ' ὧν αἱ ἀναλογίαι καὶ οἱ λόγοι, εἰς τὸ κάλλος τὸ ἐπ' αὐτοῖς ἀκτέον. καὶ διδακτέον, ὡς περὶ ἃ ἐπτόητο, ἐκεῖνα ἦν ἡ νοητὴ ἁρμονία, καὶ τὸ ἐν ταύτῃ καλὸν. καὶ ὅλως τὸ καλὸν, οὐ τὸ τὶ καλὸν μόνον. καὶ λόγους τοὺς φιλοσοφίας
D ἐνθετέον, ἀφ' ὧν εἰς πίστιν ἀκτέον ὧν ἀγνοεῖ ἔχων. τίνες δὲ οἱ λόγοι, ὕστερον λεκτέον.

ὉΔῈ ἐρωτικὸς, εἰς ὃν μεταπέσοι ἂν καὶ ὁ μουσικὸς, καὶ μεταπεσὼν ἢ μένοι ἂν, ἢ παρέλθοι, μνημονικός ἐστί πως κάλλους. χωρὶς δὲ ὢν, ἀδυνατεῖ καταμαθεῖν. πληττόμενος δὲ ὑπὸ τῶν ἐν ὄψει καλῶν, περὶ αὐτὰ ἐπτόηται. διδακτέον οὖν αὐτὸν, μὴ περὶ ἓν σῶμα πεσόν-
E τας ἐπτοῆσθαι, ἀλλ' ἐπὶ πάντα ἀκτέον τῷ λόγῳ σώματα, δεικνύντα τὸ ἐν πᾶσι ταὐτὸν, καὶ ὅτι ἕτερον τῶν σωμάτων, καὶ ὅτι ἄλλοθεν, λεκτέον, καὶ ὅτι ἐν ἄλλοις μᾶλλον· οἷον ἐπιτηδεύματα καλὰ, καὶ νόμους καλοὺς δεικνύντα. ἐν ἀσωμάτοις γὰρ ὁ ἐθισμὸς τοῦ ἐρασμίου ἤδη, καὶ ὅτι ἐν τέχναις, καὶ ἐν ἐπιστήμαις, καὶ ἐν ἀρεταῖς, εἶτα ἓν ποιητέον· καὶ διδακτέον, ὅπως
F ἐγγίνονται. ἀπὸ δὲ τῶν ἀρετῶν ἤδη ἀναβαίνειν ἐπὶ νοῦν, ἐπὶ τὸ ὂν, κἀκεῖ βαδιστέον τὴν ἄνω πορείαν.

ὉΔῈ φιλόσοφος τὴν φύσιν ἕτοιμος οὗτος καὶ οἷον ἐπτερωμένος, καὶ οὐ δεόμενος χωρίσεως, ὥσπερ οἱ ἄλλοι οὗτοι, κεκινημένος πρὸς τὸ ἄνω. ἀπορῶν δὲ τοῦ δεικνύντος δεῖται μόνον. δεικτέον οὖν καὶ λυτέον βουλόμε-
G νον καὶ αὐτὸν τῇ φύσει καὶ πάλαι λελυμένον. τὰ μὲν δὴ μαθήματα δοτέον πρὸς συνεθισμὸν κατανοήσεως, καὶ πίστεως ἀσωμάτου. καὶ γὰρ ῥᾳδίως δέξεται, φιλομαθὴς ὤν. καὶ φύσει ἐνάρετον τὸ πρὸς τελείωσιν ἀρετῶν ἀκτέον

τέον, καὶ μετὰ τὰ μαθήματα, λόγους διαλεκτικοὺς δοτέον, καὶ ὅλως διαλεκτικὸν ποιητέον. A

ΤΙΣ δὲ ἡ διαλεκτική, ἣν δεῖ καὶ τοῖς προτέροις παραδιδόναι; ἔστι μὲν δὴ ἡ λόγῳ περὶ ἑκάστου δυναμένη ἕξις εἰπεῖν, τί τε ἕκαστον, καὶ τί τῶν ἄλλων διαφέρει, καὶ τίς ἡ κοινότης ἐν οἷς ἐστι, καὶ ποῦ τούτων ἕκαστον, καὶ εἰ ἔστιν ὅ ἐστι, καὶ τὰ ὄντα ὁπόσα, καὶ τὰ μὴ ὄντα αὖ, ἕτερα δὲ ὄντων. αὕτη καὶ περὶ ἀγαθοῦ διαλέγεται, καὶ περὶ B μὴ ἀγαθοῦ, καὶ ὅσα ὑπὸ τὸ ἀγαθόν, καὶ ὅσα ὑπὸ τὸ ἐναντίον, καὶ τί τὸ ἀΐδιον δηλονότι, καὶ τὸ μὴ τοιοῦτον. ἐπιστήμῃ περὶ πάντων, οὐ δόξῃ. παύσασα δὲ τῆς περὶ τὸ αἰσθητὸν πλάνης, ἐνιδρύει τῷ νοητῷ, κἀκεῖ τὴν πραγματείαν ἔχει, τὸ ψεῦδος ἀφεῖσα, ἐν τῷ λεγομένῳ ἀληθείας πεδίῳ τὴν ψυχὴν τρέφουσα, τῇ διαιρέσει τῇ Πλάτωνος χρωμένη μέν, καὶ εἰς διάκρισιν τῶν C εἰδῶν· χρωμένη δέ, καὶ εἰς τὸ τί ἐστι· χρωμένη δὲ καὶ ἐπὶ τὰ πρῶτα γένη, καὶ τὰ ἐκ τούτων νοερῶς πλέκουσα, ἕως ἂν διέλθοι πᾶν τὸ νοητόν, καὶ ἀνάπαλιν ἀναλύουσα, εἰς ὃ ἂν ἐπ᾽ ἀρχὴν ἔλθοι. τότε δὲ ἡσυχίαν ἄγουσα, ὡς μέχρι γε τοῦ ἐκεῖ εἶναι ἐν ἡσυχίᾳ, οὐδὲν ἔτι πολυπραγμονοῦσα, εἰς ἓν γενομένη, βλέπει τὴν λεγομένην λογικὴν πραγματείαν, περὶ προτάσεων καὶ συλλογισμῶν. ὥσπερ ἂν τὸ εἰδέναι γράφειν ἄλλῃ τέχνῃ δοῦσα· ὧν τινὰ D ἀναγκαῖα καὶ πρὸ τέχνης ἡγουμένη. κρίνουσα δὲ αὐτά, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα. καὶ τὰ μὲν χρήσιμα αὐτῶν, τὰ δὲ περιττὰ ἡγουμένη καὶ μεθόδου τῆς ταῦτα βουλομένης.

ἈΛΛᾺ πόθεν τὰς ἀρχὰς ἔχει ἡ ἐπιστήμη αὕτη; ἢ νοῦς δίδωσιν ἐναργεῖς ἀρχάς, εἴ τις λαβεῖν δύναιτο ψυχή. εἶτα τὰ ἑξῆς καὶ συντίθησι, καὶ συμπλέκει, καὶ διαιρεῖ, ἕως εἰς τέλεον νοῦν ἥκει. E ἔστι γάρ φησιν αὕτη τὸ καθαρώτατον νοῦ καὶ φρονήσεως. ἀνάγκη οὖν τιμιωτάτην οὖσαν ἕξιν τῶν ἐν ἡμῖν περὶ τὸ ὄν, καὶ τὸ τιμιώτατον εἶναι· φρόνησιν μὲν περὶ τὸ ὄν, νοῦν δὲ περὶ τὸ ἐπέκεινα τοῦ ὄντος. τί οὖν ἡ φιλοσοφία; τὸ τιμιώτατον. ἢ ταὐτὸν φιλοσοφία καὶ διαλεκτική; ἢ φιλοσοφίας μέρος * τὸ τιμιώτατον. οὐ γὰρ δὴ οἰητέον, ὄργανον τοῦτο εἶναι τοῦ φιλοσόφου· οὐ γὰρ ψιλὰ F θεωρήματά ἐστι καὶ κανόνες, ἀλλὰ περὶ πράγματά ἐστι, καὶ οἷον ὕλην ἔχει τὰ ὄντα. ὁδῷ μέντοι ἐπ᾽ αὐτὰ χωρεῖ, ἅμα τοῖς θεωρήμασι τὰ πράγματα ἔχουσα· τὸ δὲ ψεῦδος καὶ τὸ σόφισμα κατὰ συμβεβηκὸς γινώσκει, ἄλλου ποιήσαντος ὡς ἀλλότριον κρίνουσα, τοῖς ἐν αὐτῇ ἀληθέσι τὸ ψεῦδος γινώσκουσα, ὅταν τις προσαγάγῃ ὅτι παρὰ τὸν κανόνα τοῦ ἀληθοῦς. περὶ προτάσεως οὖν G οὐκ οἶδε· καὶ γὰρ γράμματα. εἰδυῖα δὲ τὸ ἀληθές, οἶδεν ὃ καλοῦσι πρότασιν, καὶ καθόλου οἶδε τὰ κινήματα τῆς ψυχῆς, ὅ, τε τίθησι, καὶ ὃ αἴρει, καὶ εἰ τοῦτο αἴρει ὃ τίθησιν, ἢ ἄλλο, καὶ εἰ ἕτερα, ἢ ταῦτα προσφερομένων, ὥσπερ καὶ ἡ αἴσθησις ἐπιβάλλουσα.

* τὸ τίμιον

postque mathematicas rationes, dialecticas tradere, ac dialecticum prorsus efficere.

IIII *Dialectica, id est, metaphysica tota entium latitudine contemplatur, atque vltra progreditur, & logica vtitur vt instrumento.*

QVÆ NAM est dialectica, quam oportet etiam prioribus adhibere? Est vtique habitus, qui ratione de vno quoque potest dicere quid sit vnumquodque: & quo ab aliis differat, quove conueniat. Præterea quomodo, & vbi sit quodlibet: & si est, quid est: atque entia quot sint: & non entia rursus, sed ab entibus alia. Eadẽ hæc & de ipso bono disputat, & de non bono, & de his quæcunque sub bono, & quæ sub boni cõtrario. Itẽ quid sempiternum: quidve non semper. De omnibus inquam non opinione, sed scientia tractans, ab errore, qui circa sensibile accidit vacans, intelligibili prorsus adhæret: circaque ipsum diligenter agit, falso posthabito, nutriens animam in ipso veritatis cãpo, freta videlicet distinctione Platonica ad discretionẽ idearũ specierumq́; & ad quodlibet definiendũ, & ad prima genera, & quæ ex illis sunt intellectuali texẽs & cõplicans ratione, quousque per intelligibile totũ progrediatur: ac rursus resoluens in illud ad quod processerat ab initio. Tum demum quietè agens, vtpote quæ quatenus illuc peruenit, quietẽ assequitur: haud vlterius circa plurima satagẽs, sed in vnum redacta prospicit eam, quæ logica nominatur, circa propositiones, syllogismosq́; occupatã, perinde ac si scribendi notitiã alteri cuidam arti cõcedat, quorũ quædã necessaria & artẽ antecedẽtia cẽset: iudicat verò ipsa sicut & cętera, & alia quidẽ eorũ vtilia, alia superflua putãs, & ad facultatẽ appetẽtẽ hęc pertinẽtia.

V *Metaphysicus accipit ab intellectu principia, & per regulas veritatis sophismata redarguit, tum logicæ regulas comprehendit.*

AT vnde principia hæc habet sciẽtia? Intellectus fortè principia dat perspicua, si qua anima possit accipere. Deinceps verò anima cõponit, copulatque & diuidit quousque ad perfectũ peruenerit intellectũ. Est enim hæc, vt ille ait, purissimũ intelligentiæ, atque prudentiæ, siue sapiẽtiæ. Necesse est igitur cùm sit habitus præstantissimus eorũ qui sunt in nobis, circa ens, præstantissimumque versari: prudentiã quidẽ siue sapientiã circa ens: intellectũ verò circa id quod ente superius. Quid igitur philosophia? Pręstantissimum proculdubio. Sed nunquid idem philosophia atque dialectica? Profectò philosophiæ pars præstantissima dialectica esse videtur. Non enim existimandũ est hanc esse philosophi instrumentũ. Siquidem non nudas propositiones, respectusque continet, sed circa res ipsas versatur, & quasi materiã habet entia. Via tamen ad ipsa progreditur, res ipsas vna cum notionibus habẽs. Mẽdaciũ verò & sophisma accidenti quodã respectu cognoscit: alio videlicet hoc inferẽte, ipsa iudicãs vt alienũ, cognoscens mendaciũ per vera, quæ possidet, quoties quis illud obiicit quasi sit pręter regulã veritatis. Quod ergo ad propositionem propriè spectat, ferè non nouit. Literæ enim sunt. Cognoscẽs autem verum, cognouit ipsum quod propositionem vocant: communiterq́; cognouit animæ motiones: Quod ponit, quodve aufert, ac siue id aufert quod & ponit, siue aliud. Itẽ vtrũ alia, an potius eadẽ inter se afferantur, quasi more sensus attingens: alteri verò facultati hæc plurimi facienti conce-

A ἀκριβολογεῖσθαι δὲ ἐπ' ἔτερα, δίδωσι τοῦτο ἀγαπῶσι.

ΜΕ'ΡΟΣ οὖν τὸ τίμιον. ἔχει γὰρ καὶ ἄλλα φιλοσοφία· καὶ γὰρ καὶ περὶ φύσεως θεωρεῖ, βοήθειαν παρὰ διαλεκτικῆς λαβοῦσα, ὥσπερ καὶ ἀριθμητικῇ προσχρῶνται αἱ ἄλλαι τέχναι. μᾶλλον μέν τοι αὕτη ἐγγύθεν κομίζεται παρὰ τῆς διαλεκτικῆς. καὶ περὶ ἠθῶν ὡσαύτως, θεωροῦσα μὲν ἐκεῖθεν, προστιθεῖσα δὲ τὰς ἕξεις καὶ τὰς ἀσκήσεις, ἐξ ὧν προΐασιν αἱ ἕξεις. B ἴσχουσι δὲ αἱ λογικαὶ ἕξεις, καὶ ὡς ἴδια ἤδη τὰ ἐκεῖθεν· καὶ γὰρ μετὰ τῆς ὕλης τὰ πλεῖστα. καὶ αἱ μὲν ἄλλαι ἀρεταὶ, τοὺς λογισμοὺς ἐν τοῖς πάθεσι τοῖς ἰδίοις, καὶ ταῖς πράξεσιν. ἡ δὲ φρόνησις ἐπιλογισμός τις, καὶ τὸ καθόλου μᾶλλον, καὶ εἰ ἀντακολουθοῦσι, καὶ εἰ δεῖ νῦν ἐπισχεῖν, ἢ εἰσαῦθις, ἢ ὅλως ἄλλο βέλτιον. ἡ δὲ διαλεκτικὴ καὶ ἡ σοφία ἔτι καθόλου καὶ ἀΰλως πάντα εἰς χρῆσιν προσφέρει τῇ φρονήσει. C πότερα δέ ἐστι τὰ κάτω εἶναι ἄνευ διαλεκτικῆς καὶ σοφίας, ἢ ἄλλως καὶ ἐλλειπόντως; ἔστι δὲ σοφὸν εἶναι καὶ διαλεκτικὸν οὕτως, ἄνευ τούτων· ἢ οὐδ' ἂν γένοιτο, ἀλλὰ ἢ πρότερον ἢ ἅμα συναύξεται. καὶ τάχα ἂν φυσικάς τινας ἀρετὰς ἔχει, ἐξ ὧν αἱ τέλειαι, σοφίας γινομένης. μετὰ τὰς φυσικὰς οὖν ἡ σοφία, εἶτα τελειοῖ τὰ ἤθη, ἢ τῶν φυσικῶν οὐσῶν, συναύξεται ἤδη ἄμφω, D καὶ συντελειοῦται· ἢ προλαβοῦσα ἡ ἑτέρα, τὴν ἑτέραν ἐτελείωσεν. ὅλως γὰρ ἡ φυσικὴ ἀρετὴ, καὶ ὄμμα ἀτελὲς καὶ ἦθος ἔχει, καὶ αἱ ἀρχαὶ τὸ πλεῖστον ἀμφοτέραις ἀφ' ὧν ἔχομεν.

A dens exactam in iis diligentiam.

PARS igitur hæc est honoranda. Habet enim philosophia alias insuper facultates: nempe naturam etiam speculatur, auxilium à dialectica sumens, quemadmodum etiam arithmetica cæteræ artes vtuntur: ipsa verò principia propiùs trahit à dialectica. Facultas quoq; de moribus similiter contemplatur quidē inde: adiungit verò habitus, exercitationésque, à quibus habitus ipsi proficiscuntur. Rationales quoque virtutes habent habitus, & tanquã B propria iam, quæ inde ducunt. etenim cum materia habent plurima. Et aliæ quidem virtutes ratiocinationes habent in passionibus propriis atque insuper actionibus. Prudentia verò est præcipua ratiocinatio quædam, & circa magis vniuersale versatur: considerat etiam nunquid in præsentia cohibendum sit abstinendúmque? an in posterum? an omnino melius aliud? & quæ vicissim consequantur, quæ non, animaduertit. Dialectica verò, & sapientia e- C tiam vniuersali, immaterialiq; ratione omnia in vsum prudentiæ profert. At vtrum possint inferiora esse sine dialectica atque sapientia, quæri potest fortè admodum imperfectè: fieri verò potest, vt absque iis ita sit sapiens atque dialecticus. Vel non vtique sic contingit, sed vel prius, vel simul coalescunt. Et fortè aliquis naturales virtutes habebit, ex quibus & perfectæ fiunt, adhibita videlicet sapientia. Post naturales ergo sapientia prouenit: deinde mores D perficit, vel potius existentibus naturalibus cõcrescũt iam ambo, simúlque tandem perficiũtur. Aut forsan anticipans altera alteram perficit. Omnino enim naturalis virtus imperfectum habet oculum, atque morem: & principia plurimùm ab iis quæ habemus vtrisque contingunt.

VI *Metaphysica dat regulas cæteris facultatibus, tum speculatiuis, tum moralibus: atque sine illa & scientiæ nõ sunt, & mores sũt imperfecti.*

MARSILII FICINI IN LIBRVM DE FELICITATE, ARGVMENTVM.

SVMMA TOTIVS LIBRI,

Beatus est qui sola mente viuit.

LIBRVM de felicitate ab ea sententia in qua omnes consentiunt, exorditur. Felicitatem sanè omnes esse bene viuere prædicant. Quoniam verò quid vita sit, & quid bonum prorsus ignorant: ideo quoties definiunt bene viuere, toties errare coguntur. Quorum errores Plotinus in primo, & secundo libri capite deprehendit: nos videlicet admonens, vt ab ipsa definitione disputationis initium faciamus. Itaque in tertio libri capite vitam, & bonum, felicitatémque describit. In quarto dubitationes obijcit atque soluit: quærens vtrum homini beata competat vita. Item qua ratione rursus vtrum impediri queat: interea significans impediri non posse. In sequentibus deinde capitibus similes quæstiones adducit, ac denique soluit: ex omnibus videlicet comprobans eum duntaxat esse beatum, qui sola mente viuens totus iam sit intellectus, nulla ex re alia pendens, quàm ex intellectu diuino, ipsoq; bono rerũ omniũ principio atque fine. Hoc libri totius est institutũ.

Variæ opiniones, quid sit bene viuere.

I *Primum itaque caput per ambages versat eos, qui ignorantes quid ipsa vita sit, quid ipsum bonum, bene viuere interim definire contendunt, dicentes videlicet: Bene viuere est vitam sine impedimento transigere: item bene se habere: rursus proprium opus perficere: præterea finem consequi ab appetitu naturaliter exoptatum: dehinc tranquillè viuere: denique secundum naturam viuere. In his itaque omnibus eò deducit veræ definitionis ignaros, vt abiectissimis quibusque bestiolis, imò etiam plantis diuinum beatitudinis donum concedere compellantur, & quibus minimum inest vitæ felicitatem, id est summum vitæ tribuere.*

Sicut in primo, sic in secundo falsas opiniones agitat, & ex eis veri aliquid eligit: in quo nota de sensu in animalibus atque plantis.

II IN

II *IN ſecundo libri capite dũ idem fermè efficit quod in primo, tentat interea ex aliorum erratis ſiue dubiis, nonnullas ad veram beatitudinem inueniendam coniecturas paßim occupari. Dixerant autem felicitatem eſſe affectionem quandam naturæ, ſecundùm quam aliquis bene ſe habere dici ſolet. Poſt hæc, nonnulli inter eos negant ineſſe plantis felicitatem: quamuis animalibus cunctis attribuant. Hinc Plotinus ait, Qui negant felicitatem plantis, quia non ſentiant, videntur etiam quibuſdam animalibus negaturi, id eſt oſtreis & ſimilibus, quæ vix ſentire videntur: ac fermè eodem modo ſentire perfectiores plantas Pythagorici putauerunt: Vt ſummus in plantas gradus cũ animalium infimo congruat. Quin etiam in plantis eſt diſcretio ſexus: & propè ſitæ coniuges plantæ fœcundius pullulant: & neſcio quo ſenſu humorem verſus vergunt atque calorem & violentius amputatæ vel tractatæ ſiccantur. Senſum verò duplicem eſſe putamus: Inferiorem quidem quo non natura rei vel qualitas vlla diſcernitur, ſed affectio quædã tantùm inde illata ſentitur: qui & ſtupidus ſenſus eſt, velut in dormientibus, plantiſque conueniens. Superiorem verò qui & naturam qualitatémque perſentit animalium ſolummodo proprius. Sed vt redeamus ad illos, qui affectionem quandam, ſiue habitum corporeæ præſertim naturæ conuenientem felicitatem eße dicebant, illi profectò non rectè adimebant felicitatem plantis, quia non haberent ſenſum: quoniam eiuſmodi habitus ſimiliter eſt etiam ante ſenſum. At ſi dicant ſummum bonum non in tali quodam habitu, ſed in ſenſu & cognitione conſiſtere, inde protinus refellentur, quoniam ſi ipſa propria boni ratio in ſenſu comprehendatur, certè quicquid & quomodocunque ſentiatur, bonum eſſe probabitur. Contrà verò contingit: ſæpe enim ſenſus actionem, & huiuſmodi cognitionem reſpuimus: quando vel eße animaduertimus, vel timemus nobis fore moleſtam. Proinde ſi rurſus addiderint miſtum ex habitu eiuſq; perceptione ſummum bonum eſſe, iterùm conuincentur: quia ſi indifferens aliquid ad ipſum bonum cum altero ad idem indifferente iungatur, non ex ambobus bonum ipſum conficietur. ſi ergo concedant vtrumque ad bonum ſe indifferenter habere, ſummum ex eis bonum minimè reſultabit. Fortè verò dicent, certum quendam habitum eſſe ſummum bonum, ſed quando cognoſcitur eſſe præſens. Ad hæc ita Plotinus argumentatur: Bene viuere alicui competit, non ex eo ſolùm quod tale quiddam adeſſe cognòſcat, ſed ex eo potiſſimum quod verè iudicet eſſe bonum. Sic enim duntaxat verè fruetur tanquam bono. Iudicare verò de natura, & ratione boni, non ſenſus iam officium eſt, ſed rationis, atque mentis. Non ergo vel habitus voluptarius, vel ſenſus eiuſdem, ſed ratio; atque mens cauſa eſt bene beatéque viuendi. profectò affectio naturæ corporeæ conſentanea, ſiue voluptas eiuſmodi aliquid eſt rationis expers. hoc autem ipſo, & ratio & mens velut iudex & auriga præſtantior eſt. ſi præſtantior eſt, ergo naturalis, præcipuáq; ipſius actio ad præſtantiorem dirigitur finem. Quin etiam qui animalibus omnibus, vel etiam plantis attribuunt bene viuere, hi certè dum addunt, hæc bene viuere, quando certo modo affecta perfectius viuunt, vaticinari videntur, ſenſualem vegetalémque vitam, non quatenus ſimpliciter talis eſt, ſed qua ratione aliquando melius viuit, bene viuere: quaſi ſuper talem vitam non ſemper perfectam, imò & ſemper imperfectam ſit alia quædam ſemper perfectiſſima vita. Qui ergo circa perfectius viuens, ſcilicet rationale, felicitatem ponunt, rectius iudicant. Sed virtus ipſa rationalis non ideo neceſſaria eſt ad beatos efficiendos, quia comparet quæ primis naturæ corporalis incitamentis neceſſaria ſunt: nam & ſine hac vel comparari, vel adeſſe poſſunt. Item ſic natura rationalis ſeruiret tantùm inferiori naturæ, quod eſt abſurdum. oportet enim naturam ſuperiorem habere etiam ſuperius officium atque proprium ad ſuperiorem finem propriè ſibi conducens. Et ſicut natura corporea, ſenſualiſque ſuum quandoque finem conſequitur, ſic illam aſſequi ſuum, neque perfectionem eius conſiſtere in eo quod circa imperfectiora verſetur, ſed circa perfectiora inſuper quàm ipſa ratio ſit. Quicquid enim perficiendum eſt virtute, & adeptione cuiuſdam ipſo perfectioris tantùm perfici poteſt. Denique cùm natura rationalis rebus corpori conſentaneis impleri nunquam poßit, neque vnquam in talium poſſeßione quieſcat, conſtat ipſam in alio, atque præſtantiore ordine collocari, & aliunde, ſcilicet ex alto perfici fieríque beatam.*

Vna vita eſt ſumma, ſcilicet intellectus ſummus: aliæ per multos gradus inde dependent.

III *Tertiũ libri caput iam definit aſſerens, ſi in omnibus, quæ viuere dicuntur, eadem eßet ratio, & æqua vitæ conditio, omnia æquè ad beatam vitam aliquando peruentura: ſed cùm non ita res ſe habeat, imò verò vita vera ſit intellectus, aliæ verò imagines vitæ ſunt, in eo ſolùm vitam eſſe beatam: in aliis autem videri quaſdam felicitatis imagines: rationem quoque eſſe intellectus imaginem. Ergo qui in ea felicitatem collocant, rectius quidem quàm cæteri ſentiunt (ſiquidem ratio eſt proxima menti) non tamen rectißimè iudicant. Cùm enim ratio verſetur in motu, non propriè ad eam pertinet finis vltimus, qui tanquam ſumma quies diuerſus admodum eſt à motu. Præterea vita beata eſt ipſa vita & abſolutißima vita. Qui verò dicunt felicitatem non eſſe ſimpliciter vitam, ſed quendam rationalis vitæ habitum, primò quidem negant vitam beatam eſſe ipſam vitam: deinde in accidentali quadam qualitate eam collocãt: rurſus in diſcurſione, quæ dũ ſemper verſatur in motu, nunquã eſt vita penitus abſoluta. Cõcludit ergo Plotinus, Beatã vitã circa aliã vitæ ſpeciẽ eſſe ponẽdã: aliã inquã, à ſenſuali, aliam quoq; à rationali: ſed interim corrigit ſeipſum quòd dixerit ſpeciem: non enim vult, intellectum ipſum in eodem genere cum planta, vel ſenſu, vel ratione connumerari, & quaſi ſpeciem quandam vnà cum his per differentias ſpeciales ex æquo diſtribui, ſed ipſum intellectum eſſe ipſam vitam, viuentium omnium principium, & exemplar. cætera verò viuentia per diuerſos gradus inde manare, rationale primùm, deinde ſenſuale, denique vegetale, ea tamẽ cõnexione, vt in animali rationali ſit etiam nonnihil intellectuale: rurſus in ſenſuali rationale nonnihil, item in vegetali aliquid ſenſuale: denique in miſtis vitale aliquid, atque vegetale: ſic enim & principij fœcunditas declaratur, & ſequentium ſeruatur conditio, & vniuerſum vndique perfectè connectitur. Sed iam ad ipſam vitam mentémque, vitámque beatam diſpoſitis gradibus aſcendamus.*

Idem eſt prima eſſentia, prima vita, primus intellectus.

IN ipſo rerum ordine cernimus eßentiam anniti ad vitam, quatenus quicquid eſt, ad motum generationémq; inclinatur. Motus verò & generatio vitale aliquid præ ſe ferunt. Item vitam ad cognitionem anniti, quatenus quod viuit, in ſe formas generat: qua in re cognoſcentem imitatur naturam, quæ in ſe formas concipit cognoſcendo. Hinc patet vitam eſſe perfectionem eſſentiæ, cognitionem verò vitæ perfectionem. quanquam totũ hoc ſub ratione

vitæ considerari potest. Videtur enim & essentia esse quædam vita nascens, & cognitio, præsertim intellectualis, esse vita prorsus adulta. Videmus præterea horum trium vestigia quædam per omnia quæ sunt, extendi. Vbique enim sub ratione formæ essentiæ vestigium reperitur: siquidem vnum quodque per formam esse videtur. Item sub eadem ratione vitæ vestigium: siquidem per formam inclinatio fit & motus, atque generatio. Rursus eadem ratione vestigium apparet intelligentiæ: quippe cùm per formam vbique sit ordo, proprium intelligentiæ signum. Cùm ergò per vnum aliquid, id est, per formam, tria hæc per omnia porrigantur, necesse est vnam esse primam omnium formam: quæ quidem ipsamet sit essentia prima, & vita similiter, & intelligentia prima. Nam iccirco per vnum formæ munus tria hæc per omnia protenduntur: quia vna super omnia extat forma, tria hæc in se ipsa complectens. Iam verò quòd prima forma sit essentia prima, ex eo patet, quòd per formam essentia passim & esse producitur, atque vbi plus formæ, ibi maius est munus essendi. Item quòd eadem prima sit & perfectissima vita, necnon perfectissimus intellectus, inde conijcimus, quòd & vita essentiæ, & intellectus vitæ perfectio est. Igitur cum summa perfectione essentiæ summa concurrit vitæ, intellectúsque perfectio. Præsertim cum essentia perfectissima proprium actū habeat perfectissimum: vita verò sit actus essentiæ. item absolutissima vita perfectissimè moueatur. id verò nihil aliud sit, quàm per intelligentiam in se reuolui. Proinde quemadmodum in mundo sensibili, qui mundi intelligibilis est imago, essentia quasi materia per vitam formatur, & vita similiter per intellectum, siue qualemcumque cognitionem, quæ intelligentiam repræsentat: sic in mundo intelligibili intellectus quidem est actus quidam vitæ, vita verò est actus essentiæ. Quoniā verò tria hæc apud nos formali quodā ordine inter se distinguūtur, iccirco ratione quadam distinguuntur: & ibi, vbi prima forma totius formalis ordinis principium est, & exemplar, & finis. Distingui verò hæc, & ibi quodammodo coniectamus, ex eo quod apud nos, etsi tria illorum vestigia sunt vbique, in rebus tamen quæ plerique esse tantùm dicunt, expressius essentiæ, quàm vitæ, vel mentis apparet indicium. In his autem quæ solùm dicuntur viuere, certius vitæ, quàm mentis vestigium nobis occurrit. Et quoniam essentia illic quoque velut informe quiddam videtur, si comparetur ad vitam, & vita similiter si comparetur ad mentem: informe verò seipsum formare non potest: iccirco super ens ipsum in quo tria hæc cogitantur, regnat ipsum vnum atque bonum: cuius virtute & essentia in melius proficit, dum prodit in vitam: & vita in melius, dum in mentē prorsus absoluitur. Hæc itaque mens est vita beata, id est, vita ipsius boni vigore ad summum suæ naturæ appetitionisque perducta, reflexa in se, conuersa in ipsum bonum, atque exuberante illinc bonitate repleta. Ipsum verò bonum, ac simpliciter vnum non est essentia. Vita intellectus per modum formæ, sed excellentius admodum, id est per causæ rationem. Quod autem proximè fit sub bono tria hæc, est per formam. Anima deinceps tria hæc est participatione vera. Quod autem animæ rationali subijcitur, participatione quadam imaginaria tria hæc esse censetur: sicut lux, lumen, splendor in cælo quidem inuisibili sunt per causæ rationem, in cælo visibili per modum formæ, in æthere participatione vera, subinde verò, conditione prorsus imaginaria. Proculum verò tria hæc volentem tres esse substantias, & essentiam quidem vita superiorem, vitam verò mente præstantiorem, non facilè comprobamus. Sic enim oportet & horum vestigia similiter se habere, scilicet quod solum est, excellentius esse viuente. rursus quod est viuitque, duntaxat intelligente præstantius. Nos ergo dicemus nobiliores huius substantiæ dotes paucioribus conuenire: minus verò nobiles competere pluribus. Multa enim perfectáque in rebus exigitur præparatio ad donum præstantius capiendum.

Ipse intellectus est summum vitæ.

Vitam communi notione describimus primum quędam essentiæ esséque ipsius exitum in actum eius, atque ipsum primum eius actum, & quasi motum intimum & perennem omnium principium motionum. quo efficitur, vt actus, motúsque vbi sit vitæ vestigium: ac perfectior motus & actus sit expressius vitæ perfectioris indicium. Cùm verò summus vitæ gradus ille sit, in quem veluti finem motus omnis vniuersi contendit, intellectum ipsum esse summam vitam ex eo conijcimus, quòd vniuersus mundi motus in formam intellectualem denique definit: exordiens quidem generationem formis elementorum, deinde admistorum formas, subinde plantarum, dehinc animalium, denique proueniens ad ipsam hominis formam intelligentiæ iam participem. Similiter in ipsa generatione hominis in matrice à forma misti ad quandam plantæ formam, ab hac ad sensualem, ab hac ad intellectualem fit processus. Mitto, quòd vniuersus mundi motus, totáque generatio ad communem totius ordinem & pulchritudinem proficiscitur: quæ quidem certa in rebus est intellectus imago. Idem quoque artes imitari conantur, inchoantes quidem opus ab instrumētis atque materia, desinentes denique in artificiosam formam intellectualis artis imaginem. Cùm itaque finis vltimus in ordine motionum quasi vitarum appareat intellectus, quis non videat summam vitam intelligentiam esse summam? Ipsamq; mentem esse efficientem & exemplarem causam vniuersi? Quippe cùm mentis ipsius virtute omnia velut ad finem, ad ipsam mentis similitudinem pro viribus redigantur. Hæc igitur ipsa vita est. Nulla verò, præter hanc, est vita simpliciter, sed quædam potius participatio vitæ: cuius imago quædam est vita rationalis: vitæ verò rationalis imago est vita, quæ dicitur sensualis: huius autem vegetalis vita similitudo videtur: vegetalis denique vitæ vestigium est forma quælibet in materia, dum inclinatur, & inclinat ad motum, dum generat quasi more viuentis, dum rarefacit atque condensat: in quibus augmenti apparet & decrementi conditio. Fit ergo descensus à substantia vitæ ad imagines deinceps alias atque alias, & vestigia vitæ: perinde ac si artifex ipse viuēs sui ipsius statuam simillimam fabricet, & hanc deinde referat in pictura, pictámque imaginem speculo rursus obijciat, vnde vltima quædam appareat specularis imago. Solus hic artifex homo est: nulla verò imaginum erit homo. Solus similiter intellectus est vita: quæ verò inde posterius, deinceps, posterius quæ fiunt, imagines quædam vitæ potius quàm vitæ censentur. Non solùm quia longo quodam interuallo ab ipsa vita degenerant, sed quoniam nonnihil morti simile habere videntur admistum, dum & in aliquo vitæ gradu deficiunt, & priuationem quandam subeunt à potentia in actum, atque vicissim tempore transeuntes, & ignorantiam, obliuionemq; patiuntur. Proinde quò motus exterior est, eò indicatur & vita iam facta debilior, quasi ab ipso suo fonte digrediens. Elementa quidem & mista mouentur extra, & in separata solùm materia generant. Plantæ verò iam mouentur intrinsecùs, & in coniuncta materia gignunt. Sensualis dehinc animalium virtus præter eiusmodi genituram, formas imaginando concipit in seipsa. Rationalis deinde virtus nō quemadmodum imaginatio suæ conceptionis initia mutuatur à sensibus, sed ex semine iam intimo contrahit: conceptúmque suum animaduertendo complectitur. Ipse denique intellectus ita iam gignit in se,

vt ſe quodammodo appareat genuiſſe. In quo enim eſſe, viuere, intelligere, reipſa ſunt vnum, hic dum intelligit ſemetipſum, interim neſcio quid eſſentiale, atque vitale in ſeipſo gignere, vel expedire, vel conſeruare videtur. Ex his omnibus colligere poſſumus, intimam maximè perfectamq; motionem, generationémque in mente vigere: ideóque perfectiſſimam eſſe vitam. In mente inquam diuina, primò atque per ſe, in noſtra verò proximè atque per ipſam. Beatam itaque vitam eſſe putamus, non vitam quidem talem aut talem, quaſi additamenti alicuius egenam, ſed vitam ipſam ſummo viuendi gradu vigentem. Vitam inquam, id eſt, actum eſſentiæ primæ directum naturaliter in ipſum bonum, atque ita perfectum. Atque in hoc ipſo perfectionis gradu, ſimul & intellectum fieri cogitamus, vitámque ipſam ipſo intellectu prorſus abſolui. In hoc autem intellectu idem eſt viuere, intelligere, velle, quamuis in natura rationali aliud ſit viuere, aliud cogitare, aliudq; eligere. ſicut & in cæleſti lumine idem eſt lucere, micare, calere: quamuis noſtro hoc aeris lumine aliud ſit fulgere, aliud refulgere, aliudque feruere. Quæ enim natura inferior per diuerſa facere cogitur, eadem per vnum explet natura ſuperior. Quemadmodum quæ inſtrumentis quinque ſenſus exterior agit, eadem vno quodam imaginatio peragit. Et quæ pluribus, ſingulisque formis imaginatio machinatur, ratio vna quadam vniuerſali ſpecie, colligit. Poſtremò quæ ratio percurrit actu multiplici, intellectus vno ſtabiliq; conſequitur actu, imò actu perpetuo poſſidet. Huius itaq; viuere eſt intelligere: huius intelligere, velle: vel ſiqua forſan in voluntate diſtinctio fit, eodem tamen naturæ ſuæ (vt ita loquar) inſtinctu, dum ad bonum nititur, naturaliter velle dicitur: dum aſſequitur bonum, dicitur intelligere: rurſus dum bonum conſequutus amplectitur, velle iterum iudicatur. Hæc vita prima, primaq; mens paterno ſemper bono perfruens, beata vita cenſetur. Hinc quoque mens quælibet perpetuò fit beata menti primæ, ac per illam bono ſemper inhærens. Hinc & ratio totiens euadit felix, quotiens ſuæ menti, perq; ſuam diuinæ menti coniungitur.

Rationalis natura poteſt conſequi vitam beatam: quando ſcilicet intellectu formatur & agit.

IIII Cùm igitur vita beata ſit perfecta vita, perfecta verò vita ſit intellectus verus, actuque perfectus: Quæritur deinceps: Vtrum homo, id eſt, anima rationalis, ſua ipſa rationali potentia hanc mentem, hanc vitam conſequi poſſit. Huic igitur quæſtioni in quarto libri capite reſpondetur, aliquando conſequi poſſe: quod quidem in Theologia, & in libro de Mente latius aperimus. Vis hæc rationalis duos præcipuè habet actus: intuitum ſcilicet, atque argumentum. Intuitu quidem formas à materiæ conditionibus reſoluit & abſtrahit: atque à ſingulis imaginationis formis ad vniuerſales ſe recipit formas: rurſus ad vniuerſales magis, donec ad communiſſimas perueniat formas, ipſius iam intelligentiæ proprias: vbi finem facere videtur in mente, à qua etiam argumenti virtutem ducit, dum principales ſcientiarum, artiumq; regulas intellectui naturaliter inſitas ſibi ipſi præſcribit tanquam argumentandi principia. Sic itaque & intuendo finem ſiſtit in mente: & argumentando trahit à mente principium: & meritò, quoniam velut poſterior naturaliter inde dependet. Finis itaque rationis eſt, pro viribus mente potiri. Hinc ergo quotidie nititur, quantùm non impeditur, magis gradatim, magisq; mente formari. Cùm verò potentia hæc tanquam ſpeciei huic naturalis non ſit inanis, mentem quandoque aſſequi poteſt: eandémque virtute denique perfici, qua & quotidie proficit. Cùm verò potentia rationalis ad ideales intelligentiæ formas, & regulas iam proceſſerit, tunc velut materia quædam ipſa mente formabitur quaſi forma, & ſub mentis actu iam aget: Atque ita demum illius vita viuet, viuetq; beata. Quòd ſi hac in vita tanquam occupata diuerſis acquirere nequit, adipiſcetur in altera: & ille citius conſequetur, qui ſe ad id propenſius comparauerit. In Plotini verbis notabis, intellectum quendam eſſe intimã, propriamque ipſius animæ partem. Ac priuſquam ratio tota conuertatur ad mentem, adhuc in anima eſſe intellectũ, atque rationem, tanquam duas animæ partes. poſtquam verò conuerſa fuerit, intellectum non amplius eſſe partem, ſed animum ipſum eſſe tunc intellectum: qui certè animus non prius eſt fœlix, niſi totus actu intellectus euadat. Ferme ſicut ſublimis aer ſub ſphæra ignis eſt igneus, agitque vt ignis. quinetiam neque homo eſt, niſi intellectum ſaltẽ habeat in potentia. Quod quidem propter animalia bruta dictum arbitror: in quorum imaginationibus ſi qua vis argumentatrix ineſt, nequit tamen mente formari. Cùm enim propriæ mentis formæ ſtabiles omnino & communiſſimæ ſint, meritò imaginatio bruti per formas ſuas, & particulares tantùm, & mobiles, nunquam poteſt mente formari. Ratio verò per formas ſuas quamuis quodammodo mobiles, tamen vniuerſales poteſt ad intelligentiæ formas quandoque perduci. Poſt hæc diſputat eiuſmodi felicitatem propter curam animalis, eiuſque incommoda minimè perturbari: quippe cùm animus ſic affectus animal non eſſe ſui partem exiſtimet, ſed aliquid vel ex eo factum, vel ſuæ prouidentiæ commendatum. Affirmat autem inter hæc Plotinus, animum ſic affectum ſibimet bonum exiſtere, ſcilicet per intellectualem formam, quam nuper rationalis animus eſt indutus: indutus inquam ſub intellectu proprio: quemadmodum & proprius intellectus ab initio diuinum induitur intellectum Atque omnino per intellectũ, & proprium, & diuinum, animus ipſo bono perfruitur. Quod quidem in ſe ſimpliciter bonum eſt, in intellectu verò eſſentiale, vitale, intellectuale, intelligibile bonum.

Quæ Peripatetici obijciant.

V Quintum libri caput ſummatim enumerat, quæ huic felicitatis definitioni ſit Peripateticus aliquis obiecturus, & quæ ad felicitatem neceſſaria videantur, numeraturus. Inter hæc notabis magica veneficia in corpus & animam poſſe nonnihil, quod & Porphyrius aſſerit: præſertim in animas quodammodo debiles, id eſt, imaginationi addictas, nec intellectu velut Palladis clypeo haſtaq; munitas. ſed de veneficijs, faſcinationibúſque ſatis in Theologia & Conuiuio de amore tractamus.

Finem vltimum eſſe bonum vnum ſcilicet ſummum, intelligibile vel pluſquam intelligibile.

VI Ad hæc in capite libri ſexto reſpondet: Si felicitatem in rerum humanarum proſperitate & trãquillitate quadam eiuſmodi poneremus, ſequi quæ à Peripateticis obiecta ſunt, ſcilicet non eſſe felicem cui aduerſa cõtingant. Cùm verò beatam vitam in ipſa primi, diuinique boni poſſeſſione ponamus: nec reliqua præterea quæ dicuntur bona huic cenſet annumeranda: neque horum contraria felicitatem putat nobis adimere: modò interim ab ipſa diuinitate

minimè discedamus. Cui quidem quamdiu coniunctus est animus, æquè beatum dicit: & si corpus interea doloribus torqueatur. Id equidem Plotinum arbitror, non tam Stoicorum verbis, quàm Christianorum martyrum suo seculo frequentium opera didicisse: Tum verò negat felicitatem in accumulatione quadam maiorũ, minorumque bonorum esse ponendam: quæ quidem ipse minora, quæ dicuntur bona, potius necessaria nominat. Deus profectò naturæ auctor, nostrum animal, id est, corpus viuens tanquam imperfectius aliquid subesse animæ voluit. Dehinc in anima imaginationem subdit rationi, rationem menti, mentem denique sibi. eadem ratione bonum, finémque proprium animalis, fini bonóque animæ seruire constituit. Atque in anima proprium imaginationis finem fini proprio rationis, item familiarem rationis finem fini mentis seruire præcepit: qui sanè quemadmodum proprius est intelligentiæ finis, sic & finis sequentium est communis, finiúmque finis. Quãobrem rationalis animæ finis non ex diuersis bonis componitur, sed est ipsum intelligentiæ bonum: ad quod velut ad finem bona sequentia referuntur: præsertim cùm animus tunc solùm beatus existimetur, quando non vlterius in plura distrahitur, sed demissis, vel certè remissis admodum cæteris viribus & officiis, totus iam est translatus in mentem. Ideóque totum animi bonum est vnum ipsum intelligentiæ bonum. Tunc & reliqua, quæ bona dicuntur, si eligit, non propter ipsa, sed quasi quædam remedia eligit, vt omnia inde pro viribus vitentur incommoda: quæ fortè animum ad inferiora curanda distractum adducere videantur, vt interim circa diuinum bonum remissius operetur. Ait præterea, vltimum finem maximéque omnium expetendum, oportere non solùm esse maximum in se bonum, sed animo etiam præ cæteris intimum. sic enim bonum maximè prodest, si summopere sit intrinsecum. atque ita maximum est animo bonum. Atque vicissim quod maximum in se bonum est, si modò id animus noster auguretur, fit præ cæteris intimum: tum quia & ipsum efficacissimè rapit & penetrat, tum quoniam animus vehementissimè ad id afficitur. Tale verò est solùm intelligibile, & plusquam intelligibile bonum. cætera enim quæ dicuntur bona, vel etiam extra animal nostrum sunt, ceu diuitiæ, honores, imperia: vel in animali nostro, sicut sensuum voluptates: vel & si sunt in anima, tamen externa prospiciunt: vt imaginationis oblectamenta, spesq́ rationis occupatæ rebus agendis: vel si non externa respiciunt, sunt tamen (vt ita loquar) imaginaria, perpetuóque versantur in motu, vt rationis speculantis discursiones, atque conceptus: solùm verò quod super rationis motum extat bonum, & menti est penitus intimum, & (vt ita loquar) solidum ac stabile, simúlque totum. Id ergo & maximum in se bonum est, & maximum animo bonum.

Felix vnicum bonum vult, cætera propter ipsum eligit.

VII & VIII. In capite libri septimo confitetur, felicem eligere commoda potius quàm opposita: Et commoda non propter ipsa, sed vt deuitentur incommoda. At verò incommoda procul abesse malle, non quia cùm accidunt, esse felicem è medio tollant, sed quia & esse potius auferant (quanquam hoc deinceps nihili pendit) & contemplationis studium interpellare contendant. Concludit, beatum diuinitate plenum, cætera omnia nihili pendere: ideóque ex ipsis nullam in partem è suo statu posse deflecti. Idem in octauo capite peragit.

Est in mente sapientia æterna, ad quam cùm attingit ratio, animus est beatus.

IX In nono capite iterum dubitatur: Vtrum qui beatus iam definitus est, perseueret beatus si quo grauissimo morbo aut maleficio phrenesim patiatur? Respondetur: perseuerare beatum: quasi dormiat quidem, & somniet imaginatione: vigilet tamen & perfectè agat tum mente, sicut & de omni anima dictum est, tum vi rationis superiore, quæ & contemplatiua ratio dicitur, & quodammodo intelligentia quædam: quæ in beato iam mente formata est, & vt mens operatur. Idq́ videlicet secundùm vniuersales tum rerum species, tum rationis actus. non enim adeò perfectè formata est secundùm singula: magis enim à mente distant. Quinetiam & reliqua rationis virtus, quæ in agendo magis posita est, & si in phrenesi distrahatur, aut vacet, tamen paratissima est, post phrenesis impetum ad superiorem rationis vim, mentemq́ reflecti. Post hæc, cognitionem æternam à temporali distinguit: quod nobis hîc videtur altius repetendum. Cùm in prima essentia viuere quidem sit intrinsecus agere, intelligere verò agere in seipsam, suiq́ notitia in se reflecti, qui sanè actus nullo modo vergit ad corpus, meritò eousque naturam intellectualem extendi putamus, quousque cognitio sui & quædam à materia segregatio. In natura ergo rationali quanuis aliquando imago quædam mentis soleat appellari, tamen quodammodo natura intellectualis apparet. Ratio enim & seipsam animaduertit, & sæpe formas à conditionibus materiæ seperat. Tres itaque intellectualis naturæ sunt gradus: Intellectus scilicet ipse communis: Intellectus animæ proprius, atque ratio. Tres quoque sunt naturæ intellectualis imagines: prima sensus: secunda vis vegetalis: tertia forma corporis. Sed de imaginibus alibi. Iam verò in intellectu primo intelligere est ipsum esse. In secundo intelligere est quasi esse, & (vt ita loquar) existere. est enim agere: agere inquam actu quodam essentiali, & intimo atque perpetuo, fermè sicut in luce lucere, siue micare. In tertio denique intelligere est argumentari: id autem est mobiliter operari, fermè sicut in lumine refulgere. Meritò inter intelligere, quod est esse simpliciter, nulláque participatione, sed penitus per essentiam; atque intelligere, quod est mobiliter agere, medium est intelligere, quod est agere penitus immobiliter. Et prima quidem intelligentia est per essentiam: secũda per participationem quidem, sed prorsus immobilem: tertia denique participatione fit mobili, sicut & sphæra ignis essentia calet: supremus aer feruet inde participatione perpetua: inferior aer calet participatione mutabili. Esse verò proprium in anima intellectum stabiliter operantem, non solùm ratio hæc nobis ostendit, sed hinc insuper confirmatur: quòd rationalis natura quasi potentia quædam est quodammodo patiens, dum motu formatur, atque ex ocio prodit in actum: quem plerique intellectum passibilem, vel formabilem nominabunt. Oportet ergo hunc intellectum, velut ex se imperfectum ab alio quodam perfectiore, qui semper in actu sit, ex potentia in actum vicissitudine perpetua duci. Neque intellectum communem tantùm oportet sic esse semper in actu, sed intellectum etiam animæ proprium. ne naturæ rationali desit efficax intelligentiæ suæ & intimum sufficiensq́ principium: cùm neque vegetali naturæ desit negationis suæ ratio seminalis: quæ quidem intimum est, & efficax, & continuum generandi principium. Sicut ergo vniuersalis natura, id est, tota vniuersi seminaria ratio præest particulari naturæ, id est, suæ cuiusq́ viuẽtis seminariæ rationi, hæc verò perpetuò præsidet, mobilique generationis officio: sic intellectus cõmunis & agens intellectui proprio rursus agẽti: hic autẽ rationi quasi iã patiẽti: vt inter agens cõmune, patiensq́ propriũ, ritè ꝓpriũ agẽs mediũ sortiatur. Hinc itaq́ fit, vt animus ad summũ quãdoq́ in se reuocatus inueniat statim nõdũ inuẽta,

&

& saepe vaticinetur, & opera omnibus miranda perficiat: quippe cùm subitò in mentem propriam reuertatur, quae diuina quadam virtute pollet, cui omnia patent. Sed de his in Theologia latissimè disputamus. Ad hunc vtique intellectum, velut ad tertium scilicet, intellectuale caelum super caelum imaginale, atque rationale Plotinus forsan diceret, Paulum ascendisse: & Moysen in hunc montem: & eiusmodi angelum prophetis plurima nunciasse: Neque enim decere ad nos descendere numina: neque oportet animum diuina visurum, loca mutare: satis enim esse ad mentem, & diuina conuerti. Sed haec ille viderit.

Confirmantur superiora, quòd in omni mente sapientia sit aeterna, & quomodo rationalis natura ad hanc ascendat.

Animus saepe vel intuendo, vel argumentando multa considerat, non solùm esse sempiterna, sed qua etiam ratione sint sempiterna: ipsiusque (vt ita dicam) sempiternitatis propriam concipit rationem. Maioris verò ad sempiternitatem momenti est ratio ipsa, quàm modus. Cùm igitur tanta sit virtus in animo, vt res sempiternas, ac sempiternitatem ipsam sempiterna cogitet ratione, multò magis ea est in animo virtus, quae res sempiternas modo quodã sempiterno, id est, sempiternè semperque consideret. Sic igitur super imaginationis actum, qui est mobilis circa mobilia, extat rationis actus, qui est circa immobilia mobilis: super hunc actus intelligentiae circa immobilia prorsus immobilis: vt sicut actus animae in melius proficit, sic perficiatur in optimum. Dic age: vnde nam ratio nostra vim habeat: vt dum à singulis formis ad vniuersales seipsam recipit, ipsas interim formas ab hoc vel illo loco, motu, tempore soluat? nisi insita quadam & praesidente sibi virtute cuius actus non à loco tantùm, sed à motu etiam atque tempore sit solutus? Alioquin ipsa duntaxat ratio dum mobiliter & temporaliter agit, nunquam formas posset actu suo à motu ac tempore soluere. Virtutem dixi insitam: nam & siquis rationem obijciat sub intellectu communi hoc efficere, cogetur attamen confiteri, certum quendam actum non absque certa quadam virtute posse praeberi: siquidem talis actio talem sequitur facultatem: atque ideo vim quandam stabiliter operantem ab intellectu communi praefici rationi, per quam & si mobiliter, ipsa tamen ad immobilia se conuertat. ipsam verò vim stabilem nos intellectũ proprium nominamus: cui necessarium est communissima, certissimaque scientiarum artiumque inesse principia, & ipsa quoque exemplaria rerum, vt ratio ibi possit discursiones argumentandi fundere: résque & opiniones veras, bonasve ab oppositis ritè discernere: ac per vim intellectus illius omnia semper subitò contuentem, ipsa quoque nonnunquam aliquid subitò intueri. Cùm dicimus intelligibilia inesse intellectui, sic accipe: vt intellectus sit ipsum intelligibile. Sic enim habet ordo. Sensus quidem nec est, nec habet sensibile, sed vertit se foras ad illud. Cogitatio verò & si non est cogitabile, habet tamen intrinsecus. Intellectus denique tanquam ratione praestantior, non habet tantùm intelligibile, sed existit. Vbi verò ait, Sapientiam felicis animae sitam esse in essentia quadam, imò potius in essentia, significat actum ipsum intelligendi existere ipsum esse, tum in proprio intellectu: qui est essentia quaedam, tũ in intellectu communi, qui est ipsa essentia. Addidit autem, potius: quoniam actus intellectus proprij ab actu communis fit atque seruatur. Proinde sicut in lumine idem est esse lumen, atque lucere, quamuis non sit idem esse lumen, & resplendere, atque calere: sic in anima intellectuali, idem est intellectualem esse atque intelligere, licet non idem sit esse, & ratiocinari, atque imaginari. Sed memento, ex Plotini mente ponendam esse inter intellectum imaginationémque geminam speciem rationis: alteram quidem speculatiuam surgentem ad intellectum: Alteram verò actiuam ad imaginationem potius declinantem. Alioquin cùm non possit per ipsum intellectum duntaxat esse alter beatior altero, omnibus per ipsum similiter semper agentibus, non erit hic felicior illo: nisi quia in hoc speculatiua ratio naturaliter intellectui proxima, in mentem penitus est conuersa. Quod tamen de actiua similiter non licet dicere: quia & remotior est à mente & in labore posita, & quodammodo seruit externis. Differre verò rationes eiusmodi specie, patet nõ solùm quia speculatiua naturae opera propriae, actiua hominum opera cogitat, sed etiam quia raròadmodum & fortè nunquam concurrit in eodem ingenio naturalis vtriusque dexteritas.

Neque omnes animaduertunt, mentem suam semper agere circa diuinam: neque beatus semper animaduertit rationem suam superiorem agere circa mentem.

X *Etsi in beato ratio speculatrix sub forma iam actúque mentis agit, non tamen ita se agere semper animaduertit: sicut neque alij mentem nostram agere circa diuinam mentem semper agnoscunt. Sicut enim in animali nostro secundùm vim vegetalem viuere fermè idem est, atque vegetare, id est, nutrire, augere, generare, seruare: neque tamen agnoscimus hanc vim haec agere, & quomodo talia peragat: quia videlicet nulla actionis huius imago ad imaginationem peruenit animalis, aut nostram: ita & in nostra mente idem viuere est, atque intelligere, neque tamen actionem eius aeternã animaduertimus, nisi quando quaedam eius imago in nostra imaginatione concipitur. Iam verò neque beatus semper agnoscit speculatricem in se rationem vnà cum intellectu suo circa diuinam mentem iam agere: quoniam actionis eiusmodi non semper in imaginatione sua imago formatur, per quam admoneri solet animus, quid potissimum vis eo vel inferior, vel superior agat. Hic nota, pertinere ad intellectum nostrum cognoscere semper actu: ad rationem verò nostram quodammodo recolere cognita, dum circa formas excogitandas ex habitu transit in actum, atque vicissim: ad imaginationem denique attinere quodammodo discere noua. Haec enim si à ratione diuertens ad animal se conuertit: quid videat, quidve audiat animal, statim animaduertit: quid verò ratio interim, vel intellectus agat, non agnoscit. Atque vicissim si quando vacans ab animali ad rationem tota conuertitur, tunc per hanc ipsam imaginationem animus rationem aliquid agere iam persentit. Quòd si ratio conuertatur in mẽtem, quod accidit in beato, tunc sanè & rationem circa mentem nostram, & nostram mentem circa diuinam vigilare animus statim animaduertit. Quoniam in nostra imaginatione ab animali vacante, nihilque illinc corporeum machinante, imagines quaedam velut ab ipso mentis, rationisque actu prorsus apparent, per quas admonetur animus in ratione scilicet, vel speculatrice, vel actiua, tum intellectum, tum rationem speculatricem agere. Tu verò memento: In ipso intellectu sicut idem est viuere, atque cognoscere, sic idem esse cognoscere penitus & agnoscere, id est, quod ipse cognoscat animaduertere. Sed in ratione, quoniam non idem est omnino viuere, atque cognoscere, siquidem illud aeternum est, hoc verò perpetuò permutabile, meritò neque idem est cognoscere, quódve cognoscat vel agat, agnoscere. ex*

*quoſequitur,vt agnitio hîc cognitionem ſequatur tanquam poſterius aliquid,& ſorte quadam conſequens atque co-
mitans,faciátque ſæpe,vt diſtractione quadam animi prior actio ſit aliquanto remiſsior. Non igitur ab re Plotinus
ait,agnitionem,animaduerſionémque eiuſmodi per conſequentem poſterioremq; facultatem,formamq; peragi. Facul
tatem verò poſterius comitantem,imaginationem ipſam eſſe non dubitamus. Formam ſimiliter quæ priorem comite-
tur formam,imaginem appellamus. Sint ergo naturales formæ in mente,vel ratione: quamuis ibi quidem æternæ,
hîc verò perpetuæ. Sint igitur aduentitiæ in imaginatione,formæ formarum imagines naturalium, per quas velut
res nouas animus,velut admirabundus attendat,animaduertátque quid in ratione agatur & mente: profectò ſicut
oculus facie continetur,ſic ratio mente. atque ſicut oculus nec videt faciem,neque motum eius aduertit, niſi quando
in ſpeculum certo modo nobis oppoſitum lineares faciei radij diriguntur,atque inde per ſimiles angulos reflectuntur
ad oculum,& ſpeculum ita oſtentat imaginem, ſi quam modò habet imaginem: ſimili quodam pacto ratio velut o-
culus,neque videt mentem,neque agere illam animaduertit, quamuis ſemper agat, niſi actus eius agat nonnihil in
imaginationem aliunde diuerſam,illuc verò conuerſam. Quo quidem actu ab imaginatione in rationem reſultet ſu-
perioris actionis imago. Hîc notabis primò quidem vbi Plotinus ait, Nos non eſſe vegetalis facultatis actum,ſed eſſe
potius actum intelligentiæ: id potiſsimum in beato eſſe verum: verùm quoque in quolibet animo: quem intellectui
coniunctiorem quàm animali Plotinus exiſtimat. Deinde vbi ait, Actum intelligendi tunc eſſe abſque phantaſia,
quando nulla inde in hac imago fit,atque reſultat: non intelligentiam puram à phantaſia,ſed phantaſiam ab intelli-
gentia dependere: quamuis rationalis intelligentia,id eſt, cogitatio, ratióque mobilis à phantaſia ſæpius excitetur,
præſertim actiua ratio: quam ſolam phantaſia ſemper egere Ariſtoteles ait: quemadmodum & Themiſtius, atque
Simplicius prudenter interpretantur. Denique Plotinum ſcito annuere, dum quædam Ariſtotelis verba recenſet,
hanc illius de mente fuiſſe ſententiam: vbi in tertio de Anima ſcribit, Intellectum inelligere ſemper, & intelligen-
tiam eius eſſe ſubſtantiam, veréque immortalem exiſtere. Non enim adeo vera eſt in virtutibus inferioribus im-
mortalitas. nam et ſi quæ perpetuæ ſunt,tamen verſantur in motu. Quòd autem reminiſci nos,id eſt, rationalem vim
poſt obitum negat, Plotinus alibi diligenter examinabit. Denique memento, Auerroem, etſi non idem,tamen ſimi-
le aliquid induxiſſe: vbi ait, Intellectum noſtrum intelligentiam duplicem in ſe habere: alteram æternam, alteram
temporalem: illam quidem per ſuum eſſe,hanc verò per noſtras imagines exercere: ac nos illam nunquam animad-
uertere,quia nihil cum imaginatione noſtra communicet; hanc autem agnoſcere, quoniam illius formæ cum ima-
ginationis noſtræ imaginibus congruant. Cumq; intellectum ponat in eadem ſubſtantia geminum,ſcilicet formato-
rem,atque formabilem,ait,formabilem hunc intellectum,quid agat ille formator,non prius per nos agnoſcere, quàm
ipſe per nos ſit illo perfectè formatus. Tunc demum & ſimul cum illo in nobis fore felicem. Sed mittamus Auerroē:
nam & Plotinum ipſum hac in parte Porphyrius & Proculus omiſerunt,non probantes intellectum animæ noſtræ
ita ſemper agere, vt Plotinus ait: & nos in ſuperioribus non tam approbantes, quàm interpretantes expoſuimus. Sa-
tis verò ſtabilitatis & excellentiæ eſſe in mente noſtra putandum eſt,ſi eſſentia & formæ rerum inſitæ,ſcientiarúm-
que principia maneant.*

Huc vſque decem complentur libri capita. reliqua verò ſex eiuſdem capita diligenter
conſideranti patebunt. In iis quæſtiones mouet & ſoluit: tacitis quoque
reſpondet obiectionibus: & vbique beatum con firmat
non aliunde quàm ex mente
deoq́ue pendere.

PLOTINI

ΠΛΩΤΙΝΟΥ
ΕΝΝΕΑΔΟΣ Α
ΛΟΓΟΣ Δ.

PLOTINI
ENNEAD. PRIMAE
LIBER IIII.

ΠΕΡΙ' ΕΥ'ΔΑΙΜΟΝΙ'ΑΣ.

De Beatitudine.

ΤΟ' εὖ ζῆν, καὶ τὸ εὐδαιμονεῖν ἐν τῷ αὐτῷ τιθέμενοι, καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις ἆρα τούτων μεταδώσομεν; εἰ γάρ ἐστιν αὐτοῖς ᾗ πεφύκασιν ἀνεμποδίστως διεξάγειν, κἀκεῖνα τί κωλύει ἐν εὐζωΐᾳ λέγειν εἶναι; καὶ γὰρ εἴτε ἐν εὐπαθείᾳ τὴν εὐζωΐαν τις θήσεται, εἴτε ἐν ἔργῳ οἰκείῳ τελειουμένῳ, κατ' ἄμφω καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις ὑπάρξει. καὶ γὰρ εὐπαθεῖν ἐνδέχοιτο ἂν, καὶ ἐν τῷ κατὰ φύσιν ἔργῳ εἶναι· οἷον καὶ τὰ μουσικὰ τῶν ζώων, ὅσα τοῖς τε ἄλλοις εὐπαθεῖ, καὶ δὴ καὶ ᾄδοντα ᾗ πέφυκε, καὶ ταύτῃ αἱρετὴν αὐτοῖς τὴν ζωὴν ἔχει. καὶ τοίνυν, καὶ εἰ τέλος τι τὸ εὐδαιμονεῖν τιθέμεθα, ὅπερ ἐστὶν ἔσχατον τῆς ἐν φύσει ὀρέξεως, καὶ ταύτῃ ἂν αὐτοῖς μεταδοίημεν τοῦ εὐδαιμονεῖν, εἰς ἔσχατον ἀφικνουμένων, εἰς ὃ ἐλθοῦσιν, ἵσταται ἡ ἐν αὐτοῖς φύσις, πᾶσαν ζωὴν αὐτοῖς διεξελθοῦσα, καὶ πληρώσασα ἐξ ἀρχῆς εἰς τέλος. εἰ δέ τις δυσχεραίνει τὸ τὴν εὐδαιμονίαν καταφέρειν εἰς τὰ ζῶα τὰ ἄλλα· οὕτω γὰρ ἂν καὶ τοῖς ἀτιμοτάτοις αὐτῶν μεταδώσει δέ, καὶ τοῖς φυτοῖς, ζῶσι καὶ αὐτοῖς, καὶ ζωὴν ἐξελιττομένην εἰς τέλος ἔχουσι· πρῶτον μὲν ἄτοπος διά τι εἶναι δόξει, μὴ ζῆν εὖ τὰ ἄλλα ζῶα λέγων, ὅτι μὴ πολλοῦ ἄξια αὐτῷ δοκεῖ εἶναι. τοῖς δὲ φυτοῖς, οὐκ ἀναγκάζοιτο ἂν διδόναι, ὃ τοῖς ἅπασι ζώοις δίδωσιν, ὅτι μὴ αἴσθησις πάρεστιν αὐτοῖς. εἴη δ' ἂν ἴσως καὶ ὁ διδοὺς τοῖς φυτοῖς, εἴπερ καὶ τὸ ζῆν· ζωὴ δὲ, ἡ μὲν εὖ ἂν εἴη, ἡ δὲ τοὐναντίον, οἷόν ἐστι καὶ ἐπὶ φυτῶν εὖ παθεῖν, καὶ καρπὸν αὖ φέρειν καὶ μὴ φέρειν. εἰ μὲν οὖν ἡδονὴ τὸ τέλος, καὶ ἐν τούτῳ τὸ εὖ ζῆν, ἄτοπος ὁ ἀφαιρούμενος τὰ ἄλλα ζῶα τὸ εὖ ζῆν. καὶ εἰ ἀταραξία δὲ εἴη, ὡσαύτως. καὶ εἰ τὸ κατὰ φύσιν ζῆν λέγοιτο τὸ εὖ ζῆν εἶναι.

ΤΟΙ͂Σ μέντοι φυτοῖς διὰ τὸ μὴ αἰσθάνεσθαι.

A CVM bene viuere, atque felicem eſſe in eodem conſtituamus, nunquid hoc cæteris quoque animantibus concedemus? Si enim datur ipſis, qua ratione nata ſunt ſine impedimento vitam tranſigere: quid prohibet illa etiam bene, id eſt, feliciter viuere? Etenim ſiue quis bene viuere poſuerit in bene ſe habendo, ſiue
B in opere proprio perficiendo, ſecundum ambo cæteris quoque animalibus competet. nam & bene ſe habere poſſibile erit, & ipſum etiam opus naturale perficere: veluti muſica animalia quotcunque & in cæteris bene ſe habent: & ſicut naturaliter apta ſunt, canunt: & hoc pacto fieri poſſe videtur, vt vitam optabilem conſequantur. Quinetiam ſi finem quendam felicitatem eſſe ponamus, quod quidem extremum eſt in appetitu naturæ, hoc quoque pacto illa
C fore felicia confitebimur, videlicet quando ad extremũ peruenerint. quò cùm proceſſerint, ſiſtit in ipſis natura motum: quæ totam vitã ipſis iam peregit, & à principio ad finem vſque prorſus impleuit. At ſiquis moleſtè ferat in beſtias transferri felicitatem, fore aſſerens, vt ita vel abiectiſſimis conueniat, & plantis inſuper, ipſis quoque viuentibus, vitámque ad finem proprium perducentibus: abſurdus ille quidẽ videri poterit, dicens non poſſe cætera anima-
D lia bene viuere: quoniam ipſi non multi pretij videantur eſſe cenſenda. Plantis autem concedere non cogetur quod cunctis dat animalib⁹, propterea quòd ſenſu careant. Neq; fortè deerit qui plantis quoque tradat felicitatem, ſiqui dem & viuere illis adeſt. Viuere autem partim quidem bene contingit, partim verò contrà: ſicut & plantis datum eſt, vt bene ſe habeant, ferantque fructum, atque non ferant. Proinde ſi voluptas eſt finis, & in hac viuere bene con-
E ſiſtit, abſurdus erit qui bene viuere brutis abſtulerit. Quòd ſi tranquillitas erit finis, ſimiliter accidet. Item ſi ſecundum naturam viuere eſſe dicatur ipſum bene viuere, idem ſequi videbitur.

I *Variæ opiniones, quid ſit bene viuere, quibúſue cõueniat.*

II *Falſas opiniones agitat, atque ex eis veri aliquid excutit, inquirendo vtrum bene viuere conueniat rationa li tantùm, an etiã brutis, & plantis.*

QVICVNQVE verò plãtis adeſſe negant felicitatem, quia non ſentiant, viden-

tur etiam neque cunctis eam animantibus traditurí. Si vtiq; sentire hoc esse dicũt, scilicet affectionem non latere, oportet ipsum bonũ affectionẽ ipsam esse ante idipsum quod dicitur non latere, veluti secundùm naturã se habere, etiam si latuerit: & propriũ esse, etiã si nondum propriũ esse cognoscas. Quinetiã esse dulce: oportet.n. dulce esse, antequã dulce id esse percipias. Quapropter cùm id sit bonũ, atq; adsit quod ipsum habet, iã bene se habet. Itaq; quidnam sensum oportet adiungere? nisi fortè non in præsente quadã affectione, vel cõstitutione bonũ collocent, sed cognitione potius atq; sensu. At verò sic sensum ipsum, sensualisque vitæ actionem dicent esse bonum: ideoque quodlibet percipientibus, bonum adesse confitebuntur. Sin autẽ ex ambobus bonũ cõstitui dicãt, velut certæ cuiusdam rei, affectionisve perceptione: quónam pacto cùm vtrunque sit indifferens, quod ex ambobus constat, bonum asserunt? At si bonũ quidẽ affectionẽ, talémque statũ esse bene viuere dicant, quando quis bonũ præsens sibi cognoscit, interrogare eos expedit, Vtrum cognoscẽs præsens hoc esse præsens, bene viuat? an nosse oporteat non solùm esse dulce, sed hoc ipsum esse bonum? Verùm, si nosse oportet esse bonũ, non sensus ipsius iã id opus erit, sed virtutis cuiusdam sensu præstantioris. Non ergo voluptate perfusis bene viuere competet, sed ei qui cognoscere valeat voluptatem esse bonũ. Atque ita bene viuẽdi causa non voluptas erit, imò quod iudicare queat voluptatẽ esse bonũ. Et id quidẽ quod iudicat, est affectione & passione prestãtius: est.n. ratio, vel intellectus: voluptas verò passio. Nullo autẽ modo quod irrationale est, ratione est excellẽtius. Quomodo igitur ratio seipsam dimittẽs aliud ponet in opposito quodã genere constitutũ seipsa præstãtius esse? Sed videtur quicũque plantis attribuunt, & quicunq; sensui tali bene se habere, latere seipsos dũ bene viuere tãquam maius aliquid quærunt: ipsumq; quod melius dicitur, in vita integriore quodãmodo collocãt. Rursus quotcunq; in vita rationali esse dicũt, nõ autẽ in vita simpliciter, neq; etiã si fuerit sensualis, rectè forsan dicere posset. Quã verò ob causam sic & circa rationale animal solùm felicitatẽ ponũt, interrogare eos oportet, nunquid rationale adiũgitis? quoniã ratio solertior sagaciorq; sit, atq; facilius prima secundùm naturã inuestigare cõparareq; possit. Nũquid etiã si neq; sagaciter inuestigare neq; assequi valeret? At verò si ꝓpter ipsam dũtaxat inueniendi potentiã magis id dicatur, aderit felicitas etiã ratione carentibus: si modò absq; ratione prima secundùm naturã naturaliter assequantur. Itaq; ministra erit ratio, nec vllo modo propter se eligẽda, neq; rursum perfectio eius, quã dicimus esse virtutẽ. Sin autẽ dicatis, nõ habere dignitatẽ propter prima naturæ, sed propter seipsam esse colendã: dicendũ superest vobis, quidnam sit aliud eius opus, & quæ natura, quidve ipsam perfectam efficiat. Perfectã sanè euadere eam oportet non ob ipsam circa hæc inspectionẽ, sed in alio quodã perfectionẽ eius consistere, aliámque ipsi inesse naturam: neque in numero esse horũ secundùm naturã primorum: neque ex quibus prima huiusmo-

A οὐ διδόντες, κινδυνεύουσιν οὐδὲ τοῖς ζώοις ἤδη
ἅπασι διδόναι. εἰ μὲν γὰρ τὸ αἰσθάνεσθαι τοῦτο
λέγουσι, τὸ τὸ πάθος μὴ λανθάνειν, δεῖ αὐτὸ
ἀγαθὸν εἶναι τὸ πάθος, πρὸ τοῦ μὴ λανθάνειν·
οἷον τὸ κατὰ φύσιν ἔχειν κἂν λανθάνῃ· καὶ οἰ-
κεῖον εἶναι, κἂν μή πω γινώσκῃ ὅτι οἰκεῖον. καὶ
ὅτι ἡδύ· δεῖ γὰρ ἡδὺ εἶναι· ὥστε ἀγαθοῦ τούτου ὄν-
τος καὶ παρόντος, ἤδη ἐστὶν ἐν τῷ εὖ τὸ ἔχον.
B ὥστε τί δεῖ τὴν αἴσθησιν προσλαμβάνειν. εἰ μὴ
ἄρα οὐκ ἐν τῷ γινομένῳ πάθει ἢ καταστάσει τὸ
ἀγαθὸν διδόασιν, ἀλλὰ τῇ γνώσει καὶ αἰσθήσει.
ἀλλ' οὕτω γε τὴν αἴσθησιν αὐτὴν τὸ ἀγαθὸν ἐροῦσι,
καὶ ἐνέργειαν ζωῆς αἰσθητικῆς· ὥστε καὶ ὁτουοῦν ἀντι-
λαμβανομένοις. εἰ δὲ ἐξ ἀμφοῖν τὸ ἀγαθὸν λέ-
γουσιν, οἷον αἰσθήσεως τοιούτου, πῶς ἑκατέρου
ἀδιαφόρου ὄντος, τὸ ἐξ ἀμφοῖν ἀγαθὸν εἶναι λέ-
γουσιν; εἰ δὲ ἀγαθὸν μὲν τὸ πάθος, καὶ τὴν τοιαύ-
C δε κατάστασιν τὸ εὖ ζῆν, ὅταν γνῷ τις τὸ ἀγα-
θὸν αὐτῷ παρὸν, ἐρωτητέον αὐτοὺς, εἰ γνοὺς τὸ
παρὸν δὴ τοῦτο ὅ,τι πάρεστιν, εὖ ζῇ· ἢ δεῖ γνῶναι,
οὐ μόνον ὅτι ἡδὺ, ἀλλ' ὅτι τοῦτο τὸ ἀγαθόν. ἀλλ'
εἰ ὅτι τοῦτο τὸ ἀγαθὸν, οὐκ αἰσθήσεως τοῦτο ἔρ-
γον ἤδη, ἀλλ' ἑτέρας μείζονος ἢ κατ' αἴσθησιν
δυνάμεως, οὐ τοίνυν τοῖς ἡδομένοις τὸ εὖ ζῆν ὑ-
πάρξει, ἀλλὰ τῷ γινώσκειν δυναμένῳ ὅτι ἡ-
D δονὴ τὸ ἀγαθόν. αἰτία δὲ τοῦ εὖ ζῆν, οὐχ ἡδονὴ
ἔσται, ἀλλὰ τὸ κρίνειν δυνάμενον, ὅτι ἡδονὴ ἀγα-
θόν. καὶ τὸ μὲν κρῖνον βέλτιον ἢ κατὰ πάθος·
λόγος γὰρ ἢ νοῦς, ἡδονὴ δὲ πάθος· οὐδαμοῦ δὲ κρεῖτ-
τον ἄλογον λόγου. πῶς ἂν οὖν ὁ λόγος αὑτὸν ἀ-
φεὶς ἄλλο θήσεται ἐν τῷ ἐναντίῳ γένει κείμενον
κρεῖττον εἶναι ἑαυτοῦ; ἀλλὰ γὰρ ἐοίκασιν ὅσοι τε καὶ
τοῖς φυτοῖς οὐ διδόασιν, καὶ ὅσοι αἰσθήσει τοιά-
δε τὸ εὖ, λανθάνειν ἑαυτοὺς μεῖζόν τι τὸ εὖ ζῆν
E ζητοῦνται, καὶ ἐν τρανωτέρᾳ ζωῇ τὸ ἄμεινον τι-
θέντες. καὶ ὅσοι δὲ ἐν λογικῇ ζωῇ εἶναι λέγουσιν,
ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς ζωῇ, οὐδ' εἰ αἰσθητικὴ εἴη, κα-
λῶς μὲν ἴσως ἂν λέγοιεν. διὰ τί δὲ οὕτω καὶ περὶ τὸ
λογικὸν ζῷον μόνον τὸ εὐδαιμονεῖν τίθενται, ἐ-
ρωτᾶν αὐτοὺς προσήκει: ἆρά γε τὸ λογικὸν προσ-
λαμβάνετε, ὅτι εὐμήχανον μᾶλλον ὁ λόγος, καὶ
ῥᾳδίως ἀνιχνεύειν καὶ περιποιεῖν τὰ πρῶτα κα-
F τὰ φύσιν δύναται, ἢ κἂν μὴ δυνατὸς ᾖ ἀνι-
χνεύειν, μηδὲ τυγχάνειν; ἀλλ' εἰ μὲν διὰ τὸ ἀν-
ευρίσκειν μᾶλλον δύνασθαι, ἔσται καὶ τοῖς μὴ λόγον
ἔχουσιν, εἰ ἄνευ λόγου φύσει τυγχάνοιεν τῶν πρώ-
των, κατὰ φύσιν, τὸ εὐδαιμονεῖν.. καὶ ὑπουργὸς ἂν ὁ
λόγος, καὶ οὐδ' αὐτοῦ αἱρετὸν γίγνοιτο, οὐδ' αὖ ἡ τε-
λείωσις αὐτοῦ, ἣν φαμὲν ἀρετὴν εἶναι. εἰ δὲ φή-
G σετε μὴ διὰ τὰ κατὰ φύσιν πρῶτα ἔχειν τὸ τίμιον,
ἀλλὰ δι' αὐτὸν ἀσπαστὸν εἶναι, λεκτέον τί τε ἄλ-
λο ἔργον αὐτοῦ, καὶ τίς ἡ φύσις αὐτοῦ, καὶ τί τέλειον αὐ-
τὸν ποιεῖ. ποιεῖν γὰρ δεῖ αὐτὸν τέλειον, οὐ τὴν θεωρίαν τὴν
περὶ ταῦτα, ἀλλὰ ἄλλό τι τέλειον αὐτὸν εἶναι, καὶ
φύσιν ἄλλην εἶναι αὐτοῦ. καὶ μὴ εἶναι αὐτοῦ τούτων τῶν
πρώτων κατὰ φύσιν, μηδὲ ἐξ ὧν τὰ πρῶτα κατὰ φύ-
σιν, μηδ'

σι, μηδὲ ὅλως τούτου τοῦ γένους εἶναι, ἀλλὰ κρείττονα τούτων ἁπάντων· ἢ πῶς τὸ τίμιον αὐτῷ, οὐκ οἶμαι ἕξειν αὐτοὺς λέγειν. ἀλλ' οὗτοι μὲν ἕως ἂν κρείττονα εὕρωσι φύσιν τῆς περὶ ἃ νῦν ἵστανται, ἐατέοι ἐνταῦθα εἶναι οὗπερ μένειν ἐθέλουσιν, ἀπόρως ἔχοντες ὅπῃ τὸ εὖ ζῆν, οἷς δυνατόν ἐστι τούτων.

ΗΜΕΙ͂Σ δὲ λέγωμεν ἐξ ἀρχῆς, τί ποτε τὸ εὐδαιμονεῖν ὑπολαμβάνομεν εἶναι. τιθέμενοι δὴ τὸ εὐδαιμονεῖν ἐν ζωῇ, εἰ μὲν συνώνυμον τὸ ζῆν ἐποιούμεθα, πᾶσι μὲν ἂν τοῖς ζῶσιν ἀπέδομεν δεκτικοῖς εὐδαιμονίας εἶναι. εὖ δὲ ζῆν ἐνεργείᾳ ἐκεῖνα, οἷς παρῆν ἕν τι καὶ ταὐτόν, οὗ ἐπεφύκει δεκτικὰ πάντα ζῷα εἶναι. καὶ οὐκ ἄν, τῷ μὲν λογικῷ ἔδομεν δύνασθαι τοῦτο, τῷ δ' ἀλόγῳ οὐκέτι. ζωὴ γὰρ ἦν τὸ κοινόν, ὃ δεκτικὸν τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸ εὐδαιμονεῖν ἔμελεν εἶναι· εἴπερ ἐν ζωῇ τινι τὸ εὐδαιμονεῖν ὑπῆρχεν. ὅθεν οἶμαι καὶ οἱ ἐν λογικῇ ζωῇ λέγοντες τὸ εὐδαιμονεῖν γίνεσθαι, οὐκ ἐν τῇ κοινῇ ζωῇ τιθέντες, ἠγνώησαν τὸ εὐδαιμονεῖν οὐδὲ ζωὴν ὑποτιθέμενοι. ποιότητα δὲ τὴν λογικὴν δύναμιν, περὶ ἣν ἡ εὐδαιμονία συνίσταται, ἀναγκάζοιντο ἂν λέγειν. ἀλλὰ τὸ ὑποκείμενον αὐτοῖς, λογική ἐστι ζωή· περὶ γὰρ τὸ ὅλον τοῦτο ἡ εὐδαιμονία συνίσταται, ὥστε περὶ ἄλλο εἶδος ζωῆς. λέγω δὲ οὐχ ὡς ἀντιδιῃρημένον τῷ λόγῳ, ἀλλ' ὡς ἡμεῖς φαμέν, πρότερον, τὸ δὲ ὕστερον εἶναι. πολλαχῶς τοίνυν τῆς ζωῆς λεγομένης, καὶ τὴν διαφορὰν ἐχούσης κατὰ τὰ πρῶτα καὶ δεύτερα, καὶ ἐφεξῆς· καὶ ὁμωνύμως τοῦ ζῆν λεγομένου, ἄλλως μὲν τοῦ φυτοῦ, ἄλλως δὲ τοῦ ἀλόγου· καὶ τρανότητι καὶ ἀμυδρότητι τὴν διαφορὰν ἐχόντων, ἀνάλογον δηλονότι καὶ τὸ εὖ. καὶ εἰ εἴδωλον ἄλλο ἄλλου, δηλονότι καὶ τὸ εὖ ὡς εἴδωλον τοῦ εὖ. εἰ δὲ ὅτῳ ἄγαν ὑπάρχει τὸ ζῆν (τοῦτο δέ ἐστιν ὃ μηδενὶ τοῦ ζῆν ἐπιλείπει τὸ εὐδαιμονεῖν) μόνῳ ἂν τῷ ἄγαν ζῶντι τὸ εὐδαιμονεῖν ὑπάρχοι. τούτῳ γὰρ καὶ τὸ ἄριστον, εἴπερ ἐν τοῖς οὖσι τὸ ἄριστον τὸ ὄντως ἐν ζωῇ, καὶ ἡ τέλειος ζωή· οὕτω γὰρ ἂν οὐδὲ ἐπακτὸν τὸ ἀγαθὸν ὑπάρχοι, οὐδ' ἄλλο τὸ ὑποκείμενον ἀλλαχόθεν γενόμενον παρέξει αὐτὸ ἐν ἀγαθῷ εἶναι. τί γὰρ τῇ τελείᾳ ζωῇ ἂν προσγένοιτο, εἰς τὸ ἀρίστῃ εἶναι. εἰ δέ τις τὴν τοῦ ἀγαθοῦ φύσιν ἐρεῖ, οἰκεῖος μὲν ὁ λόγος ἡμῖν, οὐ μὴν τὸ αἴτιον, ἀλλὰ τὸ ἐνυπάρχον ζητοῦμεν. ὅτι δὲ ἡ τελεία ζωή, καὶ ἡ ἀληθινὴ καὶ ὄντως, ἐν ἐκείνῃ τῇ νοερᾷ φύσει· καὶ ὅτι αἱ ἄλλαι ἀτελεῖς, καὶ ἰνδάλματα ζωῆς, καὶ οὐ τελείως, οὐδὲ καθαρῶς, καὶ οὐ μᾶλλον ζωαὶ ἢ τοὐναντίον, πολλάκις μὲν εἴρηται. καὶ νῦν δὲ λεγέσθω συντόμως· ὡς ἕως ἂν πάντα τὰ ζῷα ἐκ μιᾶς ἀρχῆς ᾖ, μὴ ἐπίσης δὲ τὰ ἄλλα ζῇ, ἀνάγκη τὴν ἀρχήν, τὴν πρώτην ζωὴν καὶ τὴν τελειότητα εἶναι.

ΕΙ᾿ μὲν οὖν τὴν τελείαν ζωὴν ἔχειν οἷός τε ἄνθρωπος, καὶ ἄνθρωπος ὁ ταύτην ἔχων τὴν ζωήν, εὐδαίμων· εἰ δὲ μή, ἐν θεοῖς ἄν τις τὸ εὐδαιμονεῖν θεῖτο, εἰ ἐν ἐκείνοις μόνοις ἡ τοιαύτη ζωή. ἐπειδὴ τοίνυν καὶ ἐν ἀνθρώποις φαμὲν εἶναι τὸ εὐδαιμονεῖν

A di componũtur: neque omnino huius generis esse, sed horum omnium præstãtissimam: alioquin quomodo sit veneranda, illos assignare posse non arbitror. At verò hi quidẽ quousque naturam his inueniant meliorẽ, circa quæ nũc immorantur, permittendi sunt ibi trahere moras vbicunque libuerit, ambigentes quidnam sit bene viuere, quibus inesse potest, & quo pacto, & in quibus horum valeat reperiri.

NOS verò ab initio resumamus, quidnam B felicitatẽ existimemus. Profectò cùm felicitatẽ in vita cõstituamus, si viuere vniuocũ putaremus, omnibus animalibus felicitatis facultatem tribueremus. Bene autẽ viuere actu illa opinaremur, quibus vnũ idemque adesset, cuius animalia omnia naturaliter capacia esse valeant. Neq; sic rem huiusmodi partiremur, vt rationali quidẽ facultatẽ huius cõcederemus, irrationali verò nequaquã. Vita enim esset ipsum cõmune, quod quidẽ eiusdẽ capax ad beatitu C dinẽ consequendã esse deberet: siquidẽ in vita quadã beatitudo cõsisteret. Quapropter & qui in vita rationali beatitudinẽ fieri dicũt, non in cõmuni vita ponẽtes, non satis, vt arbitror, aduertunt, se felicitatem ponere non esse vitam. Qualitatẽ verò rationalẽ potentiã, circa quam felicitas consistit dicere cõpellentur. at subiectũ apud eos vita rationalis existit: nam circa totũ hoc felicitas ipsa versatur: quamobrẽ circa aliã vitæ speciẽ ponenda videtur. Dico autẽ D non tanquam aliæ species aduersus rationẽ distinguantur ex æquo, sed quemadmodũ dicere cõsueuimus: hoc quidẽ prius, illud verò posterius esse. Cùm igitur multifariam vita dicatur, differentiasque habeat secũdùm prima atque secunda, & deinceps: & viuere æquiuocã ratione dicatur, aliter quidẽ de plãta, aliter verò de bruto: & plenitudine atq; exiguitate differentiã habeat, certè proportione quadã analogica, tam bene viuere, quàm viuere de his o- E mnibus dicitur. Atque si alterum viuens viuẽtis alterius simulachrũ est, similiter & alter bene viuendi habitus, alterius bene viuendi simulachrum iudicari debet: sin autẽ cuicunque satis adest viuere, hoc autẽ est, quod nullã ex parte à vita deficit, felicitas cõpetit, certè soli sufficienter viuẽti felicitas aderit. huic.n. adest & optimũ: siquidẽ in ipso entiũ ordine optimum est quod verè est in vita, ipsaque est vita perfecta. Sic.n. neq; aduentitiũ erit ipsum bonũ: ne- F que aliud quicquã aliunde adueniẽs efficiet, vt subiectũ collocetur in bono. Quid.n. perfectæ vitæ ad hoc vt optima sit, est addendũ? Siquis verò ipsam boni naturã dicat addẽdã, proprius quidẽ sermo nobis erit: neque tamen causam, sed quod inest nobis inquirimus. Sæpe quidẽ, dictũ est, perfectã, veramque vitã in illa intellectuali natura vigere: alias verò imperfectas esse, vitæque imagines, neque perfectè viuere neque purè: rursus neque vitas magis esse quàm G non vitas. Et nũc summatim dictũ fuerit, quatenus omnia viuẽtia ex vno principio viuunt, neque alia æquè viuũt, necessariò sequi, ipsum viuendi principiũ primã vitã pfectioneq; esse.

SI igitur homo potest vitam perfectam habere, certè homo hanc habens est beatus: alioquin diis tantùm felicitatem attribuemus, si solis eiusmodi adest vita. Quoniam verò fatemur hominibus quoque posse inesse felicitatem:

III
Si eadẽ ratione gradusque perfectione viuerent omnia, possẽt omnia bene viuere: quia vita ipsa est ipse intellectus in aliis autẽ viuere distat ab intellectu, id est, ab ipsa vita plus quã genere

IIII
Homo potest vitã beatã assequi, quatenus cõsequitur intellectũ, quòd actu totus animus fiat intellectus.

quónam pacto id sit, nobis est cogitãdum. Dico autem ita: Quòd homo perfectam vitam habeat, non quidem si habeat sensualem solam, sed rationem quoque intellectúmque verum, ex aliis potest esse perspicuum. Sed nunquid ipse tanquam alius existens, id tanquam aliud habet? Aut certè omnino non est homo, nisi hoc vel potentia habeat, vel actu, qualem dicimus esse felicem. Sed nunquid tanquam eius partem id in ipso ponemus, dicemúsque perfectam vitæ speciem esse? Aut certè alium quidem hominem, velut partem id dicemus habere, potentia quadam habentẽ: illum verò felicem, qui iam id actu existit, ad idque peruenit, vt vnà cum hoc sit idem. Circunstare verò ipsum iam cætera: quæ quidem aliquis non tã quam partes ipsius asseuerabit, eo nolente videlicet, circunstantia: ipsius verò iam essent, si vellet esse connexa. Huic ergo quidnam est bonum? Forte ipse sibimet per id quod possidet. Quod autẽ superius extat, causa eius est, quod viget in ipso. Atque illud quidem aliter in se bonum est, alteri verò aliter adest. Testimoniũ verò hinc haberi potest, quòd qui sic est affectus, nihil vltrà desiderat. Quid enim quærat? Deteriorum quidẽ nihil: optimo autẽ est coniunctus: Qui igitur ita viuit, vitam habet sufficientem. Ac si virtute sit præditus, sufficiens ad felicitatem & ad boni possessionẽ erit. Nullum est enim bonum, quod non habeat. Quod autẽ quærit tanquã necessariũ quærit, non quidem sibi, sed suorum alicui: corpori quidẽ annexo quærit. Et si corpori viuenti, certè quæ ad ipsum pertinent, non quæ interioris sunt hominis propria. Profectò hæc planè cognoscit, atque ita dat quæ tribuit, vt nullo modo à vita sua desciscat. quamobrem in fortunis aduersis nihilominus beatus erit: permanet enim quemadmodum eiusmodi vita. præterea in domesticorũ amicorúmque obitu, quid sit mors non ignorat. Ipsi quoque qui talia patiũtur, si probi sint, idem planè nouerunt. Familiares autem, atque necessarij id patiẽtes, siquã molestiam afferant, nõ ipsi inferunt, sed ei potius quod in ipso est mente captum, cuius quidẽ molestias ꝓprias felix animus nõ accipiet.

Enumerat quæ Peripatetici huic definitioni felicitatis obiiciant.

DOLORES autem corporis, & morbi, & quæ omnino actiones impediunt, quidnam poterunt? Quinetiam si per hæc sibi minimè cõstet, quid dicendum? Id enim ex veneficiis, & morbis quibusdam fieri potest. Quónam pacto in his omnibus bene viuere, felixque esse poterit? Inopẽ quidem & abiectam fortunam missam in præsentia faciamus. Quãuis & ad hæc aspiciens aliquis, nobis forsitan aduersabitur, Priamique calamitates cõtrà adducet in medium: hæc enim etsi ferat, ac facilè ferat, non tamẽ pro voto eius eueniunt. Oportet autem vitam felicem ad votum esse. Quandoquidem probũ hominẽ non esse solum animam talem dicẽt, sed hominis ipsius substãtiæ corporis naturã annumerari. Facilè verò hoc diceret aliquis accipere, quousq; corporis passiones ad ipsum animum transferantur: rursusque corporis gratia hominem singula vel prosequi, vel declinare. Proinde cùm vitæ felici voluptas necessaria sit, quónam pacto angustiis

A τοῦτο, σκεπτέον πῶς ἐστὶ τοῦτο. λέγω δὲ ὧδε· ὅτι μὲν οὖν ἔχει τελείαν ζωὴν ἄνθρωπος, οὐκ τὴν αἰσθητικὴν μόνον ἔχων, ἀλλὰ καὶ λογισμὸν, καὶ νοῦν ἀληθινὸν, δῆλον καὶ ἐξ ἄλλων. ἀλλ' ἆρά γε ὡς ἄλλος ὢν, ἄλλο τοῦτο ἔχει, ἢ οὐδ' ἐστιν ὅλως ἄνθρωπος; μὴ οὐ καὶ τοῦτο, ἢ δυνάμει ἢ ἐνεργείᾳ ἔχων, ὃν δὴ καί φαμεν εὐδαίμονα εἶναι; ἀλλ' ὡς μέρος αὐτοῦ τοῦτο φήσομεν ἐν αὐτῷ B τὸ εἶδος τῆς ζωῆς τὸ τέλειον εἶναι; ἢ τὸν μὲν ἄλλον ἄνθρωπον, μέρος τι τοῦτο ἔχειν δυνάμει ἔχοντα· τὸν δὲ εὐδαίμονα ἤδη, ὃς δὴ καὶ ἐνεργείᾳ ἐστὶ τοῦτο, καὶ μεταβέβηκε πρὸς τὸ αὐτὸ εἶναι τοῦτο· περικεῖσθαι δ' αὐτῷ τὰ ἄλλα ἤδη. ἃ δὴ οὐδὲ μέρη αὐτοῦ ἄν τις θεῖτο, οὐκ ἐθέλοντι περικείμενα· ἦν δ' ἂν αὐτοῦ, κατὰ βούλησιν συνηρτημένα. τούτῳ τοίνυν τί ποτ' ἐστὶ τὸ ἀ- C γαθόν; ἢ αὐτὸς αὐτῷ ὅπερ ἔχει· τὸ δὲ ἐπέκεινα, αἴτιον τοῦ ἐν αὐτῷ. καὶ ἄλλως ἀγαθὸν, αὐτῷ παρὸν ἄλλως. μαρτύριον δὲ τούτου τὸ εἶναι, τὸ μὴ ἄλλο ζητεῖν τὸν οὕτως ἔχοντα. τί γὰρ ἂν καὶ ζητήσειε; τῶν μὲν γὰρ χειρόνων οὐδὲν, τῷ δὲ ἀρίστῳ σύνεστιν. αὐτάρκης οὖν ὁ βίος τῷ οὕτω ζωὴν ἔχοντι. κἂν σπουδαῖος ᾖ, αὐτάρκης εἰς εὐδαιμονίαν καὶ εἰς κτῆσιν ἀγαθοῦ. οὐδὲν D γάρ ἐστιν ἀγαθὸν ὃ μὴ ἔχει. ἀλλ' ὃ ζητεῖ, ὡς ἀναγκαῖον ζητεῖ, καὶ οὐχ αὐτῷ, ἀλλά τινι τῶν αὐτοῦ· σώματι γὰρ προσηρτημένῳ ζητεῖ, κἂν ζῶντι δὲ σώματι, τὰ αὐτοῦ ζῶντι τούτῳ, οὐχ ἃ τοιούτου τοῦ ἀνθρώπου ἐστί. καὶ γινώσκει ταῦτα, καὶ δίδωσιν ἃ δίδωσιν, οὐδὲν τῆς αὐτοῦ παραιτούμενος ζωῆς. οὐδ' ἐν τύχαις τοίνυν ἐναντίαις ἐλαττώσεται εἰς τὸ εὐδαιμονεῖν· μένει γὰρ καὶ ὡς ἡ τοιαύτη ζωή. ἀποθνησκόντων τε οἰ- E κείων καὶ φίλων, οἶδε τὸν θάνατον, ὅ, τι ἐστίν. ἴσασι δὲ καὶ οἱ πάσχοντες, σπουδαῖοι ὄντες. οἰκεῖοι δὲ καὶ προσήκοντες τοῦτο πάσχοντες, κἂν λυπῶσιν, οὐκ αὐτὸν, τὸ δ' ἐν αὐτῷ νοῦν οὐκ ἔχον, οὗ τὰς λύπας οὐ δέξεται.

ΑΛΓΗΔΟΝΕΣ δ' ἔτι καὶ νόσοι, καὶ τὰ ὅλως κωλύοντα ἐνεργεῖν; εἰ δὲ μὴ δ' αὐτῷ παρακολουθοῖ; γένοιτο γὰρ ἂν, καὶ ἐκ φαρμάκων καί F τινων νόσων, πῶς δὴ ἐν τούτοις ἅπασι τὸ ζῆν εὖ καὶ τὸ εὐδαιμονεῖν ἂν ἔχοι; πενίας γὰρ καὶ ἀδοξίας ἐατέον. καί τοι καὶ πρὸς ταῦτα ἄν τις ἀποβλέψας ἐπιστήσειε, καὶ πρὸς τὰς πολυθρυλλήτους αὖ μάλιστα πριαμικὰς τύχας. ταῦτα γὰρ εἰ καὶ φέροι, καὶ ῥᾳδίως φέροι, ἀλλ' οὐ βουλητά γε ἦν αὐτῷ. δεῖ δὲ βουλητὸν τὸν εὐδαίμονα βίον εἶναι, ἐπεὶ οὐδὲ τοῦτον εἶναι τὸν σπουδαῖον, ψυχὴν G τοιάνδε, μὴ συναριθμεῖσθαι δ' αὐτοῦ τῇ οὐσίᾳ τὴν σώματος φύσιν. ἑτοίμως γὰρ τοῦτο φαῖεν ἂν λαμβάνειν, ἕως ἂν αἱ τοῦ σώματος πείσεις, πρὸς αὐτὸν ἀναφέρωνται, καὶ αὖ καὶ αἱ αἱρέσεις καὶ φυγαὶ διὰ τοῦτο γίγνωνται αὐτῷ. ἡδονῆς δὲ συναριθμουμένης τῷ εὐδαίμονι βίῳ, πῶς ἂν

λυπηρὸν

λυπηρὸν διὰ τύχας καὶ ὀδύνας ἔχων εὐδαίμων εἴη, ὅτῳ ταῦτα σπουδαίῳ ὄντι γίγνοιτο; ἀλλὰ θεοῖς μέν, ἡ τοιαύτη διάθεσις, εὐδαίμων καὶ αὐτάρκης· ἀνθρώποις δὲ προσθήκην τοῦ χείρονος λαβοῦσι, περὶ ὅλον χρὴ τὸ γινόμενον τὸ εὔδαιμον ζητεῖν, ἀλλὰ μὴ περὶ μέρος, ὃ ἐκ θατέρου κακῶς ἔχοντος ἀναγκάζοιτο ἂν καὶ θάτερον τὸ κρεῖττον ἐμποδίζεσθαι πρὸς τὰ αὐτοῦ, ὅτι μὴ καὶ τὰ ἑτέρου καλῶς ἔχει· ἢ ἀπορρήξαντα δεῖ σῶμα, ἢ καὶ αἴσθησιν τὴν σώματος, οὕτω τὸ αὔταρκες ζητεῖν πρὸς τὸ εὐδαιμονεῖν ἔχειν.

ΑΛΛ' εἰ μὲν τὸ εὐδαιμονεῖν ἐν τῷ μὴ ἀλγεῖν, μηδὲ νοσεῖν, μηδὲ δυστυχεῖν, μηδὲ συμφοραῖς μεγάλαις περιπίπτειν ἐδίδου ὁ λόγος, οὐκ ἦν τῶν ἐναντίων παρόντων, εἶναι ὁντινοῦν εὐδαίμονα. εἰ δὲ ἐν τῇ τοῦ ἀληθινοῦ ἀγαθοῦ κτήσει τοῦτό ἐστι κείμενον, τί δεῖ παρέντας τοῦτο, καὶ τὸ πρὸς τοῦτο βλέποντας κρίνειν τὸν εὐδαίμονα, τὰ ἄλλα ζητεῖν ἃ μὴ ἐν τῷ εὐδαιμονεῖν ἠρίθμηται; εἰ μὲν γὰρ συμφόρησις ἦν ἀγαθῶν καὶ ἀναγκαίων, ἢ καὶ οὐκ ἀναγκαίων, ἀλλ' ἀγαθῶν καὶ τούτων λεγομένων, ἐχρῆν καὶ ταῦτα παρεῖναι ζητεῖν· εἰ δὲ τὸ τέλος ἕν τι εἶναι, ἀλλ' οὐ πολλὰ δεῖ (οὕτω γὰρ ἂν οὐ τέλος, ἀλλὰ τέλη ἂν ζητοῖ) ἐκεῖνο χρὴ λαμβάνειν μόνον, ὃ ἔσχατόν τέ ἐστι καὶ τιμιώτατον, καὶ ὃ ἡ ψυχὴ ζητεῖ ἐν αὐτῇ ἐγκολπίσασθαι. ἡ δὲ ζήτησις αὕτη καὶ ἡ βούλησις, οὐχὶ τὸ μὴ ἐν τούτῳ εἶναι· ταῦτα γὰρ * οὐκ αὐτῇ φύσει, ἀλλὰ παρόντα μόνον φεύγει ὁ λογισμὸς * ἀποικονομούμενος, ἢ καὶ προσλαμβάνων ζητεῖ. αὕτη δὲ ἡ ἔφεσις, πρὸς τὸ κρεῖττον αὐτῆς οὗ ἐγγενομένου, ἀποπεπλήρωται καὶ ἔστη, καὶ οὗτος ὁ βουλητὸς ὄντως βίος. τῶν δ' ἀναγκαίων τι παρεῖναι, οὐ βούλησις ἂν εἴη, εἰ κυρίως τὴν βούλησιν ὑπολαμβάνοι, ἀλλὰ μὴ καταχρώμενος ἄν τις λέγοι, ἐπειδὴ καὶ ταῦτα παρεῖναι ἀξιοῦμεν, ἐπεὶ καὶ ὅλως τὰ κακὰ ἐκκλίνομεν. καὶ οὐ δή που βουλητόν, τὸ τῆς ἐκκλίσεως τῆς τοιαύτης. μᾶλλον γὰρ βουλητὸν τὸ μηδὲ δεηθῆναι τῆς ἐκκλίσεως τῆς τοιαύτης. μαρτυρεῖ δὲ καὶ αὐτά, ὅταν παρῇ· οἷον ὑγίεια, καὶ ἀνωδυνία. τί γὰρ τούτων ἐπαγωγόν ἐστι; καταφρονεῖται γοῦν ὑγίεια παροῦσα καὶ τὸ μὴ ἀλγεῖν. ἃ δὲ παρόντα μὲν οὐδὲν ἐπαγωγὸν ἔχει, οὐδὲ προστίθησί τι πρὸς τὸ εὐδαιμονεῖν, ἀπόντα δὲ διὰ τὴν τῶν ἐναντίων λυπούντων παρουσίαν ζητεῖ, εὔλογον ἀναγκαῖα, ἀλλ' οὐκ ἀγαθὰ φάσκειν εἶναι. οὐδὲ συναριθμητέα τοίνυν τῷ τέλει, ἀλλὰ καὶ ἀπόντων αὐτῶν, καὶ τῶν ἐναντίων παρόντων, ἀκέραιον τὸ τέλος τηρητέον.

* οὐκ αὐτῇ φύσει

* ἀποσκευαζόμενος.

ΔΙΑ τί οὖν ὁ εὐδαιμονῶν ταῦτα ἐθέλει παρεῖναι, καὶ τὰ ἐναντία ἀποθεῖται; ἢ φήσομεν, οὐχ ὅτι παρὸν τὸ εὐδαιμονεῖν εἰσφέρεταί τινα μοῖραν, ἀλλὰ μᾶλλον πρὸς τὸ εἶναι· τὰ δὲ ἐναντία τούτων, ἢ πρὸς τὸ μὴ εἶναι, ἢ ὅτι ἐνοχλεῖ τῷ τέλει παρόντα, οὐχ ὡς ἀφαιρούμενα αὐτό, ἀλλ'

A & doloribus circumuentus felix erit? etiam si bonus sit is, quem aduersitas eiusmodi presserit? Atqui diis quidem perfectus ipse mentis solius habitus felix, atque sufficiens. Hominibus autem quorum animis deterius aliud est adiunctum, circa totum compositum est quærenda felicitas, non autem circa alteram duntaxat partem, quamuis præstantiorem: quæ quotiens altera malè se habet, necessariò officia sua exequi prohibetur. Alioquin corpus, vel cor-
B poris sensum oportet abiicere, atque ita ad felicitatem nobis sufficientiam quærere.

VI

Respondet obiectionibus, quòd finis vltimus sit bonum simplex, scilicet intelligibile: cætera verò non finis, sed ad finem.

AT si felicitas in non dolendo, & non ægrotando, & non periclitando, neque in magnas aduersitates incidendo ratio collocasset, nemo felix contrariis imminentibus esse posset. Sin autem in ipsa veri boni possessione id positum est: quidnam oportet hoc prætereuntes, & quod præterea accedit prospicientes, iudicare felicem, alia insuper quærere, quæ in fe-
Cùm in tempore connumeremus præteritum & futurum vnà cum præſenti, atque ita plus temporis ſpatium appellemus: cur non ita in felicitate facimus? Concludit, licere nobis in longitudine temporis non ens cum ente connumerare: ſiquidem ratio ipſa temporis in numero quodam, fluxúque verſatur. Numerantur autem etiam quæ nõ amplius ſunt, ſed quæ iandiu præterierunt. Item in omni fluxu ens quaſi cum non ente coniungitur: ſiquidem momentum præſens quod ens quodammodo dicitur, inter præteritum quod non eſt amplius, & futurum quod nondum eſt, medium incidit. Negat autem in ipſa felicitatis natura idem fieri: ſiquidem ratio eius in vita præſenti & actu ſtabili æternitatis munus quodammodo iam conſecuto conſiſtit. Alioquin ſi adhuc quodam motu temporéque diſcurrit, nondum eſt habitus abſolutus: nondum animus conſecutus eſt finem. Cùm ergo felicitatis ratio præſens ipſum, ſtatúmque includat, nimirum computationem à ſe temporariam procul excludit. Iam verò cùm æternitas ſit primæ eſſentiæ, ipſiusq; entis vita, ſiue in prima mente ſit, ſiue iam alicui menti communicata, nullo modo aliquid nõ entis admittit. temporalem itaque fluxum à ſe prorſus expellit. In vita igitur æterna actus eſt vnus & ſtabilis, ſed in tempore ſiue penes animam, ſiue deinde in corpore actus & multi ſunt, & fluxu quodam ſibi inuicem ſuccedentes: ſicut in medio circulo punctum eſt vnum, atque ſtabile, à quo diuerſa ad circumferentiam per longitudinem linearẽ producuntur puncta mobilia. Vbi videtur & vnum in plura diſperſum: & ſtatus iam progreßus in motum. Summatim concludit, beatam vitam eſſe vitam optimam: hanc verò eſſe vitam ipſius entis, ſiue (vt dixi) in communi mente per ſeipſam ſit, ſiue in ſua cuiuſque mente ſemper inde communicata, ſiue in facultate rationali inde rurſus communicata quandoque: & vbique æternam ſeruare conditionem: præſertim cùm optimus vitæ gradus qui & finis rationem habet, non in motu amplius ſed in ſtatu ſit poſitus. Denique ipſum præſens æternitatis non eſſe idem, quod & temporis præſens: nam in tempore multa præſentia, indiuiduáque momenta ſic ſe habent, vt aliud ſit extra aliud. In æternitate verò præſens eſt vnicum, omnia præſentia temporis ſimul includens: ſicut & ſigna in circumferentia multa inter ſe diſtantia. Vnicum verò in medio ſignum cuncta linearum à circumferentia venientium ſigna concludit.

Quæſtiones tres.

Quæſtiones reliquæ tres facilè tum per ſe, tum per ſuperiores intelliguntur, atque ſoluuntur. Ex omnibus
tandẽ colligitur, vitam perfectè beatam eſſe vitam, non actionibus exterioribus occupatam, ſed
in ipſa mente collectam: nõ idem ex multis intelligentiæ actibus, ſiue
præteritis, ſiue præſentibus congregatam, ſed int ntam
prorſus in vnum præſentem, ſtabilem propriæ
mentis actum: actum inquam, mente
diuina formatum, pérque diuinam mentem, ipſo ſuper
mentem bono
fruentem.

ΠΛΩΤΙΝΟΥ

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Α

ΛΟΓΟΣ Ε.

PLOTINI

ENNEAD. PRIMAE

LIBER V.

ΠΕΡῚ τοῦ εἰ εὐδαιμονεῖν ἐπίδοσιν χρόνῳ λαμβάνει.

Vtrum beatitudo tempore suscipiat incrementum.

A Εἰ τὸ εὐδαιμονεῖν ἐπίδοσιν τῷ χρόνῳ λαμβάνει, τοῦ εὐδαιμονεῖν ἀεὶ κατὰ τὸ ἐνεστὸς λαμβανομένου; οὐδὲ γὰρ ἡ μνήμη τοῦ εὐδαιμονῆσαι ποιεῖ ἄν τι· οὐδὲ τῷ λέγειν, ἀλλ᾽ ἐν τῷ διακεῖσθαί πως τὸ εὐδαιμονεῖν. ἡ δὲ διάθεσις ἐν τῷ παρεῖναι, καὶ ἡ ἐνέργεια τῆς ζωῆς.

B Εἰ δ᾽ ὅτι ἐφιέμεθα ἀεὶ τοῦ ζῆν καὶ τοῦ ἐνεργεῖν, τὸ τυγχάνειν τοῦ τοιούτου εὐδαιμονεῖν λέγοι μᾶλλον· πρῶτον μὲν οὕτω καὶ ἡ αὔριον εὐδαιμονία μείζων ἔσται, καὶ ἡ ἑξῆς ἀεὶ τῆς προτέρας, καὶ οὐκ ἔτι μετρηθήσεται τὸ εὐδαιμονεῖν τῇ ἀρετῇ. ἔπειτα καὶ οἱ θεοὶ νῦν μᾶλλον * εὐδαιμονήσουσιν ἢ πρότερον, καὶ οὔπω τέλεον, καὶ οὐδέποτε τέλεον. ἔπειτα καὶ ἡ ἔφεσις λαβοῦσα τὴν * ποῦ ζῆν, τὸ παρὸν εἴληφε, καὶ ἀεὶ τὸ παρόν, καὶ ζητεῖ τὸ ἕως ἂν * ᾖ, τὸ εὐδαιμονεῖν ἔχειν. ἡ δὲ ἔφεσις τοῦ ζῆν τὸ εἶναι ζητοῦσα, τοῦ παρόντος ἂν εἴη, εἰ τὸ εἶναι ἐν τῷ παρόντι. εἰ δὲ τὸ μέλλον καὶ τὸ ἐφεξῆς θέλει, ὃ ἔχει, θέλει καὶ ὅ ἐστιν, οὐχ ὃ παρελήλυθεν, οὐδ᾽ ὃ μέλλει, ἀλλ᾽ ὃ ἤδη ἐστί, τοῦτο εἶναι· οὐ τὸ εἰσαεὶ ζητοῦσα, ἀλλὰ τὸ παρὸν ἤδη, εἶναι ἤδη.

Marg.: * εὐδαιμονοῦσι. * τοῦ εἶναι ἕξιν. * ἐὰν.

D Τί οὖν τὸ πλείονα χρόνον εὐδαιμόνησε, καὶ πλείονα χρόνον εἶδε τοῖς ὄμμασι τὸ αὐτό; εἰ μὲν γὰρ ἐν τῷ πλείονι τὸ ἀκριβέστερον εἶδε, πλέον ἄν τι ὁ χρόνος αὐτῷ εἰργάσατο. εἰ δὲ ὁμοίως διὰ παντὸς εἶδε τὸ ἴσον, καὶ ὁ ἅπαξ θεασάμενος ἔχει.

E Ἀλλὰ πλείονα ἅτερος ἥσθη χρόνον. ἀλλὰ τοῦτο οὐκ ἂν ὀρθῶς ἔχοι ἀριθμεῖν εἰς τὸ εὐδαιμονεῖν. εἰ δὲ τὴν ἡδονὴν λέγει τις τὴν ἐνέργειαν τὴν ἀνεπόδιστον, τὸ αὐτὸ τῷ ζητουμένῳ λέγει. καὶ ἡ ἡδονὴ δὲ * ἡ πλεῖον, ἀεὶ τὸ παρὸν μόνον ἔχει. τὸ δὲ παρεληλυθὸς αὐτῆς οἴχεται. Τί οὖν εἰ ὁ μέν, ἐξ ἀρχῆς εὐδαιμόνησεν εἰς τέλος,

Marg.: * πλεῖον.

QVÆRENDVM est, nũquid felicitas tẽpore suscipiat incrementũ, cùm beatum esse semper secundùm præsens accipiatur? Profectò neque felicitatis prætetitæ recordatio momenti quicquã habet: neq; in dicẽdo, sed in affectione quadã beatitudo consistit. Affectio verò in qualitate præsenti posita est, actio quoque vitæ. *Quæstio 1.*

AT si quis ex eo quòd viuere, atque agere semper appetimus, id assequi felicitatem potius esse dicat, sic est respondendum. Primò quidem, si ita sit, felicitas crastina maior erit, & quæ deinceps, semper antecedente maior: neque felicitatem virtus ipsa vlterius metietur. deinde dij quoque feliciores nunc erunt quàm consueuerint: neque dum perfecta felicitas erit, neq; esse perfecta poterit vnquã. Præterea appetitus voto potius pręsens aliquid est adeptus, semperque ad ipsum præsens annititur: & quandiu est, ita semper esse in felicitate requirit. Appetitio verò viuendi esse perquirens, præsens quiddam proculdubiò quærit: siquidem esse in præsenti est oppositum. Quòd si futurũ, & quod deinceps sequitur appetat, quod habet iam, quòdve est, desiderat: non quod præteriit, neque quod est futurum, imò quod iam est, id existere: non sempiternam protractionem, siue processionem quærens, sed quod iam præsens adest, id adesse. *Quæstio 2.*

QVID ergo de illo dicemus, qui plurimum tempus vixit felix? idemque spectaculum diutissimè est intuitus? Profectò si longiori in tempore perspicacius vidit, plus aliquid ipsi longitudo temporis attulit: sin autem vniuerso in tẽpore vidit similiter, certè nihil proficit, & qui semel est intuitus, æquè reportat. *Quæstio 3.*

AT dixerit quispiã, alterũ esse diutius oblectatũ. sed hoc in felicitate cõnumerare nõ licet: nisi fortè quis voluptate nominet actionẽ intelligẽtiæ expeditam. Hic .n. idẽ quo nos quęrimus, dixerit. Proinde voluptas longior semper præsens habet solum: quod autẽ ex ea præteritum dicitur, iam prorsus euanuit. *Quæstio 4.*

CAETERVM quidnam dicemus si alius quidem ab initio ad finem vsque beatè vixit:

alius autem in posterum tantùm? alius deniq; olim felix, iam felix esse desierit? Nunquid pariter esse felices? Profectò huiusmodi comparatio non inter eos qui omnes felices sint, efficitur. Sed in ipsa quidem non felices, scilicet quando non sunt felices, cum felici aliquo conferũtur. Siquid ergo plus possidet, id certè possidet, quantum felix aduersus homines non felices: cui quidem id contigit, vt præsenti quodam alios superaret.

Quæstio 6. QVID ergo? Miser nónne longiore tẽpore fit miserior? Et alia quotcunque molesta, nónne tempore longiore maiorem afferunt calamitatem: velut angustiæ, molestiæque diuturnæ, ac cætera generis eiusdem? Quòd si hæc ita tempore malum augent, cur non & opposita augent quoque felicitatem? Fortè verò circa molestias & angustias licet dicere, augmentum tempore fieri: vt in morbis. morbus enim efficitur habitus; corpusque ipsum tempore magis inficitur. alioquin si maneret idem, neq; maius accideret detrimẽtum, hic quoque præsens ipsum semper esset, quod molestum, nisi quis præteritum annumerarit: respiciẽs videlicet in id quod actum est, atque quod manet: adeò vt in habitu quoque miseri malum in tẽpus productius augeatur, adaucta videlicet prauitate in eo quod permanet, quatenus permanet. Quapropter miseria maior nõ productiore tempore, imò verò maioris gradus adiunctione prouenire videtur. Plus autem ipsum simul forsitan non existit: neque omnino plus est dicendum, dum quod non est, ei quod est, simul annumeratur. Ipsa verò felicitatis natura certum quendam semperque eundem possidet terminũ. Iam verò si & hic ex ipsa temporis longitudine profectus adueniat, adeò vt virtute proficiendo, felicitate quoque proficiatur, non diuturnam quasi multos per annos dinumerãtes probamus felicitatẽ, imò eam quæ magis tunc facta. dicitur, quando magis existit.

Quæstio 7. CÆTERVM cur nam, si præsens solum spectare oportet, neque connumerare, peracto non in tempore quoque idem faciamus, sed præteritum præsenti connumerantes, plus temporis spatiũ appellamus? Curnon igitur, quantum tempus est, tantam quoque esse dicimus felicitatem? Fortè enim secundùm temporis ipsius diuisiones beatitudinem partiri licet. Nam si solo præsenti metiamur, indiuiduam faciemus. Forsan verò haud absurdũ fuerit numerare tempus etiam nondum existens. Quippe cùm eorum etiam quæ præterîere, neque sunt amplius, numerum computamus, ceu numerum defunctorum. Felicitatem verò iam præteritam nec amplius existentem, siquis velut præsentem præsenti plurem dixerit, aberrabit: beatitudinem namque contigisse censeret. Tempus autem longius vltra præsens nihil aliud, qàm nondum esse dicendum est. Omnino autem temporis interuallũ productum longius dispersionem alicuius vnius, quod in præsenti est, quodammodo machinatur. Quapropter rectè dicitur æternitatis imago, dispersione sua id quod in æternitate permanens est, disperdere cupiens. Ideoque si ab æternitate permanens ipsum tollatur, fiatque temporis, protinus euanescet, eatenus videlicet

A ὁ δὲ τὸν ὕστερον χρόνον, ὁ δὲ πρότερον εὐδαιμονήσας μετέβαλεν, ἔχουσι τὸ ἴσον; ἢ ἐνταῦθα ἡ παραβολὴ οὐκ εὐδαιμονούντων γεγένηται πάντων, ἀλλὰ μὴ εὐδαιμονούντων, ὅτε μὴ εὐδαιμόνουν, πρὸς εὐδαιμονοῦντα. εἴτοι οὖν πλεῖον ἔχοι, τοῦτο ἔχει ὅσον ὁ εὐδαίμων πρὸς οὐκ εὐδαίμονας, ᾧ καὶ συμβαίνει πλεονεκτεῖν αὐτοὺς τῷ παρόντι.

B ΤΙ' οὖν ὁ κακοδαίμων, οὐ μᾶλλον κακοδαίμων τῷ πλείονι; καὶ τὰ ἄλλα δὲ ὅσα δυσχερῆ, οὐκ ἐν τῷ πλείονι χρόνῳ πλείω τὴν συμφορὰν δίδωσιν, οἷον ὀδύναι πολυχρόνιοι, καὶ λῦπαι, καὶ πάντα τὰ τούτων τοῦ τύπου; ἀλλ' εἰ ταῦτα οὕτω τῷ χρόνῳ τὸ κακὸν ἐπαύξει, διατί οὐ καὶ τὰ ἐναντία, καὶ τὸ εὐδαιμονεῖν ὡσαύτως; ἢ ἐπὶ μὲν τῶν λυπῶν καὶ ὀδυνῶν ἔχοι ἄν τις λέγειν, ὡς προσθήκην ὁ χρόνος δίδωσιν· οἷον τὸ ἐπιμένειν τὴν νόσον, ἕξις
C γὰρ γίνεται, καὶ κακοῦται μᾶλλον τῷ χρόνῳ τὸ σῶμα· ἐπεὶ εἴγε τὸ αὐτὸ μένοι, καὶ μὴ μείζων ἡ βλάβη, καὶ ἐνταῦθα τὸ παρὸν ἀεὶ, τὸ λυπηρὸν ἔσται· εἰ μὴ τὸ παρεληλυθὸς προσαριθμοῖ, ἀφορῶν εἰς τὸ γενόμενον καὶ μένον, ἐπί τε τῆς κακοδαίμονος ἕξεως, τὸ κακὸν εἰς τὸν πλείονα χρόνον ἐπιτείνεσθαι, αὐξομένης καὶ τῆς κακίας τῷ ἐμμόνῳ. τῇ γοῦν προσθήκῃ τοῦ μᾶλλον οὐ τῷ πλείονι
D ἴσως, τὸ μᾶλλον κακοδαιμονεῖν γίνεται. τὸ δὲ πλεῖον ἴσον οὐχ ἅμα ἐστὶν, οὐδὲ δὴ πλεῖον ὅλως λεκτέον τὸ μηκέτι ὂν τῷ ὄντι συναριθμοῦντα. τὸ δὲ τῆς εὐδαιμονίας, ὅρον τε καὶ πέρας ἔχει, καὶ ταυτὸν ἀεί. εἰ δέ τις καὶ ἐνταῦθα ἐπίδοσις παρὰ τὸν πλείονα χρόνον, ὥστε μᾶλλον εὐδαιμονεῖν εἰς ἀρετὴν ἐπιδιδόντα μείζονα, οὐ τὴν πολυετῆ εὐδαιμονίαν ἀριθμῶν ἐπαινεῖ, ἀλλὰ τὴν μᾶλ-
E λον γενομένην τότε, ὅτε μᾶλλον ἐστίν.

ἈΛΛᾺ διατί, εἰ τὸ παρὸν θεωρεῖν δεῖ μόνον, καὶ μὴ συναριθμεῖν τῷ γενομένῳ, οὐκ ἐπὶ τοῦ χρόνου τὸ αὐτὸ ποιοῦμεν, ἀλλὰ καὶ τὸν παρεληλυθότα τῷ παρόντι συναριθμοῦντες, πλείω λέγομεν; διατί οὖν οὐχ ὅσος ὁ χρόνος, τοσαύτην καὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἐροῦμεν; καὶ διαιροῖμεν ἂν κατὰ τὰς τοῦ χρόνου διαιρέσεις καὶ τὴν εὐδαιμονίαν. καὶ γὰρ * αὖ *αὐτῷ
F τῷ παρόντι μετροῦντες, ἀδιαίρετον αὐτὴν ποιήσομεν. ἢ τὸν μὲν χρόνον ἀριθμεῖν καὶ μηκέτι ὄντα οὐκ ἄτοπον, ἐπείπερ καὶ τῶν γενομένων μὲν, μηκέτι δὲ ὄντων, ἀριθμὸν ἂν ποιησαίμεθα, οἷον τῶν τετελευτηκότων. εὐδαιμονίαν δὲ μηκέτι οὖσαν παρεῖναι λέγειν τῆς παρούσης πλείονα, ἄτοπον· τὸ μὲν γὰρ εὐδαιμονεῖν, συμβεβηκέναι ἀξιοῖ. ὁ δὲ χρόνος ὁ πλείων παρὰ τὸν παρόντα, τὸ μηκέτι εἶναι. ὅλως δὲ τοῦ χρόνου τὸ πλέον, σκέδασιν βού-
G λεται ἑνός τινος ἐν τῷ παρόντι ὄντος. διὸ καὶ εἰκὼν αἰῶνος εἰκότως λέγεται, ἀφανίζειν βουλομένη ἐν τῷ σκιδναμένῳ αὐτῆς τὸ ἐκείνου μένον. ὅθεν κἂν ἀπὸ τοῦ αἰῶνος ἀφέληται τὸ ἐν ἐκείνῳ μεῖναν ἂν, καὶ αὑτῆς ποιήσεται, ἀπώλεσεν τ' αὐ-

τὸ, σωζο-

*σωζόμενον

τὸ, *σωζομένου πως ἐκείνῳ τρόπον τινα. ἀπολόμενον δὲ ἐν αὐτῇ, εἰ πᾶν γίνοιτο. εἴπερ οὖν τὸ εὐδαιμονεῖν κατὰ ζωὴν ἀγαθήν, δηλονότι κατὰ τὴν τοῦ ὄντος αὐτὴν θετέον ζωήν· αὕτη γὰρ ἀρίστη. οὐκ ἄρα ἀριθμητέα χρόνῳ, ἀλλ᾽ αἰῶνι. τοῦτο δὲ οὔτε πλέον, οὔτε ἔλαττον, οὔτε μήκει τινί, ἀλλὰ τὸ τοῦτο, καὶ τὸ ἀδιάστατον, καὶ τὸ οὐ χρονικὸν εἶναι. οὐ συναπτέον τοίνυν τὸ ὂν τῷ μὴ ὄντι, οὐδὲ τῷ αἰῶνι τὸν χρόνον, οὐδὲ τὸ χρονικὸν δὲ ἀεὶ τῷ αἰῶνι, οὐδὲ παρεκτατέον ἀδιάστατον, ἀλλὰ πᾶν ὅλον ληπτέον, εἴ ποτε λαμβάνοις· λαμβάνων, οὐ τοῦ χρόνου τὸ ἀδιαίρετον, ἀλλὰ τοῦ αἰῶνος τὴν ζωήν, τὴν οὐκ ἐκ πολλῶν χρόνων, ἀλλὰ τὴν ἐκ παντὸς χρόνου πᾶσαν ὁμοῦ.

ΕΙ᾽ δέ τις λέγοι τὴν μνήμην τῶν παρεληλυθότων ἐν τῷ ἐνεστηκότι μένουσαν παρέχεσθαι τὸ πλέον τῷ πλείονα χρόνον ἐν τῷ εὐδαιμονεῖν γεγενημένῳ, τί ἂν τῆς μνήμης λέγοι; ἢ γὰρ φρονήσεως μνήμη τῆς πρόσθεν γεγενημένης, ὥστε φρονιμώτερον ἂν λέγοι, καὶ οὐκ ἂν τηροῖ τὴν ὑπόθεσιν· ἢ τῆς ἡδονῆς τὴν μνήμην, ὥσπερ πολλῆς περιχαρείας δεομένου τοῦ εὐδαίμονος, καὶ οὐκ ἀρκουμένου τῇ παρούσῃ. καίτοι, τί ἂν ἡδὺ ἡ μνήμη τοῦ ἡδέως ἔχοι; ὥσπερ ἄν, εἰ μνημονεύοι τις ὅτι ἐχθὲς ἐπὶ ὄψῳ ἥσθη. ἢ εἰς δέκατον ἔτος, ἔτι ἂν εἴη γελοιότερος. τὸ δὲ τῆς φρονήσεως, ὅτι πέρυσιν ἐφρόνουν.

ΕΙ᾽ δὲ τῶν καλῶν εἴη ἡ μνήμη, πῶς οὐκ ἐνταῦθα λέγοιτο ἄν τι; ἀλλὰ ἀνθρώπου ἐστὶ τοῦτο ἐλλείποντος τοῖς καλοῖς ἐν τῷ παρόντι, καὶ τῷ μὴ ἔχειν νῦν, ζητοῦντος τὴν μνήμην τῶν γεγενημένων.

ΑΛΛ᾽ ὁ πολὺς χρόνος πολλὰς ποιεῖ καλὰς πράξεις, ὧν ἄμοιρος ὁ πρὸς ὀλίγον εὐδαίμων. εἰ δεῖ λέγειν, ὅλως εὐδαίμονα, τὸν οὐ διὰ πολλῶν τῶν καλῶν. ἢ ὃς ἐκ πολλῶν, τὸ εὐδαιμονεῖν, καὶ χρόνων καὶ πράξεων λέγει, ἐκ τῶν μηκέτι ὄντων, ἀλλ᾽ ἐκ τῶν παρεληλυθότων, καὶ ἑνός τινος τοῦ παρόντος, τὸ εὐδαιμονεῖν συνίστησιν. διὸ κατὰ τὸ παρὸν ἐθέμεθα τὸ εὐδαιμονεῖν. εἶτα ἐζητοῦμεν, εἰ μᾶλλον τὸ ἐν πλείονι, εὐδαιμονῆσαι μᾶλλον ἐστί. τοῦτο οὖν ζητητέον, εἰ ταῖς πράξεσι ταῖς πλείοσι πλεονεκτεῖν τὸ ἐν πολλῷ χρόνῳ εὐδαιμονεῖν. πρῶτον μὲν οὖν ἐστι, καὶ μὴ ἐν πράξεσι γινόμενον εὐδαιμονεῖν, καὶ οὐκ ἔλαττον, ἀλλὰ μᾶλλον τοῦ πεπραγότος. ἔπειτα αἱ πράξεις οὐκ ἐξ αὑτῶν τὸ εὖ διδόασιν, ἀλλ᾽ αἱ διαθέσεις, καὶ τὰς πράξεις καλὰς ποιοῦσι. καρποῦταί τε ὁ φρόνιμος τὸ ἀγαθὸν καὶ πράττων, οὐχ ὅτι πράττει, οὐδ᾽ ἐκ τῶν συμβαινόντων, ἀλλ᾽ ἐξ οὗ ἔχει. ἐπὶ καὶ ἡ σωτηρία τῆς πατρίδος γένοιτο ἂν καὶ παρὰ φαύλου, καὶ τὸ ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς πατρίδος ἡδύ, καὶ ἄλλου πράξαντος γένοιτο ἂν αὐτῷ. οὐ τοίνυν τοῦτό ἐστι τὸ ποιοῦν τὴν τοῦ εὐδαίμονος ἡδονήν, ἀλλ᾽

A saluum, quatenus quodammodo in æternitate seruatur: euanescens verò, si totum fiat in tempore. Si ergo felicitas in vita bona consistit: certè vita ipsa bona, in vita existentis siue entis ipsius est collocanda. hæc enim optima est. non ergo tempore numeranda est, sed æternitate censenda. Id verò neque plus est, neque minus: neque longitudine quadam constat, sed in eo quod & hoc ipsum, & indistās, & præter tempus existit. B Quamobrem neque existēs non existenti in vnum decet coniungere, neq; æternitati tempus, neque quod in tēpore sempiternum æternitati, neque quod indistans in diuersa protendere. imò id omne si quando acceperis, totum accipiendum. Quando inquā acceperis non indiuiduum quiddam temporis proprium, sed æternitatis vitam, non ex tēporibus multis coaceruatam, sed ab vniuerso seculo simul totam.

C SI QVIS autem dixerit, præteritorū memoriam in præsenti manētem aliquid plus afferre ei viro, qui plus temporis in beatitudine vixit: interrogandus erit, quidnam de memoria ipsa significet? Vel enim sapientiæ memoria iam præteritæ hic significatur: quapropter sapientiorem hunc appellaret, neque seruaret propositum? Vel memoria voluptatis, perinde ac si oblectationibus multis beatus indigeat, neque præsenti gaudio sit contentus. D Præterea quidnam iocūditatis affert voluptatis actæ memoria? ceu si quis se obsonium heri cum voluptate gustasse meminerit: ac si ante decennium, magis adhuc deridendus erit. similiter quoque si anno præterito sapientiam se habuisse meminerit. *Quæstio 8.*

SIN autem bonorum honestorúmve sit recordatio, cur non aliquid conferat? At istud hominis est, bonis, honestisve in præsente carētis: atq; ꝑpterea quòd nūc minimè habeat, quærentis eorum, quæ præteriere memoriā. *Quæstio 9.*

E AT enim longum tempus multis præclarisque actionibus prębet occasionem: qua quidem priuatus erit, qui felix breui tempore vixerit. Ad hæc vtique dicendum est omnino felicem non ob præclaras actiones, atque multas: Alioquin quisquis felicitatem ex multis tam temporibus, quàm actionibus dicat accumulandam, ex his quæ non amplius sunt, sed ex transactis, atque vno quodam præsente felicitatem coaceruabit. F Quamobrem in pręsenti quodam beatitudinem collocauimus. Deinde quæsiuimus, num id quod magis dicitur, in quodam pluri consistat: atque ita maior quoque contingat felicitas? Hoc ergo quærendū: nunquid temporis multi felicitas in eo duntaxat excellat, quòd actionibus multis abundet? Primò quidem fieri potest, vt qui actionibus nullis incumbit, sit beatus, neque minus quidem, imò verò magis eo, qui actionibus fuerit occupatus: G deinde actiones non ex seipsis bonum afferunt, sed affectiones ipsæ actiones efficiunt bonas. Iam verò sapiens bono potitur etiam agens, non quia videlicet agat, neque ex his quæ accidūt, sed ex eo quod possidet. Quādoquidem & salus patriæ potest vel à prauo aliquo prouenire. Ipsa quinetiā in patria seruāda iocūditas etiam aliud agēte percipi potest. Itaq; non hoc est quod felicis efficit voluptatem: imò *Quæstio 10*

verò habitus ipse, & voluptatē eiusmodi parit, A & prẹstat felicitatē. Ac si quid contingit iucundum, per se ipsam facit eiusmodi. In actionibus autem externis felicitatem ponere, nihil aliud est quàm in his quæ extra virtutē sunt, & extra animam collocare. Ipsa enim propria animi actio consistit in sapientia: adeò vt in se ipso sic agat: idque est feliciter agere.

ἡ ἕξις δὲ τὴν εὐδαιμονίαν καὶ εἴ τι ἡδὺ δι' αὐτὴν ποιεῖ. τὸ δ' ἐν ταῖς πράξεσι τὸ εὐδαιμονεῖν τίθεσθαι, ἐν τοῖς ἔξω τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς ψυχῆς ἐστι τιθέντος· ἡ γὰρ ἐνέργεια τῆς ψυχῆς ἐν τῷ φρονῆσαι, καὶ ἐν ἑαυτῇ ὧδι ἐνεργῆσαι. καὶ τοῦτο τὸ εὐδαιμόνως.

MARSILII FICINI IN LIBR. DE PVLCHRITVDINE, ARGVMENTVM.

A prima essentia, vita, mente emanant influxus per omnia, tanquam radij, voces, verba per sex gradus.

INFLVXVS quidam ab ipso ente per omnia passim entia manant: sed qua ratione in ipso essentia est, præcipuè per modum solaris radij profluunt: qua verò illic est vita, per modum soni & vocis erumpunt: qua denique ibidem est intellectus, in modum significantis verbi feruntur: & qua velut radij quidam sunt, visum mouere videntur: qua vel voces, aut soni, pulsare aures: qua tanquam verba, potissimum animos prouocare. Vbiq; verò tanquam pulchra quædā, siue pulchritudines aliquæ nobis occurrunt: nam ab ipsa pulchritudinis ipsius forma proueniunt. Cùm verò ipsam pulchritudinem nominamus, per modū quidē formæ, id est tanquā formalē pulchritudinē ipsum ens propriè intelligi volumus: sed per modū causæ, id est, tanquam pulchritudinis ipsius causam, bonū ipsum volumus cogitari. Bonum namque lucem ipsam siue fontem pulchritudinis emicantis, & inde fluentis esse putamus. Pulchritudinem verò splendorem ab ipsa boni luce manantē, id est, ipsum ens ab vno ipso bonóque dependens. Ab ipso rursus ente, sicut dicebā, influxus per omnia velut radios, voces, verba, proficisci non dubitamus. Influxus eiusmodi primò quidem sunt in ipsa diuinæ mentis idea: secūdò in qualibet inde mente suscipiuntur: per vniuersalem verò prouidentiam in ipsa mundanæ animæ mente: tertiò in eiusdem animæ ratione: quartò in eius imaginatione præcipua: quintò in imaginatione sequente: sextò in vegetali virtute, quæ & vniuersalis natura vocatur. Hactenus idealem quandam in se retinent rationem. Hactenus enim viui sunt & efficaces & fœcundi, atque sempiterni. Sunt enim in hoc vltimo diuinorum gradu seminariæ rerum omnium rationes: quibus ipsæ rerum species propagantur. Cùm enim prima vita, primáque omnium formalis ratio in ipsa prima essentia sit essentiæ vniuscuiusque principium, in quo principio & ratio & vita erat: meritò quatenus influxus inde manantes vitam simul rationémque formalem in se puram & integram efficacemq; conseruant, eatenus essentiales, ideales, diuini cognominantur. Tantum verò munus etiam in natura, id est, vegetali animæ virtute cōseruant: ideo in hoc sexto die opera Dei propria finem accipiunt: subinde verò influxus illi materiam subiectam animæ pulsant. Sed cùm neque vltrà progredi valeant, neque in ea insuper velut proxima nihilo, ipsam veræ essentiæ vitæq; retinere naturam, ex formis in imagines iam euadunt. Imagines, inquam, verisimiles verarum diuinarumq; formarum. Quæ quidem sub genitali animæ ipsius natura in materiam prorsus agente, resultant ab ipsa materia patiente, & tanquam à speculo per modum radij repercussæ, & tanquam à fornice reflexæ per modum vocis, & tanquam à planiori aliquo pariete per modum verbi redditæ, velut Echo. Huic autem infimo gradui formalis effluxus Luna fauere videtur, generationis vltimæ domina: rationibus autem seminariis in natura vigentibus fouentibúsque materiam, Venus: eisdem verò in imaginatione inferiori properantibus ad motum, Mars: eisdem rursum in imaginatione regnantibus, Sol: sed in ratione vigentibus, Mercurius: at in mēte animæ dominātibus, Iuppiter: in mente denique diuina quiescentibus, Saturnus. In quo quidem septimo gradu tanquam Saturni die mundi opifex conquiescit, id est, ipsa idea sibi penitus intima. Non enim hanc ad alia quæ inde fiunt, sed alia ad hanc refert velut exemplar.

Ipsa pulchritudo formalis est ipsa mens: cuius illecebris admiscentur admiratio, vis, diffusio, voluptas.

Exemplar hoc quoniam omniformis formarum omnium ratio est, ideò forma, speciésque prima & vniuersa censetur. Et iccirco prima est pulchritudo formalis: vnde & pulchritudinem vbique tum formam, tum speciem appellare solemus, pulchrósque formosos: cuius oppositum deformitatem dicimus & deforme. Ex quo patet materiam natura sua prorsus informem, meritò deformitatem ipsam esse censendam. Sed de hac aliàs. Ipsa verò pulchritudo formalis oritur quidem cum essentia prima: adolescit autem dum essentia prodit in vitam: adulta denique iudicatur, vbi vita completur in mentem. nam per ipsum mentis actum essentialis vitæ perfectè formatur, ac forma omniformis euadit. Quamobrem in ipso rerum ordine ibi plurimum pulchritudinis est, vbi plurimum est & mentis: siue natura quædā mentis adsit, siue artificium eius proprium, siue vestigium, aut indicium. Atque id omne illic vehementius mouet, vbi viuacius nobis occurrit. Vera enim pulchritudinis ipsius forma est ipsa vita per actum mentis penitus absoluta. Proprium verò pulchritudinis, est allicere simul & rapere. Vnde Græcè Calon, quasi prouocans appellatur. Et quoniā pulchritudo intellectuale munus existit, ideò solos allicit cognoscentes: cognoscentes, inquam, siue intellectuali aliqua ratione, siue visu, siue auditu ministris plurimùm rationis. Miscetur autem illecebris pulchritudinis admiratio,

& vis quædam acrior, desiderãtémque diffundens. Tu ergo memento, quod in Theologia probamus, omnia quidem appetere bonum: non omnia pulchrum, sed eos duntaxat, qui iudicium quoddam pulchritudinis habent: atque hos quidem semper appetere bonum, non tamen semper pulchritudinem affectare. Cùm igitur appetitus tractusq; ad bonum communissimus, perpetuusq; sit, consequens est ipsum bonum esse communissimum omnium principium, atque potentissimum: pulchritudinisque ipsius formam esse bono quàmproximam. Et quoniam à pulchritudine & ad pulchritudinem prouocatio quasi nouum quiddam est: quippe cùm & quibusdam tantùm, & quandoque, & post naturam, cognitionemq; contingat, meritò admiratio quædam pulchritudinis illecebris admiscetur. Item & violentia (vt ita dixerim) aliqua: quamuis enim appetitus boni, qui communis est atque perpetuus, naturæ sit intimus, trahatq; ab intimis, tamen appetitio pulchri quasi ab extrinseco rapit, cognitionem necessariò sequens: ideóque cùm minus sit naturalis, nonnihil violentum habere videtur. denique quodammodo diffundit amantem. Nam cùm semel hunc sibimet surripuerit, non statim restituit redintegratq; in vnum, cùm trahat extrinsecus, & cùm per cognitionis modum qui in discretione versatur, rapiat, ideoq; diffundat. Denique amatorius affectus siue lenior sit, siue acrior, semper cum voluptate mouet: quemadmodum non solùm in dulci sapore, grauiq; sono, sed etiam in sapore quodam acri vocibusq; acutis est oblectatio quædam. Voluptate animum affici compertum habemus, quando re quadam sibi congrua tangitur, ducitúrque ad bonum. Pulchritudo verò vbicunq; nobis occurrat, accedit vt congruens, & iccircò placet atque probatur: quoniam ideæ pulchritudinis nobis ingenitæ respondet, & vndique conuenit. Rursus animum suapte natura semper ducit ad bonum: nam & participatio pulchritudinis apud nos ad intellectualem eiusdem aduocat formam, pérque ipsam ad ipsum denique bonum: sicut & splendor ad lumen, & lumen perducit ad lucem. Verùm satis sit hactenus pulcherrimum Plotini de pulchritudine librum liberioribus (vt ita dixerim) pedibus percurrisse. Deinceps nouẽ huius libri capita nobis ordine repetenda, & hæc quoq; cursim: nã de his in Cõuiuio de amore latius disputamus.

Pulchritudo est gratia quædam, quæ magis est in his quæ videntur, quàm quæ audiuntur, magis etiam quæ cogitantur, neque est proportio.

I *Pulchritudinem esse gratiosum aliquid, siue gratiam quandam allicientem nos per visum, vel auditum, vel rationem communi notione concipimus. Quæ profectò quantum in rebus quæ videntur, audiũtur, cogitantur inest, pulchritudo vocatur, ac tres nobis gratias repræsentat. Quantum verò in visu, auditu, ratione consistit, delectatio nominatur atque voluptas: voluptas, inquam, decora: rem enim decoram per se propriè sequitur & decora voluptas: hanc sequitur appetitus quoque decorus, ipse scilicet amor. Perturbatio verò turpis aliis fortè causis accidit. Primum itaque caput inquirit quidnam potissimum gratia hæc pulchritudóque sit, quidue non sit assignat. Significat interea tum pulchritudinem magis etiam ad uisum pertinere, quàm auditum: quia videlicet visus & lumẽ similiora intelligentiæ sunt quàm auditus & sonus: tum habitus animi pulchriores esse quàm corpora, quæ formosa dicuntur: & voces, quia & menti similiter cognatiores sunt: & ipsi habitus animi tam in moribus, quàm in doctrinis non solùm pulchri, sed etiam pulchritudines quædam ritè dici possunt. Sunt enim formæ: formæ, inquam, menti propinquæ. Voces autem & corpora pulchritudines appellari non possunt. Pulchritudo enim quamuis non debeat nunc pulchra, nunc non pulchra vocari: corpus tamen idem hodie pulchrum, cras autem leui mutatione facta, non pulchrum. Similiter & vocis materia fermè eadem, mutata proportione ex pulchra fit turpis. Veruntamen quanuis pulchritudo magis ad ea quæ spectantur, quàm quæ audiuntur: rursúmque magis ad illa quæ cogitantur attineat, inuestigandum tamen, vtrum aliquid his omnibus sit commune, quidve id ipsum sit, quo hæc omnia pulchra vocantur. Sed primùm id in corporibus quæ videntur indagat, quasi manifestius ita futurum. Principiò communem de his opinionem confutat, dicentem corporis pulchritudinem esse proportionem quandam partium inter se & ad totum vnà cum coloris concinnitate. Idque quatuor confutat argumentis. Primò quidem si pulchritudo ipsa proportio, siue commensuratio quædam est, certè res solùm composita est: nulla ergo res simplex, quamuis gratiosissima sit, pulchra dicetur. Secundò, rursus si compositum duntaxat pulchrum est, nulla partium, præsertim simplicium, erit pulchra: imò verò nulla partiũ: quippe cùm in proportione duntaxat ad aliud commensurata pulchritudo ponatur. Ex quo sequetur, vt ex rebus non pulchris pulchrum efficiatur: compertum tamen habemus ex rebus omni carentibus gratia nihil vnquam confici gratiosum. Tertiò facies eadem, sæpe eadem figuræ proportione manente, modò pulchra nobis occurrit, modò non pulchra. quasi aliud quidem commensuratio sit, aliud pulchritudo. Quartò necessarium est, pulchritudinem in corporibus, pulchritudinem nobis referre superiorum. Oportet ergo pro viribus hanc illi prorsus accommodare: ita tamen vt excellentiori admodum ratione illis insit quàm in corporibus. Quo autem pacto commensuratio quædam ibi sit, scilicet in animo velut intellectu, facilè assignari non potest. Et in animo quicquid quomodo mores & scientiæ sint cõmensurationes quædam siue proportiones, si Plotinum sequimur, intelligere non valemus. Non enim coaceruari vult in animo ex figuris actibúsque complurimis habitus vnquam aliquos, qui vel morum vel scientiarum habitus appellentur, sed moralem quidem virtutis actum simplicem elucere, cùm primum contingentium vitiorum nubes excutiuntur, formam quoque scientiæ simplicem expulsis tandem falsis opinionibus rutilare. Animam namque quodammodo esse omnia: atque tunc potissimum rem ipsam scire, quando argumentationibus excitata iam actu res ipsa sit, quæ erat & prius: sed potentia quadam viquefœcunda. Sed de his oportunius alibi disputabitur.*

Pulchritudo in corporibus est absoluta perfectio gratiaque formæ præcipuè, quæ & materiæ, formisque in ea aliis dominatur, & expeditam artis rationisque diuinæ victoriam super materiam refert, & ipsam perspicuè repræsentat ideam.

II *Caput secundum scrutatur, quid ipsa sit in corporibus pulchritudo. Asseritq; esse aliquid primo aspectu promptè se offerens. Cùm enim pulchritudo & in mundo intelligibili formarũ intelligibiliũ forma sit: & in corpore similiter sit forma formarũ, meritò & illic intellectum, & hîc visum primò & promptissimè mouet: quod Plato testatur in Phædro. Subdit Plotinus, Animum vehementer & respuere turpe, & asciscere pulchrũ, nec iniuria: turpitudo enim est tetra quędã mali facies: pulchritudo verò facies blanda boni. Præterea rationalis anima proximè pendet ex mẽte diuina, & pulchritudinis ideã sibi illinc impressam seruat intus: cui quidem congruit, tanquã sibi patriq; cognatũ*

libenter amplectitur. Congruit autem ea in corporibus forma, quæ ad ipsam ideæ normam & amussim cōposita est: dum ratio seminalis, quæ in natura est corporum formatrice, materiæ plurimum dominatur, formamque in ea reddit materialem quidem minimè, maximè verò formalem. Profectò quemadmodum accipimus ex Timæo: Intellectus ipse diuinitus pater est formarum, materia mater. Sed ratio fomesq; formarum in natura vigens ritè paternum semen & efficax nominari potest: forma verò inde genita proles. Formositas autem nihil aliud est, quàm ipsa prolis huius indoles, expreßius referens patris effigiem. Deformitas contrà tum deficientis formæ dißimilitudo quædam ad patris formam, tum ipsa materia defectus huius origo: præsertim quando casu quodam impediente subiectum à ratione formante minimè superatur, id est, formantis actum vel non sustinet, vel ineptißimè suscipit. Proinde in quolibet elemento etsi formæ accidentales sunt multæ, vna tamen est forma substantialis atque præcipua. Similiter in rebus mistis, ceu lapidibus atque metallis, si plures formæ substantiales sint virtute, vna tamen principalis actu est, atque communis. Sic in plantis & animalibus: si multæ in singulis formæ substantiales sint actu quodam, vna tamen est actu præcipuo pluribus imperans. Vbique verò formositas est absoluta quædam perfectio, siue gratia, & quasi flos quidam ipsius formæ præcipuè formis aliis dominantis. Est itaque diuinum & imperiosum aliquid: quia & imperium regnantis formæ significat: & artis, rationisq; diuinæ victoriam refert super materiam, & ipsam perspicuè repræsentat ideam.

Pulchritudo in corporibus est expressior ideæ similitudo: ac si subtrahatur materia, est ipsa idea. Item pulchritudo cuiuslibet speciei iudicatur ab animo per insitam sibi formulam ipsius ideæ, ad quam est species instituta.

III Quis nam pulcher homo? aut leo pulcher? aut pulcher equus? Certè qui præcipuè ita formatus, ita natus est, vt & diuina mens instituit per ipsius ideam, & natura inde vniuersalis seminaria virtute concepit. Iam verò illius ideæ formulam anima nostra in mente habet ingenitam: habet & in natura propria seminalem similiter rationem. igitur naturali quodam iudicio de homine, vel leone, vel equo, cæterisq; iudicare solet, hunc quidem pulchrum non esse, illum verò pulchrum: quia videlicet hic prorsus à formula & ratione dissentit, ille verò consentit: atque inter pulchros, hunc illo pulchriorem esse: quia hic cum formula rationeque magis quàm ille consentit. Et profectò cùm naturale subitumq; de his iudicium nequeat commodius expediri, quàm per formulas, rationesque nobis innatas, probabile est, diuinam prouidentiam omnia quamoptimè disponentem, eiusmodi nobis ab initio quasi characteres impressisse. Dum verò de pulchritudine iudicamus, id præ cæteris pulcherrimū approbamus, quod animatū est, atque rationale, atque ita formatum, vt & per animum satisfaciat formulæ pulchritudinis, quam habemus in mente: & per corpus rationi pulchritudinis seminali respōdeat, quam in natura, secundaque anima poßidemus. Forma verò in corpore formoso ita suæ similis est ideæ, sicut & figura ædificij in materia similis exemplari in architecti mente, & oratio in voce orationi quæ est in animo similis. itaq; si homini materiam quidem detraxeris, formam verò reliqueris, hæc ipsa quæ tibi reliqua est forma, illa ipsa est idea, ad quam est homo formatus. Sicut si vel ædificio materiam suam sustuleris, interim figura relicta: vel si orationi aerem fractum dempseris, significatione seruata: certè & ibi figura restans, nihil aliud est, quàm exemplar ipsum in architecto consistens: & hic conseruata significatio nihil aliud, quàm loquentis ipsius excogitatio. Vnde qui significationem eiusmodi colligit, mentem loquentis habere dicitur, atque commentari. Itaque & nos debemus in rebus pulchris materiam quidem pòst habere, formas verò seligentes & ordinem, ideas in his rerum auspicari, & artem, mentemque commentari diuinam. Existimat autem pulchritudinem corporis ex formis compositi in eo consistere, vt & singulæ in eo formæ informitatem materiæ superent, & forma communis omnino formas singulas antecellat: corporis verò simplicis pulchritudinem in quo vnica substātialis forma est actu, vt auri, vel argenti, similiumq; in maxima luminis portione sitam esse. Lumen profectò esse vult ignis, id est, cæli formam, quæ sit imago quædam vitæ cæli, adeò, vt quod in cælesti vita intellectuale inest, sit in cælesti corpore luminosum. Item lumen sub luna esse formæ, id est, luminis cælestis actum, & (vt ita loquar) imaginem. Vnde patet, quanta sit cæli virtus, cùm formæ ipsius imago res omnes apud nos efficiat & conseruet. Ignem quoque sub luna esse igneum, vel ignitum corpus, potius quàm purum ignem existimat. Veruntamen quia cælo similius est existere lucidum, & quasi formam corporum aliorum, incorporeisque propinquum, ideòque pulcherrimum, eiùsque participatione cætera pulcherrima fieri: præsertim quæ lumen inde reportant. Talia verò sunt, quæ vel minimum terræ habet, vel naturam maximè temperatam. Quod enim vel maximè terreum est, vel minimè temperatum, quasi à cælo longè diuersum ineptißimum est ad lumen, lucidùmque colorem, quasi cæleste aliquid capiendum. Quod autem in corporibus quæ pulchra videntur, dictum est, similiter se habet in his quæ audiuntur, vt pulchra, siue sit vna vox, siue grata quædam compositio vocum. Et sicut formæ visibilis pulchritudo ab ideali & seminaria ipsius ratione procedit, sic vocis concentúsque pulchritudo tum ab ipso spiritu, tum ab harmonica mentis conceptione perficitur. Et vbique formositas est imperium formæ super subiectum: formáque corporea à forma incorporea proficiscitur.

Pulchritudo, quæ videtur, mentis pulchritudinem repræsentat: pulchritudo quæ auditur, refert animæ pulchritudinem. Item nemo de mentis & animæ pulchritudine loqui aut debet, aut potest, nisi eam ipse poßideat.

IIII Duplex pulchritudo est: incorporea scilicet & corporea. Et quemadmodum corporea rursum est duplex: altera quidem in his quæ videntur, altera verò in his quæ audiuntur, sic & incorporea duplex: altera in intellectu, altera est in anima. Intellectualis lucis pulchritudo præcipuè ab ea, quæ videtur in lumine velut imagine nobis repræsentatur. Pulchritudo rursus animæ in harmonia quodammodo constitutæ, ab illa quæ auditur, harmonica pulchritudine tanquam imagine ritè refertur. Omnino verò quemadmodum nemo de corporea pulchritudine loqui potest, nisi eam sensu cognouerit, sic neque de incorporea, nisi eam perceperit animo. Sed corpoream cogniturus extra se fertur: percepturus autem incorpoream, intra se referatur oportet: reuocatus autem ad se non percipiet eam, nisi poßideat. Esto itaque pulcher & intellectu & anima prius quàm de incorporea pulchritudine audeas disputare. Memento, si delectaris sensibili pulchritudine, quæ insensibilis pulchritudinis est imago, multò maiorem percepturum te voluptatem,

voluptatem, quando ipsam animi mentisq; pulchritudinem cognoueris: imò quando possederis.

Materia deformitatē quidem habet naturalem, formositatem verò peregrinam. sed anima turpitudinem quidem aduentitiam, pulchritudinem verò natiuam. Item pulchritudo diuinæ mentis est vt lumen. Pulchritudo mentis humanæ scilicet in virtute intellectuali est vt color aliquis lucidissimus. Pulchritudo animę scilicet in virtute morali est quasi figura.

V Cùm pulchritudo, id est, formositas sit flos ipse & vigor, & gratia formæ, certè materia sicut est informitas ipsa, sic est & ipsa deformitas. Huic ergo deformitas quidem est naturalis: pulchritudo verò fit peregrina, quatenus materia formam accipit aliunde. Sed animæ contrà, pulchritudo quidem natiua est: quoniā suapte natura est vera forma, id est, actus aliquis in se consistens. Nam reliquæ formæ sub anima formationes quædam potius sunt, quàm formæ, id est, actiones animæ in materiam: ac vicissim materiæ passiones. Animæ igitur formositas quidem est naturalis, defomitas aduentitia. Sicut enim materia dum formale nonnihil mutuatur ab anima, fieri formosa videtur, ita vicissim anima dum informe aliquid accipit à materia, fit deformis. Accipit autem quatenus & affectu corpori cedit, & cognitione concedit. Non ergo noui muneris comparatione quadam animus euadit pulcher, sed purgatione sola, qua in pristinam restituatur naturam: in qua sua ipsum formauit idea, intellectúsque diuinus: cuius quidem pulchritudo est quasi lumen: intellectus verò nostri pulchritudo inde manans intellectualis virtus cognominata, est quasi color aliquis lucidissimus: sed pulchritudo moralis hinc & inde profecta est quasi figura.

Virtus & pulchritudo in animo est naturalis: atque ipsa sua puritas animo restituta: sic illicò & pulchritudine diuinæ mentis effulgens, & ipso bono felicissimè fruens. Item prima forma, prima mens, primum ens est idem.

VI Antiquum oraculum & à Platone in Phædone, & à Plotino hîc adductum, tradit, virtutem omnem tam intellectualem, quàm moralem, esse purificationem quandam atque puritatem. quod de pulchritudine quoque sub virtutis nomine dictum puta: quasi virtus pulchritudóque animo sit natiua: turpitudo verò & prauitas peregrina. Animus itaque à corporeis sordibus expurgatus non solùm pulcher fit, sed etiam pulchritudo, id est, forma per se existens, idealisque ratio quædam, & diuini vultus expressio: quando videlicet ex animo rationali intellectualis, & intellectus euadit. Prima namque formositas est secundùm formam, vbi est prima forma: forma verò prima est intellectus. Forma enim prima vniformis esse debet atque omniformis, & reliquarum origo formarum. Sicut materia prima est prorsus informis receptaculúmque formarum. Talis autem solùm intellectus primus esse potest: qui etiam est ens ipsum primum. Si enim vbique sit esse per formam, certè ens primum cum prima forma conspirat. Præterea sicut in materia naturale malum cum naturali deformitate concurrit, sic in primo ente, in prima mente natiuum bonum, id est, boniforme cum natiua formositate congreditur. At super ens & mentem ipsum bonum, si quando ipsa pulchritudo dicitur, tanquam fons pulchritudinis intelligitur: ex quo intellectus tanquam prima forma pulchritudinis effluit. Sed ab intellectu anima velut prima pulchritudinis participatio nascitur: cætera verò sub anima secundam pulchritudinis participationem, tertiámque deinceps ab anima nanciscuntur. Denique animam ipsam esse natura pulchram atque diuinam, inde conijcimus, quòd in corporibus ibi præcipuè pulchritudo refulget, vbi seminaria virtus animæ, siue in vniuersa natura, siue in natura qualibet sigillatim subiectum sortitur obediens.

Quomodo Dij à dæmonibus distinguantur, eorumque corpora videantur. Item sex differentias esse inter aspectum deorum, & spectacula dæmonum. Conclude, si optas diuinam pulchritudinem contemplari, esto pulcher atque diuinus.

VII. Cæterùm nihil opus est prolixius Plotini mentem interpretari: quoniam quamdiuinè loquitur: loquitur autem diuinissimè: tam etiam perspicuè loquitur: Contendens vbique animum non tam ad pulchritudinem intuendam perducere, quàm possidendam. Quòd autem de deorum dæmonúmq; aspectu breuiter innuit, sic intellige: Deos significat sublunares, dæmonésque similiter, & qui corpora inuisibilia naturaliter habeant, sintq; benefici: & nonnunquam suo quodam erga nos beneficio se nostris oculis patefaciant. Deos hîc à dæmonibus ita distingue: In ipso quidem deorum deo prouidentia est vniuersalis omnino: nam & omnibus, & omnia prouidet, atque largitur. Vniuersalis etiam quodammodo in mente diuina & anima mundi. In dijs verò sequentibus siue inuisibiles sint, seu visibiles, prouidentia quodammodo etiam vniuersalis est, sed conditione quadam particulari. Aut enim rebus omnibus munera dant, sed munera quædam, aut dant quidem omnia, sed quibusdam. In dæmonibus autem prouidentia & particularis est, & conditione rursum particulari. Nam & certa quædam munera tantùm, & certis quibusdam rerum generibus, regionibusq; distribuunt. Neque sicut dij sunt ab omni passione, vel sollicitudine, vel affectu, penitus segregati: nam ad hæc ipsa quæ curant, quodammodo declinare videntur. Adde præterea, quod vnumquemque deorum siue cælestium, siue subcælestium dæmones multi sequuntur vt ducem. Sed quónam pacto qui natura inuisibiles sunt, videntur? Non enim puto deum, aut dæmonem, vt à tuis oculis comprehendatur, tenue nimium rarúmque corpus suum necessariò in angustius aliquando cogere, sicq; oculorum tuorum radios ad te reflectere, aut saltem ita quodammodo terminare: non enim passione sua interueniēte à te perspici volunt: sed forsan præpotenti quadam virtute mouendi visuales oculi tui radios ad te repellere, vel in se terminare, atque ita tibi se notos efficere. Sed de visu ex mente Plotini alibi disputabimus. Potes & tu aliter eos cernere non ex intimo quidem visu, sed intimo quodam atque cælesti: si quando ad hunc ipsum vndique te collegeris. Quæ verò differentiæ sint inter deorū dæmonúmque formas, siue æthereæ sint vtræque, siue igneæ sint, vel aereæ: Iamblichus ex mente AEgyptiorum sic breuiter aperit: Species quidem dei cuiuslibet simplex figura modóque nobis offertur: dæmonis verò multiplex. Dei rursus species mutabilis: dæmonis autem cita varietate mutabilis. Item, Dei forma veneranda simul atque propitia, prorsusq; benigna: dæmonis non reuerenda solùm, sed verenda. Præterea diuinum spectaculum mundum subitò totum implere videtur: dæmonicum certo loco se monstrat. Rursus diuina (vt ita dixerim) coruscatio ictu etiam intelligentiæ

velocior est, agitque celerius: dæmonica velox quidem, sed mentis velocitatem non satis exuperat. Denique quanta vel qualis, vel cuiusmodi forma, pulchritudóque dæmonis tibi occurrerit, quodammodo exprimere potes: Dei verò nequaquam. Quàm verò veneranda, quàm gratiosa sit vtraque, Plotinus ipse, quamuis non explicet, tamen quandoque etiam ipso sensu percepit: quod quidem Porphyrius, qui fortè interfuit, in Plotini vita testatur. Librum denique totum ita conclude: Sicut oculus vt solem videat, debet esse, fierique solaris, sic tu, vt ipsam suscipias pulchritudinem, quæ diuinus ipse intellectus existit, dimitte materiam, dimitte sensum, dimitte rursus & rationē: Intellectualis esto, atque intellectus primò tuus, deinde diuinus. Tunc demum sicut oculus aquilinus in cælum volando sublatus, splendorem solarem atque cælestem penes solis lucem intimam circunfusum velut vnam cum ipsa luce simul pulchritudinem intuebitur, sic & ipse per intellectum tuum ad diuinum intellectum iam progressus, mira prorsus idearum serie coruscantem, atque ex paterna boni ipsius luce manantem, primo quidem aspectu intellectualem splēdorem paternæ luci continuum, velut vnum idemq́; conspicies: mox verò lucem quidem animaduertens esse penitus vni formem, splēdorem verò quodammodo multiformē: itē lucē quidē effundere, splenderē verò effundi: profectò discernes (vt Platonicè loquar) ipsam mentē, formā ipsam pulchritudinis: ipsum verò bonū, mentisq́; patrē esse, pulchritudinis genitorem. Sic & in patre filiū admiraberis, & patrem amabis in filio, mutuóque vtriusq́; amore gaudebis.

ΠΛΩΤΙΝΟΥ
ΕΝΝΕΑΔΟΣ Α
ΛΟΓΟΣ ἝΚΤΟΣ.

PLOTINI
ENNEAD. PRIMAE
LIBER SEXTVS.

De pulchritudine.

Pulchritudo est in his quæ videntur, quæ audiūtur, quæ cogitantur, neque est proportio.

PVLCHRITVDO est A
in aspectu plurimùm. Est e-
tiá in auditu secūdùm ver-
borū cōpositiones, musicá
quoque omnē: nam cátus
& numerosi cōcentus pul-
chri sunt. Præterea si à sen-
su ad id quod supra sensum est ascendamus, in-
ueniemus studia quoque & officia pulchra, &
actiones, & habitus, atque scientias, virtutúm- B
que pulchritudinē. Vtrum verò & super hæc
vlla sit pulchritudo, res ipsa procedentibus de-
clarabit. Quid igitur est quod efficit, vt corpo-
ra pulchra videantur, atque auditus voces ap-
probet tanquá pulchras, & quæcunque dein-
ceps ad animá attinent? Quonam igitur pacto
pulchra hæc omnia fiūt? Nunquid vna quadá
atq; eadē pulchritudinis ratione pulchra sunt C
omnia? aut aliud quiddá est pulchritudo in cor
pore, in alio verò aliud? Rursus quænam hæc
sunt, si duo sunt? Quidve id existit, si est vnū?
Quędá.n. proculdubio nō ex ipsa subiectorum
natura sunt pulchra, velut corpora, sed partici-
patione potius aliqua. Quædá verò pulchritu-
dines quædá ipsę sūt, vt virtutis ipsius natura.
Corpora quidē eadē aliàs quidē pulchra, aliàs D
verò nō pulchra vidētur, quasi aliud sit esse cor
pus, aliud esse pulchrū. Quid ergo id est potissi
mū quod pulchra corpora sua pręsentia facit?
In primis .n. id est nobis cōsiderandū. Dic age:
quid potissimū spectátium allicit oculos, con-
uertitque ad seipsum atq; rapit, spectantemq́;
delectat? Si enim id inuenerimus, forsan quasi
scala ad cætera prospiciēda vti poterimus. Tra-
dunt enim fermè omnes, commensuratio-
nem quádam partium & inuicem & ad totum vnà cum coloris gratia, pulchritudinē pertinentem
ad

ΠΕΡῚ τοῦ καλοῦ.

A ΤΟ` καλὸν ἔστι μὲν ἐν ὄψει
πλεῖστον. ἔστι δ' ἐν ἀκοαῖς
κατά τε λόγων συνθέσεις. ἔστι
δὲ καὶ ἐν μουσικῇ καὶ ἁπάσῃ·
καὶ γὰρ μέλη καὶ ῥυθμοὶ εἰ-
σὶ καλοί. ἔστι δὲ καὶ προϊοῦσι
πρὸς τὸ ἄνω ἀπὸ τῆς αἰσθήσεως, καὶ ἐπιτηδεύμα-
B τα καλὰ, καὶ πράξεις, καὶ ἕξεις, καὶ ἐπιστῆμαί τε, καὶ
τὸ τῶν ἀρετῶν κάλλος. εἰ δέ τι καὶ πρὸ τούτων, αὐτὸ
δείξει. τί οὖν δὴ τὸ πεποιηκὸς καὶ τὰ σώματα κα-
λὰ φαντάζεσθαι, καὶ τὴν ἀκοὴν ἐπινεύειν ταῖς φω-
ναῖς ὡς καλαῖς, καὶ ὅσα ἐφεξῆς ψυχῆς ἔχεται,
πῶς ποτὲ πάντα καλά; καὶ ἆρά γε ἑνὶ, καὶ τῷ αὐτῷ
καλὰ τὰ πάντα, ἢ ἄλλο μὲν ἐν σώματι τὸ κάλ-
C λος, ἄλλο δὲ ἐν ἄλλῳ; καὶ τίνα ποτὲ ταῦτα, ἢ τοῦτο;
τὰ μὲν γὰρ οὐ παρ' αὐτῶν τῶν ὑποκειμένων καλὰ,
οἷον τὰ σώματα, ἀλλὰ μεθέξει· τὰ δὲ, κάλλη αὐ-
τὰ, ὥσπερ ἀρετῆς ἡ φύσις. σώματα μὲν γὰρ τὰ
αὐτὰ ὁτὲ μὲν καλὰ, ὁτὲ δὲ οὐ καλὰ φαίνεται,
ὡς ἄλλου ὄντος τοῦ σώματα εἶναι, ἄλλου δὲ τοῦ καλά.
τί οὖν ἐστι τοῦτο τὸ παρὸν τοῖς σώμασι; πρῶτον γὰρ
D περὶ τούτου σκεπτέον. τί οὖν ἐστι ὃ κινεῖ τὰς ὄψεις τῶν
θεωμένων, καὶ ἐπιστρέφει πρὸς αὐτὸν, καὶ ἕλκει, καὶ
εὐφραίνεσθαι τῇ θέᾳ ποιεῖ; τοῦτο γὰρ εὑρόντες, τάχ'
ἂν ἐπιβάθρᾳ αὐτῷ χρώμενοι, καὶ τὰ ἄλλα
θεασαίμεθα. λέγεται μὲν δὴ παρὰ πάντων, ὡς
εἰπεῖν, ὡς συμμετρία τῶν μερῶν πρὸς ἄλληλα καὶ
πρὸς τὸ ὅλον, τὸ, τε τῆς εὐχροίας προστεθὲν,
τὸ πρὸς

τὸ πρὸς τὴν ὄψιν καλὸν ποιεῖ. καὶ ἔστιν αὐτοῖς, καὶ ὅλως τοῖς ἄλλοις πᾶσι, τὸ καλοῖς εἶναι, τὸ συμμέτροις καὶ μεμετρημένοις ὑπάρχειν, οἷς ἁπλοῦν οὐδὲν, μόνον δὲ τὸ σύνθετον ἐξ ἀνάγκης καλὸν ὑπάρξει, τότε ὅλον ἔσται καλὸν αὐτοῖς. τὰ δὲ μέρη ἕκαστα, οὐχ ἕξει παρ' ἑαυτῶν τὸ καλὰ εἶναι. πρὸς δὲ τὸ ὅλον συντελοῦντα, ἵνα καλὸν ᾖ. καίτοι δεῖ, εἴπερ ὅλον, καὶ τὰ μέρη καλὰ εἶναι· οὐ γὰρ δὴ ἐξ αἰσχρῶν, ἀλλὰ πάντα κατειληφέναι τὸ κάλλος. τά τε χρώματα αὐτοῖς τὰ καλὰ· οἷον καὶ τὸ τοῦ ἡλίου φῶς, ἁπλᾶ ὄντα, οὐκ ἐκ συμμετρίας ἔχοντα τὸ κάλλος, ἔξω ἔσται τοῦ καλὰ εἶναι. χρυσός τε δὴ πῶς καλόν; καὶ νυκτὸς ἡ ἀστραπή; ἢ ἄστρα ὁρᾶσθαι τῷ καλῷ. ἐπί τε τῶν φωνῶν ὡσαύτως τὸ ἁπλοῦν οἰχήσεται. καίτοι ἑκάστου φθόγγου, πολλαχῇ τῶν ἐν τῷ ὅλῳ καλῶν, καλοῦ καὶ αὐτοῦ ὄντος. ὅταν δὲ δὴ καὶ τῆς αὐτῆς συμμετρίας μενούσης, ὁτὲ μὲν καλὸν τὸ αὐτὸ πρόσωπον, ὁτὲ δὲ μὴ φαίνεται, πῶς οὐκ ἄλλο δεῖ ἐπὶ τῷ συμμέτρῳ λέγειν τὸ καλὸν εἶναι. καὶ τὸ σύμμετρον καλὸν εἶναι δι' ἄλλο; εἰ δὲ δὴ μεταβαίνοντες καὶ ἐπὶ τὰ ἐπιτηδεύματα, καὶ τοὺς λόγους τοὺς καλοὺς, τὸ σύμμετρον καὶ ἐπ' αὐτῶν αἰτιῷντο, τίς ἂν λέγοιτο ἐν ἐπιτηδεύμασι συμμετρία καλοῖς, ἢ νόμοις, ἢ μαθήμασιν, ἢ ἐπιστήμαις; θεωρήματα γὰρ σύμμετρα πρὸς ἄλληλα, πῶς ἂν εἴη; εἰ δ' ὅτι σύμφωνά ἐστι, καὶ κακῶν ἔσται ὁμολογία τε καὶ συμφωνία. τῷ γὰρ τὴν σωφροσύνην ἠλιθιότητα εἶναι, τὸ τὴν δικαιοσύνην γενναίαν εἶναι εὐήθειαν, σύμφωνον καὶ συνῳδὸν, καὶ ὁμολογεῖ πρὸς ἄλληλα. κάλλος μὲν οὖν ψυχῆς, ἀρετὴ πᾶσα, καὶ κάλλος ἀληθινώτερον ἢ τὰ πρόσθεν. ἀλλὰ πῶς σύμμετρα; οὔτε γὰρ ὡς μεγέθη, οὔτε ὡς ἀριθμὸς σύμμετρα. καὶ πλειόνων μερῶν τῆς ψυχῆς ὄντων, ἐν τίνι γὰρ λόγῳ ἢ ἡ σύνθεσις, ἢ ἡ κρᾶσις τῶν μερῶν, ἢ τῶν θεωρημάτων. τὸ δὲ τοῦ νοῦ κάλλος μονουμένου, τί ἂν εἴη;

ΠΑΛΙΝ οὖν ἀναλαβόντες, λέγωμεν τί δῆτά ἐστι τὸ ἐν τοῖς σώμασι καλόν. πρῶτον ἔστι μὲν γάρ τι καὶ βολῇ τῇ πρώτῃ αἰσθητὸν γινόμενον, καὶ ἡ ψυχὴ ὥσπερ συνεῖσα, λέγει, καὶ ἐπιγνοῦσα ἀποδέχεται, καὶ οἷον συναρμόττεται. πρὸς δὲ τὸ αἰσχρὸν προσβαλοῦσα,* ἀνίλλεται, καὶ ἀρνεῖται καὶ ἀνανεύει ἐπ' αὐτοῦ οὐ συμφωνοῦσα, καὶ ἀλλοτριουμένη. φαμὲν δὴ ὡς τὴν φύσιν οὖσα ὅπερ ἐστί, καὶ πρὸ τῆς κρείττονος ἐν τοῖς οὖσιν οὐσίας, ὅτι ἂν ἴδῃ συγγενὲς ἢ ἴχνος τοῦ συγγενοῦς, χαίρει τε καὶ διεπτόηται, καὶ ἀναφέρει πρὸς ἑαυτὴν, καὶ ἀναμιμνήσκεται ἑαυτῆς καὶ τῶν ἑαυτῆς. τίς οὖν ὁμοιότης τοῖς τῇδε πρὸς τὰ ἐκεῖ καλά; καὶ γὰρ, εἰ ὁμοιότης,

*τὸ ἀνίλλεται, ἢ καθυποκρίνεται, συστρέφεται, κυρίως δὲ τὸ ἀναξιοῖ.

A ad oculos procreare, atq; in eo pulchritudinẽ omnium esse sitam, vt moderata commensurataque sint. Sed apud eos qui id opinantur, nihil simplex, solùm verò compositum necessariò erit pulchrum, ipsumque totum formosum erit. Partes verò singulæ nullam habebūt propriam pulchritudinem: solùm verò quatenus ad totum conferunt, pulchra dicētur: quāuis oporteat, si modò pulchrum est totum, partes quoque esse formosas: non enim ex turpi-
B bus constat pulchrum. Oportet autem partes omnes pulchritudinem accepisse. Colores insuper pulchri, sicut & ipsum solis lumen, cùm simplicia sint, neque ex commensuratione habeat pulchritudinem, apud illos exclusa à pulchritudine relinquētur. Aurū quoque quonā pacto illis erit pulchrū? Coruscatioq; nocturna, syderumque spectaculum? Similiter in vocibus, quod simplex fuerit, id erit à pulchritudine alienum. Quamuis totus quilibet in his
C cantibus, qui ex toto pulchri sunt, sit ipse pulcher. Proinde quando eadem proportione manente facies eadem aliàs quidem pulchra, aliàs verò pulchra non videtur: nónne aliud in eo quod commensuratum est, pulchritudinem oportet dicere, commensurationem verò aliud? ipsumque commensuratum propter aliud esse pulchrum? Si autem illi ad studia pulchra, pulchrosque sermones se transferentes, mensuræ proportionem in his etiam in causa pul-
D chritudinis assignauerint: quænam dicetur in studiis pulchris, vel legibus, vel disciplinis, sciẽtiisve commensurata proportio? Quinetiam speculationes ipsæ quonam pacto inuicẽ com mensuratæ dicuntur? Quòd si quis id ipsum assignet, quoniam videlicet concordes sunt, dicemus vtique malorum quoque consensionẽ quandam esse atque concordiam. Duo namque hæc inter se conueniunt (vt fertur) videlicet, & temperantiam esse stoliditatem: at-
E que iustitiam esse inscitiam generosam. Pulchritudo itaque animæ est virtus omnis, atque hæc ipsa species superioribus est admodū verior. At quonam pacto hìc commensuratio erit? neque enim qualis id est magnitudine, neque qualis in numero. Atqui cùm plures sint animæ partes, in qualinam ratione compositio, vel temperatio partium vel speculationum sita erit? Denique pulchritudo intellectus ipsius videlicet segregati, solius que secundùm se quidnam erit?
F REPETAMVS iterum à principio, quęrentes quidnā sit ipsa in corporibus pulchritudo? Principiò quidē est quiddā primo intuitu sensui se patefaciens: idque animus apprehendens familiariterq; agnoscens suscipit, & quasi accōmodatissimū approbat, & amplectitur. at verò in turpe incidens, sese recipit: & velut abhorrens ob discordiā respuit vt alienū. Existēs
G nimirū anima id quod naturaliter est, ac prope & secundum essentiam in rerū ordine prestantissimā, quādocunque aspexerit cognatū quiddā, cognatiq; vestigiū, congratulatur & stupet, refertque in seipsam: suique recordatur atque suorum. Quænam igitur similitudo his quæ apud nos pulchra videntur, ad illa quæ super nos sunt pulchra? Etenim si qua similitudo est, si-

II *Pulchritudo in corporibus est flos, formæ materia superātis propter imperium idealis rationis super materiam.*

A milia quidem sint. At quonam pacto pulchra simul & hæc & illa? Participatione utiq; speciei nostra hæc dicimus esse pulchra. Omne namque informe aptum natura ad formam, ac speciem capiendam, quatenus rationis & speciei est expers, turpe est, atque à diuina ratione semotum. idque omnino turpe est, quod omnino semotum. turpe quinetiam quod à forma, rationeque minimè superatur: materia uidelicet formationem integram minimè sustinente. B Accedens itaque species, id quod ex multis partibus unum est compositione futurum, simul ordinat cõciliatque inuicem, atque ipsa consensione conficit unum: quandoquidem & ipsa erat unum, ideoque unum oportuit esse formatum, quatenus quod ex multis componitur, unum effici potest. Fundatur ergo pulchritudo in ipso, quando in unum fuerit iam redactum, atque seipsam partibus totisque impertit. At quando species unum quiddam similibusque partibus constitutũ nanciscitur, seipsam & idem tradit in totum. C Aliquãdo enim exempli gratia toti se ædificio simul partibusque communicat, aliquando uerò unico lapidi: & tunc quidem id arte fit, aliàs uerò fit natura. Hac itaque ratione formosum corpus efficitur cõmunione uidelicet rationis à diuinis desuper uenientis.

III COGNOSCIT autem ipsam uis quædam ad eam instituta, qua nihil ualidius ad propria iudicanda, quando & alia anima in iudicando concurrit. Forsan uerò & hæc ipsa dicit uidelicet, speciei quæ penes ipsam est accõmodans, eaque freta ad iudicandum quemadmodũ ad recti iudiciũ regula uti solet. At quonam pacto quod in corpore est, ei quod super corpus est congruit? Dic agè: & quomodo extrinsecũ ædificium ædificij formæ, quæ in mẽte est, architectus accõmodans pulchrũ esse iudicat? forsan quia si lapides tollas è medio, ædificiũ quod erat extrinsecũ, nihil aliud est quàm intrinseca forma, diuisa quidẽ per externã materiæ molẽ: indiuidua uerò existens, & si apparet in multis. Quando igitur & sensus speciem, quę in corporibus aspicit, colligantẽ, superantemq; contrariã naturã, quæ est in formis, atq; formã decẽter in formis aliis emicantẽ tunc cõgregans simul totã, quæ passim dispersa uidebatur, refert ad se, atque ad formam, quę intus est, impertibilẽ introducit: redditque intimæ formę consonã, & congruã, & amicã. quemadmodũ probo uiro uirtutis indoles apparens, in iuuene iocunda contingit: propterea quòd ueræ uirtuti, quę intus est, consonat. Pulchritudo uerò coloris simplex prouenit ubi formatur, superaturq; quod est in materia tenebrosum, præsentia luminis: quod quidem incorporeum & ratio quædam est, & species. Quapropter & ignis ipse præter cętera corpora pulcher: quoniam si cum elementis aliis conferatur, speciei obtinet ordinem. nempe & cæteris eminentior est, & omnium subtilissimus quasi incorporeæ iã naturę ꝓpinquus. Atqui solus ipse nõ suscipit alia, cùm tamẽ ipsum alia capiant. Calefiunt namque alia: ipse uerò non suscipit frigus. Pręterea colorẽ ipse primus habet:

Animus per innatam sibi formulã pulchritudinis agnoscit pulchritudinem in corporibus: quæ forte ipsa idea si auferretur materia: quod prouenit ex victoria diuinæ artis in materiam.

A ὅμοιος μὲν ἔσω. πῶς δὲ καλὰ κἀκεῖνα καὶ ταῦτα; μετοχῇ εἴδους φαμὲν ταῦτα. πᾶν γὰρ τὸ ἄμορφον, πεφυκὸς μορφὴν καὶ εἶδος δέχεσθαι, ἄμοιρον ὂν λόγου καὶ εἴδους, αἰσχρὸν καὶ ἔξω θείου λόγου, καὶ τὸ πάντη αἰσχρὸν τοῦτο. αἰσχρὸν δὲ καὶ τὸ μὴ κρατηθὲν ὑπὸ μορφῆς καὶ λόγου, οὐκ ἀνασχομένης τῆς ὕλης τὸ πάντη κατὰ τὸ εἶδος μορφοῦσθαι. προσιὸν οὖν τὸ εἶδος, τὸ B μὲν ἐκ πολλῶν ἐσόμενον μερῶν ἐν συνθέσει, συνέταξέ τε καὶ εἰς μίαν συντέλειαν ἤγαγε, καὶ ἐν τῇ ὁμολογίᾳ πεποίηκεν· ἐπείπερ ἓν ἦν αὐτὸ, ἕν τε ἔδει τὸ μορφούμενον εἶναι, ὡς δυνατὸν αὐτῷ ἐκ πολλῶν ὄντι. ἵδρυται οὖν ἐπ᾽ αὐτὸ τὸ κάλλος ἤδη εἰς ἓν * συνθέντος, καὶ τοῖς μέρεσι διδὸν ἑαυτὸ καὶ τοῖς ὅλοις. ὅταν δὲ ἕν τι καὶ ὁμοιομερὲς καταλάβῃ, εἰς ὅλον δίδωσι τὸ αὐτὸ, οἷον ὁτὲ C μὲν πάσῃ οἰκίᾳ μετὰ τῶν μερῶν, ὁτὲ δὲ ἑνὶ λίθῳ διδοίη τις φύσις τὸ κάλλος, τῇ δὲ ἡ τέχνη. οὕτω μὲν δὴ τὸ καλὸν σῶμα γίγνεται λόγου ἀπὸ θείων ἐλθόντος κοινωνίᾳ.

* συναχθέν

ΓΙΝΩ´ΣΚΕΙ δὲ αὐτὸ ἡ ἐπ᾽ αὐτὸ δύναμις τεταγμένη, ἧς οὐδὲν κυριώτερον εἰς κρίσιν τῶν ἑαυτῆς, ὅταν καὶ ἡ ἄλλη συνεπικρίνῃ ψυχή. τάχα δὲ καὶ αὕτη λέγει συναρμόττουσα D τῷ παρ᾽ αὐτῇ εἴδει, κἀκείνῳ πρὸς τὴν κρίσιν χρωμένη, ὥσπερ κανόνι τοῦ εὐθέως. πῶς δὲ συμφωνεῖ τὸ περὶ σῶμα τῷ πρὸ τοῦ σώματος; πῶς δὲ τὴν ἔξω οἰκίαν τῷ ἔνδον οἰκίας εἴδει ὁ οἰκοδομικὸς συναρμόσας, καλὴν εἶναι λέγει; ἢ ὅτι ἐστὶ τὸ ἔξω, εἰ χωρίσειας τοὺς λίθους, τὸ ἔνδον εἶδος, μερισθὲν τῷ ἔξω ὕλης ὄγκῳ, ἀμερὲς ὂν, ἐν πολλοῖς φανταζόμενον. ὅταν οὖν καὶ ἡ αἴσθησις τὸ ἐν σώμασιν εἶδος ἴδῃ, συν-E δησάμενον καὶ κρατῆσαν τῆς φύσεως τῆς ἐναντίας, ἀμόρφου οὔσης, καὶ μορφὴν ἐπὶ ἄλλαις μορφαῖς ἐκπρεπῶς ἐποχουμένην, * συνελθοῦσα ἀθρόον αὐτὸ τὸ πολλαχῇ, ἀνήνεγκέ τε, καὶ εἰσήγαγεν εἰς τὸ εἴσω ἀμερὲς ἤδη, καὶ ἔδωκε τῷ ἔνδον σύμφωνον καὶ συναρμόττον καὶ φίλον· οἷα ἀνδρὶ ἀγαθῷ, προσηνὲς ἐπιφαινόμενον ἀρετῆς ἴχνος ἐν νέῳ, συμφωνοῦν τῷ F ἀληθεῖ, τῷ ἔνδον. τὸ δὲ τῆς χρόας κάλλος ἁπλοῦν μορφῇ, καὶ κρατήσει τοῦ ἐν ὕλῃ σκοτεινοῦ παρουσίᾳ φωτὸς, ἀσωμάτου καὶ λόγου καὶ εἴδους ὄντος. ὅθεν καὶ τὸ πῦρ αὐτὸ παρὰ τὰ ἄλλα σώματα καλὸν, ὅτι τάξιν εἴδους πρὸς τὰ ἄλλα στοιχεῖα ἔχει· ἄνω μὲν τῇ θέσει, λεπτότατον δὲ τῶν ἄλλων σωμάτων, ὡς ἐγγὺς ὂν τοῦ ἀσωμάτου. μόνον δὲ G αὐτὸ, οὐκ εἰσδεχόμενον τὰ ἄλλα, τὰ δὲ ἄλλα δέχεται αὐτό. θερμαίνεται γὰρ ἐκεῖνα, οὐ ψύχεται δὲ τοῦτο. κέχρωταί τε πρώτως,

* συνελθοῦσα

A τὰ δ' ἄλλα παρὰ τούτου τὸ εἶδος τῆς χρόας λαμβάνει. λάμπει οὖν καὶ στίλβει, ὡς ἂν εἶδος ὄν. τὸ δὲ μὴ κρατοῦν, ἐξίτηλον τῷ φωτὶ γινόμενον, οὐκ ἔτι καλὸν, ὡς ἂν τοῦ εἴδους τῆς χρόας * οὐ μετόχου ὅλου. αἱ δὲ ἁρμονίαι ἐν ταῖς φωναῖς αἱ ἀφανεῖς τὰς φανερὰς ποιήσασαι, καὶ ταύτῃ τὴν ψυχὴν σύνεσιν καλοῦ λαβεῖν ἐποίησαν, ἐν ἄλλῳ τὸ αὐτὸ δείξασαι. παρακολουθεῖ δὲ ταῖς αἰσθηταῖς, μετρεῖσθαι ἀριθμοῖς ἐν λόγῳ οὐ παντὶ, * ἀλλ' ὡς ἂν ᾖ δουλεύων εἰς ποίησιν εἴδους εἰς τὸ κρατεῖν. καὶ περὶ μὲν τῶν ἐν αἰσθήσει καλῶν, ἃ δὴ εἴδωλα καὶ σκιαὶ οἷον ἐκδραμοῦσαι, εἰς ὕλην ἐλθοῦσαι, ἐκόσμησάν τε καὶ διεπτόησαν φανεῖσαι τοσαῦτα.

* οὐ, μετέχον

* ἀλλ' ὅς

ΠΕΡΙ δὲ τῶν προσωτέρω καλῶν, ἃ οὐκ ἔτι αἴσθησις ὁρᾶν εἴληχε, ψυχὴ δὲ ἄνευ ὀργάνων ὁρᾷ καὶ λέγει, ἀναβαίνοντας δεῖ θεάσασθαι, καταλιπόντας τὴν αἴσθησιν κάτω περιμένειν. ὥσπερ δὲ ἐπὶ τῶν τῆς αἰσθήσεως καλῶν, οὐκ ἦν περὶ αὐτῶν λέγειν τοῖς μήτε ἑωρακόσι, μήτε ὡς καλῶν ἀντειλημμένοις, οἷον εἴ τινες ἐξ ἀρχῆς τυφλοὶ γεγονότες, τὸν αὐτὸν τρόπον οὐδὲ περὶ κάλλους ἐπιτηδευμάτων, μὴ τοῖς ἀποδεξαμένοις τὸ τῶν ἐπιτηδευμάτων καὶ ἐπιστημῶν, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων κάλλος. οὐδὲ περὶ ἀρετῆς φέγγους, τοῖς μηδὲ φαντασθεῖσιν, ὡς καλὸν τὸ τῆς δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης πρόσωπον, καὶ οὔτε ἕσπερος οὔτε ἑῷος οὕτω καλά. ἀλλὰ δεῖ ἰδόντας μὲν εἶναι, ᾧ ψυχὴ τὰ τοιαῦτα βλέπει. ἰδόντας δὲ ἡσθῆναι καὶ ἔκπληξιν λαβεῖν, καὶ πτοηθῆναι πολλῷ μᾶλλον ἢ ἐν τοῖς πρόσθεν, ἅτε ἀληθινῶν ἤδη ἐφαπτομένους. ταῦτα γὰρ δεῖ τὰ πάθη γίνεσθαι περὶ τὸ, ὅ, τι ἂν ᾖ καλὸν, θάμβος καὶ ἔκπληξιν * ἰδίαν καὶ πόθον, καὶ ἔρωτα, καὶ πτόησιν μεθ' ἡδονῆς. ἔστι δὲ ταῦτα παθεῖν, καὶ πάσχουσιν αἱ ψυχαὶ καὶ περὶ τὰ μὴ ὁρώμενα, πᾶσαι μὲν, ὡς εἰπεῖν, μᾶλλον μέν τοι αἱ τούτων * ἐρωτικαὶ, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν σωμάτων πάντες μὲν * ὁρῶσι, κινοῦνται δ' οὐκ ἴσα, ἀλλ' εἰσὶν οἱ μάλιστα οἱ καὶ λέγονται ἐρᾶν.

* ἡδεῖαν

* ἐρωτικώτεραι

* ὁρῶσι, κεντοῦνται

ΤΩΝ δὴ καὶ περὶ τὰ ἐν οὐκ αἰσθήσει ἐρωτικῶν, ἀναπυνθάνεσθαι δεῖ. τί πάσχετε περὶ τὰ λεγόμενα ἐπιτηδεύματα καλὰ, καὶ τρόπους καλοὺς, καὶ ἤθη σώφρονα, καὶ ὅλως ἔργα ἀρετῆς καὶ διαθέσεις, καὶ τὸ τῶν ψυχῶν κάλλος; καὶ ἑαυτοὺς δὲ ἰδόντες τὰ ἔνδον καλοὺς, τί πάσχετε; καὶ πῶς ἀναβακχεύεσθε, καὶ ἀνακινεῖσθε, καὶ ἑαυτοῖς συνεῖναι ποθεῖτε, συλλεξάμενοι αὐτοὺς ἀπὸ τῶν σωμάτων; πάσχουσι μὲν γὰρ ταῦτα οἱ ὄντως ἐρωτικοί. τί δέ ἐστι περὶ ὃ ταῦτα πάσχουσιν; οὐ σχῆμα, οὐ χρῶμα, οὐ μέγεθός τι, ἀλλὰ περὶ ψυχὴν, ἀχρώματον μὲν αὐτὴν, ἀχρώματον δὲ καὶ τὴν σωφροσύνην ἔχουσαν, καὶ τὸ ἄλλο τῶν

A cætera verò ab hoc speciem coloris accipiunt. emicat igitur atq; fulget quasi sit species. Quādo verò subiectum non superatur, velut luminis exigui particeps, haud vltra prouenit pulchrum: vtpote quòd coloris speciem non accipit totam. Proinde harmonias, quæ sunt in vocibus, aliæ quæ latent in anima faciunt, & ad sensum vsque producunt, atque ita faciunt, vt anima percipiat pulchri notitiam, idem in alio demōstrantes. B Competit verò harmoniis quæ sentiuntur, vt numeris mensurentur non in omni ratione numeri, seu vocis, sed in ea dū taxat, quæ ad effectionem speciei, victoriamque eius obtēperat. Sed hactenus de pulchris, quæ sunt in sensu, sit dictū: quæ tanquā imagines vmbræque in materiam effluentes ipsam exornauerunt: admirationemque sui occurrentes sensibus concitant.

IIII
Oportet animū fieri pulchrū, si intellectualem illius pulchritudinē cognituri sumus, quæ magis fruentem delectat, quàm corporea pulchritudo.

AT verò pulchra quæ his superiora sunt, C oculisque minimè patent, sed animus ipse absque instrumentis cernit atque pronuntiat, ascensu quodam contemplari debemus, sensum in infimo relinquentes. Quemadmodum verò pulchra quæ sensibus offeruntur verbis exprimere non potuissemus, nisi vidissemus aliquādo, & tanquam pulchra percepissemus. quo quidē munere orbati sunt, qui cæci nascūtur: sic neque de officiorum & scientiarum, cæterorumque eiusdem generis pulchritudine possu D mus eloqui, nisi hæc ipsa possideamus. Similiter neque de fulgore virtutis: nisi quodammodo excogitauerimus, quàm pulcher sit iustitię, & temperantiæ vultus: quàve ratione neque hesperus, neque lucifer adeò speciosus. Quinimò eo duntaxat hæc oportet videre: quo animus ipse talia intuetur. Pręterea videntes admodum oblectari, & affici vehementer, multóque magis quàm corpoream pulchritudinem admirari: vtpote qui vera iam attingamus. Tales, inquam, affectus oportet circa pulchrum E quodlibet excitari, admirationem videlicet stuporemque suauem, desiderium quoque, atq; amorem, concitationemque iocundam. eiusmodi quædam etiam circa ea, quæ non videntur, animæ patiuntur: omnes quidem (vt ita dicam) magis autem quæ sunt ad illorum amorem propensiores: sicut & circa corporis pulchritudinem accidit. Omnes enim æquè vident, non tamen incitantur æquè, sed maximè F omnium amatores.

V
Pulchritudo in animo naturalis tūc nobis effulget, cùm primùm deformitatē, id est, affectus ad materiam superauerimus.

CÆTERVM circa amatorios affectus, qui super sensum assurgunt, sciscitari licet hunc in modum. Agite, quidnam patimini circa decora studia, & officia, & modos honestos, temperatosque mores, & omnino erga virtutis opera, affectionesque, & habitus, & pulchritudinem animorum? Quid, inquam, patimini, quando vos intus intuemini pulchros? Et quo G pacto (vt ita dixerim) debacchamini, atque cōcitamini? Affectatisque vobiscum cōgredi, vos ipsos seorsum à corporibus colligentes? Afficiuntur enim sic amatores veri. At verò quídnam est id, erga quod ita prorsus afficiuntur? Non est figura, non color, non magnitudo, sed erga animum ipsum coloris omnis expertē, similiterque temperantiam possidentem à colore semotam, reliquumque virtutum splē-

dorem: quotiens vel in vobismet intuemini, vel in alio contemplamini animi amplitudinē, & iustum morem: puramque temperantiam: præterea fortitudinem generoso vultu verendam: pudicitiam denique, honestatemque venerabilem habitu quodem intrepido & tranquillo, serenoque incedentem: atque hæc diuinam mentem desuper collustrantem. Hæc igitur amantes quânam ratione pulchra esse dicimus? Sunt enim atque apparent: neque qui aspicit vnquam aliud esse dicet, quàm verè existentia hæc esse. Sed quidnam verè existentia? Fortè pulchra. At enim adhuc desiderat ratio scire, quidnam hæc existentia, vt anima amabilis sit, efficiunt: quid in virtutibus cunctis de eorum, quasi lumen? visne contraria sumens, quæ videlicet in anima turpia sunt, contrà cōferre? Fortè enim si cognouerimus quid, & qua de causa turpe sit, ad id quod quærimus conferet. Esto itaque turpis anima, quæ intemperās est atque iniusta, cupiditatibus multis abundās, & perturbatione quam plurima ob timiditatē vexata timoribus: ob animi ipsius angustiam, auaritiamque laborans inuidia: nihil vnquam nisi mortale, abiectumque cogitans, obliqua semper animo versans, impuris voluptatibus mancipata, vitam agens ei propriam, quodcunque id sit, quod ipsa per corpus patitur: turpitudinem per ipsum subiens quasi iocundam. Atqui hanc ipsam turpitudinem nōn ne animæ sub aduentitiæ pulchritudinis prætextu, tanquam aduentitium malum dicemus accedere? quæ quidem graui cum detrimento eam reddit impuram, multęque prauitati permistam, neque vitæ vlterius, neque sensus puritate præditam, sed permistione mali vita exigua iam vtetem, plurima confectā morte, haud amplius quæ sunt videnda videntem: neque permissam amplius habitare secum: propterea quòd ad externa semper & infima obscuraque rapiatur? Impura profectò sic euadens, passimque ab ijs raptata, quæ sensibus incidunt, plena videlicet corporis labe: nempe cùm materię plurimùm se dediderit, materialemque naturam in se cōtraxerit, nimirum ob eiusmodi cōmistionem in deterius prolabentem, iam fermè speciem suam in speciem alteram commutauit: perinde ac si quis limo cœnoque prouolutus haud vlterius priorem præferat pulchritudinem. Id verò videatur esse, quod à limo in seipsum cœnoque contraxit. Huic sanè turpitudo accessione quadam alienæ naturæ accidisse videtur. Quòd si priorem recipere cupiat pulchritudinem, operæ pretium erit infecta diluere: ipsaque purgatione rursum esse quod erat. Quamobrem si animā mistione, cōfusione, cōmercio cum corpore, atque materia turpem dicemus euadere, rectè (vt arbitror) asseremus. Est enim hæc animæ turpitudo scilicet, nō esse puram, atque sinceram. Quemadmodum & auro accidit turpitudo, si glebis terreis offundatur: quas si quis excusserit, purum subitò restat aurum: idque iam pulchrū, cùm ab alienis fuerit segregatū, sua videlicet ad pulchritudinē puritate contentū. Eadē ratione animus ab his cupiditatibus segregatus, quas nimio corporis cōmercio in se concepit, à cæterisq; perturba-

A ἀρετῶν φέγγος, ὅταν ἢ ἐν αὐτοῖς ἴδητε, ἢ καὶ
ἐν ἄλλῳ θεάσησθε μέγεθος ψυχῆς καὶ ἦθος
δίκαιον, καὶ σωφροσύνην καθαράν, καὶ ἀν-
δρίαν βλοσυρὸν ἔχουσαν πρόσωπον, καὶ σεμνό-
τητα, καὶ αἰδῶ ἐπιθέουσαν ἐν ἀτρεμεῖ καὶ ἀ-
κύμονι καὶ ἀπαθεῖ διαθέσει, ἐπεὶ πᾶσι δὲ τού-
τοις, τὸν θεοειδῆ νοῦν ἐπιλάμποντα. ταῦτα οὖν
ἀγάμενοι καὶ φιλοῦντες, πῶς αὐτὰ λέγομεν
B καλά; ἔστι μὲν γάρ, καὶ φαίνεται, καὶ οὐ μήποτε
ὁ ἰδών, ἄλλο τι φησί, ἢ τὰ ὄντως ὄντα * ταῦτα * τοιαῦτα
εἶναι. τί ὄντα ὄντως; ἢ καλά· ἀλλ' ἔτι ποθεῖ ὁ
λόγος, τί ὄντα πεποίηκε τὴν ψυχὴν εἶναι ἐ-
ράσμιον· τί τὸ ἐπὶ πάσαις ἀρεταῖς διαπρέπον,
οἷον, φῶς. βούλει δὴ καὶ τὰ ἐναντία λαβών,
τὰ περὶ ψυχὴν αἰσχρὰ γινόμενα ἀντιπαρα-
θεῖναι; τάχα γὰρ ἂν συμβάλλοιτο πρὸς ὃ ζη-
C τοῦμεν, τὸ αἰσχρὸν ὅ, τί ποτ' ἐστί, καὶ διότι φα-
νέν. ἔστω δὴ ψυχὴ αἰσχρά, ἀκόλαστός τε καὶ ἄ-
δικος, πλείστων μὲν ἐπιθυμιῶν γέμουσα, πλεί-
στης τε ταραχῆς ἐν φόβοις: διὰ δειλίαν, ἐν
φθόνοις, διὰ μικροπρέπειαν πάντα φρονοῦσα
ἃ δὴ καὶ φρονεῖ, θνητὰ καὶ ταπεινά: σκολιὰ
πανταχοῦ: ἡδονῶν οὐ καθαρῶν φίλη: ζῶσα
ζωὴν τοῦ ὅ,τι ἂν πάθοι διὰ σώματος: ὡς ἡδὺ
λαβοῦσα αἶσχος. αὐτὸ τοῦτο τὸ αἶσχος αὐτῇ,
D ἆρα οὐ προσγεγονέναι οἷον ἐπακτὸν καλὸν φή-
σομεν, ὃ ἐλωβήσατο μὲν αὐτήν, πεποίηκε δὲ
αὐτὴν ἀκάθαρτον, καὶ πολλῷ τῷ κακῷ συμ-
πεφυρμένην, οὐδὲ ζωὴν ἔτι ἔχουσαν, οὐδὲ αἴ-
σθησιν καθαράν, ἀλλὰ τῷ μίγματι τοῦ κακοῦ
ἀμυδρᾷ τῇ ζωῇ κεχρημένην, καὶ πολλῷ τῷ θα-
νάτῳ κεκραμένην, οὐκ ἔτι μὲν ὁρῶσαν ἃ δεῖ
ψυχὴν ὁρᾶν, οὐκ ἔτι δὲ ἐωμένην ἐν αὐτῇ μέ-
E νειν, τῷ ἕλκεσθαι ἀεὶ πρὸς τὸ ἔξω, καὶ τὸ κάτω,
καὶ τὸ σκοτεινόν; ἀκάθαρτος δὴ οἶμαι οὖσα καὶ
φερομένη πανταχοῦ ὁλκαῖς, πρὸς τὰ τῇ αἰ-
σθήσει προσπίπτοντα, πολύ γε τὸ τοῦ σώματος
ἔχουσα ἐγκεκραμμένον, τῷ ὑλικῷ πολλῷ συνοῦ-
σα, καὶ εἰς αὐτὴν εἰσδεξαμένη εἶδος ἕτερον ἠλ-
λάξατο, κράσει τῇ πρὸς τὸ χεῖρον· οἷον εἴ τις δὺς
εἰ πηλὸν ἢ βόρβορον, τὸ μὲν ὅπερ εἶχε κάλλος,
μηκέτι * προφέρει· τοῦτο δὲ ὁρῷτο ὃ παρὰ τοῦ * προφαίνοι
F πηλοῦ ἢ βορβόρου * ἀπεδέξατο. ᾧ δὴ τὸ αἰ- * ἀπεμάξα-
σχρὸν προσθήκῃ τοῦ ἀλλοτρίου προσῆλθε. καὶ ἔρ- το
γον αὐτῷ, εἴπερ πάλιν καλός, ἀπονιψαμένῳ
καὶ καθηραμένῳ, ὅπερ ἦν, εἶναι. αἰσχρὰν δὴ
ψυχὴν λέγοντες μίξει καὶ κράσει καὶ νεύσει
τῇ πρὸς σῶμα καὶ ὕλην, ὀρθῶς ἂν λέγοι-
μεν. καὶ ἔστι τοῦτο αἶσχος ψυχῇ, μὴ καθα-
ρᾷ, μηδὲ εἰλικρινεῖ εἶναι. ὥσπερ χρυσῷ ἀνα-
G πεπλῆσθαι δὲ τοῦ γεώδους, ὃ εἴ τις ἀφέλοι,
καταλέλειπται χρυσός, καὶ ἔστι καλός, μονού-
μενος μὲν τῶν ἄλλων, αὐτῷ δὲ συνὼν μόνῳ.
τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ψυχή, μονωθεῖσα μὲν
ἐπιθυμιῶν, ἃς διὰ τὸ σῶμα ἔχει, ᾧ ἄγαν
προσωμίλει, ἀπαλλαγεῖσα δὲ τῶν ἄλλων πα-
θῶν,

θῶν, καὶ καθαρθεῖσα ἃ ἔχει σωματωθεῖσα, μείνασα μόνη, τὸ αἰσχρὸν τὸ παρὰ τῆς ἑτέρας φύσεως ἅπαν ἀπεθήκατο.

ἜΣΤΙ γὰρ δὴ, ὡς ὁ παλαιὸς λόγος, καὶ ἡ σωφροσύνη, καὶ ἡ ἀνδρία, καὶ πᾶσα ἀρετὴ, κάθαρσις, καὶ ἡ φρόνησις αὐτή. διὸ καὶ αἱ τελεταὶ ὀρθῶς αἰνίττονται, τὸν μὴ κεκαθαρμένον, εἰς ᾅδου κείσεσθαι ἐν βορβόρῳ, ὅτι τὸ μὴ καθαρὸν, βορβόρῳ διὰ κακίαν φίλον· οἷα δὴ καὶ ὕες οὐ καθαραὶ τὸ σῶμα, χαίρουσι τῷ τοιούτῳ. τί γὰρ ἂν καὶ εἴη σωφροσύνη ἀληθὴς, εἰ τὸ μὴ προσομιλεῖν ἡδοναῖς τοῦ σώματος, φεύγειν δὲ ὡς οὐ καθαρὰς, οὐδὲ καθαροῦ; ἡ δὲ ἀνδρία, ἀφοβία θανάτου. ὁ δέ ἐστιν ὁ θάνατος, χωρὶς εἶναι τὴν ψυχὴν τοῦ σώματος. οὐ φοβεῖται δὲ τοῦτο, ὃς ἀγαπᾷ μόνος γενέσθαι. μεγαλοψυχία δὲ δὴ ὑπεροψία τῶν τῇδε. ἡ δὲ φρόνησις νόησις ἐν ἀποστροφῇ τῶν κάτω, πρὸς δὲ τὰ ἄνω τὴν ψυχὴν ἄγουσα. γίνεται οὖν ἡ ψυχὴ καθαρθεῖσα εἶδος, καὶ λόγος, καὶ πάντη ἀσώματος, καὶ νοερὰ, καὶ ὅλη τοῦ θείου, ὅθεν ἡ πηγὴ τοῦ καλοῦ, καὶ τὰ συγγενῆ πάντα τοιαῦτα. ψυχὴ οὖν ἀναχθεῖσα πρὸς νοῦν, ἐπὶ τὸ μᾶλλόν ἐστι καλόν. νοῦς δὲ, καὶ τὰ παρὰ νοῦ, τὸ κάλλος αὐτῇ οἰκεῖον καὶ οὐκ ἀλλότριον· ὅτι τότε ἐστὶν ὄντως μόνη ψυχή. διὸ καὶ λέγεται ὀρθῶς, τὸ ἀγαθὸν καὶ καλὸν τὴν ψυχὴν γίνεσθαι, ὁμοιωθῆναι θεῷ, ὅτι ἐκεῖθεν τὸ καλὸν, καὶ ἡ μοῖρα ἡ ἑτέρα τῶν ὄντων. μᾶλλον δὲ τὰ ὄντα ἡ καλλονή ἐστιν. ἡ δὲ ἑτέρα φύσις, τὸ αἰσχρὸν· τὸ δ' αὐτὸ καὶ πρῶτον κακὸν, ὥστε κἀκεῖνο ταὐτὸν ἀγαθόν τε καὶ καλόν· ἢ ἀγαθόν τε καὶ καλλονή. ὁμοίως * αὖ ζητητέον καλόν τε καὶ ἀγαθὸν, καὶ αἰσχρόν τε καὶ κακόν. καὶ τὸ πρῶτον θετέον τὴν καλλονὴν, ὅπερ καὶ τἀγαθὸν, ἀφ' οὗ νοῦς εὐθὺς τὸ καλόν. ψυχὴ δὲ νῷ καλὸν, τὰ δὲ ἄλλα ἤδη, παρὰ ψυχῆς μορφούσης καλά· τάτε ἐν ταῖς πράξεσι, τάτε ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασι. καὶ δὴ καὶ τὰ σώματα ὅσα οὕτω λέγεται, ψυχὴ ἤδη ποιεῖ· ἅτε γὰρ θεῖον οὖσα, καὶ οἷον μοῖρα τοῦ καλοῦ, ὧν ἂν ὑφάψηται καὶ κρατῇ, καλὰ ταῦτα, ὡς δυνατὸν αὐτοῖς μεταλαβεῖν, ποιεῖ.

ἈΝΑΒΑΤΕΌΝ οὖν πάλιν ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν, οὗ ὀρέγεται πᾶσα ψυχή. εἴ τις οὖν οἶδεν αὐτὸ, οἶδεν ὃ λέγω, ὅπως καλόν. ἐφετὸν μὲν γὰρ ὡς ἀγαθὸν, καὶ ἡ ἔφεσις, πρὸς τοῦτο. τεύξεις δὲ αὐτοῦ ἀναβαίνουσι πρὸς τὸ ἄνω, καὶ ἐπιστραφεῖσι καὶ ἀποδυομένοις, ἃ καταβαίνοντες ἠμφιέσμεθα· οἷον ἐπὶ ἅγια τῶν ἱερῶν τοῖς ἀνιοῦσι, καθάρσεις τε καὶ ἱματίων ἀποθέσεις τῶν πρὶν, καὶ τὸ γυμνοῖς ἀνιέναι, ἕως ἄν τις * ἀπελθὼν ἐν τῇ ἀναβάσει, πᾶν ὅσον ἀλλότριον τοῦ θεοῦ, αὐτῷ μόνῳ αὐτὸ μόνον ἴδοι, εἰλικρινὲς, ἁπλοῦν, καθαρὸν ἀφ' οὗ πάντα ἐξήρτηται, καὶ πρὸς αὐτὸ βλέπει, καὶ ἔστι, καὶ ζῇ, καὶ νοεῖ· ζωῆς γὰρ αἴτιον καὶ νοῦ καὶ τοῦ εἶναι.

* παρελθὼν

A tionibus liberatus: deletis iā maculis, quas corporea familiaritas prius inuſſerat: atque ita ſolus ſibi relictus, proculdubiò turpitudinē omnē ab aliena natura prorſus imbibitā expurgauit.

PROFECTO, quemadmodū oraculum tradit antiquum, temperantia, fortitudoque, & ipſa prudentia, & omnino virtus omnis eſt purificatio quædam. Quapropter ſacra myſteria rectè quamuis perobſcura vaticinantur, animum non purgatum apud inferos in cœno iaB cere. Impurum namque ob prauitatem cœno eſt amicum: quemadmodum ſues corpore ſordidi ſordibus delectantur. Quidnam aliud vera temperantia eſt, quàm corporeis voluptatibus non indulgere, ſed eas tanquam quæ neque puræ, neque puri ſunt, procul effugere? Fortitudo verò non metuere mortem. Mors namque eſt quędam animæ à corpore ſeparatio. Id verò non metuit, qui ſolus eſſe deſiderat. Præterea magnanimitas rerum mortaliū C eſt contemptus. Prudentia denique intelligentia eſt, inferiora declinans, animumque erigēs ad ſuperna. Anima igitur iam purgata ſpecies, ratioque euadit, ac penitus incorporea, intellectualiſque, ac tota diuina: vnde fons effluit, pulchritudinis, cognataque omnia talia. Quàobrem anima redacta in intellectum pulchritudine mirificè proficit. Intellectus autem & quicquid ab intellectu manat, non alienum, ſed proprium fit animæ decus: quippe cùm D tūc ſolùm verè ſit anima. Rectè itaque dicitur, bonum, pulchrumque animæ in eo conſiſtere, vt deo ſit ſimilis: quoniam hinc decor animæ prouenit, ſorſque exiſtentium altera. Quinimò id quod & ens & entia dicitur, ipſa eſt pulchritudo. Diuerſa verò natura eſt turpitudo, primumque malum, ideoque illud idem bonum atque pulchrum: fortè verò & idem ipſum bonum, ipſaque pulchritudo: quamobrē ſimili quadam via quærendum eſt pulchrum atque E bonum: ſimili quoque turpe atque malum. Primoque gradu ipſa pulchritudo collocāda eſt, eadem videlicet atque ipſum bonum: à quo manat proximè intellectus tanquam pulchrū. Anima verò intellectu pulchrum: ſed alia ab anima formante iam pulchra; ſiue in actionibus ſiue in ſtudiis officiiſq; verſentur. Iam verò corpora quæcunque pulchra dicuntur, talia efficiuntur ab anima, quæ quidem tanquam diuinum aliquid & ipſius portio pulchri quæcunF que attigerit, ſuperaueritque, reddit pro naturæ capacitate formoſa.

ASCENDENDVM itaque rurſus ad ipſum bonum, quod anima omnis appetit. Si quis autem nouit ipſum, nouit quod dico, quo pacto ſit pulchrum. Appetibile quidem eſt tāquam bonū, ad idque appetitio tendit. Sequūtur autem ipſum qui ad ſuperiora conſcēdunt, conuertunturq; ad ipſum quatenus exunut, quæ induerant deſcendendo. Quemadmodū G qui in ſancta ſacrorum penetrant, purgantur prius, exuuntque veſtes, nudique procedunt, quouſque progrediens aliquis dimiſſis omnibus alienis à deo, ſeipſo tantùm diuinū ipſum inſpiciat ſolum, ſincerum & ſimplex atque purum, à quo cuncta dependent: ad quod reſpiciunt, & ſunt, & viuunt, atque intelligunt. Cauſa enim eſt vitæ & mentis atque eſſendi.

VI *Anima quādo virtutem, & pulchritudinem que habeat, deoque perſimilis ſit.*

VII *Animus affectibus ad materiam quaſi nubibus procul expulſis ad intellectualis pulchritudinis lucem extemplò conuertitur: atque ea ibi voluptate perfunditur, quam exprimere nequeat.*

A Id igitur quisquis vidit, quātò, proh Iupiter, ardet amore, quanto desiderio flagrat, in vnum congredi vehementer affectans: quàm mirabiliter voluptatem cum stupore commiscet. Sic profectò natura comparatum est, vt qui nondum videt, ipsum appetat tanquam bonū: qui verò iam videt, oblectetur velut pulchro, admirationeq; cum voluptate pariter impleatur: salutari quodā stupore pulsetur: vero summoque afficiatur amore: acres affectus, aliosque amores irrideat: quę prius habebantur pulchra contemnat. B Quod quidem fermè his quoque contingit, qui cùm obuias habuerint deorum, vel dæmonum formas, cæterorum deinde corporum formas nihili pendunt. Quidnā igitur acturum putamus eum, qui pulchrum ipsum fuerit contemplatus? Ipsum, inquam, in se ipso purum: neque carnibus, neque alio corpore prægrauatum: neque terra, neque cęlo cōprehensum: vt videlicet existat purum. C etenim aduentitia sunt hæc omnia atque mista, ideòque nec prima, sed ab ipso procedunt. Siquis ergo illud, quod præbet quidem omnibus munera, manetque interim in se ipso dum tradit, nec quicquam ab alio recipit, quandoque intueatur in eius intuitu permanens, adeòque fruatur, vt similis ipsi fiat, quonam pulchro vlterius indigebit? Id namque cùm præcipua primaque ipsa sit pulchritudo, amatores suos pulchros efficit, & amabiles. D Vbi profectò maximum, extremumque animabus propositū est certamen, cuius gratia prorsus elaborandū, ne fortè relinquamur optimæ contemplationis expertes, quam quisquis assequitur, euadit felici visione beatus: cōtrà verò qui non cōsequitur, est infelix. Non enim miser est, qui colores pulchros, & formosa corpora non consequitur: neque qui à potentia & principatu regnoque excidit: sed qui huius solius caret possessione, pro qua certè sola regna, imperiaque terræ totius, & maris, atque cæli oportet abiicere: E si relictis his omnibus atque spretis, ad ipsum quis conuarsus intueatur.

VIII *Pulchritudinem quomodo anima videat.*

QVIS itaque modus? quæ machina? quæ ratio? qua quis inexistimabilem pulchritudinem contépletur: pulchritudinē, inquā, in sacris adytis constitutā, neque prodeuntem foras, nequis prophanus inspiciat. Ingrediatur ergo, atque progrediatur quicunque potest in intima extra, relinquens intuitum oculorum: F neque solita spectacula sensuum vlterius à tergo respiciens. Oportet enim hanc intuentem nihil penitus corporeæ pulchritudinis vltrà spectare, sed cognoscentem corporea hæc esse imagines, vestigiaque & vmbras ad illud omnino confugere, cuius hæc simulachra sunt. Siquis enim ad hæc proruat, quasi vera capescēs, quę tamen velut formosæ imagines apparent in aqua. idem proculdubiò patietur, quod (vt fabula tradit) ille perpessus est, qui vmbram captare contendens in aquam sese mersit, atque G disperiit. Simili namque pacto qui formas corporum amplexatur, neque inde discedit, non tam corpore quàm animo in profundum tenebrosum, mentique horrēdum præcipitatur: vbi & apud inferos cæcus & hic manens, vtrobiq; versabitur inter vmbras. Hic igitur veriusadmodū aliquis ꝓclamabit, abeamus hinc amici in

A τοῦτο οὖν εἴ τις ἴδοι, ποίους ἂν ἴσχοι ἔρωτας, ποίους δὲ πόθους, βουλόμενος αὐτῷ *συγκραθῆναι, πῶς δ᾽ ἂν ἐκπλαγείη μεθ᾽ ἡδονῆς. ἔστι γὰρ τῷ μὲν μήπω ἰδόντι, ὀρέγεσθαι, ὡς ἀγαθοῦ· τῷ δὲ ἰδόντι, ὑπάρχει ἐπὶ καλῷ ἄγασθαί τε καὶ θάμβους πίμπλασθαι μεθ᾽ ἡδονῆς, καὶ ἐκπλήττεσθαι ἀβλαβῶς, καὶ ἐρᾶν ἀληθῆ ἔρωτα, καὶ δριμεῖς πόθους, καὶ τῶν ἄλλων ἐρώτων καταB γελᾶν, καὶ τῶν πρόσθεν νομιζομένων καλῶν καταφρονεῖν· ὁποῖον πάσχουσιν ὅσοι θεῶν εἴδεσιν ἢ δαιμόνων προστυχόντες, οὐκ ἔτ᾽ ἂν ἀποδέχοιντο ὁμοίως ἄλλων κάλλη σωμάτων. τί δῆτα οἰόμεθα, εἴ τις αὐτὸ τὸ καλὸν θεῷτο αὐτὸ ἐφ᾽ ἑαυτοῦ καθαρὸν, μὴ σαρκῶν, μὴ σώματος ἀνάπλεων, μὴ ἐν γῇ, μὴ ἐν οὐρανῷ, ἵν᾽ ᾖ καθαρόν; καὶ γὰρ ἐπακτὰ πάντα ταῦτα, καὶ μέμικται, καὶ οὐ πρῶC τα, παρ᾽ ἐκείνου δέ. εἰ οὖν ἐκεῖνο ὃ χορηγεῖ μὲν ἅπασιν, ἐφ᾽ ἑαυτοῦ δὲ μένον δίδωσι, καὶ οὐ δέχεταί τι, εἰς αὐτὸ ἴδοι, μένων ἐν τῇ θέᾳ τοῦ τοιούτου, καὶ ἀπολαύων αὐτοῦ, ὁμοιούμενος, τίνος ἂν ἔτι δέοιτο καλοῦ; τοῦτο γὰρ αὐτὸ μάλιστα κάλλος ὂν αὐτὸ καὶ τὸ πρῶτον ἐργάζεται τοὺς ἐραστὰς αὐτοῦ καλοὺς, καὶ ἐραστοὺς ποιεῖ, οὗ δὴ καὶ ἀγὼν μέγιστος, καὶ ἔσχατος ψυχαῖς πρόκειται, ὑπὲρ οὗ καὶ ὁ πᾶς πόνος, μὴ ἀμοίρους γενέσθαι D τῆς ἀρίστης θέας, ἧς ὁ μὲν τυχὼν, μακάριος, ὄψιν μακαρίαν τεθεαμένος· ἀτυχὴς δὲ οὗτος ὁ μὴ τυχών. οὐ γὰρ ὁ χρωμάτων ἢ σωμάτων καλῶν μὴ τυχὼν, οὐδὲ δυνάμεως, οὐδὲ ἀρχῶν, οὐδ᾽ ὁ βασιλείας μὴ τυχὼν, ἀτυχής, ἀλλ᾽ ὁ τούτου καὶ μόνου, ὑπὲρ οὗ τῆς τεύξεως καὶ βασιλείας καὶ ἀρχὰς γῆς ἁπάσης, καὶ θαλάττης, καὶ οὐρανοῦ οὐ προέσθαι χρεὼν, εἰ καταλιπὼν τις ταῦE τα καὶ ὑπεριδὼν, εἰς ἐκεῖνο στραφεὶς ἴδοι.

ΤΙ'Σ οὖν ὁ τρόπος; τίς μηχανή; πῶς τις θεάσηται κάλλος ἀμήχανον, οἷον ἔνδον ἐν ἁγίοις ἱεροῖς μένον, οὐδὲ προϊὸν εἰς τὸ ἔξω, ἵνα τις καὶ βέβηλος ἴδῃ. ἴτω δὴ καὶ συνεπέσθω εἰς τὸ εἴσω ὁ δυνάμενος, ἔξω καταλιπὼν ὄψιν ὀμμάτων, μηδ᾽ ἐπιστρέφων αὐτὸν εἰς τὰς προτέρας ἀγλαΐας σωμάτων. F ἰδόντα γὰρ δεῖ τὰ ἐν σώμασι καλὰ, μή τι προστρέχειν, ἀλλὰ γνόντας, ὡς εἰσὶν εἰκόνες καὶ ἴχνη καὶ σκιαὶ, φεύγειν πρὸς ἐκεῖνο, οὗ ταῦτα εἰκόνες. εἰ γάρ τις ἐπιδράμοι λαβεῖν βουλόμενος ὡς ἀληθινὸν, οἷα εἰδώλου καλοῦ ἐφ᾽ ὕδατος ὀχουμένου, οὗ λαβεῖν βουληθεὶς ὥς πού τις μῦθος δοκῶ μοι αἰνίττεται, δὺς εἰς τὸ κάτω τοῦ ῥεύματος, ἀφανὴς ἐγένετο· τὸν αὐτὸν G δὴ τρόπον ὁ ἐχόμενος τῶν καλῶν σωμάτων, καὶ μὴ ἀφιεὶς, οὐ τῷ σώματι, τῇ δὲ ψυχῇ καταδύσεται, εἰς σκοτεινὰ καὶ ἀτερπῆ τῷ νῷ βάθη, ἔνθα τυφλὸς ἐν ἅδου μένων, καὶ ἐνταῦθα κἀκεῖ σκιαῖς συνέσται. φεύγωμεν δὴ φίλην ἐς πατρίδα, ἀληθέστερον ἄν τις παρακελεύοιτο.

* συγκερασθῆναι.

τῆς

A τίς οὖν ἡ φυγή; καὶ πῶς ἀναξόμεθα, οἷον ἀπὸ μάγου Κίρκης, φησὶν, ἢ Καλυψοῦς Ὀδυσσεὺς αἰνιττόμενος, δοκεῖ μοι, μεῖναι οὐκ ἀρεσθείς, καίτοι ἔχων ἡδονὰς δι' ὀμμάτων, καὶ κάλλει πολλῷ αἰσθητῷ συνών. πατρὶς δὲ ἡμῖν ὅθεν παρήλθομεν, καὶ πατὴρ ἐκεῖ. τίς οὖν ὁ στόλος καὶ ἡ φυγή; οὐ ποσὶ δεῖ διανύσαι, πανταχοῦ γὰρ φέρουσι πόδες ἐπὶ γῆν ἄλλην ἀπ' ἄλλης. οὐδέ σε δεῖ ἵππων ὄχημα ἤ τι θαλάττιον B παρασκευάσαι, ἀλλὰ ταῦτα πάντα ἀφεῖναι δεῖ, καὶ μὴ βλέπειν, ἀλλ' οἷον μύσαντα, ὄψιν ἄλλην ἀλλάξασθαι, καὶ ἀναγεῖραι, ἣν ἔχει μὲν πᾶς, χρῶνται δὲ ὀλίγοι.

Τί οὖν ἐκείνη ἡ ἔνδον βλέπει; ἄρτι μὲν ἐγειρομένη, οὐ πάνυ τὰ λαμπρὰ δύναται βλέπειν. ἐθιστέον οὖν τὴν ψυχὴν αὐτὴν, πρῶτον μὲν τὰ καλὰ βλέπειν ἐπιτηδεύματα· εἶτα ἔργα καλά, οὐχ ὅσα τέχναι ἐργάζονται, ἀλλ' ὅσα οἱ ἄν- C δρες οἱ λεγόμενοι ἀγαθοί· εἶτα ψυχὴν ἴδε τῶν τὰ ἔργα τὰ καλὰ ἐργαζομένων. πῶς *οὖν ἂν ἴδῃς ψυχὴν ἀγαθὴν οἷον τὸ κάλλος ἔχει; ἄναγε ἐπὶ σαυτὸν καὶ ἴδε, κἂν μήπω σαυτὸν ἴδῃς καλὸν, οἷα ποιητὴς ἀγάλματος, ὃ δεῖ καλὸν γενέσθαι, τὸ μὲν ἀφαιρεῖ, τὸ δὲ ἀπέξεσε, τὸ δὲ λεῖον, τὸ δὲ καθαρὸν ἐποίησεν, ἕως ἔδειξε καλὸν ἐπὶ τῷ ἀγάλματι πρόσωπον. D οὕτω καὶ σὺ ἀφαίρει ὅσα περιττά, καὶ ἀπεύθυνε ὅσα σκολιά, ὅσα σκοτεινὰ καθαίρων, ἐργάζου εἶναι λαμπρά, καὶ μὴ παύσῃ τεκταίνων τὸ σὸν ἄγαλμα, ἕως ἂν ἐκλάμψειέ σοι τῆς ἀρετῆς ἡ θεοειδὴς ἀγλαΐα, ἕως ἂν ἴδοις σωφροσύνην ἐν ἁγνῷ βεβῶσαν καθαρῷ. εἰ γέγονας τοῦτο, καὶ εἶδες αὐτό, καὶ σαυτῷ καθαρῶς συνεγένου, οὐδὲν ἔχων ἐμπόδιον E πρὸς τὸ εἷς οὕτω γενέσθαι, οὐδὲ σὺν αὐτῷ ἄλλο τι ἐντὸς μεμιγμένον ἔχων, ἀλλ' ὅλως αὐτὸς φῶς ἀληθινὸν μόνον, οὐ μεγέθει μεμετρημένον, οὐδὲ σχήματι εἰς ἐλάττωσιν περιγραφέν, οὐδ' αὖ εἰς μέγεθος δι' ἀπειρίας αὐξηθέν, ἀλλὰ ἀμέτρητον πανταχοῦ, ὡς ἂν μεῖζον παντὸς μέτρου, καὶ παντὸς κρεῖσσον ποσοῦ· *εἰ τοῦτο γενόμενος σαυτὸν ἴδοις, ὄψις ἤδη γενόμενος, θαρσήσας περὶ σαυτῷ καὶ ἐνταῦθα ἤ- F δη ἀναβεβηκώς, μηκέτι τοῦ δεικνύντος δεηθείς, ἀτενίσας ἴδε· οὗτος γὰρ μόνος ὁ ὀφθαλμὸς τὸ μέγα κάλλος βλέπει. ἐὰν δὲ ἴῃ ἐπὶ τὴν θέαν λημῶν κακίαις, καὶ οὐ κεκαθαρμένος, ἢ ἀσθενὴς *ἀνδρίᾳ οὐ δυνάμενος τὰ πάνυ λαμπρὰ βλέπειν, οὐδὲν βλέπει, κἂν ἄλλος δεικνύῃ παρὸν τὸ ὁρᾶσθαι δυνάμενον. τὸ γὰρ ὁρῶν πρὸς τὸ ὁρώμενον συγγενὲς καὶ ὅμοιον ποιη- G σάμενον, δεῖ ἐπιβάλλειν τῇ θέᾳ. οὐ γὰρ ἂν πώποτε εἶδεν ὀφθαλμὸς ἥλιον, ἡλιοειδὴς μὴ γεγενημένος· οὐδὲ τὸ καλὸν ἂν ἴδῃ ψυχή, μὴ καλὴ γενομένη. γενέσθω δὴ πρῶτον θεοειδὴς πᾶς, καὶ καλὸς πᾶς, εἰ μέλλει θεάσασθαι θεόν τε καὶ καλόν. ἥξει γὰρ πρῶτον ἀναβαίνων ἐπὶ τὸν νοῦν.

* αὖ οὖν

* εἰ τοῦτο γινόμενος

* ἀνανδρίᾳ

patriam dulcem confugientes. Quęnam igitur fugiendi ratio? & qua via veneficia Circes, Calypsusque deuitabimus? Quod quidem licet perobscura Vlixis significat fabula: quæ illum fingit manere nolentem: quamuis spectacula illi oculis iocunda occurrerent: & cætera quæ sensus oblectant, promitterentur. Patria verò nostra ibi est, vnde venimus, ibidem quoque pater. Quænã igitur classis, & quæ fuga? Haud sanè pedibus est fugiendum. Pedes enim ab alia passim in aliam ferunt terram. Neque rursus equos ad vehendum: neque naues ad nauigandum huius gratia parare debemus: imò verò hęc cuncta dimittere, neque prospicere quidem, sed visu corporis clauso alterum pro hoc visum assumere, atque suscitare. Quem habent quidem omnes: vtuntur verò perpauci.

IX *Quomodo anima tandē ad verā pulchritudinē perueniat, & qualis illa pulchritudo.*

QVIDNAM igitur intimus ille oculus inspicit? Profectò subitò experrectus haud valde lucida potest aspicere. Assuefaciēdus igitur animus primò quidem studia pulchra considerare, deinde opera pulchra: opera, inquam, nō quæ fiunt ab artibus, sed quæ à viris probis aguntur: post hæc eorum animum qui talia gerunt debes inspicere. Quonam igitur pactò quale sit animi boni decus inspicies? Age, te reuoca in te ipsum, atque contemplare, ac si nō dum te cognosces pulchrum, statuarium imitabere. Hic enim vbi statuam optat pulchram, partim quidem abscindit, partim quoque dirigit, & expoliturus abradit, partim leuigat & abstergit, donec faciem in statua exprimat speciosam. Ita & tu tolle superuacua: obliqua dirige: obscura purgando collustra: neque desinas circa statuam tuam elaborare, quousque diuinus virtutis fulgor tibi subrutilet, quoad tēperantiam cernas firmiter in maiestate pura sanctaque sedentem. Si hoc ipsum euaseris, atque ipsum simulque teipsum inspexeris, ac purus iam habitaueris ipse tecum, nihil videlicet habens impedimenti, quò minus sic vnus efficiaris: neque rursus habens aliud quicquam tecum intus admistum, sed totus ipse verum solumque lumen: lumen, inquam, non magnitudine mensuratum, non coarctante figura aliqua circumscriptum, nōn magnitudine tumidum, licet immensum, sed immensurabile passim, tanquam omni mensura maius, omni quantitate præstantius: si teipsum, inquam, id factum videris, visus ipse iam factus, atque teipso fretus, eoque progressus, vt duce amplius indiceque non egeas: fige iam prorsus intuitum: solus namque hic oculus ingentem inspicit pulchritudinem. At verò si fortè oculus vel sordibus infectus, nec dum purgatus, vel ignauia debilis in spectaculum lucidissimū intendatur, caligabit protinus, nihilque discernet, vel si pręsens quispiam spectaculum, quod alioquin cerni valeat, demōstrauerit. Oportet enim visurū videndo cognatū similemq; prius efficere, quàm ad spectandū adhibeatur. Neq; verò oculus vnquã videret solē, nisi factus solaris esset. Neq; rursus animus nisi factus sit pulcher ipsam pulchritudinē intuebitur. Efficietur ergo diuinus, siue deiformis quilibet atque pulcher, si modò deum sit & pulchritudinem inspecturus. Sic.n. primùm ascendet in mentē,

ibique pulchras omnes species contemplabitur, atque affirmabit pulchritudinem illam ideas esse. Cuncta namque his pulchra sunt, genituris videlicet mentis eiusque substantia. Quod autem his superius est, dicimus ipsius boni naturam pulchrum circa se effundentem: quapropter ratione quidem eloquutioneque integra id primũ occurrit, diciturque pulchrũ. At si intelligibilia ipsa distinxeris, pulchritudinem quidem intelligibilem esse dices habitaculum idearum. Ipsum verò bonum quod superius est, fontem principiumque pulchri: vel fortè in eodem ipsum bonum, primumque pulchrum pones præter id quod ibi pulchrum.

A κἀκεῖ πάντα ἔσεται καλὰ τὰ εἴδη, καὶ φήσει τὸ κάλλος τοῦτο εἶναι τὰς ἰδέας. πάντα γὰρ ταύταις καλὰ ταῖς νοῦ γεννήμασι καὶ οὐσίᾳ. τὸ δὲ ἐπέκεινα τούτου, τὴν τοῦ ἀγαθοῦ λέγομεν φύσιν, προβεβλημένον τὸ καλὸν πρὸ αὐτῆς ἔχουσαν· ὥστε ὁλοσχερεῖ μὲν λόγῳ, τὸ πρῶτον καλόν. διαιρῶν δὲ τὰ νοητά, τὸ μέν, νοητὸν καλόν, τὸν τῶν εἰδῶν φήσει *τρόπον· τὸ δ᾽ ἀγαθὸν τὸ ἐπέκεινα, καὶ πηγήν, καὶ ἀρχὴν τοῦ καλοῦ, B ἢ ἐν τῷ αὐτῷ τὸ ἀγαθὸν καὶ καλόν, πρῶτον θήσεται, πλὴν ἐκεῖ τὸ καλόν.

* τόπον

MARSILII FICINI IN LIBR. VII. DE BONO PRIMO, ET ALIIS BONIS,

ARGVMENTVM.

SVMMA TOTIVS LIBRI.

Ipsum bonum est super essentiam, vitam, intellectum.

IN vniuerso rerum ordine nulla essentia in se ipsa quiescit, sed omnis naturaliter atque semper tota virtute sua nititur ad agendum: idq; naturale, propriumq; munus essentiæ omnes non aliunde quàm à prima essentia sortiuntur: quoniam videlicet ipsa fermè simili quodam nixu prodit in actionẽ. Prodit autem essentia quælibet atque ipsa essentia in actionem, vt melius inde se habeat. Neque hæc igitur quælibet, neque illa est ipsum bonum, cùm & non quiescant in se ipsis, & in melius agendo proficiant. Melius enim se habet essentia, si agat, quàm si non egerit. Neque rursus ipsa eius actio est ipsum bonum, summusq; essentiæ finis: nam ab essentiæ virtute dependet: essentia verò actioq; simul pendet ex bono: cùm ideò semper agat, vt melius agendo se habebat: neque aliter se habebat melius, quàm ad bonum semper agendo: nam & bene se habebat primùm, cùm & ipsa & eius actio procedit à bono, & rursus bene, meliusq; cùm ad ipsum bonum se toto nixu conuertit. Iam verò ex eo quòd essentia eiusque actus, id est, vita, & intellectus ipso bono tanquam fine perficiũtur, coniectare possumus ab ipso bono tanquam principio effici. Vnde enim efficitur vnumquodque, inde rursus ibidemq; perficitur. Testatur hoc & humana natura. non enim esse atque viuere per se ac simpliciter homines appetunt, sed vt bene sint, beneque viuant: quasi hæc ipsius boni duntaxat gratia concupiscant: ipsúmque b eni munus tũ essendi, tum viu endi muneri naturali quodam iudicio præferant. Sicut enim esse viueréque nonnunquam respuũt, non quidem simpliciter, sed mali ipsius gratia, id est, ne sint, viuantque pessimè: sic eadem rursus adsciscunt gratia boni, id est, vt bene sint, viuantq; quamoptimè. Intima igitur essentiæ actio, siue vita, siue motio, siue cognitio nuncupetur, non per se quidem bonum est: nam si forsan vel ex malo pendeat, vel etiam casu quodam, vel errore labatur ad malum, est proculdubiò malum: per superius igitur aliquid existit, fitq; bonum: quantum scilicet & à bono naturaliter procedendo habet aliquid ipsi bono simile, & ad bonum idem ritè se conuertendo, simile quiddam rursus efficitur. Conclude igitur: sicut essentiæ singulæ ad bonum suum singulatim sese habent, sic ipsam quoque essentiam ad ipsum bonum se prorsus habere, atque omnino & bonum hoc huic essentiæ appetenti, & ipsum bonum ipsi essentiæ similiter anteponi. Esse verò ipsum bonum, ipsumq; vnum penitus idem: Item ipsum vnum essentia superius esse, opportunius alibi disputabitur. Sed hæc hactenus huius libri sit summa. Agit verò de bono cursim, & quasi argumentum præparans libris suis, in quibus de bono diligentissimè disputat. Huius itaque libri, vel argumenti tria sunt capita. In primo probat ipsum bonum esse ad quod feruntur quidem omnia, ipsum verò fertur ad nullum. In secundo quomodo ad ipsum alia ferantur, atque referantur. In tertio tres quæstiones circa superiora mouet, & soluit.

Bonum vnicuique proprium est actio naturalis expeditè directa ad ipsum vniuersi bonum, quod est principium omnium, atque finis.

I *IN primo capite tradit actionem vnicuique bonum quiddam esse: actionem inquam, non simpliciter, sed duplici quadam conditione. Prima quidem est, vt sit actio naturalis, id est non violenta, non fortuita. Secunda, vt nulla ex parte deficiat, id est, neque sit debilis, neque sit obliqua, sed potenter & rectè feratur ad finem. Sed curnam actio talis est bonum? Quia videlicet iccirco naturalis est, quoniam ab ipso bono inserta est auctore naturæ. Item quia dum ritè tendit in finem, necessariò fertur ad ipsum bonum. Hoc enim velut omnis naturæ principium, omnem quoque naturam velut ad finem instituit ad se ipsum. Inter hæc significat quæ sunt infra rationalem animam, propriè quidem ad propria quædam bona natura duci: Ad ipsum verò primum summumq; bonum non perduci quidem propriè, sed in bonis propriis consequendis quandam ipsius similitudinem reportare. At animam, quæ per intellectum & rationem potest communem totius entis concipere notionem, ipsiúsque boni fontem augurari, meritò & ad ipsum bonum*

primum atque summum posse propriè, tum continuè proficisci, tum denique peruenire. Sed vt quid sit ipsum bonum intelligatur, duo potissimum prius intelligenda sunt: Primum quidem, esse aliquod rerum principium, idq; vnum existere. Secundum verò, ipsummet omnium esse finem. Sanè in Theologia nostra id totum multis argumentis asserimus, concludimusque, nisi primum summúmque principium detur, sed de alio in aliud deinceps absque fine aliquò procedatur, quicquid reperias, ab alio dependere, ideoq; suapte natura mutabile esse atque vacillans: neque fore quicquam stabile rerum nutantium fundamentum fixúmque cardinem mutabilium. Atque iccirco nullam in rebus stabilitatem fore, nullum ordinem, nullam vnionem, nullamque concordiam. Quoniam verò res omnes stabilem quendã ordinem perpetuò seruant, atque in vnam vniuersi operis formam, & ad vnum communémque vniuersi finem vbiq; conducunt, constat summum aliquod omnium esse principium, vnicumque existere. Id verò & omnium esse finem ex eo patet, quòd principium summum cùm à nullo dependeat, neq; ad aliud aspicit aut agit, neque ad alium finem quàm ad seipsum cuncta constituit. Principium igitur vniuersi atque finis est idem: Id autem nihil aliud est quàm ipsum bonum. Si enim summum est principium, ab eo certè fiunt, seruantur, perficiuntur, restituuntur omnia. ergo summum est omnium bonum. Item, si est finis omnium summus & vltimus, sequitur, vt ipsum sit, cuius gratia singula semper agunt: omnia verò boni ipsius gratia agunt quicquid agunt. Vtrinque igitur satis constat ipsum omnium bonum esse idem, quod & omnium est principium atque finis. Confirmatur idem ex eo quòd nullum potest munus rebus melius exhiberi, quàm quod à summo principio traditur: Nullum rursus donum melius, quàm quod ab ipso bono præbetur. Vnde patet idem esse principium omnium atque bonum, patet idem esse finem. Omnia enim quamoptimè afficiuntur in principio suo: omnia rursus quamoptimè in fine exoptato se habent: denique cùm singula vnde processerunt, illuc & appetendo pro viribus conuertantur: omnia verò sic conuertantur ad bonum velut ad finem, patet, à bono omnia tanquam à principio processisse. Cætera quidem actione quadam bona censentur: actione inquam duplici, tum qua fiunt ab ipso bono, quæ quidem nihil aliud est, quàm illinc quidem ipsum bonum, hinc verò ipsa rerum inde factarum essentia, actusq; vitalis, tum etiam qua feruntur ad bonum. Hæc autem est appetitio, inclinatio, motio, generatio. Ipsum verò principium omnium atque finis non actione prorsus vlla bonum est, sed ipsa eius prima, simpliciq; natura: sicut & prima lux siue caliditas, non alio quàm seipsa lucens atque calens. Non actione, inquam, vlla: quia neque extrinseca. (non enim versatur circa aliud, vel acquirit aliquid aliunde) non rursus intrinseca: quia nullo vel essentiali, vel vitali, vel intellectuali actu bonum est. Primò quidem, quoniam si super essentiam est, quod & probauimus, multò magis super & ante omnes eiusmodi actus est, qui sequuntur essentiam. Secundò, quoniam alia est ipsa boni ratio, alia verò essentiæ. Hæc enim propter aliud, id est, propter bonum expetitur: ipsum verò bonũ duntaxat propter seipsum. Rursus alia boni ratio, alia vitæ, atque intellectus: nam ipsum bonum necessitate propria simpliciter exoptatur: vita verò & intellectio ea duntaxat conditione eligenda censetur, si bona felixque sit, si bene viuas, si bona intelligas, si ipsum intelligere sit tibi bonum: alioquin aliquando respuentur: ipsa verò boni natura respui nequit ab vllo. Præterea boni ratio, munúsque per omnia propagantur: ratio autem vitæ, intelligentiæq; natura per omnia protendi non possunt. Cùm igitur natura boni tum alia, tum prior, superiórque sit, quàm natura essentiæ, vitæ, intelligeniæ, certè nullo prorsus horum actu, sed seipsa duntaxat est bonum. Quamobrem in capitis huius calce ipsum bonum centro ac soli, cætera verò circumferentiæ lineisque, item lumini radiisq; cõparat: quoniam illud quidem simplex, stabiléque permanens cuncta producit, reliqua verò multiplicia, & quodammodo mobilia per naturalem appetitum circa ipsum continuè reuoluuntur. Sed de hac comparatione, déque ipso lumine alibi diligentius.

Quæ sunt infra animam non habent veram vnitatem, essentiam, speciem, ideoque nec bonitatem veram: Anima verò & superiora habent illa tria vera, & hanc veram.

II *In secundo capite traditur, alia ad ipsum bonum aliter atque aliter appetẽdo conuerti. Quæ sunt infra animam, vitam ab anima cupiunt: ac si qua vi disiungantur à vita, vix quidem & cum dolore aliquo seiunguntur: & vtcunque possunt coniungi iterum annittuntur. Quod quidem in partibus plantarum, animaliúmque manifestius perspicere licet. Hæc sanè dum vitam ab anima omni studio capiunt, interea proficiscuntur ad bonum: nam in melius proficiunt, dum animæ quæ ipsi bono propinquior est, propinquant. At anima per intellectum pergit ad ipsum bonũ: nam per id quod in ipsa summum est, ritè surgit ad vniuersi summum. & animæ rursus inferiores per sensum quidẽ aliæ, per imaginationem aliæ: nostræ tandem per rationem bonum sibi prospiciunt. Sensus verò intelligentiæ vestigium est. Imaginatio rursus intelligentiæ imago confusa. Ratio tandem eiusdem est imago distincta. Proinde omnibus boni aliquid est insertum: nec iniuria, cùm bonum ipsum omnium sit principium. Tria verò potissimum in rebus boni ipsius dona conspiciuntur. Primum quidem est vnitas: secundum verũ essentia: tertium denique species. Sed quare vnitas primum? Quoniam ipsum bonum, ipsumq; vnum est penitus idem. Nihil enim vnitate simplicius cogitari potest: nihil rursus & ipsa bonitate simplicius. Cùm nihil sit ipsa prius, quæ sola omnium est principium. Mitto quòd sicut dispersione in multitudinem omnia pereunt, sic vnione seruantur, & seruata inde perficiuntur. Cùm igitur omnia vnitate seruentur, & proficiscantur in melius, idq; ipsum sola bonitate fieri possit, consequens est, idem esse vnitatem primam, atque bonitatem. Sequitur donum boni secundum; id est, essentia, quæ necessariò est post vnum. Ipsum namque vnum nullam in se multitudinem, compositionemq; admittit: essentia verò & ens admittũt. Nam etsi natura prohibet aliquid simul, & ipsam vnitatem existere, & multitudinem in se habere, nihil tamen prohibet ens aliquid essentiamq; censeri: quamuis componatur ex pluribus. Cùm igitur ipsum vnum sit ente essentiáque simplicius, necessariò est & prius, atque superius. Et meritò quidem vnitas ponitur primum summi principij munus, essentia verò secundum. Latior enim est in rebus vnitas quàm essentia. Esse namque non re vera materiæ, priuationique conuenit. Quæ enim forma carent, in qua esse consistit, esse meritò carent. potest tamen & vna materia dici, licet informis. Dici potest & vna priuatio cæcitas, sicut & visus est habitus. Potest & materia dici quodammodo bonum, quatenus & ipsa bonum appetit, & processit à bono. Neque quicquam prohibet eam quodammodo iudicari bonum, licet hæc apud Plotinum sit ipsum malum. Nam & si bonum ipsum in se nihil admittit*

mali, tamen ipsum malum (si modò de malo fas est ipsum dicere) cogitur sub immenso boni ipsius imperio concupiscere bonum, cognominarique bonum. Tertium boni munus species est. Hæc enim quædam determinatio, siue distinctio, siue actus essentiæ. Tu verò hîc dum audis vnius bonique donum latius propagari, quàm entis & essentiæ munus, conclude, ipsum vnum atque bonum ente superius esse, cæterùm, qualis est in rebus vnitas, essentia, species, talis & participatio boni. Profectò in mente prima, in mentibus aliis, in animalibus præditis ratione, vera est participatio boni: quia vera vnitas, essentia, species. Vnitas enim in eis & si multitudinem quandam habet admistam, verum ibi tamen conficit vnum, quia superat multitudinem, vnumq; inde indissolubile reddit. Est igitur ibidem & essentia vera, cùm aliquando non esse non possit. Vera quoque species cùm forma ibi nequeat in aliquid informe resolui. In rebus autem inferioribus anima & vnitas sæpe à multitudine superatur, ideóque plurimùm dissolui possunt, & in essentia priuatio quædam inest, & lapsus aliquis ad non esse: & forma cum subiecto miscetur prorsus informi, in ipsúmque delabitur. Quamobrem non verum in his est vnum, non vera essentia, non vera species atque forma: nec igitur vera, sed imaginaria quædam portio boni.

Sicut vita non est per se simpliciter bonum, imò si dirigatur ad summum principium, est bonum, sin ad materiam, est malum: sic mors non est per se simpliciterque malum, imò si animam separet à malo, id est, à materia, est bonum.

III *Tertium caput tres adducit in medium quæstiones. Prima quidem est eiusmodi: Si vita bonum est, nunquid cuilibet & quomodolibet viuenti viuere bonum est? Non certè: quia vita ipsa non est per se primum simpliciterque bonum: sed quatenus potenter & directè ad ipsum primum consurgit bonum, eatenus quoque euadit vita perfecta. At sicubi claudicat & aberrat, dum ab ipso cadit bono, simul à perfectione vitæ degenerat. Hinc illud Democratis: Viuere imprudenter, intemperanter, impiè, non tam malè viuere est, quàm diu mori. Secunda quæstio: Cùm vita nobis quatenus cum mortali miscetur, atque inde turbatur, malum quiddam euadat animæ: quamuis sit corpori bonum & vniuerso, nónne mors est malum, Quandoquidem quod est mortale sua propinquitate vitam efficit malam? Respondendo quærit cuinam mors sit malum? Certè malum cùm vel sit accidens, vel etiam accidente debilius, ideóque in se consistere nequeat, alicui necessariò accidit: Non autem accidit ei quod nullo modo subsistit, vel quod natura possit absque vita consistere: Non accidit rursus animæ si sit immortalis: & quomodocunque aliter accidat, proderit animæ sempiternè actiones proprias absque impedimento corporis perfectius edituræ. Sin anima post obitum corporis non tam proprias peragit actiones, quàm communes, quasi animæ mundi collega, multò minus illic cum vniuersa vita iam viuenti mali quicquam accidere poterit. Contrà verò animæ vel hîc vel apud inferos grauiter perturbationibus ægrotanti: mors quidem potius optanda est, & vita malum. Hîc soluitur illa quæstio, Vtrum animæ ad summũ miseræ mori quàm viuere malint. Idq; proculdubiò natura docet: qua monente grauiter cruciati amittere sensum malunt, quàm diros sentire dolores. Denique cùm anima propriam habeat vitam, sitq; per essentiam suam vita quædã in se ipsa viuens, neque aliunde mutuatur vitam, neque subit mortem. Siquis tamen viuere quidem definiat coniungi corpori, mori verò à corpore separari, animæ hac significatione continget vtrunque, sed neutrum eius substantiam propriè permutabit. Tertia quæstio: Si bona vita est, cur non & mors est malum? Respondet, mortem quidem non simpliciter esse malum: quoniam non simpliciter sit vita bonum: vita enim motioni cuidam similis iudicatur: motio verò qualiscunque sit, ab ipso termino in quem propriè tendit denominari debet. Itaque quatenus motio ipsa vitalis ad malum, id est, ad materiam fortè delabitur, eatenus iudicatur & malum: quatenus autem ad ipsum bonum, id est, ad summum vniuersi principium sese dirigit, eatenus bonum esse censetur.*

PLOTINI

ΠΛΩΤΙΝΟΥ

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Α

ΛΟΓΟΣ Ζ.

PLOTINI

ENNEAD. PRIMAE

LIBER VII.

ΠΕΡΙ τοῦ πρώτου ἀγαθοῦ, καὶ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν.

De primo bono atque aliis bonis.

Ἆρ' αὖ τις ἕτερον εἴποι ἀγαθὸν ἑκάστῳ εἶναι, ἢ τὴν κατὰ φύσιν τῆς ζωῆς ἐνέργειαν, καὶ εἴ τι ἐκ πολλῶν εἴη, τούτῳ εἶναι ἀγαθὸν τὴν τοῦ ἀμείνονος ἐν αὐτῷ ἐνέργειαν, οἰκείαν καὶ κατὰ φύσιν ἀεὶ, μηδὲν ἐλλείπουσαν; ψυχῆς δὴ ἐνέργεια, τὸ κατὰ φύσιν ἀγαθὸν αὐτῇ. εἰ δὲ καὶ πρὸς τὸ ἄριστον ἐνεργοῖ, ἀρίστη οὖσα, οὐ μόνον πρὸς αὐτὴν τὸ ἀγαθὸν, ἀλλὰ καὶ ἁπλῶς τοῦτο ἀγαθὸν ἂν εἴη. εἰ οὖν τι μὴ πρὸς ἄλλο ἐνεργεῖ, ἄριστον ὂν τῶν ὄντων, καὶ ἐπέκεινα τῶν ὄντων, πρὸς αὐτὸ δὲ τὰ ἄλλα, δῆλον ὡς τοῦτο ἂν εἴη τὸ ἀγαθὸν, δι' ὃ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῦ μεταλαμβάνειν ἐστί· τὰ δ' ἄλλα διχῶς ἂν ἔχοι ὅσα *τοῦτο τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ πρὸς αὐτὸ ὁμοιοῦσθαι, καὶ τὸ πρὸς αὐτὸ τὴν ἐνέργειαν ποιεῖσθαι. εἰ οὖν ἔφεσις καὶ ἐνέργεια πρὸς τὸ ἄριστον ἀγαθὸν, δεῖ τὸ ἀγαθὸν μὴ πρὸς ἄλλο βλέπειν, μηδὲ ἐφιέμενον ἄλλου, ἐν ἡσύχῳ οὖσαν, πηγὴν καὶ ἀρχὴν ἐνεργειῶν κατὰ φύσιν οὖσαν, καὶ τὰ ἄλλα ἀγαθοειδῆ ποιοῦσαν: οὐ τῇ πρὸς ἐκεῖνα ἐνεργείᾳ. ἐκεῖνα γὰρ πρὸς αὐτὴν, οὐ τῇ ἐνεργείᾳ, οὐδὲ τῇ νοήσει τἀγαθὸν εἶναι, ἀλλ' αὐτῇ μόνῃ τἀγαθὸν εἶναι. καὶ γὰρ ὅτι ἐπέκεινα οὐσίας, ἐπέκεινα καὶ ἐνεργείας, καὶ ἐπέκεινα νοῦ καὶ νοήσεως. καὶ γὰρ αὖ τοῦτο δεῖ τἀγαθὸν τίθεσθαι, εἰς ὃ πάντα ἀνήρτηται, αὐτὸ δὲ εἰς μηδέν. οὕτω γὰρ καὶ ἀληθὲς, τὸ, οὗ πάντα ἐφίεται. δεῖ οὖν μένειν αὐτὸ, πρὸς αὐτὸ δὲ ἐπιστρέφειν πάντα, ὥσπερ κύκλον πρὸς κέντρον, ἀφ' οὗ πᾶσαι γραμμαί. καὶ παράδειγμα ὁ ἥλιος, ὥσπερ κέντρον ὢν πρὸς τὸ φῶς τὸ παρ' αὐτοῦ ἀνηρτημένον, πρὸς αὐτὸν τὸ φῶς· πανταχοῦ γοῦν μετ' αὐτοῦ καὶ οὐκ ἀποτέμνηται, κἂν ἀποτεμεῖν ἐθελήσῃς ἐπὶ θάτερα, πρὸς τὸν ἥλιόν ἐστι τὸ φῶς.

*αὐτὸ

An poteſt quiſpiam aliud ſuum cuique bonum dicere præter naturalem vitæ actionem? Ac ſi quid componatur ex multis, huic bonum eſſe, ipſam eius, quod eſt in eo melius, actionem propriam ſemper, naturæque conſentaneam, & nulla ex parte deficientem? Animæ itaque
B actio ſecundùm naturam ipſius eſt bonum. Quòd ſi ad optimum inſuper agat, ſiquidem ipſa ſit optima, non ſolùm quod ad ipſam ſpectat, id bonum eſt, verùmetiam ſimpliciter exiſtit bonum. Siquid igitur ad aliud quicquam minimè agat, quippe cùm ipſum ſit omnium præſtantiſſimum, ſuperque omnia, ad ipſum verò agant cætera, conſtat id ipſum eſſe bonũ, cuius virtute cætera quoque boni participia ſunt. cætera verò duobus præcipuè modis ita
C bonum habent: tum quia illi ſimilia facta ſint, tum quia operentur ad ipſum. Proinde ſi appetitio, actioque ad optimum eſt bonum, conſequens eſt, ipſum bonum ad aliud non aſpicere, nihilque aliud exoptare: eſſe verò fõtem, quietumque omnino principium omnium ſecundùm naturam exordium actionum: quod quidem cætera ad ſui ſimilitudinem efficit bona. efficit inquam, non actione aliqua circa illa: illa enim circa ipſum agunt. Id itaque conſtat, neque intelligentia, neque actione prorſus vlla,
D imò ſeipſo tantum bonũ exiſtere. Etenim quia ſuper eſſentiam extat, rurſus ſuper actionem, & intellectũ, intelligentiamque exiſtit. Quinetiam id ipſum bonũ oportet aſſerere, ad quod omnia referuntur, ipſum verò ad aliud non refertur. Sic enim illud quoque verum eſſe conſtat, ipſum bonum eſſe, quod omnia appetunt. Oportet itaque ipſum firmiter permanere, & ad ſeipſum cuncta conuertere: quemadmodũ reuoluitur circulus circa centrum, à quo li-
E neæ ſingulæ producuntur. Exemplo nobis ad id Sol eſſe poteſt, qui quaſi centrum eſt ad lumen, quod ab ipſo dependet, ſimul ad ipſumque annectitur, ideoque vnà cum illo exiſtit vbique, nec ab illo alicubi ſeparatur: ac ſi ſeparatum volueris in partem alteram, penes ſolem interea viget lumen.

Propriũ vnicuique bonũ eſt appetẽdo, & agẽdo conuerti ad ipſum vniuerſi bonũ: ipſũ verò bonum non actione vlla, ſed ſeipſo bonũ eſt.

II In omnibus est aliquid ipsius boni i. vnitas, essentia, species: & vbi hæc tria sunt vera, ibi quoq; verũ bonũ.

ALIA verò omnia quonã pacto ad ipsum A referuntur? profectò inanimata ad animam reducũtur: anima verò ad ipsum bonum per intellectum. Habet autem quodlibet ipsius aliquid, quatenus vnum quodámodo & ens est vnumquodque, speciei que particeps. Qua igitur ratione horum est particeps, eadem quoque boni: quapropter est simulachri particeps. Ea enim quæ participat, simulachra entis vniusque censentur: Species quoque similiter. At in anima prima intellectui proxima viuere est veritati propinquius, bonique formã B sortitur per intellectum: sortitur inquam si ipsum suscipiat bonum: intellectus autem post ipsum bonum sedem obtinet. Quamobrem vita illis, quibus viuere datum est, bonum est iudicanda: similiter intellectus quibuscunque intelligentia conuenit. Itaque vbicunque vita vnà cum intellectu viget, dupliciter adest bonum.

III Tres quæstiones de vita & morte mouet & soluit. quòd videlicet neutrum sit per se simpliciter bonum aut malum.

QVOD si vita bonum est, fortè id viuenti C cuilibet competit? imò verò non competit: Prauo enim vita claudicat, non aliter quàm oculo non purè videnti: quippe cùm opus proprium minimè peragat. Proinde si vita nobis quatenus mista est, malum bonum est, cur non mors sit malum? Sed cuinam malum? Malum namque alicui oportet accidere. Quod verò mortuum dicitur, non est amplius: aut si est, vita carens, neque sic lapidi malum: At si est vita, animaque post mortem, iam vtique erit bonum: quantò magis actiones suas absque cor- D pore peragit. Quòd si totius animæ comes euadit, quidnam illic viuenti malum accidere poterit? Iam verò quemadmodum penes deos bonum est sine admistione malorum, ita penes animam nihil omnino malum est, modò suam seruauerit puritatem: quam nisi seruauerit, nõ mors quidem illi, sed vita malum. Præterea si apud inferos pœnæ luuntur, rursus vita illic animæ malum: quoniam non vita solùm. Verùm si vita est animæ corporisq; copula, mors E autem horum solutio, vtrunque anima suscipere poterit. At si bona vita est, cur & mors nõ erit malum. Sed certè bona quidem vita est, quibus adest bonum, non quidem ratione copulæ, sed quoniam malum virtute propulsat: mors verò magis bonum. Summatim verò dicendum, ipsam in corpore vitam ex se quidem esse malum: sed animam per virtutem in bono constitui; non vt seruat viuificatque compositum: sed iam seipsam à corporis commercio segregat.

A ΤΑ δ᾽ ἄλλα πάντα πρὸς αὐτὸ, πῶς; ἢ τὰ μὲν ἄψυχα πρὸς ψυχὴν, ψυχὴ δὲ πρὸς αὐτὸ διὰ νοῦ. ἔχει δέ τι αὐτοῦ, τῷ ἕν πως καὶ τῷ ὄν πως ἕκαστον εἶναι, καὶ μετέχει δὲ καὶ εἴδους. ὡς οὖν μετέχει τούτων, οὕτω καὶ τοῦ ἀγαθοῦ, εἰδώλου ἄρα. ὧν γὰρ μετέχει, εἴδωλα ὄντος καὶ ἑνός. καὶ τὸ εἶδος ὡσαύτως. ψυχῇ δὲ τὸ ζῆν, τῇ μὲν πρώτῃ τῇ μετὰ νοῦ, ἐγγυτέρω ἀληθείας B καὶ διὰ νοῦ, ἀγαθοειδὲς αὕτη. ἔχοι δ᾽ ἂν τὸ ἀγαθὸν, εἰ πρὸς ἐκεῖνο βλέποι· νοῦς δὲ μετὰ τἀγαθόν. ζωὴ τοίνυν, ὅτῳ τὸ ζῆν τὸ ἀγαθὸν, καὶ νοῦς, ὅτῳ νοῦ μέτεστιν. ὥστε ὅτῳ ζωὴ μετὰ νοῦ, διχῶς καὶ ἐπ᾽ αὐτό.

ΕΙ δ᾽ ἡ ζωὴ ἀγαθὸν, ὑπάρχει τοῦτο ζῶντι παντί. ἢ οὔ. χωλεύει γὰρ ἡ ζωὴ τῷ φαύλῳ. ὥσπερ ὄμμα τῷ μὴ καθαρῶς ὁρῶντι. οὐ γὰρ ποιεῖ τὸ ἔργον αὐτοῦ. εἰ δὴ ἡ ζωὴ ἡμῖν ᾗ μέμικται C κακὸν ἀγαθὸν, πῶς οὐχ ὁ θάνατος κακόν; ἢ τίνι; τὸ γὰρ κακὸν συμβεβηκέναι δεῖ τινί. ὃ δ᾽ οὐκ ἔστιν *αἴτιον ὂν, ἢ εἰ ἔστιν ἐστερημένον ζωῆς, οὐδ᾽ οὕτω κακὸν τῷ λίθῳ. εἰ δ᾽ ἔστι ζωὴ καὶ ψυχὴ μετὰ θάνατον, ἤδη ἂν εἴη ἀγαθὸν, ὅσῳ μᾶλλον ἐνεργεῖ τὰ αὐτῆς ἄνευ σώματος. εἰ δὲ τῆς ὅλης γίνεται, τί ἂν ἐκεῖ οὔσῃ εἴη κακόν; καὶ ὅλως ὥσπερ τοῖς θεοῖς ἀγαθὸν μὲν ἐστὶ, κακὸν δὲ οὐδὲν, οὕτως οὐδὲ τῇ ψυχῇ τῇ σωζούσῃ τὸ D καθαρὸν αὐτῆς· εἰ δὲ μὴ σώζοι, οὐχ ὁ θάνατος ἂν εἴη κακὸν αὐτῇ, ἀλλ᾽ ἡ ζωή, ὅτι μὴ ζωή. εἰ δὲ καὶ ἐν ᾅδου δίκαι, πάλιν αὐτῇ ἡ ζωὴ κἀκεῖ κακὸν, ὅτι μὴ ζωὴ μόνον. ἀλλ᾽ εἰ σύνοδος μὲν ψυχῆς καὶ σώματος ζωή, θάνατος δὲ διάλυσις τούτων, ἡ ψυχὴ ἔσται ἀμφοτέρων δεκτική. ἀλλ᾽ εἰ ἀγαθὸν ἡ ζωή, πῶς ὁ θάνατος οὐ κακόν; ἢ ἀγαθὴ μὲν ἡ ζωὴ *οἷον ἐστὶν ἀγαθὸν, οὐ καθό- E σον σύνοδος, ἀλλ᾽ ὅτι δι᾽ ἀρετῆς ἀμύνεται τὸ κακόν· ὁ δὲ θάνατος, μᾶλλον ἀγαθόν. ἢ λεκτέον, αὐτὴν μὲν τὴν ἐν σώματι ζωὴν, κακὸν παρ᾽ αὑτῆς· τῇ δὲ ἀρετῇ ἐν ἀγαθῷ γίνεσθαι τὴν ψυχὴν *οὐ σώζουσαν τὸ σύνθετον, ἀλλ᾽ ἤδη χωρίζουσαν ἑαυτήν.

*ἔτι ὂν

*οἷς

*οὐ ζῶσαν

MARSILII

MARSILII FICINI IN LIBR. VIII. QVAE SINT, ET VNDE MALA,

ARGVMENTVM.

Quæstiones quatuor de bono & malo.

LIBER in hoc totus versari videtur, vt mala pro viribus deuitemus: consequamur bona: id est, materiam fugiamus, sequamur res diuinas à materia separatas: cognoscamus ipsum vniuersi principium esse ipsum bonum, sed vniuersi postremum, id est, materiam esse ipsum malum. Et quomodo nobis malum, & qua ratione tandem deuitare possimus. Primum libri caput quæstiones mouet: Quænam mala sint, & vnde proficiscantur. Vt autem hoc inueniat, quæ bona sint, inquirit: vt hoc rursus, quid ipsum bonum sit, quidve malum, aggreditur indagandum. Quærit & quomodo cognoscamus malum, cùm propter infirmitatem sit ab ipsa cognoscentis animi forma penitus alienum. Ac docet informitatem mali per ipsam boni formã lucemque discerni. Quærit denique quo pacto malum sit bono contrarium. Vtrum videlicet tanquam vniuersi vltimum vniuersi primo, summæque copia penuriæ summa. Quod autem inquit, vim cognituram esse rei cognoscendæ persimilem: intellige tum ipsa natura, tum nouo quodam effectu similem. Nulla enim ratio est, cur visus lumen potius quàm vocẽ appetat & cognoscat, nisi quia cum hoc potius naturaliter congruit quàm cum illa: & huic se potius quàm illi conformat. Quoniam verò sensus in rebus percipiendis externa rerum tantùm videtur attingere, intellectus autem etiam intima penetrare: constat, intellectum cum intelligibili magis atque diuino, quàm sensum cum sensibili & caduco congruere. Vnde certius argumentum nobis haberi potest, intellectum esse diuinum, quàm sensum esse caducum. Præterea quod ait, perfecta præcedere necessariò imperfecta, ac speciem esse priuatione priorem, caue ne id intelligas in nostro hoc generationis ordine, in quo res primùm inchoatæ, imperfectæque sunt, deinde paulatim formam perfectiorem adipiscuntur: sed id accipe prorsus in ordine rerum, causarumque, & gradibus vniuersi: vbi quicquid imperfectum est, cùm per seipsum esse seruarique nequeat, à superiori dependet atque perfectiori: quod quidem per seipsum sit atque seruetur. Quod sanè cùm actus in se formáque sit & species, meritò informe subiectum, & impotens se formare, competentibus gradibus perducit ad formas. Quoniam verò agens per suam agit naturam, ideoque sibi similem reddit effectum, atque ipsum subiectum sub agentibus superioribus ad formam, actumque perducitur, coniectamus superiores causas, formas in se actusque existere.

Vniuersum habet principium & finem, idque ipsum bonum est: item intellectus tam humanus quàm diuinus est semper in actu: quamuis ratio ex potentia progrediatur in actum.

II In secundo capite significat quid sit ipsum bonum, & quousque pura procedant bona designat. Bonum esse ait vniuersi principium, atque finem: vbi bonum quidem dicit ex nullo pendere, ex ipso autem omnia dependere: item esse mensuram omnium atque terminum. Tu verò memento, vbicunque partes finem suum, id est, naturalem consequuntur perfectionem, ibidem & totum cui partes seruiunt finem consequi suum. Oculi cùm perspicuè vident, manus cùm promptè quid apprehendunt, pedes cùm expeditissimè gradiuntur, fine proprio potiuntur. Multo verò magis & totum corpus quandoque perfectione fruitur naturali. Quemadmodum verò hac ipsa in re partes corporis se habẽt ad corpus totũ, sic & vitæ humanæ partes ad totã. Partes verò vitæ electiones, & facultates, artésque omnes in præsentia dicimus. Electiones autem, artesque singulæ extremum quiddam habent, quæ ritè perficiuntur, vltra quod nihil amplius exigunt. Sic medicinæ sanitatem, sic res militaris victoriam habet extremum. Quemadmodum verò vitæ partes fines proprios consequuntur, sic & multo magis tota denique vita ad vltimum quiddam spectat commune bonum, quo tandem perficiatur, vt tota vita partibus sit perfectior. Similiter vt in homine, in cæteris quoque animaliũ rerumque omnium speciebus licet argumentari. Appetitus enim naturalis est necessaria quædam naturæ inclinatio ab indigentia quadam annitens ad plenitudinem: Plenitudo verò ac finis vltimus idem. Si nusquam vltimus appetitioni præscriptus est finis, sed à fine in finem natura sine fine progreditur, nunquam satis impleri potest. frustrà igitur conatur impleri, imò neque conabitur quidem vllo modo. Nulla enim rerum species ad id quod penitus impossibile est mouetur. Siquidem naturaliter moueri, est à naturali potentia in actum progredi paulatim. Quæ sanè progressio naturalis qua facultate gradatim proficit, eadẽ quandoque perficitur finẽ vltimũ assequuta. Alioquin & natura passim frustrà contenderet, & auctor ipse naturæ, temerè illam frustraque moueret. Proinde si rerum species, quæ partes sunt vniuersi perfectione propria non fraudantur, multò minus ipsum vniuersi conatum fortuna frustratur. Hoc enim & ad finem contendit communem, quando & partes ad fines proprios fini seruientes communi assiduè ducit, & finem vltimum adipiscitur, ne fortè totum sit partibus imperfectius: siue postremum eiusmodi finem mũdus aliquando sit adepturus, siue in præsenti semper habitu dicatur adeptus. Si autem nullus sit finis optimus, sed absque fine procedere fingatur in meliorem, certè cùm infinitos gradus pertransire non possit, ad optimum nunquam poterit peruenire. Quare, quod dictu nefas est, vniuersum hoc optima proculdubiò forma cõstructum ad finem optimum frustrà contendet. Finis autem & habitus optimus vniuersi in eo cõsistit, vt principio & auctori suo vndique conformetur. Quòd enim congeries hæc in mundo rerum tam diuersarum, & inter se repugnantium, tum in vna communi totius forma conueniat, tum ad vnum finem communeque bonum ritè cõducat, non ab ipsa diuersorum natura procedit, sed ab vna potius superioris fabri forma atque voluntate. Mundus autem sicut sub auctoris sui forma formatur velut principio, sic in eadem velut fine reformatur semper, atque conformatur. Hunc omnium auctorem Plotinus nominat ipsum bonum: quoniam eodem vniuersum hoc & affectum sit & perfectum. Hinc mensuram omnium ap-

pellat & terminum: quemadmodum & Plato nominat in Philebo. Metitur omnia Deus, vt principium: terminat idem omnia tanquam finis. Si Deus omnium menſura eſt, certè rerum ordo non aſcendit à principio in principium abſque quodam omnium primo principio: quod quidem foret per principia temerè abſque vlla principij ratione vagari: Principij namque ratio eſt, vt ſit primum. Per Deum ſanè velut menſuram perpendimus intellectum eſſe anima meliorem, & animam corpore: quoniam ille hac, & hæc iſto ſit Deo tanquam ſummo bono propinquior. At verò ſi nuſquam prima, ſummaq; conſiſteret bonitas, ſed per gradus procedere quis fingatur innumeros, nuſquam profectò erit ratio vlla menſuráque & regula, per quam aliis alia præferātur: nec enim alia magis aliis mēſuræ propinquabūt, & congruent. Sit ergo Deus principium, ſit menſura: præterea ſit & terminus omnium, quia finis: terminus inquā, qui & terminet ſubiecta formis, & formarum motus ſuis denique finibus, ne fortè de fine in finem abſque fine natura pererret: quod quidē nihil aliud foret, quàm per fines ſine vlla finis ratione vagari. Ratio verò præcipua finis eſt, vt ſit vltimum & extremum. Poſt hæc autem ſecundo gradu bonorum eſſentiam collocat, & in eſſentia mentem: tertio ſubinde gradu animam, & in anima vitam. Hæc omnia dicit eſſe bona, quia ſint ab ipſo bono, & quia circa bonum agant virtute boni. Vult & quarto bonorum loco cenſeri eas duntaxat corporum formas, quæ nunquam deſciſcant ab anima, quæ & ipſa nunquam deſciſcat à Deo. Talia verò ſunt cæleſtia corpora, ſimiliáve cæleſtibus. Ad hæc differentiam ponit inter diuinum intellectum, atque rationalem: quòd videlicet diuinus ipſe ſit omnium plenitudo: rationalis autem inde conetur impleri. Tu igitur dum hîc audis, intellectum noſtrum quaſi vacuum dici, ne ſimplicem intellectum noſtrum diuino ſemper impletum: ſed intellectum noſtrum rationalem, id eſt, vim animæ per vniuerſales ſpecies diſcurrentem accipe. Quæ ſanè vis quodammodo eſt potentia intellectus, intelligibileq; potentia, proditq; in actum virtute intellectus ſuperioris, qui ſemper exiſtit in actu: intellectus inquam, tum diuini, tum noſtri virtute. Sicut enim quod eſt omnia ſimpliciter in potētia, fit actu omnia per id quod eſt ſimpliciter actu omnia, ceu materia per diuinam mentem, ſic oportet & hanc vim, quæ humanus intellectus eſt in potentia, fieri humanum intellectum in actu, per intellectum quoque humanum ſemper in actu vigentem. Quemadmodum & hic homo in actu viuens genitus eſt non ſolùm ab vniuerſali natura, quæ rationes animalium omnium ſeminales habet in actu regnantes, verùm etiam à natura propria, id eſt, humana, rationem hominis ſeminariam poſſidente iam actu vigentem. Id enim perfectorum generatio poſtulat. atque hæc eſt vbique Plotini ſententia. Subdit, intellectum diuinū ſic omnia in ſe habere, vt ipſe ſit omnia. Quod quidem tu hoc exemplo ſic accipe: Si vaſa omnia figurarum inter ſe diuerſarum mergantur in mare, aqua protinus implebit omnia, & implendo totidem ſimilésque figuras aſſumet, quot implebit & vaſa. eiuſmodi verò figuræ non aliud quàm aqua maris erunt, aliter ſe alitérque accommodans. Sic intellectus eſt omnes ſpecies, quas cogitatur habere: ac multò magis ipſe ſuæ ſpecies eſt, quàm maris aqua figuræ: tum quia nulla ibi nouitas, nulla dimenſio, nulla diſtantia impedit vnionem: tum quia nec ab alio, nec in alio ſicut aqua, ſed à ſeipſo, & in ſeipſo ſpecies induit, aut edit, aut prorſus exiſtit. Quo verò modo in mente ſpecies inter ſe diſtinguātur, & tamen in vnaquaque ſint omnes, alibi ſæpe tractabimus. Subdit, quod fit mentis diuinæ particeps non omnes ſpecies habere ſimul in actu vigentes: id tu vim intellige rationalem, quæ ſolet diuinæ mentis aliquando fieri particeps. Ipſa enim intellectualis natura etiam in nobis non fit aliquando particeps, vt vult Plotinus, ſed ſemper diuinæ mentis eſt compos. Præterea diuinam mentem appellat primum boni ipſius actum eſſentiámque primam. Non enim vult vllum eſſe actum in Deo, per quem aliquid Deus agat: alioquin eiuſmodi actum ab ipſa Dei ſubſtantia ſaltem ratione quadam diſcrepaturum: à prima tamen vnitate omnem prorſus differentiam, omnem numerum abeſſe debere. Ipſum igitur Dei actum eſſe exiſtimat extra Deum: ſicut & lumen extra lucem: ac tantæ Deum eſſe virtutis, vt actus eius non ſit vel motio vlla, vel accidens, ſed ſubſtantia & eſſentia prima: idemq; ibi ſit & actus, & actum, id eſt, ipſa ſit eſſentia rerum omnium fons pleniſſimus: vt dum vnum à diuina vnitate videtur fieri, cuncta ſimul efficiantur in vno. Meritò namque ab vnitate quæ eſt ſuper omnia, & æquè omnia reſpicit proximè, fit hoc vnum quod eſt pariter omnia. Actum denique ipſius eſſentiæ circa Deum eſſe vult vitam eius, vitæ verò abſolutionē eſſe mentem. Subiungit, animam ſcilicet puram per mentem, tum ſuam quaſi oculum, tum diuinam quaſi lumen, ipſam inſpicere boni lucem: & huc uſque mali nihil accidere. Quòd ſi vel anima, vel ipſa natura hîc deſcendēdi ſiſteret gradū, nihil mali futurum: veruntamen ipſa naturæ fœcunditas efficit, vt multi præterea ſub ipſa anima, ipſaq; natura ſint rerū gradus. Quoniam verò gradatim deſcendendo paulatim portio boni minuitur (effectus enim cauſas æquare non poſſunt) tandem ex minori bono deuenitur in malum. Quòd autem cuncta circa Deum eſſe dicit, id eſt, à Deo pariter & ad Deum. Item primos præcipuè rerum ordines, id eſt, ideas circa Deum, à quo in mentem veniunt, & in quem reflectūtur à mente. Secundos verò, id eſt, notiones rationales, circa ſecundum, id eſt, intellectum, à quo in animam effluunt refluuntq; ſimiliter. Præterea tertios, id eſt, ſeminarias rationes circa tertium, id eſt, animam à qua profluunt in naturam, à qua refluunt rurſus in animam. Denique quartos intelligi vult circa quartum, id eſt, naturales formas circa naturam, à qua labuntur in materiam, & in quam pro viribus relabuntur. Totum hoc, inquam, alibi plenius & diximus, & dicemus.

Quid ſuper ens: quid ens verum: quid non verum ens: quid verum non ens: quouſque bona: vbi primum mala: & quot modis mala dicantur: & rationes multæ, quòd ſit materia.

III *Caput tertium diſputat, quid malum: quot mala: vbi ſint mala. Malum eſſe negat in eo quod entia ſupereminet. id enim eſt ipſum bonum: quod quidem hinc eſſe cognoſcitur ſuper entia: quòd ipſa appetendi natura, electióque non ſolùm eſſe deſiderat plurima, ſed multa etiam optat non eſſe, non fuiſſe, non fore: eligit autem ſemper ſub ratione boni. Ex quo patet appetibilis, id eſt, boni ſortē non adeſſe ſolùm, ſed ad non eſſe etiam pertinere, ideoque ipſum bonū ente cōmunius ſuperiusq; exiſtere. Quoniam verò eſſentia primū boni ſuſceptaculum eſt, ideóque per ipſam bonū deriuatur in alia, ſequitur vt quouſq; vera eſſētiæ participatio ſe extēdit, eouſq; vera quoq; boni portio protēdatur, neq; hactenus mala ſint: ſicut quatenus verus viget calor, inde frigiditas abeſt. At vera eſſētiæ portio vſq; ad ipſas ſphærarū mundi ſubſtantias ſe extēdit, in quarum eſſentiis priuatio nulla deprehēditur. In his ergo mala eſſe non poſſūt.*

Quicquid

Quicquid verò inter composita quandoque dissoluitur, non verè ens appellatur: quoniam & ipsum eius esse antecessit diuturna priuatio, similisq; succedit, & ipsius esse ductus, dum motu temporéque transigitur, quantum ad esse propriè spectat, indiuiduum habet præsens, quantum ad non esse pertinet, longum præteritum patitur & futurũ. Eiusmodi ergo compositum, cui priuatio multa essendi miscetur, ita dicitur non verè ens, sicut non verè calidum, in quo ad minimam caloris, plurimum frigoris adhibetur. His igitur malum accidit, quoniam non verè ens, dum ab essentia prima nimium decidit, ideóque ab ipsa boni sorte delabitur, interea præcipitatur in malum. Ipsum verò malũ est quod longissimè distat à bono, id est, informis ipsa mundi materia. Secundo loco malum, forma, vel qualitas patitur in materia iacens, quæ & quædam materiæ passio, vel affectio exterius agitatæ vocatur. Tertio loco malum admittit anima, quatenus affectu quodam acriori ad materiam inclinatur: sed hoc interest, quòd materia quidem dici quodammodo potest substantia mali: composita verò, ex materia, formáque caduca pati in substantiam malum: animam denique non in substantia, sed in qualitate quadam & accidente malum accipere. Inter hæc Plotinus ipsum quod non ens appellatur tribus accipit modis. Primò quidem omnino non ens, id est, nihilum. Secundò, verè non ens, id est, materiam mundi primam. Tertiò non verè ens, id est, formam materiæ inhærentem, compositúmque caducũ. item proprietates huius & accidentia. Atque vbi vniuersum sensibile appellat ens non verum, intelligit præcipuè omne sub luna compositum: quod omnino sensibile, id est, omnibus sensibus perceptibile dicitur: entis quidem imaginẽ vult esse formam ab idea pendentem, eámque referentem: vmbram verò entis, materiam, quæ non ab idea quantum idea est dependet, sed quantum essentia formabilis per ideas. item non repræsentat ideam. Nullus enim materiam introspiciens, propriam alicuius ideæ faciem suspicabitur. Ait materiam non ens iudicandam: non quidem sicut nihilum, sed sicut nonnihil à primo ente maximè distans. Ait & formam compositumque non eo solùm spatio ab ente primo distare, quo status ille atque motus, qui in primo ente ponuntur, sed multò maiore. Quo verò modo in ipso ente sint illa quinque, essentia, motus, status, idem, alterum, alibi disputabimus. Et profectò illic neque motus est ipsum ens: alioquin nullus erit status in rebus. Neque status rursum est ipsum ens: alioquin nihil vsquam mouebitur: sed differentes entis proprietates & actus. Sed missa in præsentia facit entis ipsius propria: accedit autem ad quædam non entis, id est, materiæ propria: quæ quidem opponuntur illis, quæ ipsius boni propria numerauit: ideóque hanc tanquam à bono longissimè discrepantem, malum ipsum iudicat nominandam. Ipsum quidem bonum mensura est, materia verò (vt huius verbis vtar) immensuratio dicitur: item bonum, terminus: materia, infinitum. Præterea hoc informe, illud verò formator: hoc egenum, illud contrà sufficiens: & quæ sequuntur. Atqui quemadmodum illa boni propria quatenus sunt intra bonum, idem inter se sunt, ipsumq; sunt bonum: quatenus autem ad sequentia referuntur, inter se differre videntur: sic & materiæ propria, qua quidem ratione in materia sunt, vnum sunt, ipsaq; materia: qua verò ad superiora spectant, & comparantur, diuersa censentur: perinde atque linearum signa, quæ in centro sunt vnum, sunt in circumferentia multa. Tum verò in rebus inter deum materiámque cõpositis, est infinitudo quædam & terminus, est informitas & formositas. Neque idem est res ipsa composita quod & alterutrum horum oppositorum: alioquin aut res ipsa non haberet vtrunque, aut saltem alterutrum esset vtrunque. Si enim hæc ipse terminus sit, non habebit infinitatem: sin infinitas fuerit, terminum non habebit. Si denique res hæc per se & hoc & illud fuerit, certè idem vtrunque restabit. Quòd verò terminus & forma sit infinitas informitásque opposita, rerum natura non patitur. Sed quoniam mista omnia ex oppositis tanquam non integerrimè talia, reducenda sunt ad simplicia, taliáque quammaximè: ideo super formam & terminum quæ sunt in alio mistaq; sunt oppositis ascendendum est ad formam & terminum, quæ sunt in seipsis atque purissima. Rursus præter informitatem, infinitudinémque, quæ sunt in alio oppositisq; coniuncta, ad ipsam informitatem infinitatémque descẽdendum in seipsa simpliciter subsidentem. Proinde vbi Plotinus ait: Quod accidit alijs prius aliquid ipsum esse debere quàm accidat: non dixit prius ipsum in se, vel per se extare quàm accidat, ne fortè accidens crederes esse substantiam. Tu verò hinc memento, calorẽ, qui aliquando contingit aquæ, quoniam & in alio est, & ex accidenti competit, reduci ad calorem ignis: qui quamuis sit in alio, non tamen ex contingenti adesse dicitur, sed natura. Hunc denique calorem redigi ad ipsam caloris ideã, quæ & per se iam & seipsa consistit. Sic itaque, sicut quod per accidens est, ad illud quod secundùm naturam inest refertur, ita quod in alio iacet, ad illud quod in seipso consistit. Denique memento, mala rerum formis accidere: neque casu duntaxat: continuè namque perpetuaq; serie veniunt: neque ex ipsa natura formæ, quæ tandem prouenit à prima forma, id est, à mente diuina, ea videlicet ratione qua mens conuersa est in bonum. Quamobrem & ab extrinseco scito confluere mala, & illo quidem principio quodam determinato: non certè principio velut forma, siue formali quodam: igitur à materia. Primum igitur materia malum: sicut & bona à principio rerũ primo. illud igitur ipsum bonũ. Superiora sic iterum confirmantur: Videmus in rerum ordine singula ex potentia quadam, actuq; componi, id est, ex natura formabili actuq; formali constitui: & quæ media rerum tenent ex vtrisque oppositis æqua portione ritè commixta: sed supra medium ordinis vniuersi, formabilem potẽtiam ab actu formali magis gradatim magisq; excedi: in medium vicissim actum quidem decrescere: crescere rursus potentiam patiendi, deformémque naturã. Quãobrem & augmentum ipsius actus per gradus ordinatissimum ad actum denique summum peruenit atque purum, & decrementum eius, ad minimũ paulatim actum formæ descendit. Cui mox succedit summa quædam informitas, & infinitas, patiensq; omnino natura formis desuper venientibus quasi mensuris & terminis semper exposita. Sed hîc interim animaduerte: Sicut ordinis huius descensio vltra minimam formam deuenit in materiam, sic ascensionem vltra summam formam, id est, essentiam, mentemq; primam ad ipsum progredi bonum: vicissimq; sicut super ens existit aliquid, id est, ipsum bonum, ita subeunte subsidere nonnihil, id est, ipsum malum, medium inter ens & nihil bono prorsus oppositum. Medium namque inter ens & nihil, siue non ens, materiam Platonici ponunt, quæ & non ens dicitur, & non nihil. Quæ quidem velut communis potentia origine quadam & generationis ordine vniuersum antecedit mundi actum, sicut & potentiæ passim propriæ actus proprios similiter antecedunt. Cùm verò ob extremum virtutis defectum materia semper egeat substentaculo, neque fundamento vsquam inferiori possit inniti: (nihil enim est inferius illa) nacta est tantum desuper substentaculũ ex quo pendeat, id est, naturam: sicut & natura similiter animam. Materia quidem ab essentia naturæ dependet, & ab ipsa mentis essentia: Formæ verò in materia genitæ ab ipsis naturæ seminibus ac mentis ideis: materia videlicet sicut vmbra tum intellectualis essentiæ,

tum naturæ: formæ autem vt imagines ipsius mentis & seminum. Sustineri verò videtur materia desuper fermè in suspendiculi modum, sicut ferrum à superiori magnete suspensum.

Gradus malorum tres: quomodo in anima malum, quomodo materia nihil habet boni.

IIII *In quarto capite malorum gradus prosequitur, in primo gradu materiā ponens, in secundo corporeā materiæ formam: quam non esse formam verā & hîc Plotinus breuiter indicat, & nos in Theologia latius demonstramus. In tertio verò statuit animæ malum, dicens: animam ipsam non esse per se malam: alioquin & omnis anima foret mala, & ab initio mala foret, & semper. Existimat secundam animam, id est, vitam ab anima prima quandoque accommodatam corpori, statim in ipso accommodationis initio fieri prauam. Cùm enim sic alligetur corpori, vt ex ea & corpore vnum animal componatur, meritò à materia mox inficitur: adeò vt & paßionibus fiat obnoxia, & motus immoderatos more corporis subeat in exceßum atque defectum. Talem verò fieri omnem eiusmodi vitam Platonici putant, posse tamen & hanc vix tandem aliquando temperari: sed ante moderationis effectum, & paßiones illas esse inuoluntarias arbitrantur, quia videlicet naturales: & superiorem quoque animam, quia scilicet libenter cum inferiore consentiat, falsas inde opiniones accipere, quibus parum consideratò iudicet, re vera bona sibi quoque vel fore mala, quæcunque inferior anima naturali quodam impetu prosequitur, aut fugit. Sicut igitur inferior anima impetu naturali mala fit, sic superior amore, consensione, opinione fit mala. Sed inter inferiorem hanc vitam, atque formam corpoream hoc interest, quòd forma hæc paßio quædam est materiæ, vita verò actio potius est, vel actus animæ. Ideò formæ quidem malum insanabile est, vitæ verò sanabile. Vbi verò materiam ait boni nihil habere, intellige nihil formalis, intrinseci, absoluti boni. Cùm enim primus boni ipsius effectus sit formale aliquid, id est, diuina mens, forma formarum, meritò vbi deest natura formalis, deest intrinseca, natura boni. Sed materia quia primum subiectum est, æquè ad omnes formas expositum, nullam sibi propriam vendicat formam, nihilq; formale. Huic ergo nihil formalis, intrinseci, absoluti boni proprium est. Neque tamen huic deest appetitio boni. Est enim materia indigentia summa ad formalem copiam capiendam naturaliter paratißima: igitur hanc naturaliter appetit: igitur affectat bonum. Appetitio hæc bonum quodammodo dici potest: non quidem absolutè, sed quoniam spectat & conducit ad bonum: ad bonum, inquam, extrinsecum. Quod enim accipitur, nunquam euadit materiæ proprium. Proinde principium efficax, vnde appetitus, motúsque materiæ ad bonum efficitur, non est in ipsa materia (nulla enim efficacia est, vbi nulla forma.) sed in natura tanquam instrumento Dei. Neque tamen appetitus, motúsque eiusmodi dicitur violentus. Nam ad hunc tractum materia nedum resistat, sed & paratißima est, & quàm libentißimè patitur, facilliméque formatur. Denique ipsa materia quoniam est informis est mala, imò quia est informitas, est ipsum malum: dici tamen quodammodo bona potest, quatenus formabilis est à bono. Quoniam verò sæpe formam nominat terminum, & mensuram, scito terminum appellare: quia naturam materiæ ad speciem quamlibet æquè indifferentem certis quibusdam speciei limitibus terminat: vt per hominis quidem formam speciem hominis sortiatur: per equi verò formam ad equi speciem contrahatur. Mensurā rursus nominat: quia materia suapte natura nullam habet propriam magnitudinem, vel figurā, sed certa quadam forma dum ad certam speciem eam terminat, propriam quandam magnitudinem, figurámque requirit. Sicut autem corporea forma mensura est, terminúsque materiæ, sic intellectualis forma mensura est ac terminus animæ. ipsum verò bonum mensura est, terminúsque mentis & omnium. Anima denique, quæ per omnes sui vires in mentem conuersa, eius mensura, terminóque componitur, nihil mali accipit aut prospicit: quæ verò à mente digressa materiam versus inclinatione progreditur, iam malum prospicit, & quasi quodem intuitu fascinatur. At postquam seminariam naturæ suæ virtutem quasi animæ superioris imaginem materiæ prorsus infundit, malum iam dicitur attigisse. Vbi tandem habitum iam concepit, per quē materiali corpore patiente compatiatur, atq; consentiat, iam tactu venefico languere videtur.*

In quo defectu consistat malum: quomodo materia sit ipsum malum: quomodo fiat malum in anima.

V *Caput quintum quæstiones duas inducit, & soluit. Prima quæstio est eiusmodi: Dictum est vim rationalem imperfectiorem mente, eiusq; imaginem esse: Similiter vim naturalem rationali imperfectiorem, eiusque imaginē. Nunquid ergo defectus eiusmodi vel ibi vel hîc est malum? Nequaquam. Nempe non in quouis defectu boni consistit malum, quando scilicet aliquid ab alieno superioriq; bono superari deprehenditur, eique cedere. Nam hi sunt certi bonorum gradus prouidentia diuina dispositi. Sed malum in proprio quodam defectu versatur: quando aliquid bono aliquo speciei suæ vel singulari munere videtur orbatum. Summum verò malum in vniuerso defectu perpenditur, quod quidem omnis speciei bono suapte natura caret, omniq; intus formali dono priuatur: qualem dicit esse materiā, quæ nullam boni habeat portionem, scilicet intus & propriam. Cùm enim ipsum ens primò bonum intus accipiat, tāquam ipsi bono quàmproximum, meritò intrinsecum rebus bonum per munera ipsius entis, scilicet per essentiam & esse tribuitur: materia verò neque proprium habet esse, cùm non sit forma, vel propriam habeat formam. est ergo per esse substantialis formæ, sicut accidentalis forma est per esse substātiæ, neque rursus habet essentiam. Cùm enim prima essentia sit aliquid in se formale, præsertim si ad alias essentias comparetur, iure materia quæ nihil est formale, nō etiam est essentia. veruntamen est aliquid essentiæ quodāmodo simile: quāuis ipsius esse simile nihil habeat. Proinde in quo est defectus aliquis qualiscunque sit, id non est ipsum bonum: vbi defectus à proprio quodā bono cadens, ibi iam malum aliquod: vbi defectus omnis, ibi malum ipsum, id autem est materia. Defectus autem à proprio bono degenerans, in quo est potentia & procliuitas in malū aliquando cadens, deterior defectus est quàm simplex alicuius boni defectus. In hoc enim consistit minus bonum, in illo verò malum: nam procliuitas illa præsertim iam inclinans vergit ad ipsum malum, quod quidem ante procliuitatem iam est malum: & ipsa procliuitas in animo pronior quādoque facta, iam est mala, antequam præcipitandi habitus confirmetur. Iam verò primum animæ malum non est vitiosus hic habitus, aut ille, sed ipsa procliuitas propensior ad materiam: ipsaq; materia circa quam versatur: vel eam quibusdam sui partibus attingendo scilicet natura, viribúsque naturæ ministris: vel eam aspiciendo, scilicet quodam*

uns

tum consilio rationalis materiam eligente, tum imaginationis superioris imperio: vel in materiam corruendo, scilicet imaginationis inferioris affectu: vel denique patiendo scilicet infimo sensu. Profectò cùm omnia secundùm aliquid talia, iudicentur talia, quatenus ad ipsum tale simpliciter referuntur, meritò Plotinus omnia per relationem aliquam ad materiam, quæ ipsum malum est, mala perpendit, tum in anima, quod iam dictum est, tum in corpore, atque fortunis, quod deinceps ostendit, vbi secundam quæstionem mouet & soluit. Concludit ex his, animam non esse mali principium: quia videlicet non sit ipsa natura mala, cùm intellectualis natura sit, atque ipse intellectus sit ipsi bono quàmproximus: quippe cùm ad ipsum bonum & intellectus proximè & per intellectum anima conuertatur. Hîc innuit, animas non tam certo proposito quasi rebelles à Deo deficere, quàm ex quadam potius consequentia cõtingenti: quatenus scilicet ad materiam & materiale quiddam afficiuntur. ex quo latenter animus auertatur à Deo, dum libenter conuertitur ad oppositum. Nempe si in hoc nostro malignitatis loco animus non discedit à maiori bono in malum præcipuo quodam proposito, sed sub specie boni, multò minus extra id corpus viuens manifestum malũ bono manifesto præponit. Initium itaque mali animæ vult esse per accidens, quatenus ad aliquid minus bonum, id est, ad ipsum generationis ministeriũ propensius inclinatur: sed clàm interea malũ subrepit, quod & aliquãdo nolentẽ detinet animam: tũ quia ineuitabili mox impetu fati pulsatur, & diutius interdũ carcere clauditur, tũ quia nescit ab initio quid, quantùmue damni sequatur ex affectu & habitu circa corpus. Solos autem Plotinus eos existimat animos mala quodãmodo vitaturos, qui antequã corporeus habitus cõfirmetur, discrimine cognito in mentẽ se omnino receperint. Quoniam verò non omnes praui sunt: & praui quidam emendari aliquando possunt: patet prauitatẽ tum non inesse natura, tum non esse ipsum malum existimandam. Concludit denique animum deuitare, vel repellere, superareq; prauitatem ex materia pullulantem, vel ad materiam proruentem, ea tantùm natura, quæ inest animo à materia segregata, ideóque diuina: & quamuis diuina sit, quia tamen est proxima naturalibus, sensim admittit malum. Non autem sicut corporea forma, quæ ideò cadit à proprio bono, quia tum materiæ inhæret, tum contrariæ formæ miscetur, ideóque malum eius sequitur & interitus. Sed ideò animus à proprio quodam bono degenerare, malúmque videtur admittere, quia nimium init cum natura inferiori commercium. Ex eiusmodi verò contubernio sollicitudo potius & impedimentum melioris officij sequitur, quàm pernities.

Quomodo aliquid bono sit contrarium, id est, materia: quomodo formæ à materia separatæ sint contrariæ.

VI Sextum caput exponit quid sibi Plato velit, vbi ait in libro de Scientia, Mala omnino deleri non posse. Esse nãque necessariò aliquid sub contrarium bono, Ipsaq; mala in mortali natura versari. Inter hæc intellige, non esse quicquam propriè ipsi bono contrarium: quasi id in eodem genere cõtra bonum ex opposito diuidatur. Principium namq; rerum cum nullo potest in eodem genere conuenire, & à nullo per differentias sibi additas discrepare. Sed dicitur aliquid sub contrarium bono, id est, sub boni imperio collocari aliquid ab eo maximè distans, ac penitus dissimillimũ, id est, infimam mundi materiam. Præterea docet, in cæteris quidem contrariis non esse necessarium, vt si vnum extat, mox extet & alterum. at verò si ipsum bonum est, necessariò eius subcontrarium prouenire, id est, si primum est vniuersi principium, necessariò datur gradus quidam infimus vniuersi. Inter hæc contrarietatem accipit aliter, quàm plerique eam definientes repugnantiam quandam duarum in eodem genere qualitatum. Vnde sequeretur substantias sibi inuicem non esse contrarias: & quæ contraria sunt in eodem genere collocari. Hîc enim contrarietatem esse vult distantiam rerum vndique maximam opposita facientem, ferentémque opposita. Sic itaque materia erit subcontraria Deo. Hæc enim non est essentia, ille verò essendi principium. Hæc malorum origo, ille bonorum. Hæc rursus informitas, deformitatísque causa, ille principium est formarum. Multóque magis hæc duo inter se contraria sunt, quàm calor, atque frigus, & similia. Hæc enim in nullo conueniunt. Cætera verò in genere & materia congruunt. Subdit, ignem, & aquam si speciem fortè suam seruarent illis subducta materia, inter se adhuc contraria fore, scilicet essentiã aquæ ignis essentiæ: tunc enim in his calor, & frigus non modò proprietates quædam essentiales, sed etiam quodammodo essentiæ forent, siue actus essentiæ, maximéque inter se distantes contrariorumq; causæ vniuerso. Item nulla tunc alterius portio propria foret in altero, cùm communis sit illis materia defutura. Rursus duo hæc se totis inter se discrepabunt, & ipsa (vt ita loquar) alteritate distabunt.

Quomodo si bonum est, necessarium sit esse malum, & quomodo vniuersum ex materia constat & forma ex mente atque necessitate.

VII Post hæc in septimo capite monstrat: cur necessarium sit, si bonum est, fore malum. Profectò mundanum opus ab ipso Deo factum, nunquam præsenti effectu, actuq; factum esset, nisi fieri potuisset. Duo igitur cogitantur, tũ potentia, tum actus essendi. Quæ quidem inter se contraria, id est, opposita sunt: nam & qua ratione actu iam existit, nequit vlterius effici: & quà ratione fieri poterat, nondum erat in actu. Item potentia quidem eiusmodi terminus est à quo: actus autem terminus est in quem effectio mundi progreditur. Actus quidem existit iam in potentia mundi, potentia vero non in actu quidem, sed potius est sub actu: atque ita hæc hunc ordine quodam antecedit, rationisq; discursu, sicut in qualibet rerum apud nos genitura, potentia hæc aut illa nascendi actum proprium & præcedit tempore, & in actum procedit in tempore. Si quæras de prima nascituri mox mundi potentia quidnam fuerit respondebo, neque prorsus aliquid extitisse: iam enim fuisset in actu: neque rursus omnino nihil: non enim aliquid fundatur in nihilo. Dicam ergo, fuisse nonnihil, ipsam, inquam, existendi potentiam atque materiam, non, inquam, in Deo fundatam: Deo enim nihil accidit. non fundatam rursus in nihilo, sed ipsum potius fundamentum: non quidẽ in ipsa diuini architecti intentione primum, sed potius vltimum. Primum nanque, id est, præcipuum in ipsa Dei sententia est forma mundi. posterius verò materia sub mundi forma se occulens. Vicissim verò in operis expeditione primum est materia, subsequens verò forma. Constat igitur vniuersum, vt Plato inquit, ex mente, id est, actu formali, qui sanè est in diuinæ mentis voto præcipuum, mentísque imago item ex necessitate, id est, materia, quæ non tam intentione propria quàm necessaria quadã conditione ad hoc opus accipitur. Si igitur est ipsum bonũ efficacissimũ

omnium, necessariò Plotinus vult, opus inde sequi mundanum. Si mundus est, necessariò est materia, quæ malum est. Si ergo bonum est, sequitur necessariò malum. Præterea bonum ipsum cùm inextimabilem habeat efficaciam, vim suã, effectumq; longißimè, latißiméque diffundit. Si longißimè porrigit, certè graduũ deinceps innumerabiliũ series efficit, vt gradus vltimus velut maximè distãs sit primo. i. bono cõtrarius. i. omnino diuersus, atq; dißimillimus. Erit itaque malum: malum, inquam, simpliciter, atque commune. Item si latißimè vim diffundit, plurimi per latitu dinem rerum gradus efficiunt vt aliquis sit ab aliquo diuersißimus, sæpeq; reuera contrarius. atque malum non qui dem simpliciter malum, sed potius inuicem. Si ergo bonum est, consequenter tum in longum denique surrepit ipsum malum, tum in latus quædam inter se mala contingunt. Inextimabilem ipsius boni fœcunditatem necessariò bonũ sequitur iterum fœcundißimum. Et huius deinceps fœcunditatem fœcundum aliud rursus & aliud. Cùm verò sem per effectus in bonitate causæ cedat, continuè magis suboritur comminutio boni: hanc verò subsequitur denique ma lum. Effectus itaque boni & bonus est, quoniam est ex bono, & minus bonus, quoniam extra, & infra bonum: & denique malum patitur post boni longißimum detrimentum. Quoniam verò materia est ipsum malum, atque ex hac totus mundus compositus est, ideo in qualibet mundi particula latet malum, quãuis in sphæris mundi sublimioribus soliti effectus mali non accidant: quippe cùm ibi defectus materiæ, perfectione formæ nimium superetur: nonnihil tamen mali simile præ se ferre videtur continua quædam priuatio, quam secum affert perpetuus mũdi motus in præ teritum, ac futurum. Materia quoque cæli ob potentiam eius ad formas omnes indifferentem, substantiales for mas aliquando commutaret, nisi mira quædam præsentis formæ virtute, tanquam fræno quodam cohiberetur: cui quidem fræno iam mansuefacta cedit: fortè non tam quia simpliciter materia est, quàm quia talis formæ materia. Hanc ob causam Plato in Timæo sphæras mundi, stellásque inquit dissolui poße, scilicet ex natura materiæ: nisi vir tute diuina, id est, mira bonitate formæ connecterentur. Formæ itaque separatæ dißolui non poßunt: nam & si hæ quoque beneficio ipsius boni munere conseruantur, tamen hoc ipsum boni munus forma est: qua quidem dum serua tur forma quælibet à materia segregata, videtur interim seipsa seruari, cùm ipsa reuera sit forma. Siquis autem am bigat, cur corpus humanum forma sua, id est, anima quæ diuina est, non seruetur indißolutum, audiat Moysen do centem, contineri quoque id corpus indissolubile posse, si modò & anima suam seruet diuinitatem: quod & Persarũ Magi secuti, promittunt perpetuam corporis sanitatem animo pristinam sanitatem suam recipienti.

Quomodo materia sit causa mali, primò quidem formis suis, deinde animo: item quòd omnia bona ad vnum bonum: omnia mala ad vnum malum denique referantur.

VIII Dubitat autem in octauo libri capite, vtrum materia sit causa in animo, tum inscitiæ, tum prauitatis: an potius forma quædam complexióque formarum? Respondet mox: Si forma corporea qualiscunque dicatur, sit mali in animo causa, proterea causam eße mali, quoniam forma hæc materiæ addicta est: ac prorsus materialis effecta: nec vera sit forma, sed imago quædam formæ, paßioq; materiæ. Cùm regionem sub cælo mobilem instabiliter quasi per se vacillantem neceße sit regi, ducique à regione cælesti, mobili quidem, sed stabiliter mobili, id est, perpetuo eodémque semper tenore volubili. Rursus cælestem regionem motui subiectam, quasi nondum perfectam à superiori prorsus immobili gubernari, meritò inferiores in hac nostra materia formas, ad formas quæ sunt in cælo reducimus, & cælestes iterum formas, ad illas, quæ sunt in ipso cæli fabro ducéq;, referimus: neque aliud ibi sunt hæ formæ quàm ipsa fabri, ducisque intelligentia: ideóque in se ipsis existere iudicantur. Formæ quidem sub cælo à cælestibus longè degenerant: illinc enim puræ sunt, & integræ, efficaces, paßionis expertes, neque pugnaces: hîc autem commistione aliqua inquinatæ, mancæ, inefficaces, innumeris subditæ paßionibus, & si quid agunt ad perniciem inter se pugnantes. Veruntamen hæ cum cælestibus tum in ipso corporeo genere, tum in materia, motúque congruũt. Hæ igitur à formis penitus incorporeis & procul à materia, omnique motu in se consistentibus multò magis degenerant, quàm à cælestibus: vsque adeò vt sublimes illæ sint formæ, hæ iam deformes quædam notæ sint, vel exigua valde incertáque formarum vestigia in materia prorsus informi: materia, inquam, iam ita superanti formas, sicut & in cælo formæ superant coniunctam sibi materiam, & super cælum formæ materiam omnem à se procul eliminant. Age rursus lucem in seipsa considera, & in ea vires omnes, gradúsque colorum: qui tamẽ in ipsa luce nihil aliud sint quàm ipsa. Animaduerte subinde colores in herbas traductos, cognosces subitò, quàm longè colores qui his materijs insunt, ab illis decidant, qui in luce imò in seipsis existunt. Mitto, quòd hi colores obumbrati iam sunt, & contraria tum luci, tum sibi inuicem natura polluti. Nónne vides eos inefficaces sic euasiße, vt abeunte luce nihil agant, fortéque sint nihil: adeò, vt dum præsente luce videntur existere, hoc ipsum eße ipsius fortè sit lucis: certè hoc ipsum agere, oculósque mouere, sit lucis in eis agentis. Talem verò formarum nostrarum ad diuinas comparationem esse memento. Materia enim formas omnes in ipsa iacentes multò magis inficit informitate sua, quàm subiectum frigidum, calorem debilem accedentem. Maior namque diuersitas est inter formam, atque informe omnino subiectum, quàm inter formam quamlibet, & subiectum quomodolibet iam formatum. Si ergo non est calor verus qui mistus est frigido, certè non est vera forma, quæ immersa est subiecto prorsus informi: siue (vt verius loquar) informitati. Accipe colores quatuor, album, croceum, viridem, & rubentem, misce cuilibet horum quẽlibet, non tantùm quemuis inficies mutua mistione, quantùm si quemlibet horum nigro miscueris: nigredo verò ad reliquos cõparata colores, materiam tibi referat ad formas similiter comparatam. Memento, præterea formas in materia, quia factæ materiales sunt, egenas euadere, ac periculis subiacere, ideóque inuicem ad perniciem concertare, vt alieno videlicet detrimento vtcunque poßunt alantur, & tutiores sint extincto contrario: separatas verò à materia formas, quamuis admodum inter se diuersas, tamen inter se nullo modo pugnare: generant tamen in vniuerso contraria, idea quidem ignis, ignẽ: idea rursus aquæ generat aquam. Quòd enim inter differentes ideas est inconfusa vniuscuiusque proprietas, hîc repugnantia fit hostilis. Conclude tandem, formas in materia penitus obumbratas fieri vsque adeò languidas, vt materiæ veneficio ægrotantes veneficæ quodammodo sint, & animo nimium propinquanti. Qua verò ratione pro humorum diuersitate diuersa hominum sint ingenia, diuersíque mores: & vtrum, & quomodo superari hæc incommoda temperaríve poßint, in Theologia sæpe disputamus: vbi etiam non veras eße in materia formas frequenter aßerimus. Vt

autem

autem quæ Plotinus de bono, maloque, & boni malique gradibus, & in superioribus & hîc adducit, summatim tenens, ita considera. Diuersa bona in quocunque rerum genere sint, communi vocamus appellatione boni: neque id quidem casu, sed certa quadam conditione ad hoc adducti. Vnam itaque in cunctis communem sortem vaticinamur, nõ vnam specie, aut genere: nam in omnibus generibus quamuis diuersis, bonum conspicimus atque nominamus: Vnà igitur est hæc appellatio, ob quandam ad idem ordinis vnionem scilicet, quoniam ab eodem principio sunt, eiusque aliquid habent, & ad idem velut finem feruntur & conferunt. Similiter per omnia genera malum aliquod reperimus: cunctáque mala eodem mali nomine non casu, sed certa ratione notamus. Neque id verius fieri potest, quàm si ad vnũ summoperè malum omnia referamus, scilicet quia vel inde contingant, vel illius aliquid habeant siue similitudinis siue inclinationis, siue naturæ: vel quia illuc ferantur & ferant. Ipsum quad bonum est, summus est vniuersi gradus: Ipsum ergo malum gradus sit vltimus omnium. Neque verò decet mala diiudicare solùm per discessum ab ipso bono, atque distantiam: imò multò rectius per accessum ad ipsum malum. Non enim quicquid statim à primo distat, mox iudicamus malum, sed longo pòst interuallo mala deprehendimus, quæ per accessum ad vltimum deformia iam perniciosaque sunt. Valde enim probabile est, quæ propinquiora sunt ipsi bono quàm ipsi malo, bona censeri: quæ vicissim propinquiora malo, mala putari. Sin autem absque fine aliquo descẽdatur, nusquam erit infimum, & ab ipso bono maximè distans. Quo posito, liceat aliquid huic propinquius existimare quàm bono, aliudque alio propinquius huic vlla ratione perpendere. Referre autem malorum iudicium solùm ad quamdam à bono distantiam, perinde se haberet, ac si quis ad ipsam à malo distantiam bonorum omne iudicium referat.

Quomodo quod est informe cognosci possit ab anima, quæ est forma, & per formas solet cognoscere.

IX *Quærit in capite IX, quomodo, quod est informe cognoscatur, cùm & virtus cognoscendi sit forma, & ipsa per formam actura sit, & obiectum per formam virtuti sit occursurum. Respõdet, per lumen cognosci tenebras, id est, fingendo quidem totum lumen abesse extremas tenebras cogitari: fingendo verò deesse hîc luminis partem, quam alibi videamus, agnosci aliquid tenebrosum. Similiter omnem formam auferendo, animum vaticinari materiam: sed formas auferendo nonnullas, aliquid cogitari deforme. Sed mirum hîc aliquid accidit. Sicut enim neque sine luce videmus quicquam, neque in luce tenebras: ita neque sine forma quicquam intelligimus, neque per formam, vel in forma materiam. Animus denique sicut ipsum bonum supra lumen intellectuale cognoscit, sic materiam infra lumen eiusmodi fingit. Cognitio autem vtraque vaticinium potius, quàm ratio nuncupanda videtur.*

Quòd materia sit mala, non quia qualis sit, sed quia non qualis: sic Deus est sine qualitate bonum: item materiam esse prorsus informem, & quid sit forma.

X *Post hæc autem in reliquis libri capitulis quæstiones mouet & soluit. Quæstio prima in capitulo X. Vtrum materia si non sit qualis, possit esse mala. Solet enim ad qualitatis genus virtus, & vitium, bonitas & malignitas pertinere. Respondet, Quæ mista sunt ex subiecto quodam, atque forma, ita solere vel bona, vel mala censeri. At verò quæ simplicissima sunt, non ita, sed aliter iudicari. Sic ipsum rerum principium, quando vel dicitur bonitas, non est qualitas: vel quando dicitur bonum, non est quale. Ipsum enim est ipsa bonitas, non qualitate solùm, sed substantia, essentiáque superior: sic rerum vltimum, id est, materia, vbi malignitas appellatur, non est qualitas, alioquin & in subiecto alio foret, neque sic foret vltimum, & per naturam formalem nonnihil boni formalis haberet. Item vbi denominatur mala, non ita cognominatur, quia ipsa sit aliquid ex subiecto & qualitate compositum: alioquin neque esset vltimum, posset enim in simpliciora resolui atque subiectum: & ipsa eius qualitas neque cum quibusdam aliis potissimum congrueret qualitatibus: alioquin materia non foret ad quaslibet capiendas æquè parata: neque etiam esset qualitas pariter ad omnes qualitates indifferens: nam sic quidem & ipsa iam ad naturam sortemque materiæ traheretur: & si quid fortè formale iudicaretur, saltem id insuper sequeretur, vt quod omnium subiectum dicitur, sit adhuc ex forma & subiecto compositum. Oportet tamen ne in infinitum sit processus, ad subiectum simplex & informe penitus deuenire. Materia igitur non quia qualitatem habeat, sed quia non habeat malum existimatur. Si ergo qualitas quandoque bona dicitur, non quia sit qualis, sed quia qualitas: sic materia mala, non quia qualis, sed quia materia, nullam in se possidens qualitatem. Qualitas enim, & forma in subiecto nihil aliud est, quàm mensura, determinatioque subiecti, & expressio quædam ab ipso bono per formam primam, id est, per mentem quasi per sigillum suum impressa, referens ipsum bonum. Materiam verò fingere possumus nonnihil ab ipso bono etiam pendens, per quendam processionis potius, quàm conuersionis modum, nec dum ab ipso bono respectum, nec sigillo quasi peculiare aliquid obsignatum. Sic ab ipsa communi cælestis naturæ virtute regitur quicquid sequitur, vsque ad centrum terræ inde dependens. Sed communis ipsa cæli natura per lumen velut sigillum sibi simile, propriumque nihil vltra terræ superficiem exprimit, nihil sibi simile format. Quod ergo subsequitur est informi materiæ simile: quod autem superius extat, est simile formis, atque formoso. Et ipsum quidem lumen intellectum tibi diuinũ referat: ipsa verò simplex, priórque cæli natura referat ipsum bonum.*

Vtrum malum sit priuatio summa: & vtrum esse per se, & in se possit? Respondetur distinguendo.

XI *Quæstio secunda in XI. capite ita quærit: Cùm priuatio ob defectum in se esse non possit, sequitur vt extrema priuatio ob extremum defectum minimè omnium per se, & in se possit existere. Quònam igitur modo, aut ipsum malum summa priuatio est, aut si est eiusmodi, quònam pacto per se, vel in se consistit? Respondemus ad hæc, priuationẽ summam, id est, formarum omnium puram vacuitatem, neque in alio esse posse, alioquin non foret illic extrema vacuitas: neque reuera in se, quia videlicet à nullo dependeat, sed quoniam à nullo tanquam subiecto quodam sustineatur. Itaque nemo dicat vel animam, vel in anima esse primum ipsumque malum: alioquin non foret in anima intellectus, non vita, non essentia, nec anima ipsa foret amplius anima.*

Vtrum ipsum malum non sit purum malum, sitque in anima? Respondetur esse purum, neque in anima.

XII *Quæstio tertia in capite XII. tentat, vtrum liceat ipsum primumq́ malum iudicare non purum vndique malum, atque ita in anima collocare? Respondeo: primum, summumq́ malum apud Plotinum intelligi extremam formarum vacuitatem, quæ quantum ad formas pertinet, sit & pura vacuitas, primaq́ materia, quæ quidem siquid formale haberet intrinsecùs, non esset materia vera, sicut neque vera forma est, quæ materiale aliquid in se admittit. Rursus, si non est vera materia, si qua intrinsecus formalis euaserit: ita neque vera forma, quæcunque materialis euadit: præsertim quia si materia dum fingitur in melius, id est, formalem traduci sortem, desinit esse vera: multo magis forma vera cessat existere forma, dum in deterius, id est, in materiam iam transfertur. Vt igitur à non vero perueniamus ad verum, oportet tum ad formas supra materiam puras ascendere, tum ad puram infra formas materiam deuenire. Quamobrem materia semper est pura vacuitas: nam & dum formas omnes videtur habere, nullas habet: tum quia non verè sunt eiusmodi formæ, tum quia neque vllam sibi propriam contrahit, neque seruat inde vestigiū & forsan speculi more quæ non habet, ostentat habere.*

Vtrum ipsum malum sit impedimentum in anima? Respondetur, extra animam esse primum malum, & primum bonum, & animam per quatuor gradus descendere in malum, scilicet materiam.

XIII. *Quæstio quarta in capite XIII. Vtrum primum malum sit ita ponendum in anima, vt malum hoc non tam priuatio sit, quàm impedimentum ad bonum proprium consequendum. Negat impedimentum eiusmodi, scilicet, vitium esse primum malum: tum quia propterea dicitur malum, quod impediendo bonum deducit ad malum. non est igitur primum malum. Item sicut virtus non est summum bonum, ita neque prauitas summum malum. Virtutem verò non esse in bonitate primum, summumq́, patet, tum quia & in labore versatur, & appetitum naturæ non implet: tum quia à potentia quadam ociosa prouenit in effectum, cursúsque temporis à minori pergit in maius: tum quia compositionem in se aliquam admittere potest. Hæc autem in ipsum simpliciter bonum cadere nequeunt. Sicut ergo ipsum bonum est virtute præstantius, sic ipsum malum est inferius vitio, longéque deterius. Profectò animæ malum est ad materiam se deflectere, quam Plato in Theæteto nominat dissimilitudinis regionem, scilicet diuinitati vndique dissimillimam. Delabitur autem in letheum hoc profundum per gradus quatuor, quasi flumina quatuor. Primo quidem gradu hanc corporis fabricam imaginatur attentius: secundo, affectat ardentius: tertio iam coniuncta fabricat: quarto coitus eiusmodi voluptatem ducit in habitum. Hactenus per flumina quatuor ad inferos animus præcipitari videtur. Ita præcipitatus rursus ibidem per quatuor quoque reuolui, quando videlicet iudicium imaginatione penitus obcæcatur. Item affectus ex humano fit ferinus. hinc coitus eiusmodi, cum corpore corpoream reddit animam. Denique habitus animum corporis commertio detinens fit penitus indelebilis, nisi fortè diuinitus deleatur. In quo quidem gradu animus à Platone dicitur, postquam delapsus ad inferos fuerit, dormitare.*

Quomodo malum in animo sit debilitas, & qualis debilitas, & quomodo à materia: quomodo anima corpori coniuncta sit: quomodo separata: quomodo materia dependet ab anima: & quomodo etiam desuper.

XIIII *Quinta quæstio in capite quarto decimo inuestigat, vtrum malum quod fit in anima, id est, vitium, sit imbecillitas? Idq́ concedit dicens, similem quodammodo in animo, atque in corpore debilitatem fieri, sed nō eandem. Horum enim vtrumque tunc debile dicitur, quando & facilè patitur aliunde, & sua difficllè peragit. Sed debilitas in corpore quidem fit duplex: aut cùm amittit suum, aut cùm alieno grauatur. In anima verò solùm ex alieno quasi pondere debilitas accidit. Accipere autem dicitur alienum, quatenus materiam sibi quasi extrinsecus vbique præsentem aliquando intromittit. præsentem dico, quoniam vbicunq́ anima est, ibidem est materia: extrinsecùs, inquā, quoniam & materia quasi extrà pendet ab anima, & anima nullo modo residet in materia, sed in seipsa, dum pendet inde materia. Hæc ipsa materia, tum quia inde extat, tum quia prorsus egena, tum quia inde sicut ferrum à magnete quodammodo trahitur, affectare videtur in animam penetrare, vbi videlicet formis perficienda: perinde ac si nubes aliqua proprio quodam flatu, siue tracta lumine se lumini subigat, atque inde ruborem accipiat, velut formā. tunc sanè lumen non tam in nube, quàm in se videtur existere, sed rubor in nube: neque diuiditur ibi lumen, vt pars quidem vna in se sit, alia sit in nube: sed lumen in se totum prorsus existit. Vis autem, actúsque eius in nube fit rubor: qui quoniam pro inferiori nobis natura suscipitur, debilior admodum est quàm lumen, ipsumq́ donū luminis quātum ad nostrum spectat intuitum, obfuscare videtur. Nubes eiusmodi materia sit: lumen verò sit anima: rubor autem sit vita quædā, vel forma iam infusa materiæ. Quæ quidē vita, quia non pro ipsa animæ amplitudine, sed pro angusta potius materiæ capacitate suscipitur, exigua quædā euadit, debilisq́ vita, ac tum inefficax ad agendū, tū obnoxia passionibus: quāuis interea intellectus in anima fulgeat desuper, sicut & lumen splēdet desuper, dū & rubor eius in nube ab ipso splendore degenerat, & nubes spectaculū ipsum nobis veri luminis aufert. Memento, Plotinū & hic & alibi nobis innuere, materiā à natura, id est, ab infima virtute animæ generari. ab anima, inquā, siue patiente, quemadmodum alicubi legitur, siue præsente, quod rectius legi puto. Anima enim nihil nondū nata materia patitur: nisi fortè pa: i quis intelligat animā, quodāmodo etiā qua parte afficitur ad aliquid generandū. Cùm igitur naturalia diuinis subijciantur, probabile est ab vltimo diuinorum, id est, natura nauraliū genetrice, generationis ipsius subiectū, id est, materiā dependere. Et sicut propriæ naturæ quælibet subiecta propria operum, id est, certo modo disposita faciunt, sic & naturam communem commune subiectū: vt architectus idem qui construit ædificiū, etiam iaciat fundamentum. Quòd si materiam superius etiam quam à natura prouenire conuiceris, cōncedemus, sed hac duntaxat conditione, vt subiectum hoc formis omnibus communissimum dependeat quidem proximè à natura, quantum hæc ipsa natura nondum formata cogitatur, sed rationibus formanda subijcitur: deinceps ab ipsa mentis essentia veniat, quantum essentia illa formabilis est ideis: denique à summo rerum principio deducatur, non propriè qua ratione illud bonū*

ipsum

ipſum eſt, id eſt, ſeſe abundè communicans, ſed potius qua illud eſt ipſum vnū, id eſt, ab omnibus mirabiliter ſegregatum. Sic ergo materia egena penitus & informis euadit, ab omnibus omnino muneribus ſegregata. Sic rurſus materia vnum aliquid potius quàm bonum denominatur, & vnitatem quidem habet intrinſecam, bonitatem verò extrinſecus apparentem. Omnino verò cùm effectus omnes principij ſummi tum ab ipſo ſint, tum extra, infráq; ipſum exiſtere compellantur, certè quantum ab ipſo ſunt, formas inde actusque reportant. Quantum verò extra ipſum, inferioréſque ſunt, materialem (vt ita dicā) in ſe ſortem quandam patiuntur admiſtam, boníque minoris conditionē: ac deniq; in materiā extremū omniū infimumq; ſubiectū deſinunt, originémque malorum. Iam verò anima cùm materiam generat, nondum mala eſt, ſed bona, nec dum debilis, ſed fœcunda, ideóque generare poteſt. Verùm cum factam iam materiam nimis amplectitur, hinc quaſi onere debilior euadit, atque deterior: vt autem materiam amplectatur, tum egeſtas, appetitióque materiæ, tum animæ fœcunditas efficit. Igitur hæc ipſa complexio quantum ex animæ fœcunditate contingit, bona eſt quodammodo, bonáque producit, vitam ſcilicet aliquam, atque formas: quantū verò ex quadam materiæ procacitate conflatur, mala eſt, paritque mala, id eſt, vitæ debilitatem: cognitionis impedimenta, innumeras animi paſſiones.

Probatur materiam eſſe ſcilicet prorſus informem: item eſſe in mundo malum: eſſe bonum: Quomodo malum fiat in anima: Quomodo materia intus mala, ſed extrà eſt adoperta bono.

XV Quæſtio ſexta in cap. XV. dubitat, Vtrum in hoc ſummi boni regno tam bono, tamq; formoſo eſſe queat materia prorſus informis, ac malum omnino deforme. Oportere verò materiam eſſe, nos in ſuperioribus, & in Theologia probamus, & alibi cum Plotino iterum comprobamus: atque ſic in præſentia breuiter confirmamus. Operum ſingulorum formæ ſiue arte, ſiue natura fiant, in materias vbique proprias reſoluuntur. quæ quidem materiæ quantum ad formas poſtea comparandas pertinet, ſunt informes: quamuis formam habere aliam poſſint. Vniuerſi igitur mundani operis forma, quæ forma eſt vniuerſa, in materiam redigitur prorſus informem. ac ſi fingatur materia hæc de qua ſit vniuerſum, aliquam adhuc præter mundanam habere formam. Forma ſaltem eiuſmodi in materiam per ſe omni forma carentem denique deducetur: niſi quis fortè ſub forma hac aliam, rurſusq; aliam abſque fine ſubeſſe confingat: quod quidem fieri nequit: tum quia cum forma quælibet ſubſequens loco materiæ, alia ſit forma deterior, certè proceſſio hæc paulatim deficiens in deterius, in infinitum perdurare non poteſt: tum quia ſi nuſquam prima forma, nec vſquam materia prima daretur, nuſquam operi daretur exordium: imò materiarum, formarumq; turba innumerabilis operis conſtruendi principio, fini ordini, vnioni prorſus aduerſaretur: tum quia materia cùm ob defectum proprium ſeipſam formare non poſſit, ideoq; formetur ab alio, terminum vtrinque formarum, tum primum, tum vltimū à ſuperiori quodam formatore ſortitur: tum denique cùm ad principium vniuerſi primum, finémque vltimum veniatur, meritò non licet per materias atque formas, quæ ab efficiente principio ad finem certum perduci ſolent, abſq; exordio terminoq; procedere. Itaque vniuerſo formarum ordini ſubeſt materia per ſe prorſus informis: ſubeſt itaque malum bonis, quod quidem neceſſeriò ſequitur boni defectum. Boni verò defectus minorem boni gradum neceſſitate conſequitur. Bonum denique minus, boni ipſius effectum proculdubiò comitatur. Sicut igitur ex ipſo bono malū tandem neceſſariò ſequitur neceſſitate naturæ, ſic viciſſim ſi malum tollas, neceſſariò, ſcilicet neceſſitate conſequentiæ, tolles & bonum. Si nihil vſquam tanquam bonū aut malum nobis occurrat, ſed omnia indifferentia ſint, vt quidā ſomniant, nunquam vel proſequendo, vel fugiendo mouebitur appetitus, Ceſſabit & ſenſus qui huius miniſterij gratia eſt à natura tributus: ceſſabit & intellectus. Sicut enim bono ſenſibili ſeruit ſenſus, ſic intellectus intelligibili ſeruit bono. Ex quo etiam patet, ipſum ſimpliciter bonum eſſe intellectu præſtantius: quandoquidem bonum quoq; intelligibile quodammodo eſt intellectu ſuperius. Cùm igitur in ipſo rerum ordine videamus plurima, partim bona, partim mala, quæ hinc quidem probes, inde non probes: item alia meliora, alia rurſum deteriora: neceſſarium eſt, cōpoſita hæc ad ſimplex, primúmque bonum, ad ſimplex, primumq; malum ritè reſoluere. Poſt hæc autem confirmat iterum animæ malum aliunde contingere, atque id videlicet ex materia. Quippe cùm corporis gratia ſolùm animus patiatur, corpori metuit, corpori concupiſcit, corporis cauſa dolet, impulſu corporis imaginatione turbatur, dum turbatur imaginando, falſas combibit opiniones. Denique malum animæ ſic accedit extrinſecùs, ſicut extrinſecùs accidit materiæ bonum. Rurſus animæ bonum intrinſecùs oritur ex intellectuali animæ forma: ſicut & materiæ malum latet intrinſecùs, ex ipſa intellectualis formæ imaginiſque vacuitate proueniuns.

ΠΛΩΤΙΝΟΥ
ΕΝΝΕΑΔΟΣ Α
ΛΟΓΟΣ Η.

PLOTINI
ENNEAD. PRIMAE
LIBER VIII.

ΠΕΡΙ' τοῦ τίνα, καὶ πόθεν τὰ κακά.

Quæ & vnde ſint mala.

Quæſtiones quatuor de bono & malo.

A QVICVNQVE perquirunt, vnde mala ſiue circa res, ſiue circa aliquod rerum genus inciderint, conueniens inueſtigationis exordium facient, ſi prius quidnam ſit malum, & naturam mali proponant. Sic enim vnde venerit, vbi fundetur, cui accidat malum apparebit; atque omnino ſicubi eſt in rerum natura conſtabit. Cæterùm dubium eſt: quânam B potiſſimum ex viribus quæ nobis inſunt mali naturam percipiamus? Quippe cùm cognitio ſingulorum per ſimilitudinem quandam perficiatur. Intellectus namque, & anima cum ſpecies quædam ſint, ſpecies quoque cognoſcũt, ſpeciesq; naturaliter appetunt. At verò malum nemo ſub ſpeciei ratione poteſt effingere, cùm in quadã boni totius abſentia cogitetur. Quòd ſi, quia contrariorum eadem ſcientia eſt, & bono contrarium eſt malum, ideò eadẽ boni, ma C lique notitia erit, profectò neceſſarium eſt cognituros mala, diſcernere bonum: quàdoquidem præſtantiora ritè deteriora præcedunt: ac ſpecies antecedunt ea, quæ non ſpecies, ſed priuationes potius iudicãtur. Quæſtione rurſus dignum eſt, quònam modo bonum ſit malo contrarium. Fortè enim quoniam illud quidẽ primum eſt, hoc verò poſtremum: aut certè illud velut ſpecies, hoc ceu priuatio. Sed de his D opportunius in ſequentibus.

II Deſcriptio boni: & quo vſque bona ſint pura: & quomodo intellectus proximè fruatur bono, anima verò per intellectum.

I N præſentia verò nobis dicẽdum eſt, quæ ſit boni natura, quantum præſens diſputatio poſtulat. Eſt autem hoc à quo omnia pendent, quódve omnia appetunt, accipientia ab ipſo principium, eiusq; penitus indiga: ipſum verò nullius egenum, ipſum ſibi ſufficiens, nihil penitus appetens, menſura omnium atque terminus, ex ſeipſo producens intellectum, eſſentiã, animam, vitam: rurſus actionem circa intelle E ctum. Huc vſq; pulchra ſunt omnia, ipſum verò pulchrum, & ſuper ea quæ ſunt optima, in mundo regnant intelligibili: qui ſanè intellectus eſt: intellectus, inquam, non qualem quis fortè putaret, exiſtimans ſimilem eſſe horum, qui apud nos intellectus eſſe dicuntur, qui ex

A OἹ ζητοῦντες πόθεν τὰ κακά, εἴτ' οὖν εἰς τὰ ὄντα, εἴτε περὶ γένος τῶν ὄντων παρελήλυθεν, ἀρχὴν ἂν προσήκουσαν τῆς ζητήσεως ποιοῖντο, εἰ τί ποτ' ἐστὶ τὸ κακόν, καὶ ἡ κακοῦ φύσις, πρότερον ὑποθοῖντο. οὕτω γὰρ καὶ ὅθεν ἐλήλυθε, καὶ ὅπου ἵδρυται, καὶ ὅτῳ συμβέβηκε, γνωσθείη, καὶ ὅλως, εἰ B ἐστὶν ἐν τοῖς οὖσιν, ὁμολογηθείη. κακοῦ δὲ φύσιν, τίνι ποτὲ δυνάμει τῶν ἐν ἡμῖν γνοίημεν ἄν, τῆς γνώσεως ἑκάστων δι' ὁμοιότητος γιγνομένης, ἄπορον ἂν εἴη. νοῦς μὲν γὰρ καὶ ψυχὴ εἴδη ὄντα, εἰδῶν καὶ τὴν γνῶσιν ἂν ποιοῖντο, καὶ πρὸς αὐτὰ ἂν ἔχοιεν τὴν ὄρεξιν. εἶδος δὲ τὸ κακόν, πῶς ἄν τις φαντάζοιτο, ἐν ἀπουσίᾳ παντὸς ἀγαθοῦ ἰνδαλόμενον; ἀλλ' εἰ, C ὅτι τῶν ἐναντίων ἡ αὐτὴ γένοιτ' ἂν ἐπιστήμη, καὶ τῷ ἀγαθῷ ἐναντίον τὸ κακόν, ἥπερ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τοῦ κακοῦ ἔσται, ἀναγκαῖον περὶ ἀγαθοῦ διιδεῖν, τοῖς μέλλουσι τὰ * καλὰ γνώσεσθαι· ἐπείπερ προηγούμενα τὰ ἀμείνω τῶν χειρόνων, καὶ εἴδη, τὰ δ' οὔ, ἀλλὰ στέρησις μᾶλλον. ζήτημα δ' ὅμως καὶ πῶς ἐναντίον τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν. εἰ μὴ ἄρα, ὡς τὸ μὲν ἀρχή, τὸ δέ, ἔσχατον· ἢ τὸ D μέν, ὡς εἶδος, τὸ δέ, ὡς στέρησις. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον.

* κακὰ

ΝΥ͂Ν δὲ λεγέσθω, τίς ἡ τοῦ ἀγαθοῦ φύσις, καθόσον τοῖς παροῦσι λόγοις προσήκει. ἐστὶ δὲ τοῦτο, εἰς ὃ πάντα ἀνήρτηται, καὶ οὗ πάντα τὰ ὄντα ἐφίεται, ἀρχὴν ἔχοντα αὐτό, κἀκείνου δεόμενα. τὸ δέ ἐστιν ἀνεδεές, ἱκανὸν ἑαυτῷ, μηδενὸς δεόμενον, μέτρον πάντων καὶ πέρας, δοὺς ἐξ αὑτοῦ νοῦν καὶ οὐσίαν, καὶ ψυχὴν, καὶ ζωήν, καὶ περὶ νοῦν E ἐνέργειαν. καὶ μέχρι μὲν τούτου, καλὰ πάντα· αὐτός τε γὰρ ὑπέρκαλος, καὶ ἐπέκεινα τῶν ἀρίστων, βασιλεύων ἐν τῷ νοητῷ· νοῦ ἐκείνου ὄντος, οὐ κατὰ νοῦν, ὃν οἰηθείη ἄν τις, κατὰ τοὺς παρ' ἡμῖν λεγομένους νοῦς εἶναι, τοὺς ἐκ προτάσεως συμπληρουμένους

ρουμένους, καὶ τῶν λεγομένων συνιέναι δυναμένους, λογιζομένους τε καὶ τοῦ ἀκολούθου θεωρίαν ποιουμένους, ὡς ἐξ ἀκολουθίας τὰ ὄντα θεωμένους, ὡς πρότερον οὐκ ἔχοντας, ἀλλὰ κενοὺς ἔτι πρὶν μαθεῖν ὄντας, καίτοι νοῦς ὄντας. οὐ δὴ ἐκεῖνος ὁ νοῦς τοιοῦτος, ἀλλ' ἔχει πάντα, καὶ σύνεστιν αὐτῷ συνών, καὶ ἔχει πάντα οὐκ ἔχων· οὐ γὰρ ἄλλα, ὁ δὲ ἄλλος· οὐδὲ χωρὶς ἕκαστον τῶν ἐν αὐτῷ. ὅλον τε γάρ ἐστιν ἕκαστον, καὶ πανταχῇ πᾶν, καὶ οὐ συγκέχυται, ἀλλὰ αὖ χωρίς. τὸ γοῦν μεταλαμβάνον, οὐχ ὁμοῦ πάντων, ἀλλ' ὅτου δύναται μεταλαμβάνει. καὶ ἔστι πρώτη ἐνέργεια ἐκείνου, καὶ πρώτη οὐσία, ἐκείνου μένοντος ἐν ἑαυτῷ. ἐνεργεῖ μέντοι περὶ ἐκεῖνον, οἷον περὶ ἐκεῖνον ζῶν. ἡ δὲ ἔξωθεν περὶ τοῦτον χορεύουσα ψυχή, περὶ αὐτὸν βλέπουσα, καὶ εἴσω αὐτοῦ θεωμένη, τὸν θεὸν δι' αὐτοῦ βλέπει. καὶ οὗτος θεῶν ἀπήμων, καὶ μακάριος ὁ βίος, καὶ τὸ κακὸν οὐδαμοῦ ἐνταῦθα. καὶ εἰ ἐνταῦθα ἔστη, κακὸν οὐδὲν ἂν ἦν. ἀλλὰ πρῶτα καὶ δεύτερα τἀγαθὰ καὶ τρίτα περὶ τὸν πάντων βασιλέα πάντα ἐστί, καὶ ἐκεῖνο αἴτιον πάντων καλῶν, καὶ πάντα ἐστὶν ἐκείνου. καὶ δεύτερον περὶ τὰ δεύτερα, καὶ τρίτον περὶ τὰ τρίτα.

Εἰ δὴ ταῦτά ἐστι τὰ ὄντα, καὶ τὸ ἐπέκεινα τῶν ὄντων, οὐκ ἂν ἐν τοῖς οὖσι τὸ κακὸν ἐνείη, οὐδὲ ἐν τῷ ἐπέκεινα τῶν ὄντων· ἀγαθὰ γὰρ ταῦτα. λείπεται τοίνυν, εἴπερ ἔστιν, ἐν τοῖς οὐκ οὖσιν εἶναι, οἷον εἶδός τι τοῦ μὴ ὄντος ὄν, καὶ περί τι τῶν μεμιγμένων τῷ μὴ ὄντι, ἢ ὁπωσοῦν κοινωνούντων τῷ μὴ ὄντι. μὴ ὂν δέ, οὔ τι τὸ παντελῶς μὴ ὄν, ἀλλ' ἕτερον μόνον τοῦ ὄντος. οὐχ οὕτω δὲ μὴ ὄν, ὡς κίνησις καὶ στάσις ἡ περὶ τὸ ὄν, ἀλλ' ὡς εἰκὼν τοῦ ὄντος, ἢ καὶ ἔτι μᾶλλον μὴ ὄν. τοῦτο δέ ἐστι τὸ αἰσθητὸν πᾶν, καὶ ὅσα περὶ τὸ αἰσθητὸν πάθη· ἢ ὕστερόν τι τούτων, καὶ ὡς συμβεβηκὸς τούτοις, ἢ ἀρχὴ τούτων, ἢ ἕν τι τῶν συμπληρούντων τοῦτο, τοιοῦτον ὄν. ἤδη γὰρ ἄν τις εἰς ἔννοιαν ἥκοι αὐτοῦ, οἷον ἀμετρίαν εἶναι πρὸς μέτρον, καὶ ἄπειρον πρὸς πέρας, καὶ ἀνείδεον πρὸς εἰδοποιητικόν, καὶ ἀεὶ ἐνδεὲς πρὸς αὔταρκες, ἀεὶ ἀόριστον, οὐδαμῇ ἑστώς, παμπαθές, ἀκόρητον, πενία παντελής: καὶ οὐ συμβεβηκότα ταῦτα αὐτῷ, ἀλλ' οἷον οὐσία αὐτοῦ ταῦτα, καὶ ὅ,τι ἂν αὐτοῦ μέρος ἴδοις, καὶ αὐτὸ πάντα ταῦτα. τὰ δ' ἄλλα ὅσα ἂν αὐτοῦ μεταλάβῃ καὶ ὁμοιωθῇ, κακὰ μὲν γίνεσθαι, οὐχ ὅπερ δὲ κακὰ εἶναι. τίνι οὖν ὑποστάσει ταῦτα πάρεστιν, οὐχ ἕτερα ὄντα ἐκείνης, ἀλλ' ἐκείνη. καὶ γὰρ εἰ ἑτέρῳ συμβαίνει τὸ κακόν, δεῖ τι πρότερον αὐτὸ εἶναι, κἂν μὴ οὐσία τις ᾖ. ὡς γὰρ ἀγαθόν, τὸ μὲν αὐτό, τὸ
* δὲ ᾧ συμβέβηκεν· οὕτω καὶ κακόν· τὸ μὲν αὐτό, τὸ δὲ ἤδη κατ' ἐκεῖνο συμβεβη-

A propositione impleri solent, & quæ ratiocinando colliguntur percipere possunt: item ratiocinantur, quidve ex quoque sequatur excogitant, & res per consequentiam speculantur: vtpote qui antea non habuerint, sed antequam discerent vacui fuerint, quamuis tunc etiã intellectus extiterint. Intellectus ille, inquam, nõ est talis, sed habet omnia, est omnia, secum habitat, sibi prorsus vnitus, habet cuncta non habens: non enim ea possidet tanquam alia, nec B ipse existit alius, neque quæ sunt in eo, singula segregantur à singulis: imò verò quodlibet est vniuersum, & vbique totum, neque tamen confunduntur cuncta, sed rursus singula discernuntur. Quod ergo huius fit particeps, non simul omnia, sed quod potest participat. Est item primus actus illius, primaque essentia, illo videlicet in seipso manẽte. Agit sanè circa illũ, tanquam circa illum viuens. Proinde anima extrinsecùs circa hunc se versans ipsum circun C spicit. quinetiam intima eius inspiciens, per ipsum videt & Deum: atque hęc est illæsa, felixque deorũ vita, à malis omnino semota. Quòd si hîc sisteret natura gradum, nusquam foret malum. At verò sunt prima bona, sunt & secunda: sunt quoque tertia: cunctaque circa regem vniuersorum: Ipseque rex bonorum omnium causa est, & illius gratia omnia. Denique circa secundum secunda sunt, & tertia circa tertium.

III
Malũ nõ est in his quę verè sunt, sed in his, quæ aut nõ verè sunt, aut ad illa quæ non verè sunt, inclinantur.

D SI hæc entia sunt, atque hoc est quod super entia malum, certè in entibus nusquam erit: multoque minus in eo, quod entia supereminet. Bona enim hęc omnia sunt. Reliquum est igitur: sicubi malum est, in his quę nõ sunt, reperiri, quasi quandam non entis speciem: & circa aliquid eorum, quæ non enti miscentur, vel quomodocunque habeant cum non ente commertium. Non ens, inquam, haudquaquã omnino non ens, sed tãtùm ab ente diuersum. E Non sic verò non ens, vt motus atque status, quæ circa ens esse dicuntur, sed tanquam entis imaginem, aut etiam ab ente remotius. Id autem est sensibile vniuersum, & quotcunque sunt circa sensibile passiones: vel aliquid iis posterius, & quasi iis accidens, vel horum principium, vel eorum aliquid, quæ id ipsum complent, tale quidem, quale iam dicam. Licet enim id cogitare quasi quandam immoderationem si ad mensuram referatur, infinitum F quoque ad terminum, informe rursus ad formatorem: item semper egenum ad sufficiens, semper indeterminatum, nusquam omnino quiescens, omnia vndique patiens, insatiabile, extremam prorsus inopiam. Neque talia huic accidunt, sed tanquam ipsius essentia esse videntur. quinetiam quamcunque ipsius videris portionem, inuenies in qualibet hæc cuncta summatim: cætera verò quæcunque id participant, eique assimilantur, mala quidem fieri, G neque tamen ipsum esse malum. Itaque cuidam fundamento hæc insunt, non alia quædam ab ipso, sed ipsum. Etenim si alteri malũ accidit, oportet aliquid prius ipsum esse, etiam si nulla id essentia sit. Vt enim bonum alterum quidem ipsum existit bonum, alterum verò quod aliis accidit, sic & malum: hoc quidem ipsum malum est, illud autem secundùm

hoc accidit alteri. Quænam igitur immoderatio dicet aliquis, nisi in eo, quod immoderatū? Quæ rursus mensura, nisi in re mensuræ participe? At quemadmodum mensura quædam est in nulla re mensurata, sic & immoderatio extra subiectum immoderatum. Si enim sit in alio, aut erit in eo quod immoderatum est, sed non eget hoc immoderatione, cùm sit ipsum immoderatum: aut erit in re moderata: verùm nequit quod moderatum est, quatenus moderatum, immoderationem subire. Profectò oportet esse aliquid secundùm se infinitum, atque informe suapte natura, taleque per singula, qualia in superioribus cōmemorauimus describētia mali naturam. Præterea si quid præter illud est tale, vel ipsum habet admistum, vel saltem, quoniam ad id spectat, euadit tale: aut quoniam cuiusdam talis est causa. Quamobrē naturam figuris, speciebus, formis, mensuris, terminis subditam, ornamentoque præditam alieno, nihil præterea boni ex se possidentem: simulachrum rursus, si cum entibus conferatur, quinetiam mali ipsius essentiam, si qua modò esse potest essentia mali, hác, inquá, ratio primū esse malū, & per se malum ritè conuincit.

IIII *Gradus malorum tres: quomodo in anima malū: quomodo materia nihil habet boni.*

NATVRA corporum quantum est materiæ particeps, malum quidem est, & si non primum: habet enim speciem quandam, quamuis non veram: priuatur & vita: corruptionem infert inter corpora mutuam, concussionemque ex ipsis inordinatam: impedimēta quinetiam animæ ad actionem propriam affert: præterea perpetuo fluxu aufugit essentiam, ideoque secundum obtinet mali gradum. Anima verò secundùm se mala non est, neque omnis anima praua. Sed quænam praua? illa videlicet, vt inquit Plato, quæ seruit illi, cui prauitas animæ naturaliter inesse potest: quasi irrationalis animæ species malum subeat, immoderationem, & excessum, atque defectum: ex quibus intemperantia & timiditas, aliaque animæ prauitas, velut passiones inuoluntariæ oriuntur: ex quibus & opiniones falsæ, per quas bona, vel mala quis putet, quæ prosequitur aut fugit. Verùm quidnam prauitatem hanc adducit? Et quomodo in principiū illud, causamq; redigere poteris? Primò quidem dicetur, animam eiusmodi non esse extra materiam, neque secundùm seipsam talem esse: itaque immoderationi miscetur, speciei que ornantis, & moderantis expers euadit: corpori namque materiam habēti immergitur. Præterea si vis rationalis offenditur, discernere prohibetur perturbationibus offuscata, & materiæ tenebris obruta, vtpote quæ annuendo prolabitur in materiam: & omnino non ad essentiam, sed ad generationem spectat. cuius origo est natura materiæ, vsque adeò mala, vt illud etiam quod nondum est in ea, solùm verò eam prospicit, suo impleat malo. Nùm enim boni omnino sit expers, boniq; priuatio sit, purusque defectus, nimirum quicquid quomodocunque attingit eam, sibi simile reddit. Perfecta igitur anima, vergensque ad mentem, semper pura est, procul à se materiam eliminans, & omne interminatū, immoderatū, malū, neque his ꝓpinquat, neq; prospicit quidem; quamobrem pura permanet, intellectu

A πρὸς ἑτέρῳ. τί οὖν ἀμετρία, εἰ μὴ ἐν τῷ ἀμέτρῳ; τί δὲ μέτρον, εἰ μὴ ἐν τῷ μεμετρημένῳ; ἀλλ' ὥσπερ ἐστὶ μέτρον μὴ ἐν τῷ μεμετρημένῳ, οὕτω καὶ ἀμετρία οὐκ ἐν ἀμέτρῳ· εἰ γὰρ ἐν ἄλλῳ, ἢ ἐν ἀμέτρῳ, ἀλλ' οὐ δεῖ αὐτῷ ἀμετρίας, αὐτῷ ἀμέτρῳ ὄντι· ἢ ἐν μεμετρημένῳ, ἀλλ' οὐχ οἷόν τε τὸ μεμετρημένον ἀμετρίαν ἔχειν, καθὸ μεμέτρηται. καὶ οὖν εἶναί τι καὶ ἄπειρον καθ' B αὑτὸ, καὶ ἀνείδεον αὖ αὐτὸ, καὶ τὰ ἄλλα, τὰ πρόσθεν, ἃ τὴν τοῦ κακοῦ ἐχαρακτήριζε φύσιν. καὶ εἴ τι μετ' ἐκεῖνο τοιοῦτον, ἢ μεμιγμένον ἔχει τοῦτο, ἢ βλέπον πρὸς αὐτό ἐστι τοιοῦτον, ἢ ποιητικόν ἐστι τοιούτου. τὴν δὴ ὑποκειμένην σχήμασι, καὶ εἴδεσι, καὶ μορφαῖς, καὶ μέτροις, καὶ πέρασι, καὶ ἀλλοτρίῳ κόσμῳ κοσμουμένην, μηδὲν παρ' αὐτῆς ἀγαθὸν ἔχουσαν, εἴ- C δωλον δὲ ὡς πρὸς τὰ ὄντα, κακοῦ δὲ οὐσίαν, εἴ τις καὶ δύναται κακοῦ οὐσία εἶναι, ταύτην ἀνευρίσκει ὁ λόγος κακὸν εἶναι πρῶτον, καὶ καθ' αὑτὸ κακόν.

ΣΩΜΑ'ΤΩΝ δὴ φύσις, καθόσον μετέχει ὕλης, κακὸν ἂν οὐ πρῶτον εἴη· ἔχει μὲν γὰρ εἶδός τι οὐκ ἀληθινὸν, ἐστέρηταί τε ζωῆς, φθείρει τε ἄλληλα, φορά τε παρ' αὐτῶν ἄτακτος, D ἐμπόδιά τε ψυχῆς, πρὸς τὴν αὐτῆς ἐνέργειαν, φεύγει τε οὐσίαν ἀεὶ ῥέοντα, δεύτερον κακόν. ψυχὴ δὲ καθ' ἑαυτὴν μὲν οὐ κακὴ, οὐδ' αὖ πᾶσα κακή. ἀλλὰ τίς ἡ κακή; οἷον, φησὶ, δουλωσαμένῳ μὲν, ᾧ πέφυκε κακία ψυχῆς ἐγγίνεσθαι, ὡς τοῦ ἀλόγου τῆς ψυχῆς εἴδους, τὸ κακὸν δεχομένου, ἀμετρίαν, καὶ ὑπερβολὴν, καὶ ἔλλειψιν, ἐξ ὧν καὶ ἀκολασία, καὶ δειλία, καὶ ἡ ἄλλη ψυχῆς κακία, ἀκούσια πα- E θήματα, δόξας ψευδεῖς ἐμποιοῦντα, κακά τε νομίζειν καὶ ἀγαθὰ, ἃ φεύγει τε καὶ διώκει. ἀλλὰ τί τὸ πεποιηκὸς τὴν κακίαν ταύτην, καὶ πῶς εἰς ἀρχὴν ἐκείνην καὶ αἰτίαν ἀνάξεις; ἢ πρῶτον μὲν οὐκ ἔξω ὕλης, οὐδὲ κατ' αὑτὴν εἶναι ἡ ψυχὴ ἡ τοιαύτη. μέμικται οὖν ἀμετρίᾳ, καὶ ἄμοιρος εἴδους τοῦ κοσμοῦντος καὶ εἰς μέτρον ἄγοντος· σώματι γὰρ ἐγκέκραται, ὕλην F ἔχοντι. ἔπειτα δὲ καὶ τὸ λογιζόμενον εἰ βλάπτοιτο, ὁρᾶν κωλύεται, καὶ τοῖς πάθεσι, καὶ τῷ ἐπισκοτεῖσθαι τῇ ὕλῃ, καὶ πρὸς ὕλην * νενευμένον, καὶ ὅλως οὐ πρὸς οὐσίαν, ἀλλὰ πρὸς γένεσιν ὁρᾶν, ἧς ἀρχὴ ἡ ὕλης φύσις οὕτως οὖσα κακὴ, ὡς καὶ τὸ μήπω ἐν αὐτῇ, μόνον δὲ βλέψαν εἰς αὐτὴν, ἀναπιμπλάναι κακοῦ ἑαυτῆς. ἄμοιρος γὰρ παντελῶς οὖσα ἀγα- G θοῦ, καὶ στέρησις τούτου, καὶ ἄκρατος ἔλλειψις, ἐξομοιοῖ ἑαυτῇ πᾶν ὅ,τι ἂν αὐτῆς προσάψηται ὁπωσοῦν. ἡ μὲν οὖν τελεία καὶ πρὸς νοῦν νεύουσα ψυχὴ, ἀεὶ καθαρὰ, καὶ ὕλην ἀπέστραπται, καὶ τὸ ἀόριστον ἅπαν, καὶ τὸ ἄμετρον καὶ κακὸν, οὔ τι ὁρᾷ, οὔτε πελάζει. καθαρὰ οὖν μένει

ὁρισθεῖσα

ὁρισθεῖσα νῷ παντελῶς. ἡ δὲ μὴ μείνασα τοῦτο, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς προελθοῦσα, τὸ μὴ τελείῳ μηδὲ πρώτῳ, οἷον ἴνδαλμα ἐκείνης, τὸ ἐλλείμματι, καθόσον ἐνέλιπεν, ἀοριστίας πληρωθεῖσα, σκότον ὁρᾷ, καὶ ἔχει ἤδη ὕλην, βλέπουσα εἰς ὃ μὴ βλέπει, ὡς λεγόμεθα, ὁρᾶν καὶ τὸ σκότος.

A prorſus determinata. Quæ verò munus id nõ ſuſtinet, ſed ex ſeipſa progreditur in gradu quodam exiſtens, neque perfecto, neque primo, velut illius imago, ob ipſum defectum, quatenus deficit, inde terminata ſorte repletur, tenebráſque proſpectat. Iamque habet materiam, in illud aſpiciens quod non cernit: & vt dici ſolet, tenebras aſpicit.

Ἀλλ' εἰ ἔλλειψις τοῦ ἀγαθοῦ αἰτία τοῦ ὁρᾶν καὶ συνεῖναι τῷ σκότει, τὸ κακὸν εἴη ἂν B ἐν τῇ ἐλλείψει, ἢ τῷ σκότῳ τῇ ψυχῇ, καὶ πρῶτον. δεύτερον δὲ ἔσω, τὸ σκότος καὶ ἡ φύσις τοῦ κακοῦ, οὐκ ἔτι ἐν τῇ ὕλῃ, ἀλλὰ καὶ πρὸ τῆς ὕλης· ἢ οὐκ ἐν τῇ ὁπωσοῦν ἐλλείψει, ἀλλ' ἐν τῇ παντελεῖ τὸ κακόν. τὸ γοῦν ἐλλεῖπον ὀλίγον τοῦ ἀγαθοῦ, οὐ κακόν· δύναται γὰρ καὶ τέλεον εἶναι, ὡς πρὸς φύσιν τὴν αὐτοῦ. ἀλλ' ὅταν παντελῶς ἐλλείπῃ, ὅπερ ἐστὶν ἡ ὕλη, τοῦτο τὸ ὄντως C κακὸν μηδεμίαν ἔχον ἀγαθοῦ μοῖραν. οὐδὲ γὰρ τὸ εἶναι ἔχει ἡ ὕλη, ἵνα ἀγαθοῦ ταύτῃ μετεῖχεν, ἀλλ' ὁμώνυμον αὐτῇ τὸ εἶναι, ὡς ἀληθῶς εἶναι λέγει αὐτὸ μὴ εἶναι. ἡ οὖν ἔλλειψις, ἔχει μὲν τὸ μὴ ἀγαθὸν εἶναι· ἡ δὲ παντελής, τὸ κακόν· ἡ δὲ πλείων, τὸ πεσεῖν εἰς τὸ κακὸν δύνασθαι, καὶ ἤδη κακόν. τῷ χρὴ δὴ τὸ κακὸν νοεῖσθαι, μὴ τόδε τὸ κακόν, οἷον ἀδικίαν ἢ ἄλλην τινὰ κακίαν, ἀλλ' ἐκεῖνο ὃ οὐδὲν * μήπω D τοῦτο, ταῦτα δέ, οἷον εἴδη ἐκείνων, προσθήκαις εἰδοποιούμενα· οἷον ἐν μὲν ψυχῇ, πονηρία· καὶ ταύτης αὖ εἴδη, ἢ ὕλῃ περὶ ἥν, ἢ τοῖς μέρεσι τῆς ψυχῆς, ἢ τῷ, τὸ μέν, οἷον ὁρᾶν εἶναι, τὸ δὲ * ὁρᾶν ἢ πάσχειν. εἰ δέ τις θεῖτο καὶ τὰ ἔξω ψυχῆς κακὰ εἶναι, πῶς ἐπ' ἐκείνην τὴν φύσιν ἀνάξει, οἷον νόσον, πενίαν; ἢ νόσον μέν, ἔλλειψιν καὶ ὑπερβολὴν σωμάτων ἐνύλων, E τάξιν καὶ μέτρον οὐκ ἀνεχομένων· αἶσχος δέ, ὕλην οὐ κρατηθεῖσαν εἴδει· πενίαν δέ, ἔνδειαν καὶ στέρησιν ὧν ἐν χρείᾳ ἐσμέν, διὰ τὴν ὕλην, ᾗ συνεζεύγμεθα, φύσιν ἔχουσαν χρησμοσύνην εἶναι. εἰ δὴ ταῦτα ὀρθῶς λέγεται, οὐ θετέον ἡμᾶς ἀρχὴν κακῶν εἶναι, κακοὺς παρ' αὐτῶν ὄντας, ἀλλὰ πρὸ ἡμῶν ταῦτα· ἃ δ' ἂν ἀνθρώπους κατάσχοι, κατέχειν οὐχ ἑκόντας, ἀλλ' εἶναι μὲν ἀποφυγὴν κακῶν τῶν ἐν ψυ- F χῇ τοῖς δυνηθεῖσι, πάντας δὲ οὐ δύνασθαι. θέσις δέ, ὕλης παρούσης τοῖς αἰσθητοῖς, τὸ κακὸν μὴ παρεῖναι τὴν κακίαν ἣν ἄνθρωποι ἔχουσιν, ὅτι μηδὲ ἀνθρώποις ἅπασι (κρατεῖν γὰρ αὐτῆς) ἀμείνους δὲ οἷς μὴ πάρεστι καὶ τούτῳ· κρατεῖν δέ, τῷ μὴ ἐν ὕλῃ ἐν αὐτοῖς ὄντι.

Ἐ ΠΙΣΚΕΠΤΕΟΝ δέ, καὶ πῶς λέγεται, G μὴ ἂν ἀπολέσθαι τὰ κακά, ἀλλ' εἶναι ἐξ ἀνάγκης. καὶ ἐν θεοῖς μὲν οὐκ εἶναι, περιπολεῖν δὲ δὴ τὴν θνητὴν φύσιν, καὶ τόνδε τὸν τόπον ἀεί. ἆρ' οὖν οὕτως εἴρηται, ὡς τοῦ μὲν οὐρανοῦ

* μέντοι

* ὁρμᾶν

CÆTERVM ſi boni defectus cauſa eſt, vt anima videat tenebras eiſque mergatur, ma- *V In quo defectu conſiſt malũ: quomodo materia ſit ipſum malũ: quomodo fiat malũ in anima.*
B lum animæ erit in defectu tenebriſve ſitum, idq; malum erit primum. Secundum verò ſit tenebroſitas ipſa malique natura, nõ in materia primùm, ſed etiam ante materiam: aut certè non in quouis defectu, ſed in defectu vniuerſo conſiſtit malum. Quod igitur parum à bono deficit, nondum eſt malum: poteſt enim pro natura ſua eſſe perfectum: imò quod penitus deficit, qualis eſt materia, id re vera malum eſt, nullam boni poſſidens portionem. Materia ſa-
C nè neque eſſe habet (cuius munere bonum habere potuerit) ſed eſſe de ipſa æquiuocè dicitur. Defectus igitur ſortitur, vt non ſit bonum, defectus autem vniuerſus ſortitur, vt ſit ipſum malum: defectus verò medius eſt, poſſe in malum cadere, quod iam eſt malum. Vnde oportet malum excogitare, non hoc quidem malũ, velut iniuſtitiam, vel aliam quandam prauitatem, ſed illud, quod nondum horum quicquã eſt: ſed hæc quaſi illius ſpecies ſunt additamẽ-
D tis quibuſdam diſtinctæ: velut in anima quidẽ prauitas: rurſusque huius ſpecies vel ſecundùm materiam circa quam eſt: vel ſecundùm quaſdam animæ partes: vt ex eo, quod partim quidem aſpicit, partim verò appetendo incitatur, partim denique patitur. Siquis autem extra animam quoque mala poſuerit, quęrendũ eſt, quomodo ad naturam illam mali reducat ceu morbum, deformitatem, paupertatẽ? Fortè verò morbum dicent eſſe defectum, aut ex-
E ceſſum in corporibus compoſitis ex materia, ordinem & menſuram non ſuſtinentibus: deformitatem verò eſſe materiam forma minimè ſuperatam, paupertatem denique, egeſtatem, priuationemque eorum quibus egemus, ob materiam cui coniungimur, ſic natura inſtitutam, vt ipſa ſit indigentia. Proinde ſi hæc rectè dicuntur, non eſt dicendum, nos malorum eſſe principium, quaſi ex natura propria mali ſimus, ſed ante nos hæc eſſe: quæ verò vitia ho-
F mines occupant, detineri his ipſos nolentes: attamen præſtari malorum animi fugam, animis videlicet id potentibus, non omnes autẽ poſſe. Poſitio verò materiæ corporum, naturæ præſentis malum eſt: neque enim ipſum malum eſt prauitas hominum: quandoquidem non omnibus ineſt hominibus (datur enim eius ſuperandæ facultas) præſtantiores certè ſunt, quibus id quoque non accidit. Superant
G denique eo, quod in ipſis eſt à materia ſegregatum.

OPERAEPRETIVM eſt intelligere, qua ratione potiſſimùm à Platone dictum ſit, Mala omnia deleri non poſſe, ſed ex neceſſitate venire. Neque apud deos eſſe, ſed apud mortalem naturam, inferioremque hunc locum aſſiduè circumuolui. Nunquid igitur ita dictum eſt, quoniam cælum quidem ſemper liberum *VI Quomodo aliquid bono contrariũ ſit, quomodo formæ à materia ſeparatæ ſint contrariæ.*

sit à malis? Quippe cùm ordine perpetuo moueatur, & ornamento feratur, neque iniustitia neque iniquitas alia ibi sit, neque cælestia sibi inuicem iniuriam inferant, ornata moderatione perducta: in terra verò iniustitia, ordinisq; expers sit iniquitas. hæc enim est natura mortalis, locusque inferior. Verùm quòd inquit, hinc aufugiendum esse, nequaquam de terrenis locis est dictum. Fuga enim est, inquit, non à terra discedere, sed hominem etiam in terra viuentem iustum & sanctum vnà cum prudentia fieri: perinde ac si dicatur, aufugiendam prauitatem esse, quasi mala homini sint tum prauitas, tum quæ ex prauitate nascuntur. Tum verò cùm Theodorus diceret, posse mala de medio tolli, si modò quæ dicat, hominibus persuaserit, Socrates fieri id posse negauit: mala enim ait necessariò euenire: quippe cùm necessarium sit aliquid bono subcontrarium esse. At verò qua ratione fieri potest, vt humanum malum, id est, prauitas, ipsi bono contrarium sit? nẽpe contrariũ hoc est virtuti. Virtus autẽ non ipsum bonũ est, sed quoddã bonum, quod quidem efficit, vt materiæ dominemur. Ipsi autem bono quomodo aliquid contrariũ erit? nõ enim est quale. Præterea quidnam cogit vbiq;, si alterũ contrariorũ extat, alterũ rursus extare? Verùm esse quidem possit, atque si contrarium, quandoquidẽ & cõtrarium eius existat: velut existente sanitate, potest & morbus esse, neque tamen necessariò prouenit. Fortè non putat Plato, in quolibet contrariorum ordine eiusmodi necessitatem esse veram, sed in ipso boni contrario. At si ipsum bonum essentia est, vel potius super essentiam, quidnam potest ei esse contrarium? Quòd igitur nihil essentiæ sit contrarium, id in singulis essentiis per inductionem satis est manifestum. Vtrum verò ipsi simpliciter essentiæ contrarium aliquid sit, nõdum est demonstratum. Sed quidnam ipsi vniuersali essentiæ contrarium esse poterit, atque omnino primis vniuersi principiis? Fortè verò ipsi quidem essentiæ erit contrarium non essentia: boni verò naturæ contrarium, si qua est mali natura atque principium. Principia enim vtraque sunt, id quidem bonorum, illud verò malorum: atque omnia quæ in alterutra natura sunt, inter se contraria sunt. quocirca & ipsa tota contraria, magisque contraria sunt quàm cætera. Alia namque contraria, vel in eadem specie, vel in eodem genere collocãtur, & in quibuscunque sunt, communi quodam conueniunt: quæ verò sunt seorsum, atque ita se habent, vt quę naturam implent alterius, contraria sint eorum, quæ naturã alterius implent: quidnam prohibet maximè inter se esse contraria? si modò contraria sunt, quæ interuallo à se inuicẽ longissimo distant. Termino sanè, atq; mensuræ & cæteris, quæ diuinæ naturæ sunt ꝓpria, cõtraria sunt infinitudo, immoderatioque, & reliqua quotcunque in natura mali esse dicũtur. quapropter vniuersum est vniuerso contrariũ. Alterũ profectò esse fallacissimũ habet, ac primò vereq; falsum atq; mẽdaciũ: alterius autẽ esse est verè esse: itaq; illius falsitas huius veritati repugnat. Rursus quod secũdùm illius essentiã est, ei quod secũdùm huius essentiã est, opponitur. Quas ob res satis cõstat,

A καθαροῦ κακῶν ὄντος, ἀεὶ ἐν τάξει ἰόντος, καὶ κόσμῳ φερομένου, καὶ μήτε ἀδικίας ἐκεῖ οὔσης, μήτε ἄλλης κακίας, μήτε ἀδικούντων ἄλληλα, κόσμῳ δὲ φερόμενα· ἐν γῇ δὲ τῆς ἀδικίας καὶ τῆς ἀταξίας οὔσης, τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ θνητὴ φύσις, καὶ ὅδε ὁ τόπος. ἀλλὰ τὸ ἐντεῦθεν φεύγειν δεῖ, οὐκ ἐπὶ τῶν ἐπὶ γῆς λέγεται. φυγὴ γάρ, φησιν, οὐ τὸ ἐκ γῆς * γινόμενα

B ἀπελθεῖν, ἀλλὰ καὶ ὄντα ἐπὶ γῆς, δίκαιον, καὶ ὅσιον εἶναι μετὰ φρονήσεως, ὡς εἶναι τὸ λεγόμενον. φεύγειν κακίαν δεῖν, ὥστε τὰ κακὰ αὐτῷ ἡ κακία, καὶ ὅσα ἐκ κακίας· καὶ τοῦ προσδιαλεγομένου δέ, ἀναίρεσιν λέγοντος κακῶν ἔσεσθαι, εἰ πείθοι τοὺς ἀνθρώπους ἃ λέγει· ὁ δέ φησι, μὴ δύνασθαι τοῦτο γενέσθαι, τὰ γὰρ κακὰ εἶναι ἀνάγκη· ἐπείπερ τὸ ἐναντίον τι δεῖ εἶναι

C τῷ ἀγαθῷ. τὴν μὲν οὖν κακίαν τὴν περὶ ἄνθρωπον, πῶς οἷόν τε ἐναντίον εἶναι ἐκείνῳ τῷ ἀγαθῷ; ἐναντίον γὰρ τοῦτο τῇ ἀρετῇ, αὕτη δέ, οὐ τὸ ἀγαθόν, ἀλλὰ ἀγαθὸν ὃ κρατεῖν τῆς ὕλης ποιεῖ. ἐκείνῳ δὲ τῷ ἀγαθῷ, πῶς ἄν τι εἴη ἐναντίον; οὐ γὰρ δὴ ποιόν. εἶτα τίς ἀνάγκη πανταχοῦ, εἰ θάτερον τῶν ἐναντίων, καὶ θάτερον; ἐνδεχέσθω μὲν γάρ, καὶ ἔστω γε καὶ τὸ ἐναντίον, τοῦ ἐναντίου αὐτῷ ὄντος· οἷον ὑγιείας οὔ-

D σης, ἐνδέχεται καὶ νόσον εἶναι, οὐ μὴν ἐξ ἀνάγκης. ἢ οὐκ ἀνάγκη λέγειν αὐτὸ ὡς ἐπὶ παντὸς ἐναντίου τοῦτο ἀληθές, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ ἀγαθοῦ εἴρηται. ἀλλ' εἰ οὐσία τἀγαθόν, πῶς ἐστιν αὐτῷ τι ἐναντίον, ἢ τῷ ἐπέκεινα οὐσίας; τὸ μὲν οὖν μὴ εἶναι μηδὲν οὐσίᾳ ἐναντίον, ἐπὶ τῶν καθ' ἕκαστα οὐσιῶν ἐστι πιστόν, τῇ ἐπαγωγῇ δεδειγμένον· ὅλως δὲ οὐσίᾳ οὐκ ἔστι δεδειγ-

E μένον. ἀλλὰ τί τῇ καθόλου οὐσίᾳ ἔσται ἐναντίον, καὶ ὅλως τοῖς πρώτοις; ἢ τῇ μὲν οὐσίᾳ, ἡ μὴ οὐσία· τῇ δὲ ἀγαθοῦ φύσει, ἥτις ἐστὶ κακοῦ φύσις καὶ ἀρχή. ἀρχαὶ γὰρ ἄμφω, ἡ μὲν κακῶν, ἡ δὲ ἀγαθῶν· καὶ πάντα τὰ ἐν τῇ φύσει ἑκατέρα ἐναντία. ὥστε καὶ τὰ ὅλα ἐναντία, καὶ μᾶλλον ἐναντία, ἢ τὰ ἄλλα. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ἐναντία, ἢ ἐν τῷ αὐτῷ εἴδει ὄντα, ἢ ἐν * οὐκ αὐτὸ

F τῷ αὐτῷ γένει, καὶ κοινοῦ τινος ἐστι μετειληφότα ἐν οἷς ἐστιν. ὅσα δὲ χωρίς ἐστι, καὶ ἃ τῷ ἑτέρῳ ἐστὶ, συμπληρώσει τοῦ ὅ ἐστι, τούτων τἀναντία ἐν τῷ ἑτέρῳ ἐστί, πῶς οὐ μάλιστα ἂν εἴη ἐναντία, εἴπερ ἐναντία τὰ πλεῖστον ἀλλήλων ἀφεστηκότα; πέρατι δὴ καὶ μέτρῳ, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα ἔνεστιν ἐν τῇ θείᾳ φύσει, ἀπειρία καὶ ἀμετρία, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα ἔχει ἡ κακὴ φύσις ἐναντία. ὥστε καὶ τὸ ὅλον τῷ ὅλῳ ἐναν-

G τίον. καὶ τὸ εἶναι δὲ ψευδόμενον ἔχει, καὶ πρώτως καὶ ὄντως ψεῦδος. τῷ δὲ τὸ εἶναι τὸ ἀληθὲς εἶναι. ὥστε καὶ ἀληθῶς κατὰ τὸ ψεῦδος τῷ ἀληθεῖ ἐναντίον, καὶ τὸ κατ' οὐσίαν τῷ κατ' οὐσίαν αὐτῆς ἐναντίον. ὥστε ἡμῖν ἀναπέφανται.

τὸ μὴ πανταχοῦ οὐσίαν, μηδὲν εἶναι ἐναντίον· ἐπεὶ καὶ ἐπὶ πυρὸς καὶ ὕδατος, ἐδεξάμεθα ἂν εἶναι ἐναντία, εἰ μὴ κοινὸν ἦν ἡ ὕλη ἐν αὐτοῖς, ἐφ᾽ ἧς τὸ θερμὸν, καὶ ξηρὸν, καὶ ὑγρὸν, καὶ ψυχρὸν, συμβεβηκότα ἐγίγνετο. εἰ δ᾽ ἐπ᾽ αὐτῶν ἦν μόνα τὴν οὐσίαν αὐτῶν συμπληροῦντα ἄνευ τοῦ κοινοῦ, ἐγίγνετο ἂν ἐναντίον, καὶ ἐνταῦθα, οὐσία οὐσίᾳ ἐναντίον. τὰ ἄρα πάντα κεχωρισμένα, καὶ μηδὲν ἔχοντα κοινὸν, καὶ πλείστην ἀπόστασιν ἔχοντα, ἐν τῇ φύσει αὐτῶν ἐναντία: ἐπείπερ ἡ ἐναντίωσις οὐχ ἡ ποιόν τι, οὐδὲ ὅλως ὁποιονοῦν γένος τῶν ὄντων, ἀλλ᾽ ἡ πλεῖστον ἀλλήλων κεχωρίσθαι, καὶ ἐξ ἀντιθέτων συνεστηκέναι, καὶ τὰ ἐναντία ποιεῖ.

ἈΛΛΑ πῶς οὖν ἐξ ἀνάγκης, εἰ τὸ ἀγαθὸν, καὶ τὸ κακόν; ἆρα οὖν οὕτως ὅτι ἐν τῷ παντὶ τὴν ὕλην εἶναι δεῖ; ἐξ ἐναντίων γὰρ ἐξ ἀνάγκης τόδε τὸ πᾶν· ἢ οὐδ᾽ ἂν εἴη, μὴ ὕλης οὔσης. μεμιγμένη γὰρ οὖν δὴ ἡ τοῦδε τοῦ κόσμου φύσις, ἔκ τε νοῦ καὶ ἀνάγκης. καὶ ὅσα παρὰ θεοῦ εἰς αὐτὸν ἥκει, ἀγαθά· τὰ δὲ κακὰ, ἐκ τῆς ἀρχαίας φύσεως, τὴν ὕλην λέγων τὴν ὑποκειμένην, οὔπω κοσμηθεῖσαν εἰ θεῷτο. ἀλλὰ πῶς θνητὴν φύσιν; τὸ μὲν γὰρ τήνδε τὸν *τρόπον, ἔσω δεικνύειν τὸ πᾶν· ἤ τε, Ἀλλ᾽ ἐπείπερ ἐγένεσθε, ἀθάνατοι μὲν οὐκ ἐστὲ, οὔτι γε μὴν λυθήσεσθαι δι᾽ ἐμέ. εἰ δὴ οὕτως, ὀρθῶς ἂν λέγοιντο, μὴ ἂν ἀπολέσθαι τὰ κακά. πῶς οὖν ἐκφεύξεται; οὐ τῷ τόπῳ, φησὶν, ἀλλ᾽ ἀρετὴν κτησάμενος, καὶ τοῦ σώματος αὐτὸν χωρίσας· οὕτω γὰρ καὶ ὕλης. ὡς ὅγε συνὼν τῷ σώματι, καὶ ὕλῃ σύνεστι. τὸ δὲ χωρίσαι καὶ μὴ, δηλόν που αὐτὸν ποιεῖ. τὸ δ᾽ ἐν θεοῖς εἶναι, ἐν τοῖς νοητοῖς· οὗτοι γὰρ ἀθάνατοι. ἔστι δὲ τοῦ *καλοῦ λαβεῖν καὶ οὕτω τὴν ἀνάγκην. ἐπεὶ γὰρ, οὐ μόνον τὸ ἀγαθὸν, ἀνάγκη τῇ ἐκβάσει τῇ παρ᾽ αὐτὸ ὑποστάσει. ἢ εἰ οὕτω τις ἐθέλει λέγειν, τῇ ἀεὶ ὑποβάσει καὶ ἀποστάσει τὸ ἔσχατον, καὶ μετ᾽ ὃ οὐκ ἦν ἔτι γενέσθαι ὁτιοῦν, τοῦτο εἶναι τὸ κακόν. ἐξ ἀνάγκης δὲ εἶναι, τὸ μετὰ τὸ πρῶτον, ὥστε καὶ τὸ ἔσχατον. τοῦτο δὲ ἡ ὕλη, μηδὲν ἔτι ἔχουσα αὐτοῦ. καὶ αὕτη ἡ ἀνάγκη τοῦ κακοῦ.

*τόπον

*κακοῦ

ΕἸ δέ τις λέγοι, μὴ διὰ τὴν ὕλην ἡμᾶς γενέσθαι κακοὺς, μήτε γὰρ τὴν ἄγνοιαν διὰ τὴν ὕλην εἶναι, μήτε τὰς ἐπιθυμίας τὰς πονηράς. καὶ γὰρ, εἰ διὰ σώματος κακίαν ἡ σύστασις γίγνοιτο, μὴ τὴν ὕλην, ἀλλὰ τὸ εἶδος ποιεῖν· οἷον θερμότητας, ψυχρότητας, πικρὸν, ἁλμυρὸν, καὶ ὅσα χυμῶν εἴδη· ἔτι δὲ πληρώσεις, κενώσεις· καὶ πληρώσεις οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ πληρώσεις τοιῶνδε, καὶ ὅλως τὸ τοιόνδε εἶναι, τὸ ποιοῦν τὴν διαφορὰν τῶν ἐπιθυμιῶν, καὶ, εἰ βούλει, δοξῶν ἐσφαλμένων, ὥστε τὸ εἶδος μᾶλλον, ἢ τὴν ὕλην τὸ κακὸν εἶναι. καὶ οὕτως οὐδὲν ἧττον τὴν ὕλην συγχωρεῖν

non vbique videri verum, nihil essentiæ contrariũ esse; quoniã ignẽ & aquã confiteremur esse contraria, etiã si non subesset illis communis materia: in quibus calor, frigus, humor, siccitas accidentia sunt. Si autẽ in seipsis essent sola, essentiã ipsorũ absque cõmuni subiecto complentia, tunc quoque contraria forent, essentia videlicet essentiæ. Quæ igitur segregata inter se sunt omnino, communeque nihil habent, ac interuallum habent quamplurimum, in ipsa sui natura contraria sunt: quandoquidem contrarietas non fit qua ratione quale quiddam sint, neque omnino secundùm quoduis rerum genus: sed quia plurimùm inter se distant. item quæ ex oppositis constituuntur, & contraria faciunt.

VII
Quomodo, si bonũ est, necessarium sit esse malũ: & quomodo vniuersum ex materia consistat & forma, ex mente atq; necessitate.

CÆTERVM cur si bonũ est, necessariũ sit esse malũ? Nunquid propterea quòd necessaria est vniuerso materia? Ex contrariis enim vniuersum hoc necessariò constat: alioquin nõ foret non existente materia. Mista est igitur huius mundi natura ex necessitate, simul atque mente. Sanè quæcunque in hunc mundum à Deo proueniunt, bona sunt: mala verò ex antiqua natura inquit Plato, significans videlicet subiectam materiam nondum exornatam, si modò eo in gradu prospiceretur. Sed quomodo nataram dicit mortalem? Quòd enim dixit circa hunc locum mala reuolui, designare concedatur vniuersum: num fortè per illud confirmatur, quod in Timæo inquit: Sed quoniam estis geniti, immortales quidẽ non estis: neque tamen vnquam soluemini, mea virtute seruati. Quod si ita sit, rectè diceretur, Mala deleri non posse. Qua igitur via quis mala vitabit? Nõ loco fugiẽtem ait deuitaturum, sed virtutem potius comparantem, seque ipsum à corpore semouentem. sic enim se à materia segregabit: quippe cùm hærens corpori, hæreat & materiæ. Separare verò vel non separare quomodo se habeat, ipse aperit. Esse præterea penes deos, significat in mũdo intelligibili esse. Illic enim sunt immortales. Licet hac insuper ratione necessitatẽ mali considerare. Nẽpe cùm bonũ nõ maneat solum, nimirum necesse est digressione quadã ab ipso procul tandẽ accidere malũ. Vel siquis ita malit dicere, videlicet perpetua quadã subiectione, atque distantia vltimum prouenire, vltra quod aliud quicquã fieri nequeat, idque ipsum esse malũ: necessitate verò esse aliquid post ipsum primũ: ideoq; & vltimũ. Hoc autem materia est, nihil amplius habẽs primi. Atque hæc est mali necessitas.

VIII
Quomodo materia sit causa mali: primò quidẽ formis suis, deinde animo. Itẽ quòd omnia bona ad vnum bonum, omnia mala ad vnũ malũ deniq; referantur.

OBIICIET fortè quispiam, non propter materiã nos fieri malos: neque enim ignorantiam, neq; prauas cupiditates ob materiã proficisci. Atqui si ob prauã corporis affectionem quis aberret, non materiam, sed formã affectus cuiuslibet esse principium: velut calorẽ, frigiditatẽ, amarũ, salsum, reliquasque humorũ species: præterea repletiones, vacuitatesque. Repletiones inquã non quaslibet, sed talium quorundam repletiones, & omnino tale quiddã esse, quod differentiam facit concupiscendi: ac si vis opinionum quoque fallentium discrepantiam: quo appareat formã potius, quàm materiam esse malum. Verùm hoc quoque pacto nihilominus compelletur, malum esse materiam

confiteri. Nempe quæcunque facit qualitas in A materia iacens, haud quaquā seorsum existens efficit, quemadmodum neque figura securis absque ferro secat. Præterea formæ quæ in materia sunt, non eædem sunt quæ essent, si in seipsis existerent: sed rationes quædam materiales sunt in materia iam corruptæ, naturæq; materialis plenæ. neque enim ignis ipse scilicet separatus vrit: neque aliud quicquā eorū quæ in seipsis existunt, talia facit, qualia formæ iam in materia factæ dicuntur efficere. Materia siquidem cùm eius quod apparet in ea sit domina, deprauat ipsum atque dissoluit, suam videlicet naturam adhibens illi contrariam. Non inquam calido frigus admouens, sed speciei caloris suam speciei obiiciens orbitatem, & formæ informitatem: excessum quoque atque defectum opponens moderatæ naturæ, quousq; tādem efficiat, vt forma non amplius sui iuris, sed materiæ prorsus euadat. Quemadmodum in animalibus nutriendis quod intus assumitur, haud vlterius quale influxerat permanet: sed in cane fit sanguis, & omnino caninum, humoresque omnes pro natura accipientis euadunt. Quamobrē si corpus causa est malorum, hac quoque ratione materia malorū causa iudicatur. Dixerit fortè aliquis, oportere talia superare: verùm haud purum est quod superare queat, nisi fugiat. Iam verò vehementiores cupiditates certa quadā corporū complexione proueniunt: aliæ quoque aliorū cupiditates, adeò vt nō facilè quilibet superari possit. Quid verò quòd alij quidē obtusiores sunt, ad iudiciumque inepti? vtpote qui natura sint frigida, ad motumque inepta: alij verò contrà effrenata quadam leuitate feruntur. Testatur hæc nostri habitus pro temporum diuersitate diuersi: Pleni enim cùm sumus, aliter cupimus, atque cogitamus: vacui verò, aliter. quinetiam aliter quidē repleti, aliter affici consueuimus. Denique vt summatim dicā, primò quidē malū fit, quod omnino mensuræ est expers: quod autē in natura mensuræ prorsus experte fit, aut existit, vel similitudine, vel participatione, secundo loco fit malū, propterea quòd ipsi acciderit. Rursus primò quidē malū fit tenebrositas, sequenti autē gradu similiter fit tenebrosum: tū verò prauitas cùm sit inscitia, immoderatioq; in anima, secundum obtineat mali locum, neq; sit ipsum malū: quippe cùm neq; virtus sit primum bonū, sed quatenus vel similis, vel particeps boni ipsius euadit, bona censetur.

IX *Quomodo quod est informe cognosci possit ab anima, quæ est forma, & per formas solet cognoscere.*

QVONAM igitur hæc nouimus? Ac primò quidē quonā nouimus prauitatē? Virtutē quidē mente, atque prudentia: se namque cognoscit: at verò quomodo prauitatē? Nūquid quēadmodum regula quadam rectū discernimus à non recto, sic & vitiū tanquā virtuti nō congruens? Sed nunquid vitiū cognoscimus ipsum aspiciētes? profectò integrū vitium nequaquam aspicientes animaduertimus: nā est infinitū. Itaque ablatione quadā dum videlicet dicimus, virtutis omnino nihil habere: vitium verò non integrum, ex hoc pensitamus, quòd deficit à virtute. Partem ergo videntes, parteq; præsenti, quod abest reliquū suspicātes, quod quidem in tota specie continetur, hinc verò abest, hac ratione vitium iudicamus in ipso inde-

ἀναγκασθήσεται), τὸ κακὸν εἶναι. ἅ τε γὰρ ποιεῖ ἡ ἐν ὕλῃ ποιότης, οὐ χωρὶς οὖσα ποιεῖ· ὥσπερ οὐδὲ τὸ σχῆμα τοῦ πελέκεως, ἄνευ σιδήρου ποιεῖ. εἶτα καὶ τὰ ἐν τῇ ὕλῃ εἴδη, οὐ ταὐτά ἐστιν, ἅπερ ἦν, εἰ ἐφ᾽ ἑαυτῶν ὑπῆρχεν, ἀλλὰ λόγοι ἔνυλοι φθαρέντες ἐν ὕλῃ, καὶ τῆς φύσεως τῆς ἐκείνης ἀναπλησθέντες. οὐδὲ γὰρ τὸ πῦρ αὐτὸ καίει, οὐδὲ ἄλλό τι τῶν ἐφ᾽ ἑαυτῶν ταῦτα ἐργάζεται, ἃ ἐν τῇ ὕλῃ * γινόμενα λέγεται ποιεῖν. γενομένη γὰρ κυρία τοῦ εἰς αὐτὴν ἐμφαντασθέντος, φθείρει αὐτὸ καὶ διόλλυσι, τὴν αὐτῆς παραθεῖσα φύσιν ἐναντίαν οὖσαν: οὐ τῷ θερμῷ τὸ ψυχρὸν προσφέρουσα, ἀλλὰ τῷ εἴδει τοῦ θερμοῦ, τὸ αὐτῆς ἀνείδεον προσάγουσα, καὶ τὴν ἀμορφίαν τῇ μορφῇ, καὶ ὑπερβολὴν καὶ ἔλλειψιν τῷ μεμετρημένῳ, ἕως ἂν αὐτὸ ποιήσῃ αὐτῆς, ἀλλὰ μὴ τοῦ αὐτοῦ ἔτι εἶναι. ὥσπερ ἐν τροφῇ ζώων, τὸ εἰσενεχθὲν μηκέτι εἶναι ὅπερ προσελήλυθεν, ἀλλ᾽ αἷμα κυνὸς καὶ πᾶν κύνιον, καὶ χυμοὶ πάντες ὑπὲρ τοῦ δεξαμένου ἐκείνου. εἰ δὴ σῶμα αἴτιον τῶν κακῶν, ὕλη ἂν εἴη καὶ ταύτῃ αἴτιον τῶν κακῶν. ἀλλὰ κρατεῖν ἔδει, ἄλλος ἂν εἴποι. ἀλλ᾽ οὐ καθαρὸν τὸ δυνάμενον κρατεῖν, εἰ μὴ φύγοι, καὶ σφοδρότεραι δὲ αἱ ἐπιθυμίαι κράσει τοιᾷδε σωμάτων, ἄλλαι δὲ ἄλλων, ὥστε μὴ κρατεῖν τὸ ἐν ἑκάστῳ. ἀμβλύτεροι δὲ καὶ πρὸς τὸ κρίνειν διὰ σωμάτων κακίαν κατεψυγμένοι, καὶ ἐμπεποδισμένοι· αἱ δὲ ἐναντίαι, κούφους ἀνερματίστους. μαρτυροῦσι δὲ ταῦτα, καὶ αἱ πρὸς καιρὸν ἕξεις. πλήρεις μὲν γὰρ ἄλλοι, καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις καὶ ταῖς διανοίαις· κενοὶ δὲ ἄλλοι. καὶ τοιοῖσδι πληρωθέντες ἄλλοι· τοιοῖσδι δὲ ἄλλοι. ἔστω δὴ πρώτως μὲν τὸ ἄμετρον, κακόν· τὸ δὲ ἐν ἀμετρίᾳ γενόμενον, ἢ ὁμοιώσει ἢ μεταλήψει, τῷ συμβεβηκέναι αὐτῷ, δευτέρως τι κακόν. καὶ πρώτως μὲν τὸ σκότος· τὸ δὲ ἐσκοτισμένον, δευτέρως ὡσαύτως. κακία δὲ ἡ ἄγνοια οὖσα καὶ ἀμετρία περὶ ψυχὴν, δευτέρως κακόν, καὶ οὐκ * αὐτὸ κακόν. οὐδὲ γὰρ ἀρετὴ πρῶτον ἀγαθὸν, ἀλλ᾽ ὅτι ὡμοίωται ἢ μετείληφεν αὐτοῦ.

* γινόμενα

* οὐκ αὐτὸ

ΤΊΝΙ οὖν ἐγνωρίσαμεν ταῦτα; καὶ πρῶτον κακίαν τίνι; ἀρετὴν μὲν γὰρ, νῷ αὐτῷ καὶ φρονήσει· αὐτὴν γὰρ γνωρίζει. κακίαν δὲ πῶς; ἢ ὥσπερ κανόνι τὸ ὀρθὸν καὶ μὴ, οὕτω καὶ τὸ μὴ ἐναρμόζον τῇ ἀρετῇ κακίαν; βλέποντες οὖν αὐτὸ ἢ μὴ βλέποντες, τὴν κακίαν λέγω; ἢ τὴν μὲν παντελῆ κακίαν οὐ βλέποντες, καὶ γὰρ ἄπειρον. ἀφαιρέσει οὖν τὸ μηδαμοῦ τοῦτο, τὴν δὲ μὴ παντελῆ, τῷ ἐλλείπειν τι τούτῳ. μέρος οὖν ὁρῶντες, τῷ παρόντι μέρει τὸ ἀπὸν λαμβάνοντες, ὃ ἐστὶ μὲν ἐν τῷ ὅλῳ εἴδει, ἐκεῖ δὲ ἄπεστιν, οὕτω κακίαν λέγομεν, ἐν ἀορίστῳ τὸ ἐστερημένον καταλιπόντες.

ποιοῦντες. καὶ δὴ ἐπὶ τῆς ὕλης οἷον αἰσχρόν τι πρόσωπον ἰδόντες, οὐ κρατήσαντος ἐν αὐτῷ τοῦ λόγου, ὥστε κρύψαι τὸ τῆς ὕλης αἶσχος, αἰσχρὸν φανταζόμεθα τῇ τοῦ εἴδους ἐλλείψει. ὃ δὲ μηδαμῇ εἴδους τετύχηκε, πῶς; ἢ τὸ παράπαν εἶδος ἀφαιροῦντες, πᾶν εἶδος ᾧ μὴ ταῦτα πάρεστι, λέγομεν εἶναι ὕλην, ἀμορφίαν καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν λαβόντες, ἐν τῷ πᾶν εἶδος ἀφελεῖν, εἰ ἐμέλλομεν ὕλην θεάσασθαι. διὸ καὶ νοῦς ἄλλος οὗτος, οὐ νοῦς, τολμήσας ἰδεῖν τὰ μὴ αὐτοῦ· ὥσπερ ὄμμα ἀποστῆσαν αὐτὸ φωτὸς, ἵνα ἴδῃ τὸ σκότος, καὶ μὴ ἴδῃ, τὸ καταλείπειν τὸ φῶς, ἵνα ἴδῃ τὸ σκότος, μεθ' οὗ οὐκ ἦν ἰδεῖν αὐτό· οὐδ' αὖ ἄνευ τοῦ, οἷόν τε ἦν ἰδεῖν, ἀλλὰ μὴ ἰδεῖν, ἵνα γένηται αὐτῷ ὡς οἷόν τε ἦν ἰδεῖν: οὕτως οὖν καὶ νοῦς, εἴσω αὐτοῦ, τὸ αὐτοῦ καταλιπὸν φῶς, καὶ οἷον ἔξω αὐτοῦ προελθὼν, εἰς τὰ μὴ αὐτοῦ ἐλθὼν, μὴ ἐπαγόμενος τὸ ἑαυτοῦ φῶς, ἔπαθε τοὐναντίον ἢ ἔστιν, ἵν' ἴδῃ τὸ αὐτῷ ἐναντίον.

ΚΑῚ ταῦτα μὲν, ταύτῃ. ἄποιος δὲ οὖσα, πῶς κακή; ἢ ἄποιος λέγεται, τῷ μηδὲν ἔχειν αὐτὴ ἐφ' ἑαυτῆς τούτων τῶν ποιοτήτων, ἃς δέξεται, καὶ ἐν αὐτῇ ὡς ὑποκειμένῳ ἔσονται. οὐ μὴν οὕτως, ὡς μηδεμίαν φύσιν ἔχειν. εἰ δὴ ἔχει τινὰ φύσιν, ταύτην τὴν φύσιν τί κωλύει κακὴν εἶναι; οὐχ οὕτω δὲ, κακὴν, ὡς ποιόν· ἐπειδὴ καὶ τὸ ποιὸν τοῦτό ἐστι καθ' ὃ ἕτερον ποιὸν λέγεται. συμβεβηκὸς οὖν τὸ ποιὸν, καὶ ἐν ἄλλῳ. ἡ δὲ ὕλη οὐκ ἐν ἄλλῳ, ἀλλὰ τὸ ὑποκείμενον καὶ τὸ συμβεβηκὸς περὶ αὐτό. τοῦ οὖν ποιοῦ τὴν φύσιν συμβεβηκότος ἔχοντος, οὐ τυχοῦσα ἄποιος λέγεται. εἰ τοίνυν καὶ ἡ ποιότης αὐτὴ ἄποιος, πῶς ἡ ὕλη οὐ δεξαμένη ποιότητα, ποιὰ ἂν λέγοιτο; ὀρθῶς ἄρα λέγοιτο καὶ ἄποιος εἶναι, καὶ κακή. οὐ γὰρ λέγεται κακὴ, τῷ ποιότητα ἔχειν, ἀλλὰ μᾶλλον τῷ ποιότητα μὴ ἔχειν, ἵνα μὴ ᾖ ἴσως κακὴ, εἶδος οὖσα, ἀλλὰ μὴ ἐναντία τῷ εἴδει φύσις.

ἈΛΛ' ἡ ἐναντία τῷ εἴδει παντὶ φύσις, στέρησις. στέρησις δὲ ἀεὶ ἐν ἄλλῳ καὶ ἐπ' αὐτῆς οὐχ ὑπόστασις. ὥστε τὸ κακὸν εἰ ἐν στερήσει, ἐν τῷ ἐστερημένῳ εἴδους, τὸ κακὸν ἔσται· ὥστε καθ' ἑαυτὸ οὐκ ἔσται. εἰ οὖν ἐν τῇ ψυχῇ ἔσται τὸ κακὸν, ἡ στέρησις ἐν αὐτῇ τὸ κακὸν καὶ ἡ κακία ἔσται, καὶ οὐδὲν ἔξω· ἐπεὶ καὶ ἄλλοι λόγοι τὴν ὕλην ὅλως ἀναιρεῖν ἀξιοῦσιν· οἱ δὲ οὐδ' αὐτὴν κακὴν εἶναι οὖσαν. οὐδὲν οὖν δεῖ ἄλλοθεν ζητεῖν τὸ κακὸν, ἀλλὰ θέμενον ἐν ψυχῇ, οὕτω θέσθαι ἀπουσίαν ἀγαθοῦ εἶναι. ἀλλ' ἡ στέρησις ἐπιβάλλοντός ἐστι παρεῖναι εἴδους τινὸς,

A terminato, quod eſt priuatum derelinquentes. Atqui in ipſa materia quaſi deformem faciē intuentes, quippe cùm ratio ibi non dominetur, neque poſſit materiæ turpitudinem operire, nimirum deformitatem ex quodam ſpeciei defectu excogitamus. At verò quod nulla ex parte nactum eſt ſpeciē, quo pacto cognoſcimus? Fortè omnino ſpeciem adimentes, totum id quod reſiduum eſt, cui non inſunt ſpecies, aſſerimus eſſe materiam, ipſique interim informitatem quandam intra nos admittimus, dum
B vniuerſam ſpeciem auferimus, ſi modò ſimus materiam inſpecturi. Quapropter hic intellectus fit alius, ac fermè non intellectus: dū quæ ſua non ſunt audet inſpicere: quemadmodum oculus diuertens à lumine, vt videat tenebras, & non videat: propterea quòd vt tenebras videat relinquit lumen: neque enim vnà cum lumine tenebras videre poteſt: neque rurſus abſque lumine videre poteſt quicquam, quo vide-
C licet illi cōtingat, vt quoad poteſt fieri, videat. Similiter intellectus in penetralibus ſuis proprium lumen occulens, & quaſi extra ſe progrediens, in illa quæ ab ipſo aliena ſunt, abit: nec interea proprium lumen admouet: ideoq; contrariam naturæ ſuæ ſubdit conditionem, vt quod ſibi contrarium eſt inſpiciat.

HACTENVS de his ſatis fuerit dictum. Cùm verò materia omnino qualitatis ſit ex-
D pers, quánam cōditione dicitur eſſe mala? Forſan qualitate vacua dicitur, quoniam nullam ex ſeipſa poſſideat qualitatum quas ſuſceptura eſt, in ipſa velut in ſubiecto futuras: neque tamen ita dicitur eſſe non qualis, quaſi naturam habeat nullam. Quòd ſi quam naturam habet, quidnam prohibet, quò minus naturam hanc malam eſſe dicamus: neque ſic inquam malā, quaſi quadam præditam qualitate: quādoquidem id ipſum quale eſt, cuius præſentia aliud
E quoque quale denominatur. Quale igitur accidens eſt, iacetque in alio: materia verò nō eſt in alio, ſed eſt ſubiectū circa quod accidēs omne verſatur. Cùm itaque quod quale dicitur, naturā habeat accidentis, nimirum materia, id nequaquā ſortita, dicitur eſſe non qualis. Quinetiā ſi qualitas ipſa eſt non qualis: quónā pacto materia non ſortita qualitatē, poterit dici qualis? Rectè ergo dicetur & non qualis, ſimul & mala. Non enim eo quod qualitatē habeat, ma-
F la cēſetur, imò ex eo potius quod nullā habeat qualitatem, ne ſi foret ſpecies, fortè quodammodo quidem mala foret, non tamen contraria ſpeciei natura.

X Quòd materia ſit mala, nō quia qualis ſit, ſed quia nō qualis: ſic deus eſt ſine qualitate bonū. itē materiam eſſe prorſus informē: & quid ſit forma.

VERVM contraria ſpeciei vniuerſæ natura priuatio eſt: priuatio autem ſemper in alio, in ſeipſa verò non eſt ſubſtantia. Malum igitur ſi eſt in priuatione ſitū, certè in eo quod ſpecie priuatum eſt, erit malum. Itaque per ſei-
G pſum eſſe non poterit. Si ergo in anima erit malum, priuatio in ea malū & prauitas erit, nihilque extrinſecùs oportebit accipere: vnde in ea ſit malū: quoniā & aliç ratines materiā penitus auferunt: hæ verò neq; ipſam quidē, cùm ſit, putant eſſe malā. Nihil igitur eſt aliunde quærendum quaſi malum: ſed qui malum in anima collocat, ita collocet vt ſit abſentia boni. At ſi priuatio ſpeciei cuiuſdam eſt ſpectantis ad eſſe:

XI Vtrū malū ſit priuatio ſumma: & vtrū eſſe per ſe & in ſe poſſit? Reſpondetur diſtinguēdo.

atque boni priuatio est in anima: quæ quidem A prauitatẽ in ea sua quadã efficit ratione, consequens est, vt animã nihil habeat boni. Iam igitur neque habebit vitam, etiã dũm est anima. Quòd si vita caruerit, anima erit inanimis: itaque etiam dum anima erit, non erit anima. habet igitur sua ratione vitam. Quamobrẽ priuationẽ boni ex seipsa non habet. Est igitur boniformis, vtpote quæ bonũ aliquod habeat vestigiũ intellectus: neque ex seipsa malũ. neque B igitur primò malum est. neque rursus quod est primò malũ, est animæ accidens, quippe cùm ab ea non absit omne bonum.

XII *Vtrum ipsum malum non sit purũ malum, sitque in anima. Respondetur esse purum, neque in anima.*

QVID ergo si quis non vniuersam priuationem boni, prauitatem, malumque in anima, sed quandam boni priuationem esse dixerit? Profectò si ita res se habeat partim quidem habens, partim verò carens, mistum habebit sensum, neque purum malum, atque ita nondum primum, purumque malum nobis erit inuẽtum. Et bonum quidem animę in ipsa sui erit essentia: malum verò accidens quoddam esse censebitur.

XIII *Vtrũ ipsum malum sit impedimẽtũ in anima: & quomodo anima descendat in malũ scilicet materiam.*

NISI fortè malum huic impedimentum esse dicatur, quemadmodum oculo ad videndũ. Quod si ita sit, certè malum eius causa erit mali, atque ita causa, quasi aliud quiddã sit ipsum malum. Si igitur vitium impedimentum animæ sit, certè vitium non malum ipsum erit, sed causa mali. etenim virtus non est bonum, sed velut conferens. Quòd si virtus non est bonũ, neque vitium ergo malum. proinde virtus neque est ipsum pulchrum, neque ipsum bonũ: similiter ergo neque vitium est ipsum turpe, aut ipsum malum. Diximus verò virtutem nõ esse ipsum pulchrum, neque bonũ ipsum: quoniam ante eam & super eam extat ipsum pulchrum, ipsumq; bonum. Iccircò participatione quadam virtus bonum, pulchrumque censetur. Quemadmodum igitur animo à virtute superius ascendenti ipsum pulchrum, bonumque occurrit: sic & à prauitate inferius descendenti malum ipsum fit obuium, dum videlicet à prauitate facit exordium, atque inde iam intuetur malum, si quis modò esse potest mali ipsius intuitus. Denique cùm iam descenderit, subit malũ: proruit verò penitus in ipsam dissimilitudinis regionem, vbi mersus in eam iam in cœnum tenebrosum dicitur corruisse. quãdoquidem si anima in vniuersam omnino corruat prauitatem, non amplius prauitatem habebit, sed naturam aliam subibit deteriorem. Prauitas enim adhuc humanum quiddam est, cuidam permista contrario. Moritur ergo vitiosus homo ea videlicet conditione, qua mori potest anima. Mors autem animæ est, & dum corpore mergitur, in materiam labi ipsaque repleri, & postquam deposuit corpus, eodem luto reuolui, donec tandem ad superiora recurrat, atque à cœno sursum tollat aspectum: alioquin hoc ipsum fuerit, quod dicitur, animam del apsam ad inferos dormitare.

XIIII *Quomodo malũ in animo sit debilitas. Quomodo anima corpori coniuncta sit, quomodo separata.*

DIXERIT fortè quispiam prauitatem esse debilitatem animæ: Malam namque animam facilè admodum & à quolibet pati atque moueri, & in malum omne transferri, ad libidines

A εἰ τοῦ ἀγαθοῦ στέρησις ἐν ψυχῇ, τὴν δὲ κακίαν ἐν αὐτῇ ποιεῖ τῷ λόγῳ τῷ ἑαυτῆς, ἡ ψυχὴ οὐδὲν ἔχει ἀγαθόν. οὐ τοίνυν οὐδὲ ζωὴν οὖσα ψυχή. ἄψυχον ἄρα ἔσται ἡ ψυχή, εἴπερ μηδὲ ζωήν. ὥστε ψυχὴ οὖσα, οὐκ ἔσται ψυχή. ἔχει ἄρα τῷ ἑαυτῆς λόγῳ ζωήν. ὥστε οὐ στέρησιν ἔχει τὴν τοῦ ἀγαθοῦ, παρ' αὐτῆς. ἀγαθοειδὲς ἄρα ἔχουσά τι ἀγαθὸν νοῦ ἴχνος, B καὶ οὐ κακὸν παρ' αὐτῆς. οὐκ ἄρα οὐδὲ πρώτως κακὸν, οὐδὲ συμβεβηκός τι αὐτῇ τὸ πρώτως κακὸν, ὅτι μὴ δὲ ἄπεστιν αὐτῆς πᾶν τὸ ἀγαθόν.

Τί οὖν εἰ μὴ παντελῆ στέρησιν λέγει ἀγαθοῦ τὴν κακίαν, καὶ τὸ κακὸν τὸ ἐν ψυχῇ, ἀλλά τινα στέρησιν ἀγαθοῦ; ἀλλ' εἰ τοῦτο, τὸ μὲν ἔχουσα, τὸ δὲ ἐστερημένη, μικτὴν ἕξει τὴν αἴ- C σθησιν, καὶ οὐκ ἄκρατον τὸ κακόν. καὶ οὔπω εὕρηται τὸ πρῶτον καὶ ἄκρατον κακόν. καὶ τὸ μὲν ἀγαθὸν τῇ ψυχῇ, ἔσται ἐν οὐσίᾳ· συμβεβηκὸς δέ τι τὸ κακόν.

ΕἸ μὴ ἄρα τούτῳ κακὸν ᾖ ἐμπόδιον, ὥσπερ ὀφθαλμῷ πρὸς τὸ βλέπειν. ἀλλ' οὕτω ποιητικὸν κακοῦ ἔσται τὸ κακὸν αὐτῆς. καὶ οὕτω ποιητικὸν, ὡς ἑτέρου τοῦ κακοῦ αὐτοῦ ὄντος. D εἰ οὖν ἡ κακία ἐμπόδιον τῇ ψυχῇ, ποιητικὸν κακοῦ, ἀλλ' οὐ τὸ κακὸν ἡ κακία ἔσται. καὶ ἡ ἀρετὴ δὲ οὐ τὸ ἀγαθὸν, ἀλλ' ἢ ὡς συνεργόν. ὥστε εἰ μὴ ἡ ἀρετὴ τὸ ἀγαθὸν, οὐδὲ ἡ κακία τὸ κακόν. εἶτα καὶ ἡ ἀρετὴ οὐκ αὐτὸ τὸ καλὸν, οὐδὲ αὐταγαθόν. οὐ τοίνυν οὐδὲ ἡ κακία αὐτὸ τὸ αἰσχρὸν, οὐδὲ αὐτοκακόν. ἔφαμεν δὲ τὴν ἀρετὴν οὐκ αὐτοκαλὸν, οὐδὲ αὐταγαθὸν, ὅτι πρὸ αὐτῆς καὶ ἐπέκεινα αὐτῆς αὐτοκαλὸν, καὶ αὐτα- E γαθόν· καὶ μεταλήψει πως ἀγαθὸν καὶ καλόν. ὡς οὖν ἀπὸ τῆς ἀρετῆς ἀναβαίνοντι τὸ καλὸν καὶ τὸ ἀγαθὸν, οὕτω καὶ ἀπὸ τῆς κακίας καταβαίνοντι τὸ κακὸν αὐτὸ, ἀρξαμένῳ μὲν ἀπὸ τῆς κακίας· θεωροῦντι μὲν, ἡ θεωρία ἥτις ἐστὶ τοῦ κακοῦ αὐτοῦ, γινομένῳ δὲ ἡ μετάληψις αὐτοῦ. γίνεται γὰρ παντάπασιν ἐν τῷ τῆς ἀνομοιότητος τόπῳ, ἔνθα δὺς εἰς αὐτὴν εἰς βόρ- F βορον σκοτεινὸν ἔσται πεσών. ἐπεὶ καὶ εἰ παντελῶς * εἴη ἡ ψυχὴ εἰς παντελῆ κακίαν, οὐκ ἔτι κακίαν ἔχει. ἀλλ' ἑτέραν φύσιν τὴν χείρω ἠλλάξατο. ἔτι γὰρ ἀνθρωπικὸν ἡ κακία, μεμιγμένη τινὶ ἐναντίῳ. ἀποθνήσκει οὖν, ὡς ψυχὴ ἂν θάνοι. καὶ ὁ θάνατος αὐτῇ, καὶ ἔτι ἐν τῷ σώματι βεβαπτισμένη, ἐν ὕλῃ ἐστὶ καταδῦναι καὶ πλησθῆναι αὐτῆς. καὶ ἐξελθούσης ἐκεῖ G κεῖσθαι, ἕως ἀναδράμῃ καὶ ἀφέλῃ πως τὴν ὄψιν ἐκ τοῦ βορβόρου. καὶ τοῦτό ἐστι τὸ ἐν ἅδου ἐλθόντα, ἐπικαταδαρθεῖν.

* ἴοι

ΕἸ δέ τις ἀσθένειαν ψυχῆς τὴν κακίαν λέγοι, ἐμπαθῆ γοῦν καὶ εὐκίνητον εἶναι τὴν κακίαν ἀπὸ παντὸς εἰς ἅπαν κακὸν φερομένην.

εὐκίνητον μὲν, εἰς ἐπιθυμίας, εὐερέθιστον δὲ εἰς ὀργὰς, προπετῆ δὲ εἰς συγκαταθέσεις, καὶ ταῖς ἀμυδραῖς φαντασίαις εἴκουσαν ῥαδίως, οἷα τὰ ἀσθενέστατα τῶν τέχνῃ ἢ φύσει πεποιημένων, ἀρραδίως ἔχει ὑπό τε πνευμάτων ὑπό τε εἱλήσεων τὴν φθοράν. ἄξιον ἂν εἴη ζητεῖν, τίς καὶ πόθεν ἡ ἀσθένεια* τῆς ψυχῆς; οὐ γὰρ δὴ ὥσπερ τῶν ἐπὶ τῶν σωμάτων, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς τὸ ἀσθενὲς, ἀλλ᾽ ὥσπερ ἐκεῖ ἡ πρὸς τὸ ἔργον ἀδυναμία καὶ τὸ εὐπαθὲς, οὕτω κἀνταῦθα, ἀναλογίᾳ τὴν τῆς ἀσθενείας ἔσχε προσηγορίαν· εἰ μὴ ταύτῃ εἰς τὸ αὐτὸ αἴτιον ἡ ὕλη τῆς ἀσθενείας. ἀλλὰ προσιτέον ἐγγὺς τῷ λόγῳ, τί τὸ αἴτιον ἐν τῷ λεγομένῳ ἀσθενῆ τῆς ψυχῆς. οὐ γὰρ δὴ πυκνότητες ἢ ἀραιότητες οὐδ᾽ αὖ ἰσχνότητες ἢ παχύτητες, ἢ νόσος ὥσπερ τις πυρετὸς, ἀσθενῆ ἐποίησε ψυχὴν εἶναι. ἀνάγκη δὲ τὴν τοιαύτην ἀσθένειαν ψυχῆς, ἢ ἐν ταῖς χωρισταῖς παντελῶς, ἢ ἐν ταῖς ἐνύλοις, ἢ ἐν ἀμφοτέραις εἶναι. εἰ δὲ μὴ ἐν ταῖς χωρὶς ὕλης, καθαραὶ γὰρ πᾶσαι, καὶ, τὸ λεγόμενον, ἐπτερωμέναι, καὶ τέλειοι, καὶ τὸ ἔργον αὐταῖς ἀνεμπόδιστον, λοιπὸν ἐν ταῖς πεσούσαις εἶναι τὴν ἀσθένειαν, ταῖς οὐ καθαραῖς, οὐδὲ κεκαθαρμέναις, καὶ ἡ ἀσθένεια αὐταῖς εἴη ἂν οὐκ ἀφαίρεσίς τινος, ἀλλ᾽ ἀλλοτρίου παρουσία, ὥσπερ φλέγματος ἢ χολῆς ἐν σώματι. τοῦ δὲ πτώματος τὸ αἴτιον τῇ ψυχῇ σαφέστερον λαμβάνουσι, καὶ ὡς προσήκει λαβεῖν, καταφανὲς ἔσται τὸ ζητούμενον, ἡ τῆς ψυχῆς ἀσθένεια. ἔστιν οὖν ἐν τοῖς οὖσιν ὕλη· ἔστι δὲ καὶ ψυχὴ, καὶ οἷον τόπος εἷς τις. οὐ γὰρ χωρὶς μὲν ὁ τόπος τῇ ὕλῃ, χωρὶς δ᾽ αὖ ὁ τῆς ψυχῆς· οἷον ὁ μὲν ἐν γῇ τῇ ὕλῃ, ὁ δὲ ἐν ἀέρι, τῇ ψυχῇ· ἀλλ᾽ ὁ τόπος τῇ ψυχῇ χωρὶς, τὸ μὴ ἐν ὕλῃ· τοῦτο δὲ, τὸ μὴ ἑνωθῆναι τῇ ὕλῃ. τοῦτο δὲ, τὸ μὴ ἕν τι ἐξ αὐτῆς καὶ ὕλης γενέσθαι· τοῦτο δὲ, τὸ μὴ ἐν ὑποκειμένῳ τῇ ὕλῃ γενέσθαι. καὶ τοῦτό ἐστι, τὸ χωρὶς εἶναι. δυνάμεις δὲ ψυχῆς πολλαί: καὶ ἀρχὴν καὶ μέσα καὶ ἔσχατα ψυχὴ ἔχει. ὕλη δὲ παροῦσα προσαιτεῖ, καὶ οἷον ἐνοχλεῖ, καὶ εἰς τὸ εἴσω παρελθεῖν ἐθέλει: πᾶς δὲ ὁ χῶρος ἱερός. καὶ οὐδέν ἐστιν ὃ ἄμοιρόν ἐστι ψυχῆς. ἐλλάμπεται οὖν, ὑποβάλλουσα ἑαυτὴν, καὶ ἀφ᾽ οὗ μὲν ἐλλάμπεται, οὐ δύναται λαβεῖν. οὐ γὰρ ἀνέχεται αὐτὴν ἐκεῖνο, καίτοι παροῦσαν, ὅτι μὴ ὁρᾷ διὰ κάκην. τὴν δὲ ἔλλαμψιν καὶ τὸ ἐκεῖθεν φῶς, ἐσκότωσεν τῇ μίξει, καὶ ἀσθενὲς πεποίηκε τὴν γένεσιν αὐτὴ παρασχοῦσα, καὶ τὴν αἰτίαν, τοῦ εἰς αὐτὴν ἐλθεῖν· οὐ γὰρ ἂν ἦλθε τῷ μὴ παρόντι. καὶ τοῦτό ἐστι πτῶμα τῆς ψυχῆς, τὸ οὕτως ἐλθεῖν εἰς ὕλην καὶ ἀσθένειαν· ὅτι πᾶσαι αἱ δυνάμεις οὐ πάρεσιν εἰς ἐνέργειαν, κωλυούσης ὕλης παρεῖναι τῷ τὸν τόπον, ὃν κατέχει αὐτή, καταλαβεῖν, καὶ οἷον* συμπαραθλῖψαι ποιῆσαι ἐκείνην. ὃ δὲ ἔλαβεν οἷον κλέψασα, ποιῆσαι κακὸν εἶναι, ἕως ἂν δυνηθῇ ἀναδραμεῖν· ὕλη τοίνυν καὶ ἀσθενείας ψυχῇ αἰτία,

*τῇ ψυχῇ

*συναιρεθῆναι

A dines pronam, præcipitem ad iras atque inducias leuissimis imaginationis iudiciis inconsideratè cedentem, non aliter quàm quæ vel natura vel arte facta sunt debilissima. Hæc enim à ventis, turbinibusque facilè corrumpuntur. Operæpretium verò est ab eo qui ita dixerit sciscitari, quænam & vnde animæ sit imbecillitas? Neque enim qualis in corporibus, talis omnino est in anima imbecillitas, sed quemadmodum ibi debilitas est, non valere opus pro-B prium exequi, ac etiam facillimè pati: ita fermè & hic similitudo quædam proportionis appellationem debilitatis induxit, nisi fortè materia eadem causa debilitatis sit vtriusque. Verùm ratione propius accedēdum, perscrutandumque, quænam huius causa sit, quòd in anima infirmitatis nomen accepit. Neque enim natura quædam vel densa, vel rara, vel extenuata, vel pinguis, vel morbus aliquis, velut febris infirmam reddit animam. Præterea necesse est e-C iusmodi debilitatem animæ vel in animabus à materia penitus segregatis, vel in coniunctis esse, vel in vtrisque. At si in segregatis non est debilitas, puræ namque sunt omnes, & (vt dicitur) alatæ atque perfectæ, actionemque suam peragunt expeditam: reliquum est in animabus, quæ ceciderũt, esse debilitatem: siquidem nec puræ sunt, nec expiatæ. Harum verò debilitas non est alicuius ablatio, sed alieni præsentia: velut pituitæ, aut bilis in corpore. Proinde D si causam, ob quam anima cadit, planè rectèq; comprehendamus, compertum iam nobis erit quod quærimus: quæ videlicet sit debilitas animæ. Est sanè in ordine rerum materia, est & anima: ac veluti vtriusque locus vnus. Non enim seorsum est materiæ locus, seorsum insuper locus animæ: perinde ac si materię locus sit in terra, animæ autem in aere: sed locus animæ qui dicitur à materia separatus, significat non esse animam in materia. Hoc autē indicat eam E materiæ non vniri: id rursus ostendit non fieri vnum quiddam ex anima simul, atque materia. Hoc denique innuit, non esse animam in materiali quasi subiecto: atq; id ipsum est, quod dicitur animā esse à materia separatam. Vires autem animæ multæ sunt: Habet enim principium anima in se, mediàque iterum & postrema. Materia verò præsens affectat, & quasi procax efflagitat, intrò cupiēs penetrare: at locus totus est sacer: nihilque est expers animæ. Illu-F stratur ergo materia sese illi subiiciens: neque tamen id à quo illustratur comprehendere valet. Illud enim eam quamuis præsentem minimè sustinet: quoniam neque etiam videt ob prauitatem. Illustrationem verò lumenque inde proueniens materia obscurat permistione, redditq; debile: quippe cùm ipsa generationē adhibeat, occasionemque, vt in ipsam fiat introitus: nunquam enim accederet anima, nisi præsente materia. Atque id est animæ casus in G materiam ita labi, debilemque euadere: Quoniam non omnes animæ vires ad agendum adsunt, cùm materia adesse prohibeat: propterea quòd locũ quem cōtinet ipsa, cōprehēdit, & quasi cōtrahi eā efficit. Quod autē inde surripit quasi furtò, reddit malũ, donec illinc valeat aufugere. Materia igitur & debilitatis

A & prauitatis animæ causa est. Quare ipsa prius est mala, primumque malum. Etenim si anima ipsa materiam genuit patiens, siue præsens, ac si communicauit cum ipsa, euasitque mala, certè materia in causa est præsentia sua: neque enim anima accessisset ad eam nisi generationē eius præsentia adsumpsisset.

XV *Probatur materiam esse scilicet prorsus informē. Itē quomodo malū fiat in anima: quomodo materia intus mala.*

SI quis autem materiam esse negauerit, mōstrandū erit illi ex disputationibus de materia tractatibus, quàm necessarium sit esse materiam. multa enim illic in hanc sententiam adducuntur. Præterea si quis malum in ordine B rerum esse omnino negauerit, bonum quoque tollere compelletur: & quicquid vsquam est appetendum, ipsumque appetitum, item declinationem, atque rursus intelligentiam. Appetitus enim boni est: declinatio verò mali. Intelligentia denique & prudētia boni simul est, atque mali: ipsaque in bonorum numero collocatur. Oportet igitur esse bonum: rursusque bonum purum: necnon mistum ex bono atq; C malo. Item quod plus mali participat, ad id iā declinare, quod est totum malum: quod verò minus habet mali, hoc ipsum quod minus habet, ad bonum spectare. Iam verò quidnam animæ malum erit? & cui nam animæ, nisi naturam attingat deteriorem? Alioquin neque cupiditates, neque dolores, neque iræ, neque timores exorirentur. Etenim timētes composito metuunt, ne soluatur. Rursusque dolores, D & cruciatus vbi compositum dissoluitur, oriūtur. Preterea concupiscentiæ inolescunt, vbi aliquid compositionem ipsam disturbat: vel ne quid perturbet, insurgunt, quasi remedio consulentes. Phantasia verò impulsio quædam est viuentis irrationalis ab externis illata: suscipit autem impulsionem per ipsum quod non est impatibile. Opiniones denique falsæ animæ extra ipsum verum positæ accidunt. Extrà verò ponitur, eo quòd non est pura. At verò instinctus ad intellectum vergens aliud quiddā E est. Oportet enim intellectui duntaxat hærere, atque animam in eo locatam firmiter permanere, neque ad id vnquā quod est deterius declinare. Malum verò non solùm malum est, ob ipsam boni potētiam, atque naturam: quoniam occurrit ex necessitate pulchris quibusdam vinculis comprehensum atque opertum, instar eorum qui catenis aureis vinciuntur: ne palàm in conspectum deorum prodeat, neve F homines nudum malum semper ante oculos habeant: & si quando quoquomodo videant, tunc pulchris ipsius boni simulachris in boni memoriam reuocentur.

A καὶ κακίας αἰτία. πρότερον ἄρα κακὴ αὐτή, καὶ πρῶτον κακόν. καὶ γὰρ εἰ αὐτὴ ἡ ψυχὴ τὴν ὕλην ἐγέννησε παθοῦσα, καὶ εἰ ἐκοινώνησεν αὐτῇ, καὶ ἐγένετο κακή, ἡ ὕλη αἰτία παροῦσα: οὐ γὰρ ἂν ἐγένετο εἰς αὐτήν, μὴ τῇ παρουσίᾳ αὐτῆς τὴν γένεσιν λαβοῦσα.

ΕΙ δέ τις τὴν ὕλην μὴ φησὶν εἶναι, δεικτέον αὐτῷ ἐκ τῶν περὶ ὕλης λόγων, τὴν ἀνάγκην τῆς *ὑποστάσεως αὐτῆς, διὰ πλειόνων ἐκεῖ περὶ τούτου εἰρημένου. κακὸν δὲ εἴ τις λέγει B τὸ παράπαν ἐν τοῖς οὖσι μὴ εἶναι, ἀνάγκη αὐτῷ καὶ τὸ ἀγαθὸν ἀναιρεῖν, καὶ μηδὲ ὀρεκτὸν μηδὲν εἶναι, μὴ τοίνυν μηδ᾽ ὄρεξιν, μηδ᾽ αὖ ἔκκλισιν, μηδὲ νόησιν· ἡ γὰρ ὄρεξις, ἀγαθοῦ· ἡ δὲ ἔκκλισις κακοῦ· ἡ δὲ νόησις, καὶ ἡ φρόνησις, ἀγαθοῦ ἐστι καὶ κακοῦ. καὶ αὐτή, ἕν τι τῶν ἀγαθῶν. εἶναι μὲν οὖν δεῖ καὶ ἀγα- C θόν, καὶ ἄμικτον ἀγαθόν, τὸ δὲ μεμιγμένον ἤδη ἐκ κακοῦ καὶ ἀγαθοῦ, καὶ πλείονος κακοῦ μεταλαβόν, ἤδη καὶ αὐτὸ συντελέσαν ἐκείνῳ ἐν τῷ ὅλον κακόν· ἐλάττονος δὲ ᾗ ἠλάττωται τῷ ἀγαθῷ. ἐπεὶ καὶ ψυχῇ τί ἂν εἴη κακόν; ἢ τίνι ἄν, μὴ ἐφαψαμένη τῆς φύσεως τῆς χείρονος; ἐπεί, οὐδὲ ἐπιθυμίαι οὐδ᾽ αὖ λῦπαι, οὐ θυμοί, οὐ φόβοι· καὶ γὰρ φόβοι D τῷ συνθέτῳ, μὴ λυθῇ· καὶ λῦπαι, καὶ ἀλγηδόνες, λυομένου. ἐπιθυμίαι δὲ ἐνοχλοῦντός τινος τῇ συστάσει, ἢ ἵνα μὴ ἐνοχλῇ, ἴασιν προνοουμένου. φαντασία δέ, πληγὴ ἀλόγου ὡς ἔξωθεν, δέχεται δὲ τὴν πληγήν, διὰ τοῦ οὐκ ἀμεροῦς. καὶ δόξα δὴ ψευδὴς ἔξωθεν γινομένη τοῦ ἀληθοῦς αὐτοῦ. ἔξωθεν δὲ γίνεται, τῷ μὴ εἶναι καθαρά. ἡ δὲ πρὸς νοῦν ὄρεξις, ἄλ- E λο· συνεῖναι γὰρ δεῖ μόνον, καὶ ἐν αὐτῷ ἱδρυμένην, οὐ νεύσασαν εἰς τὸ χεῖρον. τὸ δὲ κακὸν οὐ μόνον ἐστὶ κακὸν διὰ δύναμιν ἀγαθοῦ, καὶ φύσιν, ἐπείπερ ἐφάνη ἐξ ἀνάγκης περιληφθὲν δεσμοῖς τισι κακοῖς, οἷα δεσμῶταί τινες χρυσῷ, κρύπτεται τούτοις, ἵνα οὖσα, μὴ ὁρῷτο τοῖς θεοῖς, καὶ ἄνθρωποι ἔχοιεν, μὴ ἀεὶ τὸ κακὸν βλέπειν, ἀλλ᾽ ὅταν καὶ βλέπωσιν, εἰδώλοις τοῦ καλοῦ εἰς ἀνάμνησιν συνῶσιν. F

*ὑποστάσεως

* οὐ νεύουσαν

MARSILII FICINI IN LIBR. IX. DE EDVCTIONE ANIMAE A CORPORE,

ARGVMENTVM.

VTRVM quandoque liceat animam vi à corpore soluere necne: quidam inter se Platonici litigãt: & vtrinque pro causa sua patronos adducunt Platonem atque Plotinum, præcipuè verò duo, Olympiodorus atque Macrobius dissidere videntur. Macrobij quidem parti fauent argumentationes quædam Socratis in Phædone: pluresque Plotini. Argumentatio Socratis auctoritate potissimum Orphica nititur. Orpheus sub vniuersali prouidentia Iouis: id est, animæ mundanæ Dionysii collocat prouidentiam, id est, naturam: cui Titanes, id est, Dæmones subministrent: qui persuasi à Iunone, id est, processionis generationisq; cura laniare Dionysium fingũtur: quia commune illius in cunctis æquè gignendis & mouẽdis officium differentes, inter se partiuntur in sortes, rerúmque species ad singula generando deducunt. Fingit præterea Orpheus Titanas quia laniatum Dionysium deuorauerint, fulminatos: id est, à Ioue ad alta conuersos, atque homines ex illorum incendio genitos, id est, eorum diuino mynisterio procreatos. Et quia homines geniti sint ex Titanibus, qui Dionysii corpore nutriti fuerant: ideò eos nominat Dionysiacos, quasi quædam Dionysii membra sint ex Titanibus germinantibus inde repululantia: adeò vt & corpus humanũ sit pars Dionysiaci, id est, mundani corporis: & humana natura vitaq; sit portio quædam naturæ, vitæque illius. Et siquid in nobis propriæ formæ inest, munerisq; proprij, quod & prorsus existit, debeat obtemperare communi. Quamobrem Dionysii, id est vniuersalis naturæ prouidentia custoditi, debemus in hac custodia permanere: neque antequam Deus iubeat hinc abire: item seruare, quod accepimus inde, quatenus accepimus conseruandum: neque dissoluere, quod Deus ipse ligauit: neque vim ipsi Dei membris inferre. Hanc Orphicam sententiam Socrates in Phædone primò quidem adducit, deinde Philolai Pythagorici auctoritate confirmat. Ait enim Plilolaus, Ne diuidas in via lignum, id est, ne diuidas corpus ab anima in ipso vitæ spatio viam adhuc ad finem habente. Rursum cùm in sacrum perueneris, ne spectes à tergo: id est, vitam summum contemplationis iam adeptam ne iterum ad inferiora deflectas. In primo quidem præcepto iubet, vt quẽadmodum natura corpus animæ alligauit, ita permittas naturæ soluendum corpus ab anima. In secundo verò præcipit: vt sicut voluntas nostra ligauit intentionem animæ corpori, ita intentionem hanc voluntas soluat à corpore, & solutam semel non permittat vlterius alligari. Hæc autem Pythagorica, Platonicaq; mysteria Plotinus sequitur, primam clausulam texens carmine Zoroastris, atque ita confirmat: Anima tanquam diuina debet diuinorum more dignitatem quidẽ propriam retinere: atque interea nulla inuidia, vel perturbatione alia prohibere, quo minus quod ei subest, id est, corpus nonnihil ab ipsa muneris, id est, vitæ aliquid vtcunq; potest, accipiat. Anima igitur in seipsa permaneat, nec vlla vnquam perturbatione socium suum corpus à se disiungat. nam eadem perturbatione mox vel circa corpus idem, vel circa simile quiddam reuolueretur. quoniam & motus ipse trahit ad corpora, & perturbatus motus ad corpora inferiora præcipitat. At si anima secum pro viribus habitet, nec interea inuideat qualecunque corpori vitam, expectetq; donec ipsum corpus defectu duntaxat proprio vitam amplius acceptam conseruare non possit, ipsa profectò nullo in se distracta motu, nulloq; inferius impetu rapta in seipsa penitùs extra corpus extabit, non amplius de corpore hoc in illud oberrans, sed de animali in intellectualem iam translata naturam. Interrogat post hæc Plotinus, quomodo corpus desciscat ab anima? Respondet hunc in modum: Quando corpus certam quandam amittit proportionem, per quam sub anima vitam sibi conciliabat, tunc ab anima deficit: sicut lignum aliquod solidum, viridéq; cui ex speculo concauo ad solis radios flamma quædam per oleum adhibita fuerat: interdum oleo iam consumpto, mox amittit & flammam: lumen verò solis sicut anima remanet in seipso. Vniuersalis profectò natura in seminalem hominis generandi materiam vniuersalis causæ more magis prius diutius agit, quàm particularis hæc humana natura. Natura enim hæc propria scilicet virtus humana agit in ipsa communis naturæ virtute. Ac natura vicissim vniuersalis ad humani corporis huius proprietatem à propria hominis natura dirigitur. In fœtu igitur huius hominis nascituri natura vniuersalis per propriam parentum directa naturam agitat materiam seminalem, atque format. Proportione quadam humorum, & qualitatum vitaliq; vi afficiens: per quam velut escam fœtus vitam quandam ab anima rationali iam præsente sibi conciliat: per quæ vim eandem retinet, & eandem. Retinere autem posse ad certum spatium fermè est ab initio datum: quatenus videlicet vis illa conciliatrix viget in corpore. Quæ quidem iccircò ab vniuersali natura inserta est, vt ad hunc temporis cursum congruum vniuerso, vita illic hominis proro getur. Siquis interea virtute hac per se vlterius regnatura, seruaturaq; adhuc in corpore vitam, vinculum hoc violenter abrumpit, quantum in se est, consilium vniuersalis naturæ frustratur dum medium naturæ intercipit cursum, certo quodam ordine vlterius percursuræ. Peccat igitur in Dionysium deum, id est, in ipsam vniuersi naturam: & in Iouem mundi animam communem scilicet communis naturæ rectorem: peccat & in Saturnum, id est, diuinam mentem, quæ animum nostrum iubet esse tranquillum. hic verò contrà perturbatione aliqua concitus sæuit in corpus: vel saltem dum circa ministerium eiusmodi occupatur, à simplici & excelsa cõtemplatione distrahitur: peccat rursus in Cælium Saturni patrem, id est, in ipsum bonum: dum corpori sibi commendato corporeum inuidet bonum: peccat denique in seipsum, tum quoniam animal hoc anima fabricauerat, ac subinde hanc suam fabricam diruit, nondum proprio vitio ruituram: tum quia longo nobis tempore opus est ad expurgandas ab animo vitiorum maculas à teneris annis inustas, vt purus decedat à corpore, purúmque sic deinde vitæ statum adipiscatur. Nemo itaque debet spatium sibimet adimere: quo purgare animum, & probare magis, magisq; possit, moraliq; virtute & disciplina proficere. Tradunt enim antiqui Theologi in arcanis de animæ reditu, animos in hac vita peccantes, eorum esse persimiles, qui super solũ æquale ceciderint: quibus denuò absq; difficultate præstò datur surgẽdi facultas:

animos autem qui ex hac vita delictorum sordibus grauati recesserint, his potius comparandos. qui in abruptum ex alto, præcipitiq; delapsi, facultate careant resurgendi. Monent itaque concessis vitæ spatiis vti, ne desit perfectæ purgationis occasio. His ergo Platonis, Plotinique rationibus Macrobius persuasus, sic vtriusque mentem interpretatur, vt nulla conditione cuiquam concessuri sint sibimet manus inferre: idem Porphyrius in libro de Abstinentia sentire videtur: easdem Olympiodorus rationes intelligit atque comprobat, sed ex eorundem verbis & hîc & alibi vult id aliquando posse permittti. Ad id verò conuincendum adducit in medium verba quædam Socratis in Phædone. Primùm quidem quod inquit: Philosophus vim sibi fortè non inferet. vbi hoc ipsum fortè dixit, suspicionem reliquisse videtur: id quandoque licere. Deinde quod subiunxit hunc in modum: Philosophi non debent sibi mortem consciscere, nisi Deus ingentem necessitatem inuexerit qualem mihi in præsentia intulit. Quasi dicat: Philosophus in simili quadam constitutus necessitate iure se inde obitu potest eximere. Adducit rursus Platonis testimonium in Republica, vbi permittere videtur homini diuturno incurabiliq; morbo prorsus oppresso se hinc absoluere: propterea quòd sit inutilis ciuitati. Oportere enim ciues ait, non sibi, sed ciuitati viuere. Item subiungit Platonis in Legibus testimonium dicentis: hominem insanabili scelere comprehensum, velut libidine in matrem, vel concupiscentia sacrilegij, vel impetu simili, quem videat cohibere non posse, decere se ipsum hinc è medio tollere. Similiter nonnulla Plotini verba Olympiodorus accepisse videtur: Primùm quidem vbi ait Plotinus: Si quis insaniam perseuerit imminentem eliget, tunc hoc ipsum non tanquam per se expetendum, sed hac conditione necessaria eligendum. Hoc ipsum Olympiodorus accepisse videtur, quasi dicat, animum hinc abigere potius, quàm cum insania viuere: qua quidem perseuerante, neque viuat homo, sed brutum: neque vlla proficiendi detur occasio. Confirmabit hæc insuper aliquis per id quod Plotinus ait in libro de Beatitudine hunc in modum: Si vir felix captiuus fortè ducatur, parata via est ad exitum: si non, datur ibi felicem viuere. Poterit ad hæc ita Macrobius respondere: principiò quidem Platonem ea dictione fortè (vt solet) modestiæ gratia vsum: deinde quod ait nisi necessitatem Deus inuexerit: tunc dicet licere Philosopho non necare seipsum, sed è pluribus cædis conditionibus in sua optione positis, quam malit, eligere. Præterea Platonis verba in Republica & Legibus sic exponet: vt Plato non tam sui cuipiam cædē permittere velit, quàm & ad ingentem charitatem patriæ prouocare, & ab impio scelere acriter reuocare. Plotini quoque verba sic accipiet, vt in libro de Beatitudine soluat felicem hominem è compedibus, mentem potius à sensibus seuocando, quàm à corpore vitam. Denique quod hoc in libro ait, tanquam necessarium eligendum, exponet aliquis scilicet insaniam perpeti, tanquam rem necessariò perferendam, potius quàm vim inferre naturæ. Confirmabitur hæc sententia rursus Plotini verbis in fine disputationis contra Gnosticos: vbi prohibet, ante naturale tempus hinc exire. Afferet contra hæc rursum, Olympiodorus extorqueri sic nimium Platonis Plotiniq; verba: imò verò decere pro salute patriæ, pro honestate, pro veritate ferenda certā subire mortem, vel propria manu. Item inedia quandoque animam à corpore segregare potius, quàm permittere vt per insaniam diuturnam, morbumque penitus insanabilem inutiliter, imò cum detrimento sui, cæterorumq; & procul ab omni rationis officio viuat. Sic enim quamuis aliquis inferioris naturæ ordinem non sequatur, superioris tamen ordinem sequuturum, semper autem imperfectiori perfectius: & id quidem non impetu, sed consilio præferendum. Hæc illi vltro citroq; afferunt, & adhuc sub iudice lis est.

ΠΛΩΤΙΝΟΥ
ΕΝΝΕΑΔΟΣ Α
ΛΟΓΟΣ Θ.

PLOTINI
ENNEAD. PRIMAE
LIBER IX.

ΠΕΡΙ' ἐξαγωγῆς.

De eductione animæ à corpore.

* οὐκ ἐξάξει

* ἀποστῆναι σαν αὐτῆς

προσεξαγωγή

ΟΥ'Κ *ἐξάξει, ἵνα μὴ ἐξίῃ. ἐξελεύσεται γάρ, ἔχουσά τι, ἵνα καὶ ἐξέλθῃ. τό τε ἐξελθεῖν ἐστι, μεταστῆναι εἰς ἄλλον τόπον. ἀλλὰ μενεῖ τὸ σῶμα *πᾶν ἀποστῆναι αὐτῆς, ὅτε μὴ δεῖται μετελθεῖν. ἀλλ' ἔστι πάντῃ ἔξω. πῶς οὖν ἀφίσταται τὸ σῶμα; ὅταν μηδὲν ἔτι δεδεμένον ᾖ τῆς ψυχῆς, ἀδυνατοῦντος ἔτι τοῦ σώματος συνδεῖν, τῆς ἁρμονίας αὐτοῦ οὐκ ἔτι οὔσης, ἣν ἔχον, εἶχε τὴν ψυχήν. τί οὖν εἰ μηχανήσαιτό τις λυθῆναι τὸ σῶμα; ἢ ἐβιάσατο, καὶ ἀπέστη αὐτός, οὐκ ἐκεῖνο ἀφῆκε. καὶ ὅτε λύει οὐκ ἀπαθής, ἀλλ' ἢ δυσχέρανσις ἢ λύπη, ἢ θυμός. δεῖ δὲ μηδὲν πράττειν. εἰ οὖν ἀρχὴν αἴσθοιτο τοῦ ληρεῖν; ἢ τάχα μέν, οὐ περὶ σπουδαῖον. εἰ δὲ καὶ γένοιτο, τάττοιτο ἂν ἐν τοῖς ἀναγκαίοις τοῦτο, καὶ ἐκ περιστάσεως αἱρετοῖς, οὐχ ἁπλῶς αἱρετοῖς. καὶ γὰρ ἡ τῶν φαρμάκων *προσαγωγή, πρὸς ἔξοδον ψυχῆς, τάχα ἄν, ψυχῇ οὐ πρόσφορος. καὶ εἰ εἱμαρμένος χρόνος ὁ δοθεὶς ἑκάστῳ, πρὸ τούτου οὐκ εὐτυχές, εἰ μὴ ὥσπερ φαμὲν ἀναγκαῖον. εἰ δὲ οἷος ἕκαστος ἔξεισι, ταύτην ἴσχει ἐκεῖ τάξιν εἰς τὸ προκόπτειν, οὔσης ἐπιδόσεως, οὐκ ἐξακτέον.

A NEMO extrudat per vim è corpore animam: ne fortè exeat in locum similem migratura: alioquin exibit corporei nonnihil deferens, quo per similia emigrabit. Emigrare enim est à loco in locum alium pertransire. sed expectare debet quoad corpus totũ ab anima ipsa deficiat: quando transmigratione non indiget anima, sed extra est omnino. Quo igitur pacto corpus ab anima deficit? quando videlicet nulla vis animæ amplius in ipso ligatur. quippe cùm corpus iam ipsam ligare non possit, perdita videlicet harmonia, quam olim habens, habebat & animam. Quid ergo, si quis det operam, vt corpus dissoluatur ab anima? verùm sic vim inferet: neque corpus tũc dimitteret animam, sed ipsum anima destitueret. Accedit ad hæc quod quando quis dissoluit corpus, non est à passione liber, sed vel angustia, vel dolore, vel ira compellitur. Nihil verò eiusmodi est agendum. At si insaniã quis persenserit imminentẽ, quidnam aget? Fortè verò id probo non accidet. quod si acciderit, reponendum erit in eorũ genere, quæ necessaria nuncupantur: atque ob ea quæ circunstant, non autem simpliciter eligenda. Etenim venenorum excogitatio ad exitum animæ compellentium, fortè non expedit animæ. Atqui etsi fatale tempus vnicuique datum est, ante ipsum haud feliciter id fiet, nisi (vt diximus) id tanquam necessarium habeatur. Si denique qualis quisque exit, talem ibi quoque retinet ordinem, non est è corpore animus extrahendus, cùm adhuc proficiendi esse possit accessus.

MARSILII FICINI IN LIBR. I. ENNEAD. SECVNDAE, DE CAELO, COMMENTARIVS.

SVMMA TOTIVS LIBRI.

DISPVTATIO Plotini de cælo octo habet capita. In primo quidem & secundo dubitationes nonnullas mouet, & interim adducit quædam soluendis quæstionibus conferentia. In tertio dubitationes resumens, dubia paulatim incipit enodare, similitérque in cæteris, summatimque concludit ex omnibus cælum esse ignem, & hunc quidem purum atque solum: cuius forma sensibilis sit. Primò quidem lumen, deinde verò calor innoxius & vitalis: sed geminam hanc formam vult ab insensibili proficisci eiusdem cæli forma: calorem quidem à vita, lumen ab intellectu esse huius substantiam sempiternam, motúmque perpetuum immortalitatis huius causam esse vult vitam illam intellectualem, id est, animam eius à diuinitate nunquam digredientem. Ipsam verò corpoream cæli naturam, quamuis non sit immortalitatis propriè causa, tamen accommodatione quadam ad perseuerantiam conferre perpetuam, dum conseruanti semper causæ, aptè, oportunè, libenter obtemperat. Hæc hactenus totius libri sit summa.

Mundus quoniam est corporeus, neque ex se est, neque per se sempiternus, sed per causam penitùs incorpoream.

I *Principiò igitur mirari videtur, quo pacto mundus cùm sit corpus, esse valeat sempiternus: quemadmodum sapientes plurimi consenserunt. Neque enim potest vniuersum corpus hoc per se esse perpetuum, quandoquidem neque per se esse potest: quod satis in Theologia probamus. Neque facilè conuincitur, quomodo per aliam sit causam sempiternum: præsertim sub eiusdem singularitate substantiæ, quod dimensione motionéque sua videri potest: diuisionem denique, mutationémque substantiæ subiturum. Vna præterea totius mundi materia. Vnius enim opificis est opus vnū. Vnum inquam per vnam materiam atque formam, & vndique sibi consentiens, atque compatiens. Quam quidem agendi, patiendíque omnium inter se communionem vnitas ipsa formæ ac materiæ conficit. Denique cùm ipsa natura materiæ sit prorsus informis, atque per formas distinctio fieri soleat, nulla videtur ratio cùm à materia vsquam materia distinguatur. Materia verò quoniam infimum omnium est subiectum, omnino informe, formarum omnium etiam inter se repugnantium pariter auidum, est perpetuò permutabilis. Quamobrem sicut sub luna, sic & in cælo potentia quædam ad mutationem formæ semper in materia latet, cùm eadem sit vbique materia. Quod quidem ita conijcimus: Cùm motus qui viget in anima sit motus primus: ideóque ibi sit actio: motus autem in corpore sit secundus, ideóque passio: nimirum passio hæc corpori minatur interitum, præsertim quia motus in anima tanquam in re indiuidua non tendit ad dissoluendum: in corpore verò velut diuiduo quodammodo tendit. Neque licet alicui more Auerrois dimensiones in cælo sine materia ponere. Nam si formæ omnium primæ, id est, ideales, quasi materiale nonnihil habent adiunctum, formabilem inquam mentis essentiam, multò magis formæ omnium infimæ, id est, dimensiones materiale aliquid, imò prorsus materiale vbique secum habent. Ac si formæ substantiales in subiecto ponuntur, multò magis indiget subiecto dimēsio: quæ potius accidētalis est ac prorsus inefficax. Iā verò neque forma quælibet corporalis est aliud, quàm materiæ passio, dū materia hæc afficitur aliūde. neque dimensio rursus aliud, quàm materiæ ipsius extēsio, dum ab eodē extenditur, à quo formatur, vt distinctius vberiúsque formari queat. Est igitur fundamentū mundi materia simul, atque dimēsio: à materia quidē mutabile, à dimensione diuiduū, ab vtroque inefficax & passiuū, necessarióque aliunde dependens. Mūdus igitur non est facultate sui corporis propria sempiternus, sed tum ab anima velut à causa immortalitatis intrinseca, tum à voluntate diuina velut ab extrinseco principio atque fine. Si in Deo consideratur natura eius in actu semper eodem existens, ac penitus immutabilis, mundus videtur inde fuisse semper & fore. Hinc Mercurius, & Plotinus quia diuinorum esse sit idem, atque agere, & actionem illam statim sequatur effectus, mundum omnino iudicant sempiternum Sin autem consideratur libera in Deo voluntas, atque hæc mundi principiū iudicatur. quod Mercurius, Plato, Plotinus existimant, videtur mundus à Deo nouus sine nouitate diuinæ naturæ, sine voluntate noua fieri posse. Sic ergo Plutarchus, & Seuerus, & Atticus nouum mundum existimant, hoc sensu Timæi Locri dictum accipientes, vbi ait: Deus animam mundi creauit, suo corpore priorem tum potestate, tum tempore: Vnde Plato etiam in Timæo dicit: animam mundi, corpore suo priorem, tum virtute, tum generatione creatam. Quanquam hæc Timæi Platonísque verba Plotinus, & Porphyrius, Proculúsque, & alij sic exponunt: vt tempus, & generatio quibus anima præcedit corpus non sit extrinsecum interuallum: sed vt successio quædam in anima in ipsa formarum discursione antecedat origine mundi motum: vt hic sit motus ab illo, atque ille sit seculum seculorum. Mitto nunc opinionem Heracliti, quodlibet mundi corpus etiam sphærarum, stellarúmque effluere semper atque refluere: ideóque vel desinere, vel perpetuò renouari: quod & Plato tetigit, vbi mundum ait fieri quidem semper, esse nunquam: & Plotinus hic, & Proculus in Timæo: quod & Phleton non negat esse probabile, nósque idem in Theologia fieri posse probamus. Quòd si ita vniuersum mundi corpus fluat semper, & refluat, animæ verò substantia maneat, non immeritò sic quoque anima tempore, generationéque prior erit nouo quolibet mundi corpore, si mundus semper fiat ex vetere nouus. Hinc fortè Propheta & Euangelista dicit: Vidi cælum nouum, & terram nouam. Item Euangelista: mundus quidem transit. Sed redeamus iam ad Plotinū. Cùm eadem sit in cælo quæ & sub cælo materia, quærit Plotinus vtrum cælestia sicut & alia permutentur, ac species quidem sphæræ, stellæque cuiuslibet semper maneat, dum singularis cuiusque natura permutetur paulatim, & quodammodo renouetur, quasi sicut accidit infra lunam? Ad hæc si quis respondeat, vniuersum ob id esse perpetuum, quod neque ex eo quicquam effluere, neque influere possit, cùm*

sit, cùm omnia complectatur: is quare sphæræ quælibet, & stellæ sempiternæ sint nondum satis inuenerit: non enim sphera, & stella quælibet omnia continet: sed neque etiam sufficientem æternitatem toti mundo tradiderit. Poterit enim forsan adhuc mundus, etsi non extra, tamen intra se adeò commutari, vt quasi animalium nostrorum more, singularem sæpe substantiam mutet: dum tamen speciei suæ naturam retineat sempiternam. Denique dubitatio restat: vtrum vel totum hoc, vel saltem cæleste aliquid sit sempiternum: & quam ob causam: & cur in cælo species simul, & indiuiduum. sub cælo autem duntaxat species ipsa maneat, dum singula permutantur.

Anima quidem causa est, vt cælum sit immortale: cælum verò ad hoc animæ non repugnat.

II In secundo itaque capite dubitat idem innuens vbique mundanum nihil suaptè natura perpetuum posse manere: vt memineris omnia hæc aliunde fieri, atque seruari. Quod autem Peripatetici dicunt, sempiternum esse cælum, quia sit quintum corpus præter quatuor elementa, hìc præterit negligenter. Eo enim ipso quod corpus est, cùm neque per seipsum simpliciter sit, certè neque est per seipsum semper: præsertim cùm sua sit natura diuiduum, atque mutabile. Denique, significat immortalitatis vitæ causam esse cælo animam ipsam, quæ & simpliciter est vitæ causa: sed ad immortalem vitam etsi non efficiendam, saltem suscipiendam cæleste corpus & vniuersum esse naturaliter præparatum: aut saltem quò minus accipiat minimè repugnare.

Causa quibus mundus sit sempiternus: atque elementorum quatuor distributio.

III Sed in tertio quærit, quomodo corpus hoc conducat ad statum, quod naturaliter inclinatur ad motum? Respondet autem, quia non extra profluit, sed refluit intrò. Iccircò perpetuæ in eiusmodi motu perseuerantiæ non repugnare quidem, imò conducere. Quòd si quodlibet animal quamdiu viuit, dicitur esse idem, propterea quòd sub eadem anima fermè similis natura & figura seruatur quamuis inde quotidie fiat effluxus, multò magis & mundus permanere idem in substantia dici potest, quamdiu sub eadem anima figura eadem perseuerat, cùm nihil profluat extra: etiã si quis fingat in qualibet mundi parte effluxu vicissim, atque refluxu substantiam propriam commutari: dum videlicet neque quicquam extra totum fluit, neque influit aliunde. sic ergo totum mundi corpus ad sempiternam perseuerantiam conferre videtur. Videntur ad eandem partes quoque conducere. Nam ipsæ etiam elementorum sphæræ mole sua saltem permanent & figura. Conducunt ad idem quatuor ipsæ elementorum sedes singulæ seorsum in mundo dispositæ: ad quas natura duce diffugiunt: adeò vt elementa, quamuis contraria, tamen ita secreta nunquam inuicem se disperdant, atque confundant. Esse verò quatuor elementa mundi: & ignem purum esse cælum, & qualis ibi sit ignis, in compendio Timæi, & in Theologia libro quarto, & iterum quartodecimo abundè tractamus. Cùm igitur ignis plurimis à terra qualitatibus distet, meritò ab eadem distat loco quamplurimum. Sicut igitur in sphæra mundi, terra in medium cogitur, sic in ambitum totius extimum ignis extenditur. Ac si terra est semper stabilis, ille profectò maximè distans semper est mobilis: nullus autem in rectum motus sempiternus est. Ignis ergo natura sua mobilis est semper in orbem: denique si igni propria sunt maxima à terra distantia, & perpetuus circuitus atque lumen est proculdubiò cælum. Proinde sicut ipsa mundi natura, virtúsque sub causa quadam superiore terminata est, sic & amplitudo eius, atque figura: quæ ab inuisibili mentis, & animæ circulo coacta similiter est in circulum. Sic & figura sibimet æqualior, & similior est, item capacior, aptiorq; ad motum. Ignis igitur dum videtur ascendere, imò dum seipsum vndique à medio porrigit, cogitur alicubi sursum, id est, per ambitum sistere gradum, ibiq; in circũ protendi, atque reuolui: vt figura, motuq; referat causæ suæ circuitum. Figura quidem circuitum in essentia causæ consistentem: motu verò circuitum in causæ actione peractum. Conducit autem ignis ad mundi ambitus faciendos propter naturam eius amplificabilem: facultate verò amplificabilem sibi vendicat vis ignis admodum efficax, naturaliter rara, lucida, mobilis à resistente, & cohibente soliditate admodum aliena. Soliditas verò maxima, quæ terræ propria est, amplificationi obstat qummaximè. Vnde terra confert ad mundi medium faciendum: aer verò & aqua tanquam per naturam media medium compleuerunt. Nemo verò diffidat, ignem, quia maximè cedat, ideoq; pati facillimè videatur, conficere cælum passionibus nullis obnoxium. Quod enim agilitate mirabili cedere videtur ad summum, dum diuidi videtur, penetrat atque diuidit: & omnem ictum protinus aufugit. Memento denique, diuinam mentem formas in opere suo plurimas voluisse: tum quia & ipsa est omniformis, tum verò vt ex multis non materiis dico, sed formis opus vnum maximè formale summatim conficeretur: voluisse in hoc formas longè inter se natura distantes, vt ex earum conflatione varij admodum formalesq; rerum gradus in longo spatio coalescerent. Cogita igitur hæc, tum raritate, tum qualitate inter se diuersa simul ab initio facta. Hæc ergo repentè se fugant inuicem, atque fugiunt. Tunc subtilissima quæque prius, citiusq; effugiunt: tum quia ad motum, penetrationémque agiliora sunt, tum quia liquidiora super solidiora commodius possunt enatare, quàm contrà. Sic rerum protinus est facta distinctio, consilio videlicet auctoris obediẽte materia. Sed interim spiritalis subtiliorum portio intra densissima quæque est vbique seruata, non tam densitudine coercente, quàm ipsa totius anima suum vbique spiritum continente, animabúsq; cæteris ad idem spirationis officium conspirantibus.

Cælum est spiritus, & flatus, & verbum animæ mundanæ: atque est vbique quamuis occultum.

Latius hic nos spiritus eiusmodi prouehit. Principiò cælestis anima non coniungitur cælo quasi iam facto, sed ipsa potius fœcunditate sua, quæ & superior est, & proxima cælo adhuc inde futuro, parit vbique cælum, dum ipsa tanquam maximè viuens spirat vbique: Sed quidnam spirat? Vitalem scilicet flatum, atque sensualem: non qui necessariò sentiatur ab aliis, sed quo ipsa tum viuificet, tum sentiat alia. Flatus eiusmodi quoniam prodit ex anima, imitatur & virtutem animæ penetrantem, quatenus ipse penetrans vniuersum, omnibus est infusus. Hinc illud: Spiritus intus alit. Imitatur rursus & virtutem animæ continentem, quatenus ipse suo quodam (vt ita loquar) visco, velut oleum super alia natat & ambit. Huc forsan tendit & illud: Spiritus Dei ferebatur super aquas, vel incumbebat

aquis, fouens videlicet materias per se frigidas, quæ ipso vitaliter quamuis occultè calent: atque hinc calefaciendi vim sortiuntur quãuis occultam. Hoc flatu, hoc animæ primæ verbo (quantum Platonicè loqui licet) factum est cælũ; imò eiusmodi spiritus est ipsum cælum. Spiritus, id est, ignis, tantò saltem nostro hoc igne subtilior, atque efficacior, quantò noster ignis acutior & valentior aere: Spiritus hic quasi visus quidam est, tactusq; naturæ, nullam habens ad visum, tactumq; nostrum proportionem. Est & ipsius animæ verbum iam extra prolatum. Primum enim animæ verbum est in mente, simplex omnino: secundum in ratione, iam ibi distinctum: tertium in imaginatione naturáque, motum iam affectũmque accipiens: quartum in prolatione, id est, cælum admittens iam vnà cum motu dimensionẽ. Magnitudo siquidem virtutis in anima in viribus eius inter se longè distantibus magnitudinem dimensionis facit in cælo. Motio animæ facit in cælo motum. Affectus efficaciam ad effectum. Virtus quidem rationalis alias gignit formas in cælo: intellectualis autem claritas præstat lumen. Est ergo cælum quasi spiritus efflatus ex ore diuinioris animæ: ideoq; omnia viuificans, atque nutriens. Est iterum quasi oculus quidam, visusq; animæ, quo sæpe affectus animæ nobis & consilium indicatur: huius radijs & intuitu omnia coalescunt. Lumen in cælo quantum est in perspicuo, intellectum animæ repræsentat, quantum in motu, lætitiam. Solum quidem lumen est intelligentiæ ipsius imago: cæteræ verò formæ siue in cælo sint, siue in aliis sint per cælum, alias ideas referunt in ipso intellectu conceptas, quæ ita per intelligentiam illic concipiuntur, & discernuntur, sicut per lumen hic cæteræ qualitates. Et sicut per totum mũdum intelligibilem est idem actus intelligentiæ, ita per hunc totum perspicuus quidam, lucidusq; spiritus illius imago, formas passim efficiens, atque discernens sicut ille. Hinc Iulianus Platonicus ait, ex theologia Phænicum diffusam esse per vniuersum, & omnibus insitam naturam quandam tralucidam, atque lucentem in seipsa, quasi ex diaphano & lumine temperatam, neque mixtioni vnquam alienæ, neque passionibus vllis obnoxiam: quæ sanè sit actus quidam puræ intelligentiæ, purus quidem, sed quodammodo extra procedens, habeatq; inuisibile lumen & incorporeũ luminis huius visibilis quidem, sed incorporei causam. Hæc ille. Eiusmodi fermè lumen anima mundi sub actu mentis primæ propria mente conceptum parit in natura sua, ibique cum motu copulat & affectu: atq; inde quasi spiritum foras efflat, & iam dimensione protendit, neque dispergit tamen, sed suo quodam circuitu in orbem penes se cohibet, & quatenus ipsa se fundit, eatenus circunfundit, atque promit origine prima continuum quasi spiritum vnum spirantis vnius. Sed aliæ animam hanc subinde comitantes animæ, sua quæque similiter spiritali virtute spirantes in spiritum hunc iam vbique vigentem, singulæ ad intimi propriiq; circuitus formam redigunt & figuram. Quamobrem aliæ deinceps alibi inter se distinguuntur sphæræ: sic fermè dispositæ situ, sicut spirantes animæ dispositæ sunt natura. Sed cunctæ semper animæ in communi perpetuaq; primæ animæ spiratione conspirant: eiusmodi verò spiritales orbes propè mundi medium angustia situs densiores euadunt, & densiora rursus circa se generant. Et qui densissimus est, orbi terræ restat infusus. At si comparetur ad terram, tenuis admodum iudicabitur, & ad motum agilis ac densa viuificans. Ne quæras igitur quam ob causam ad medium densa descendant. Hæc enim ideò densa sunt, quoniam ab initio sortita sunt medium. Rursus quantum rarefactio, & condensatio in gignendis inuicem valeat elementis considera, ne fortè neges, pro varia primi spiritus densitate, varia præter ipsum elementa contingere. Sed interim memẽto, raritatem & densitatem in rebus generandis idearum actionibus, formationibúsque seruire. Conclude, animalem quendam spiritum semper ab anima mundi quasi interioris vitæ propaginem pullulare, ignémque hunc esse, & quasi animale lumen ipsum in dimensiones iam porrectum, spiritum actu lucidum, potẽtia calidum, generationis omniũ vbique fomitem: cælum, inquam, non circunfusum solùm, sed etiam cunctis infusum, cælúmque cælorum. Flatum diuinioris animæ sub forma quadam animæ proxima, id est, cælesti, id est, ignea: hoc est tralucida, lucida, calida protinus euolantem, mox in aerem aliquanto dissimiliorem animæ tumescentem, subinde in aquam terrámque compactum. His autem tribus, cælestem spiritum passim inesse effectorem omnium, atque seruatorem: proximum quidem flamẽ, & velamẽ animæ: & omniũ alimentum. Vbicunque igitur alia sunt, ibidem cælestem subesse spiritum: non tamen vbicunque hic est, alia statim adesse. Sic itaque cælo proximè reguntur omnia, ipsa inquam cæli substantia non solùm virtute cælesti, quæ suam vbique substantiam necessariò postulat. Sic etiam sub terra quædam quasi cælestia generantur. Sic solo calore viuunt omnia, & occulto quodam calore viuunt, quæ manifestus calor destituisse videtur. Sic vbi extremum apparet frigus, ignis accenditur: & in frigidorum collisione mutua procreatur, cælo videlicet procreante. Similiter in quolibet animali anima continuè profert spiritum membris quidem cunctis infusum, sed alicubi etiam solum, alicubi verò humoribus, alibi membris insuper inuolutum. Sed animæ particulares spiritum hũc qui vapor sanguinis est, quo regunt corpus, ex sanguine calefacto producunt: spiritum verò cælestem rationales animæ, quo quasi proximè se inuoluunt, ab ipsa cæli substantia vbique præsente suscipiunt: quem Plotinus alibi cõfitetur accipi etiam ab anima terræ: quo & hîc nostras inuolui Aristotelem etiam putauisse testis est Plutarchus, Ioannes Grãmaticus, & Proculus atque Phleton. Ex quo patet vbique cælum esse, vt & totum singuláque perfectè, continuataq; serie ac mira facilitate regantur à cælo: & animæ rationales vbicunque cæleste corpus accipiunt, aut possident, in loco cælestibus naturali habeant, atque possideãt. Verùm cælestis hic ignis, de quo ille inquit: Igneus est ollis vigor: & cælestis origo: *quamuis cunctis infusus, nullis tamen est mixtus: quando neque visibile lumen inde procedens alicubi commiscetur: neque manifestus ignis facilè patitur mixtionem. Est autem cælestis ignis, solus purúsque ignis, neque vim patiens, neque inferens: mirificè lucens, sed super aspectum suauissimè calens si quo modo tangatur. Manifestus autem ignis atque comburẽs, non ignis est purus, sed ignitum potius elementum. qui sanè quod facilius quàm alia generetur, generétque & amplificet semetipsum, & longissimè luceat, & ad se omnia trahat, & nascatur vbiq; totum habet à cælo, quod viget vbique. Hinc Theophrastus integro libro ignis potentiam admiratur. Hinc forsan est ille spiritus quem Ægyptij rebus infusum omnibus appellant naturalium genitorem. Maximè verò qualis sit hic spiritus apparebit, siquis finxerit, quod & fortè licet, non multas esse cælorum sphæras, sed vnicam, tum implentem omnia, tum etiam circunfusam, quæ motum illum habeat, quem primi mobilis esse volunt. Stellæ verò omnes tum huius motu ducantur, tum etiam propria progressione percurrant, cedente vbique sine vlla offensione cælo, si modo cessione sit opus. Sic potissimum stellæ habere vitas proprias videbuntur, si animalium more progrediantur, non plãtarum modo figantur. Sic & præter illarum animas vnica erit sphæræ totius anima. Ego verò hæc fortè defenderẽ vt probabilia, nisi me magnorum virorum auctoritas contineret.*

Cælum est imago animæ, & singula quæ sunt in cœlo singula referunt quæ sunt in anima.

Sed rem omnem ab alio rursus principio repetamus. Si cælum quod totum implet mundum in forma sua motúque procul ab extensa materia cogitaueris, ipsam proculdubiò mundi animam cogitabis: cuius cælum quidem imago est, reliquum duntaxat est vmbra. Illa igitur cælum est indiuiduum: cælum verò est anima iam extensa. Redde itaque tanquam ab imagine ad exemplar singula singulis. Illa quidem est forma simplex: hoc similiter corpus est simplex. Illa non habet partes: hoc nunquam separatur in partes. Illa vnico actu, id est, animaduersione sui præcipuum complet officium: hoc perpetua in seipsum conuersione omnia peragit. Anima rursus immutabilis est essentia, quamuis mutabilis quodammodo sit quadam discursionis sphæricæ mutatione formali. Cælum similiter substantia non mutatur, dum actione reuoluitur. Anima semper similiter agit: atque in ipsa etiam formarum suarum dissimilitudine reuolutionum vices restituit similes. Cælum quoque mouetur immutabiliter, ac dum configurationes quasdam & extrinsecos habitus commutare videtur, interea centrum circunferentiamque conseruat, eisdemque curriculis temporum & repetit eadem & similia recreat. In anima prius est intelligentiæ lumen: deinde quasi calor est voluntatis affectus, in cælo lumen præcedit vbique calorem. Et quemadmodum ibi voluntas quasi est ipsemet terminus intellectus, & intelligere velle: ita & hic calor quasi quidam lucis est terminus, & lucere, & calere, sed quàm purè lucet & latè, tam calet innoxiè. Hinc itaque fit, vt in materiis cælo similibus, id est, diaphanis, & tralucidis, calefactionem præcedat illuminatio, in opacis verò vicissim. Has enim calefieri oportet prius, & calore purgari, & quasi tralucidas effici, quàm lucidæ fiant. Ignis autem huius cælestis occulti vbique vigentis, & actus quidam manifesti sunt stellarum radij, & imago quædam est æther, id est, sublimis ille lunæ proximus aer, igneus inquam aer. Solum namque cælum solus est ignis: reliqua dicuntur ignita: sed cælum & aer, præsertim ille sublimis vbi vel nihil vel minimum quidem est solidi resistentis, latitudinis verò plurimum lucet purius, caletque suauius. Aqua verò & terra, terrestriaque calefacta quidem violenter, calefaciunt violenter. Quoniam verò ignis apud nos accensus cœlo similius adhuc est quàm reliqua, iccircò luminis quod incorporeum quiddam est, factus est particeps & omnium potētissimus, & quasi sit viuens motu perpetuus, diuidens omnia, non diuisus, omnia in se prorsus assumens, alienam fugiens mixtionem: & subitò cùm expeditur, in cælestem refugiens ignem vbique latentem. Hinc fortè veteres adducti ignem verebantur extinguere ne naturæ cœlitùs viuæ vim viderentur inferre. Proinde sicut ignitæ materiæ in ipsum ignis actum, formamque subitò conuertuntur, ita & hic ignis hinc refugit in cæli formam, & forma cæli in formam actumque vitæ semper conuersa censetur. materia verò cœli conuersa videtur in formam. Profectò quemadmodum in vapore quodam ardente ceu cometa, ipsa vaporis materia adeò redacta est ad proprium ignis actum, vt nulla iam appareat ibi conditio vel actio nisi ignea: sic forma cælestis vsque adeò materiam suam superat & absorbet, vt nulla materiæ manifesta conditio videatur. Id itaque plerique volunt quando cælum aiunt carere materia, id est, manifestis passionibus, conditionibusque materiæ. Similiter qui aiunt cælestis animæ nostræ vehiculum expers esse materiæ. Quod Iamblichus & Proculus arbitrantur. Iam verò cùm natura formæ denique sit potentior quàm materia, meritò sicut formarum infima, id est quantitas, sic in materiam absorbetur, vt ipsa videatur esse materia, agatque nihil, & infinitam patiatur diuisionem: imò nihil aliud sit, quàm passiua quædam materiæ ipsius extensio: sic forma formarum corporalium præstantissima, id est, cælestis, materiam suam occupat penitus atque occulit, totumque ibi resultat vt forma: forma inquam corporea, sed ita corporea, vt sit quasi non corpus, & incorporeæ vitæ, occultiorisque virtutis quasi coruscatio quædam foras emicans, præsertim per cæli oculos, id est, stellas. Non igitur iniuria Iamblichus ait cæleste corpus sic in vitam esse redactum, vt ipsa sit vita, & natura iam quodammodo incorporea, hoc tantum corporis habens, quòd partes à partibus distare putantur. Sanè sicut in nobis corpus hoc tractabile multum ab anima discrepat, sed spiritus ipse quem multi vaporem sanguinis subtilissimum nominant, est quasi anima quædã, ita vt Epicurei, & alij quidã vicinitate decepti hunc esse animam iudicarent: sic reliquum mundi corpus ab ipsa mundi anima discrepat manifestius, sed natura cælestis vbique vigens, quidam scilicet omnia fouens spiritus almus: sic Stoicos, & Stratonem propinquitate fefellit, vt diuinam animam Deumque esse putarent. Rectius admodum Platonicus ille Maro iudicauisse videtur. Cùm enim dixisset: Omnia spiritus intus alit: vt spiritus per se dissipabilis & fortuitus à natura stabili ordinatriceque regeretur, adiunxit: Totamque infusa per artus mens agitat molem. Et cùm nominauit artus, & membra, mundum esse animal vnum significauit, vno quodam vbique spiritu viuens, vna similiter intelligentia rectum. Rectum inquam facillimè atque semper. nam & spiritus ille quantò per puritatem est vicinior animæ, tantò facilius, diutiusque animæ ad perseuerantiam ordinemque obtemperat. Et reliquum corpus spiritu facilè penetratum inde fulcitur, atque ipsum naturali loco digredi nescit, dum anima longè præpotens suis quæque locis digerit atque continet: motuque suo motus omnes anticipat, & ad reuolutionis suæ normam certis singula locis, temporibusque reuoluit.

Mundus etsi perseuerantia dicitur infinitus, non tamen virtute, magnitudine, numero est infinitus.

Vniuersum igitur per tempus permanet infinitum, quamuis ipsum magnitudine non sit infinitum. Si enim ipsa mundi anima æternitati, id est diuinæ menti quàmproxima est, ideóque æterna est, atque essētiali vita viuificat, certè & ipsa uitam suggerit semper, & corpus inde suum vitam continuè haurit sempiternam. Præterea si anima semper conformat hoc ipsis diuinæ mentis ideis, certè sicut species rerum omnes conseruat idearum instar immobiles, singulis continuè commutatis, ita & totum hoc opus exemplaris totius instar indissolubile continet. Sicut enim quælibet in vniuerso rerum species ad suas referuntur ideas, sic totum hoc ad hoc totum refertur exemplar. Mutãtur verò hîc sub specie singula ob vicissitudinem quandam seminalium rationum, quæ in natura & imaginatione quadam coniuncta naturæ penes animam mundi peragitur, motu interim cælesti ad idem assiduè conferente. Conseruatur tamen eadem vbique species, ob æternam perseuerantiam idearum in mente, formarumque similium, in anima quoque vigentium, adiuuante ad idem simili semper restitutione cælesti. Mundum verò quamuis tempore infinitum, non ta-

men vel numero, vel magnitudine infinitum, sic breuiter coniectamus. Quadruplicem cogitamus infinitatem. Primam virtutis simul atque perseuerãtiæ in Deo præcipuè summo: Secundam perseuerantiæ saltem in diuinis operibus inde perpetuò permanentibus: Tertiam numeri: Quartã denique molis. Infinitas quidem numeri perpetua quadam rerum singularum successione paulatim prouenire videtur, nunquam tamẽ actu simul existere. Nam & ipsa speciei vnitate tanquam termino definitur, & multitudo innumerabilis actu nullum suscipit ordinem. Omnia tamen sub primo tum communi omnium, tum proprio aliquorum principio ordine quodam definiuntur. Quod si non est turba ordinis expers in rebus infimis, multò minus reperitur in summis, vbi summus est ordo. Quamobrem neque sunt innumerabiles mundi: neque mundi partes vnius innumeræ. Tum verò infinita moles longius distat à mente diuina quàm numerus infinitus. Cùm igitur diuina mens innumerabilem numerum minimè velit, multò minus molem patietur immensam. alioquin nullum hæc ordinem à Deo terminumq́ue acceperit. Neque verò fingere licet molem corpoream ex seipsa prorsus existere: vel ex causis pluribus inter se omnino diuersis. Quod in Theologia sæpius confutamus. Neque sub vna omnium causa opus esse non vnum: neque mundos plures, alium disiunctum ab alio. Id enim refellimus in Timæo. Neque rursus vnius mundi molem prorsus immensam. alioquin vel in plura membra diuideretur, vel vnica passim moles existeret. Si in plura innumerabiliter secaretur, nulla foret vsquam molis infinitudo sed numeri: neque foret opus vnum vel ordinatum, sed disgregatum prorsus atque fortuitum. Sin vnica foret immensaq́ moles, varietas omnino rerum nulla restaret: & hæc ipsa moles ordinem non acciperet, vel figuram. Ac si fingatur eiusmodi machina per immensum vndique ambitum versus excrescere saltem versus medium: si quod fingi medium possit, paulatim redigitur in angustum. Igitur si moueatur, circuli in ea mole signati innumerabiles ita se habebunt, vt circa medium semper alius alio tardius reuoluatur: versus ambitum verò vicissim alius alio continuè velocius agitetur. Itaque inde quidem in tarditatem infinitam, hinc in velocitatem similiter infinitam motio peruagabitur. Hinc ergo immensæ molis circuitus momento complebitur. Inde ne mouebitur quidem: imò nullus erit motus. Nam infinita tum velocitas, tum tarditas concurrere demum videtur in statum. Obijciet & alius aliter: Immẽsum fore vndique spatium tum totius, tum partium ad partes, quæ per lineas à medio productas in longum, continuè latiores & distantiores euadunt. Itaque neque peragi vnquam spatium vel partium, vel totius. Ideoq́ frustrà moueri, imò neque moueri. Quid plura? Mundanam molem habere in se membrorum distinctionem ipsa palam formarũ differentia, repugnantia qualitatum, motionum oppositio manifesta declarat. Non esse machinam hanc immensam ostendit tum vniuscuiusque reuolutionis terminus, tum definitus ordo totius. Esse in summo sphæricam interiores eius sphæræ demonstrant, amplissimam videlict imitantes. Cunctas ab vna causa inter se connecti, mira discordium rerum concordia probat. Vna denique vita viuere spirituq́ afflari discimus ex mutua quadam, patiendiq́ communione, per quam & inferiora facilè à superioribus dona vbique suscipiunt, & superiora videntur inferiorum preces audire, votisq́ prospicere, & à qualibet mundi parte quãuis lõgè distãte in quãlibet ritè paratã sæpe motio resultare.

Confirmatur cælum esse sempiternum, primùm animæ, deinde quodam corporis beneficio.

IIII *In quarto libri capite dubia reijciens in sequentia, immortalitatem cæli tum ratione animæ, tum ratione corporis comprobat. Nempe ordinis corporei summitas, id est, cælum, cum incorporea natura diuinorum vltima, id est, anima, ita conspirat, vt dissolui non possit: sicut & summus aer tangens ignem est semper ignitus: ipsaq́ animæ vita cùm proximè ab æternitate pendeat, neque inde discedat, est æterna. Atque cùm ipsa ob naturalem propinquitatem sit vinculum temporalium, quod in Theologia monstramus, meritò, quæ mox deuincit, æternè conglutinat. Item cùm iam tot seculis in hac mole regenda, mouendaq́ defatigata non fuerit, quod ostendit idem tenor agendi, nunquam defatigabitur: præsertim cùm neque ipsa per violentiam agitet corpus, naturaliter ad motum ita libratum, neque huc aliunde violentiam possit inferri, neque partes mundi conterantur, sed inuicem commutentur. Denique si anima per æternam ipsius vitam, cuius natura est semper viuificare, mundo semper præstitit vitam, præstabit & semper. Neque pœnitebit vnquam animam diuinissimam benefecisse mundo: quasi vel peccauerit cùm incepit benefacere, vel sit peccatura cùm desinet. quod in libro contra Gnosticos hæreticos confutauit. Quod autem de igne partim Aristotelica, partim propria sententia dicit, sic accipito. Ignis hic noster edacitate quadam omnem subitò materiam deuorat, mox inde luxurians euomit flammam, quasi feruorem: qua etiam longius consumit obiecta. Cùm enim ignis ob naturam tenuem, amplificabilem, mobilem, inter aliena positus atque permixtus facilè dispergatur, ne mox intereat, natura sibi tributum est, vt facilè propinquantia deuoret. Rursus ne tanquam potentissimus omnia perdat, datum est vicissim vt citius extinguantur. At verò ne desit mundo natura tam nobilis, factum est, vt passim omniũ facillimè recreetur: citoq́ ex minimis excrescat in amplum. Ignis verò cælestis consumit nihil: quia nec ipse consumitur: quia minimè dissipatur: quoniam neque locum aliquando suum mutat: neque vnquam à vita deseritur.*

Cur cælestia tum secundùm speciem, tum secundùm indiuiduum maneant sempiterna. Composita verò solùm secundùm speciem: item de geminis animabus.

V *Caput verò quintum significat pro ipso mundi partiúmve eius opifice non modò iudicandum esse intellectum primum, sed etiam mundi animam: animasq́ sphærarum quatenus & intellectuales sunt omnino, & proximè sempérque velut collegæ ad opus hoc vnà cum intellectu primo consentiunt. Significat rursus, si corpora composita proximè ab ipsa cuiuslibet cælestis animæ substantia fierent, indissolubilia fore: Ibi enim & substantia & actio, id est, intelligentia manet. à causa verò penitùs stabili, stabilis fit effectus. Quoniam verò talis quælibet anima aliam ex se insitam quasi animam, imaginemq́ sui foras effundit, insinuátq́ materiæ, vnde iam eiusmodi vita fit debilis: iccircò vita hæc cælestia quidem & simplicia corpora semper indissoluta conseruat, vtpote quæ conciliationi perseuerantiæq́ repugnare minimè videantur, composita verò aduersus repugnantium impetus coercere non potest. Hîc notabis sphæras quidem cælestes tum toto permanere tum partibus: sphæras autem alias simplices non omnibus iam vndique partibus, sed toto manere: composita denique neque toto, neque partibus permanere debere. Neque obijciat aliquis in*

animalibus

animalibus præsertim rationalibus restante post obitum anima, primáque materia, partes animalis apud Plotinicos restaturas. Nam & anima hæc non tam pars quàm causa est animalis, & materia prima subiectum est potius in quo fit animal. Fit inquam propriè ex propria quadã materia ad propriam formam iam prorsus accommodata. Vbi verò dicit quæ sunt intra cælum, non esse cæli partes: intellige, infra, non tam loco quàm ordine. Cælum enim, etsi vbique viget, nusquam tamen à seipso seiungitur. Vbi ait, cælum vsque ad lunam protendi, intellige, vsque ad lunarem conditionem. Sors nanque lunaris est in cælestis dignitatis gradibus vltima. Regionem enim super lunam antiqui totam solarem nominant, sequentem verò lunarem. Declarat denique in fœtu hominum, in matrice iam figurato infundi vitam ab animalibus sphærarum, animaq; totius ad idem scilicet, ipsa matris anima simul cum virtute paterna interim conferente, per quam vitam velut escam rationalis anima trahatur ad corpus, ipsamq; ad se vitam quodammodo contrahat, sub actuq; conseruet ducatq; suo, si quando desinat iterum genitura. Ibi quidem esse simpliciter animal per modum formæ dat inferior anima: Esse verò rationale animal, superior ipsa largitur parum admodum modo formæ ad esse conducens. Et id quidem ex rationali potentia siue actu, quoniam non ad ipsum simpliciter esse ratione formæ, sed ad esse tale conferre videtur. Atque eatenus ad esse tale, quatenus ad esse simpliciter altera confertur. Dici verò fortasse potest per modum efficientis ad esse conferre.

Singula elementa in seipsis pura sunt. Cælum est solus ignis.
Item de metallis atque dæmonibus.

VI Sextum caput dubitationes iterum duas adducit: Vtrum solus in cælo sit ignis: & vtrum inde defluat aliquid. Primam quidem soluit in hoc sexto simul & septimo, alteram in octauo. Esse in eo ignem, simulq; non terram dico, imò soliditatem quandam, vel resistentiam, siue consistentiam quasi terream Timæus existimat, vt per igneam quidem claritatem videri, per soliditatem verò quasi terream tangi possit: sed à quónam ita sentiri? non ab aliis præcipuè. Non enim totus mundus est partium particulariumque gratia constitutus, cùm sit horum omnium perfectissimus atque finis, sed vt primùm posset à seipso sentiri. Cum enim animæ mundanæ prius quodammodo natæ corpus subiungeretur quasi propago, probabile fuit tale fore, vt cognatissimum animæ foret atque notissimum. Cognosci verò corpus propriè cognateq; & sub ipsa corporis conditione, nihil est aliud, quàm sentiri. Corpus itaque cæli tum ex igne lucem est adeptum, vt ab anima sua per modum intelligentiæ sentiretur, quod est videri: habuit quoque ex soliditate, vel consistentia quasi terrea resistentiam quandam, vt per modum essentialis vitæ iterum sentiretur: quod est tangi scilicet à seipso primùm, consequentes ab aliis: quinetiam neque videri posset per lumen, nisi soliditas quoque subesset, visuales quodammodo radios repercutiens: neque tangi per soliditatem, nisi igne rursus viuificaret. Significat inter hæc Plotinus, si cælum tangatur vel à seipso vel ab alio, blandum sentiri calorem: soliditatem verò quasi terrenam adesse ratione potius coniectari: ipsam denique terræ naturam, quæ & opaca est, ideóque opposita luci, & densissima: atque iccircò ad motum præcipuè talem, omnium ineptissima, nullo modo inesse vult cælo lucidissimo prorsus atque celerrimo. item, neque aquam, quæ ob frigiditatem est contraria cælo, quod est primum calidum: rursum neque aerem. Nihil enim facilius quàm aer in aliud permutatur. Itaque si propinquet cælo tam valido in cæli formam subitò permutabitur. Inter hæc dum conuincere studet, nihil esse in cælo aliud præter ignem, in dubitationem adducit illam Timæi sententiam: Duo scilicet solida, & extrema duobus semper mediis indigere. Fortè enim id in numeris & dimensionibus mathematicorum solidis manifestius est, quod in argumento in Timæum iam explanauimus. In elementis autem non adeò manifestum, nisi forsan in ipsa totius mundi compositione disposita, locisq; distincta. Significat tamen Plotinus, posse & ignem, vel aerem penetrare terram sine aqua, & aquam penetrare terram, inque eam illabi sine ignis & aeris beneficio. Quòd si quis conuincat tum terræ tum aquæ reliqua duo semper inesse, respondet Plotinus, non tamen duo hæc ad conciliandum necessaria fore. Sed dum ita Plotinus hîc quasi ludit, meminisse debemus, aquam procul ab aeris ignis fomento concrescere gelu, fieriq; cristallum: itaque non posse absque illis terram facilè penetrare. Sed hæc ad Plotinum nihil: cuius consilium est confutare quod fertur, ita quodlibet in quolibet esse, quasi ex Anaxagoræ mente, vt nusquam sit purum aliquid in seipso, neque ipsa rei cuiusque essentia in se sine alterius essentia constitui, vel cõsistere possit: ceu siquis dixerit, non esse terram, nisi intra seipsam aquæ humore conglutinata sit: non esse aquam, nisi liquida sit per aerem: non esse aerem, nisi per ignem intus sit rarus & leuis: atque vicissim nusquam viuere ignem, nisi alatur humore: nõ consistere rursus humorem, nisi intus terra cohibitum. Sed profectò videtur ipsa formalis vniuscuiusque ratio idq; ipsum quod aliquid est, absque alienæ naturæ additamento posse consistere. Quandoquidem & sine hoc ritè potest ac debet intelligi. alioquin si res non sint aliquid in seipsis, consequenter nec aliquid in aliis erunt: nec erit quicquam ex rebus pluribus constitutum. Præterea cum imperfecta, quoniam per se non sunt, à perfectis quæ per se sunt, dependeant: sit autem forma totius perfectior quàm formæ partium, meritò super elementa, quæ sunt, vt partes in mistis, sunt elementa in seipsis vt tota seorsumq; disposita: sunt, inquam, vt tota elementa, quamuis non vt totum corpus. Ibi ergo rursum forma totius corporis tanquam perfectior antecedit, ac si minùs præcedit in opere, in opifice saltem: in quo sanè communius ipsa formæ totius intentio intentionem partium ad illam consequentiam antecedit: sicut constat in arte. Denique sicut in exemplari mundi forma vniuscuiusq; speciei ratio distincta est ab alia, sic inter se res in opere distinguuntur: distinguuntur, inquam, ratione & existentia simul, præsertim cùm maior sit hîc quàm ibi diuersitas. Quod quidem sensibus quoque patet, cùm se inuicem contraria fugiant, quatenus vt cõtraria vigent. Corpora ergo cõposita sicut simplicibus elementis intrinsecùs cõponuntur, ita simplicibus reguntur extrinsecùs. Multa quoque simplicia, id est, æther, aer, aqua, terra, vno, id est, igne cælesti regũtur omniũ simplicissimo: Vnũ hoc proximè regitur anima: pérq; hoc quasi spiritũ reliqua corpora siue simplicia primùm, siue subinde cõposita regũtur ab anima. Oportet .n. ab vna mundi anima corpora multa, & hæc quidẽ dissimiliora animæ per corpus vnũ, idq; similius, inspirari prorsus atque moueri. Sed vt redeamus ad institutũ, oportet elemẽtũ quodlibet etiã sine alterius mistione intus saltẽ in se aliquid esse. Aut enim datur aliqua saltẽ portiuncula terræ, quæ propriè sit id ipsum quod terra, aut nulla. Si datur aliqua, licet terram sine aqua cõsistere:

Si nulla, tunc terra erit nusquam, atque aqua terram quæ nusquam reperitur colligare non poterit. Item alia est ae-
ris, alia terræ natura, imò etiam natura valde diuersa. Siquis ergo dicat terram, vt terra sit, aere intrinsecùs indige-
re, dicet frigus siccitatem, densitudinem, grauitatem, vt sint id quod sunt, egere contrariis. Rursus aer prius in se ali-
quid est, quàm infundatur in terram: terra similiter prius aliquid est in se, quàm hauriat aerem. Tum verò aer in
raritate propria prius existit, quàm condensetur in terram: ac terra prius in se consistit, quàm condenset aerem: qui si
condensetur ab alio, scilicet aqua, transibit in aquam. Quamobrem Timæus non dixit terram, vt terra sit, egere igne:
ne frigus & grauitas, vt frigus grauitasq; sint, calore leuitatéque ridiculè dicantur egere, imò dixit vt sit visibilis.
Per lumen enim & oculi vident, & res ipsæ videntur, quæ sunt etiam participatione quadam luminis coloratæ. Lu
men verò ignis est proprium. Cùm enim terra naturaliter opaca neque per se luceat, neque lumen intus accipiat: aqua
verò & aer tanquam diaphana, id est, tralucida & lumini peruia, non habeant quidem ipsa lucem, sed subitò capiant:
sequitur, ignem mox per se lucem habere: præsertim cùm manifestè ab hoc alia lumen habeant, atq; ipse lumen ipsum
quasi proprium dum abit, relinquat in nullo, quamuis calorem relinquat ad tempus. Vnde constat, ignem esse cælum.
Cùm verò ignis prius & citius longiúsque lumen quasi præcipuum projiciat quàm calorem, potest nimirum a-
ctum hunc suum, id est, lumen, & passionem, ex hoc effectam, id est, colorem præcipuè clarum cæteris adhi-
bere per quæ videantur, quamuis seipsum non admisceat illis. Præstat quidem humidioribus magis lumen atque ni-
torem, tanquam cælo similioribus: siccioribus verò calorem, & hunc quidem iam edacem, talem siccitate, angustia,
violentia factum. Hactenus terram esse hoc ipsum quod est, absque intima ignis, aeris, aquæ commistione monstra-
uimus. Aquam rursus sine participatione terræ posse aquam esse, per similia patet. Aqua sanè cùm ad terrenam cogi-
tur densitatem, desinit esse iam aqua, fitq; christallum: postquam videlicet nouam acceperit substantialemq; formã:
nam antè fit glacies. Terra igitur non efficit eam esse aquam, sed potius esse non aquam. Aerem rursus non esse terræ
participem deprehendet quisquis cõsiderauerit nihil esse mollius, cedentius, penetrabilius aere: nihil verò ad hæc ine-
ptius esse quàm terram. Non igitur vt aer ipse sit aer, terra facit: cùm proprietatem habeat repugnantem. Quòd si in-
feriora seorsum ab aliis ipsa per se sunt aliquid, multò magis ignis, mistionis impatiens, & omnium præstantissimus,
id est, cælum. Neque indiget terra, vt dimensiones inde continuitatémque acquirat: nam ob naturam suam in mate-
ria efficacissimam, materiam ipse suam mirum in modum in dimensiones amplificat. Item, quum mistionem minimè
patiatur, continuitatem suam ipse sibi conseruat: resistentiam verò quandam, & consistentiam, quam soliditatem in
eo vocant, neque propter terram, neque ob trinam dimensionem simpliciter habet: sed per quandam sibi propriam a-
licubi densitatem, qua non solùm repercutiat radios oculorum, sed etiam superiorum vires inferioribus magis cogna-
tiúsque accommodet: nihil verò terrenum cælestibus subesse luminibus patet: quia nusquam in cælo videtur eiusmo
di rubor, qualis in colore nubium, quæ terrenum aliquid habent: sed talis potius, qualem vel flamma frequentior, vel
congregatus croci pallor reddere solet. Soliditatem sanè quocunque modo resistentem Plotinus aliter esse vult in ter-
ra, in alijs aliter. In terra quidem vnà cum aspera quadam siccaq; duritia propria terræ, quatenus maximè distat à cæ
lo lenissimo quidem omnium & agillimo: Alibi rursus proprio quodam pacto: in igne nimirum esse suam soliditatem
nõ per terram, sed per solam alicubi sibi propriam densitatem: sicut in aqua sæpe non per terram, sed per propriam co-
hærentiam coitumq; cristallum fiat, atque metallum, scilicet aurum. Quod hîc existimare videtur non esse terræ
particeps, sed ex aqua tantùm fieri more cristalli, sed arctius in se coacta, in qua sit viscus aliquis oleo similis: vnde cõ-
tingat vt aurum tum propter arctissimam concretionem indissolubile sit: tum propter viscosum humorem fundatur
ad ignem atque liquescat: tum quia non est terræ particeps, rubiginem non obducat: fulgorem verò sortitur à specie
ideáque solari. Argentum fermè similiter se habere, nisi quòd Lunam potius sequitur. Soli enim aurum attribuunt
auctores alchimiæ: argentum verò Lunæ: Saturno plumbum: stannum Ioui: Marti ferrum: æs Veneri: Mercurio ar
gentum, quod nominant viuum. Hanc uerò distributionem in præsenti magis approbo, quàm illam quam in compẽ-
dio Critiæ sum sequutus. Videtur verò Plotinus hanc de metallis opinionẽ ex Timæo potissimum accepisse, vbi me-
talla nominantur concretæ fusilésque aquæ: & aurum ex aqua inter adamantinas venas compacta, velut florem
emergere dicitur. Additur æs, quia sit terræ particeps, in rubiginem vetustate conteri dum terra secernitur. Plato i-
gitur etsi videtur terræ nihil in auro similiter & in argento ponere, potest tamen probabiliter ex aliorum sententia
sic intelligi, vt quod terrenum est in auro, sit adeò cum elementis aliis temperatum, & exactè commixtum, vt secer-
ni ab aliis nunquam possit. Dicatur autem & aurum & omne metallum aqua ab humore quodam glutinoso, ex quo
velut ex matre metalla omnia fiunt, quod & primum occultúmque argentum viuum nominant, quod à sulphure
quasi metallorum patre coqui formaríque putant: atque inde metalla omnia fieri, eáque diuersa, quatenus in eius-
modi coitu plus est alterius vel alterius: & prout hoc duorum aut illud est ibi purius vel impurius, ac prout minor
maiórve fit coctio. Duo igitur hæc in auro esse purissima, æqualissima, contemperata, commista summopere, fermè
similiter in argento: in cæteris hæc longè aliter se habere. Metalla quidem ad ignem omnia liquefieri: quoniam ma-
ter eorum sit humor multus, & oleosus, atque viscosus. Saxa verò non liquescere, quoniam terræ plurimum ha-
beant, humorem tamen non habeant adeò pinguem, nec instar olei glutinosum: sic exponere Platonem possumus.
Et vbi Plotinus ait: Aurum quum sit aqua cogi in se sine terra, sic accipi potest: id est, quum ad ignem funditur ve-
lut aqua, iterum ab igne remotum in se sine adiunctione terræ concrescit. Sed hæc vtcunque quis vult accipiat. Ad in-
stitutum denique reuertamur. Si condensatio sola in humore vel conficit cristalli, vel reficit metalli formam, cur
non anima quasi gluten continuet ignem, sibiq; connectat, & sub vitæ forma contineat? Iam verò sunt & ignea dæ-
monum corpora, non per terram, non per concretionem quasi gelu coacta, sed per virtutem animæ connectentem in
propriam cohibita formam, & sphæricam redacta figuram. Sunt enim supra nos dæmones in sua quique sphæra qua-
si stellæ: quamuis plurimùm nobis occultæ, figurámque naturaliter orbicularem per interiorem mentis orbem con-
ferente ad idem affectu, locóque in suis corporibus exprimunt. Quamuis quascunque libet figuras sæpe nobis osten-
dant, dum vel materiam sui corporis agilem modis facilè variis transfigurant, & mox in priorem formam facillimè
refigurant: vel per imaginationis affectusq; vehementiam, prægnantiũ instar, in teneriori corpore quaslibet formas
effingunt. Mitto, quòd sæpe non tam proprium corpus mutant, quàm imagines in nostra imaginatione varias susci-
tant. Quamuis autem dæmones propria animalia sint aerea, tamen & igneos & aqueos sæpe cognominãt. Tres enim
propriè

propriè sunt ordines dæmonum tribus plagis aeris assignati: Primi sublimem colunt aerem Lunæ proximum, cæli calore motuq; & luce calentem atque lucentem, quem ignem ætherémque appellant: Secundi medium: Tertij tertium. Summus aer nominatur igneus: medius aer aerius: infimus aer est aqueus: dæmonésque similiter. Aeri rursus ita distributo præest (vt aiunt) aeria quædam astrorum triplicitas. Summo quidem aeri Gemini: medio Libra, Aquarius infimo. similitérque dæmonibus. Hos antiqui nonnunquam appellant deos: non quidem simpliciter, sed diuinos dæmones. Sicut & animalia similia in cælō quidam appellant dæmones, non simpliciter, sed dæmonicos deos. Arbitror equidem cælestes dæmones non esse in stellarum fixarum, sed planetarum regione, quasi comites planetarum stellas: ac proportione seruata, sequi stellarū planetarumq; motus: similiterq; dæmones in aere puro cælestē choream competenti progreßione complere. Fortè enim sicut dæmones, sic stellas planetásq; propriis per cælum motibus more animalium gradi quis putabit.

Cælum est solus ignis. Item quodlibet elementum est alicubi in se purum, quamuis in quolibet sint qualitates quædam etiam aliorum. Item cælum est vbique. Item qualis sit Hierusalem illa cælestis.

VII Septimum caput responsionem ad dubium superiorem confirmat auctoritate Platonica: cælum scilicet esse purum ignem: & quodlibet elementum alicubi esse purum, scilicet id ipsum quod est etiam sine aliis esse. quamuis inuicem suas dotes quasi ab extrinseco mutuentur & mutuent. Item in quolibet elemento esse non dico ipsam aliorum naturam, alioquin confusa prorsus omnia forent, sed qualitatem quandam aliorum elementorum qualitatibus quodammodo similem. Cùm enim mundus sit animal vnum, vna vbique primùm anima viuens, vnaq; materia factum, necessariò membrum quodlibet ob eiusmodi vnionem habet aliquid commune cum aliis: & aliorum qualitatis est particeps: Sicut in corpore humano apud medicos est compertum. Sic cælestis ignis, nō terram, non aerem, non aquam, sed consistentiam, vel aliquam resistentiam habet terræ quodammodo similem: item facilem liquiditatem siue agilitatē aeri congruam: denique lenem blandamq; & lubricam æqualitatem aquæ persimilem, cæteráque similiter reliquorum aliquid possidere: neque tamen ea mistionis ratione confundi, in qua ipsum totum soleat cum toto misceri: nec qualitates tantùm quædam, sed ipsæ quoque naturæ materiæq; conflari. Sic Plato vbi ait in Timæo: Accendit Deus lumen circa secundam à terra sphæram, declarauit esse in cælestibus solum ignem, & ex ignis qualitatibus solum lumen. Lumen inquam solum, id est, primum, atque præcipuū. Sub hoc enim ibi sunt cæteræ, quæcunque ibi sunt qualitates, scilicet calor vitalis & blandus, in quo actio motrix omnium & formatrix. Ac dum Plato dicit lumen, corpus ipsum solis intelligit, per se lucens, lumine scilicet manifesto: per lucem videlicet intimam, quæ alterius generis est à lumine, quod inde velut imago solis per omnia manat. Sed & lux eius intima rursus ab incorporea luce proximè micat: alioquin nec ipsa incorporea foret, nec lumen inde manans incorporeum esse posset. Quod enim incorporeum est in corpore, siue circa corpus quale lumen existit, ab incorporeo fit, quod in seipso consistit. Lumen verò non esse corporeum patet, quia totum subitò prorsus illuminat, & sine offensione totum implet: pluráque in vnum statim absq; resistētia lumina coeunt, nec sordibus inquinantur. Item solis lumen nullius subiecti fit proprium: in nullo enim restat ad tempus, nec propriam elementi qualitatem in subiecto requirit vt adsit, sed puritatem cælo animæq; persimilem. Idemq; lumen absque collisione, condensatione, rarefactione, mora, tam facilè per spatium se fundit amplissimū, quàm refundit se protinus in angustum. Sic ergo à carbone ad flammam ascenditur, iam à crassiore materia discedentem: à flamma rursus peruenitur ad lumen, quod tenuem quoque relinquit materiam. non enim iam infunditur in materiam, sed funditur potius per materiam. Demum ab hoc lumine quod videtur, proceditur ad cælestis animæ lumen: cuius vigore motuq;, & materia dimensione protenditur, & per dimēsiones eius lumen effunditur, perinde ac si à scintillæ cuiusdam rotatu, orbis statim lucidus emicet. Sed de hoc in Theologia satis. Quod autem solis globum proximè collocat super lunam, non solùm Platonis opinio est, sed Aristotelis: Ægyptiorumq; & multorum insuper tum antiquorum, tum etiam posteriorum philosophorum. Magnam esse distantiam inter Saturnum & Iouem, & inter Iouem atque Martem, patet ex eo quòd Saturnus circulum suum peragit annis XXX. Iupiter. XII. Mars verò duobus. Magnum quoque interuallum esse à Marte ad planetas, qui anno percurrunt, similiter est manifestum. Magnum denique inter hos atque lunam, quæ mense cursum implet, planè compertum habemus. Cùm igitur Sol & Mercurius atq; Venus annuo tempore reuoluātur, ideóque inter se sint proximi, quæritur quis horum trium sit Lunæ propinquior. Probabile quidem est, illum esse propinquiorem, in cuius sphæra longior est diameter, vnde maxima distantia sit ad Lunam: Longiorem verò esse in sphæra Solis verisimile est, vt grandiori planetæ magis accommodetur. Verùm quid de his mathematica ratio velit, satis alij pertractarunt. Physica certè ratio postulare videtur, vt fons caloris & fons humoris scilicet vitalis, id est, Sol & Luna proximè coniungantur super hanc mundi plagam generationi dicatam, quæ in primis humorem velut materiam & calorem exigit quasi fomentum. Præterea Sol & Luna cōtigua possident domicilia: Luna Cancrum, Sol verò Leonem. Exaltationes quoque contiguas: Luna Taurum, Sol Arietem. Iure igitur spæras quoque contiguas habent. Hoc denique ordine Mercurius inter planetas quasi sapiēs medium obtinebit. & meritò cùm debeat in omnes æquè conuerti, & facilè conformari, vt celerius omnium actiones expediat. Siquid insuper oculis credendum foret, dicerem, solem ac lunam propterea quòd nobis vtrique sint proximi, maximos apparere. Vsus verò declarare videtur propinquitatem: propterea quòd manifestè in nos agant quàmplurimùm: adeò, vt reliqua ad hæc comparata ferè nihil agere videantur. Denique Luna quæ stellarum infima sola lucem non possidet manifestam, meritò sola est sub sole, ac proxima soli, vt à lucidissimo manifestum lumen commodius mutuetur. Mutuatur autem speculi more, similiterq; reddit lucis imaginem. Appellant autem cæleste corpus album, id est, luminosum: ac dum album dicunt, significant nitidissimum. Quod enim est inter colores albedo, id planè est ibi nitor. Per hæc innuit formam palloris aut ruboris non esse quidem in stellis, sed ob vapores quosdam nobis ita videri. Scimus enim ignis lumen quo purius est, eò esse nitidius. Contrà verò rubet in materia crassa, pallet in media: sed in tenuissima nitet. Subdit vrentem flammam nec in cælestibus esse, nec ad cælum vsque percurrere: sed vel extingui vento, vel si sit in materia sicciore atque tenaci, in fulgure reflecti deorsum: vel si altius insuper euolauerit, creare cometas: sin autem diutius ibi flāmma restiterit, amplificari per ætherem, mitioremq; euadere,

luménque

lumenque à cælo sortiri. Post hæc totum cælum dicit esse lumen, quamuis ob tenuitatem nostris oculis inuisibile, in quo tamen stellarum lumina propter densitatem aliquam apparere: Lumen profectò purum prorsus videri non potest, sed mistum: vel sub cælo materiis alienis, vel in cælo soliditati cuidam & resistentiæ quasi terrenæ, non dico soliditatem in cælo more quorundam, quæ tangenti resistat (hæc enim reuera est propria terræ) sed quæ radios vel congreget, vel reflectat. Protenditur verò lumen hoc etiam inuisibile, vt in X. de Repu: traditur, per mundum vndique vniuersum, quasi mundanæ animæ visus, quo suum id totum cernat, & tangat, & foueat. Putant Platonici sphærã quoque Solis esse suæ animæ visum, & alias item speras globósque, visus aliarum cælestium animarum. Vnde videmus in omnium oculis nihil aliud visum esse quàm radium, & oculorum figuras qualitatésque esse cælo simillimas, quódve videtur esse lumen, vel luminis apprimè particeps, id est, colores. Sed stellæ planetæq; oculi sunt non visuales tantùm, sed visibiles: quibus & animalia videant, atque inde regantur: nam per radios densiores virtutes eorum nobis magis accommodantur. Spheræ verò reliquæ oculi sunt inuisibiles, oculis dico terrenis: nam æthereis oculis, id est, sensu, qui in nostro viget æthereo corpore, perspici possunt. Esse verò lumen hoc occultum siue ignem spiritumq; vitalem diffusum per vniuersum, Plato comprobat in Timæo. Vniuersæ inquit naturæ circuitus, cùm circulari ambitu suo reliqua rerum genera sit complexus, secumq; in ipso congredi studeat, constringit omnia, locúmque vacuum relinqui nusquam patitur. Quocirca ignis per omnia maxime penetrauit: deinde aer, vtpote qui igni tenuitate sit proximus: & alia simili ratione deinceps. Hîc existimare videtur primam ipsam ignis occulti naturã à spiratione quadam mundanæ animæ prodiisse, atque ab intimo circuitu animæ in circulum prosiliisse, cuius virtute elementa reliqua coaluerint: quæ mox ignis ipsius ambitu comprehensa, & quasi cohibita, vacui nihil intra se reliquerint. Item cùm ignis ille amplificatus in orbem cuperet, tum intus vbique secum ipso congredi, tum nihil vsquam relinquere vacuum, penitùs omnia penetrasse minimè pentratum: subinde aerem penetrauisse similiter aquam, aquam denique terram: adeò vt si à centro gradatim medios per orbes ascendas, vbi terra est sis tria reliqua reperturus præsentia sibi inuicem potius quàm confusa. Deinde vbi aqua, ibi cætera duo: vbi aer, illic & ignem. sic quatuor elementorum orbes inter se comparantur, vt angustissimus orbis sit terrenus: latior aqueus, tum implens intrinsecùs terram, tum terræ superficiem supereminens. Aerius quoque terra similiter & aqua sit latior: igneus denique ratione simili omnium sit latissimus, cuncta tum extra fouens, tum intrinsecùs alens. Hunc igneum spiritum & vitalem Arnaldus & Raimũdus putantes rebus omnibus insitum, & quintam appellantes essentiam, diligentissimè perscrutantur, quibus machinis ab aliena materia separent, & segregatum qua potissimum custodia sibi conseruent ad vsus, vt sperant, omnium saluberrimos. Mitto quòd sperant si hunc ex vino tanquam valde cælesti diligenter acceperint, eum se adhibituros auro cælesti quàmmaxime: quem mox aurum combibat vt cognatissimum, sempérque retineat, fiatq; potabile. Sed hæc illi viderint. Equidem certò scio, nisi spiritus eiusmodi rebus omnibus insit, non posse multos præstare quæ pollicentur: neque verum esse Platonicum illud, posse scilicet mundi vmbilicum esse ignem. Probabile quidem est centrum cardinemq; vniuersi non facem esse terrenam, sed potius ignem. Quod rursus scribitur in Phædone, vbi de montibus nubes superantibus agitur, scilicet terram puram in puro iacere cælo, in quo sunt astra, verum esse non potest: nisi vel cælum illic aeri puro sit infusum, vel solum ibi sit cælum, quasi vnicus sit orbis super nubes. Sed orbis vnitatem in præsentia dimittamus. Forsan verò summus ille Theologus vbi ciuitatem inquit cælestem habere duodecim fundamenta, ciuitatem intelligit vitalem hunc spiritum vbique regnantem: fundamenta verò duodecim, speras mũdi duodecim: octo scilicet cælos super ætherem: rursúsque cælos quatuor per ætherem scilicet aerem, aquam, terrámq; suffusos. Describit & portas duodecim: tres ab Oriente, tres item ab Occidente, tres à Meridie, tres rursum ab Aquilone, vt quatuor signorum ostendat triplicitates: quarum vna sit Orientalis, id est, ignea: Arietem, Leonem, Sagittarium continens. Alia rursum Occidentalis, id est, aeria: comprehendens Libram, & Geminos, & Aquarium. Alia itẽ Meridionalis terrea: Taurum & virginem habens & Capricornum. Alia demum Septentrionalis, Pisces, & Cancrum, Scorpiumq; complectens. Proinde vbi totam ciuitatem ait factam ex auro puro, fulgorem hunc igneum per omnia vult esse diffusum. Addit hoc aurum esse simile vitro puro atque perlucido, id est, diaphano simul atque lucenti. Si enim aut vitri perspicuitati peruiæ lucem quasi propriam adhibueris, aut auri naturali fulgori perspicuitatem adiunxeris velut propriam, habebis iam cæli substantiam: quæ quidem est vbique tralucida simul & lucida: etsi nobis non apparet vbique. Vbi verò theologus addit lapidum pretiosorum varietatem, stellarum significat lumina, vel apparentium nobis vel non apparentium. In qualibet enim supra nos spera mundi suæ quædam stellæ sunt magnitudine potentiáque mirabili, quamuis non vbique conspicuæ. Totum verò in seipso lucere necessarium est, si cælum est vbique, si lux est propria cælo, si lux est qualitas præstantissima reliquarum origo formarum. Quod autem diuersis in stellis aliter alitérque fulgeat, non alia quidem, & alia mistione contingit sicut in coloribus nostris accidere solet: sed propriis quibusdam raritatis, densitatis, distantiæ gradibus. Sic & croci color congregatus quidem rubet, diffusus verò pallet, diffusissimus denique nitet. Mitto quantum in his è longinquo & per media diuersa nos fallat aspectus. Sed præter lumina, cælestibus adde virtutes quoque diuersas, ex quibus & colores ibi varij, & actiones inde proueniãt: non quales ab elementis, sed proprietate quadam occultiori, scilicet speciali fermè, quali ferrum trahitur à magnete. Nam quæ apud nos sic agunt, agere dicuntur virtute cælesti.

Confirmatur cælum esse tum ex anima, tum ex corpore sempiternum: & quamuis sit ignis, tamen in orbem natura moueri.

VIII Octauũ caput dubitationi respondet quærenti, Vtrũ cælo quicquã defluat aut influat? respõdet effluere nihil. Nã & anima suũ vbique continere spiritũ potest, & spiritus libẽter obtẽperat animæ: neq; in hoc velut potentissimũ inferri aliunde violẽtia potest: omniaq; prius est in se conuersurũ, quàm ipsum cõuertatur in aliud. Cùm igitur nihil defluat inde, meritò nihil oportet affluere, quo seruetur. Neque licet fingere cælum esse aliud præter ignẽ, vt circuitus ei sit naturalis. Circuitus.n. naturalis est omni corpori sperico in suo loco posito quotiẽs moueatur: rectus verò motus, aut violẽta quædã è naturali loco deturbatio est, aut subitus in locũ reditus naturalẽ. Inter hæc vbi ait potissimã ignis actionẽ calefactionẽ esse, ĩtellige ignis elemẽtalis cõmistiq; actionẽ. Præcipua.n. cælestis ignis actio est ea, quæ præcipuã

actionem

actionem cælestis animæ refert, id est, intelligentiam. eiusmodi verò illuminatio est. Postremò in fine libri notabis, naturam in rebus sub luna compositis quasi, vel debiliorem, vel in loco debiliori, vel inter debiliora non conseruare perpetuam in singulari composito vitam: imitari tamen per continuam generationis successionem, qua seruat speciem quoad potest cælestem virtutem: qua speciem simul indiuiduaque cõseruat: Conseruat inquam procul à substantiali motu, neque tamen seorsum à motu locali. Sola enim intellectualis natura omnem à se motum procul expellit.

LIBRORVM SECVNDAE ENNEADIS PLOTINI PHILOSOPHI SERIES.

MARSILIO FICINO FLORENTINO INTERPRETE.

I. De cælo.
II. De motu cæli.
III. Vtrũ stellæ aliquid agant.
IIII. De materia.
V. De eo quod in potentia, & eo quod in actu.
VI. De essentia & qualitate.
VII. De mixtione per omnia.
VIII. De visu, & quare quæ procul sunt parua videantur.
IX. Contra Gnosticos hęreticos.

ΠΛΩΤΙΝΟΥ
ΕΝΝΕΑΔΟΣ Β
ΛΟΓΟΣ Α.

PLOTINI
ENNEAD. SECVNDAE
LIBER I.

ΠΕΡῚ οὐρανοῦ.

De cælo.

Quærit vtrũ cælum sit sempiternum tã in qualibet singulari eius substantia, quàm in specie.

A CVM mundum corpus habẽtem fuisse semper ac fore dicamus, si perpetuitatis huius causam diuinæ voluntati attribuamus, primò quidem verũ fortè dicemus, nihil tamen perspicuum afferemus: deinde cùm elementorum B mutua commutatio animaliumque terrenorũ interitus, sempiternam interim retineat speciẽ, ambiguum erit, num fortè similiter fiat in vniuerso: quasi diuina voluntas id possit, videlicet subterfugiente semper fluitanteque corpore, speciem aliàs aliis eandem imprimere: adeò vt non numero, sed specie vnum perpetuò maneat. Nec iniuria dubitatur quã ob causam alia quidem in mundo solam speciem habeant C sempiternam: quæ verò in cælo sunt, ipsumq; cælum, per singula quoque semper manere dicatur. Si autem ex eo quòd mũdus in se omnia complectatur, neque supersit quicquã in quod aliquando valeat permutari, neque rursus in hunc externum aliquid quo disperdatur incidere queat, perpetuitatis eius causam adducamus, toti quidem & omni causam salutis æternæ congruam assignabimus. Sol autem stellarumque reliquarũ substantia cùm singula par- D tes quædam sint, non autem totum & omne, nondum ab eiusmodi ratione certam reportabit fidem: quod in omne tempus valeat perdurare: sed quemadmodum igni cæterisque talibus conuenit secundùm speciem tantum perseuerare: sic & iis conuenire videbitur, imo verò etiam vniuerso. Nihil enim prohibet, & si ab extrinseco non lædatur, partibus tamen se mutuò destruentibus interitum perpeti sem- E piternum, & interea eandem sibi speciem conseruare: atque fluente semper natura subiecti ab alio quodam suscipere speciem, fierique idẽ in vniuerso hoc animali, quod & in homine & equo cæterisque afficitur. Semper enim homo

A ΤΟ'Ν κόσμον ἀεὶ λέγοντες καὶ πρόσθεν εἶναι καὶ ἔσεσθαι σῶμα ἔχοντα, εἰ μὲν ἐπὶ τὴν τοῦ θεοῦ βούλησιν ἀνάγοιμεν τὴν αἰτίαν, πρῶτον μὲν ἀληθὲς μὲν ἂν ἴσως λέγοιμεν, σαφήνειαν δ' οὐδεμίαν παρεχοίμεθα. B ἔπειτα τῶν στοιχείων ἡ μεταβολὴ, καὶ τῶν ζώων τῶν περὶ γῆν ἡ φθορὰ τὸ εἶδος σώζουσα, μήποτε* τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ παντὸς ἀξιώσει γίγνεσθαι, ὡς τῆς βουλήσεως τοῦτο δυναμένης, ἀεὶ ὑπεκφεύγοντος καὶ ῥέοντος τοῦ σώματος, ἐπιτιθέναι τὸ εἶδος τὸ αὐτὸ, ἄλλοτε ἄλλῳ, ὡς μὴ σώζεσθαι τὸ ἓν ἀριθμῷ εἰς τὸ ἀεὶ, ἀλλὰ τὸ ἓν τῷ εἴδει. ἐπεὶ, διατί τὰ μὲν οὕτω κατὰ τὸ C εἶδος μόνον τὸ ἀεὶ ἕξει, τὰ δὲ ἐν οὐρανῷ, καὶ αὐτὸς ὁ οὐρανὸς, κατὰ τόδε ἕξει τὸ ἀεί. εἰ δὲ τῷ πάντα συνειληφέναι, καὶ μὴ εἶναι εἰς ὃ τὴν μεταβολὴν ποιήσεται, μὴ δὲ τῷ ἔξωθεν ἂν προσπεσὸν φθεῖραι δύνασθαι, τούτῳ δώσομεν τὴν αἰτίαν τῆς οὐ φθορᾶς, τῷ μὲν ὅλῳ καὶ παντὶ δώσομεν ἐκ τοῦ λόγου, τὸ μὴ ἂν φθαρῆναι. ὁ D δὲ ἥλιος ἡμῖν καὶ τῶν ἄλλων ἄστρων ἡ οὐσία, τῷ μέρη καὶ μὴ ὅλον ἕκαστον εἶναι καὶ πᾶν, οὐχ ἕξει τὴν πίστιν παρὰ τοῦ λόγου, ὅτι* εἰς τὰ πάντα μένει τὸν χρόνον. τὸ δὲ κατὰ εἶδος τὴν μόνην αὐτοῖς εἶναι, ὥσπερ καὶ πυρὶ, καὶ τοῖς τοιούτοις μόνον ἂν δόξειε παρεῖναι. καὶ αὐτῷ δὲ παντὶ τῷ κόσμῳ· οὐδὲ γὰρ κωλύει ὑπ' ἄλλου ἔξωθεν μὴ φθειρόμενον τῶν μερῶν ἄλληλα φθει- E ρόντων, οὕτω φθορὰν ἀεὶ ἔχοντα, τῷ εἴδει μόνον περιμένειν· καὶ ῥεούσης ἀεὶ τῆς φύσεως τοῦ ὑποκειμένου, τὸ εἶδος ἄλλου διδόντος, γίγνεσθαι τὸ αὐτὸ ἐπὶ τοῦ παντὸς ζώου, ὅπερ καὶ ἐπὶ ἀνθρώπου καὶ ἵππου, καὶ τῶν ἄλλων. ἀεὶ γὰρ ἄνθρωπος

* οὕτω

* εἰς ἅπαντα

ἄνθρωπος καὶ ἵππος, ἀλλ᾽ οὐχ ὁ αὐτός. οὐ τοίνυν ἔσται τὸ μὲν, μένον αὐτοῦ ἀεὶ, ὥσπερ ὁ οὐρανὸς, τὰ δὲ περὶ γῆν φθειρόμενα· ἀλλ᾽ ὁμοίως ἅπαντα τὴν διαφορὰν ἔχοντα μόνῳ τῷ χρόνῳ. *ἔστω γὰρ πολυχρονιώτερα, τὰ ἐν οὐρανῷ. εἰ μὲν οὖν οὕτως συγχωρησόμεθα τὸ ἀεὶ ἐπὶ τοῦ παντὸς καὶ ἐπὶ τῶν μερῶν εἶναι, ἧττον ἂν τὸ ἄπορον τῇ δόξῃ προσείη· μᾶλλον δὲ παντάπασιν ἔξω ἀπορίας ἂν γιγνοίμεθα, εἰ τὸ τῆς βουλήσεως τοῦ θεοῦ ἱκανὸν εἶναι δεικνύοιτο, κἂν οὕτω καὶ τοῦτον τὸν τρόπον, συνέχειν τὸ πᾶν. εἰ δὲ καὶ τόδε τι αὐτοῦ ὁποσονοῦν λέγοιμεν ἔχειν τὸ ἀεὶ, ἥτε βούλησις δεικτέα, εἰ ἱκανὴ ποιεῖν τοῦτο. τότε ἄπορον μένει, διατί τὰ μὲν οὕτω, τὰ δὲ οὐχ οὕτω, ἀλλὰ τῷ εἴδει μόνον. τάτε μέρη τὰ ἐν οὐρανῷ, πῶς καὶ αὐτά· ἐπειδὴ οὕτω καὶ αὐτὰ τὰ πάντα εἶναι.

ΕἸ οὖν ταύτην παραδεξόμεθα τὴν δόξαν, καὶ φαμὲν τὸν μὲν οὐρανὸν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ, κατὰ τὸ τόδε ἔχειν τὸ ἀεὶ, τὰ δὲ ὑπὸ τῇ τῆς σελήνης σφαίρᾳ, τὸ κατ᾽ εἶδος, δεικτέον πῶς σῶμα ἔχων, ἕξει τὸ τόδε ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ κυρίως, ὡς τὸ καθ᾽ ἕκαστον, καὶ τὸ ὡσαύτως τῆς φύσεως τοῦ σώματος ῥεούσης ἀεί. τοῦτο γὰρ δοκεῖ τοῖς τε ἄλλοις τοῖς περὶ φύσεως εἰρηκόσι, καὶ αὐτῷ τῷ Πλάτωνι, οὐ μόνον περὶ τῶν ἄλλων σωμάτων, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν οὐρανίων αὐτῶν. πῶς γὰρ ἂν, φησι, σώματα ἔχοντα καὶ ὁρώμενα, ἀπαραλλάκτως ἕξει καὶ τὸ ὡσαύτως; συγχωρῶν καὶ ἐπὶ τούτων δηλονότι τῷ Ἡρακλείτῳ, ὡς ἔφη ἀεὶ καὶ τὸν ἥλιον γίνεσθαι. Ἀριστοτέλει μὲν γὰρ οὐδὲν ἂν πρᾶγμα εἴη, εἴ τις αὐτοῦ τὰς ὑποθέσεις τοῦ πέμπτου παραδέξαιτο σώματος. τοῖς δὲ μὴ τοῦτο τιθεμένοις, τοῦ σώματος δὲ ἐκ τούτων ὄντος τοῦ οὐρανοῦ, ἐξ ὧν περ καὶ τὰ τῇδε ζῶα, πῶς
τὸ δι᾽ αὐ *τὸ τόδε ἂν ἔχοι; ἔτι δὲ μᾶλλον, πῶς ἥλιος καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἐν οὐρανῷ μόρια ὄντα; συγκειμένου δὴ παντὸς ζώου ἐκ ψυχῆς καὶ τῆς σώματος φύσεως, ἀνάγκη τὸν οὐρανὸν εἴπερ ἀεὶ κατ᾽ ἀριθμὸν ἔσται, ἢ δι᾽ ἄμφω ἔσεσθαι, ἢ διὰ θάτερον τῶν ἐνόντων, οἷον ψυχὴν, ἢ σῶμα. ὁ μὲν δὴ τῷ σώματι διδοὺς τὸ ἄφθαρτον, οὐδὲν ἂν εἰς τοῦτο τῆς ψυχῆς δέοιτο, ἢ τοῦ ὁμοῦ ἀεὶ εἶναι πρὸς ζώου σύστασιν. τῷ δὲ τὸ σῶμα παρ᾽ αὐτοῦ φθαρτὸν εἶναι λέγοντι, καὶ τῇ ψυχῇ διδόντι τὴν αἰτίαν, πειρατέον καὶ τὴν τοῦ σώματος ἕξιν μηδὲ αὐτὴν ἐναντιουμένην τῇ συστάσει, καὶ τῇ διαμονῇ δεικνύναι: ὅτι μηδὲν ἀσύμφωνον ἐν τοῖς συνεστηκόσιν ἐστὶ κατὰ φύσιν, ἀλλὰ πρόσφορον καὶ τὴν ὕλην, πρὸς τὸ βούλημα τοῦ ἀποτελέσματος, ὑπάρχειν προσήκει.

A est, & equus quàuis non idem. Non igitur aliud quidem in mundo sempiternum perseuerabit scilicet cęlum, aliud autem videlicet terrenorum genus interitum patietur: sed similiter omnia se habebunt, solo autem spatio temporis discrepabunt: sunt enim diuturniora cælestia. Si igitur hac conditione sempiternum tam in vniuerso quàm in partibus eius acciperemus, minor opinionem hanc ambiguitas
B sequeretur: imò verò omnis procul aberit dubitatio, si diuinam voluntatem sufficientem esse demonstrauerimus, & si ita talique pacto ad vniuersum perpetuò continendum. At si quid in mundo perpetuitatem in substantia insuper propria possidere dicamus, reliquum erit, vt demonstremus nunquid diuina voluntas id possit efficere. Perseuerabit etiam dubitatio, curnam alia quidem specie simul & numero, alia verò specie tātùm sempiterna permaneāt:
C quinetiam partes quæ in cælo sunt, qua ratione eædem perpetuò sint: quandoquidem sic & omnia futura sint eadem.

II *Similiter dubitat & tētat viam ad respondēdum.*

SI opinionem hanc admiserimus, dixerimusque cælum quidem & cælestia omnia secundùm singularem cuiusque substātiam sempiternam habere perseuerātiam: quæ verò sub luna sunt id ipsum duntaxat secundùm speciē possidere, demonstrandum erit, quomodo possit, quod habet corpus, eandem semper sub sin-
D gulari proprietate seruare naturam, cùm ipsius corporis natura cōtinuè perfluat. Vetus enim hæc sententia est, cùm aliorum qui de natura disputauerunt, tum Platonis ipsius non solùm circa alia, veùm etiam circa cęlestia corpora fluxum esse perpetuum. Ait enim: quónam pacto cum corpora sint atque visibilia, naturam immutabilem, semperque eandem conseruare valebunt? vnà cum Heraclito hac in re consentiens, dicente ipsum quoque solem assiduè fieri. Apud Aristotelem quidem haud admodum
E id difficile fuerit, si quis suppositiones eius de quinto corpore iam concesserit. Apud illos autem qui id minimè ponunt, quánam ratione cæleste corpus sub singulari proprietate substantiæ esse poterit sempiternum? cùm tamen penes illos ex eisdem elemētis cælū constituatur, ex quibus etiam illa quæ hic sunt animalia. Præterea multò magis dubitandum id erit de sole & cęteris quæ in cælo sunt partibus.
F Profectò cùm omne animal ex anima naturaq; corporis componatur, necesse est cælū siquidē semper idem numero fuerit, vel secūdùm vtrūque, vel secundùm alterutrū eorū quæ in ipso sunt scilicet, vel per corpus, vel per animā id ipsum habere. Quicunque igitur quod sit incorruptibile attribuerit corpori, nihilo ad id anima indigebit, nisi fortè ad hoc vnū, vt semper anima sit cū corpore ad animal ipsum constituēdum. Ei verò qui corpus quidem ex seipso po-
G fuerit corruptibile, animæ autem æternæ salutis causam attribuerit, conandum erit ostendere, ipsam quoque naturam corporis eiusmodi constitutioni perseuerantiæque minimè repugnare. Quippe cùm in his quæ natura cōstituūtur nihil sit dissonum: sed ipsam quoque materiam ad effectus ipsius intentionem esse oporteat prorsus accommodatam.

III Reſpõdet cælum eſſe ſempiternũ, tum animæ, tum corporis beneficio.

A QVO igitur modò materia corpuſque vniuerſi ad immortalitatem mundi conducet, cùm perpetuò fluat? An fortè ob id conferre dicemus, quòd non effluat extrà? Si igitur in ſeipſo, non autem à ſeipſo fluit, nimirũ permanens idem nec augetur, neque minuitur: neque igitur conſeneſcit. Operæpretium eſt contemplari terram in eadem ſemper figura moleque permanentem, aerem quoque nũquam deficientem, aquamque ſimiliter. Atqui B quod commutatur in ipſis totius viuentis naturam non permutat. Nam & in nobis dum partes aſſiduè permutantur, effluuntque foras, diu quilibet interea viuit: vbi verò extrà nihil exhalat, natura corporis non diſſentit ab anima, quo minus vnum ex vtriſque cõficiatur animal ſemperque permaneat. Conducit ad hoc ipſum ignis, acutus quidem & velox, quatenus non quieſcit in terra: quemadmodum & terra, quatenus non quieſcit in alio. Poſtquam C verò ignis ad alta conſcendit, vbi ſiſtere tranſitum oportet, nimirum torpere non debet. Neque enim exiſtimandum eſt, ſic eum ſe habere in ſede propria collocatũ, vt ipſe minus quàm alia amplificationem ſuam vndique quærat. Ad ſuperiora quidem nequit aſcendere (nihil enim ſuperius extat) ad inferiora verò ferri natura nõ patitur. Quamobrem reliquum eſt, vt ductu facilis ſit in amplum, tractuque naturali ab anima perducatur ad vitam, ideòque in pul- D chra admodũ regione, in ipſa videlicet anima moueatur. Siquis autem forſan metuat ne ruat ignis: is etiam inueniet, vnde confidat, ſi modò conſiderauerit quemadmodum illic circuitus animæ inclinationem omnem præuenit, circunducens fortiter atque ſuſtinens. Sin autem nihil penitus ad deſcenſum naturaliter habet momenti, certè quo minus ibi maneat, non repugnat. Partes quidem quæ ſunt in nobis in noſtram compoſitæ formam, cùm conſtitutio- E nem ſuam continere non poſſint, appetũt partes inſuper ab aliis mutuari, quibus in ſuo habitu cõſeruentur. At ſi è cęlo nihil defluit, nullo prorſus opus eſt nutrimento: ſin autem defluit inde aliquid & extinguitur: ignem oportet viciſſim alterum illic accendi. Quòd ſiquid habet ab alio, quod decidat inde, oportet & aliud eius vice ſuppleri. Verùm ob id non manebit idem animal vniuerſum, ſi & ita res ipſa ſe habeat.

IIII Iterũ ratione animæ atq; corporis mũdum oſtẽdit eſſe perpetuum.

F VERVNTAMEN hoc ipſum iam non tam quoad quæſitum, quàm quoad ſeipſum ſpectat, videtur ſeorſum conſiderandũ, An aliquid exhalet inde: ideoque cæleſtia nutritione quadam, & ſi non propriè dicta, videatur egere? An fortè quo ordine illic ſemel diſpoſita ſunt naturaliter conquieſcant, neque defluxum aliquem patiantur? Item nunquid G ibi ſolus ſit ignis, vel potius ignis quidem ſit quamplurimus: cætera verò illic elementa ab igne penitus ſuperante & attollãtur in altum & per ſublimia transferantur. Siquis.n.adiunxerit potiſſimá cauſam ſcilicet animá vnà cum corporibus adeo puris omninoq; melioribus: quádoquidem & in cæteris animalibus natura pro membris principalibus eligit meliora: is certè ſolidam de immortalitate cæli ſentẽtiá in medium adduxiſſe videbitur. Rectè enim & Ariſtoteles ait,

A ΠΩ͂Σ οὖν ἡ ὕλη καὶ τὸ σῶμα τοῦ παντὸς συνεργὸν ἂν εἴη πρὸς τὴν τοῦ κόσμου ἀθανασίαν, ἀεὶ ῥέον; ἢ ὅτι φαμὲν ἄν· ῥεῖ γάρ, οὐκ ἔξω. εἰ οὖν ἐν αὐτῷ, καὶ οὐκ ἀπ' αὐτοῦ μένον τὸ αὐτό, οὔτ' ἂν αὔξοιτο, οὔτε φθίνοι· οὐ τοίνυν οὐδὲ γηράσκει. ὁρᾶν δὲ δεῖ καὶ γῆν μένουσαν ἀεὶ ἐν σχήματι τῷ αὐτῷ ἐξ ἀιδίου καὶ ὄγκῳ· καὶ ἀήρ, οὐ μήποτ' ἐπιλείπει, οὐδὲ ἡ ὕδατος φύσις. καὶ τοίνυν ὅσον μεταβάλλει αὐτῶν, οὐκ ἠλλοίωσε τὴν B τοῦ ὅλου ζώου φύσιν. καὶ γὰρ ἡμῖν ἀεὶ μεταβαλλόντων μορίων, καὶ εἰς τὸ ἔξω ἀπιόντων, μένει ἕκαστος εἰς πολύ· ὧ δὲ ἔξω μηδέν, οὐκ ἀσύμφωνος ἂν τούτῳ ἡ σώματος φύσις πρὸς ψυχήν, πρὸς τό, τὸ αὐτὸ εἶναι ζῷον, καὶ ἀεὶ μένον. πῦρ δέ, ὀξὺ μὲν καὶ ταχύ, τῷ μὴ ὧδε μένειν· ὥσπερ καὶ γῆ τῷ μὴ ἄνω. γενόμενον δὲ ἐκεῖ, οὐ στῆναι δεῖ, οὔτοι δεῖ νομίζειν οὕτως ἔχειν ἐν τῷ C οἰκείῳ ἱδρυμένον, ὡς μὴ καὶ αὐτὸ ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα, στάσιν ἐπ' ἄμφω ζητεῖν. ἀνωτέρω μὲν γὰρ οὐκ ἂν φέροιτο· οὐδὲν γὰρ ἔτι. κάτω δ' οὐ πέφυκε. λείπεται δὲ αὐτῷ εὐαγώγῳ τε εἶναι, καὶ κατὰ φυσικὴν ὁλκὴν ἑλκομένῳ ὑπὸ ψυχῆς πρὸς τὸ ζῆν, εὖ μάλα ἐν καλῷ τόπῳ κινεῖσθαι ἐν τῇ ψυχῇ. καὶ γὰρ εἴ τῳ φόβος μὴ πέσῃ, θαρρεῖν δεῖ· φθάνει γὰρ ἡ τῆς ψυχῆς D περιαγωγή, πᾶσαν νεῦσιν ὡς κρατοῦσαν ἀνέχειν. εἰ δὲ μὴ ῥοπὴν πρὸς τὸ κάτω ἔχει παρ' αὐτοῦ, οὐκ ἀντιτεῖνον μένει. τὰ μὲν οὖν ἡμέτερα μέρη ἐν μορφῇ γενόμενα οὐ στέγοντα αὐτῶν τὴν σύστασιν, ἀπαιτεῖ ἀπ' ἄλλων μόρια, ἵνα μένῃ. εἰ δ' ἐκεῖθεν μὴ ἀπορρέοι, οὐδὲν δεῖ τρέφεσθαι· εἰ δὲ ἀπορρέοι ἀποσβεννύμενον ἐκεῖθεν, πῦρ δεῖ ἕτερον ἐξάπτεσθαι· καὶ εἰ ἄλλου τινὸς ἔχει, καὶ ἐκεῖθεν ἀπορρέοι, δεῖ E καὶ ἀντ' ἐκείνου, ἄλλου. ἀλλὰ διὰ τοῦτο, οὐ μένοι ἂν τὸ πᾶν ζῷον τὸ αὐτό. εἰ καὶ οὕτως.

ΑΛΛ' αὐτὸ γ' ἐφ' ἑαυτοῦ, οὐχ ὡς πρὸς τὸ ζητούμενον, σκεπτέον, εἴ τι ἀπορρεῖ ἐκεῖθεν· ὥστε δεῖσθαι κἀκεῖνα τῆς λεγομένης οὐ κυρίως τροφῆς; ἢ ἅπαξ τὰ ἐκεῖ ταχθέντα κατὰ φύσιν μένοντα, οὐδὲ μίαν πάσχειν ἀπορ- F ροήν; καὶ πότερον πῦρ μόνον, ἢ πλέον τὸ πῦρ, καὶ ἔστι τοῖς ἄλλοις αἰωρεῖσθαι, καὶ μετεωρίζεσθαι ὑπὸ τοῦ κρατοῦντος; εἰ γάρ τις προσθείη καὶ τὴν κυριωτάτην αἰτίαν τὴν ψυχήν, μετὰ τῶν οὕτω σωμάτων καθαρῶν καὶ πάντως ἀμεινόνων, ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζῴοις ἐν τοῖς κυρίοις αὐτῶν τὰ ἀμεί- G νω ἐκλέγεται ἡ φύσις, πάγιον ἂν τὴν δόξαν περὶ τοῦ οὐρανοῦ τῆς ἀθανασίας λάβοι. ὀρθῶς γὰρ καὶ Ἀριστοτέλης

τὴν

Northwestern University Library

τὴν φλόγα ζέσιν τινὰ καὶ πῦρ οἷον διὰ κόρον ὑβρίζον. τὸ δὲ ἐκεῖ, ὁμαλὸν καὶ ἠρεμαῖον, καὶ τῇ τῶν ἄστρων πρόσφορον φύσει. τὸ δὲ δὴ μέγιστον, τὴν ψυχὴν ἐφεξῆς τοῖς ἀρίστοις κινουμένην, δυνάμει θαυμαστῇ κειμένην, πῶς ἐκφεύξεταί τι αὐτὴν εἰς τὸ μὴ εἶναι, τῶν ἅπαξ ἐν αὐτῇ τεθέντων. μὴ παντὸς δὲ δεσμοῦ οἴεσθαι κρείττονα εἶναι ἐκ θεοῦ ὡρμημένην, ἀνθρώπων ἀπείρων ἐστὶν αἰτίας, τῆς συνεχούσης τὰ πάντα. ἄτοπον γὰρ τὴν καὶ ὁποσονοῦν χρόνον δυνηθεῖσαν συνέχειν, μὴ καὶ ἀεὶ ποιεῖν τοῦτο, ὥσπερ βίᾳ τοῦ συνέχειν γεγονότος, καὶ τοῦ κατὰ φύσιν ἄλλου, ἢ τούτου ὄντος, ὃ ἐν τῇ τοῦ παντός ἐστι φύσει, καὶ ἐν τοῖς καλῶς τεθεῖσιν. ἢ ὄντος τινὸς τοῦ βιασομένου καὶ διαλύσοντος τὴν σύστασιν, καὶ οἷον βασιλείας τινὸς καὶ ἀρχῆς, καταλύσοντος τὴν ψυχῆς φύσιν. τό τε μήποτε ἄρξασθαι (ἄτοπον γὰρ καὶ ἤδη εἴρηται) πίστιν καὶ περὶ τοῦ μέλλοντος ἔχει. διὰ τί γὰρ ἔσται ὅτε καὶ οὐκ ἤδη; οὐ γὰρ ἐκτέτριπται τὰ στοιχεῖα, ὥσπερ ξύλα καὶ τὰ τοιαῦτα. μενόντων δ' ἀεὶ, καὶ τὸ πᾶν μένει. καὶ εἰ μεταβάλλει ἀεὶ, καὶ τὸ πᾶν μένει. μένει γὰρ καὶ ἡ τῆς μεταβολῆς αἰτία. ἡ δὲ μετάνοια τῆς ψυχῆς, ὅτι κενόν ἐστι, δέδεικται, ὅτι * ἄπονος καὶ ἀβλαβὴς ἡ διοίκησις. καὶ εἰ πᾶν οἷόν τε σῶμα ἀπολέσθαι, οὐδὲν ἂν ἀλλοιότερον αὐτῇ γίνοιτο.

ἄτονος

ΠΩΣ οὖν τὰ ἐκεῖ μέρη μένει, τὰ δὲ ἐνταῦθα στοιχεῖά τε καὶ ζῷα οὐ μένει; ἢ φησὶν ὁ Πλάτων, τὰ μὲν παρὰ θεοῦ γεγένηται, τὰ δὲ ἐνταῦθα ζῷα, παρὰ τῶν γενομένων παρ' αὐτοῦ θεῶν. γενόμενα δὲ παρ' ἐκείνου οὐ θεμιτὸν φθείρεσθαι. τοῦτο δὲ ταὐτὸν τῷ ἐφεξῆς μὲν τῷ δημιουργῷ εἶναι τὴν ψυχὴν τὴν οὐράνιον, καὶ τὰς ἡμετέρας δέ· ἀπὸ δὲ τῆς οὐρανίας ἴνδαλμα αὐτῆς ἰὸν, καὶ οἷον ἀπορρέον ἀπὸ τῶν ἄνω, τὰ ἐπὶ γῆς ζῷα ποιεῖν. ψυχῆς οὖν μιμουμένης τοιαύτης τὴν ἐκεῖ, ἀδυνατούσης δὲ τῷ καὶ χείροσι σώμασι χρῆσθαι πρὸς τὴν ποίησιν, καὶ ἐν τόπῳ χείρονι, καὶ τῶν εἰς τὴν σύστασιν ληφθέντων, οὐκ ἐθελόντων μένειν: τά τε ζῷα ἐνταῦθα, οὐκ ἀεὶ δύναται μένειν. τά τε σώματα, οὐχ ὁμοίως κρατοῖτο ἂν, ὡς ἂν ἄλλης ψυχῆς αὐτῶν προσεχῶς ἀρχούσης. τὸν δὲ ὅλον οὐρανὸν εἴπερ ἔδει μένειν, καὶ τὰ μόρια αὐτοῦ τὰ ἄστρα τὰ ἐν αὐτῷ ἔδει· ἢ πῶς ἂν ἔμεινε, μὴ ὁμοίως καὶ τούτων μενόντων; τὰ γὰρ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν, οὐκ ἔτι οὐρανοῦ μέρη· ἢ οὐ μέχρι σελήνης ὁ οὐρανός. ἡμεῖς δὲ πλασθέντες ὑπὸ τῆς διδομένης παρὰ τῶν ἐν οὐρανῷ θεῶν ψυχῆς, καὶ αὐτοῦ τοῦ οὐρανοῦ κατ' ἐκείνην, καὶ σύνεσμεν τοῖς σώμασιν. ἡ γὰρ ἄλλη ψυχὴ καθ' ἣν ἡμεῖς, τοῦ εὖ εἶναι, οὐ τοῦ εἶναι αἰτία. ἤδη γοῦν τοῦ

A flammam eſſe feruorem quendam, & ignem velut ob ſatietatem iniurioſum atque luxutians. Ignis autem cęleſtis æqualis eſt atque quietus, naturæq; aſtrorum accommodatus. Quod verò maximum eſt cum anima optimis proxima, mirabili potentia prædita ſit, quânam via quicquam eorum quæ in ea ſemel poſita ſunt, hanc ipſam verſus interitum ſubterfugere poterit? Siquis autem animam ex Deo manantē B non iudicauerit omni vinculo fortiorē, is profectò cauſam omnia continentē ignorare videbitur. Abſurdum certè eſt opinari animā quæ ad tempus cælum continere poteſt, non etiam id ſemper efficere: perinde ac ſi per violentiam cōtinuerit, quódve naturæ conſentaneū eſt, aliud quicquā præter hoc ipſū, quod in vniuerſi natura ſitum eſt, atque in his quæ pulcherrimè diſpoſita ſunt conſiſtit. Item quaſi quicquā poſſit vi quadā illata conſtitutionē mundi diſ- C ſoluere, ac veluti regnū & principatum animæ naturam labefactare. Proinde hoc ipſum quòd nunquā mundus inceperit (alioquin abſurdū fuerit) de futura eius perſeuerantia facit fidē. Quid enim in cauſa eſſe poteſt, vt mundus aliquando deſinat? non enim elemēta mundi inſtar lignorū reliquorumque taliū cōteruntur. Cùm igitur ſemper maneant, nimirum manet vniuerſum. Manet quinetiā ſi continuè cōmutātur, nihilominus permanet vniuerſum: quip- D pe cùm mutationis cauſa perſeueret. Mutationē verò mundi futurā aliquādo ob quandā animæ pœnitentiā opinari, vanū eſſe alibi demonſtrauimus: præſertim cùm gubernatio mundi procul ab omni labore, & detrimēto ſit poſita. Quinetiā ſi quādo corpus totū diſperdi queat: nihil tamen ex hoc animæ accidet alienum.

AT cùrnam partes in cælo conſiſtunt? elementa verò apud nos, & animalia minimè? Forſan vt inquit Plato: propterea quòd illa quidē ab ipſo Deo ſunt facta: ſed hæc apud nos ani- E malia à diis Deo genitis ſunt effecta. facta verò ab ipſo Deo nefas eſt interire. Id autem idē eſt, ac ſi dicatur, proximam poſt mundi architectū animam eſſe cæleſtē, noſtraſque ſimiliter: ab ipſa verò cæleſti imaginē quandā produci, ac velut à ſuperis defluentem terrena animalia facere. Cùm igitur imaginaria hæc anima ſuperiorem pro viribus imitetur, neque tamen omnino id aſſequi poſſit, proptereà quòd dete- F rioribus ad opus ſuum vtatur corporibus, locoque rurſus deteriori, eaque in vnum conciliare contēdat quæ vix congrediuntur, & congreſſa in vnum inuita manent, nimirum animalia hæc non ſemper viuere poſſunt. Et corpora hæc haud ſimiliter valida poteſtate tenētur: quippe cùm alia his anima proximè dominetur. Proinde ſi totum cælum perſeuerare debet, eius quoque partes ſcilicet ſtellas oportet perſeuerare: alioquin quónam pacto G maneret, niſi illæ ſimiliter perdurarent? Quæ enim ſunt infra cælum, non amplius ſunt cæli partes: alioquin non vſque ad lunam duntaxat cælum protenderetur. Nos autem formati ab anima quæ à diis cæleſtibus tradita eſt, ipſoque cælo ſecundùm illam corporibus cohæremus. Alia namque anima per quam ipſi ſumus, non ipſius eſſe, ſed bene eſſe cauſa eſt. Ac

Soluit dubiū, cur cæleſtia maneāt potius quàm ſubcæleſtia.

Northwestern University Library

cedit enim facto iam corpore, parum ratione ſimul adeſſe conducens.

VI

Solum in cælo eſſe ignem, & quodlibet in ſe purū eſſe, ſed in quolibet eſſe qualitates quaſdā etiā aliorū.

DEINCEPS conſiderandum reſtat, vtrū ſolus in cælo ſit ignis, & nunquid inde defluat aliquid, vnde indigeat nutrimento? Cùm igitur Timæus mundi corpus ex igne primùm terraque componat, vt per ignem quidem videri, per terram verò ſolidum eſſe tangique valeat: conſentaneum eſſe videtur, vt & aſtra non totum quidem, ſed plurimum habeant igneū: quandoquidem aſtra ſoliditatem habere videntur. Forſan verò rectè ſe id habebit: quippe cùm Plato ſententiam hanc probabili & apparenti ratione confirmet. Nempe ab ipſo ſenſu tum per aſpectum, tum per tactū plurimum, vel totum, igneum apparet habere: per ipſam verò rationem conſiderātibus, terram inſuper habere putabitur, ſiquidem ſolidū abſque terra eſſe non poſſit. Sed curnam aqua & aere indiget? Abſurdum enim videri poteſt in igne tāto eſſe aquam. Aer autem ſi illic inſit, in naturā ignis ſubitò permutabitur. Verùm ſi ſolida duo rationem habentia extremorum, duobus indigent mediis, ambiget fortè quiſpiam, nunquid in rebus etiam naturalibus res ita ſe habeat: quandoquidem terram quis aquæ permiſceat, nullo ad hęc concilianda medio indigens? Quòd ſi dixerimus terræ & aquæ ineſſe iam reliqua, nōnihil forſā afferre videbimur: ſed obiiciet alius reliqua illa ad duo concilianda minimè conſpirare. Veruntamen dicemus iam inuicem colligari, quoniam vtrunque poſſideat omnia. Cæterùm conſiderandum eſt, an abſque igne terra videri non poſſit: & rurſus ſine terra ignis ſolidus eſſe non valeat. Si enim ita natura ſit inſtitutum, forſan nihil in ſeipſo ſuam habebit eſſentiam: ſed erunt cuncta confuſa. Appellabitur autē quodlibet ex eo quod præualebit in ipſo: ſiquidem aiunt terram abſque humore ſibimet cohęrere non poſſe. aquæ namq; humorem terræ glutinum eſſe. Verùm ſi & ita id conceſſerimus, attamen abſurdum fuerit, dicere quidem quodlibet aliquid eſſe, neque tamen in ſeipſo cōſtitutionem ſibi ipſi ſuppeditare: ſed duntaxat vnà cum cæteris, vbi videlicet nullum in ſe aliquid ſit futurum. Quo enim pacto terræ natura erit, atque ipſa eſſentia terræ, cùm nulla terræ portio ſit idipſum quod terra eſt, niſi & aqua inſit ibi pro glutino? Pręterea quidnam ibi conglutinabit, vbi nulla ſit magnitudo, quam ad proximam partem continuatione cōnectat? Si enim quantalibet terræ ipſius fuerit magnitudo, licebit terrā ſuapte natura ſine aqua conſiſtere: alioquin nihil amplius erit quod ab aqua conglutinetur. Item terræ moles quidnā ad hoc vt terra ſit, aere indigebit, aere adhuc manēte antequā tranſmutetur? Igne verò terrā ad hoc, vt terra ſit, egere non eſt dictū: ſed ad hoc ipſum vt & hæc alia ſpectari poſſint, igne indigere cōceſſū. Rationi namque conſentaneum eſt concedere aſpectum à lumine fieri. Neque enim videri tenebras, ſed non videri dicendū, queādmodū ſilētiū nō audiri. At verò ignē ineſſe terræ nequaquā neceſſariū eſt. ſufficit. n. lumē. Siquidē nix & frigidiſſima multa abſque igne ſunt lucida:

A σώματος ἔρχεται γινομένου, μικρὰ ἐκ λογισμοῦ πρὸς τὸ εἶναι * συλλαμβανομένη.

* συνεκλαμβανομένη

ἈΛΛΑ πότερον πῦρ μόνον, καὶ εἰ ἀπορρεῖ ἐκεῖθεν καὶ δεῖται τροφῆς, νῦν σκεπτέον. τῷ μὲν οὖν Τιμαίῳ τὸ τοῦ παντὸς σῶμα πεποιηκότος πρῶτον ἐκ γῆς καὶ πυρός, ἵνα ὁρατόν τε ᾖ, διὰ τὸ πῦρ, στερεὸν δὲ διὰ τὴν γῆν, ἀκολουθεῖν ἔδοξε καὶ τὰ ἄστρα ποιεῖν οὐ πᾶν, ἀλλὰ τὸ πλεῖστον πυρὸς ἔχειν· ἐπειδὴ τὰ ἄστρα τὸ B στερεὸν φαίνεται ἔχοντα. καὶ ἴσως ὀρθῶς ἂν ἔχοι, συνεπικρίναντος καὶ Πλάτωνος τῷ εἰκότι τὴν γνώμην ταύτην. παρὰ μὲν γὰρ τῆς αἰσθήσεως, κατά τε τὴν ὄψιν, κατά τε τὴν τῆς ἁφῆς ἀντίληψιν, πυρὸς ἔχει τὸ πλεῖστον, ἢ τὸ πᾶν φαίνεται· διὰ δὲ τοῦ λόγου ἐπισκοποῦσιν, εἰς τὸ στερεὸν ἄνευ γῆς οὐκ ἂν γένοιτο, καὶ γῆς ἂν ἔχοι. ὕδατος δὲ καὶ ἀέρος, τί C ἂν δέοιτο; ἄτοπόν τε γὰρ δόξει ὕδατος εἶναι ἐν τοσούτῳ πυρί: ὅ, τε ἀὴρ εἰ ἐνείη, μεταβάλλοι ἂν εἰς πυρὸς φύσιν. ἀλλ' εἰ δύο στερεὰ ἄκρων λόγων ἔχοντα, δύο μέσων δεῖται, ἀπορήσειεν ἄν τις, εἰ καὶ ἐν φυσικοῖς οὕτως· ἐπεὶ καὶ γῆν ἄν τις ὕδατι μίξειεν, οὐδενὸς δεηθεὶς μέσου; εἰ δὲ λέγοιμεν, ἐνυπάρχει γὰρ ἤδη ἐν τῇ γῇ καὶ τῷ ὕδατι τὰ ἄλλα, δόξομεν ἴσως τι λέ- D γειν. εἴποι δ' ἄν τις, ἀλλ' οὐ πρὸς τὸ συνδῆσαι συνιόντα τὰ δύο. ἀλλ' ὅμως ἐροῦμεν ἤδη συνδεῖσθαι, τῷ ἔχειν ἑκάτερον πάντα. ἀλλ' ἐπισκεπτέον εἰ ἄνευ πυρὸς οὐχ ὁρατὸν γῆ· καὶ ἄνευ γῆς, οὐ στερεὸν πῦρ. εἰ γὰρ τοῦτο, τάχα ἂν οὐδὲν ἔχοι ἐφ' ἑαυτοῦ τὴν αὐτοῦ οὐσίαν, ἀλλὰ πάντα μὲν μέμικται. λέγεται δὲ κατὰ τὸ ἐπικρατοῦν ἕκαστον, ἐπεὶ οὐδὲ τὴν γῆν ἄνευ ὑγροῦ φασι συστῆναι δύνασθαι· κόλλαν γὰρ εἶναι τῇ γῇ, E τὴν ὕδατος ὑγρότητα. ἀλλ' εἰ καὶ δώσομεν οὕτως, ἀλλ' ἕκαστόν γε ἄτοπον λέγοντα εἶναί τι, ἐφ' ἑαυτοῦ μὲν μὴ διδόναι σύστασιν αὐτῷ, μετὰ δὲ τῶν ἄλλων ὁμοῦ οὐδενὸς ἑκάστου ὄντος. πῶς γὰρ ἂν εἴη γῆς φύσις, καὶ τὸ τί ἦν εἶναι γῇ, μηδενὸς ὄντος μορίου γῆς, ὃ γῆ ἐστιν, εἰ μὴ καὶ ὕδωρ ἐνείη εἰς κόλλησιν; τί δ' ἂν κωλύσειε μὴ ὄντος ὅλως μεγέθους, ὃ πρὸς ἄλλο μόριον F συνεχὲς συνάψει; εἰ γὰρ καὶ ὁποιονοῦν μέγεθος γῆς αὐτῆς ἔσται, ἔσται γῆν φύσει καὶ ἄνευ ὕδατος εἶναι· ἢ εἰ μὴ τοῦτο, οὐδὲν ἔσται ὃ κολλήσεται ὑπὸ τοῦ ὕδατος. ἀέρος δέ, τί ἂν δέοιτο γῆς ὄγκος πρὸς τὸ εἶναι, ἔτι ἀέρος μένοντος, πρὶν μεταβάλλειν; περὶ δὲ πυρός, εἰς μὲν τὸ γῆ εἶναι, οὐκ εἴρηται. εἰς δὲ τὸ ὁρατὴ εἶναι, καὶ * αὐ- G τῇ καὶ τὰ ἄλλα. εὔλογον μὲν γὰρ συγχωρεῖν, παρὰ φωτὸς τὸ ὁρᾶσθαι γίνεσθαι. οὐ γὰρ δὴ τὸ σκότος ὁρᾶσθαι, ἀλλὰ μὴ ὁρᾶσθαι φατέον· ὥσπερ τὴν ἀψοφίαν μὴ ἀκούεσθαι. ἀλλὰ πῦρ γε ἐν αὐτῇ οὐκ ἀνάγκη παρεῖναι, φῶς γὰρ ἀρκεῖ. χιὼν γοῦν καὶ τὰ ψυχρότατα πολλά, λαμπρὰ πυρὸς ἄνευ.

* αὐτὸ

ἀλλ'

ἀλλ᾽ ἐγένετο, φήσει τὶς, καὶ ἔχρωσε πρὶν ἀπελθεῖν. καὶ περὶ ὕδατος δὲ ἀπορητέον, εἰ μὴ ἔστιν ὕδωρ, εἰ μὴ γῆς λάβοι; ἀὴρ δὲ πῶς ἂν λέγοιτο μετέχειν γῆς, * ἄθρυπτος ὤν; περὶ δὲ πυρὸς, εἰ γῆς δεῖ αὐτῷ, τὸ συνεχὲς παρ᾽ αὐτοῦ οὐκ ἔχοντι, οὐδὲ τὸ διαστατὸν τριχῆ. ἡ δὲ στερεότης αὐτῷ, οὐ κατὰ τὴν διάστασιν τὴν τριχῆ, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἀντέρεισιν δηλονότι, διά τι οὐκ ἔσται, ᾗ φυσικὸν σῶμα. σκληρότης δὲ, γῇ μόνῃ· ἐπεὶ καὶ τὸ πυκνὸν τῷ χρυσῷ ὕδατι ὄντι προσγίνεται, οὐ γῆς προσγινομένης, ἀλλὰ πυκνότητος ἢ πήξεως. καὶ πῦρ δὲ ἐφ᾽ ἑαυτοῦ, διατί ψυχῆς παρούσης, οὐ συστήσεται πρὸς τὴν δύναμιν αὐτῆς; καὶ ζῶα δὲ πύρινά ἐστι δαιμόνων. ἀλλὰ κινήσωμεν τὸ πᾶν ζῶον ἐκ πάντων τὴν σύστασιν ἔχειν; ἢ τὰ ἐπὶ γῆς τις ἐρεῖ· γῆν δὲ εἰς τὸν οὐρανὸν αἴρειν, παρὰ φύσιν εἶναι, καὶ ἐναντίον τοῖς ὑπ᾽ αὐτοῖς τεταγμένοις. συμπεριάγειν δὲ τὴν ταχίστην φορὰν, * νεκρὰ σώματα, οὐ πιθανὸν εἶναι. ἐμπόδιόν τε καὶ πρὸς τὸ φανὸν, καὶ λευκὸν τοῦ ἐκεῖ πυρός.

* ἄθρυπτος · * γεηρὰ

ΙΣΩΣ οὖν βέλτιον χρὴ ἀκούειν τοῦ Πλάτωνος λέγοντος, ἐν μὲν τῷ παντὶ κόσμῳ, δεῖν εἶναι τὸ τοιοῦτον στερεὸν, τὸ ἀντίτυπον ὂν, ἵνα τε ἡ γῆ ἐν μέσῳ ἱδρυμένη, ἐπιβάθρα, καὶ τῆς ἐπ᾽ αὐτῆς βεβηκόσιν ἑδραία ᾖ· τά τε ζῶα τὰ ἐπ᾽ αὐτῆς, ἐξ ἀνάγκης τὸ τοιοῦτον στερεὸν ἔχοι· ἡ δὲ γῆ τὸ μὲν εἶναι συνεχὴς, παρ᾽ αὐτῆς ἔχοι, ἐπιλάμποιτο δὲ ὑπὸ πυρός· μετέχειν δὲ ὕδατος, πρὸς τὸ μὴ αὐχμηρὸν· ἔχῃ δὲ καὶ μερῶν πρὸς μέρη, μὴ κωλύεσθαι συναγωγήν· ἀέρα δὲ κουφίζειν γῆς ὄγκους· μεμίχθαι δὲ τῷ ἄνω πυρὶ, οὐκ ἐν τῇ συστάσει τῶν ἄστρων τὴν γῆν, ἀλλ᾽ ἐν κόσμῳ γινομένου ἑκάστου, καὶ τὸ πῦρ ἀπολαῦσαί τι τῆς γῆς, ὥσπερ καὶ τὴν γῆν τοῦ πυρός· καὶ ἕκαστον ἑκάστων, οὐχ ὡς τὸ ἀπολαῦσον γενέσθαι ἐξ ἀμφοῖν, ἑαυτοῦ τε καὶ οὗ μετέσχεν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἐν κόσμῳ κοινωνίαν * ὂν, ὅ ἐστι, λαβεῖν οὐκ αὐτὸ, ἀλλά τι αὐτοῦ· οἷον οὐκ ἀέρα, ἀλλ᾽ ἀέρος τὴν ἁπαλότητα· καὶ τὴν γῆν, πυρὸς τὴν λαμπρότητα. τὴν δὲ μῖξιν, * παίντως διδόναι, καὶ τὸ συναμφότερον τότε ποιεῖν, οὐχὶ γῆν μόνον καὶ τὴν πυρὸς φύσιν, τὴν στερεότητα ταύτην καὶ τὴν πυκνότητα. μαρτυρεῖ δὲ καὶ αὐτὸς τούτοις, εἰπών· φῶς ἀνῆψεν ὁ θεὸς περὶ τὴν δευτέραν ἀπὸ γῆς περιφοράν· τὸν ἥλιον λέγων, καὶ λαμπρότατόν που λέγει ἀλλαχοῦ τὸν ἥλιον, τὸν αὐτὸν δὲ λευκότατον· ἀπάγων ἡμᾶς, τοῦ ἄλλο τι νομίζειν, ἢ πυρὸς εἶναι. πυρὸς δὲ οὐδετέρων τῶν εἰδῶν αὐτοῦ τῶν ἄλλων, ἀλλὰ τὸ φῶς, ὅ φησιν, ἕτερον φλογὸς εἶναι· θερμὸν δὲ, προσηνῶς μόνον. τοῦτο δὲ τὸ φῶς, σῶμα εἶναι· ἀποστίλβειν δὲ ἀπ᾽ αὐτοῦ, τὸ ὁμώνυμον * αὐτῷ φῶς, ὃ δὴ φαμὲν καὶ ἀσώματον εἶναι. τοῦτο δὲ

* πάντως · * αὐτοῦ

A quamuis dixerit aliquis affuiſſe illic ignem, & illa antequam diſcederet coloraſſe. De aqua inſuper eſt ambigendum, an nequeat eſſe aqua, niſi terrę ſit particeps? Aer item quánã ratione terræ particeps appellabitur, cùm ſit molliſſimus: & penetrantibus quàm facillimè cedat? De igne autem dubitatur, num ipſi opus ſit terra, quaſi videlicet continuitatem ex ſe ipſo nõ habeat: neque trinam dimenſionem, quatenus B corpus eſt naturale: ſoliditas verò in ipſo non per trinam dimenſionem, ſed per quandam repercuſſionem fortè ponetur. Durities autem aſpera tantùm conuenit terræ: quãdoquidem denſitudo auro, quod aqua eſt, competit, non ob terram quidem, ſed propter denſitudinem glutinumque concretum. Proinde ipſe ignis quidē in ſe ipſo ignis cur non præſente anima ſecum ipſo ad animæ potentiã connectatur? Sunt. n. & ignea dęmonum animalia. At ita immutabi- C mus id quod dicitur vniuerſum animal ex vniuerſis eſſe cõpoſitum? Forte verò quis animalia terrena cõpoſita ſic eſſe conceſſerit: terrã verò in cælũ attollere, contra naturã eſſe dicet, cõtrariũq; his quæ in naturæ ordine diſponũtur. Iam verò nulla ratione videri probabile, vt celerrimus cæleſtium curſus terrena in ſe corpora perferat. Denique terram nitori ſplendoriq; cæleſtis ignis impedimento futuram.

VII Cõfirmat idē authoritate Platonica.

FORTE operæpretiũ eſt audire Platonē D dicentē, oportere in vniuerſo eſſe tale quiddã ſolidũ, quod videlicet ſit reſiſtēs, vt terra in medio collocata fundamentũ ſit omnibus per eã incedētibus ſtabiliſſimũ: animaliaque terrena neceſſariò talē quandã habeant ſoliditatē: Terra verò hoc ipſũ quod cõtinua ſit, ex ſeipſa poſſideat: illuſtretur autē ab igne, particeps quoque ſit aquę, ad ariditatem nimiã deuitandam: habeat inſuper facultatē, qua non prohibeantur partes eius cum partibus cõſpirare: aer denique terræ molem quadã leuitate ſuffulciat. E Meminiſſe verò oportet terrã non ita miſceri igni ſublimi, vt in ipſa ſtellarũ cõpoſitione connumeretur: ſed cùm in vno mundi corpore ſingula collocentur, nimirũ & ignē aliquid habere terreni: quemadmodũ & terra ignei aliquid habet. Ac ſummatim ſingula habere aliquid ſingulorum non adeò quidem, vt quod dicitur alia poſſidere, ex vtriſque conſtituatur, videlicet ex ſeipſo atque ex eo cuius eſt particeps: i- F mò in ipſa mundi cõmunione ritè ſitũ, nõ tam alterũ quàm alterius nonnihil accipiat: Velut non ipſum aerē, ſed aeris ipſius liquiditatē: ſic & terra nõ tam ignē, quàm igneã claritatē. Mixtio autē ipſa adhibet omnia, & vtrumq; cõflat in vnũ, non terrã quidē tantùm, atque naturã ignis, vel ignē tantùm, atque terræ naturã, videlicet ſoliditatē quandã denſitatemq; eiuſmodi. Teſtimonium his Plato ipſe perhibet dicēs: Accēdit Deus lumē circa ſecundã à terra ſphæ- G ram: ſolē certè ſignificans, quē alibi nuncupat ſplendidiſſimũ, eundemq; nitidiſſimũ. Quibus in verbis omnē à nobis opinionē abigit ſuſpicantem aliquid illic eſſe aliud præter ignē. Significat quoque nullam adeſſe ignis aliã qualitatē præter lumen, quod quidē eſſe ait à flamma diuerſum: calorē verò lenē tantùm atque ſuauē. Itē lumē hoc eſſe corpus: emicare autem ab ipſo lumē æquiuocũ, quod eſſe dicimus incor-

A poreum: quod quidem ab illo lumine pendet, ex illo micans quasi flos eius atque nitor, quod vtiq; verè dicitur corpus album existere. Nos autem quod terrenum dicitur in deterius accipere consueuimus: quippe cùm Plato terram pro soliditate quadam accipiat: nos verò vnū aliquid tantùm terram appellare solemus, cùm tamen ille differentes in terra consideret qualitates. Cùm igitur talis ignis purissimum præbeat lumen, ipseque in sede sublimi resideat, ibique naturaliter habitet, non est putandum B nostram hanc flammam superioribus esse permistam: sed ad certum spatium percurrentem prorsus extingui, aere quamplurimo videlicet occurrente: procedentem verò sæpe cum terra deorsum præcipitari: quippe cùm superius transcendere nequeat, sed subsideat infra lunā, vbi aerem extenuat proximum: ac si maneat ibi flamma, certè facta subtilior, euadit, & mitior: splendoremque habet non quo ad feruoré spectat, sed quatenus à superiori lumine per- C lustratur. Lumen verò cæleste, partim quidem varia ratione distributum est in stellis, in quibus tam oculorum quàm magnitudinum differētia discrepat: partim verò in reliquo præter stellas cælo simili ratione viget. Et si oculis non apparet propter corporis tenuitatem perspicuitatemque aspectui minimè resistentem, quemadmodum in aere quoque puro contingit: accedit ad hæc interualli etiam longitudo.

VIII Quod cælo nihil effluat, nihil influat.

D CVM itaque tale lumen vigeat in excelso, vbi est naturaliter constitutum, purum videlicet in sede purissima, quánam via potest defluxus inde vllus accidere? neque enim natura talis tamque sublimis sua sponta defluit: neque rursus est ibi quicquam, quo impellente deorsum præcipitetur. Adde quod omne corpus lōgè se aliter habet, quando animæ coniunctū est, quàm si esset ab anima separatum: corpus verò cæleste nullo modo est ab anima destitu- E tum. Item quicquid propinquat cælo, aut aer est, aut ignis. Primò quidem si aer est, non video quo pacto agat in cælū: Deinde si est ignis, nequaquam ad id congruit, tangitque cælum, vt agat in ipsum. Accedit quod repentè ad cælestem permutatur naturam, priusquam cælū patiatur ab ipso. Item & magnitudine admodū minor est, & robore longissimè cedit. Præterea ignis actio potissima est calefactio. Oportet autem quod calefaciendum est, non esse calidum F ex seipso. Siquid verò dissoluatur ab igne, calefieri omnino prius oportet: atque in ipsa calefactione ex naturali eius habitu dimoueri. Quamobrem nullo prorsus alio corpore ad id opus est cælo, vt suam seruet naturam: neque rursus vt circuitus eius sit naturalis, quamuis nondum de hoc sit demonstratum. Neque in rectum vergit cæli motio naturalis: nempe vel quiescere, vel reuolui natura propria cælestia iubet: reliqui verò motus ad violentiam perti- G nerent. neq; igitur alimonia cælestia indigēt. Proinde non decet ex nostrarum rerum conditione sublimia iudicare: quippe cùm neque animam prorsus eandem habeant continentē, neque similem regionem, neque illic ea sit causa, ob quam inferiora composita continuè profluentia nutrimento indigere coguntur. Absit

A ἀπ' ἐκείνου τοῦ φωτὸς παρέχεσθαι, ἐκλάμπον ἐξ ἐκείνου ὥσπερ ἄνθος ἐκείνου καὶ στιλπνότητα, ὃ δὴ καὶ εἶναι τὸ *οὕτως λευκὸν σῶμα. ἡμεῖς δὲ τὸ γεηρὸν πρὸς τὸ χεῖρον λαμβάνοντες, τοῦ Πλάτωνος κατὰ τὴν στερεότητα λαβόντος τὴν γῆν, ἐν ἣ γοῦν δὴ γῆν ὀνομάζομεν ἡμεῖς, διαφορὰς γῆς ἐκείνου τιθεμένου. τοῦ δὴ τοιούτου πυρὸς τὸ φῶς παρέχοντος τὸ καθαρώτατον, B ἐν τῷ ἄνω τόπῳ κειμένου, καὶ κατὰ φύσιν ἐκεῖ ἱδρυμένου, ταύτην τὴν φλόγα οὐκ ἐπιμίγνυσθαι τοῖς ἐκεῖ ὑποληπτέον, ἀλλὰ φθάνουσαν μέχρι τινὸς, ἀποσβέννυσθαι, πλείονι ἐντυχοῦσαν ἀέρι. ἀνελθοῦσάν τε μετὰ γῆς ῥίπτεσθαι κάτω, οὐ δυναμένην ὑπερβαίνειν πρὸς τὸ ἄνω, κάτω δὲ τῆς σελήνης ἵστασθαι, ὥστε καὶ λεπτότερον ποιεῖν τὸν ἐκεῖ ἀέρα, καὶ φλόγα, εἰ μένοι, μαραινομένην, εἰς τὸ πραό- C τερον γίγνεσθαι, καὶ τὸ λαμπρὸν μὴ ἔχειν, ὅσον εἰς τὴν ζέσιν, ἀλλ' ἢ ὅσον παρὰ τοῦ φωτὸς τοῦ ἄνω ἐναυγάζεσθαι. τὸ δὲ φῶς ἐκεῖ, τὸ μὲν ποικιλθὲν ἐν λόγοις τοῖς ἄστροις, ὥσπερ ἐν τοῖς μεγέθεσιν, οὕτω καὶ ἐν ταῖς χρώαις τὴν διαφορὰν ἐργάσασθαι· τὸν δ' ἄλλον οὐρανὸν, εἶναι μὲν αὐτὸν *τοιοῦτον φωτός. μὴ ὁρᾶσθαι δὲ, λεπτότητι τοῦ σώματος, καὶ διαφανείᾳ οὐκ ἀντιτύπῳ· ὥσπερ καὶ τὸν καθαρὸν ἀέρα. πρόσεστι D δὲ τούτοις, καὶ τὸ πόῤῥω.

ΤΟΥΤΟΥ δὲ μείναντος ἄνω τοῦ τοιούτου φωτὸς ἐν τῷ τέτακται, καθαροῦ, ἐν καθαρωτάτῳ, τίς ἂν τρόπος ἀποῤῥοῆς ἀπ' αὐτοῦ ἂν γένοιτο; οὐ γὰρ δὴ πρὸς τὸ κάτω πέφυκεν ἀποῤῥεῖν, ἡ ἄνω τοιαύτη φύσις· οὐδ' αὖ τί ἐστιν ἐκεῖ τῶν βιαζομένων ὠθεῖν πρὸς τὸ κάτω. πᾶν δὲ σῶμα, μετὰ ψυχῆς ἄλλο, καὶ οὐ ταυτὸν οἷον E μόνον ἦν. τοιοῦτον δὲ τὸ ἐκεῖ, οὐχ' οἷον τὸ μόνον. τό, τε γειτονοῦν, εἴτε ἀὴρ εἴτε πῦρ εἴη: ἀὴρ μὲν, τί ἂν ποιήσειε; πυρὸς δὲ, οὐδ' ἂν ἐναρμόσειε πρὸς τὸ ποιῆσαι, οὐδ' ἂν ἐφάψαιτο εἰς τὸ δρᾶσαι. τῇ *ῥώμῃ τε γὰρ καὶ παραλλάξειεν ἂν, πρὶν παθεῖν ἐκεῖνο. ἐλαττόν τε τοῦτο, ἰσχνόν τε, οὐκ ἴσα τοῖς ἐνθάδε. εἶτα καὶ τὸ ποιῆσαι θερμῆναί ἐστι. δεῖ τε τὸ θερμανθησόμενον, μὴ θερμὸν παρ' F αὐτοῦ εἶναι. εἰ δέ τι φθαρήσεται παρὰ πυρὸς, θερμανθῆναι δεῖ πρότερον αὐτὸ, καὶ παρὰ φύσιν αὐτὸ ἐν τῷ θερμαίνεσθαι γίνεσθαι. οὐδὲν δεῖ τοίνυν ἄλλου σώματος τῷ οὐρανῷ, ἵνα μένῃ· οὐδ' αὖ, ἵνα κατὰ φύσιν ἡ περιφορά· οὐ γάρ πω δέδεικται. οὐδὲ *ἀπαθείας οὔσης, ἡ κατὰ φύσιν αὐτῷ φορά· ἢ γὰρ μένειν ἢ περιφέρεσθαι κατὰ φύσιν αὐτοῖς· αἱ δ' ἄλλαι, βια- G σθέντων. οὐ τοίνυν οὐδὲ τροφῆς δεῖσθαι φατέον τὰ ἐκεῖ. οὐδὲ ἀπὸ τῶν τῆδε περὶ ἐκείνων ἀποφαντέον. οὔτε ψυχὴν τὴν αὐτὴν τὴν συνέχουσαν ἐχόντων, οὔτε τὸν αὐτὸν *τρόπον, οὔτε αἰτίας οὔσης ἐκεῖ, δι' ἣν τὰ τῆδε τρέφεται συγκείμενα ἀεὶ ῥέοντα. τήν τε μεταβολὴν τῶν τῆδε

σωμάτων

*ὄντως
*τοιούτου
*ῥύμῃ
*ἐπ' εὐθείας
*τόπον

σωμάτων ἀφ' ἑαυτῶν μεταβάλλειν, ἄλλης ἐπιστατούσης φύσεως αὐτοῖς, ἣ ὑπ' ἀσθενείας, οὐκ οἶδε κατέχειν ἐν τῷ εἶναι. μιμεῖται δὲ ἐν τῷ γίγνεσθαι, ἢ γεννᾶν, τὴν περὶ αὐτῆς φύσιν. τὸ δὲ μὴ ὡσαύτως πάντῃ, ὥσπερ τὰ νοητά, εἴρηται.

A ergo permutatio ab illis ea quæ in his corporibus dominãs ex habitu naturæ deturbat: quippe cùm alia quædam his natura præsideat, quæ propter debilitatem in ipso suo esse continere non potest, imitatur tamen in eo quod generari est atq; generare naturam quoad potest superiorem: de qua dictum est alibi, non posse & ipsam eodem prorsus modo, quo intelligibilia, se semper habere.

MARSILII FICINI IN LIBR. II. ENNEAD. SECVNDAE, DE MOTV CAELI, COMMENTARIVS.

SVMMA TOTIVS LIBRI.

Cælum mouetur ab anima propria, rationali, intellectuali, & in orbem agitur: quoniam anima & intellectus in seipsis circuitus agunt.

MOVERI cælum non à natura quadam tanquam elementali vel simili, sed à vita: non à vita quidem externa, sed interna: per quam cælum viuat, vita inquam rationali, imò etiam intellectuali. Item cur moueatur in orbem, atque quo pacto, & Plotinus in præsentia disputat, & nos in Theologia latius pertractamus. Satis igitur nunc fuerit breuiter attigisse. Cælum viuere demonstrat materia formáq; illius viuentium omnium præstantissima: motus maximè sibi naturalis & intimus, nunquam deserens semet ipsum: actio perpetua naturaliter cuncta viuificans: Item rationali vita cælum viuere, ordo in motibus rebusq; omnibus inde genitis mirabilis indicat: Rursus intellectuali virtute vigere declarat constantia in rebus motibusq; tam diuersis efficiendis semper immobilis. Neque igitur vel temerario quodam casu opus tam miranda perpetuáque ratione dispositum agi moueríque putabis: vel fortè ratione quidem agi regiq;, sed quasi cæca quadam tantùm nudáque ratione naturæ, quemadmodum à vegetali virtute per seminarias rationes tum in animali membra, tum partes in planta formantur. Eiusmodi enim ratio naturalis duntaxat, irrationalis (vt ita dixerim) est & cæca, cùm nullam sui ipsius habeat rationem, neque seipsam aliquando se animaduertendo possideat. Tanquam igitur imperfecta regitur à ratione quadam perfectiore, quæ in virtute animæ viget, si opus sit, rationaliter discurrente. atque hæc rursus velut mobilis à perfectissima regitur, quæ in mente regnat immobilis. Illa tandem ratio est, verbúmque Dei, quo tanquam primo quodam cardine cælum agitatum simul est atque firmatum. Sed iam redeamus ad animam. Anima mundi mater, ex intellectu diuino mundi patre per intellectum prægnans, mundum per rationem concipit in natura. Ex naturali denique fœtu dum ad partum confert imaginatio quædam affectúsque simul, mundus nascitur, imago mentis, rationis expressio, vitæ propago necessariò viuens. Hinc Orpheus Iouem mundi fabrum & masculum appellat & fœminam. Plato etiam mundi architectum alicubi mentem intelligit simul & animam, tanquã patrem simul matremq; mundi. Animam esse quinque rerum generibus constitutam, & qua ratione, in Theologia Timæóq; diximus, & dicemus: essentia videlicet & eodem & diuerso statúque & motu. Essentiam igitur animæ mũdi essentia refert: ipsum quoque animæ idem. eadem in mundo materia communis & forma. Rursus diuersum animæ repræsentat hîc materiæ huius extensio distinctioque formarum. Motum animæ similiter mundi motus: animæ quoque statum mundi status in motu. Cùm enim mundi motus sic stare debeat, vt neque substantiam mutet, neque naturalem relinquat locum, meritò reuoluitur circa idem. Ita prorsus etiam dum mouetur, minimè discedit à statu, & reuolutionem animæ repræsentat. Anima enim exordiens à bono simul atque intellectu, ad idem rursus per intellectum voluntatemq; reuoluitur, ac si ratione discurrat, ad easdem formas vnde discurrere cœpit, per easdem denique redit. Genitalis quoque natura imaginatioq; naturæ comes, sic ex potentia in actum in se rerum motionumq; generandarum semina promit, vt & ordinatissima perpetuáque successio fiat, & tandem ad eadem vel similia certis temporum curriculis redeatur. Hanc reuolutionem tam facilè saltem mundi reuolutio sequitur, quàm facilè motio formatioque in spiritu nostro sequitur efficacem naturæ præpotentis instinctum, similisq; imaginationis affectum. Hæc autem libri totius est summa.

Cælum dum mouetur in circum, quantum potest in qualibet sui parte fit totum, atque ita vbique totam assequitur animam. Manet autem per indiuisibile centrum, sicut anima per intellectum atque substantiam.

I *Tradit verò Plotinus in capite libri primo ex Platonis nostri sententia, cælum moueri per orbem, quoniam intelligentiam imitetur: proximè quidem intelligentiam cælestis animæ, altius insuper diuinæ mentis intelligentiam. Hæc.n. primus circuitus est tum à bono retortus in bonũ per ipsam boni lucẽ, tũ ex intellectu in eundẽ intellectũ per*

formas proprias reuolutus. Circuitus ergo & in anima fit virtute mentis, & in cælo mentis imitatione peragitur. Sed in mente quidem & quauis intelligentia momento fit æterno: in discursione verò animæ propria saltem particulari fit tempore: in cælo tandem non corpore tantùm, sed loco etiam cogitur indigere, qualiscunque sit locus. Quæritur autem quidnam edat eiusmodi motum? Non corpus ipsum cæli, corpus enim qua ratione corpus nihil agit: anima igitur motum ex se producit in corpus, neque tamen generis eiusdem est motus in anima simul & corpore. Nam & in corpore nostro spirituq; per voluptatem quidem fit dilatatio, contractio per dolorem ad quendam animi motũ, qui neque dilatatio, neque contractio in animo tanquam indiuiduo esse potest. Est autem anima scilicet secunda, ex qua fit proximè motus, ita quasi continua corpori, vt ex ea & corpore animal vnum, scilicet cælum efficiatur. Ac dũ ipsa quodam motu formali, id est, ab actu quodam formæ in alium formæ actum affectúmque voluitur, iterúmque reuoluitur, interim cælum motu quasi locali aliter & aliter figuratur. Si ergo staret anima, staret & corpus: quamuis ad motum animæ corpus aliter moueatur. Iam verò corpus est, quatenus per diuersas dimensionis partes extenditur, id nactum est, vt per diuersas quoque partes corporis perducatur. Haberet etiam vt traheretur in rectum, atque ita forsan dissiparetur, nisi in figuram sphæricam fuisset ab anima intellectuali redactum. vnde factum est ad circuitum natura propensum. Itaque corpus cæli cogita quasi spiritum ab expirante anima prosilire velut in rectum dispersioni sic prorsus obnoxium, sed vicissim anima respirante protinus cohiberi: atque cum stante anima quiescere nequeat, in orbem circa animam, imò intra animam necessariò retorqueri. Huius ergo motum non omnino localem esse memento: Locũ enim quẽ nactũ est ab initio, nunquam mutat: neque totum hinc illud aliquando transit, sed partibus quodammodo transeuntibus totum interea conquiescit. Motus ergo circularis cæli localis est per accidens, id est, secundùm sui partes pertransit loci partes per accidens, id est, non ex proposito animæ principali. Quidnam est principale propositum animæ simul, & præcipuus corporis huius instinctus? Motus certè in anima est transitus quidam de alio semper in aliud. Quum enim pars eius inferior non sit adeò potens, vt sicut superior cuncta simul in se promat in actum, velit autem in actum sua omnia promere, successione perpetua facit quod semel consequi nequit: quum verò terminatæ sint species actuum, omnes postremò consumat, sed cunctas adhuc similiter appetens, vicissim replicat omnes: idq; quamcelerrimè peragit, vt ipsa resumendi celeritate videatur quasi nondum amisisse. Eadem ratione atque similitudine cælum configurationes omnes perpetua successione vicissitudinéque commutat. In hoc itaque tum animæ, tum cæli nixu præcipuum votum non est transire, sed semel quoad fieri possit actu cuncta complecti: ac si pertranseant quamprimùm transacta resumere, actumq; cunctorum continuare. Est igitur animæ motio vitalis, sentiens, excogitans: sed ita simul, vt affectet omnes viuendi, sentiendi, cogitandi actus, & formas simul habere, & absolutè omnes animaduertere. Item similiter per totam se conuiuere, simul vndique sua mutuò omnia persentire: simul quoque cognoscere: vt vbique totius sit vita, sensus, conscientia sui, non extrà sed intrà procedens. Similis huic fit motio cæli. Finge spatium quoddam æquale cælo, in quo rotetur, siue spatium hoc sit aliud præter cælum, siue potius id ipsa sit cæli natura: idque spatium sicut & cælum in centum diuide portiones, à circunferentia scilicet ad medium productas in longum, lineis vndique designatas ab amplo videlicet in angustum paulatim ordine desinentes. Hoc itaque tanquam fundamentum naturamq; suam cælum se toto, totum appetit possidere, se toto inquam, id est, cunctis vndique partibus suis vnamquamque partem eius attingere. Nequit autem contingere simul: id enim spatij protensio prohibet: properat itaque celeriter succedendo per omnes sui partes, mox partes eius attingere singulas, vt totũ vbiq; toto naturali spatio, imò tota sui natura pariter perfruatur. Atque hoc est quasi cõmunis & mutua vbiq; conspiratio vitæ, & quasi quædã intimi sensus cognitionisq; cõmunio. Iam verò & ita videtur animã, quæ per hoc ipsum spatiũ tota est simul vbique, pro viribus imitari, dum ipsum quoque quamcelerrimè vbique fit, totum totámque vbique sic assequitur animam, motu scilicet quodam animam quæ mouetur: mouetur inquam anima non solùm formali intimoq; sicut dixi, motu: sed quodammodo etiam motione locali, quatenus ipsa non residet in angusto, sed per totum vndique spatium se diffundit. Non enim posset corpus & extensum & mobile aliter vita formare, quàm sui quadam diffusione motúque. Est enim vita corporis motio quædam: nam & corpus solidum viuit eatenus, quatenus per ipsum spiritus se diffundit & agit: & spiritus ipse viuit, quatenus per ipsum similiter anima se propagat. Quod igitur in animali siue particulari, siue mundano præcipuum est, id est, anima, connectit reliqua, id est, spiritum suum proximè, id est, cælum: connectit inquam tum sibimet animæ, tum sibi ipsi cælum: per cælum quoque velut spiritum connectit, similiter reliqua insuper elementa simul & mixta. Vult autem Plotinus circuitum igni ex prouidentia naturæ necessitate competere. Mens enim diuina præuidens ignem fore corpus, & corpus quia per substantiam in partes extẽditur extra partes, ideò per actionem in momenta secundùm prius atque posterius processurum, quod quidem est moueri, & id quidem ex prima corporis natura, rectè moueri: & iccircò igneum corpus dissipabile fore cognoscens, meritò vt caueret interitum, primæ corporis naturæ, id est, dimensioni naturaliter mobili, mox quasi secundam adiunxit naturam, id est, sphæricam dimensionis figuram. Tota igitur igni natura à prouidentia tributa est per primam, siquando extra naturalem locum fuerit constitutus, recto velut breuiori tramite sedem propriam repetit per secundam simul & primam. postquam in sedem propriam se recipit, libentissimè conquiescit. Cùm verò dum in loco proprio permanet, permaneat etiam in natura, quæ quidem est moueri, meritò illic quiescit in motu. Quod sanè nihil est aliud, quàm circa idem centrum ambitúmque reuolui, conferente videlicet ad hoc tum hac ipsa natura, quæ est moueri, & in loco proprio in motu quiescere: tum etiam circulari figura. Ad idem præterea confert ipsa necessitas naturam & prouidentiam sequens: nempe quum ibi quoque moueri appetat naturaliter, vel etiam si fortè velit in rectum ex natura videlicet prima, neque tamen possit in rectum, per eadem necessitate relabitur. In rectum inquam non posse, neque enim datur eiusmodi spatium infinitum. Nam in eiusmodi spatio in rectum sparso per partes extra partes naturalis paulatim spatij virtus debilitata per immensum vigere non potest. Neque putandum est per certum quoddam spatium in longum rectè productum corpus cæleste vices hinc inde repetere. Oppositi enim motus illi inter se forent, ideoq; inter illos vndique media quies interueniret. Primus itaque motus non vniformis perpetuúsque foret, sed difformis statim & interruptus. Ignis ergo cælestis in loco proprio positus perfecto semper perpetuóque orbe rotatur: præsertim quoniam moueri huic in loco non est aliud, quàm in seipso moueri. Partes enim vniuersi corporis in alio præter seipsas loco sunt. Vniuersum verò corpus præcipuè per extimum eius ambitum locus est vniuersus: quemadmodum

singuli

singuli quidem motus in temporibus certis aguntur: primus autem vniuersusq; motus, idem fermè est atque tempus: sicut & status primus æternitas. Proinde quòd in hoc orbe perfecto continuóque & perfectè moto per orbem aliquid ipsius maneat, inde patet, quia neque quicquam rectæ motionis habet, neque totum ipsum alicũde mutat locum. Item non posse aliquam huius orbicularis & solidæ dimensionis partem, quæ dimensionem habeat, permanere dum tota mouetur, constat ex eo, quòd motu non frãgitur, sed vbique permanet integra simul atque continua. Hoc ipsum ergo quod manet in orbe, dum agitatur est indiuiduum. & id quidem orbis est medium. Nam quum medium versus crescat tarditas paulatim, constat ipsum medium penitus conquiescere. Ac si fingas dimensionem aliquam in medio positam esse centrum: certè hæc quum comprehendatur, sphæricè figurabitur. Tum verò quæram: vtrum sphærula hæc tota maneat necne? Si totam dixeris permanere, vniuersus iam fractus est orbis: sin per circunferentiam quidem volui, per centrum verò quiescere, de centro rursus interrogabo. Si diuisibile dixeris, redibit quæstio prior: atque infinitè cogeris errare, neque medium inuenies vnquam: sin indiuiduum confiteberis, fatearis oportet, solum indiuisibile aliquid in sphæra continua quietem agere. Idq; non tam signum esse aliquod atque punctum, quàm ipsum sphæræ cor animæq; virtutem, aut ipsam potius animam. Quum verò ad hoc indiuiduum, quasi viuificum fundamentum totius orbis naturali desiderio properet, neque ad indiuiduum cogi velit, ne naturalem perdat figuram meritò circumuoluitur. Sic enim per omne punctum lineamq; in sphæra signatam tota sphæra se inserit paulatim, vt sic saltem quasi videatur indiuidua fieri, & tota vbique sicut & anima, atque vndique tota totam animam contueri. Iam verò nõ negabis, vt arbitror, totum hoc viuere, dum considerabis in huius aluo, huiusq; virtute minima quæque viuere. Si autem totum viuit, viuit maximè cælum, quod pars totius maxima est, & totum. Quòd si cælum vitæ diuinioris dixeris instrumentum ad viuentia generãda, confiteberis adhuc naturale hoc & proximum vitæ diuinioris quasi genitale, vt ita dixerim, instrumentum, vita iam propria viuere, cuius fomento, & in cuius vtero in vitã omnia coalescunt. Siquidem non aliter quàm per hoc iam factum inde viuum, in reliqua beneficium viuendi traducitur. Vita hæc cælo propria, est ipsa cæli & vniuersi natura, per quam cæli motus velut primus & naturalium motionum ductor, est maximè naturalis & intimus, voluntariusq; quàmmaximè, vt tam libenter cælum ita moueri velit, quàm studiosè vel vita superior, vel propria cæli vita cum superiore consentiens mouere decernit. Hinc fit, vt motio hæc facillima sit atque perpetua: tum quia in sphæra eiusq; motu quodcunque signaueris quasi finem, erit similiter vt principium: tum quia virtus actusq; mouendi in anima, est ipsamet naturalis animæ vita. Hac itaque vita, hac anima quæ vbique tota est, &, quasi moueatur, reddit totam se vbique præsentem, sicut in momento lumen: cælum quoque vtcunque potest reuolutione duntaxat vbique fit totum, perq; motum fruitur anima mobili, neque assequuturũ est quam sequitur animam, aliquando aliter quàm momento quolibet assequatur. Itaque ad animam, imò etiam intra animam suo quodam pacto perpetuò reuolutam, cælum suo quoque modo sempiternè conuoluitur. Sic & totus orbis per quaslibet sui partes quibuslibet fruitur sui spatij naturæq; partibus, & quælibet sphæra minor per totum vndique conuexum toto superioris cõcauo assiduè fruitur, dum reuolutione perpetua cunctas sui partes ad partes amplioris singulas adhibet: idq; semper agit amore. Sic & ampliores orbes per omnes sui plagas quaslibet inferiorum plagas aspiciũt atq; fouent. Sic tandem variatis supernè motu figuris, apud nos variantur & formæ, multiplicanturq; singula, & per similes reuolutionum reditus similibus apud nos redeuntibus, cunctæ rerum species conseruantur.

Anima rationalis libero motu mouetur, irrationalis sequitur vniuersum. Item in vniuerso circunferentia desiderat centrum, eoque fruitur per circuitum.
Item ex circuitu animæ mentisque circa Deum prouenit in cælo circuitus.

II In secundo capite quæstiones circa superiora mouet & soluit. In prima quæstione notabis cælum quidem per õmnia esse diffusum, corporaque omnia vel proprias cæli partes esse, vel partibus eius annexa, ideoq; cæli tractu moueri. In quæstione secunda considerabis, omnem rationalem animam existere aliquid in se totum, nec esse vniuersæ animæ partem. quod quidem præcipuè patet ex tribus: Primò quia nulla pars toti continua motu proprio reflectitur in seipsam: nulla rursus toti æquare se potest: nulla denique toti repugnat. Anima verò rationalis in seipsam sui ipsius animaduersione conuertitur: ordinẽ vniuersi metitur, ipsumq; que transcendit ad causam vniuersi procedens: seipsam aliter sæpe ducit quàm trahat natura totius, siue surgat in melius, siue labatur in peius. Quod autem apud nos est, siue corpus, siue vita propria corporis, pars quædam est mundani corporis mundanæq; vitæ: ideoq; plurimum tractum sequitur vniuersi. In tertia quæstione tractatur, mundi corpus iccirco perpetuò peruagari, vt pro viribus vbiq; sit totum, sicut vbique tota simul est anima, & vbique similiter anima perfruatur. Hinc conclusiones quædam in medium adducuntur: Prima eiusmodi: Quum potestas animæ scilicet vitalis in centro mundi velut in animalis corde maximè vigeat, atque inde per totum vndique se diffundat, meritò corpus hoc mundanum vitæ cupidum circa medium sese versat: ad idem videlicet ab anima ductum. Sic enim ad quaslibet lineas à circunferentia deductas ad cẽtrum sese totum conferens, per easdem centrum vndique videtur attingere. Neque verò iniuria à centro fit tum molis extensio, tum propagatio vitæ. Hoc enim est necessariò primum, quoniã indiuiduum est ac prorsus immobile. Vnumquodq; verò prius in se in hoc ipsum quod est cogitatur esse, quàm extendatur. atque quod est indiuiduũ atque stabile, diuidua omnia mobiliáque præcedit. Secunda conclusio: Sicut in corpore mundi medium est, à quo cætera pendent, sic in anima medium est intellectualis ipsa substantia: à qua tum reliqua virtus omnis, tum vita secunda procedit. Atque sicut in anima quod reliquum est, circa præcipuum eius velut medium retorquetur, sic tota machina circa centrum. Vbi notabis, ipsam cæli substantiam non minus, imò magis in centro ac penes ipsum quàm in circunferentia esse ponendam. Conclusio tertia: Sicut corpus circa animam, sic anima voluitur circa Deum: voluitur inquam, tum perpetuo quodam naturaliq; instinctu, quamuis nobis occulto, tum meditationis studio & amore, tum verò etsi nõ assiduè quælibet anima permanet penes Deum, quælibet tamen certo circuitu quandoque redit ad Deum. Item si qua nõ possit vnico vel intuitu cõtueri, vel tactu tangere Deum, saltẽ intuitu tactuq; multiplici vicissim se versat in Deũ. Post hæc quæritur: Vtrũ idem rationales animæ omnes efficiant? Respõdet statim, Omnes semper efficere:

omnes enim perpetuo quodam intelligentiæ actu, quamuis nobis occulto, diuina mente deóque fruuntur. Omnes
rationali quadam discursione idem vel agunt, vel agere moliuntur. Hic autem animaduertes omnem actum
ab alio termino in alium procedentem, etiam si fiat subitò ac sine medio, motum posse vocari: sic intelligentiam ex mẽ
te diuina procedentem in ipsum Deum, motum & circuitum quodammodo nominabis. Actum verò ab alio in aliud
subitò quidem, sed per medium procedentem, motum nomine magis proprio poteris appellare: hoc inquam motu intel-
lectus animæ per diuinum intellectum quasi medium vertitur circa Deum. Actum denique ab alio in aliud tum per
medium tum tempore transeuntem, nomine maximè proprio motum ritè vocabis. Hoc rationalis natura circui-
tu, tum in se voluitur circa formas, tum ex se ad intellectum suum, pérque diuinum se vertit ad Deum. Quæritur
deinde, Vtrum corpora nostra sic ad reuolutionem animæ nostræ, sicut mundi corpus ad animæ suæ ambitum, reuol-
uantur? Respondetur: Corpus quidem solidum & compositum id minimè facere, quia potius moueatur in rectum,
tum quoniam quæ in eo sunt, extra locum sunt posita naturalem: tum quoniam ob indigentiam trahitur ad exter-
na. Corpus verò cæleste, quod est in nobis occultum, orbicularem sui figuram ad figuram terreni corporis, cui insinua-
tum est, ab initio redegisse, quum hinc exierit eam subitò recepturum: Interea verò orbicularem motum quodam-
modo impediri posse: quinetiam tentari pro viribus atque agi, quatenus fert corporis terreni figura: At quũ primùm
anima terrenum exit corpus, quolibet animæ nutu corpus illud agillimum similiter agitari. Est etiam quasi quidam
animæ oculus, sed facilius animæ nutu rotatur, quàm oculus noster visualis virtutis aspectu. Subdit, Deum cunctis
inesse velut centrum, suaq; velut esca mentes & animas ad se prorsus allicere: atque has quidẽ non tam notitia, quàm
affectu se vertere circa Deum, eodémque affectu pro viribus ad idem conuertere corpus. Non enim notitia, sed affe-
ctus est mouendi principium. Illa enim quasi imaginaria, hic autem substantialis potius esse videtur: illa rursus in se
potius requiescit, hic verò transfertur ad aliud. Inter hæc si de motu stellarum quæsiueris, Plotinus cum Platone
respondet: eas non tantùm à sphæra moueri, verùm etiam proprio circa suum centrum motu versari. Quoniam quæ
quasi seiunctæ propriam substantiam vitámque possident, motum quoque proprium habeant. Moueri quidem stellæ
globum ad animæ motum: ita, vt quemadmodum anima circuit circa Deum, sic & globus circa suam animam reuol
uatur. Vbi dicit, animam Deo fruentem gaudio protinus exultare, significat globum ibi cælestem non tam animæ
cupiditate, quàm gaudio volui: sicut & animi nostri gaudio spiritus dilatantur, membráque gestiunt. Quòd autem
dicit, circuitum ibi fieri non consilio, sed necessitate naturæ, intellige tum ipsum bonum necessario quodam tractu ra
pere animas intuentes: quoniam ipsum bonum quod omne bonum est, in quo omnis volendi ratio continetur nolle
non possit: tum quoniam animæ id intuentes, non consultent. Deinde, vtrum eligant necne, & vtrum sic corpus ali-
térve moueant, sed primo subitoq; instinctu appetant, gaudeantq;, & moueantur, & moueant? præsertim quoniam
in qualibet mente, idem est esse naturale suum atque intelligere: idem fermè intelligere quod & velle. Similiter in
vegetali natura, quæ ibi mentem sequitur, idem est viuere, viuificare, mouere. Triaq; hæc, tria illa necessariò comi-
tantur.

Quòd vires sunt in anima mũdi, & quomodo ad orbem superiorum inferiores orbes mouentur, atque ad circuitum infimè cælum denique circuit.

III Tertium libri caput hunc in modum superiora confirmat: Anima prima in mundo tanquam animali suo re-
gnans, vitalem quidem virtutem à centro velut corde per totum propagare videtur, sensualem verò motricemq; à
sphæris superioribus, velut à capite inchoans, cæteris inde communicare, rationem exercere in se, mentem in mente
diuina. Quod quidem mysterium ab Orpheo videtur acceptum. Iam verò quemadmodum sphæram videmus superio-
rem continere inferiorem atque mouere: sic animæ mundanæ substantia vitam corpori suo communicatam comple-
ctitur atque circunducit. Similiter vires in ipsa substantia, vires in hac vita conuoluunt. Est in ipsa substantia intel
lectus, ratio, imaginatio prima, quæ sensus primus est & communis, & omnis: quæ rationi coniuncta sæpe nomina-
tur opinio: sicut & ratio imaginationi coniuncta vicissim opinio nuncupatur. Hæc ratio, hæc imaginatio suapte na-
tura tales sunt, vt officia sua discurrendo tempore transigant, nisi mente corroboratæ regantur: suos tamen, quamuis
momento, circuitus agunt, sicut & radius visualis, & quilibet momento fermè eodem foras emicat atque reflectitur.
Ab hac igitur animæ mundanæ substantia, quæ natura sua dignitate naturæ separata est à corpore, non aliter mun-
danum corpus alitur atque nutritur, quàm per vitam (vt diximus) inde corpori prorsus addictam: quæ quidem vita
superiori substantia quantum substantia est, habet vt alat, moueátque alendo: Quantum verò illa substantia est co-
gnoscens, habet rursus vt imaginando cognoscat. In hac itaque vita officium geniture ita cum imaginatione con-
currit, vt sese mutuò moueant. Sicut ad genituram parata est, sic prorsus imaginatur: sicut vicissim imaginatur, ita
fit promptior ad gignendum. In nobis quidem virtus eiusmodi neque patet superiori virtuti nostræ, eamq; latet agen-
do, siquidem non tam inde quàm à mundi natura dependet: tum quia cum anima nostra primùm descendit in cor-
pus, corpus iam alia vita viuit: tum quia hæc vita corporis etiam si ab anima nostra dependeat, quum tamen eua-
dat propria corpori: corpus vero nostrum sit pars corporis vniuersi, meritò & ipsa vitam sequitur vniuersi. At verò
in mundi vita & natura comitatur imaginationem sibi coniunctam, atque vicissim, & vita hæc cum virtute simul
vtraque ex animæ substantia prodit, & micat ex animæ viribus, atque inde mouetur. Sed quoniam vita hæc singu-
la genitura est, imaginatur & singula. atque vt ipsum vniuersi ordine ritè queat imaginari, ducitur ab imaginatio-
ne priori rationaliter singula cogitante, vtpote quæ proximè sit rationi coniuncta. Ratio verò vniuersa vicissim con-
tuetur & singula: intellectus denique in vniuersis singula comprehendit. Quamobrem cæli motus in orbem sequitur
suæ vitæ motum, quatenus eiusmodi vita à superiori virtute substantiáque velut orbe comprehenditur & retorque-
tur in orbem. Siquidem in qualibet sphæra corporea, quæcunque pars toti continua mouetur, secum trahit & totam,
dum partes quidem anteriores motu propellit, & posteriores interea trahit. Itaque & sphæra nimirum superior mo-
tu suo vibrat inferiorem. Denique sicut dum animus noster lætatur, suóque modo mouetur opinione boni subitò, cor-
pus præsertim, spiritus suo etiam modo, quamuis alio scilicet locali mouetur, sic & genitalis in mundo vita per ima-
ginationem suam ab imaginatione rectam superiore bono fruens, atque gestiens, & exultans corpus subitò suum cõ-
citat, ducitque tripudio. Imaginatio quoque superior tum à ratione directa in bonum, tum ipsa bono iam reperto con-
gratulans

gratulans exultatione mouetur: quumq; circa bonum se versare desideret, ipsumq; bonum sit vbique, nimirum choream agit vbique. Similiter agit & ratio ad bonum intellectum directa: similiter intellectus bono proximè concitus. Sed quoniam bono proximus est, neque dum agit ad ipsum formali quopiam indiget medio, multóque minus medio temporali, iccirco dum mouetur, id est agit circa bonum, dicitur & patitur conquiescere. In quo certè primus esse status existimatur, per quem consistit in primo: & iccircò quæcunque dum mouentur, stare simul dicuntur in motu, quod est orbe moueri, id muneris ab intellectu nacta censentur. Sed argumentum iam hoc animaduersione conclude, vt memineris substantiam & virtutem animæ superiorem, si cum inferiore vita virtuteq; comparetur, tum centrum, tum circunferentiam iudicari. Centrum quidem quantum superior hæc stabilior est, atque simplicior ab hac reliqua prodit, ad hanc appetitu reuertitur. Circũferentia verò quantum superior, proculdubiò multis inferiorem gradibus virtutis excedit. Quo quidem virtutis excessu velut ambitu quopiam ampliore, inferiorem illam, velut angustiorem supereminet, & complectitur atq; conseruat, & ducit pariter atque reducit.

ΠΛΩΤΙΝΟΥ

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Β

ΛΟΓΟΣ Β.

PLOTINI

ENNEAD. SECVNDAE

LIBER II.

ΠΕΡῚ *κινήσεως οὐρανοῦ.*

De motu cæli.

A ΔΙΑ` τί κύκλῳ κινεῖται; ὅτι νοῦν μιμεῖται. ἀλλὰ τίνος ἡ κίνησις; ψυχῆς ἢ σώματος; τί οὖν; ὅτι ψυχὴ ἐν αὐτῇ ἐστὶ καὶ πρὸς αὐτὴν ἀεὶ σπεύδει ἰέναι; ἢ ἔστιν ἐν αὐτῇ *οὐ συνεχεῖ οὖσα, ἢ φερομένη συμφέρει; ἀλλ' ἔδει συμφέρουσαν, μηκέτι φέρειν, ἀλλ' ἐνηνοχέναι. τουτέστι, στῆναι B μᾶλλον ποιῆσαι, καὶ μὴ ἀεὶ κύκλῳ. ἢ καὶ αὐτὴ στήσεται, ἢ εἰ κινεῖται, οὔτι γε τοπικῶς. πῶς οὖν τοπικῶς κινεῖ, αὐτὴ ἄλλον τρόπον κινουμένη; ἢ ἴσως οὐδὲ τοπικὴ, ἡ κύκλῳ. * ἀλλ' ἢ ἄρα κατὰ συμβεβηκὸς, ποία οὖν τις; εἰς αὐτὴν συναισθητικὴ καὶ συννοητικὴ καὶ ζωτικὴ, καὶ οὐδαμοῦ ἔξω, οὐδ' ἄλλοθι, καὶ τὸ πάντα δεῖν περιλαμβάνειν. τοῦ γὰρ ζώου τὸ κύριον, C περιληπτικὸν καὶ ποιοῦν ἕν. οὐ περιλήψεται δὲ ζωτικῶς, ἢ τοπικῶς, εἰ μένοι· οὐδὲ σώσει τὰ ἔνδον, σῶμα ἔχον. καὶ γὰρ σώματος ζωὴ κίνησις. εἰ οὖν καὶ τοπικὴ, ὡς δυνήσεται κινήσεται: καὶ οὐχ ὡς ψυχὴ μόνον, ἀλλ' ὡς σῶμα ἔμψυχον, καὶ ὡς ζῶον, ὥστε εἶναι μικτὸν ἐκ σωματικῆς καὶ ψυχικῆς.

[margin: ψυχῆς] [margin: λ' ἄλλα]

A QVARE cælũ mouetur circulo? quia mẽtem imitatur. Sed cuiusnam est ille motus? animæne an corporis? Quid ergo? nũ quoniã anima in sphęra est, atque hæc circa ipsam procedere properat? Item nunquid est in ea quasi non continua, an potius ita, vt ipsa mota commoueat? B At forsitan oportebat animam commouentẽ haud vltrà mouere, sed iam mouisse. Id autem est efficere potius vt permaneat, neque agitare semper in gyrum. Fortè enim & ipsa stabit, aut si moueatur, non tamen loco mutabitur. Quo igitur modo mouet loco, quũ ipsa modo quodam alio moueatur? Forsitan circularis motus non videatur alicui esse localis. Quòd si secundùm accidens sit motus eiusmodi, qualisnam C igitur per se est hic motus? Profectò conspiratio quædam in seipsam consentiens, suorumq; conscia atque vitalis, nec extra vllo modo vel vsquam nec aliò vergens, in qua oportet cuncta comprehendi. Quod enim in animali principale est, comprehendit in se cuncta, & conflat in vnum. Non complectetur autem vitaliter si quiescat: neque quum habeat corpus interiora seruabit, etenim vita corporis est motio quædam. Quòd si motus eiusmodi etiam sit localis, vtcunque poterit agitabitur: Neque tanquam anima solùm, sed tanquam corpus animatum atque viuens, adeò vt agitatio talis ex motione corporea simul & animali sit mixta:

Motus cæli fit ab anima intellectuali, & fit in circulũ tum quia & anima & intellectus circuitũ quendã in se ipsis faciunt: tum quia ad circuitum confert circularis figura cæli.

quippe quum corpus quidem suapte natura feratur in rectum, anima verò contineat: atque ita ex vtrisque conficiatur motio quædam, in qua ferri simul sit atque manere. Si autẽ circuitus motio corporis esse dicatur, quónam modo ritè dicetur, quum omne corpus vel ipse ignis recta motione feratur? Fortè verò dicẽdum est, via recta procedere, donec eò peueniat, vbi esse est naturaliter institutum. Vt enim ordine institutum est, ita videtur & manere secundùm naturam, & ferri in quod est ordinatum. Curnam igitur non quiescit ignis, postquam fuerit sedẽ propriam consequutus: Nunquid quoniam ipsa natura ignis est in motu versari? Itaque nisi voluatur, nimirum distractus in rectum protinus dissipabitur, restat igitur vt agitetur in orbem? At verò id iam est prouidentiæ munus? Esto id quidem: nam & ipse ignis in seipso est ab ipsa prouidentia positus? Quapropter si ibi fiat, ex se circulariter reuoluetur. aut forsan si rectum cupit motum, vbi non habeat vltrà locum ad quem feratur, necessariò quasi circulabens, quibus in locis potest, iam reuoluitur. Nullus enim huic vltra seipsum patet locus. Hic namque est locus extremus. Itaque circuncurrit ea in sede quam possidet: imò ipse sui ipsius est locus sic naturaliter institutus, non quidem vt maneat, sed feratur. Proinde in circulo cẽtrum quidem natura quiescit: exterior verò circunferentia si quiescat, centrum erit ingens. Potius igitur aderit circa cẽtrum, corpori videlicet viuenti, atque naturaliter se habenti. Sic enim ad ipsum medium nutu continuo cõspirabit, non videlicet considendo, alioquin orbem perderet, sed quando id non valet, saltem circumuagando. Hac enim ratione duntaxat appetitum prorsus explebit. Quòd si anima circumuoluat, nũquam defatigatur: neque enim vel ipsa trahit, vel corpus præter naturam agitur. Id namque ipsum natura est, quod ab anima vniuersi est ordinatum. Præterea mundi anima vbique existens non diuisa per partes, sed vbique tota, dat & cælo, vt & ipsum, quoad potest, sit vbique. Potest autem duntaxat ex eo quod pertranseat, progrediaturque per omnia. Quiesceret sanè ipsum, sicubi quiesceret anima, quum tandem ad animam peruenisset. Nunc verò quum anima ipsa, quam appetit, totam se per totum fundat, nimirum ipsum quoque passim sequitur animã. Quid igitur, an nunquam animam assequetur? Forsan vero sic eam semper assequitur, imò ipsa potius cælum ad se semper agẽs, semper agẽdo, mouet, & semper. Non aliò quidem mouens, sed ad seipsam & in eodem, non quidem in rectum, sed circulo ducens, ideoque tradit illi, vt quocũque peruenerit, ibi reperiat ipsam. Quòd si quieuerit anima, tanquam hac duntaxat illic manente, vbi quodlibet requiescit, conquiescit & cęlum. Si ergo non alicubi tantùm est anima, sed vbique, nimirũ per omnia mouetur celũ. Quũmq; non feratur extrà, meritò retorquetur in orbẽ.

A τοῦ μὲν σώματος εὐθὺ φερομένου φύσει, τῆς δὲ ψυχῆς κατεχούσης: ἐκ δ᾽ ἀμφοῖν γενομένου, φερομένου τε καὶ μένοντος. εἰ δὲ σώματος ἡ κύκλῳ λέγοιτο, πῶς, παντὸς εὐθυποροῦντος καὶ τοῦ πυρός; ἢ εὐθυπορεῖ, ἕως ἂν ἥκοι εἰς τὸ, οὗ τέτακται. ὡς γὰρ ἂν ταχθῇ, οὕτω δοκεῖ καὶ ἑστάναι κατὰ φύσιν, καὶ φέρεσθαι, εἰς ὃ ἐτάχθη. διατί οὖν οὐ μένει ἐλθόν; ἆρα ὅτι ἡ φύσις τῷ πυρὶ, ἐν κινήσει; εἰ οὖν μὴ κύκλῳ, σκεδασθήσεται ἐπ᾽ εὐ-
B θὺ, δεῖ ἄρα κύκλῳ; ἀλλὰ τοῦτο, προνοίας; ἀλλ᾽ ἐν αὐτῷ, παρὰ τῆς προνοίας· ὥστε εἰ ἐκεῖ γένοιτο, κύκλῳ κινεῖσθαι ἐξ αὐτοῦ· ἢ ἐφιέμενον τοῦ εὐθέως, οὐχ ἔχον οὐκέτι τόπον, ὥσπερ περιολισθαῖνον ἀνακάμπτῃ ἐν οἷς τόποις δύναται. οὐ γὰρ ἔχει τόπον μεθ᾽ ἑαυτό· οὗτος γὰρ ἔσχατος. θεῖ οὖν ἐν ᾧ ἔχει, καὶ αὐτὸς
C αὑτοῦ τόπος, οὐχ ἵνα μένοι γενημένος, ἀλλ᾽ ἵνα φέροιτο. καὶ κύκλου δὲ τὸ μὲν κέντρον μένει κατὰ φύσιν, ἡ δὲ ἔξωθεν περιφέρεια εἰ μένοι, κέντρον ἔσται μέγα. μᾶλλον οὖν ἔσται περὶ τὸ κέντρον, καὶ ζῶντι, καὶ κατὰ φύσιν δὲ ἔχοντι σώματι. οὕτω γὰρ συννεύσει πρὸς τὸ κέντρον, οὐ τῇ συνιζήσει· ἀπολεῖ γὰρ τὸν κύκλον· ἀλλ᾽ ἐπεὶ τοῦτο οὐ δύναται τῇ περιδινήσει. οὕ-
D τω γὰρ μόνως ἀποπληρώσει τὴν ἄφεσιν. *ἡ ψυχὴ δὲ περιάγει, οὐκ ἀμεῖται· οὐ γὰρ ἕλκει, οὐδὲ παρὰ φύσιν· ἡ γὰρ φύσις, τὸ ὑπὸ ψυχῆς ἁπάσης ταχθὲν, ἔτι πανταχοῦ οὖσα ἡ ψυχὴ ὅλη, καὶ οὐ διειλημμένη ἡ τοῦ παντὸς κατὰ μέρος, δίδωσι καὶ τῷ οὐρανῷ, ὡς δύναται, πανταχοῦ εἶναι. δύναται δὲ, τῷ πάντα μετιέναι καὶ ἐπιπορεύεσθαι. ἔστη μὲν γὰρ, εἴπου ἑστῶσα ἦν ἡ ψυχὴ, ἐλθὸν ἐκεῖ. νῦν δὲ ἐπει-
E δὴ *ταῦτά ἐστιν αὐτῆς, παντὸς ἐφίεται, τί οὖν οὐδέποτε τεύξεται; ἢ οὕτως ἀεὶ τυγχάνει, μᾶλλον δὲ αὐτὴ πρὸς αὑτὴν ἄγουσα ἀεὶ, ἐν τῷ ἄγειν, ἀεὶ κινεῖν, καὶ οὐκ ἀλλαχοῦ κινοῦσα, ἀλλὰ πρὸς αὑτὴν ἐν τῷ αὐτῷ, οὐκ ἐπ᾽ εὐθὺ, ἀλλὰ κύκλῳ ἄγουσα, δίδωσιν αὐτῷ, οὗ ἐὰν ἥκοι, ἐκεῖ ἔχειν αὐτήν. εἰ δὲ μένοι ὡς ἐκεῖ οὔσης μόνον, οὗ ἕκαστον μένει, στήσεται. εἰ
F οὖν μὴ ἐκεῖ μόνον ὁπουοῦν, πανταχοῦ *εἰστήσεται καὶ οὐκ ἔξω· κύκλῳ ἄρα.

* εἰ ψυχὴ περιάγει
* πᾶσα
* οἰσθήσεται

II Soluuntur quæstiones: Quomodo moueatur anima, & corpus hominis. Rursus, Quo modo cælum in circulum.

ΤΑ᾽ οὖν ἄλλα, πῶς; ἢ οὐχ ὅλον ἕκαστον· μέρος δὲ καὶ κατεχόμενον μερικῷ τόπῳ. ἐκεῖνο δὲ ὅλον, καὶ οἷον τόπος, καὶ οὐδὲν κωλύει· αὐτὸ γὰρ τὸ πᾶν. πῶς οὖν ἄνθρωποι; ἢ ὅσον παρὰ τοῦ παντὸς μέρος: ὅσον δὲ αὐτοὶ, οἰκεῖον ὅλον. εἰ οὖν πανταχοῦ, οὗ ἂν ᾖ, ἔχει αὐ-
G τὴν, τί δεῖ περιιέναι; ἢ ὅτι μὴ μόνον ἐκεῖ. εἰ δ᾽

CÆTERA verò quãnam ratione mouetur? Profectò nõ quodlibet est totum, sed pars vnumquodque & proprio loco contentum: cælum verò totum est ac veluti locus, neque quicquam prohibet: ipsum enim est vniuersum. Quo igitur modo mouentur homines? Fortè qua ratione à toto dependent pars est vnusquisque: qua verò ipsi nos sumus quilibet totũ est propriũ. Itẽ si vbicũque sit corpus reperit animam, quidnam cogitur peruagari? Fortè quia neque solum alicubi viget

ἡ δύναμις αὐτῆς περὶ τὸ μέσον, καὶ ταύτῃ αὖ κύκλῳ. μέσον δὲ *οὐχ ὡσαύτως σώματος, καὶ φύσεως ψυχῆς ληπτέον· ἀλλ' ἐκεῖ μὲν μέσον, ἀφ' οὗ ἡ *ὕλη, τοπικῶς δὲ, σώματος. ἀνάλογον οὖν δεῖ τὸ μέσον. ὡς γὰρ ἐκεῖ, οὕτω καὶ ἐνταῦθα μέσον δεῖ εἶναι, ὃ μόνον ἐστὶ μέσον σώματος, καὶ σφαιρικοῦ. ὡς γὰρ ἐκεῖνο περὶ αὐτὸ, οὕτω καὶ τοῦτο. εἰ δὴ ψυχῆς ἐστι περιθέουσα τὸν θεὸν, ἀμφαγαπάζεται, καὶ περὶ αὐτὸν ὡς οἷόν τε, αὐτὴ ἔχει. ἐξήρτηται γὰρ αὐτοῦ πάντα. ἐπεὶ οὖν οὐκ ἔστι πρὸς αὐτὸν, περὶ αὐτόν. πῶς οὖν οὐ πᾶσαι οὕτως; ἢ ἑκάστη ὅπου ἐστὶν, οὕτως. διατί οὖν οὐ καὶ τὰ σώματα ἡμῶν οὕτως; ὅτι τὸ εὐθύπορον προσήρτηται, καὶ πρὸς *ἄλληλα αἱ ὁρμαί. καὶ τὸ σφαιροειδὲς ἡμῶν, οὐκ εὔτροχον· γεηρὸν γάρ. ἐκεῖ δὲ συνέπεται λεπτὸν, καὶ εὐκίνητον. διατί γὰρ ἂν καὶ σταίη, ἡντιναοῦν κίνησιν τῆς ψυχῆς κινουμένης; ἴσως δὲ καὶ παρ' ἡμῖν τὸ πνεῦμα τὸ *περὶ τὴν ψυχὴν τοῦτο ποιεῖ. εἰ γάρ ἐστιν ὁ θεὸς *ἐν πάσῃ, τὴν συνεῖναι βουλομένην ψυχὴν περὶ αὐτὴν δεῖ γίγνεσθαι· οὐ γὰρ πῇ. καὶ Πλάτων δὲ τοῖς ἄστροις οὐ μόνον τὴν μετὰ τοῦ ὅλου σφαιρικὴν κίνησιν, ἀλλὰ καὶ ἑκάστῳ δίδωσι τὴν περὶ τὸ κέντρον αὐτῶν· ἕκαστον γὰρ οὗ ἐστι περιειληφὸς τὸν θεὸν, ἀγάλλεται, οὐ λογισμῷ, ἀλλὰ φυσικαῖς ἀνάγκαις.

ἜΣΤΩ δὲ καὶ ὧδε τῆς ψυχῆς, ἡ μὲν ἡ δύναμις ἡ ἐσχάτη, ἀπὸ γῆς ἀρξαμένη, καὶ δι' ὅλου διαπλακεῖσα ἐστίν· ἡ δὲ αἰσθάνεσθαι πεφυκυῖα, καὶ ἡ λόγον δοξαστικὸν δεχομένη, πρὸς τὸ ἄνω ἐν ταῖς σφαίραις ἑαυτὴν ἔχει, ἐποχουμένη καὶ τῇ προτέρᾳ, καὶ δύναμιν διδοῦσα παρ' αὐτῆς, εἰς τὸ ποιεῖν ζωτικωτέραν. κινεῖται οὖν ὑπ' αὐτῆς, κύκλῳ περιεχούσης, καὶ ἐφιδρυμένης παντὶ, ὅσον αὐτῆς εἰς τὰς σφαίρας ἀνέδραμε. κύκλῳ οὖν ἐκείνης περιεχούσης, συννεύουσα *ἐπιστρέφεται πρὸς αὐτήν. ἡ δὲ ἐπιστροφὴ αὐτῆς, περιάγει τὸ σῶμα, ἐν ᾧ ἐμπέπλεκται. ἑκάστου γὰρ μορίου καὶ ὁπωσοῦν κινηθέντος ἐν σφαίρᾳ, εἰ μένον κινοῖτο, ἔσεισεν ἐν ᾧ ἐστι, καὶ τῇ σφαίρᾳ κίνησις γίνεται. καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν σωμάτων τῶν ἡμετέρων, τῆς ψυχῆς ἄλλως κινουμένης, οἷον ἐν χαραῖς, καὶ τῷ φανέντι ἀγαθῷ τοῦ σώματος, ἡ κίνησις καὶ τοπικὴ γίνεται. ἐκεῖ δὴ ἐν ἀγαθῷ γινομένη, καὶ αἰσθητικωτέρα γινομένη, κινεῖται πρὸς τὸ ἀγαθὸν, καὶ σείει ὡς πέφυκεν ἐκεῖ τοπικῶς τὸ σῶμα, ἥ τε αἰσθητικὴ, ἀπὸ τοῦ ἄνω αὖ καὶ αὐτὴ τὸ ἀγαθὸν λαβοῦσα, καὶ τὰ αὐτῆς ἡσθεῖσα, διώκουσα αὐτὸ ὂν πανταχοῦ, πρὸς τὸ πανταχοῦ συμφέρεται. ὁ δὲ νοῦς οὕτω κινεῖται. ἕστηκε γὰρ καὶ κινεῖται· περὶ αὐτὸν γάρ. οὕτως οὖν καὶ τὸ πᾶν, τῷ κύκλῳ κινεῖται ἅμα, καὶ ἕστηκεν.

* οὐχ ὡς αὐτοῦ
* ἄλλη
* ἄλλα
* ἐν τῇ ψυχῇ ἐν πᾶσι
* ἐμπλέκε-

A anima,neq; ſolùm alicubi eã aſſequi corpus affectat. Si autē poteſtas animę circa medium viget,hac etiã ratione fit motus in circulum. Mediũ verò non eadē ratione in anima, qua & in corpore eſt ponendũ: ſed in anima quidē mediũ eſt à quo alia depēdet vita, in corpore verò mediũ eſt cōditione locali. Quamobrē proportione quadã mediũ hìc eſſe oportet: vt enim ibi,ita & hìc mediũ eſſe debet:quod quidē duntaxat mediũ eſt corporis,atque huius quidem B ſphærici:nã ſicut illud,ita & hoc circa ſeipſum. Quod ſi ita eſt, anima rurſus reuoluitur circa deũ,affectatq; cōplecti,& vtcunque poteſt circa ipſum ſeſe habet, cuncta enim à deo dependent. Quoniã verò nō permanet penes ipſum, ſaltē ſe verſat circa ipſum: curnam igitur non omnes id efficiunt? Imò verò quælibet vbicunque eſt id agit. Sed curnam corpora quoq; noſtra idē minimè faciunt? Quoniã videlicet, adiunctum eſt quod rectâ motione progreditur, C & impetus inſuper ad alia vergunt. Quod rurſus ſphæricũ eſt in nobis,in orbem facilè retorqueri nequit:terrenũ namq; iam euaſit: ibi verò conſequitur quod tenue eſt & facilè mobile. Qua enim ratione quieſcat nō ſatis video,quocunque motu anima moueatur. Fortè in nobis etiam ſpiritale corpus quod circa animã eſt diffuſum,efficit idem. Si enim eſt deus in cunctis, oportet animam cum illo congredi cupientē, ſeſe fundere circa ipſum. Non enim eſt dunta- D xat alicubi. Proinde Plato ſtellis non ſolùm attribuit motũ vnà cum toto orbicularē,verùm etiam ſingulis motionē circa centrum propriũ reuolutã. Quilibet enim globus vbicunq; eſt, deum quodammodo circunplectens prorſus exultat,non vtique conſilio quodam: ſed naturali quadam neceſſitate commotus.

III *Cōfirmantur ſuperiora, quoniã anima mũdi per ſuperiorē eius vim in orbē retorquet inferiorem: rurſusq; per inferiorē rotat cælum.*

IDEM hac inſuper ratione conſideretur. Poſtrema quidem vis animæ à terra exoriens,ſeſe fundit per vniuerſum:vis autem ani- E mæ ſenſualis, & quæ opinantem poſſidet rationem,penes ſuperiora viget in ſphæris,incubans inferiori potentiæ,atq; ex ſeipſa vim huic porrigens vitalē magis atque viuificam. Agitatur igitur hæc ab illa circulariter complectēte totique inſidēte,quantum ipſius recurrit in ſphæras. Itaque cùm illa hanc circulo comprehendat,meritò hæc cōniuens reflectitur in ſeipſam. Huius verò reflexio corpus vnà cui eſt infuſa,contorquet. In ſphæra enim quantacũ- F que pars moueatur, ſi modò permanens moueatur, ſphęram in qua eſt, neceſſariò concutit, vnde motus ſphæræ procedit. In noſtris enim corporibus quando mouetur animus, etſi longè aliter moueatur, velut lætitia geſtiens opinione boni,motus inde corporis etiam localis efficitur. Illinc igitur anima euadens bono proxima,effectaq; ſenſu ſagacior mouetur circa bonum,corpusq; pro natura ſua ſecundùm localem concitat motionem. Senſualis virtus à ſuperiori rurſus concita,ipſaque ſuum percipiens bonum,ſecumque congratulans id proſequitur:cumque vbique ſit,meritò per ſe omnia confert. Intellectus autem quidnam agit? Sic certè mouetur. Manet enim ſimul atque mouetur. nam reflectitur in ſeipſum. Ratione itaque ſimili vniuerſum circulo mouetur ſimul & permanet.

MARSILII FICINI IN LIB. III. ENNEAD. SECVNDAE, VTRVM STELLÆ ALIQVID AGANT. COMMENTARIVS.

SVMMA TOTIVS LIBRI.

Species & ſingula in ſpeciebus generari, præcipuè à virtutibus ſeminalibus in ſpeciebus & ſingulis: cæleſtia verò materiam aliter, aliterve diſponere.

PORPHYRIVS in vita Plotini ſcribit: eum cùm diligentem operam aſtrologiæ dediſſet, deprehendiſſe aſtrologorum iudiciis non eſſe credendum: eaq; tum ſermone, tum literis ſæpe confutauiſſe. Quod quidem in libro de Fato, atque in libris de Prouidētia fecit. Sed in hoc denique libro, Vtrum ſtellæ aliquid agant, diligentius effeciſſe videtur. In quo ſanè Plotini conſilium eſt, in primis aſſerere, quæcunque natura gignuntur, atque mouentur, præcipuè fieri atque duci, tum à ſeminariis rationibus vniuerſæ naturæ, tum à rationibus plurimùm ſeminibúſque propriis vniuerſæ naturæ minimè diſſonantibus: ideóque diſputat, neque ſtellarum influxus naturáſque duntaxat, tanquam nimis vniuerſales: neque præſentes cæleſtium inter ſe habitudines, velut mobiliſſimas, rurſusq; communes ſingula hæc propriè facere: ſed interdum fortè ſignificare: & id quidem ita, vt ex indiciis valde communibus atque confuſis coniectura ſit fallax, & iudicium contingat incertum. Oportet profectò tum communia diſtingui per propria, tum per mobilia regi duciq; per firma, aut ſaltem per firmiora quædam, ne paſſim res caſu contingant. Fatetur autem per quotidianum concurſum cæleſtiū inferiorumq; cauſarum, res dum ſunt, qualitate mutari non ſpecie: ſimiliter quoque per artem atque vſum. Rerum verò noſtrarum cauſas partim in ſuperiora, partim in ea quæ circa nos ſunt, partim in conſilium & vſum occaſionémque refert. Exiſtimat præterea, ſicut corpus ab anima regitur, ſic animam ab intellectu regi, poſſéque hanc intelligentiæ munere à communibus fati fortunæque impulſibus liberari.

Natura planetarum non eſt malefica, neque mutabilis mutatione loci, neque ex eorum radiis & motibus naturalia præcipuè generantur, ſed ex propriis vbique naturis, & communi natura.

I *In primo igitur capite narrat quemadmodum aſtrologi, non omnes inquam, ſed multi putant à viribus motibúſq; ſtellarum & ſignificari & fieri ſingula: tum ad externa, tum ad corpus, tum ad animum actionéſque animi pertinentia: ſiue bona honeſtáque ſint, ſiue mala rurſus & turpia. Tu verò memento, non auctores quidem aſtrologiæ præcipuos hæc tradere, ſed plebeios quoſdam aſtrologos aſtronomiæ prorſus ignaros, talia diuulgare. Animaduerte præterea Plotinum ſtatim à principio forſan gratia diſputandi concedere, ſignificari quædam motu cæleſti, non omnia: fieri quoque inde multa, non omnia, & quæ ſignificatur vix poſſe diſcerni. Inter hæc dum narrat, in duobus deridet aſtrologos. Primò quidem quòd aiunt, ſtellas pro mutatione locorum & aſpectuum mutare naturas. Qualis certè mutatio nec in rebus quidem terrenis, quæ mutabiliſſimæ ſunt, ex ſola mox mutatione locorum atque intuendi diuerſitate ſolet accidere. Secundò quod aiunt, ſtellas & quæ optimæ ſunt effici malas, & quæ benefico funguntur prouidentiæ munere, hominibus innocentibus ſæpe nocere. Deteſtatur in primis, quòd cùm ſtellæ omnes animatæ ſint, & intelligentia præditæ, deóq; obſequantur ad nutum, quod Ptolomæus ipſe fatetur: alias tamē bonas, alias verò malas appellare non dubitent. Itē quòd planetas etiā quos appellant malos, tamē aſſerant ſæpe bona largiri: ceu Saturnum quidem: & nonnunquam ſtabilire bona, quæ tribuuntur ab aliis, & ipſum in æde vel exaltatione ſua poſitum prodeſſe Saturniis: & Martem animi magnitudinem fortitudinemq; præſtare, & cum aliis noceat, parcere ſuis. Deridet iterum quòd planetas quos appellant bonos, nocere aliquando fateantur, ſcilicet & Venerem Mercurio mixtam obeſſe prudentiæ, & Iouem Marti coniunctum tyrannidem conſtituere. Tum verò planetas ſic, aiunt, vel ſe viciſſim aſpiciendo, vel non aſpiciēdo mutari, vt mirum ſit, res æternas vſqueadeo ex actu tam exiguo permutari. Sic opinantur, Lunā, ſi Mercuriū aſpicit, appetitū præbere rationis legibus obſequentē: ſi non aſpexerit, concupiſcentiā effrænatam: præſertim ſi Venerē aſpiciat interim aut Martē. Deridet quòd Mercuriū dicant, dum aſpicit Saturnum, aut Martē, Martiū Saturniumq; euadere: mox aſpiciēdo Ioue effici Iouialē: quaſi Cameleontis inſtar nihil habeat propriæ cōſtantiſq; naturæ: cùm tamē res apud nos nulla adeò ſit incerta prorſusq; mutabilis. Miratur præterea, quo pacto verum ſit, quod tradūt, intuitū quoq; inter ſe planetarū adeò inſtabile eſſe, vt quoties alia ſe figura conſpiciūt, intuitus ille cogatur mutare naturā: Quāta certè mutatio, ne in noſtro quidē intuitu prouenit, dū nos mutuò nūc ex alio, mox ex alio ſitu cōſpicimus. Côceſſurus tamē videtur propter varios aſpectus ſiderū, etſi minus in illis, tamē in rebus naturalē aliquā varietatē poſſe contingere: quod inquirimus in lib. de Vita. Deniq; quod volūt ex cunctorū cæleſtiū radiorū cōcluſione formā virtutemq; in radiis ipſis ſimul iūctis effici nouā, eamq; aliter & aliter differentē pro diuerſitate tēporum & locorū: quemadmodū ex diuerſis ſimul liquoribus forma fit vna, Id Plotinus iccircò dānare videtur, quòd radij neq; corpora ſunt, ſicut liquores, neq; qualitates in corporibus, ſicut naturæ liquorū. ſed actus quidā ſtellarum vitales atque ſenſuales, ceu viſuales quidam radij ex ſtellis, velut ex Argi cæleſtis oculis emicantes, & conſpicientes mirabiliter omnia, qui in nullo foris ſubiecto qualitatum more ſuſcipiuntur: ideoq; neque inficiuntur inde, neque è priori habitu permutantur, neque igitur in communem cunctis formam aliam commutantur: ſicut neque & radij viſuales animalium multorum nocte videntium, vel ſubiecto alicui redduntur proprij, vel multi in vnam formam inuicem confunduntur. Sed quamuis Plotinus aſtrologos hucuſq; non probet, probabit tamen fortè ſi dixerint, ex radijs paſſim diffuſis, etſi nulli vſquam ſubiecto proprijs, qualitates tamen iam proprias procreari, ſicut ex lumine calor, eaſq; in vnā in ſubiecto redigi formā: atque ſicut in cōmixtione liquorum tantò citius noua fit forma, quātò potētior eſt cauſa quæ commiſcet: ita ſubitò ex communi radiorū concurſu ſubiectis tribui qualitates, eáſq; in vnum conciliari:*

quia

quia & causæ ingentes sunt atque potentes, & motus efficacissimus atque celerrimus. Concedet quidem Plotinus, qualitates in formam eiusmodi concurrentes ab vna quadam causa stabili prorsus & vbique vigente perduci, virtute videlicet seminaria quæ viget in mundi vita, ne vel fortuitò, vel instabiliter perueniatur ad vnum. Radios autem aliter vel aliter confluentes, aut materiam aliter alitérve afficere, aut agentem causam, id est, seminariam rationem ad effectum proprium prouocare. Neque posse tamen ex radiorum confluxu, qui alio momento semper est alius, nouã formam ex pluribus effici, quæ certo indiget tempore, & forsitan inchoari, talemq; perfici, non qualis duntaxat est ille confluxus, sed qualis etiam præcedens materiæ dispositio: ac denique qualem pro eiusmodi conditione decernit ratio seminalis, tum propriæ tum vniuersæ naturæ. Denique quomodocũque se res habeat, de futuris difficilè admodum iudicabitur. Nam si nobis occultum est quid noui ex cõmixtione naturalium oriatur, quæ quotidie pertractamus, multò nimirum occultius erit, quid nouæ communionis & formæ radiorum iactu confletur. Profectò cùm fateantur, ex duorum cælestium radiorum coitu aliud quàm ex vnius tantùm radij iactu confici, fatentur & proculdubiò ex quasdam planetarum omnium copula aliud effici, quàm è duobus. Itaque & aliud longè diuersum ex omnium stellarum confluxu contingere. Sed quanto plures ad agendum causæ confluunt, tantò iudicium difficilius: quia neque causæ omnes comprehenduntur, neque si comprehendantur, statim perpenditur, quid noui præterea conficiatur ex cunctis: præsertim cùm ad iudicandum non tantùm cælestium, sed etiam elementalium causarum, rerumq; contingentium confluentiam oporteat circunspicere, quod etiam Ptolomæus fatetur & præcipit.

Quomodo cælestia significent etiam quæ non faciunt. cælestia sunt animata. Multa sunt quæ non possunt cælestibus corporibus motibusque fieri.

II *In secundo capite tractat, à cælestibus non omnia fieri: siue enim inanimata sunt, non facere quæ ad animam propriè pertinent, siue sint animata, diuina videlicet anima, non facere mala. Esse quidem animata cælestia auctores nobis astronomiæ conceduut: præsertim Ptolomæus & Abumasar atque Zaeles. Quod & Hali confirmat, deridens illos ex sententia Ptolomæi, qui diffidunt cælestia viuere, propterea quòd non more animalium nostrorum vagabũda pererrent: Ait enim vnà cum Ptolomæo: animalia cælestia optimum tenorem motus semel electum perpetuò conseruare. Similiter Aratus atque Mallius arbitrantur. Intelligebant, arbitror, illa, si modò in animam agant, non posse in illam agere nisi per animam, & eam sanè superiorem. Rursus, si per illa nobis significẽtur aliqua, quæ ad causam corpoream referri non possunt, non aliter id fieri posse, nisi in cælestibus animis descripta sit rerum series futurarum: quam nobis quandoque stellarum quasi oculorum nutibus explicent. Quam Plotinus explicationem, si quando fiat, in multis etiam fieri opinatur: quorum non stellæ, sed nos nostriq; causa futuri sumus. Neque verò vbi signa sunt, cõtinuò sunt & causæ: sicut neque propitius paterni oculi nutus in filium, beneficij causa est futuri, sed signum. Sic ergo quando per Mercurium certo modo positum astrologi natum sapientem fore prædicunt, corpus ipsum planetæ non est causa sapientiæ. Quod enim non facit animum, neque rursus sapiẽtiam efficit animi propriam: sed & velut in causa simul atque signum nobis indicat corpus nascentis fore ad obsequium sapientiæ temperatum. Et tanquam signum portendit animum (vt Platonicè loquar) in corpus eo tempore descendentem, familiarem esse Mercurialis animi atque numinis, & Mercuriali quodam vel simili dæmone gubernari. Porphyrius quidem ait: Qualem quis dæmonem nactus fuerit, cogniturum, si figuram suæ generationis agnouerit, & quis in ea dominator extiterit. Qui verò præcipuus sit dominus in figura, etsi nonnulli cognituros se profitentur, Porphyrius tamen in quæstionibus ad Anebonem Cheremonis astronomorumque aliorum testimonio esse dicit incertum. Siqui verò negent corpora cælestia viuere: fateri cogentur, corporeas eorum naturas non aliter aliquid apud nos efficere, quàm elementalium corporum ministerio. Ideóque solas corporum qualitates afferre, vltrà verò nequaquam Sed neque etiam omnes corporum qualitates: Sicut enim in arte forma operis artificiosa: etsi fieri videtur per instrumentum, efficitur tamen artificiosæ intelligentiæ forma, quam solam & imitatur: sic & formæ rerum naturalium plusquam artificiosa ratione dispositæ, non tã cælestium corporum vel moles vel qualitates, quàm animorum cælestium notiones imitantur atque sequuntur. Iam verò nec calor in animali cibum redigit in vitæ formam, quantum calor est, cuius officium est dissoluere, sed quantũ ductus à vita: neque calor humorq; in mundo vel alia qualitas certo quodam ordine opus ad finem peragunt electissimum, quatenus vel suapte natura vel cælestis molis trahuntur impulsu, sed quatenus ab ipsa motorum cælestium ratione in se & inter se temperantur, & ad præscriptum finem commodè diriguntur. Quamobrem Plotinus ait: Singulorum cælestium defluxum eundem esse scilicet, & qua ratione corpora sunt esse vbique corporeum: & qua ignea calore fouentem: quamuis aliæ præterea stellæ cum calore adducant humorem, aliæ raritatem, aliæ aliquam densitatem, aliæ celeritatem, aliæ firmitatem, cæteraque similiter. Hinc ergo & communi conditione stellæ omnes quodammodo calefaciunt, & ratione propria quæ humefacit, & quæ rarefacit, humefacit semper vel rarefacit: quãuis quicquid inde vel communi vel propria fit ratione, magis minúsve alibi fiat & alibi: Non alia igitur inde varietas prouenit quàm in quibusdam materiæ qualitatibus accidentibusq; duntaxat & gradibus accidentium. Varietas autem figurarum specialiumq; formarum atque virtutum, non erit præcipuè ex naturali intentione cælestium, sed quantum ad illa pertinet casu continget, aut saltem dabitur aliunde. Quod enim artificiosa fit ratione, solùm ab arte fit & ratione viuente: præsertim si viuat & ipsum. Neque verò concedemus astrologis siqui dicant: stellarum quidem fixarum corpora speciales rerum tradere differentias: planetarũ verò quotidianas cõstitutiones afferre differentias singulares, etiamsi animam cælestia nullam habeãt. Stellarum namque fixarum corpora largiri quidem possunt, alias passim corporum qualitates, sic vniformes quemadmodum & ipsa sunt vniformia. Figuras verò proprias speciebus ordinemq; ad finem ita demum tribuere possunt, si animam habeant atque mentem. præsertim quia in multis herbarum lapillorumq; speciebus preciosorum vires quædam singulares insunt: quibus mirabiliter agant in spiritum, perq; spiritum dotes quoque animo miras videantur afferre. Tantum verò muneris nequeunt corpora hæc à corporibus duntaxat cælestibus, sed ab eorum animis accepisse. Iam verò ipsa stellarum corpora multò minus eas nobis differentias inferre possunt, quæ ad artes & fortunas, & necessarios pertinent. Sicut enim nulla tui corporis natura fit, sic & cælestis corporis nulla natura: vt Theologus sit potius quàm orator: & certo tempore Prætor inscius designeris, & patrem talem habeas aut fratrem: sed horum causas alibi protinus inuestigare compellimur. Denique stellæ omnes*

& à rebus infimis longè segregatæ sunt, & inter se valde diuersæ: & quicquid inde huc vsque diffunditur, accidens
esse videtur. Quoniam verò ad generandam apud nos substantiam, substantiali opus est causa: & ad perfectè generan-
dam causa proxima, & ad viuam omnino viuente. Item ad concilianda in vnum agentia inter se diuersa duce com-
muni, nimirum existimamus vitam vnam vbique regnare, præcipuè facientem omnia, atque ad id cælestibus & ter-
renis instrumentis vtentem.

Planetæ non mutant naturam loco, neque mali fiunt. Item confutantur quæ astro-
logi dicunt de angulis, domiciliis, proprietatibus planetarum.
Item tractatur quomodo significatio fiat, iudi-
ciumque fallatur.

III Caput tertium eadem ita prosequitur: Admittent forsan astrologi planetas quidem viuere, nec malos esse natu-
ra, sed ex quodam signorum gradu, & quadam inter se conspiciendi figura maleficos effici, atque vnà cum loco mu-
tare naturam. Id autem quinque de causis improbatur. Prima: quoniam gradus ille signorum saltem, & ille iterum
qui sic aspicitur, foret natura malus: si planeta vel in eo gradu positus, vel planetam illum aspiciens malus euaderet.
Hunc tamen fatentur nullum cælestium naturaliter esse malum. Secunda: si gradus figuráque eiusmodi malum na-
tura in se haberet, planetæ omnes in eo gradu eaq; figura constituti mali similiter redderentur. Quod tamen astrolo-
gi non concedent. Tertia: nempe quærendum est, quo possit planeta hic aut ille in diuersis gradibus diuersus euadere:
adeóque diuersus, vt sit maleficus. Primò quidem planeta nullus est in gradu Zodiaci, sed longissimè distat: vt etiamsi
fortè noxius foret ille gradus, planeta non adeò illinc infici possit. Deinde vbicunque sit, est in cælo. Cælum corpus est
optimum, diuinitati quamproximum: Itaque pars vnaquæque cæli optima est prorsus atque diuina. Quarta: cùm cæ-
lum sit plurimum vniforme, motusq; localis, non necessariò terrenum mobile soleat natura mutare: ridiculum est pla-
netam in alia, rursusq; alia cæli plaga, aliam subire naturam: præsertim & subitò cùm sit substantia potens atque sem-
piterna: & in malum cùm vbicunque sit, necessariò sit in patria viuente diuinitùs. Quinta: absurdum quoque dictu
est: quod aiunt planetam cùm est in angulo, aliam habere naturam: aliam cùm declinat ab angulo. Eodem namq; tem-
pore planeta idem nobis est angularis, longinquis verò nationibus est declinans, atque è conuerso. diuersas igitur eodē
tempore naturas haberet. Quatuor astrologi fingunt angulos in figura cælesti, in Oriente, in Occidente, in medio sur-
sum cælo, atque deorsum. Atque angularem planetam dicunt, quando ad quinque vel saltem ad tres vtrinque signi
gradus tenet angulum: vtputa ipsum Orientis punctum, vel Occidentis, vel medij vtrinque cæli: ipsum inquam pun-
ctum, aut certum spatium prope punctum. Mox verò cùm inde progreditur, cadere ab angulo dicunt. Martem præ
cæteris horrent in angulis, præsertim in Occidente. Saturnum quoque non eligunt angularem. Cùm enim noxios o-
pinentur, ne potentiores sint, non censent in angulis collocandos, nisi fortè Saturnus in ascendente Aquario sit domi-
cilio suo, vel Libra exaltatione sua, præsertim in natiuitate diurna. Saturnū igitur in duodecima figuræ domo: Martē
verò in sexta constituunt. Nominant verò duodecimam cæli plagam, quæ partem antecedit Orientalem, ipsámque
duodecimam volunt esse cadentem, cùm tamen reuera surgat in altum. Sextam verò nominant quæ videtur ab Occi-
dentis angulo cadere. Mitto nunc alia. sed quòd Saturnum quidem in duodecima, Martem verò in sexta constituūt,
sibimet repugnare videntur. Sic enim eos inter se oppositos faciunt, quorum oppositionem solent acriter detestari.
Adde quòd ita sextam domum, qua morbi significantur, tum oppositione Saturni, tum præsentia Martis infestant,
vt morbi omnes sint incurabiles. Omnino verò cùm à fortissimo ad debilissimum absque medio transire ratio non per-
mittat, nemo dicere audeat, planetam si in angulo sit fortissimus, mox fore post angulum debilissimum. præterea cùm
sidus quò diutius agit in nos, eò & absolutius agat, signum verò quod duodecimum nominant diutiorem super nos mo-
ram, quàm ascendens angularis particula traxerit: fateri cogentur magis in nos agere, quàm ascendens, scilicet angu-
laris. quod tamen fateri non solent. Rursus, cùm planetam vel signum in medio cælo Ptolemæus dicere soleat potentis-
simum, quónam pacto Zaelis illud verum erit, scilicet, ascendens esse fortissimum, quod procul à medio? Quinimò duo-
decima cæli plaga simul atque vndecima, quæ inter ascendens mediumq; cælum mediæ sunt, videbuntur fortè poten-
tiores quo propinquiores sunt medio, si modò medium sit fortissimum. Præterea cùm lumina dicant in duodecima &
octaua terræ simul & aquæ vaporibus obfuscari, & iccircò debilitari: ita enim octaua fermè est Occidenti, sicut duo-
decima Orienti propinqua, Dicere etiam compelluntur multò magis in angulis Orientis & Occidentis obtenebrari:
magisq; terrenis passim obstaculis impediri. Sed neque vnquam assignare rationem poterunt, cur angulum quemli-
bet plurimi faciant qui & fugacissimi sunt: & vix ad nos pertinere videntur: cæteræ verò partes ad nos diutius at-
tinent. triginta enim gradus quælibet occupat. Quid verò? quòd cùm angulos admirentur, planetas interim quos pu-
tant esse beneficos, alibi quàm in angulis gaudere confirmant? Solem in nona: Lunam in tertia: Iouem in vndecima,
In quinta denique Venerem. Nonam vocant, quæ cæli medium ad nos super terram propè præcedit aliquantum ver-
sus occasum: Vndecimam, quæ mediū mox sequitur versus ortum: Tertiam, quæ cæli mediū ad nos sub terrā ad ortū
propè præcedit: Quintam, quæ medium è vestigio sequitur, & occasui propinquior est quàm medium. Nonam quidem
magnæ religionis ædē. Tertiā verò minoris appellāt, & deū atq; deā: neq; tamē sunt angulares: Vndecimā spei & ami-
citiæ fundamentū: Quintā gaudij sedē atq; filiorū. Mitto quòd dum solē quidē in nona: Lunam verò in tertia gaudere
volunt, interim oppositos faciunt: oppositionem verò formidare consueuerunt. Mitto, quòd cùm Mercurium dicant,
gaudere ortu potius quàm occasu: Venerem verò vicissim occasu potius quàm ortu lætari, gaudere simul eos ac mære-
re pariter fatebuntur. Nam planeta dum aliis hominibus oritur, aliis occidit, atque è conuerso: cùm Orientis angulū
esse vitæ incipientis angulū arbitrentur: vitæq; mors sit opposita: cur non angulū Occidentis Orienti oppositum mor-
ti designant? Huic enim assignant octauam sedem occidenti propinquam: eamq; Saturno committunt. Sed cur etiā
primā domū, vitæq; originē Saturno cōmendant? quasi in manu eius sit mors pariter atque vita. Sed video quò confu-
gient. Saturno planetarum primo primam attribuent domum: Ioui planetarum secundo, secundā, ascendenti in oriēte
signo è vestigio succedentem: Marti tertiam: Quartam Soli: Veneri quintam: Mercurio sextam: Septimam deni-
que Lunæ, id est signum in Occidente locatum. Rursum igitur à Saturno exordium planetarum repetent in octaua,
sed

sed cùm iterum post Saturnum nonam Ioui tribuerint, Marti decimam, Soli vndecimam, Veneri duodecimam, nihil iam erit reliqui, quod Mercurio Lunæque successione simili dedicent: quorum tamen duorum effectus manifestissimè omnium post Solem apud nos apparent: nisi forsan ascendens iterum sicut Saturno, sic Mercurio, Lunæq; accommodent, quod fingentis erit potius, quàm docentis. Proinde cur ætates hominis iam nati non eodem tenore designãt? Nempe ordine conuerso primam Lunæ, secundam Mercurio destinant, similitérque deinceps. Verumenimuerò hæc omnia perbella sunt, ac penitus arbitraria, nullis omnino rationibus confirmata. Similiter arbitrarium est, quòd Mercurium, quem facilè ad malum sicut ad bonum conuerti putant, in loco vitæ exordientis velut in gaudio collocant: cur non Solem potius, aut Venerem, aut Iouem? Cur item Mercurium & rationis auctorem simul, & ad malum adeò lubricum arbitrantur? Sed frustrà ab iis rationem diutius hac in re vel illa requiro, qui nulla vnquam ratione, sæpissimè verò similitudine quadam imaginaria & inani comparatione nituntur. Quis non videat eos ineptè nimiũ comparare? quum Saturnum, quia sit altissimus planetarum, significétque tenebras & absentiam, signo accommodent ascendenti: nam & propter altitudinem conuenit ei medium cælum potius quàm ascendens, & propter tenebras & absentiam, cum Saturno congruunt potius signa sub terra, quàm è terris ascendens. Iam verò puerile nimiũ est, Saturnum iccircò portendere nobis rei alicuius absentiam, quia ipse sit distans: perinde ac si Luna stultitia simili referat rem præsentem, quia propinqua, mediique planetæ gradu simili medias. Neque minus insanum est, tenebras assignare Saturno, qui innumeris ingentibusq; stellis quàmproximus, mira necessariò cunctarum luce coruscat: potius verò fatendum est, oculum in eius lumine iudicãdo decipi, quàm minus lucere Saturnum. Summatim verò in omnibus (vt dicebam) ad inanem mox similitudinem confugiunt, nulla causarum habita ratione. Curnam ascendens ab Oriente sidus principium vitæ significat? Quia simul & è tenebris terræ sidus emergit, & è tenebris alui natus egreditur. O vanum prorsus machinamentum! Similiter dicet aliquis: Pater nunc egrediens ciuitatę, filium significat domo simul egredientem, atque insuper filio conducit egredienti. Verùm si quid ita significandum sit, situs illud potius quod tunc ascendit, quum primùm viuere incipit fœtus in aluo, significet vitam, vitæque principium: quod neque obseruant, neque obseruare vlla ratione possunt. Cur item media cæli regio portendit nascentibus dignitatem: num quoniam altissima sedes dignitatis significat altitudinem? Sic & domicilium quartum, quia sit angulus subterraneus, somniat thesauros sub terra latentes significare. Si adeo hac ficta similitudine delectantur, coniugium quoque per coniunctum ascendenti signum describere debuerunt. Quod tamen per septimum prænuntiant longè ab ascendente remotum: sed quidnam Occidenti cum Oriente coniugij? Quoniam inquiunt, è regione vtrinque radij coniunguntur. Sit ita sanè. Verùm cur etiam per septimam hanc domum inimicos significat manifestos? Planetas, aiũt, ascendenti propinquiores iuuenilem ætatem regere, remotiores verò senilem. Sanè nimium pueriliter: quasi localis hic transitus velut corea ludentium repentè per actus efficiat, vt hi quidem dominentur prius, illi verò differant, & tunc demum agant, quando iam sunt à priori habitu remotissimi. Dicant præterea quandoquidem similitudini student, curnam duodecima plaga, in quam ad lucem peruenit ascendens, significet carcerem, & occulta potius quàm secunda, ex qua velut è tenebris est emergendum? In omnibus denique similiter ita delirant, coguntq; cæteros vel credentes illis, vel cum eis diutius disputantes, fermè similiter delirare, quod Abumasar vel inuitus ostendit. Vbi enim causas, cur ita duodecim domus vnà cum officiis suis distribuantur, assignare contendit: ait inter se astrologos dissidere, & alios longè aliter designare: tum verò in rationibus assignandis, quibus talia signa talium planetarum domicilia sint, inter se longè dissentiunt: aliter enim antiqui, aliter Ptolemæus, aliter Aimon, aliter Hermes assignat: quia videlicet figmenta sunt potius quàm rationes. Abumasar Iouem tradit significare diuitias, Mercurium sapientiam. Quoniam verò harum rerum cupiditates oppositæ sunt, ideò ambas Iouis Mercuriiq; domus oppositas esse, scilicet Virgini Pisces, Geminis Sagittarium. O Abumasar, si ita distribuere placet, cur non etiam Veneris domos atque Mercurij inter se opponis? quum libido Venerea Mercurialisque contemplatio multò magis opponantur, quàm quæ diximus: sed inuicem consonantes esse fateris, Libram Geminis, Virgini Taurum. Item cùm Iouialis æquitas & violentia Martialis maximè inuicem aduersentur: cur non & horum sedes pugnare concedis? sed omnino congruere Arietem Sagittario, Piscibus Scorpionem? Proinde vbi alias terræ plagas aliis signis ascribunt, incerta opinione ferũtur. Non enim ita distribuunt, quia signum ad perpendiculum super talem transeat regionem: quia si ita sit, Cancer nihil in Europa significabit: quippe cùm tota existat vltra Cancrum, vergens ad Aquilonem, neque etiam ob aliquam concordem proprietatem. Virgo enim signum esse frigidum aiunt, præesse tamen Hispaniæ iudicant calidæ regioni. Simili quadam temeritate membris signa præficiunt: nam & calida frigidis sæpe præponunt, & frigida calidis. Coniungunt quoque planetis eisdem significata inter se nimium repugnantia. Saturnum vnius Dei cultum & voracitatem significare volunt: Iouem pietatem & coitus intemperantiam: Mercurium sapientiam & oracula prophetarũ, atque insuper oblectamenta superflua. Mitto quamplurima temeritate simul diuulgata: vt puta Saturnum pluuiam designare, quem tamen siccum esse fatentur. Item masculinum cognominant, quem aiunt esse frigidum. Deniq; portendere tarditatem, videlicet, quoniam ipse sit tardus, qui certè est pro longitudine spatij velocissimus. Quid verò quòd caput Draconis somniant atque caudam? Hæc enim solùm imaginaria sunt. Caput quidem cogitatur linea quædam imaginaria in animo nostro relicta ex motu Lunæ à Meridie in Aquilonem, quod quidem fingi potest in quolibet Zodiaci gradu. Et vbi nunc caput fingitur, ibi aliquando fingetur & cauda. Quidnam imaginaria illa poterit linea? Cùm inde Luna discesserit, cur cauda mala potius est, quàm caput? Cur cauda est frigida atque fœminina, cùm aquilonaris plaga sit meridiana frigidior? Atque ita caput in quo Luna declinat ad Aquilonem, frigidum potius debeat esse quàm calidum: cauda verò contrà. Appellant planetam retrogradum, quando in inferiore sui epicili parte pergit ad Orientem. Ex hac similitudine somniant retardari negotia hominum, atqud rursus accelerari, quasi non æquè naturalis sit motus vterque planetis. Proinde dicere solent: quia Taurus aut Leo tales in se vires habent, ideo qui sub his nascuntur sordibus, naturam similem sortiuntur. Tametsi hæc animalia falsò finguntur in cælo: neque ibi eiusmodi figura vel natura similis est atque in nostris Tauris & Leonibus. Taurum antiqui inter sidera collocarunt in Iouis honorem: quia in bouem sit fabulosè conuersus. Leonem Hercules occidit ingentem: eum (vt fertur) inter signa constituerunt. Arietem signorum caput designauerunt propter Iouem Amonem, cuius in capite Arietis cornua prisci fingebant. Post Arietem mox Taurũ effinxisse ferunt, quia tunc terra arabilis esset, aptaq; culturæ. Geminos,

quia tunc germinando omnia geminãtur. Cancrum nominauisse: quia inde Sol Cancri more regreditur. Leonem verò, quia Sol ibi vehementissimè calefacit. Virginem, quia terra tunc exusta Solis ardoribus nihil pariat. Libram, quia Sol tunc noctes diebus adæquat. Scorpium, quoniam tunc aer primo frigore pungit. Sagittarium, propter vehementioris iam frigoris ventorumq; aculeos, cæteraq; similiter. Quid ergo stultius quàm certas animalium naturas propriosq; euentus hominibus sub hoc signo, vel illo nascentibus aut agentibus attribuere? cùm nihil eiusmodi sit in cælo, sed longè diuersa ratione confictum? Non dabis igitur medicinam ascendente Tauro vel Capricorno: quoniã cùm hæc animalia ruminent, potiꝰ vomitum concitabit. Quasi verò capra ruminans sit in cælo, ac non potius Capricornus ibi sit fictus: quia Sol inde in morem Capræ incipiat rursus ascendere. Et post hæc Aquarius atque Pisces, quia tunc vberiores pluuiæ profunduntur, & tunc Pisces maximè generantur. Fabricabit ergo quispiam Piscis imaginem in argento, cùm fuerit Luna sub Piscibus ascendentibus, capturus Pisces ad votum, confisus videlicet falsa figura Piscium in cælo fictáque natura. Sed vt ad Plotinum tãdem regrediamur: cælestia quidem corpora vult anima duci, animam verò viuere prorsus intellectu diuino, neque affectum ad inferiora vllum habere: quandoquidem neque corpora quidem illa rebus inferioribus, vel indigent, vel turbantur. neque igitur, vel dolore, vel noua vnquam lætitia tangi, neque odio malefacere cuiquam, neque simpliciter malefacere, neque electione significare nobis si qua significent: sed fortè ad illorum coream seipsa contentam significationem nobis aliquando consequi. Si enim aues nobis natura locóque propinquiores nulla nobis electione significant (si fortè aliquid est in augurio veri) sed ad earum volatum atque garritum agentem sua, interim significatio nostra contingit: multò minus astra portendere nostra deliberant. Profectò ni frustrà augurium vani docuere parentes cultu duntaxat dæmonum, auspicia, auguria, aruspicia, exta constabãt. Dæmones enim aeris caliginosi rectores, quondam cultores suos hac vel diuinatione, vel fallacia potius detinebant. Verùm si qua ad siderum motus futurorum coniectura contingit, vbinam sunt præscripta futura, ad quorum præscriptionem talis, aut talis cõsequatur, vel comitatur constitutio cæli? Profectò præscripta sunt in cælestibus animis, cælestem, id est, suam mouentibus faciem, vultibusq; suis aliter atque aliter iudicantibus cogitata: sed in eorum mentibus notæ sunt æternæ, non eorum tantùm, quæ ipsi vel per se, vel per cælestia facturi sunt: sed eorum etiam, quæ causæ quoque elementales consequentur, facturæ sunt suaptè natura: atque eorum insuper, quæ rationales animæ animorum germanæ cælestium communi, vel natura, vel sorte, vel consilio sunt acturæ. Communi inquam: quia non sunt hæc in illis pro inferiorum conditione designata per singula & vsque ad minimum distributa: sed pro communi illorum prouidentia disposita summatim per capita rerum, quæ deinceps per proprias inferiorum naturas, affectus, occasiones, consilia, diuiduntur vlterius: & in qualitatem quodammodo aliam deducuntur. Quamobrem singula prorsus inde pro comperto sciri non possunt: sed plurimùm communia quædam. quod & asserit Ptolemæus. Proprias verò singulorum conditiones in singulorum naturis imaginationibusq; oportet inspicere. Itaq; & inde simul & hinc in dies eiusmodi occupari præsagia (vt Origeni Porphyrioq; credamus) non hominum est, sed dæmonum: dæmonum inquam sagaciorum. Nam plerosque circa hæc dæmones coniectura sæpe falli putant, nobisq; mentiri. Quibus ergo de rebus è cælo nobis significatio fiat, astrologi veteres dubitarunt. Itaq; Abumasar, vbi de iudiciis agit, nonnullos inquit astrologos arbitrari, planetas de rebus tantùm vniuersalibus signa prabere, scilicet de elementis rerumq; naturalium speciebus. At verò de singulis & singulorum partibus atque actibus, scilicet moueri, quiescere, similiáque nihil penitus demonstrare. Alios autem putare stellas ostendere tantùm, quæ necessaria sunt scilicet, ignem quidem calidum esse, aquam verò frigidam, non tamen quæ sint contingentia, scilicet homo loquitur aut tacet: Alios denique opinari planetas portendere tãtùm mutationes temporũ, & quatenus per eas corporibus accidat. Addit Abumasar, Omnes posteriores astrologos sequi veteres: nec vlla veterum dicta intentioni huic scilicet iudicandi conducere: quoniam dicerent, impossibile fore sapientibus etiam astronomis quicquam de iudiciorũ scientia inuenire. In his Abumasar fatetur, iudiciorum causas regulasq; nondum inuentas, qui & Ptolemæo fuit longè posterior, & in iudiciis ipse nullam affert in medium rationem, sed pueriles tantùm similitudines. Ptolemæus quoque in libro de Iudiciis exiguum quid veritatis esse in iudiciis innuit dicẽs: Etsi contingat prędictionem maiori ex parte nos fallere, tamen operæpretium fuerit hæc subtiliter indagare, propterea quod veri aliquid inest.

De quinque aspectibus planetarum, & quomodo in his errant astrologi, & in cælestium qualitatibus actionibusque falluntur.

IIII Post hæc descendit ad amores & odia planetarum, & aspectus quodammodo & effectus. Prolixum foret, nimisq; absurdum narrare amores inter se, & odia planetarum, & quod turpius est, recensere quemadmodum hic quidem amat illum, ille verò non redamat hunc, sed potius odit. Quasi verò non omnes cognati sint, & optimi tanquam in regione vniformi, diuináque collocati. Nempe, cùm similitudo in rebus nostris mutua amorem æqua vtrinque ratione procreet mutuum, multò magis charitatem mutuam procreat in cælestibus, vbi arctior similitudo viget & copula. Vt autem quæ de aspectibus loquitur planius cognoscamus, meminisse oportet, astrologos aspectus quinque sic afferre, vt coniunctio quidem sit quando planeta ad perpendicularem fermè lineam planetam subit, oppositio verò quando maximè distant: ceu si alter in Ariete sit, alter verò in Libra septimo ab Ariete signo. Sextilis autem aspectus quando sexta inter hunc & illum duodecim signorum portio cadit, id est, duorum mensura signorum: Vt si Sol in medio Ariete, Luna in mediis Geminis videatur, vel ille in Arietis principio, illa in principio sit Geminorũ. Cadit enim inter hunc & illam Taurus quidem totus, & pars insuper Arietis atque Geminorum. Aspectus deinde quartus, vbi quarta Zodiaci pars inter hunc cadit & illum, id est, signa tria: ceu quando Sol in medio Ariete, Luna in medio Cancro, velut diximus. Nam tria inter Solem Lunamq; signa videntur: Taurus integer, atque Gemini, partesque insuper Arietis, & Cancri. Tria verò signa quartam duodecim signorum possident portionem. Trinus aspectus quando similiter quatuor intersunt signa, quæ pars est Zodiaci tertia, ceu si Sol sub Ariete sit, Luna similiter sub Leone. Ptolemæus causam cur tot solùm sint aspectus hanc esse dicit: quia ex duodecim signis fieri figura potest sex angulos habens, vt in quolibet latere signa sint duo: vbi aspectus anguli vnius ad alterum sextilis erit, sextam continens figuræ partem. Potest etiam describi figura quadrãgularis: item triãgularis. In illa quadratus: in hac trinus surget aspectus.

Non

Non potest autem figura quinque angulos habens ex integris signis duodecim fieri. Verùm aliter præterea fieri aspectus posse videntur. Nam tercentum & sexaginta gradus sunt in Zodiaco, qui in partes quinque diuisi figuram conficient quinque angulos possidentem: eodemq; modo angulus aspiciet angulum, quo in trigono aspectu fit atque tetragono. igitur pentagonus ibi potest aspectus considerari. Rursus ex gradibus Zodiaci cunctis fieri figura potest octo angulorum, aut nouem, aut decem: atque ita erit illic aspectus octauus, & nonus, & decimus. Quamobrem aspectus quinque solos afferre fingentis est potius quàm verè dinumerantis. Continuus profectò est orbis ipse Zodiaci, vbique stellæ, & signa inuicem signis inserta: vt non solùm per signa duodecim quasi sint inter se secreta facere possimus aspectus, sed per gradus vbique Zodiaci. Proinde, si verè loquimur, non dicimus sidus hoc illud aspicere, vel planeta planetam, ob aliam rationem, nisi quia hoc radios iacit in illud. Quælibet autem stella radios iacit in quālibet: quælibet igitur vbicunque sit quamlibet intuetur. Atque ex huiusmodi radiorū intuitu attingit magis, aspicitq; proximam, quàm remotam: quod quidem in candelis patet accensis. Nemo itaque dicat signum hoc non aspici proximum: sed spatio certo remotum: & stellam non proximam aspicit, sed remotam. Hæc enim opinio, imò hic error inde contingit, quod cælestia quidam metiuntur, imò mentiuntur ex nostris. Solet enim homo in chorea propinquum sibi ad latus hominem difficilius intueri, quàm separatum: quoniam caput non vndique habet oculos, quibus æqua facilitate conspiciat vndique. At in cælesti facie quæcunque sunt, sunt oculi, & oculus quilibet totus est oculus, totus vndique visus. Aiunt aspectum quidem sextilem esse mediocris amoris, trinum verò perfecti. aspectum rursus quadratum odij mediocris, oppositum verò summi. coniunctionem cum bonis bonam, malam verò cum malis. Atqui causam ob quam aspectus alius ab aspectu in bono differat aut malo, solùm ex figura vel numero assignare non possunt. Bonum enim malúmve non ad quantitatem pertinet, sed qualitatem. Præterea non ad figuram vel numerum actio pertinet aut passio, sed ad formas & qualitates. Has verò figuræ quædam vel numeri, vel consequuntur, vel comitantur. Neque rursus licet dicere, Arietem esse qualitate quadam Cancro contrarium, ideoq; quadratum ex hoc & illo contuitum planetarum esse contrarium & hostilem. Nulla enim in cælo sunt contraria, vbi non pugna, non transgressio, non interitus. Imò verò si figuræ quæ sunt in opere quodammodo inter se repugnantes, in artificis animo non repugnant: si formæ naturales inter se pugnaces in contemplatoris mente non dissident: si membra inter se aduersa non aduersantur in semine, certè in cælo non dissident inter se virtutes harum efficaces formarum, quæ certant in viliori materia non potente videlicet conciliare quæ capit. Iam verò non solùm non dissonat Cancer ab Ariete, sed consonat: partes enim vtræque sunt corporis plurimùm vniformis, & suapte natura quæ apud nos dissonant harmonicè temperatis: neque minus in cælo quàm in musico cantu inter se omnia consonant. Sic & nobis forsitan excogitare licebit humanam musicam ex harmonia cælesti: cælum nanque Pythagorici, Dei lyram appellauerunt. Coitum igitur planetarum apud nos octauæ vocis cōsonantia referat: hæc enim cum prima coire videtur: oppositionem verò cælestium quæ fit in septimo, vox quoque apud nos septima similiter omnium dissonantissima repræsentat sextilem aspectum: qui fit in tertio signo vox tertia: quadratum quarta: trinum, qui in quinto fit, quinta. Sicut ergo in consonantia nostra inde pendente quarta vox, vel interdum septima, quæ per se dissonarent, tamen vnà cum cæteris ad gratiam cōsonantiæ conferunt: sic & multò magis in harmonia cælesti aspectus omnes ad absolutam concordiam necessarij iudicantur. Hinc fit, vt sapientiores astronomi quartum aspectum adiūctum vel sextili vel trino, non solùm nō horreāt, sed exoptent: fit etiam vt per septenarios vel dierum in morbis, vel annorum in vita, quibus quadraturæ vel Lunæ vel Saturni mox veniunt, mutationes in nobis non semper in peius, sed in melius quandoq; contingant. Interea ridere iuuat astrologos, qui cùm Cancrum dicunt magis quàm Libram Arieti qualitate contrarium, aspectum tamen oppositum, qualis ex Libra resultat ad Arietē, magis quàm quadratum detestari consueuerint. Sed quid Cancrum garriūt frigidum atque humidum, in quo sol constitutus calorem nobis exauget? Quid calidum Sagittarium? sub quo sol terras à frigore vel imbribus non tuetur? Ex quo patet ex accessu solis potius atque discessu, quàm ex siderum qualitate, calorem & frigus intendi vicissim atque remitti. Neque nobis obijciant Lunam, vel Mercurium in alio atque alio signo aerem qualitate mutare, quia videlicet ibi alia sit & alia qualitas, nam primo quidem non vbique id efficiunt, neque enim vel æstus inde Scythis oritur vnquam, vel frigiditas & humiditas Indis. Deinde etsi fortè mutet, non statim conuincitur, esse illic eiusmodi qualitates inter se æquè pugnantes: alia enim virtute longeq; à nostris diuersa hæc inde proueniunt. Nónne tum ex variis affectibus animæ, tum ex contractione & dilatatione quadam spiritus, contrariæ statim oriuntur in corpore qualitates, quæ non sunt in animo spirituq; vel contrariæ vel qualitates? Ex lumine nimium repercusso fit æstus, qui non existit in lumine: Ex lumine liquor in cera simul, siccitasq; in luto: neque tamē in lumine sicca est vel liquida passio. Item certa stellarū positione, siue impulsione in terris eleuantur vapores & venti, neque tamen illic aut venti perflāt, aut vapores obnubilant. Quòd autē virtutes in cælo valde ab his quæ pugnant in elementis alienæ sint, coniectamus ex eo quòd omnibus in rebus quæ ex elementorū qualitatibus cōmiscētur, insunt mirificæ quædam vires, & præter & super naturas elementorū, quas speciales proprietates appellāt, speciebus his cælitus attributas. Mitto cætera: innumerabilia enim sunt. Sic magnes polū suū sequitur Arcticū, ferrū verò magnetē: sic paleæ succinū, Hoc verò polū fortassis Antarcticū. Per tales ergo virtutes quales hæ sunt, & quales in scamonea purgant bilem, & in elleboro atrā bilē, Abumasar probat præcipuas cælestiū actiones expleri: siue fixæ virtutes eiusmodi sint in stellis, siue quotidianis earum aspectibus ab eis sibi inuicē cōparentur, atque inde ad inferiora mittantur. Meritò igitur Abumasar & Albius Ptolemæum vbiq; reprehēdunt, quòd qualitates stellis elemētales & inter se repugnantes sæpe tribuerit, probantq; non esse tales in cælo naturas. Mitto nūc quòd nō solùm ij quos dixi, à Ptolemæo dissident atque aliis, sed Ptolemæus ipse dissentit ab aliis, vbi de terminis loquitur planetarum, narratq; alios inter se dissidere. Ægyptios enim à dominis domorū maximè solitos accipere terminos: Chaldæos autē à dominis triplicitatū, idq; latissimè confutat. Mitto quod in aspectibus exaltationibusq; dissentiunt. Ptolemæus enim à signo simpliciter ad signum: alij quidā à gradu metiuntur ad gradū. Exaltationes quoque planetarum Ptolemæus in toto quodam signo putat accipiendas: alij verò nonnulli à certo quodam spatio signi. Similiter de significatore vitæ, & de annorum datore dissentiunt. Redeo parumper ad qualitates. Cùm Martem igneum esse arbitrentur, cur non in Piscibus cadere tradunt potius quàm in Libra? An quia Libra maximè distat ab Ariete domicilio Martis. Sed profectò maior est distantia naturæ quàm situs: magis itaq; discrepāt ab Ariete pisces, vt aiunt aquei, quàm aeria Libra.

Cur nam in Libra volunt exaltari Saturnum, quem terreum esse putant? Prolixum foret eiusdem generis cætera re-
censere. Redeamus iam ad Plotini conclusionem, Refert quidem primum, astrologos arbitrari vnamquamque per se
stellam suum aliquid agere: ex cunctis verò inuicem conspirantibus nouum aliquid præterea confici. Ex quo patet, ex
his quid potissimum proueniat, iudicare neminem perspicuè posse. Deinde significat astrologos non habere modum,
quo planetæ agant, quæcunque dicuntur efficere. Neque enim vel proprio quisque vel communi cuncti consilio in-
digent ad agendum: siquidem naturales infra lunam causæ natura sua sufficiunt ad agendum, neque consilium exi-
gunt vllum vltra naturam. Neque rursus cùm stellæ faciant hæc more naturæ, aliter, vel alia faciunt, quàm fieri
posit tenore naturæ, quamuis præstantius atque præstantiora faciant, videlicet præstantiore natura. Non ergo pro-
phetas efficiunt, non miracula, quæ fieri debent diuinitate: non theologos: non geometras, qui mente fiunt, & arte:
non diuites: non reges: non his oppositos qui prudentia, occasione, fauore fiunt, vel impediũtur oppositis.

Errata astrologorum de Saturno, & Marte, & Luna.

V In capite libri quinto errores astrologorum prosequitur latius & insequitur. Saturnum tradunt, quia sit frigi-
dus, obesse naturæ, ideoq; separant ab ascendente (vt aiunt) vitæ principio. Atque vt inde maximè separent, stultè ni-
mium in duodecima collocant. Quæ quidem sedes, etsi quodam illorum computandi more videtur à prima omnium
remotissima, reuera tamen est proxima. Est enim Orienti continua sursum, quódve ascendit sidus mox properat in
duodecimam: itaque Saturnum in septima tanquam omnium distantissima probabilius collocassent. Sed ne id quidẽ
volunt, ne nascentibus opponatur: sed in vtroque sibimet repugnare videntur: nam Saturno & ascendens alia ratio-
ne solent accommodare, & primi conceptus exordium. Præterea dicunt Saturnum Martemq; tum coniunctos, tum
oppositos inter se nobis obesse. Rectius fortè dixissent, ita maximè Saturni frigiditatem calore Martis, huiusque fer
uorem illius frigore temperari. Adiungunt, Saturnum quidem si die nascentibus sit super terram, aut prope Oriẽtem,
diurno calore temperatum, tunc propitium nobis euadere. Atque etiam si sic ascendat: præcipuè in Aquario non ob-
esse naturæ. Martem verò tanquam igneum esse in nocte ponendum, siue sub terras, ne calore solis ferueat ve-
hementius. atque in hoc similiter, vt sæpe, delirant. Cùm enim vmbra terræ vnde nox prouenit vix ad lunam vsque
perueniat, omnia omnium supra lunam stellarum lumina continuè se nullo interueniente contingunt: similiterq;
semper in die sunt, nunquam verò sub nocte. Maximè verò omnium ab vmbra & frigiditate, quæ duo terræ propria
sunt, Saturnus separatus existit: vt nihil absurdius videatur, quàm hunc obscurum frigidúmque vocare. Præterea
concursum Lunæ cum Saturno, vel Marte vituperare solent. Quanquam si vel plena lumine Saturnum subeat, vel
vacua Martem, damnare non audent. Nam si plena coeat cum Saturno, tum hanc illum suo fouere lumine, tum illũ
non frigefacere plenam. Contrà verò si plena Marti se subdat, aduri inde simul atque comburere: Si vacua, temperari
vicissim atque temperare. Hîc quoque vt alibi audentius errant. Primò quidem, neque se cælestia tanquam con-
cordia semper, comburunt vnquam, vel frigefaciunt: deinde, si id forsitan concedatur, contrà foret agendum. Luna e-
nim cùm semicirculo ad nos spectante plena est, interim est altero vacua, atque vicissim, ideò vt incommodum illud
deuitaretur, subijcere hãc potius Saturno debebãt. Quando nobis est vacua, tunc enim offert illi se plenam, Marti ve-
rò quando nobis est plena. nam tunc ostendit illi se vacuam. Inter hæc expedit admonere multas in codice Græco clau-
sulas videri transpositas: verbaq; sæpius permutata: hæc equidem diligenter pro viribus emendaui, vatis (vt ita di-
xerim) potius quàm interpretis officio fretus. Quæ igitur mox in textu sequuntur, sensum duplicem admittere pos-
sunt. Aut enim significant, Saturnum non admodum opitulari nobis interdum, quia sit procul: ideoque Lunam saltẽ
esse, tunc oportere erga nos plenam, vt saltem illa nos adiuuet. aut potius significant, Saturnum non opitulari Lunæ,
quia sit procul à Luna, neque illam illi vicissim siquando vacua sit ad illum. ideoque oportere hanc illi se porrigere ple-
nam: satisq; nobis tunc illam facere suo erga nos orbe dimidio, quamuis erga nos vacuo. Item quãuis Saturnus sit pro-
cul à nobis. Primus quidem sensus verba manifestius sequi videtur: quæ vereor esse peruersa. Neque enim antecedẽ-
tibus neque sequentibus Plotini dictis sententiisq; conuenire, sed potius repugnare videtur.

Quòd in cælo sit tantùm lumen, & calor, & humor: frigus autem & siccitas circa centrum: nec aliquid cælestium per se frigus afferat, vel siccitatem, vel aliquid vitæ noxium.

VI Cùm cælum vitæ sit proximum, ideoq; quammaximè viuens, maximeq; viuificum: putandum est per se pri-
moq; calefacere, atque humectare. Duo enim hæc propriè conducunt ad vitam: nunquam verò per se frigefacere vel
exsiccare, quæ suaptè natura sunt contraria vitæ. Atque si conferant, ex accidenti quodammodo conferunt: frigus
quidem ne nimium calor excrescens repentè dissoluat humorem: siccitas autem, ne nimium defluat humor. Hæc au-
tem duo satis nobis suppeditantur à terra. Id autem inde insuper confirmabitur, si verùm fuerit quod plerique putãt.
Sicut mors nihil aliud est quàm priuatio vitæ: ita frigus & siccum mortiferas qualitates non aliud esse, quàm caloris,
& humoris priuationes. quod alibi Plotinus ipse significat. Probabile quoque est: sicut tenebræ in longissima à cælo
distantia luminis tantùm priuationi contingunt: ita frigus & siccitatem ex nimia à cælo distantia propter caloris
humorisq; absentiam fortè contingere. Totum verò cælum esse calidum, patet, quia totum est ignis: totum iterum
esse ignem, ostendit sublimitas, mobilitas, lumen, calor vel occultus omnia fouens. Calor autem amplissimus spatio
nullam patiens violentiam familiarem habet humorem. Profectò in anima cæli tria potissima sunt, vita, & intel-
lectus, & motus. Est enim anima vita quædam & intellectualis & mobilis, totumq; hoc est vnum. Quod igitur est
in anima vita, in cælo calor existit. Quod rursum illic intellectus, hic est lumen. Quod tandem illic motus vitalis est,
hic vitalis est humor. itaque non aliud humor est quàm agilitas (vt ita loquar) ad motum. Ignis ergo cælestis non
solùm calidus dici potest, sed insuper humidus, id est, liquidus, fluidus, agilis, atque lubricus, & lenis, & blandus: siqui-
dem in siccitate rigiditatem asperam intelligimus: qualem etiam frigiditas vehementior infert. Quamobrem nihil
aliud est in cælo nostris vllo modo qualitatibus simile, nisi calor, humor, lumen. Lumen inquam illic est intelligentiæ
loco: calor illic efficacia vitæ: humor vitæ motus & pabulum. Nec aliter ibi calor ille sentitur, quàm tanquam fa-
uor, fomentum, recreatio, vigor: nec aliter humor, quàm vt augmentum, & amplificatio, agilitasq; suauis. Inde hæc
&

& similia quædam apud nos sunt. Illi rursus calori humido humoriq; temperatè calenti, similis est quodammodo spiritus & calor humorq; vitalis, vel manifestus in animalibus vel occultus in plantis passim à cælo insitus: à cælo inquam omnibus insito. Siccitas autem atque frigus rebus nostris hinc certè non inde contingit: siccitas quidē ob ipsam loci huius angustiam, densamq; naturam, asperam, resistentem, percutientem, formationi motuiq; ineptam: frigus autem ob distantiam tum per naturam à toto cælo, tum per situm à stellis quammaximam. Quantum igitur ad frigus pertinet, Auerroem valde probamus dicentem: cælestia nulla frigus inferunt, sed calorem omnia: quæ verò dicuntur afferre frigus, ea sunt quæ calefaciunt minus. Hæc in libro de Cælo ex sua Aristotelisq; sententia, Abraham Auenazara appellat Saturnum frigidum, qui calorem affert nostro remissiorem. Cælum itaque totum est calor lucidus, humens: id est, vita quædam efficax cum fauore amplificabilis, agilis, atq; formabilis. Formabilis inquam facilè per humorem, tralucidum ab archetypo: rursus per calorem lucidum inferiora facilè formans. Sed alicubi est in cælo plus caloris aliquantulum, quàm humoris: alicubi verò vicissim, alicubi portio est æqualis vtrinque luminisq; similiter. Atque horum trium diuersa inter se proportione sunt ibi diuersa, quemadmodum hic ex varia caloris humorisq; mistione passim sub cæli radijs varia coalescunt: siccitate interim atque frigore magis minúsve forsan impediente, vel etiam adiuuante nonnihil. Meminisse verò oportet, calorem humoremq; cælestem esse à nostris genere longè diuersum: multò etiam magis, quàm vel calor naturalis in viuo ab ardore fornacis, vel ab hac ipsa flāma ipse Solis tepor in amplo. Ex quo tamen in concauum quandoque coacto in materia dura, in materiam siccam flamma prorsus accenditur. Denique humor est in cælestibus non distillans, calor quoque non edax. Humor ab humore aerio saltē tantum differens, quantum aerius humor ab aqueo. Temerè igitur in cælo fingitur frigus & siccum, siue dura soliditas. Quippe cùm dum à terra sursum ascenditur, siccitas fugiatur, & frigus omnisq; duritia: ac perueniatur mox in humorem & lenitatem, simulq; in auspicium blandi caloris ex lumine. Frigidum igitur atque siccum simul & durū ex naturali & extrema ad cælum distantia prouenit, & interea quæ media sunt ad cæli similitudinem humida sunt atque tralucida, facileq; mobilia. In cælo autem maximè mobili nihil est frigoris atque sicci, nihil duri motum impedientis, & lumen. Siquid ergo fingi sub cælo potest simile substantiæ cæli, tractabile manibus oculisq; conspicuum, id argentum viuum esse videtur: in quo calor vegetus cum humore multo quidem, sed tenaci motum procreat inquietum. Si rursum subtiliorem & tralucidam huic adhibueris lucidamq; naturam, habebis & cælum. Quod quidē non esse durum ex eo confirmari videtur, quòd inter physicos & astronomos in eo duritiam asserentes, vbi de circulis, centris, distantiis, motibus disputant, multiplex & insolubilis oritur controuersia. Physici quidem astronomos criminātur, quòd impossibilia fingant: astronomi physicos, quòd rationes de his nequeant assignare. Mitto quomodo Theologi corpora gloriosa cælis inserant, nisi cesserint. Mitto vehicula apud veteres animarū. Felicitatem verò cedendi subito coniunctam reditu, vbi nulla naturalis substantiæ, vel qualitatis, vel ordinis inde perturbatio sequitur, malam appellare nō decet. Sed ad alias cælestium qualitates iam redeamus. Etsi nihil est ibi frigidū aut siccū, stellā tamen quæ calefacit minus, frigidā appellamus: forsan & quia dum illa meatus nostros radiis tepentibus aperit, facilius ingreditur terrena frigiditas. Siccā quoq; stellā quæ humefacit minus, possumus nuncupare: fortè & quoniam humectando parum, sæpe pabulū suggerit igni, inde materiā feruentiùs siccaturo. Calefaciunt autem omnes vbique stellæ, non motu tantùm, sed etiā ipsa natura, natura præcipuè luminis. Quod probat & Auicenna dicens: Vbi plus est luminis, etiā plus esse caloris. Hinc Hippocrates ait: Aerē nocturnū stellarum luminibus subtiliorē fieri & calidū aliquātum, generationiq; & vitæ accomodatū. Aristoteles etiā vbi de partibus animaliū dubitat, ait: noctes in plenilunio esse calidiores propter Lunæ lumen. Luna quidem minimè calida est, humida multum. Quæ si ideò duntaxat dicatur non calefacere, quia tardius quàm Sol moueatur, deberet forsan tarditatem motus cum propinquitate ad nos quodammodo compensare, ideoq; quodāmodo sicut Sol, calefacere motu. Item si stellæ fixæ, quamuis velocissimè moueantur, tamen dicantur non calefacere motu, quia maximè distent, deberent forsan distantiam cum motu celerrimo compensare, & iccircò similiter calefacere. Verùm si motus ipse simpliciter causa sit caloris, nec motus vllus calorem extinguet & flammam, ac saltem velocior quidem vehementioris, tardior verè tepidioris erit origo. Rursum si non motus ipse simpliciter calorem gignit, sed certa velocitas, primò quidem reuera non video, quidnam distantia valeat vel propinquitas, dummodo motus ipse sit velox: deinde hîc satis patet caloris effectum in aliam, præter motum, causam referendum: & meritò, quoniā motus siue sit voluntatis, exigit ante se imaginationis formam atque naturæ: siue sit naturalis inclinationis, naturæ formam exigit præcedentem. Non ergo motus ipse calarem aliámve generat formam: sed forma quandoque per motū, talisq; forma talē: quamuis forma prior sit natura præstantior. Denique quisnam asserat localē motū, qui & omni forma deterior est, atq; pertinet ad externa, suaptè natura generare calorē sæpe latentem, vel ex durorū collisione corporū mediū confringit aerē, solumq; rarefacit: sic extenuatus aer ad competentē ignis conditionem, ab idea seminaliq; ignis ratione, quasi fomite formā ignis induitur. Luna igitur calefacit minùs quàm Sol, quia calida minùs. Superiores stellæ minùs quoque quàm Sol, quia vel calidæ minùs, vel minores Sole, vel longè distantiores, vel inter se admodum separatæ. Videtur autem Sol secundùm accidens exsiccare: non quia in eo sit vel sicca natura, vel vis alia desiccandi, alioquin nec omnia naturaliter augeret, imò ignis more minueret, sed quoniam radij Solis vel in concauis nimium duris nimium coarctentur, vel ex directo percutientes fortius ad nos reflectātur: tunc enim vis per eiusmodi violentiam noua contingit. Omnino verò quia radij tanquam immateriales, liquidissimi, immaculati, neque colligunt, neq; confringunt propriè, neq; confringuntur, sed vel cōgregantur, vel è regione redduntur, apparet calorē illis inesse natura, qui congregatione propria intendatur, ac vehemetius agat. Luna quoq; frigus ex accidenti videtur afferre, quia & meatus lumen eius nostros aperiat, & nosturnum interim frigus extenuet. quo fit vt frigus inde subtilius per patefactos aditus liberius intret. Frigoris quidem natura est interimere atque comprimere: lumen verò Lunæ gignit prorsus & auget: vtpote quod habet cum humore calorem. Similiter Solis lumen ex accidenti causa frigoris est nonnunquam: siue naturalem corporis nostri calorem foras prouocet: siue post calorem Solis mox calori vetóq; corpus exponas. Saturnū præterea nefas est frigidū vllo modo, & ꝓpterea mortiferū appellare. Nihil.n. in igne tanto tamq; vitali, vel vllo modo frigidū, vel lætiferū esse potest: Satis esto, apud Saturnū ab humore vinci calorē. Cumq; talis sit, & à nobis insuper remotissimus, parū admodum caloris afferre, humoris quoq; non multùm: quia præter hæc duo vis est in eo naturaliter contrahendi, sistendi, continendi, cogendi. Vnde quamuis exsiccet nunquam,

sicut neque Luna, videtur tamen quodammodo desiccare, dum in seipsum cogit humorem: sicut & Luna dum decrescit lumine, vel descendit. Difficile verò Saturnum esse humidum negare possunt, vbi aiunt illum sæpe pluuias augere, & fluxum alui citare: pestiferum verò hunc appellare non licet: quippe cum prouidentia cuncta dispones sphæra tam ampla hunc honorauerit, proximumq; vitalibus stellarum innumerabilium radiis esse voluerit. Mitto quòd Theologi veteres mentem ipsam attribuere Saturno, ipsiq; menti vitam primam æternitatémque dicauerunt. Nónne cum hoc Astrologi ascendens computant vitæ principium? Nónne primum conceptionis mensem Saturno commendãt? nunquid à mortifero vitam auspicari decebat? Quid ergo? Primum ei mensem iccircò committunt, vt sicco frigore suo cogat semen, sistátque ne diffluat. Sistit profectò, cogitq; non frigida potestate vel sicca, alioquin exordium vitæ peteretur à contrario vitæ, sed mira quadam contrahendi, & colligendi, & continendi virtute. Multa enim sunt, quæ lac aliósque liquores alia cogunt virtute quàm frigida. Itaque Saturnus non frigiditate vel siccitate conglutinat, alioquin statim ab initio redderet generationi vitæq; prorsus ineptum: sed virtute potius à circunferẽtia ad centrum omnia redigente: nec modò frigoris, sed more manus, & pugni: vel natura coaguli arctius comprimente, sicut & Mars vicissim ad circunferentiam à centro protendit. Quod autem natus octauo mense non viuat, si modò ita semper accidat (accidit enim aliter in Ægypto, & alicubi apud Græcos) causa erit non frigiditas, siccitásve Saturni, sed violentia quædam aliunde tunc illata, quæ nasci eo tempore cõpellit eum, quo adhuc Saturnus in visceribus detinebat. Non enim dum hic retinet, nascitur aliquis, nisi violenta nimiũ causa expulsus ex aluo. Nam & Peripatetici medicíq; aliunde quàm à Saturno rationes assignant: & astrologi tradunt in regionibus Indiæ Saturno subiectas vitas esse longissimas. Sed nónne ex accidenti saltem à Saturno siccam frigidámve naturam nonnunquam euenire dicemus? Tunc ita fortè videri, si quando Saturni radius in frigida & sicca materia capiatur: eam enim & per se paulùm calefacere potest vel humefacere, & sistit nimium, vnde cogitur materia gelu. Sed tum in humidiore, tum vel maximè in calidiore quamplurimum conferre videtur. Nam & humore suo temperat caloris excessum, & ipsa conglutinandi virtute cohibet humoris effluxum. Mars verò contrà, in materia frigidiore vel humidiore moderatur effectum: calidiorem verò præcipitat, nõ tam in caloris excessu, quàm vigore mouendi. Sed quoniam de seminali nunc materia fecimus mentionem, operæpretium est admonere, vim in fœtu Solis & Lunæ vniuersalem esse in calorem humoremq; vitalem. Vim Saturni esse, seminalem materiã colligere penitus atque firmare: Iouis officium, mouere deinceps, intúsque fouere: Martis actio, ad externa mouere: Mercurij munus, figurare ad sensum spiritus atque membra: Veneris ministerium, ad affectum & propaginem omnia conformare. Hæ verò sunt dotes præcipuè pertinentes ad corpus, ex planetarum signorúmque corporibus. Ex eorum iterum animabus in nostris animis à Saturno contemplatio cautióq; & conseruatio diligens augetur: ab Ioue ciuilis & prudens potissimum gubernatio: à Marte magnanimitas malorum iniuriarúmq; expultrix: à Mercurio inquisitio quælibet & expressio: à Venere charitas & humanitas: à Sole honestatis cura pudórque & gloriæ studium verioris: à Luna denique rerum vitæ necessariarum cura & prouidentia diligens. Sed nequis nos fortè damnet planetas sic ordine Platonico disponentes: memento diuinam prouidentiam statuisse Solem per latitudinem Zodiaci minimè peruagari: tota enim huius euagatio sub vnius portionis æstimationem venit. Quoniam verò Sol planetas sibi nimium & altitudine & latitudine propinquantes fortè confunderet, & virtutis excellẽtia penitùs occuparet, ideò decretum est, Lunam atque Venerem, quarum medius Sol incedit, latius euagari: nam ad duodecim ferè portiones peruagari veteres voluerunt. Mercurius tanquam remotior à Sole quàm Venus, angustiori se peruagatione defendit: nam ferè ad portiones octo percurrit, Mars & Iupiter ad quinque. Saturnus vtpote remotissimus ad tres in latum portiones excurrit. Sic eorum opinio confirmatur, qui Veneri Mercurium anteponunt: quanquam & qui contrà faciunt, ordine signorum se defendunt. Sicut enim domus procedũt, ita planetas disponi volunt. Cancer ergo primam ponit Lunam: Leo Solem secundum: Virgo Mercurium tertium: Libra Venerem quartam: Scorpius quintum Martem: Sagittarius sextum Iouem: Capricornus Saturnum septimum. Deinde versa vice ponuntur. sed hæc illi viderint.

Compositiones in naturis planetarum, ac diuersæ vires: & actiones, & ex cunctis mira cæli contemperatio.

Sed redeo ad Plotinum. Cùm asserat omnia in cælo calere, frigere nihil, & tamen in quibusdam magis minúsve temperari calorem, videtur humorem illic cum calore coniungere: cuius commixtione temperatio fiat. Non enim illic calor frigiditate reprimitur, neque seipso insuper refrænatur, neque merus ibi regnat atque solus: alioquin non alibi magis, quàm alibi dominabitur. Humor igitur illic, id est, lenis, & agilis teneritudo quædam, & velut vncta liquiditas, & alma fœcunditas: humor inquam, huiusmodi ibi tum calorem alit vt nectar, sicut calor alit lumen velut ambrosia: tum cohercet incendium, ne vel ex incendio calor insuper ipse perdatur: tum collisionem sphærarum mutuam prohibet, alioquin ex rapidissimo motu futuram, sphærásque & alia protinus exusturam: tum denique motus radiósq; lenit & mulcet, quo blandius inferiora contingant. Hæc omnia perficit humor: humor inquam familiari calori suo adeo necessarius, vt nunquam destillet inde vel diffluat, vel calorem ipsum obtundat & suffocet. Profectò sicut in anima vitalis motus ab animali vita, hæc autem ab intellectu dependet, & seruatur, atque vicissim: sic in cælo liquiditas à calore, calórque à lumine. Ita igitur vel exempli causa compone cælestia: in Saturno calorẽ valde superat humor: In Marte longè calor humorem: Iupiter horum medius calorem quasi pariter cum humore contẽperat: Marti deinceps, vt more Platonico digeram, succedit Mercurius referens Saturni naturam: Huic Venus quasi mistionem Iouiam repræsentans: Dico autem quasi, propter eorum opinionem, qui putant Iouem quidem declinare aliquantulum ad calorem, Venerem vero potius ad humorem, sed ex ambobus temperiem confici perfectissimam. Sol deinde sicut & Mars calore valde vincit humorem: Luna tandem quemadmodum Saturnus atque Mercurius, plus admodum humoris possidet, quàm caloris. Sed horum trium humor ita se inuicem habere videtur: Saturni quidem humor semper recurrit ad centrum: Lunæ verò ad circunferentiam potius lumine crescente dilatat: Mer-

curij denique mediocriter facit vtrunq;. Sed vt Lunam repetam, hanc cùm decrescit lumine astrologi doctiores aiunt, non minuere quidem humoris substantiam, sed ad centrum potius cohibere sicut crescendo dilatat quod apparet in mari, cuius dilatatur etiam amplitudo, dum Luna medium cælum petit ab Oriente: dum verò à medio ad Occasum tendit, refluit in angustum. Neque interim verisimile est tam facilè, tam subitò per substantiam augeri, vel minui. Præterea calor Solis, & Martis differenti conditione mouentur & mouent: Martis quidem, velut in pyramidem: Solis, in orbem. In duobus igitur, id est, Ioue simul, & Venere quasi par est humoris portio atque caloris: sed enim cum in duobus vicissim, id est Sole Martéque longè calor exsuperet, curnam tria sunt Saturnus scilicet, & Mercurius atq; Luna, in quibus humor excedat? Quia & calor efficacior est quàm humor, & Solis Martisq; simul moles est ingens. Ideò iure coniuncti duo, è regione trium opera temperantur. Tanta quinetiam caloris est efficacia in humorem, vt faber ipse mundi voluerit in ipsis sphærarum molibus quæ stellas continent, humorem librata portione superare calorem: vt portione saltem quasi pondere, naturam humor suam ad efficaciam caloris adæquet. Hac itaque ratione sphæræ omnes supra terram aquæ vocantur, atque sicut mare ad terram aqua est & liquor, sic aer est humor ad mare: sic Lunæ circuitus est liquor ad aerem: sic superiores ad hunc & ad se deinceps habere videntur, vt superiora semper inferiora foueant & fæliciter alant. Sunt igitur aquæ sub firmamẽto: sunt & in firmamẽto, tum in ipsa firmamẽti temperie, tum in stellis firmamento nitentibus, eaq; inuicem qua planetæ proportione compositis: sunt & aquæ super ipsum etiam firmamentum, quas & astronomi posuerunt, vt motus omnino simplex duplicem & oppositum firmamenti motum regat & ducat. Super has item aquas ignem Theologi posuerunt, id est, empyreum cælum amplius christallino. Atque hoc fortassis est lumen, quod apud Moysen Deus ante Solem, & Lunam, & stellas accendit. Cælum hoc ea ratione christallinum præcedere iudicatur, qua & status motum, & calor humorem. Sed nunquid in empyreo calorem comitatur & humor? Comitatur quidem, sed absorptus in ipsum. Nũquid rursus in christallino calor comitatur humorem? Comitatur sanè, sed tractus ad ipsum. Atque ita deinceps paulatim crescit humor in sphæris, donec sub media tandem aeris regione humor, & velut superfluus, & tanquam à calore iam alienus diffluat & spargatur. Superius autem vsqueadeo est alter alteri necessarius atque domesticus, vt & humor calorem nutriat atque moderetur, & calor humorem foueat atque conseruet. Vtroque verò custoditur & lumen. Sed vbi plus est caloris, ibi lumen est efficacius, & oculis admodum manifestius. Vbi verò humor abundat, lumen & minùs est efficax, & albedinis instar quasi spargens intuitum minùs sese oculis offert. Interea meminisse te volo, lumen & calorem in stellis humidioribus, etsi quantum ad stellam solam pertinet, nos minus afficiat, tamen paulatim deinceps afficere plurimùm atque diutius, nisi fortè aliunde superuacuus affluat humor ab initio siue frigus: tum quia non fiat in materia resolutio cita: tum maximè quia cùm hæc stella eiusdem fermè temperationis sit atque sphæra qua regitur, nimirum vnà cum propria sui dote contrahit ad nos abundantius sphæræ totius influxum. Atque ita quantùm cæteræ propria sunt sunt virtute potentes, tantùm hæ præpotentes virtute communi: maximæ verò stellæ quæ in sphæris sunt amplioribus. Semper enim circus amplior tanquam continens & ducens præstantior est, virtutémque suæ stellæ mirabilem inserit, sed occultam. Sed vt ad Plotinum regrediamur: Mars quidem non nocet caloris acumine, sed humidiorem materiam temperat: Neque etiam Saturnus est noxius, sed quoniam remotissimus est, iccircò influxus eius quasi peregrinus nobis cur non facilè congruit, præsertim iuuenibus: nisi vel cæteris luminibus ritè commisceatur, vel ipse in sidere sedens hũmano, in quo vel habeat domicilium, vel exaltetur, quodammodo sit operis auctor: Neque Mercurius fit aliquando malus, sed cùm sit medius omnium, facilè omnibus sit persimilis. Denique sicut in animali singula membra quamuis qualitate diuersa, & inuicem, & toti conducunt ad bonum: sic in cælo, quod communi etiam vita viuit, Sol quasi cordis obtinet locum: Mars verò fellis, Iupiter iecoris, Venus & Luna membrorum (vt ita dixerim) genitalium: Mercurius linguæ vultusq;, Saturnus capitis atque splenis, & stomachi: Stellæ fixæ vicem referunt oculorum, & quæ diuersa videntur conferunt ad temperiem. Dixi equidem vniuersum vita quadam communi vigere, per quam omnia mundi membra vicissim passione communicant, id est, ab alio in aliud facilè transfertur influxus, & occultus passim excitatur sensus, & incitatur affectus. Quando verò communem dico vitam, vnà cum Plotino irrationalem intelligo vitam, ab anima mundi vniuerso tributam: in cuius communione in omnibus quædam actionis & passionis consensio nascitur. Sed huic vitæ non confusas, sed coiunctas esse volumus, similes quoque stellarum, & dæmonum, hominumq; vitas: quasi varias membrorum vitas cum communi totius animalis vita penitùs conspirantes: vt non mirum sit hæc inuicem per proportionem quandam fieri signa, id est, ex aliis mundani animalis membris simili proportione, qua in nobis indicia nonnulla præberi ad aliorum indicandos effectus.

Indicia quinque, quòd stellæ non omnia faciant.

VI Caput sextum indiciis quinque confirmat, stellas non omnia facere. Primùm constat sanè tum dignitate naturæ, tum sublimitate loci, tum amplitudine potestatis, quamlibet stellarum vel minimè bonam, viro vel optimo meliorem prorsus existimandam. Quamobrem scelera quæ vir optimus non patraret, stellæ minimè perpetrant: præsertim quia cælestia omnia viua diuini artificis sunt instrumenta. Quod asserit & Ptolemæus, & ratio docet: tum quia per illa hîc singula tam artificiosa ratione formantur, vt ars quidem omnis hæc pro viribus imitetur, sed nulla vnquã assequi possit: tum quia cælestia quamuis tanta potestate prædita sint, nunquam tamen liberiùs peruagari videntur, sed instrumentorum conditione certo quodam tractu ac limite ad præscriptum directa finem ducũtur per eadem semper, & similiter reducuntur. Quicquid igitur per cælestia diuini artificis instrumenta peragitur, ab ipso Deo præcipuè prouenit: cùm verò à summo bono malum ab ordine cadens fieri nequeat, certè quod astrologi quidam garriunt, per Martem Veneremque in Ariete vel Tauro coeuntes, nunquã apud nos adulteria committuntur. Indicium secundum: Cùm diuina quidem cælo superiora neque natura, neque modo mutentur: quæ verò inferiora sunt cælo, mutentur vtrisque, consequens fore videtur, cælestia tanquam media, etsi modo quodam semper mutari videntur, nunquam tamen natura mutari. Delirat ergo qui dicit, planetas hac hora, ex hoc ipso conspectu talem sortiri naturam: hora verò sequenti, naturam rursus aliam ex alio conspectu subire: similitérque deinceps: neque terminum, vel naturæ suæ proprium vel ad alios in tempore certum prorsus vllum habere sed more Cameleontis semper ad obiecta mutari. Tertium: stellæ sunt à nostris admodum separatæ, sunt communissimæ causæ, sunt natura & numero terminatæ:

*influxus quoque stellarum quacunque ad nos cælestium motionum constitutione mittantur, communiores ad nos
stra veniunt atque definiti. Incerta igitur effectuũ multitudo, & infinita diuersitas nequit ex illis sine medio perae
gi, sed inter cælestia inferioresque effectus oportet causas occasionesque cadere medias, tum magis natura diuersas,
tum forte quotidie varias, quibus ad minimos quosque & innumerabiles descendatur effectus. Stellæ igitur neque
consilio terrenis minima quæque disponunt, alioquin tanta forent solicitudine miseræ: neque naturali conditione,
mox ex communissima ipsarum natura ad distinctissima quæque descendunt. Quartum solent astrologi dicere, pla-
netam in certo signi termino positum, nonnulla promittere, quæ non antea præstet, quàm vel ad eundem terminum
reuertatur, vel totidem anni prætereant, per quot gradus ascenderit. Item quod promisit non prius absoluere, quàm
signum idem in natali reuolutione nobis rursum ascenderit: & quot ab initio gradibus nobis ascenderat, annis toti-
dem in natali reuolutione ascendere rursus. Præterea, planetas singulos, aliasq; stellas prout alibi vel alibi nascen-
tibus imminent, effectum magis minúsve differre. Totum quidem hoc hominis est pro arbitrio numerantis, ac fin-
gentis potius quàm docentis. Etsi planetam probabilius fingere licet, quando redit ad idem facere similiter idem,
tamen quod facere primò non potuit, efficere secundò non poterit: neque planè perspicio, curnam ex prima positione
non faciat, quæ fortior admodum in nobis est secunda. Quod idem de dilatione simpliciter dicitur ad agendum, pe-
nitus est confictum: nam si causa ipsa dum præsens est, non efficit, multò minùs peragit absens. Afferent fortè certã
huius causæ vim eò vsque seruari: ego verò vbi seruetur exquiram. Aut enim in causis nobis propinquioribus, aut in
materia, aut vtrobique seruatur. Esto igitur, ita seruetur. Ita certè seruata, pro eorum quæ seruant conditione serua-
tur, atque ad ipsorum naturam trahitur paulatim, & pro eorum distinctione distinguitur. Quod ergo denique fiet,
sub proprietate nostra potius quàm communi continget. Quintum: quemadmodũ in Theologia probauimus, ac rur-
sus alibi repetemus: omnis causarum turba ex vna primaq; dependet causa, adeò vt inde sit, & seruetur, atque duca-
tur, alioquin diuersitas causarum non conducet ad vnum, nisi & deducatur ab vno. Quæcunque igitur fiunt desu-
per, tanquam à summo bono pendentia, & ornatissimè fiunt, & optima veniũt. Nemo igitur stellas vel solas omnia,
vel mala etiam facere audeat confiteri.*

Indicia quinque, quòd stellæ significant potius nostra, quàm agant.

*VIII Plotinus & Origenes condiscipuli, sub Ammonio Alexandrino, ac semper amici, hac in re sicut in plerisque
consentiunt: stellas neque omnia facere, neque vbi agunt, omnino peragere. Item multa significare quæ ipsæ non fa-
ciant: non omnia, inquam, facere, ne si mala fecerint, vel Deus non prouideat, vel sit iniustus, stellæq; simul iniustæ.
Neque rursus omnino, ne si ad exactissimum ipsæ singula peragant, naturalium rerum actio vacet, & liberum ces-
set arbitrium. Simili quoque consensu frequentem stellis significationem vel vbi non agant, libenter iccircò conce-
dunt: quoniam ex hoc diuina prouidentia maximè confirmatur: neque enim possent in præsenti hac vniuersi facie
præferri indicia præteritorum atque futurorum, nisi res passim rebus, tempora temporibus certo quodam & conse-
quenti ordine necterentur. Ex quo perspicuè patet, non incerto quidem casu cuncta vagari, sed ratione quadam &
prouidentia regi. Si perpetua consideres stellarum lumina, & accessus ad nos atque recessus, concedent Plotinus &
Origenes ex his tantùm apud nos effici, quantum ordine naturali procedit, & ad corporum spectat affectiones, &
id quidem conditione communi, quæ per propinqua nobis valeat permutari. Si spectes iterum situs stellarum quoti-
dianos mutuósque aspectus, scito ex his apud hos philosophos, nostra potius significari, quàm agi. Quod quidem Ori-
genes in Genesis commentariis, vbi dicitur, stellas fuisse factas in signa: & Plotinus hic simul & in libro de Fato,
quinque potissimùm argumentantur indiciis. Primum: Non potest quod posterius est, efficiens causa præcedentis
existere. Astrologi verò ex natiuitatis hora non solùm quæ euentura sunt nato, sed quæ iam euenerunt, indicare pro-
mittunt: vtrum masculus sit an fœmina: vtrum mancus an integer. Imò verò & altius in hodierna stellarum posi-
tione multa nobis aperire præterita profitentur, quæ non natiuitatem solùm, sed nati conceptionem etiam antecesse-
serint: parentum & auorum naturas atque fortunas, fratrum quoque maiorum atque reliquorum nobis necessitu-
dine coniũctorum. Adhæc autem quasi priora non potest causa esse cæli figura posterior, sed esto signum, si quid modò
declarat. Quòd siquis concedat præterita quidem ex his tantùm repræsentari, futura verò insuper effici: is cogetur no-
bis ostendere differentiam, & discriminis huius causam assignare. Curnam si ad præterita figura præsens causa non
est, ad futura sit causa? Ac si positio Martis in quarta demonstrat, & parentes citò mori, & natum patrimonium
dissipari: sicut neque positura hæc parentes necat, ita neque dilapidat patrimonium. Iam verò & futura quædã per
hanc astrologi prædicere pollicentur, quorum figura hæc causa esse non potest: scilicet vxoris, & fratrum, & amico-
rum sortes: quæ suas non in hac figura, sed alibi causas habent. Denique per præsentem cælestium habitudinem, quæ
post annos triginta contingent, si modò portendi possunt, perfici certè non possunt. Meritò igitur plerunque dicunt,
natus hic ipse sibimet causa erit incommodorum suorum, alius commodorum. Secundum indicium: Si patibulo
moriturum aliquem dixerint, non à natiuitate sua id solummodò, verumetiam parentum, fratrum, filiorum, alio-
rúmque necessariorum: imò verò etiam ex natiuitate necantium intelligi posse putant. Siqua verò patibuli huius cau-
sa est, vel vna est, vel si plures, certè coniunctæ sunt, & in ipso: vbi verò in diuersis hæc dispersa sunt, non causæ, sed
signa videntur. Denique si per cæli in natiuitate figuram fatum pueri iam pridem facti prædicitur, hæc ipsa figura fa-
tum non efficit, sed declarat: sicut & puer non tunc efficitur, sed declaratur effectus. Sed & ante conceptionem fatum
Platonici dicent fuisse conceptum, quando videlicet anima corpus elegit. Indicium tertium: Cùm multæ præui-
dendi rationes esse putentur, oraculum, augurium, aruspicium, interpretatio somniorum, medicorum agricolarumq;
præsagia, omen, physionomia: in quibus omnibus signa perpẽduntur, non causæ futurorum: curnam in sola figuræ cæ-
lestis inspectione non indicium tantùm putant esse, sed causam? An videlicet nobis est illa figura superior? Sed auiũ
quoque volatus, & tonitrus superiores sunt, neque tamen per hæc vt per causas, sed tanquam per indicia solent au-
cupari futura. Denique quid & quomodo efficientis ad hæc causæ sit in cælo, iam constitit. Nónne & Deus mentésq;
diuinæ superiores sunt? Oracula tamen & prophetarum verba diuino afflatu pronuntiata vel scripta, futurorum*

prodigia non causæ indicantur. Similiter poterit & cæli facies esse liber, in quo figuræ scriptæ diuinitùs præferant ventura, non agant: præsertim si consideratione cælestium corporum prænoscantur ea, quæ fieri nequeunt corporalis illius naturæ tenore, scilicet certæ certis temporibus hominum dignitates atque depreßiones, inuentiones thesaurorũ, cogitata consiliorum, mutationes fortunæq; propriæ atque nostrorum. Indicium quartum: Si per præsentem stellarum constitutionem vel immania scelera, vel opera diuinitatis propria portẽduntur, probabilius valde dicetur, stellas vtraque potius declarare, quàm vel cùm optimæ sint peßima perpetrare, vel cùm sint corpora, incorporea facere: & quæ vel contra vel supra naturam corpoream sunt efficere. Indicium quintum: Interrogationes quæ quotidie apud astrologos fiunt, siue de præteritis, nunquid talia facta sint? vel de futuris, nunquid fient? vel de præsentibus, vtrum fiant? de rebus & alienis à nobis, & longè distantibus, confirmant quicquid ex præsenti interrogationis hora respondetur, non per causam responderi, sed signum. Superiora hinc iterum confirmantur, quòd omnium quæ nobis accidũt fiúntve à nobis, manifestas sufficientésq; apud nos causas reperimus, in propria generis nostri natura, in consuetudine, affectu, consilio, actione, concursu circunstantium causarum, neque vnquam sine his causis è cælo fit aliquid: vt nil opus sit horum in cælo causas perscrutari, quæ sæpe in terra patent, neque tamen inueniuntur in cælo. Atqui si præsentes semper in horas cæli figuras aliquid in nobis facere concedamus, ad affectiones corporum primósque impetus tantùm pertinere dicemus. atque id quidem parui eße momenti; siquidem per causam agitur momentaneam: Rursúsque pro natura propria suscipi, & ad nostra quasi firmiora mutari. Ex eo autem quòd constitutio siderum non quæcunque significat, efficit, propria diuinitatis, & naturæ, & artis actio confirmatur. Siue igitur Iouis & Saturni cõiunctio nouam portendit religionẽ, potest nihilominus vel vera interim religio à Deo perfici, vel ab homine falsa confingi: siue per cælestes motus quæ infra Lunam natura contingunt aliquando designentur, nihilominus natura talia facit, & efficit tenore naturæ: siue per eosdem motus portendantur actiones humanæ, consilio tamen humano & pro arbitrio nostro procedunt, signáque interdum vana fiunt, quando efficiẽs causa in se causam permutat significantẽ. Proinde quòd Plotinus, & Origenes aiunt, futurorum quasi literas in cælo vel scriptas eße ab initio, paulatimq; explicari, vel perpetuò scribi, intelligunt stellas, figurasq; tum confectas ex stellis, tum imaginarias: Item signorum gradus partésq; minutas: denique plantarum aspectus & motus, & quæ consequuntur hæc vbilibet, vel comitãtur. Tu verò cælum hîc intellige vniuersum. Est enim vbique cælum: & Timæus cælum nominat vniuersum. Supra Lunam quidem sicut rerum inferiorum causæ sunt communes, ita & communia signa: infra Lunam verò sunt causæ propriæ, quibus cognitis communia in propria deriuantur indicia, totúmque hoc quasi animalis vnius corpus existit. Oportet igitur in mundano hoc animali tum supra Lunam, tum infrà circumspicere cuncta, atque inuicem pensitare. Sicut enim diuersa inter se agentia sunt, tum suprà, tum infrà, tum superiora ad inferiora nonnunquam: sic & signa paßim inter se sunt sæpe diuersa: quẽadmodum in quolibet animali tum naturæ inter se contrariæ sunt, tum membra diuersa, tum in aliis ad alia repugnantia signa. Iubet itaque Rasis physionomum non vni credere signo, sed cuncta cõprehendere, inuicémque librare: atque vbi contraria sunt, sequi plura simul atque certiora. Idem obseruare debet in mundo diuinaturus ex mundo: quem in iudicando cautum eße debere Aristoteles in libro de Somno & vigilia his admonet verbis: Sæpe sunt in corporibus signa etiam cælitùs velut imbrium & ventorum, neque tamen euenit significatus euentus, cùm motus hoc alius vehemẽtior accidit. *Quamobrẽ diuinationem eiusmodi Origenes atque Porphyrius hominibus abstulerunt, conceßere dæmonibus, quibus pateat cælestis liber ille legendus. Non dæmonibus inquam æquè omnibus: nam Porphyrius in libro de Oraculis postquam probauit quæcunque dij oraculis fatalia nuntiant stellarum obseruatione prædicere, subiungit, deos quoque sæpe mentiri, atque exquisitam futurorum cognitionem non hominibus solùm, sed multis etiam deorum esse prorsus incertam: & quibus deorum innotescere potest, non qualibet hora ad plenum esse perspectam. Sic itaque dæmones, quantum spectat ad præsens, disponere libet. Ætherei dæmones aerem colentes sublimiorem, cælestia magis quàm terrena contemplantur ostenta: aquei verò dæmones aerem, scilicet infimum habitantes, ex nostris magis quàm ex cælestibus rerum argumenta venantur: Medij denique commodius vtrobique signa conspiciunt: ideo vaticinio apud nos sunt admodum aptiores. Ab his vtique Origenes ait, homines nonnunquam accepiße præsagia: veruntamen siue ab his acceperint, siue obseruatione didicerint, confusa prospicere, & caligine quadam hallucinari.*

Multis de causis iudicium de futuris est difficillimum.

Quòd autem nec homo nec dæmon sola inspectione cælestium minutißima quæque apud nos perspicere valeat, hũc in modum argumentamur: Sicut quælibet natura cælestis terrena qualibet natura communior est: ita quilibet cæli motus terreno quolibet est motu communior. Non possunt igitur è cælo ad terram ad minutißimum quodque reddi singula singulis: neque igitur poßunt hîc minima quæque perspicuè inde discerni. Sẽper enim cælestis motio quasi cõmunior, ad plures hîc est motiones indifferens: vt nisi præter cælũ insuper hæc nostra cõspexeris, perpendere nequeas, qua potißimum conditione hîc cælestis motio capiatur, & vtram potius in partẽ definiatur. Suscipe si placet in tua genesi cæli figuram: definitas quasdam & numero paucas in ea notas inspicies, quibus communes quosdam, & paucos in te notare inde queas effectus. Motus itaque tuos omnes, qui non in tota solùm vita, sed anno quolibet atque mense innumerabiles sunt, nũquam potes inde perspicere. nec etiamsi quolibet anno reuolutionem tuæ natiuitatis euoluas: neque rursum si quotidie diligenter obserues. Mitto in præsentia quid dæmones poßint, homines certè non possunt. Sapiens nemo negabit, stellas omnes quæ nobis innumerabiles sunt ad effectum quemlibet conferre nonnihil, ex earumq; confluxu commune aliquid, & id quidem pro natura loci & materiæ confici: astrologi verò stellas tantùm mille viginti quinque & duas, vel ad summum, super mille quatercentum septuaginta sex duntaxat obseruant. Quo fit, vt cùm minorem causarum numerum teneant, atque eas nondum perfectißimè calleant, absolutam effectus conditionem iudicare non poßint: præsertim cùm super planetas stellæ sint quamplurimæ, tum magnitudine, tum splẽdore mirabiles. Sint etiam innumerabiles in orbe lacteo oculis omnino nostris occultæ: planetas verò ad stellarũ aspectus aliter atque aliter affici, negare ex eorum doctrina non poterunt. Mitto quòd Phauorinus philosophus non solùm alias stellas præter notas existere, verùm etiam planetas alios disputat eße posse, ignotos vel propter splendoris copiã, vel propter exuperãtiam altitudinis: sine quorum obseruatione haberi forsan perfecta rerum notitia nequeat. Ad hæc siquis obijciat, stellas quidem emisperij nostri agere in hominem sub hoc ipso orizonte nascentem, in alios alias: Respõ-

demus: stellas vbicunque sint, omnes in sese inuicem conijcere radios, terræ vmbra hoc nunquam impediente, eósque vndique ad nos vsque traijcere: item paucas admodum emisperij stellas hominibus esse notatas. imò etiam si stellarũ numerus ad minimum computatus esset, virtus certè non omnis adhuc est nota: imò nec deprehensæ adhuc singulæ motiones, nec oculo, nec instrumento, nec ætate ad omnes sufficiente. Quid? quod difficillimum creditu est: Mercurij magnitudinem, altitudinem, motionem, ad vnguem esse perspectam, siquidem & rarissimè videtur, & tunc obscurè se obijcit, ac ferè momento, neque diligentiam suspicientis expectat. Cùm ergo quid sit, quid fiat in cælo, nondum perspectum sit: nimirũ neque etiam quid fiat è cælo. Præterea non ratione astrologi, sed experientia & vsu nituntur, experientia verò, nisi cuncta quæ vtrobique circunstant similia sint, sæpissimè fallit. An verò quia nascẽte Romulo Mars in Ariete angulum Orientis habebat, talia gessit? Stellis videlicet humano notis ingenio fermè sic eo tempore concurrentibus: Quoniam igitur talis sub tali quondam cælo Romulus extitit, nunquid & Annibal, cui Mars quoque ascendit in Ariete, eundem omnino consequetur euentum? Nequaquam. Quoniã etsi fingas planetas insuper omnes similiter in vtroque dispositos, aliæ tamen stellæ firmamentiq; partes non eodem quo olim habitu sese habent. Signa enim oculis quodammodo manifesta à Romulo ad Annibalem situm ad ortum iam mutauerunt, dum sub signis occultis stabilioribúsque currentia gradum annis centum vnum peragunt: quo quidem in tempore signorum positio permutatur sidúsque visibile ad occulta signa aliter alitèrque se habens, nimirum alia quoque facit & alia. Nam & astronomi consitentur ad inuisibile signum omnia referenda: Forsan enim Aries manifestus, qui tunc cum Ariete concurrebat occulto, nunc cum Tauro congruit, aut saltem cum alio Arietis illius gradu siue minuto: Sic & cætera signa signis aliter ordine consequenti respondent. Vnde si signa vires per signa permutãt, planetæ quoque per signa commutant. Quamdiu verò muudus cucurrerit, & quo habitu signa hæc comparentur ad illa, ne suspicari quidem homini licet. Quantum verò diuersitas circa octauam sphæram valeat, ex eo perspicimus, quòd multis iam annorum millibus planetæ frequentius inter se reuertuntur ad idem: neque dum tamen similes omnino reuertuntur effectus: nõdum pristina mundi facies renouatur: non redeunt imperia eadem & ibidem: non leges similes atque mores. Diuersitatem autem octauæ sphæræ dicimus, non solùm quæ fit ab occasu ad ortum, sed etiam accessum eius atque recessum, per quem imagines aliis seculis ad septentrionem accedunt, aliis ad meridiem. Non possunt igitur Astrologi certas pro experientia confirmanda regulas posuisse, dum de hominibus tempore diuerso nascentibus, similémque tamen quodammodo quarundam stellarum habentibus posituram, similes opinarentur effectus. Non prius enim eadem prorsus vniuersi facies reuertetur, quàm annorum triginta sex millia consumentur. Accedit ad hæc quod quemadmodum regulæ medicorum aliter alibi sunt obseruandæ, si modò futuræ sint salutares: sic & Astrologorum regulæ mutationem sub regionibus diuersis admittunt. Non enim potest obseruationis Chaldæorum ratio consistere, siquis sub diuersis cæli regionibus vti eadem ratione voluerit. Eædem namque stellæ sicut non vbique pruinas cient, similiter vel calores, ventósque & pluuias, sed mutant & variant, tempestatesq; eodem tempore alibi placidas mouent, alibi violentas, alibi nullas: cur non euenta quoque humanarum rerum alia Chaldæis, alia Getulis, & Scithis efficiunt? Profectò sicut sub alio curuamine cæli alius est corporis habitus: ita in cæteris omnino rebus humanis non idem prorsus conijcere potes, si stellas ex quacunque terra conspexeris. Sed esto: obseruẽt in singulis astrologi regionibus quid potissimùm certis sæculis fieri è cælo conueniat, quod ad hunc vsque diem ritè nullus obseruat, figuram certè cælestem quam destinare fatalem vnicuique solent, ad summum explorare non possunt. Primò quidẽ cùm nascentis fatũ non à figura propria tãtùm, sed parentum atque auorum figura simul & proauorũ, & ab ipso nuptiarũ tẽpore dependere concedãt: neque tot configurationes explorare licet, neque fatales nati causas tam latè dispersas & signa distracta colligere datur: neque, sicubi sibimet aduersentur, momenta rerum grauiora perpendere: ac siquis ista cõprehendat, non tamen ex his duntaxat omnem in nato videbit euentum. Veniunt enim, aiunt, sæpe vniuersales causæ tam potentes, vt propria cuiusque permutent, in deterius videlicet, aut melius. Sed redeamus ad figuras quodãmodo pertinentes ad natum. Ptolemæus in Quadripartito inquit: Breue tempus maximã in re ipsa mutationẽ facere, ideoq; difficile admodũ esse iudiciũ. Hinc & Abumasar in libro de Iudiciis, Necessarium, inquit, est ad iudicium, qualibet hora optimè callere planetarum cursus, & gradus atque minuta signorũ tenere certissimè. Profectò signa sex à Cancro exordientia, quia rectà procedunt, horas duas, vel paulo plus occupant ascendendo: sex reliqua quæ à Capricorno incipiunt, quoniam exoriuntur obliqua, citra duas horas ascendunt. Diuidenda igitur hora est vtrobiq; partesq; horæ partibus signi distribuendæ. In rectis quidem gradus quinque signorum quintamdecimã fermè exigit horæ partẽ, in obliquis fermè vigesimã. Verùm sicut in signis triginta sunt gradus, & in quolibet gradu sexaginta minuta, & in quolibet minuto sexaginta secunda: ita partẽ horæ vtrobiq;, vel quintamdecimam, vel vigesimam, necesse est in partes sexaginta, & iterum sexaginta similiter distribuere, & singula singulis prorsus accõmodare. Cùm igitur asserant (vt & Origenes inquit) astrologi, non solùm gradus, sed & minuta minutorumque minuta necessariò cognosci debere, in quibus planetæ sint, & quæ ascendant, siue descendant (Nam in minimo maximum est discrimẽ: quod & Nigidius in voluenda figuli rota mõstrauit) quis nam minutias eiusmodi deprehẽdere potest? Iam verò cùm vt plurimùm media signi pars vnã ascẽdendo occupet horã, quónã pacto minutũ ascendẽtis inuenies, cùm tam minutã diuisionẽ tẽporis nequeas obseruare? Scire namq; expedit nõ solùm quota hora, sed etiã quotis minutis horæ ex vtero sit puer effusus. In Piscibus verò atque Ariete propter obliquam horum ascensionem (hora enim & tertia horæ parte ascẽdere penè videntur) minimã temporis partem magnam mutationem afferre non dubitant, vt vel vigesima horæ vnius pars gradum ascendentis immutet. Quoniam igitur asserunt tempus, vel exiguum, quod cadit inter natiuitatem vel geminorũ, vel duorũ quorũlibet hominũ, ex diuersis quidẽ parentibus, sed eadẽ penè tẽporis parte nascentiũ, diuersitatẽ afferre, quæ inter illos effectu deprehenditur: Ideò sic eos Augustinus interrogat: Aut illlud exiguũ interuallum exiguam inter illos discrepantiã affert aut magnam. Si exiguã dixerint, obijciemus Iacob & Esau geminos sine interuallo tẽporis editos in magnis fuisse dissimiles. Si magnã, cùm illæ minutiæ nullo possint instrumento deprehẽdi scilicet secunda, tertia, quarta, certè iudicare non possunt. Magnã verò afferre, in meis necessariis sum expertus: Natæ sunt in familia nostra geminæ sine interuallo sorores: alteram post ebdomadas septem proprius interemit morbus: alteram post septẽ menses nutrix inscia suffocauit. Nati sunt & gemini similiter: alterum intra paucos dies ignis occidit, alterum aqua post annos quatuordecim suffocauit. Nati sunt & in vicinia mea sine intermissione gemini,

qui

qui adulti iam sunt, & corporibus, ingeniis, casibus diuersissimi. Mitto, quàm diuersa sit sors brutorum vnà nascentium plurimorum, præsertim vbi simul fouentur in ouis. Profectò si tam paruum atque rapidum est momentum temporis in quo nascens homo accipit fatum, vt in eodem illo puncto sub eodem penitùs circulo cæli plures simul vix ad eandem competentiam nasci queant: ac si icircò gemini quoque non eadem vitæ sorte sunt, quoniam non eodem momento sunt orti, respondeant quæso, vt cum Phauorino interrogem: cursum illum temporis transuolantis, qui vix cogitatione animi comprehendi potest, quónam pacto deprehendant, cùm tam in præcipiti cæli vertigine minima quæque momenta ingentes dicant mutationes afferre? Iam verò maior mora est natiuitatis in vno, quàm inter geminos mox sibi succedentes in partu. Si igitur in ictu quodam oculi cælestis constitutio permutatur & fatum, necesse iam erit, vt totidem fata dicant, quot sunt & nascentia membra. Hîc quoque peroportunè quæritur, vtrum fati series explicetur, quo primùm momento incipit egredi puer ex aluo? an potius quo iam medius exit? an fortè cùm totus? nam & hoc inter se dissentiunt. Verùm altius ab exordio fœtus repetenda res esse videtur: Etsi nonnulli ipsam tunc cæli figuram inuenturos se profitentur, atque id quidem ex figura natiuitatis, tamen cùm hanc incertam habeant, nimirũ & illam multò magis incertam. Sed condonemus eis, vt hanc compertam habeant, quibus tandem regulis ex hac illã aucupari poterunt? Dicent fortè nonnulli, gradum Lunæ in natiuitate ascendentis gradum in conceptu fuisse, ac vicissim gradum ascendentis in ortu gradum extitisse Lunæ, cùm fœtus conciperetur in vtero: sed neque hoc compertũ firmiter esse potest, imò verò arbitrarium est omnino. Iam verò & alij aliunde quærunt, atque vt refert Iamblichus, alij quinque ad id legibus vti solent, alij paucioribus, alij verò pluribus. Porphyrius autem id astronomis etiam concedentibus ait, esse prorsus incertum. Sed esto reperiat fortè quispiam primordia fœtus: quærimus, Vtrum prima illa temperatio cæli, quando primum inchoatur opus humanum, solùm conducat ad opus, an & reliquæ deinceps harmoniæ cælestes, quæ sicut & prima momentanea fuit, momentis singulis variantur? Si prima solùm dicatur efficere, mirum est momentaneam cæli figuram diuturnum opus absoluere: & cùm iam amplius non est, continuè facere. Sed afferent ex prima figura vim quandam in fœtu relictam quasi superstitem & agentem. Sit ita sanè, quamuis etiam sit adeò mirum, at certè quæ continuò deinceps figuræ sequuntur, num agunt in fœtu nihil? imò & agunt hæ quoque, & suas notas inurunt. Et quanquam pro natura prioris excipiantur, influunt tamen etiam pro natura sua, ac paulatim priora permutant, confundunt indicia, iudicia fallunt. Maxima verò & antecedentium permutatio fit, & sequentium inchoatio, cùm primùm corpusculo fœtus iam ad animã præparato influit anima. quod sanè momentum, vel dæmonibus est incertum. Iamblicus ex mente Platonis probat sortem ducémque vitæ dæmonem animæ tribui etiam ante conceptionem ab vniuersali totius mundi dispositione: prout anima cùm primùm appetit corpus se habet ad vniuersum, atque è conuerso. Id ergo tempus primò scire oporteret atque perpendere, quod sola inspiratione diuina putat posse comprehendi. Præter hæc insuper in iudicandis hominum effectibus si qua tempora obseruãda sunt, quinque obseruanda videntur. Primò quidem serendi tempus, quando semen iacitur in matricem: huius iactus conditio sequitur voluntarium parentum motum, & ipsam præsentem vtriusque naturam, imaginationémque comitantem potius, quàm præsentem constitutionem cæli. Principium enim motus fuit vtriusque voluntas: sors verò in eiusmodi motu potissimùm pro eorum natura & imaginatione contingit, interea nonnihil fauente cælo. Quantum imaginatio possit, apparet ex auiditate prægnantium, & in animalibus quæ alba nascuntur ex genitoribus imaginantibus alba, sicut de pauonibus fertur. Secundò, tempus, quo cessante iam motu prædicto semen in matrice collectum firmúmque, iam ex eo quod erat, incipit permutari, & forsan primò conglutinari. Exordium & fons conglutinationis actionisque eiusmodi sequitur conditionem seminis & parentum magis quàm cæli, quia admodum materiale est quod efficitur, & id quidem erat, fitq; pars parentum. Pars verò propinquum propriumq; suum sequitur totum. Vnde videmus ex tali specie indiuiduóque talem speciem & indiuiduum eiusmodi seménque coalescere. confert tamen interea cælum. Tertiò: tempus quo primùm fœtus formatur in vitam. Idque fieri aiunt secundo mense, quo potissimùm Iupiter agit. Verùm incertum est, vtrum adsit vita, cùm primùm sui mensis impleuerit medium, an aliquot post dies, quum ad quadragesimum nonum à conceptione diem peruenerit, quia natura frequenter in rebus nostris septenario gaudeat. & omnino an fiat aliter est obscurum. Fortè enim sicut in nono mense, quem Ioui rursus attribuunt, non similiter in lucem omnis æditur infans, ita neque pariter in secundo vitam quilibet accipit: nam & fœminas non similiter atque mares accipere compertum esse ferunt: sic & mares inter se & fœminas probabile est non eisdem interuallis accipere. Quid? quòd rationalem animam descendere alij fortè dicent, non mense Iouis, in quo vim vegetalem tribui dicent, non mense Martis, in quo vim potius sensualem: sed mense Solis, aut fortè Mercurij. Sed opinionibus his obmissis consideremus simpliciter propriæ vitæ principium. Auspicium vitæ ab hoc die & hora maximè ducitur: Nam à conceptione auspicium potius essentiæ fuit & molis hactenus nõ alia vita vixit quàm parentum, parsq; alterius extitit: nunc verò propriam sibi vendicat vitam, fitque iam totum, motúque mox proprio vtitur. Eiusmodi ergo vita vitam iam exteriorem, id est, vniuersi secunda videtur mentémue diuinam. Sors quoque vitæ, in corpore inquam, sequitur maximè præsentem cæli constitutionẽ. Deinde etiã corporis habitum: præsentem dico habitum: alius enim iam est quàm in conceptione fuerit. Et meritò sicut quod erat materiale magis, materialẽ magis causam sequebatur: ita quòd maximè est, fitq; formale, causam in primis formalẽ, id est, cælestẽ, & supercælestẽ præcipuè sequitur. Quartò: tempus quo adultus infans in vtero se à maternis vinculis absoluere toto impetu nititur. Solutionis eiusmodi sors sequitur, primò quidem præsentem virtutem pueri ac matris conditionem: deinde cæli habitum magis minúsve ad id conferentem. Quintò: tempus quo solutus omnino puer erumpit ex aluo. Erumpentis quidem conditio præcedentem conditionem sequitur annitentis. Qualis autem futura sit huius conditio, qui ex aluo iam prodijt, si modò iudicatur ex constitutione cælesti qua prodijt, non tanquam ex causa, sed velut ex signo perpenditur: probabile enim esse dicent, præcedentem cæli prosperitatem ad consequentem cæli perduxisse prosperitatẽ. Sed memẽto, fortẽ omnino perpendi non posse, tum quia ignorantur tempora, tum quia ignorãtur & causæ, quot qualésve sint, tum quia nescitur quid potissimùm ex omnium concursu confletur. Concursu inquam tum præsentiũ inter se, tum consequentiũ cum præcedentibus causarũ. Aliud enim stellarũ agmẽ fuit, quo primùm tempore conciperetur homo, aliud postea cùm infunderetur anima, aliud cùm ederetur in lucẽ. Quòd si alius atque alius stellarum situs & ductus differentes promittit fortunas, quis nam sortem in iudicando ex his potissimùm eliget? Quis nam in quauis temperationẽ

cæli perspiciet quantum boni, vel mali hinc aut inde ex diuersorũ cõparatione afferatur, auferatur, augeatur, minuatur? Quid deniq; noui ex omniũ mistione cõfletur, in qua vim maximã esse non dubitant? Nã & aspectus qui forsan per se dissonare putantur, cõiuncti tamen cũ consonantibus cõcentum conficiunt gratiorẽ. Cùm verò ex omniũ mistione dico, non lumina tantùm cælestia, sed etiã inferiorũ vires materiámq; & locũ ad misturã talem arbitror conferre quamplurimum. Quæ quidẽ omnia certè cõplecti, diuinitatis est propriũ. Hinc Esaias ait: Dicite mihi ventura atque ego vos deos dicam. Hinc Plato Deo quidem scientiam tribuit, nobis opinionem. Hinc Ptolemæus iudicia de futuris inter necessariũ & contingens ait media cadere, neque pro certo aliquid propriéq; cõperto affirmari debere. Hinc Auicenna in metaphysicis negat, astrologis esse credendum, quia neque cuncta cælestia teneant, neq; naturas inferiorũ ad iudiciũ necessarias, neq; nitantur demonstratione, sed experientia quadã, vel vaticinio probationibúsque oratoriis atq; poeticis. Humanũ nãque ingeniũ tum causarũ numerus & qualitas latet, tum experiẽtia fallit, tum signa decipiunt. Sanè cùm multæ sæpe ad idem concurrere causæ possint: vix discernitur à qua potissimùm causa effectus talis talisve prouenerit. Præterea experimentũ non est simile, nisi in materiis temporibúsq; omnino similibus. Auget quoque in iudicando fallaciã, quòd frequenter eiusdẽ effectus ob causas differẽtes multa sunt & dissimilia signa: atque vicissim dissimilis nonnũquam euentus quodãmodo signa similia: in diuersis postremò tẽporibus rerum variãtur indicia. sic astrologus saltẽ quolibet anno reuolutionẽ cogitur obseruare: sic medicus quauis hora ægrotantis accidentia circumspicere, futurũ prædicturus euentũ: Similiter auspex & aruspex siquid in hoc est veri, ostẽta passim & omnia singulis aucupari momentis. Similiter & physionomus, siquid modò in hoc est veritatis, singulis ætatis humanæ septenariis argumenta valetudinis morúmq; perspicere. Sicut enim septimo quoque die in ægrotantibus noua potissimùm captantur indicia: ita septimo quoque anno noua quædã accidentia & lineamenta, nouæ figuræ, noui colores, & gestus vel suboriũtur nobis, vel saltẽ apertius demonstrantur. Sed memẽto quocunq; modo, vel ritu circa futura, vel quomodocunq; abstrusa hominibus vera dicantur, id sæpe casu contingere, apud eos præsertim qui plurima dicunt: sæpe etiã quòd & huic simile est id euenire, quia multa sunt in vita omnibus fermè cõmunia: multisque vndiq; modis quotidie cõtingẽtia: nonnunquã quod vel casu, vel arte videtur esse perspectũ, instinctu potius naturali, siue dæmonico, siue diuino fuisse prolatum. Naturali inquam instinctu, quando natura in nobis sic temperata est, vt ab vniuersali natura facilè moueatur. Dæmonico, quando imaginatio sic affecta, vt opportunè pulsetur à dæmone. Diuino, quando ratio vel intelligentia ita se habet, vt accõmodatissimè tunc diuinæ menti subdatur, etiam si nos id lateat. Quinque sunt igitur prædicendi modi: arte, casu, natura, dæmone, deo. Hinc efficitur, vt plerique, vel inertes, vel minus in artibus eruditi præsagio doctiores excellãt: Hinc Porphyrius antequã narraret Plotinũ vaticinio Socratis instar mirabiliter polluisse, ait, eũ aliquid ipsa natura mirabile præter cæteros homines habuisse, nec solùm dæmonẽ, sed & deum habuisse magistrũ. Hinc astrologicũ illud iudiciũ ex stellis non solùm fit per earũ inspectionem, sed etiam ex ipsius natura qui iudicat. Hinc Ptolemæus: Iudicia huius ambigua sunt ei, qui rerũ naturas stellásq; considerat: illi verò qui ex meliori parte futura cognoscunt, propinquiores sunt veritati propter vim animæ in eis dominantẽ, quamuis non multam huius artis peritiam habeant. Conclude tandem, si agricultores ac medici in re certiore sæpius prædicẽdo falluntur, cæteros prædictores sæpissimè falli. Quam fallaciam doctissimi quique astronomi deprehẽdentes, iudicia neglexerunt: Mitto cæteros mihi etiam notos. Paulus Florentinus astronomus singularis, hæc ridere solebat, qui & annos vitæ quinque super octoginta impleuit, suam tamen genesim diligentissimè contemplatus, nihil ad ætatem conferens longam potuit inuenire.

Quanta sit rerum in vniuerso communio: & quomodo in rebus sint latentium indicia quædam.

Quãuis autẽ futurorũ atque latẽtium iudicium sit fallacissimum: et si quando veridicum est, sæpius naturali, dæmonico, diuino quodam instinctu, quàm arte procedat: tamen insita rebus sunt quædam indicia rerum quibus admonitus natura sagacior animus sua iam, vel altiori explicat facultate, quod indicia leuiter admonent. Esse verò signa vicissim ad res indita rebus Plotinus ab ipsa vult cunctorum communione naturæ: ex qua tum res alia euentum significat alium, tum res altera mutuò significat alteri, similiter in mũdo, similiter & in nobis. Profectò si in rebus perfectè mistis, quod elementum est in quolibet: multò magis in animali, quod ita fermè cõpositum est ex membris: sicut ex elementis conflatur & mistum, in quolibet membro sunt cuncta. Compositum enim quod natura melius est, nimirum est & meliori ratione compactum. Compositũ verò nullum natura est perfectè connexũ, nisi sicut in toto sunt partes, ita vicissim in partibus sit & totum. Non est autem totum in partibus, si per aliquam, vel aliquas duntaxat partes partibus aliis insit: imò si per cunctas omnino partes in parte sit qualibet: id est, si in quauis parte sint omnes. Accedit ad hæc, quòd in genitali animæ facultate, ita simul totus est homo, vt in quolibet membro sit totus. Similiter in virtute seminis formatrice vbicunque membrum aliquod cogitatur, simul & reliqua consequuntur: hactenus nulla est inter membra loci distinctio, sed rationis. Cùm igitur animal oculis manifestum sub hac vnionis cõditione, tum ex anima tum ex semine pullulet, consequens est, vnionem quodammodo similem inde suscipiat. Quamobrem etsi alibi caput esse videtur, alibi rursum manus & pedes, communi tamen participatione quadam fortè sunt in omnibus omnia: sic in cerebro aliquid est cordis & iecoris: sic in corde iecoris nonnihil & capitis: sic in iecore fit vicissim: in vultu, manus & pedes: in manibus forsan & vultus & pedes: in pedibus forsitan vultúsque manusq;. In quolibet itaque membro, sicut aliquid naturaliter est aliorum, sic præter indicia propria, aliorum quoque nonnunquam indicia latẽt. Tu ergo postquam frontem in primis & oculos præcipuè fueris contemplatus, omnia passim circunspice signa. Quod enim alicubi vel te latet, vel propter impedimentum minimè prodijt, forsan inuenies alibi. Animal simili ratione mũdanum ex anima quondam sua, ex suo semine pullulauit, ea videlicet ratione, vt in quolibet eius membro sit totum: sic in qualibet sphæra suo quodam pacto sphæræ sunt omnes. Stellæ in quauis stella sunt cunctæ, in animantibus animantes, mixta in mixtis omnia latent: adeò vt facilè tum ex omnibus in omnia fiat influxus, tum fermè in singulis præter propria signa, indicia quædam ad reliqua lateant. Mitto quòd in Saturno non solùm natura quædam est Mercurij atque Lunæ, sed etiam reliquorũ. In Ioue non modò natura Veneris, sed insuper aliorũ. In Sole Martis atque cunctorum. Mitto quod similiter in nobis ad caput pulmones referũtur & stomachus, reliquáue deinceps: Ad cor spiritus atque bilis, & reliqua: Ad iecur sanguis & genitalia mẽbra, & cætera cõsequẽter. Collige tãdẽ, sicut in corpore nostro

partes

partes partibus obsecundant ad officium prorsus, & forsan ad argumentum: ita totum mundum, cuius pars est corpus humanum, suis paßim indiciis ad nostra conducere. Sicut enim in nobis omnia membra virtutem vnam sequuntur genitalem atque formatricem, quæ in ipsis etiam conseruatur: sic omnia corpora vnà cum eiusmodi virtutibus ipsum vniuersi corpus similémque virtutem eius pariter comitantur, vt nihil fortaße sit mirum, ex vniuerso signa nobis accommodata percipi poße. Sed ea quidem vt inde præstantur, communiora videntur: in nobis autem ad humanam accedunt proprietatem. Inde enim ad omnia quodammodo pertinent apud nos trahuntur ad hominem. Verùm sicut in cælo designata non semper eueniunt obstante nõnunquam vel diuersa causa, vel aduersa materia: ita signa nobis indita fraudantur euẽtu, causis videlicet aliis vel palàm, vel clàm repugnantibus impedita. Quãuis enim causæ indicationésque in nobis homini magis propriæ sint, plerunque tamen incertißimæ sunt, tum quia multiplices nimium iam euaserunt, ac propria turba & oppositione confusæ: tum quia nostra materia non solùm quamplurimis est subiecta, sed instabilis & impedita sæpius atque fallax: tum quoniam nostrorum similitudines imaginationésque reliqua sæpe confundunt: tum denique quoniam animæ virtus tam naturalis quàm acquisita sæpe multa permutat. Sed quoniam ad animam peroportunè peruenimus, id est, nostram, notare in verbis Plotini debemus, nõ vna tantùm anima omnia viuere. Siquidem ait: Si membra nostra vires & actiones singula proprias habent, cùm tamen non tota quædam sint sed partes, multò magis eas habere animalia quæ in mundo rationalia sunt: quoniã & maiora sunt, & non partes solùm, sed insuper sunt & tota. Vnde patet præter commune fatum his munera quædam vel in dispensatione fatali, vel præter fatum propria conuenire. Confirmat denique in vniuerso non fortuitam congeriem peruagationémque, sed perpetuam rerum motionumque seriem eße naturali & diuina quadam arte dispositam: propterea quòd ad certum finem singula dirigantur, & cuncta conferant ad communem, & consequens vbique succeßionis ordo semper agatur similiter atque repetatur.

Quæ sint principia rerum, & quomodo anima nostra etiam habeat principij rationem: superet fatum, cedat fato, puniatur lege diuina. Item quomodo possit mirabilia facere, & corpus etiam à fato quodammodo liberare.

IX Tria sunt potißima mundi principia: bonum, & intellectus, & anima. Mundus itaque sub bono institutus ad bonum, intellectuali animaliq; ad id prouidentia ducitur. Animæ rursus omnes, quæ per intelligentiam & rationem tum in seipsis efficiunt orbes, tum animæ mundanæ orbes & imitantur & assequuntur, ipsæ quoque principij rationem habere putantur: præsertim quia velut collegæ ad ipsam dispensationem mundi recipiuntur, quamuis officium ipsum, quod anima mundi reuolutione vnica peragit, reliquæ rationales animæ multis quoad poßunt reuolutionibus impleant. Rationalis igitur anima non solùm in mundi chorea ducitur, sed & ducit. Exorditur enim opus proprium velut agens, quando ex seipsa tum ad intelligibile contemplandum, tum ad sensibile gubernandũ ritè procedit: Ritè inquam progreditur ad sensibile, quando ad hoc ita se gerit, vt huius gratia intelligibile minimè permittat. hoc autem est rectà procedere. sic enim ad finem illum propriè tendit, quorsum prouidentia, prorsus intendit: per obliqua verò præuaricatur quotiens sensibile bonum intelligibili nimium anteponit. Videtur autem hîc Plotinus more Platonis per nomen recti atque obliqui tangere vim rectitudinis in mensuris. Recta quidem columna grandia substinet pondera: non recta verò frangitur aut cadit. Radij perpendiculo recti dum videtur repercuti, non per diuersa labuntur. sed redeunt ad seipsos: & cùm ex aere facili in difficultatem aquæ merguntur, non franguntur quidem, sed rectà procedunt, neque à tenore detorquentur incepto. Obliqui verò, & in solidis à se discedunt, vbi reflecti coguntur, & in liquidis descendentes ex aere vel è conuerso franguntur. Hæc tu singula ad animi rectitudinem, vel obliquitatem ritè admodum transferre potes. Ego iam redeo ad inceptum: Nempe interim prouidentiæ diuinæ iudicium animam deteriori se conformantem, in deterius iur transformat. ad quem sanè in ordine gradum prouidẽtiæ, etsi non primò, tamen consequenter intenderat: vt quisquis ex primo digreditur, in secundum iure progrediatur. Et anima quæ libera quodammodo fuerat hactenus, deinceps quasi serua infælixque sequatur illa, quæ ardentius adamauit, quoad ab amoris ardore se soluat. Iudicium verò diuinum nusquam, vel abest, vel effugitur vnquam. Eiusdem namque præpotentis prouidentiæ lege, qua sua cuique naturalibus vbique rebus accommodantur, animabus quoque consentanea, & sua quibusque reddũtur. Huic autem prouidentiæ legi ad tria potißimùm stellæ seruire videntur. Primò quidem vniuersum hoc ita fermè pulchrum efficiunt. sicut stellis diuina mens idealibus pulchrum prius excogitauit. Secundò ad effectus conferunt naturales, quos stellarum radiis manifestè foueri videmus. Tertiò dæmonibus hominibúsque dæmonicis signa futurorum, latentiúmque indicia præstant. Quæ si dicantur portendere cuncta quæ in mundo sensibili oriuntur, cuncta intellige notione communi, cuncta præcipuè quæ sensibili ratione procedũt. Cuncta denique dæmonibus potius quàm hominibus: illis enim cæleste volumen Deus legendum proposuisse videtur. Quòd siquid inde ad nos vel per instinctum, vel per argumentum & ostenta transfertur, patet id quoque factum institutione diuina. Ac si non frustrà inde sumus admoniti, constat nos tum malá plerunque vitare, tum bona quæ præmonstrantur, nostra etiam industria consequi poße. Hinc Abumasar contra illos qui dicunt inutilem eße scientiam futurorum, sic ait: Poterit sibi forsitan præcauere mutando locum in quo futura est pestis, poterit etiam aliquando totum à se repellere, ac præuidens futuram infirmitatem, vel inuasionem hostium & similia deuitare. Hinc etiam Ptolemæus ait: Sapiens dominabitur astris, quatenus admonitus potest imminens declinare discrimen. Item sapiens adiuuabit opus astrorum, sicut agricola prudens naturalem terræ virtutẽ, quatenus bona nonnunquam cælitùs indicata ipse sua industria peragit. Sicut enim se habet agricola prudens ad terram atque cælum, sic ad vtrumque medicus atque prudens. Sicut ergo & quæ natura inchoauit agricola perficit: & quæ vicißim exorditur agricola, cælum prorsus absoluit. Item mutat agricola multa præter cæli Solisq; naturam: & quædam tum ariditate sæpius irrigando, tum à frigore protegendo, tum à casu fulciendo defendit: ita medicus atque prudens sigillatim erga cælum corpúsque nostrum se gerere potest. Quantum verò ad hæc medicinæ diligentia valeat, cõpertum habeo, & sæpe aliâs, & in puero: qui natus octauo conceptionis mense nocte sub Saturno stationario statione

prima in Sagittario ascendente, semianimis profectò & vix, vt videbatur, victurus ad triduum, tamen diligentissimè curatus à nobis paulatim recepit vires, & iam plures annos impleuit. Mitto quot modis fouerim nato cor, cerebrũ & iecur, & stomachum, rebus tum ipsi, tum nutrici & extra & intus adhibitis: obseruans interea fæliciores in adhibendo dies & horas. Existimat verò Plotinus, rationalem animam non artibus eiusmodi tantùm corpus suum & sibi commendata frequenter à communi sorte defendere, verùm etiam instar cælestium animarum, imperium exercere posse nonnunquam in inferiores mundi materias: vtpote quæ germana sit cælestium animarum, atque ita cuncta faciat tanquam habens quandam principij rationem. Quando verò id possit, & quomodo possit, in Theologia latius disputamus. Mitto quid per magiam valeat astronomicam simul & physicam: quomodo vires astrorum mirificas certis imaginibus hauriat, & quemadmodum in speculo sæpe concauo Solis radios congregat: vnde in lignum è regione positum reflectit atque comburit, & nonnunquam excæcat intuentes: sic in materiis quibusdam tum natura, tum arte paratis ad stellas, certos stellarum radios concipiat & influxus, quos & seruare sibi & contorquere possit in alios, quod Olympum Alexandrinum Porphyrius narrat efficere solitum: vbi & Plotini animam tanta inquit virtute pollere, vt stellarum aculeos in se coniectos aliorsum detorquere valeret. Posse verò fatalem sæpe sortem cælitùs imminentem frangi, Iudæi per sapientiam Kabalisticam, & intimum sacrarum literarum spiritum confitentur: Iamblicus per efficacem deorum sublimium cultum: Porphyrius per magicam sapientiam Apollinis oraculo teste. Ait enim in libro de Oraculis: Cùm quæreret aliquis, cur ineptus ad rem quampiam fuisset ab Apolline iudicatus, quidve faciendum foret, vt quasi aptus susciperetur: Respondit oraculum: cum fatorum vi impediri, quam magicis artibus effugere poterat. Vnde apertè patet, magicam hominibus artem diuinitùs esse concessam, vt aliquo modo fatum repellerent. Hæc Porphyrius. Posse verò per magiam valetudinem animi corporisq; curari, & immortalitatem deniq; comparari, in Charmide Plato significat, temperantia, præsertim per virtutem sapientiæ comparata: nam ab animæ sanitate sanitatem corporis proficisci, magorum testimonio comprobat. Sed audiamus Zoroastrem diuinè canentem: Si ardentem ad pietatis officia mentem prorsus intenderis, labile quoque corpus seruabis. Hinc traditum est, Pythagoricos sacris consueuisse carminibus morbos animorum corporumque expellere. Si tantam habet animus potestatem, quid mirum naturaliter esse liberum à seruitute fatali, donec ipsemet corpus vltra prouidentiæ modum amore nimio complectatur? Nam deinceps & animus obsequitur corpori, & corpus seruit legi fatali, quoad animus iterum amorem à corpore conuertat ad mentem. Vnde primò quidem seipsum à fato eximit fugiendo: deinde & corpus, vtpote qui iam corroboratur ex mente à fato plerunque defendit, tum occulta quadam virtute germana cælestibus, tum arte nonnunquam diuinitùs patefacta: Conclude capitulum: stellas plurima significare, non facere. Non ergo diuitias facere, vel inopiam, quæ nobis ex diuersarum apud nos causarum concursu & occasione contingunt: non virtutes, quæ in sensu fiunt à ratione, in ratione perficiuntur ex mente: non vitia, quorũ nulla propriè causa est efficiens, sed fortè deficiens: quatenus videlicet & sensualis vita à ratione deficit, & ratio à mente degenerat. Contingere quidem ex stellis defectu quodam materiæ potest in corpore viuo incitamentum aliquod vitiorum: vitij verò hinc concipiendi occasionem præstat animæ superioris amor ad animal. Quæ quidem anima alioquin eatenus libera viuit à fato, quatenus menti dedita, per mentem suam cum prima diuinæ mentis lege consentit. Hinc propheticum illud: Anima mea in manibus meis semper, quando legem tuam non sum oblitus.

Quomodo anima rationalis non subest fato, irrationalis verò subest: quomodo vita corporis nostri propria dependet à vita cælestium & ab anima nostra. Item in omnibus cælestibus animas esse geminas. Item de dæmonibus, & vnde mala contingant.

IX Superioribus verò quibus asseritur, stellas non omnia nobis efficere, quamuis multa significare possint, obijceret fortè quispiam verba Platonis in Repu. præsertim atque Timæo. Ait enim in Repub. Sub fatalibus Necessitatis deæ filiarumque eius Parcarum reuolutionibus animas in corpora proficisci. Ait & in Timæo. Vitá nobis corpoream infundi: quibus in verbis videtur nos cælo subijcere. Respondetur ad prima: animas quondam vitã hanc viuendiq; formam elegisse sponte, priusquam in corpus venirent sub reuolutione fatali: ideòque pristinam virtutem suique rectricem auctoritatem non tam amisisse, quàm ad tempus intermisisse: quam denique cùm partim ipsæ decreuerint, partim fuerint adiutæ diuinitùs, partim admonitæ legibus recipere possint. Respondetur etiam ad secunda: sicut in Timæo, Vita nobis corporea datur à stellis, ex qua perturbationes exoriuntur: sic ab intellectu diuino intellectualem animum procreari huius vitæ rectorem, qui sicut dum nimium vitam hanc amat in hoc mundo, seipsum vnà cum hac perdit in fato: Sic eandem amando quamminimè, interim super fatum in æternitate se recipit. Posse verò animam rationalem fato se mancipare atque vicissim emancipare, docet Zoroastris sentẽtia ita præcipiens: Ne tu augeas fatum. Vbi Plotinus ait: nos, id est, ipsum hominem, esse animum ipsum rationalem, qui naturali iure præsideat animali, subiunxit: cauendum esse, ne fortè nos efficiamur hoc animal. Existimat enim per consummatum imaginationis affectusq; consensum fieri posse viuens vnum ex animo simul & animali: quando videlicet vtrunque imaginatur idem atque similiter, atque ad idem similiterq; afficitur, fermè quemadmodum ex igne ac ligno fit vnum communione luminis & ardoris. Subiungit rursus in animali, id est animato corpore, naturã corporis præualere. Ibi enim corpus est verũ corpus, quia formale quammaximè, & ad summum corporalis formæ perductum, vita verò eius propria, non est anima vera, non vera vita, quia corporea multùm, quia fermè vltimũ tenet in ordine vitæ. Sicut ergo vita hæc agit in corpus naturaliter id formando, vel potius agitur in corpore dum hoc ea formatur ex alto, sic & corpus quodãmodo agit in vitã dum hanc ipsam sibi conformat. Quãobrem sicut in corpore quatuor potissimùm alterationes esse videntur per calorẽ & frigus, per humorem & siccitatẽ: sic in vita corporea perturbationes præcipuè quatuor oriũtur. Item quod est in corpore dilatatio vicissim atq; cõtractio, id in vita corporis voluptas & dolor. Verùm quẽadmodum rationalis animus per imaginationẽ affectumq; cum animali cõiunctus, huius passionibus tangitur, & fatali sorte pulsatur, sic cùm demum sibi animal hoc rationis legibus subiugauerit, primùm quidẽ seipsum à perturbationibus fatóque resoluit, dum aliud quidẽ se, aliud animal esse cognoscit, ideóq; fatũ ad aliud pertinere: deinde animal hoc sibi naturaliter cõmendatum ab atrocissimis nonnunquã vulneribus fati, vel fortunæ defẽdit. Vbi verò Plotinus

ait,

ait, è geminis hominum animabus superiorem quidẽ mitti ab intellectu diuino, inferiorem verò à diis qui perferũtur infundi, intellige hîc deos esse animas sphærarum stellarúmque cum anima mundi consentientes. Omnes enim moueri dicuntur siue locali quodam motu, siue formali ferantur. Sed quónam pacto ex omnium conspiratione vita redundat in corpus? Num sicut ex pluribus concinentibus concentus vnus sub concauo reboat? Rursumq; sicut è lampadibus multis communis quidam fit splendor in aula? Non sic omnino. Hic enim & concentus & splendor coitu quodam vnum potius est, quàm forma: anima verò quæcunque sit, simpliciter substantia est, formaq; animalis vnius vna: etsi ad præstantiorem animã cõparata, quasi accidens iudicatur. Quo igitur pacto? Fortè quemadmodũ ex pluribus intra nos vocalibus instrumẽtis ab imaginatione vna, vox vna prodit significatione distincta, rursúmque sicut ex vno sole lumen vnum per vitra variis infecta coloribus penetrans, non in multa subinde lumina desinit, sed in vnum, quamuis variorũ colorũ virtute formatũ: ita fermè vna quædã vitæ forma virtute multiplex resultat in corpore, vna videlicet ex mundi vita: virtute quoque multiplex ex multarum præter hanc animarum ad spirandam vitam communione. Character verò animali maximè proprius plurimùm in spiritu ab anima generantis imprimitur: cuius quidẽ proprietate vel cunctorũ spiraculũ ad familiarem redigitur animã, vel corpus saltẽ tali quadã potissimum anima fit animabile. Vitam quidem infundi nobis posse ab anima animabúsque communibus absque animæ propriæ beneficio coniectare forsan posset aliquis ex animantibus, quæ sponte nascuntur, & quæ ex ouis absque animalis sui fomento. Contrà verò oportere animam nostram videlicet superiorem, vnà cum superioribus ad spirandam animam conspirare, ratio dictare videtur, tum quia humanum est perfectissimum, parétque rationi: tum quia sicut plruimùm naturæ communes per proprias definiuntur naturas ad effectus in natura proprios absoluendos: sic ad propriam vitã, si modò perfecta pro viribus distinctáque figura sit, præter cõmunes animas, officio propriè quidem, quamuis superioris animæ opus esse videtur. Ergo dicere quis fortè poterit, alicubi præter communem influxum accedere proprium, alicubi verò nequaquam. Et ibi quidem humanum animal esse perfectius, & rationi magis obtemperans, hic verò minus: vbi videlicet rationalis anima corpus aliũde iam reperit viuum. Mitto quòd si fortè ad corpus ita viuens rationalis anima non accedat, brutum animal sub hominis figura nascetur, eritque anima monstrũ, sicut quandoque corpore monstra nascuntur. Quod ergo Plotinus alibi secundam inquit vitam à prima nostráque manare, alibi aliunde, potes vt diximus intelligere. Memento verò quæ Plotinus de geminis disserit animabus cõfirmari ab Iamblicho ex mente Mercurij, vbi addit superiorem in nobis animam, quoniam à summo intelligibili fiat, habere in mundana vim opificiam, ac vim qua mundum transgrediatur, & à fato se soluat, & sua, præsertim diis adiutam. atque hãc solutionem quatenus fatalem ordinem videtur transgredi, eatenus in ordine prouidentiæ contineri. Proinde vbi Plotinus animam alteram distinguit ab altera, inquit: Quæcunque sunt inferioris animæ ministeria esse corporea: quoniam omnes huius affectiones & motiones incitantur à corpore, corpori seruiunt, motionem corporis comitantur, atque vicissim: officium verò alterius, quæ extrinsecùs extat, esse seipsam altius eleuare. Hoc tu in loco animaduerte, Plotinum legitimo sensu Aristotelicum illud interpretari: Intellectus venit forinsecùs: Intellectus, id est, superior anima, non intellectus interpretatione Auerrois vnicus, sed vnaquæq; intellectualis anima. Forinsecus item, id est, non à seminali spiritu, vel calore, non à vita hac intima mundi: sed à mente diuina, quæ quasi exterior, id est, non coniuncta velut forma, omnibus dominatur. Hinc efficitur, vt intellectualis anima tum cogitatione, tum etiam voluntate possit quæ super corpus, & naturam, & corpoream vitam sunt, pro arbitrio petere, atque corpus, naturam, fatum quotiens omnino decreuerit superare. Quatenus enim à temporaneis segregatur, eatenus æternis coniuncta, vnà cum his quodammodo temporaneis dominatur. Vtrũque verò fit tum cogitatione, tum maximè voluntate. Sicut enim temporalibus, sic & æternis non tam illa considerando, quàm amando coniungimur: & meritò quoniam consideratio potius manet intus, amor autem in amatum conuertit amantem: sic & materia quæuis ad ignis naturã peruenit, calorem potius subeundo quàm lumen. Ex eo itaque maximè fit anima tum æternorum compos, tum vnà cum illis aduersum temporalia dominatrix: quod illa & amat ardenter, & amando pro viribus imitatur in vita, & imitata viuendo consequitur, & consequuta rursum auctoritate operis imitatur. Hinc tandem stupenda in corpus opera præter consuetũ fati tenorẽ quandoq; proueniũt. Quo in statu anima in fato cõputatur vt agẽs, neq; tam fatalẽ frangit seriẽ, quàm sibi vendicat: nã & hoc quoq; in prouidentiæ legibus, vnde dependet fatũ, inuenias designatũ. Ergo si artificiosæ intelligentiæ beneficio per artẽ, scilicet imaginũ atque medicinæ animus in fatali cohorte nonnunquã, velut collega actórque recipitur, multò magis id, vel diuinioris intelligentiæ, vel potissimũ voluntatis ardore cõsequi potest. Voluntatis enim actus efficacior est quàm cognitio, atque liberior: & actionis principiũ, mediúmque & finis: ideò mera quidẽ cogitatione fit nihil: mero autẽ affectu, vel occulto & naturali plurima fiunt. Est autem appetitio naturalis quæ voluntatẽ vtcũque potest æmulari videtur assidua & imaginatione prior & naturalior, substãtiæq; propinquior: efficaciã verò artis in fato in superioribus quidẽ tetigimus, sed alibi demonstrabimus. Verùm vt ad superiora iam redeam: animas quidem in quo animal ratione formatur, ratio verò mente, mẽs deniq; Deo viuit in prouidentia super fatũ. In quo verò vicissim formatio fit, sub prouidentiæ iudicio viuit in fato, neque vt agens, sed velut patiens in fataliũ numero cõputatur. Siquid ergo huic portẽdatur ex stellis nimirũ, ex eisdẽ effici potest simpliciter vt portẽditur, nihil ad hæc animo resistente. Ac si mala fiant, nõ ex alto mala mittũtur, sed in infimo mala resultãt. Ait verò Plotinus, animã in nobis inferiorẽ, esse partẽ quodãmodo vniuersi, quoniã & ab vniuersa dependet anima, & cõmunẽ sequitur eius instinctũ: fermè sicut & nostrũ corpus membrũ est quodãmodo corporis vniuersi. Animal itaque nostrum mundano cõnectitur animali, & inde conficitur. Veruntamẽ superior in nobis anima plurimùm vnà cũ mũdana cæterisq; mundanis ad inferiorem in nobis vitam concurrit efficiẽdam: quæ quidem neque fit à matris anima: Sicut enim maternum semen nascituri corpus nequit efficere, ita nec materna similiter anima potest animam procreare. Neque rursum anima nascituri, vel fit ab anima patris tunc procul absentis, vel ipsa seminis virtute procedit: quæ & inferior est, & accidens. Reliquũ est igitur, vt à mundi anima procreetur concurrentibus videlicet cælestibus animabus: cõcurrente & plurimùm superiore nascituri hominis anima. siquidem fœtui viuificando iam adsit. Sicubi verò Plotinus ait, animam rationalem ad ipsum animalis esse non conferre, vel minimum, non efficientis quidem, sed formæ modum negat. Quamuis enim erga animal sit in causa vitæ, non tamen est propria forma corporis: etsi forma quandoque dicitur animalis ad bene esse conferens animali. Qualis præterea in nobis ex animabus geminis & corpore

conspiratio est, talem in ipso mundo, in sphæris, in stellis esse iudicat: Vbique enim intellectualis anima regit corpus
per propinquiorem corpori vitam ex anima profluentem. Nam quantum intellectualis est, separata, & superiora pe-
tens, nimium distat à corpore: corpori verò per aliquid appropinquat, quod in ipsa, vel ex ipsa iam ab intellectu dege-
nerat. Ex ipsa dico: quoniam si natura elementalis, velut ignis, subiecto propinquans non solùm substantiam illi
suam admouet, sed aliquam sibi similem inserit qualitatem, multò magis anima tanquam natura potentior, vitalis
substantiæ suæ præsentia vitalem quandam infundit corpori facultatem. Sint ergo in mundo, in sphæris, in stellis a-
nimæ passim geminæ: Primæ angelorum vbique bonorum locum teneant atque deorum: sequentes verò, angelorum
qui ceciderunt in corpora, dæmonumque vicem gerere iudicetur: Angeli omnes, eiusmodi primum, id est, animæ mun-
danæ angelum comitantur Deo semper hærentem. Dæmones similiter omnes eiusmodi primum, id est, mundanæ a-
nimæ dæmonem à Deo longius discedentem, corporique penitus incumbentem vbique sectantur. Angeli rursum ad in-
corporea dæmones ad corporea vergũt plurimùm, animásque alliciunt. Ideóque angeli à fato soluunt animas: dæmo-
nes autem eas fato deuinciunt. In dæmonibus positum est propinquum corporei mũdi huius imperium. Vnde fit vt si
hinc ad angelos comparatio fiat, mundus hic iure dicatur positus in maligno. Hinc & facilè Manicheorum est error
exortus. Proinde sicut intellectum nostrum asserit diuinis semper incumbere, quamuis ratio interim occupetur hu-
manis: ita rationem totámque superiorem in cælestibus animam affirmat diuinorum contemplatione perpetua per-
frui, dum inferiores cælestium animæ corpora regunt, imaginantur & corpora. In his ergo affectus esse dæmonicos
arbitratur. Affectus quidem diuini sunt in primis: humani sunt in nostris, ac sæpe ferini: at verò illic dæmoniaci qua-
les sunt? Finge sapientem assiduè diuinis contemplationibus occupatum: sed in eo interim in vegetali natura vigere
affectum ad corporis alimoniam, subrepere nonnunquam pruritum famis in stomacho, naturalem generãdi libidinẽ
titillare: sed sapientis animi rationem separatis interea deditam, affectus eiusmodi nequaquam animaduertere: ima-
ginationem quoque vix stupideque sentire: fermè sicut in eo solet accidere, apud quẽ in somno hæc ferè absque insomniis
incitantur: tales itaque sint affectus ad hæc in cælo dæmonici. Nihil ergo ex prioribus animabus mali prouenit, aut
vilis: ex sequentibus autem non mala quidem reuera, sed vilia quædam minusque bona sequuntur: quatenus ex illis
tum in corporibus minus interdum ordinatè mutationes eueniunt, tum in animabus natura corpori mancipatis
incitamenta frequenter suboriuntur, per quæ etsi animæ non iniquæ necessariò fiant, licentius tamen corporis inci-
tamentis indulgeant, aut saltem corpus & propensius foueant, & accuratius quotidie curent. Ait autem superiores
stellarum animas non esse huius vniuersi partes: Cùm enim ad intellectualem mundum omnino conuersæ sint, il-
lius potius dici partes posse videntur. Inferiores verò stellarum animas vniuersi huius partes appellat, quoniam man-
cipatæ sunt mundi corporibus, quæ cum ex eadem inter se materia sint, & sub eadem communi totius forma, vni-
uersi partes esse putantur. In hac ergo communi mundi materia simul & forma, animæ omnes eiusmodi in vnum o-
pus tum inter se, tum cum anima mundi vbique conspirant, communique inter se sensu quamuis occulto, & latenti
quadam compassione communicant. Tum verò quæcunque ab iis opera fiunt, sigillatim mundi partes existunt, vel
ad partes attinent atque totum. Nihil verò ab iis alicubi prouenit à naturali mundi huius conditione secretum: fa-
ciunt autem quicquid agunt, fermè sic animali natura, sicut natura elementali elementa, & vegetali plantæ ani-
maliáque, nulla prorsus electione. Cùm enim aliud electio sit quàm vita, sitque vita posterior, si inferiorum vita per se
sine electionis officio sua peragit, multò magis vita superiorum per se sua prorsus absoluit. Siqua verò illic intellectua-
lis & rationalis electio est, non ministerium quidem hoc, sed officium superius eligit. Atqui & ante electionem illam
forsan aliquid intus ex vita priori absque electione procedit: omnino verò absque vlla necessitate consilij, etiamsi quæ-
dam opus imaginatio comitetur, & ab anima illic prima secunda procedit, & à secunda similiter virtus singularis in
corpore, & à corpore lumen, & in lumine virtus inferiora generans atque gubernans. Multis itaque gradibus à mũ-
do intelligibili distant, quæ in hoc mundo quotidie generantur & accidunt, vt mirum videri non debeat, nostra hæc
non ad summum ordinatissima non felicissima prouenire. Talia nanque succederent, si ab intellectu diuino, aut saltẽ
ab intellectualibus animabus proximè fierent: nunc verò ex corporibus irrationali viuentibus anima, pérque vires à
corporibus emanantes aguntur. Siquid igitur occurrit in mundo quod molestum sit, quod laboriosum, quod non pro-
bes, memento, id totum à fœmina nobis accidere, id est, ab anima corpori mancipata, à materia corporis, à contrarieta-
te rursus elementalium qualitatum.

Quæ à stellis fiant, quæ non, & quomodo significatio fiat. Quo instinctu anima corpus ingrediatur, quo fato, & quomodo ante fatum corpus amat.

X Decimum libri caput mundo & sphæris & stellis ita compositis, prosequitur significandi agendique sortem, do-
cens à stellis earúmque motibus, quatenus in eis corporea vita duntaxat consideratur & corpus, fieri quæ naturaliter
generantur. Neque propriè fieri hæc à primis stellarum animis omnino ad separata tendentibus: neque hîc à stellis o-
mnia fieri. Non enim quæ corpoream vitam superant, effici posse à stellarum corpore, vitáque corporea: nõ rursus quæ
consilio & arte, vel occasione fortuita nobis aguntur, illinc peragi, vnde quicquid agitur per corporeas agitur quali-
tates, ducitúrque tenore naturæ: non denique quicquam re vera malum per diuinorum instrumenta committi. Fa-
ciant ergo stellæ non omnia, sed solùm quæ mundani corporis sunt passiones & motus, & quæ ex his necessariò ge-
nerantur: Faciant autem hæc conditione communi: conditio nanque propria ad causas rerum proprias per-
tinere videtur: significent quoque multa, neque tamen pariter omnia. Probabile enim est, si plurima stellarum effi-
cientiam superant, vel effugiunt, nonnulla quinetiam earum significantiam superare. Probabile rursus, & quæ per
communes causas portenduntur, communi tantùm conditione portendi: Animam verò ad corpus hoc accedere Ploti-
nus existimat, non certa quadam siderum constitutione coactam: siquidem ante quamlibet nouam cæli figuram in
antiqua ipsius animæ natura est animare corpus, est & supergredi corporeum temporaléque fatum. Omnis enim a-
nima quæ rationis sibi naturalis officio, potest totam naturam corpoream in essentiam incorpoream, totúmque tem-
pus in æternitatem resoluere tanquam in principium atque finem: nimirum & ante & post quodlibet corpus & tem-
pus corporeámque & temporalem quamlibet motionem existere potest. Non igitur positio siderum animam impellit
ad corpus

ad corpus: sed primùm quidem ad hoc adducit naturalis quædam ad hoc animæ cura: deinde affectio quædam ex antecedentibus actionibus acquisita: postremò rationis electio cum natura tandem & affectione consentiens. Natura quidem & affectio tunc potissimùm vergit ad corpus, cùm oportunius consonat vniuersæ naturæ, neque tamen vi cogitur consonare: sicut & saltantes in tripudio cum cantu consonant atque sono, neque tamen necessitate sunt, sed voluntate concordes. Talem verò potius aut talem vitæ formam accipere, in ipsa animæ electione consistit: sed vtcunq; id fiat passio vel affectus ingens, quo anima inclinatur ad corpus, non à sideribus irritatur, sed exorditur ab anima. Quo verò tempore nouum corpus ingreditur, ex præsente siderum positura fortunam hanc aut illam sortiri putatur, electæ iam vitæ vtcunque potest aliter & aliter accedentem. Tunc ergo præsens siderum harmonia in nobis efficit aliquid, suo videlicet ministerio conferens ad eam vitæ sordem implendam, quæ maximè congruit vniuerso. Quælibet enim indies configuratio cæli pars est harmoniæ totius, & vt pars obsecundat vniuersi naturæ, cum qua simul congruit vnaquæque natura, & corporea simul & animalis. Quamobrẽ ab ipsa mundi natura simul cum propria vniuscuiusque natura res singulæ peraguntur: à motu verò & figura cælestium aliter & aliter quodammodo disponũtur atque ex quadam ad naturam concordia portenduntur. Quoniam verò ad quemuis effectũ naturæ propriæ vnà cum vniuersa natura concurrunt, iccircò de euentus proprietate obscurè admodum per indicia iudicatur.

Quæ hìc mala contingunt, non mittuntur è cælo mala.

XI *Caput vndecimum dignitatem cæli tuetur in omnibus, quæ inde fieri vel significari dicuntur, ex eo quòd quæ hìc inde fiunt, nec talia ibi sunt, nec talia in se veniunt, qualia hìc subinde resultant. Ignẽ hunc nostrũ dices ab igne cælesti quodammodo procreari. Hic tamen ab illo adeò diuersus est, vt nihil perseuerantius: nihil vicissim hoc instabilius, qui vix momentum sine alieno pabulo permanet. Nihil salubrius illo: nihil pestilentius isto, qui omnia rapacissimè deuorat. Mitto quòd ille ferè totus est lumen: hic ferè totus est fumus, Profectò quantum ad ignis appellationem pertinet, poteris forsitan intelligere quicquid ex igne cælesti datur esse in se aliquid igneum, sed apud nos degenerans exile resultare. Potes & aliter Plotini verba contexere, vt ignea intra nos natura degenerãs à cælesti simul cum hac nostra affectione ad diligendum, etiam à cælesti beneuolentiæ ratione longè deficiente, citet sæpe libidinẽ minùs honestam, & hoc quantum ad naturam spectat concupiscendi. Mox adducit exemplum ad naturam iracundiæ pertinens: deinde ad rationem in actione positam: denique ad rationem quodammodo contemplantem, vt ostendat vbique aliter in nobis accipi, quod à cælo aliter est tributum. Sic Venus necessariam vel suppeditans, vel augens charitatem sæpius incusatur, quasi libidinosos effecerit, cùm tamen per eam oblata charitas in libidinem apud nos euadat lasciuiorem. Sic Mars, quòd vel indomitus ferociores effecerit, vel mansuefactus timidiores. ita Sol & Iupiter quòd ambitiosos & vanos: ita Mercurius, quòd astutos nimium atque seductores: ita Saturnus, quòd segregatiores atque tardiores: cùm tamen & Mars magnanimitatẽ, & Iupiter atque Sol studium honestatis, Mercurius industriam, Saturnus contemplationem & grauitatem præstare voluerint: nos autẽ hæc vel natura, vel cõsuetudine deprauata contaminauerimus. Inter hæc autem animi dotes non à motibus vel corporibus planetarum, sed ab eorum animis vel dari, vel augeri, vel foueri memento. Mala verò neque ab animis, neque à corporibus cælestium nobis inferri. Nefas enim dictu est, stellas vllas reguli serpentis more nobis aspectu nocere: pium verò credere, stellas naturaliter omnes Struthi more radiorum intuitu cuncta fouere, perinde atque in animali ipsa totius membrorumq; principalium vita membra omnia fouet & adiuuat. Sic Solis lumen suaptè natura confert ad vitam atque ad sensum, quamuis interdum ob subiecti debilitatem humorisve defectum videatur obesse: sicut & calor iecoris stomachum naturaliter adiuuat: sed eum in quo vel parum sit humoris, vel liquidi nutrimenti quamminimum, nonnunquam fortè debilitat. Videtur itaque falsò vel Mars furorem, vel contrà stuporem, siue pauorem adduxisse Saturnus. Deme nimium bilis excessum, tolle copiam atræ bilis, neque Martis aspectus, neque Saturni furibundum faciet, aut stupidum, atque pauidum. Ea rursus in Martem atque Saturnum calumnia, quòd infortunatos faciant, contingit ex eo, quòd Saturnij cùm vel contemplatores sint, externa negligant, vel ad expeditionem sint tardiores: præsertim si in frigidiore materia illius influxum acceperint: quo fit vt opportunè nihil aggrediantur. Martij contrà, si in calidiore materia susceperint Martis instinctum, præcipiti omnia motu perturbant. Forte etiam Saturnij dæmones, tanquam contemplatores, si eis commendati simus, nostra negligentius agunt: Martij verò dæmones suorũ animos importunius vrgent. Perinde quantum natura differt inferior à superiori natura, tantùm discrepat suscipiendi conditio. Sic ergo virtutẽ Saturni continentẽ atque sistentẽ materia sæpe inferior, quando calore deseritur, conditione quadam excipit compacta nimium, gelùve concreta. Sic vim Martis motricem, subiectũ aliquanto calidius per inflãmationis concitationisq; suscipit impetũ. Quid plura? Quis non intelligat & blandũ cæli calorẽ euadere apud nos edacẽ, & humorẽ cælitùs almũ apud nos fieri suffocantem ac protinus diluentẽ? Vt ergo summatim dicam: Sicut se habet cælũ nobis conspicuũ ad intellectuale cælũ: sic tractabilis hæc nostra regio ad visibile cælum. Formæ rerum in cælo intelligibili à materia, dimensione, motu, sunt liberæ: in cælo autem visibili tria hæc necessariò subeunt. Sed ibi materia quidem est procul à passione: dimensio quoque sine diuisione: motus similiter seorsum à transgressione ordinis & transmutatione substãtiæ: in regione denique nostra res tria hæc naturaliter patiuntur. Ergo quod in primo cælo integra participatione vndiq; bonũ, in cælo secundo fit minùs bonũ, in nostra regione iam malũ. Nemo igitur malũ cælestibus imputet. Sicut enim quòd loquaris, quòd eas, habes ab anima & virtute motrice, quòd autem ineptè loquaris & eas à vitio linguæ vel pedis: sic quicquid ex anima corporéque cælesti ad te demittitur, ordine recto procedit, sed in te sæpe claudicare compellitur. Id verò totũ vnà cũm Plotino & Iamblico ita cõcludimus. Quinque de causis munera cælitùs attributa degenerant. Prima, quia quod prodit ex causa præsertim superiore, eo ipso quod exit, etiã deficit inde. Secunda: quoniam dum id accipitur in viliore materia, pro virilitate materiæ capitur. Tertia: cùm accipientis natura longè diuersa sit, iure quod accipit non deterius tantùm reddit, sed nimiũ ratione diuersum. Quarta: dum subiectũ præter cæleste munus varia insuper capiat aliunde, tum inter se repugnantia, tum à cælo diuersa: meritò non solùm inficit cæleste donum, sed valde cõfundit, redditq; secũ passionibus frequenter obnoxiũ. Quinta: quoniã ex omnibus inter se confusis resultat nouum aliquid priori origini dissimillimum, omnino verò inferioris naturæ debilitas obnoxia passioni sæpe bonum cæleste non substinet, & cõpetenti ad illud proportione carens ægrè patitur, sub eo etiam quod salubriter agit.*

Quæ hìc generantur, naturam propriam magis habent ex cauſis propriis, quàm ex cæleſtibus.

XII Duodecimum caput oſtendit varios è cælo venientes influxus in vnum apud nôs confluere, quamuis aliter
alibi: & ex eo confluxu quicquid ſub illo gignitur aliquid reportare. Profectò quod naſcitur, ex communi quidem cæ-
li fauore communiter adiuuatur ad ortum: vt autem oriatur homo vel equus, nec ex communi influxu nanciſcitur,
qui omnibus æquè fauet, neque ex hoc aut illo ſortitur influxu. Sub quolibet enim homines pariter naſcũtur & equi.
Homo igitur prouenit, quia ex homine naſcitur, & equus quoniam fit ex equo: vt autem homo ſit talis ceu ſangui-
neus vel colericus, magis minúſve pulcher, procerus, vel breuis, & reliqua: partim quidem habere videtur è cælo, ex
parentibus certè quamplurimùm: quod Ptolomæus confitetur effectu compulſus. Vnde prohibet ex ſolo cæleſtium in-
tuitu iudicare de nato: iubet autem parentum eius & nutrimenti & loci naturam, & conſuetudinem diligẽter con-
ſiderare. Mitto in præſentia quantum varietatis imaginatio generantium filiis afferat. Certè ad ipſam ſubſtantiæ
naturaliſque qualitatis proprietatem natura tum ſpeciei tum indiuidui generantis multò plus valet, quàm cæleſtis
influxus: quod manifeſta in omnibus experientia docet, ex ipſa præſertim ſimilitudine, qua naſcens generantis ſpe-
ciem refert ſimul atque perſonam. Communes itaque cæleſtéſque cauſæ plurimam circa communiſſimas conditiones
auctoritatem habent: propinquæ verò propriæque cauſæ circa proprias plus admodum proculdubiò poſſunt: præſertim
quoniam quæ à ſuperioribus cauſis afferuntur pro natura ſubiecti locique, & pro determinatione cauſarum propin-
quiorum accipiantur, & in formam aliam tranſmutentur. Hinc Ptolemæus ait, teſte etiam Ariſtotele, cæleſtes effe-
ctus ob materiam naturamq; inferiorum poſſe mutari, neque ineuitabiliter euenire. Homo igitur velut à cauſa fit ex
ſeminaria hominis ratione, quæ quidem eſt in anima naturáque propria, regitúrque ſub ideali hominis ratione, quæ
in natura animáque communi vigens, regitur tandem ab ipſa diuinæ mentis idea. Dum verò ex ipſa virtute ſeminis
concipitur homo, interea poteſt vel è cælo, vel ex propinqua ſiue circunſtanti materia, vel impedimentum aliquod af-
ferri, vel adiumentum, quo naſciturus aut deteriorem inde, aut abſolutiorem accipiat qualitatem. Prodit tamen plu-
rimùm ſimilis generanti, ſpecie ſemper, & perſona frequenter. Cùm verò impedimentum vel ex cælo vel ex materia
contingere poſſit, maius admodum eſt quod accidit ex materia: nam manca quædam ſæpe producit. Maximum verò
quod imaginatione contingit: hæc enim monſtra proferre ſolet. Si ergo maius impedimentum ex materia, & loco, &
cauſis prope nos circunſtantibus aduenit, nimirum & hinc potiſſimùm prouenit adiumentum: & omnino nullus cæ-
leſtis influxus, ſed ratio ſeminalis auctoritatem poſſidet generandi: nam & vbi ſponte ſub Sole pariter & humore a-
nimantes exoriri videntur, neceſſariò ex ſeminali virtute, quam vita mundi poſſidet, oriuntur: quod in Theologia
latiùs declaramus.

Ex vita mundi communi eiuſque rationibus ſeminalibus ſimul & à rationibus cuiuſque pro- priis omnia generantur. Item præter actionem animæ mundi communem ſunt in ple riſque propriæ actiones: influxus verò cæleſtium motionum quaſi extrinſecùs videntur accedere.

XIII Quoniam ad rerum cauſas tum communes tum proprias iam deſcenderat, iccircò in tertiodecimo libri capitè
principia rerum ritè proſequitur. Sicut igitur in omni viuenti, ſic in mundo tanquam animali quammaximo à ſemi-
nali ratione, quæ eſt in vegetali virtute animæ, naturalique ſpiritu & vitali formatur totum corpus ſub forma to-
tius. formantur & membra propriis membrorum formis, conformantur & ſingula, tum mutua inter ſe communio-
ne, tum ad totius formam & finem relatione. Cùm igitur in ipſa totius forma contineantur formaliter omnia, in for-
mis verò ſingulorum non comprehendantur formaliter alia, quamuis participatione quadam videantur adeſſe, meri-
tò quicquid agitur vel agit, patitúrve in mundo tanquam familiare propriumq; ipſius ipſi conducit ad bonum: non
tamen quicquid ex parte accedit ad partem venit æquè domeſticum. Quod enim à parte mundi venit ad partem lon-
gè vel ſitu vel natura diſtantem, tanquam alienius videtur offendere: quod venit aliter, adiuuare. Cuncta verò quic-
quid in ſe inuicem agant, ſemper præter id quod in ſe conſiſtunt, quódve agunt propria facultate, proculdubiò ad com-
munem totius vitæ ſpiritum vbique conſpirant. Quamobrem de agentibus ita diſtingue: Quæ in viuente hoc mundi
corpore, præter exiguum quoddam communis vitæ veſtigium, nihil vitæ propriè poſſident, non propriè quidem agen-
tia ſunt, ſed agentium inſtrumenta, ipſius ſcilicet mundi principaliúmque partium mundanarum. Neque id quidem
iniuria: Naturalis enim actio pendet ex motu: principium verò motionis eſt vita. Vita nanque ſicut eſt primus inti-
mus perpetuus eſſentiæ motus, ſic eſt principium cuiſlibet motionis, ſic eſt & naturalis actionis origo. Quibus ergo
propria vita deeſt, nimirum & motio abeſt & actio propria: vbi ergo agere videntur, aguntur. Sic grauia leuiáque &
calefacientia & ſimilia trahuntur ad motiones & actiones ab ipſa mundi vita, non aliter quàm à magnete ferrum,
& calor vel humor in animali à vitali virtute ducitur atque trahitur. Quæ verò vltra communem mundi vitam na-
cta ſunt aliquod vitæ propriè donum, hæc motionis actioniſq; quaſi propriæ nonnihil habere videntur. Sed viuentia
hæc diſtingue: Cum viuentibus omnibus principium motus inſit, ad motiones inquam inter ſe differentes indiffe-
rens, aut ad certam motus conditionem determinatur ab alio, aut potius ex ſeipſo. Ab alio quidem plantæ ſcilicet ab
vniuerſa natura & à quotidiana quadam indigentia, oportunitate, occaſione, concurſu circũſtantium cauſarum. Ab
alio rurſum bruta ſcilicet ab eorum occurſu quæ ſentiuntur, dum imaginationem huc vel illuc impellunt, neceſſitati
naturæ præterea ſeruientem. Animal verò rationale intimum motionis ſuæ principium ſæpe ad certos motus ſua qua-
dam per ſe concepta notione & electione definit: & quo magis incedit intelligentia, eò magis in agentium ordine
computatur, & à patientibus ſegregatur. Vtraque verò animalia ſcilicet & rationem habentia, & carentia ratione
tanquam partes quædam mundi ad decus mundi conducunt. Animalia rurſus ita diſtingue: Animalia quidem cæle-
ſtia atque ætheria ſimpliciter agere potius, quàm pati dicuntur: Bruta verò minimum actionis habent, plurimùm paſ
ſionis. At aerij dæmones hominéſque medium fermè inter actionem obtinent atque paſſionem. Ex tribus his generi-
bus animalium animalis mundani decus officiumq; expletur. Et ſummum quidem genus ita ſe habet in mundo, ſicut
in nobis intelligentia: medium verò quemadmodum ratio ſiue vniuerſalis, ſiue particularis in nobis: infimum deniq;,

ſicut

sicut quod infimum in nobis existit. Vbique autem in vniuerso superiores sphærarum stellarúmque animæ vniuerso præstantiora præbent, quàm animæ earundem inferiores, dicuntúrque à Platone Iouis, id est, intelligentiæ mundanæ collegæ. Omnino verò quicquid vsquam est in mundo, quodammodo viuit, seu vita propria, siue communi, nō minus, quàm quicquid est in quolibet animali. Viuunt inquam, & viuentia fiunt omnia secundùm vitam, dico corpoream: principaliter quodam mundanæ animæ benficio, in cuius seminaria ratione rationes omnes viuentium continentur: Et vbique ratio seminalis in anima vigens, tum in anima communi, tum in propria quauis præcipuum est motionis & generationis, formationisq; principium. Quod enim in rebus speciales quædam virtutes insint, quæ ad causas elementales referri non possunt, hoc euenit simpliciter ex confluxu multorum: alioquin vel casu contingerent, vel firmæ non forent. prouenit igitur ex animali seminariáque ratione. Sic Peonia suspensa collo caducis opitulatur: Polipodium atram bilem purgat: Corallus timorem pellit: Laurus pellit fulgur: Torpedo piscis stupefacit hominem etiam virga tangentem: echinus pisciculus sistit nauem: iam verò speciales eiusmodi vires illinc existunt, vnde sunt species. Referuntur autem variæ species naturalium non solùm ad differentes dæmones atque stellas, sed etiam ad ipsarum seminarias rationes in ipsa mundi vita, vbique regnantes. Circa enim quamlibet speciem ad ipsius effectum agentia passim multa concurrunt, quæ nunquam communi firmóque ordine ad vnum ritè conducerēt, nisi vno quodam duce regerentur vbique præsente. Profectò sicut species complurimæ rerum ad genera quædam, & hæc tandem ad vnum vbique genus: sic agentia multa gradatim ad vnum vbique agens necessariò rediguntur. Agentia inquam, siue tanquam instrumenta, vt corpora inferiora ad superiora, illa fortassis ad Solem beneficio luminis vbique præsentem: siue tanquam agentia principalia, velut animæ rationales inferioris ordinis, ad rationales superioris ordinis animas, & illæ tandem ad vnā vbique pariter dominantem. Tantam verò in animali natura eiusq; rationibus seminariis esse vult potestatem, vt nullam vel ingentem mundi partem & motionem posse putet eas ex ordine suo penitus deturbare, quominus ex specialibus rationibus certæ rerum species proprietatésque ita proueniant, quemadmodum & totius naturæ animalis ordo præscribit, & natura quælibet illius pedissequa ritè prosequitur. Quid ergo stellæ? quid earum quotidianus motus efficiet? Certè nec faciet species, neque mutabit, neque earum euentus detorquebit à specie: sed qualitatibus fortè quibusdam in deterius meliúsve afficiet, siue secundum corpus, siue secundùm animam corpori prorsus immersam: siue secundùm actiones quasdam: quibus explendis superior anima indiget instrumentis. Id verò totum cælestis influxus ex accidenti quodam dicitur agere: quia tum ex oportunitate quam nācisitur ex inferiorum concursibus agit, tum non agit proprio tenore deformia, tum non mouet animam, nisi forsan moto per cælum corpore anima vel per acccidens moueatur, vel motioni consentiat: Siquis autem propter monstruosos interdum fœtus dubitet vel rationes seminarias, vel species permutari, animaduertat semper in eis partem præcipuam, & radicem speciei propriæ conseruari, quamuis vel adiunctum sit aliquid vel ademptum. Adiunctum inquam, vel ademptum, non tam influxu cælesti, quàm vel materiæ lociq; imaginationisve vitio, vel concursu quodam fortuito diuersorum. Conseruatur autem principale semper, aut certè quamplurimum, quia principale continuumq; illic agens est ratio seminalis: qua quidē sublata res casu potius quàm natura contingerent. Quam esse necessariā etiā in his quæ spōte nasci videntur in Theologia probamus. Cùm enim hæc sic artificiosè formentur, sic vita sensuq; donentur, sicut illa quæ propagatione gignuntur, certè hæc sicut & illa à viua occulti seminis ratione formantur. Quæ vbiq; in vita mūdi regnans, materiam passim opportunè paratā, & artificiosissimè simul & citissimè format: vtpote quæ potestatem habet excellentissimam atque diuinam, per quam ex vilissimis agit momento pulcherrima, dum & agentia inter se diuersa ad vnū dirigit finē, & generales influxus ad speciales & proprios pro affectione materiæ distinguit effectus.

In singulis quæ hominibus accidunt, sufficientes apud nos præter cælestes motus causas reperimus.

XIIII Hactenus cælestes influxus in rebus quæ ad corpus & animam pertinent, non multùm auctoritatis habere disseruit: deinceps parum insuper valere declarat ad illa quæ nominātur externa. In omnibus verò summatim causas sub cælo sufficientes manifestasq; adducit in medium: siue determinatæ rerum causæ sint, siue occasiones quædam ex multorum concursibus contingentes, siue artes & electiones humanæ. Inter hæc nota generantium naturam & qualitatem loci atque nutrimenti plus admodum valere ad corporis valetudinem, quàm communes & remotas, & momentaneas cælestium motiones: per has igitur significari potius interdum illa quàm effici, quæ ex causis propinquis sufficienter aguntur. Ait præterea, mutuam consequentiam rebus inesse, per quam mutua præstare indicia possint, præstare inquam, quantum ad ipsam pertinet vniuersi connexionem, & apud illum duntaxat certè significare, qui omnia circunspiciens, omnium conspiciat consequentiam: tum verò in homine generando rationem virtutemq; seminalem esse dicit causam principalem, imò verò totam causam ex propinquo. Quod enim certæ species ex certis seminibus modisq; propriis oriantur, neque confusio fiat inuicem, neque transgressio, totum in seminalibus cōsistit naturis: declarátque totam eas auctoritatem generationis habere: vbi si nihil impedit, fœtus ad rationis seminariæ normam ritè formatur. Impedire verò dicitur, quod non absolutam exprimi sinit seminariæ virtutis imaginem. Id autem impedimentum non tam ex motibus propriè planetarum tanquam remotis & momentaneis, quàm vel ex vitio matris vel ex aeris qualitate conceptui dissonante procedere indicat.

De fato, & fatis: & quomodo anima priusquam fato tangatur, tangitur amore corporis. De dæmone vitæ duce. De liberatione à fato. De principiis entium. Quomodo anima nostra etiam habeat principij rationem.

Fatum quid.

VI Postquam quid fati pars, id est, ipsa tantùm in dies reuolutio cæli valeat, explicauit, iam quid totum fatum valeat, explicat. Est autem fatum vniuersum tota mobilium omnium series causarum, siue animales causæ sint, siue corporeæ, seu superiores, siue inferiores. Cùm igitur consequens deinceps mobilium causarum connexio fatum sit, nimirū rationalis anima, quatenus ab intellectuali stabilitate digrediens latius explicatur in motū, eatenus fati laqueis implicatur. Contrà verò dum totus animus stabili prorsus intelligentia viuit, nullis fati retibus irretitur. Cogita igitur

rationalem in anima facultatem, postquam diu quondam vixit in mente, tandem nouo quodam motu vergere ad na
turam sub se vegetalem, imaginationémq; quodammodo naturæ coniunctam, quando videlicet in natura imagina-
tioneq; eiusmodi affectus ad corpoream nobilémq; vitam acrius inualescit. Tunc animus nouo quodam sui motu pro=
pensius ad mobilia vergens, atque ita mobilem vitam eligens in fatum inde prolabitur, quodãmodo etiam antequam
terrenum corpus ingrediatur, & priusquam id corpus concipiatur in vtero. Fortè enim subitò corpus subit aerium, ea
potißimùm sorte fatali, quam & ipse paulò antè partim elegerat, & partim harmonia totius, & tunc ita, & nunc po
tius ita sonans accommodauit. Dæmonem verò vitæ ducem tunc primùm sortitur, cùm primùm eiusmodi vitam af=
fectauit simúlque elegit. Similiter quando deinceps terrenum corpus affectat & eligit, tunc vitæ formam partim pro
electione, partim pro harmonia cæli dum eligit ac dum ingreditur regnante sortiri putatur, similitérque in his à dæ=
mone duci. Dæmonem verò dari nobis Ægyptij volunt, ab ipso dæmonum præside Deo ad electæ iam vitæ normam,
atque ad consonantiam vniuersi electionis tempori concinentem: non ab astro quodam, non à planeta, vt putat Por=
phyrius, qui in ipsa generationis figura plus poßit: ideóque propriè dæmonem, quoniam ad concentum mundi tribui=
tur, fato animam (vt ita loquar) accõmodare. Quia verò datur à Deo & ad animæ ipsius electionem: datúrque diui=
nus à fato rursus quodammodo animam liberare, animam inquam in dæmonem, pérque dæmonem in Deum quan=
doque conuersam. Iccircò Pythagoricus ille cantus orat Iouem, vt vel ipse nos ab his malis absoluat, vel saltem quo dæ=
mone vtamur ostendat. Respondet denique solutionem sperandam eße per diuinitatem quandam nobis insitam, no-
bisq; malorum remedia subgesturam. In primis autem memoriæ commendabis: primò quidem vitæ sortem formám-
que viuendi non à fato sed ab affectione & electione animæ exordiri, pérque acceptum mox dæmonem quodammo=
do expediri. Secundò, sortem formámque, vt dixi, viuendi accipi siue peragi vel compleri quodammodo etiam à
tota dispositione mundana, quæ concurrit vndique, tum quando anima corpus affectat & eligit, tum quando cor=
pus ingreditur. Tertiò, dispositionem vitæ non talem duntaxat fore, qualem sola cælestia fortè decernerent: sed
qualem potius inferioris materiæ præparatio, & locus, & natura parentum, imaginatióque, & cætera quæ circun=
stant vnà cum cælestibus coniuncta conficiunt. Quartò, ex his omnibus sequi, vt multi sub eadem omnino cæli dispo-
sitione nascentes dißimilem sortiantur euentum: quoniam & altiùs ante natiuitatem, vel etiam ante conceptionem
trahuntur fati primordia, & pro inferiorum concursu expletur fati conditio. Quintò, neminem poße vel superiora
suspicere, vel hæc omnia intueri, vel hæc vnà cum illis ritè complecti, vel quid ex eorum complexione velut ex cau-
sa sequatur, perfectè cognoscere. Sextò iudicium per signa prorsus inde confundi, quòd ex diuersis sortis nostræ primor=
diis, causisq; inter se oppositis, rebúsque contrariis complurima inter se discrepantia trahuntur indicia: imò & ex aliis
quasi vestigiis alia confunduntur, vt verè iudicare de sorte, sit sortis cuiusdam potius quàm scientiæ. Post hæc autem
Lachesis quidem nomine sortes formásque viuendi dicit significari: nomine Clotho cõuolutionem earum euolutio=
némque ostendi per vniuersum: Atropos denique neceßarium huius explicationis effectum: necessarium inquam, qua=
tenus consistit in natura fati & quantum huic anima cedit. In fato inquam, quia fatorum regnum Plato propriè po-
nit in cælo: ideóque ibidem inter ipsa cælestia euentus semper est neceßarius. At si cælestium concentui, inferiorum
quoque inter se confluentia penitus consonaret: neceßariò proueniret & hîc fati decretum: sed fortasse non consonat.
Fortè enim accidit inferiora & ita intra se confluere, & ita rursum congredi cum cælestibus, Hîc ergo quispiam for=
tunam cum fato miscebit. Præterea si quando & cælestia & inferiora corpora ad eundem conspirent euentum, ideó-
que euentus quantum est in hac corporum omnium conspiratione ineuitabilis videatur, & fortuna iam fatis seruiẽ=
te fatalis: tamen vbi ius habet animus, in quo motus est primus ac liber, non necessariò prouenit homini quod mun=
do neceßitas destinabat. Nam sicut in cælo fati regnum duntaxat, sub cælo autem fortunæ insuper potestatem ple=
rique collocant sic in ratione æquè per opposita discurrrente consilij & electionis arbitrium collocabunt. Sic Plato vir
tutem animi vel in fato semper liberam confitetur. Fatetur & Ptolemæus fortunæ consiliique occursu cæleste decre-
tum posse mutari. De neceßitate quidem tribúsque Parcis in commentario decimi de Repub. satis diximus: nunc cẽ=
semus considerandum quod mox Plotinus adducit: alios quidem homines fieri tales, scilicet vel natura, vel vsu, vel
vtroque, vt trahantur illecebris vniuersi: alios verò tales, vt inde quandoque se retrahant. Fiunt verò natura tales,
tum animo per priorem electionem atque vitam, tum corpore per causas naturales: fiunt quoque tales ex vsu. Quod au
tem ait, plerosque à mundo more quodam magico fascinari, declarat, animam non alio hamo, quàm amore vel natu=
rali, vel nouo, atque esca voluptatis illaqueari. Declarat, & ipsum vniuersi naturam quasi magnam corporibus omni=
bus non solùm pulchram formam, sed vitam etiam quandam inseruisse. Qua forma tanquam ideæ simili, qua vita ipsi
animæ quasi cognata, anima velut esca quadam alliciatur, inferioribusq; pellecta prouideat. Significat interim ani=
mos ob intellectualem naturam corpore toto corporeáque vita superiorem, poße quandoque se contemptis mundi hu=
ius illecebris à fato resoluere, quo non aliter quam illecebris detinetur. Hinc verò se soluit quatenus mundum amat
superiorem, quem amando in pristinam præcipuámque naturam animus suam reuertitur. in mentem dico, vel in ra=
tionem mente formatam. Profectò cùm omnia etiam naturalia propriam habent in se naturam & actionem, præter
conditiones quotidie acceptas extrinsecùs, multò magis id muneris poßidet anima, quæ habet principij rationẽ. Prin-
cipij dico rerum naturalium atque mobilium: ab anima enim natura motusque dependet: ab anima dico intellectua-
li. principium enim sub bono rerum efficiens est intellectus, sub quo intellectualis anima principium est efficiens &
quasi iam formans. Anima quidem vniuersi naturalium omnium principium est summatim: aliæ quodammodo si=
gillatim. Illa rursus omnium in vniuersi forma: aliæ omnium in formis partium vniuersi. Omnis ergo rationalis ani-
ma, prout habet principij rationem, sicut format hoc corpus, ita quodammodo potest saltem aliter alia. Tum verò quẽ=
admodum vt principium format ducitque id corpus & tantùm, sic non alia solùm, sed & maiora potest, dummodo si-
militer afficiatur ad illa: ceu anima cubitale corpus viuificans, potest similiter & tricubitum. Sed hæc in Theologia
latius explicamus. Quantum verò ad principium spectat, animaduertendum est, ipsam entis naturam considerari, vel
prout est in actu primo per formam, vel prout in actu secundo per motum. Vbi verò non reperitur propriè motus pro
actu secundo, qui & actio est, ibi ipsum eße formæ locum obtinet actionis, ac motus quodammodo dicitur. Sed consi=
deremus ens aut in actu per formam simpliciter, aut in actu per motum. Primo quidem modo entium principium est
intellectus: secundo autem modo, eorundem principium anima iudicatur. Intellectus igitur entis principium est, qua

ratione

ratione ens est actuale, vt ita dixerim, aliquid & formale: anima verò entis principium est, qua mobile. Ac si principium est formarum, earum præcipuè origo est quæ motu proueniunt: aliarum verò si est principium, non tam vt animalis est id habet, quàm vt intellectualis existit. Ipsum autem vnum bonúmque intellectu superius, principium est entium atque finis, quomodocunque ens ipsum accipiatur, siue in potentia quadam, siue in actu: seu in actu primo, siue secundo, siue nondum mobile, siue iam mobile. Præcipuè verò principium est entis & finis, qua ens vnum est & bonum. Potissimè quoque principium entis, vt & ipsum & ens est vnum, finis eiusdem, vt & ipsum & hoc est bonũ. Sed de hoc alibi. Redeamus ad animam. Solemus argumentari, rationalem animam esse essentiam, scilicet formam ac speciem in se firmiter consistentem, suúmque esse atque existere in se prorsus habentem, ex eo quòd appetitiones actionésque quasdam proprias habeat, tum segregatas à corpore tum corpori frequenter oppositas. Plotinus verò vicissim hîc velut ratum accipit, animam essentiam sic existere, per hoc autem argumentatur, eam munera quædam propria possidere. Sed vnde nam id habet ratum? Ex eo forsan, quod est principium entis mobilis ordinatè ac perpetuò mobilis. Est igitur essentia fixa, ac si mobilis, ex se mobilis, propriáque vita viuens, sicut proprio motu & intimo mobilis. Vita enim motus & actus est intimus. Quamobrem si anima quasi mouetur interdum ab externis atque formatur, iccircò contingit, quoniam ipsa iam sponte cessit ceditque corporibus: sed ipsa interim propriam habet, firmámque tenet in essentia formam, simul & esse: siquidem ab initio naturaliterque ad corpus, non vt mobilis atque patiens, sed vt motor accessit & agens. Quomodo autem anima etiam nostra sit principium motus, & in ratione principij sit animæ mundanæ collega, in Theologia probamus. Nunc verò concedamus animam in officio motionis æquè fermè cum cælestibus conuenire, quæ cum eisdem in superiori officio, id est, contemplationis munere conuenit: quo & transcendit motum ad æterna resurgens. Concludit postremò Plotinus, nostrum animal ex animali mundo pendere, scilicet ab initio quemadmodum aliàs declaraui, & quotidie plurimùm. Verùm sicut & quotidie etiam ex anima nostra dependet, sic ab initio à nostra quoque pendebat, atque vicissim sicut ab initio, sic & indies. Tale igitur plurimum in nobis est animal, quale animal est mundanum, scilicet animam habens corporis vsui naturaliter consulentem, & cum corpore simul agentem, & in nobis saltem quodammodo patientem. Item quotidie in nostrum animal instinctus quidam mundani mirabilésque resultant pro diuersa dispositione mundi, tum dormientibus, tum etiã vigilantibus. Et hoc animal mundano sæpe consentit & compatitur animali, nisi quatenus anima in nobis superior huius quoque domina, hincque separabilis & animæ mũdanæ germana, animal hoc aliter mouet & sistit. Hæc enim & separata est ab initio per essentiam atque esse, & separari etiam magis studio potest per oppositũ affectum simul & actum. actionésque proprias habet, ac si animal sibi commendatum mansuefacere potest, & ad se ita conuertere, quod alibi Plotinus ait. potest etiam id nõnunquam virtute mirabili ab his malis eruere, sicut & ipsa se eruit, dum quæ ad animal pertinent, tanquam aliena nonnunquam nihili pendet.

De duabus animabus in nobis. Item quomodo à communi seminario mundi omnia generentur: & quomodo in eo comprehendantur: & quæ gignuntur, tum semel exeundo degenerent, tum per secula deficiant à primordiis.

XVI Postquam in superioribus & quæ non veræ sint rerum causæ demonstrauit, & quæ sint veræ quodammodo designauit, in tribus iam sequentibus libri capitibus, quæ sint causæ veræ definit. Tu verò in primis vbi dicit, quod inseparabile est quando est in corpore, Nota fortè Plotinum velle, vitam corpori dedicatam, quam sæpe animam secundam nominat, inseparabilem esse à corpore, id est, inseparabiliter agere, id est, singula simul cum hoc corpore videlicet dum est in eo: veruntamen posse tandem vnà cum superiori anima hinc abire: nam & ab ea pendet velut actus eius assiduus, quamuis hic actus per actum animæ mundanæ corpori coniungatur, sicut radius visualis per radij solaris actum aeri se insinuat: atque sicut neuter radius euanescit apud Plotinum, sed vterque in fontem proprium replicatur: ita & actus vitalis vterque, tum communis ab anima mundi, tum proprius à nostra redit in suum. Neque fortè prohibet vnionem vitæ, vnitatémque animalis eiusmodi vitæ duplicitas: cùm altera quidem communis sit, altera propria, & quæ propria est, naturaliter cum communi conspiret ad idem, tum ad propria illam determinans, tum ab illa rursum adiuta ad opus proprium communi totius operi consentaneum. Sed de hoc alibi dilgentius. Præcipuas naturalium causas esse vult seminales earum rationes in vegetali animæ mundanæ natura, quibus semper ordine certo respondeant seminales in speciebus singulis rationes. Sed quonam pacto ex vniuerso seminario mundi omnia pullulent, multis quæstionibus perscrutatur. Principiò quærit, nunquid anima mũdi singula faciat, quasi recta quadam successione scilicet in ordine graduum occasionúmque temporalium prius quidem elementa secundùm originem, deinde quæ ex his componuntur: item hominem primùm secundum dignitatem, deinde bruta: vtrum inquam hæc faciat, eisque prouideat vsque ad species duntaxat rerum, earúmque propaginem & salutem: quæ verò singulis indies accidant non attendat. Quæstio secunda: Vtrum anima etiam singulorum, quæ indies singulis accidunt, propterea causa sit, quòd quæ generãtur ab ipsa deinceps agant, & quæ sequuntur: quasi sic anima mundi dicatur contingẽtia quælibet etsi non per se, tamen per medias vbique causas agere. Quæstio tertia: Num anima in seminalibus penes se rationibus præsciptas habeat singulas singulorum actiones atque passiones, nihilque casu contingat, sed omnia fatali necessitate ducantur. Quarta quæstio, Si anima sic in se singula continet: vtrum rationes animæ seminales hæc efficiant, an solùm vel ipsæ cognoscant, vel per eas anima ipsa cognoscat: adeò vt ita quotidie circunspiciant non solùm res singulas, quæ quodammodo generantur ab ipsa, sed etiam actiones, passionésque earum, omnésque euentus: dum videlicet præsentia omnia comprehendens, quicquid ad illa sequitur quasi argumentando concludit. Siue complurima in antecedentibus simul quasi præsentia contempletur: siue nunquam summatim sequentia complectatur, sed singula semper in horas prosequi compelletur. Quæstio quinta, Vtrum animam mundi nefas omnino sit adeò sollicitam ponere: sed putandum sit potius in eius notionibus hæc omnia semel esse præscita, aut etiam in rationibus seminalibus destinata. Sexta quæstio: Vtrum vita defectúsque naturarum ex rationibus, naturæ seminalibus destinari & fieri possint. Fortè nanque & quæ sigillatim mala videntur ad bonum vniuerso conducunt. Soluit denique quæstiones, negans in rationibus rerum naturalium seminalibus quicquam in actu contra naturæ ordinem contineri: sicut neque in rationibus artis, quatenus tales sunt, præter artem aliquid continetur. Quicquid igitur formale in rebus est

atque formosum, in rationibus per se continetur, & ab eis propriè proficiscitur: quicquid verò deforme contingit, id ex
informi materia primùm, vel ab eis quæ hac infecta sunt consequenter euenire videtur. Sed quidnam sibi vult quod
ait, Rerum defectus non secundùm actum, sed secundùm potentiam in rationibus contineri? Certè non secundùm a-
ctum, quoniam non efficiuntur inde defectus: quoniam nulla est ibi propria forma defectus, sed ibi saltem secundùm
potentiam esse dicitur: quoniam ex integra forma, velut exemplari, coniectari potest, quo pacto, quóve gradu aliquid
inde deficere possit. Quæ igitur mala vel minùs bona sunt, præscita quidem illic esse possunt, prædestinata non possunt.
Quicquid enim determinatur inde, definitur ex forma: quod verò fit inde, non tale prouenit in materia, quale possi-
detur ab anima: sed & quoniã extra fit, degenerat: & quoniam in materia fit informi, fit deforme, ac rursum diuer
sorum mistione confunditur. Anima igitur eousque agit per rationes, quousque res formositate congruunt rationi-
bus, quamuis vlterius etiam, id est, deformitatem conijcere possit, generatim quidem intelligentia, sigillatim verò ra-
tione, vel imaginatione quadam naturæ coniuncta: sed in ea quoque non tam discurrendo per singula, quàm sum-
matim. Ait verò & hîc, formas in materia à formis naturæ deficere concussione quadam, id est, tum quia extra ra-
tiones discedere videntur ab eis, tum quia informi materia deformes euadunt, tum quia miscentur oppositis, tum quo-
niam paulatim à pristina dignitate degenerant: naturalia verò paulatim degenerare per sæcula Plotinus in superio-
ribus ait, & Plato in Politico Protagora, Crytia, Menexeno: nósque ibidem causas assignauimus, & hîc ita breuiter
assignamus. Degeneratio rerum quædam est diuturnior, ab initio scilicet mundani circuitus ad finem vsque se porri-
gens: quædam diuturna, minùs ab ingenti terrarum illuuione, ad illuuionem alteram perseuerans. Cogita igitur si-
gna duodecim, quæ in firmamento videntur signis subesse duodecim in nona sphæra signatis: quam Plato sphæram,
etsi non manifestè posuit, posse tamen existere cogitauit: quandoquidem esse posse non negat. Respondebant itaque
quondam signa vndique signis: Aries Arieti, Taurus Tauro, Gemini Geminis, Cancro Cancer, Leo Leoni, Virgini
Virgo, Libræ Libra, Scorpius Scorpioni, Sagittarius Sagittario, Capricornus Capricorno, Aquarius Aquario, Pisces de-
nique Piscibus. Tunc felix auspicium fuit sæculi sæculorum, tandiu felix, quandiu eisdem eadẽ congruebant. Trans-
gressus autem est deinde per motum ad ortum Aries Arietem, sequentiáque trãsgressa sunt reliqua consequenter. Na-
turales interea res simili quodam gradu degenerare cœperunt. Quanquam etiam quibusdam sæculis pristini vigoris
nonnihil ad tempus recipere posse videntur: quando signa hæc, etsi non ad illa prorsus eadem, saltẽ ad similia veniant.
Aries ad Leonem, aut saltem ad Geminos: vel Leo ad Sagittarium, vel ad Libram: Gemini ad Libram, vel Libra ad
Aquarium, cæteráque similiter: aut saltem aspectus illic oriantur, quos Astronomi tradunt magis esse cõcordes. Con-
ferunt interea magnæ quædam planetarum coniunctiones, quamuis & vicissim nonnunquam nocere contingat. Si-
militer ad rerum mutationes conducit motus imaginum per accessum ad meridiem atque recessum multis sæculis re-
stitutus: verùm non prius pristinam res felicitatem recuperabunt, quàm eadem reuertantur ad eadem. Motus qui-
dem signorum nobis manifestorum ad ortum vergens, annis centum gradum vnum præterit signorum superiorum.
Annorum itaque triginta sex millibus explebitur sæculum sæculorum. Interea sæculi altera quædam fit mutatio,
quando tellus vel aquarum illuuione diluitur, vel flammarum incendio deuastatur. Siue igitur post aquas solis calor
præpotens humoribus incumbet: siue post incendia vicissim hymber exuberet, terra mox vtrobique calore & humo-
re fœcundior pulcherrima parit, donec ob siccitatem sterilior indies euadens, minùs pulchra pariat, redeátque tan-
dem remedij gratia illuuium simile vel incendium. Memento verò, cælestium motiones & situs non tam ad ipsam
formarum generationem, quæ propriè fit seminalibus rationibus, quàm ad materiam pertinere aliter vel aliter dispo-
nendam. Tertia degenerandi causa est præsertim pertinens ad humana: quòd in ipsa nouitate mundi, siue per creatio-
nem fiat nouus, siue per exitium prius nouus effici videatur, homines superiorum numinum quasi pastorum sedula
prouidentia gubernantur. Debiles enim nudique natura, & arte rudes superiorum prorsus indigent gubernaculis.
Prouidentia verò in rebus necessariis sua nunquam deserit. Vnde factum est, vt & natura in necessariis non deficiat.
Quapropter in corpore animalis pro maiori membri alicuius necessitate magis natura laborat. Igitur res humanæ di-
quondam omnino rectæ diuinitùs, nimirum diuiniùs procedebant: at cùm primum humanum ingenium tempore
satis excultum, minùs indigere visum est assidua solicitudine dæmonum, cœptum est gubernari negligentius à dæmo
nibus, seu mauis angelis: vnde humanæ res in deterius quotidie dilabũtur, donec incurabilis per se morbus humanus
necessariam ad se curam prouocet diuinorum. Qua verò ratione ex variis etiam degenerantium gradibus mundus cõ-
tinuè fit vel ex aliqua partium deformitate formosior, alibi satis & diximus & dicemus.

Rationes naturæ seminales non sunt notiones, quamuis in natura fiant à mẽte. Item degenerant in natura primùm à mente: deinde in materia deficiunt à natura. Rursus quale futurum sit animal mundanum, si sublata ratione consideratur.

XVII Rationes verò seminales sicut in qualibet anima non sunt notiones quædam: alioquin cognoscendo continuè generarent, & generando cognoscerent: sic neque in anima vniuersi, cuius vita est vita quælibet efficacior, ideóque simplici vitæ virtute potest absque notionis auxilio generare. Primò quidem rationes eiusmodi intelligentiæ non existunt: Intelligentia enim & seipsam, &, si opus sit, rem intelligendam segregat à materia. Vis autem efficax qualis est seminis naturalis, quum in materia duntaxat genitura sit, materiam in primis aggreditur, penitúsque ingreditur. Deinde neque ratiocinationes sunt: hæ nanque quasi accidentales, & imaginariæ sunt, ideóque substantialia & vitalia facere nequeunt. Facere verò more artis solent extrinsecùs externorúmque instrumentorum amminiculo, & imaginaria quædam: rationes verò seminales intrinsecùs agunt, pérque seipsas ac per instrumenta coniuncta more cuiuscunque naturæ, faciúntque substantias. Præterea neque imaginationes sunt: hæ nanque, vt in nobis apparet, absque affectus efficacia in corpore nihil efficiunt: quinimò neque affectus imaginationi ad formas sufficit generandas, sed ad motum fortè localem. Nam ex imaginatione affectu corroborata localis è vestigio motus in spiritu fit & corde. Ex hoc motu deinceps qualitates quæ iamdiu sunt in corpore

iam

iam excitantur, vnde vel aliam insuper faciunt qualitatem, vel passionem. Similiter in anima mundi imaginatio non formas quidem primò rerum generat, quippe cum ipsa magis etiam quàm ratiocinatio imaginarium quiddam esse videatur: sed cum affectu coniuncta ad localem motum mundi conducit: ante quem motum formæ rerum in mundo iam existunt, ibi videlicet iamdiu genitæ virtute mundi genitali per seminales scilicet rationes. Quamobrem ex rationibus eiusmodi naturæ huic infusis primæ rerum formæ procreantur in mundo: subinde verò ex imaginationibus spectantibus singula generanda, per motus quodammodo singulos, quotidiani motus, & singuli fiunt, quibus formæ rerum ad alterationem mutuam concitantur: qua quidem alteratione perpetua materia passim ad nouas quotidie formas à rationibus suscipiendas ritè paratur. Comites ergo in anima quidem imaginatio naturáque sunt: comites similiter in vniuerso alteratio semper atque generatio. Nec iniuria natura genitrix singulorum imaginationem comitatur, atque vicissim, quæ se per singula distrahit, neque tamen rationem proximè, quæ ad vniuersalia denique refugit: neque intelligentiam in vniuersalibus semper perseuerantem: ac si intelligentia, siue ratio singula perspicit, consequenter id agit: Præcipuũ verò habet interim ad vniuersalia studium. Generatio igitur vel alteratio atque motio, quæ duntaxat est singulorum, post naturam mox esse videtur imaginationi propinquam, circa singula solùm, & præcipuè se versanti. Omnino verò quum generatio sit prorsus circa materiam, si inuenturi simus virtutem proximè generantem, descendere cogimur infra virtutem quamlibet cognoscentem. Quælibet enim cognoscendi virtus formã & actionem, qua cognoscit, habet à materia separatam. Quemadmodum igitur quod in summo sui ipsius est lumen, & in medio splendor, id in infimo sui fit calor, atque vt calor generat, non vt splendor, nec vt lumen: sic in anima quæ in suo quodam summo intellectualis existit, in medio verò discurrens, in infimo denique vitalis tantùm atque viuifica, non vt intellectualis, nec vt discurrens, sed vt vitalis generat atque viuificat. Et si quæ facit, interea & cognoscit, non tamen quia cognoscit, sed quia ita se habet, & ita afficitur naturaliter, ideo sic & talia facit. Dixi equidem non quia cognoscat, cognitione inquam aliqua præter essentiam: nam in ipso eius summo idem est intelligere quod & esse: ideóque essentiali hac vitalique intelligentia per essentiales idealésque notiones naturaliter formas, id est, seminales rationes efficit in natura, sicut natura per eas in materia formas effingit. Sicut ergo ex circulo, qui iactu lapilli fit in aqua, mox alter circulus oritur, deincépsque similiter: sic ex orbe quodam idealis diuinæ mentis pendet fermè similis orbis in animæ mundanæ mentem: hinc verò mox in naturam, ex natura similiter in materiam. Vt igitur formulæ ab animæ intelligentia impressæ in naturam animæ genitalem essentiales sint efficacésque, & substantialia faciant, oportet, & formas tum in diuina mente, tum etiam in animæ mente ita essentiales existere, vt ibi ita sit idem intelligere quod & esse: atque etiam intelligere quod intelligendo formare naturam, sicut in natura idem est esse atque viuere, & quodammodo idem materiam viuificare quod viuere. Sed quæritur, Nunquid animalis intelligẽtia naturam formet rationali, vel imaginali quadam discursione, sicut artifex sæpe materiam? Nequaquam: nam & ars perfectissima non consultat vlterius, sed agit iam more naturæ quam iam assequitur, hactenus quoad potuit imitata. Præterea si quã cogitationis discursione naturam formare statuerit, iam formas efficiendas ad alias retulit vt exemplar firmumque spectaculum, in quod aciem vagabundæ rationis intendat, circa quod stabile discursio peragatur, ad quod comparare queat inuenta. Quæritur igitur, Vtrum spectacula quædam externa prospiciat, an firmas eiusmodi formas habeat intus. Non externa quidem atque corporea (hæc enim nondum existunt adhuc per naturam videlicet generanda, per naturam inquam adhuc intellectu formandam) formas ergo possidet intus. Quod verò intrinsecùs & naturaliter possidetur, non est peruagatione quærendum. Si ergo natura absque vllo consilij ministerio materiam continuè format, multò magis mens naturam sibi coniunctam format absque consilio, atque vicissim. Conclude, ipsam per momentaneos actus discursionem esse vbique aliquid præter essentiam, & accidentale quiddam coruscationum instar: deinceps dum apparet per partes subitò euanescens, itaque non posse per se firma & substantialia facere, sed ad effectionem eiusmodi opus esse firma & essentiali naturæ alterius efficacia. Sic non solicitudine, non labore, sed indefessa facilitate, tum naturalia ab ipsa natura, tum naturæ semina ab intelligentia pullulabunt. Conclude rursum: sicut in cælo natiua lux caliditásque stabilissima permanet, dum configurationes indies circuitu commutantur: sic in vita mundi intelligentiam, & naturam in suis rationibus permanere, stabilitérque per eas efficere, etiam si quis illic vel vniuersalis vel particularis discursus agatur. Quum verò anima mundi secunda, id est, vita quædã per se irrationalis, ab intellectuali mundi anima corpori mundano tributa sit vltimum vestigium diuinorum, similitérque semina velut vltima quædam vestigia possideat idearum, nimirum & mundus ex hac vita corporéque compositus longè à diuinitate degenerat: & sæpe tum semina sua impediri videntur in opere, tum animal eiusmodi ad superiora collatum videbitur imperfectum. Quamuis enim perpetua quadam intellectualis animæ suæ præsentia mũdanum hoc animal mansuetum atque beatum dici possit, tamen quoniam aliud & posterius est hoc animal quàm intellectualis anima, cogitare licet animam ipsam ab animali seiunctam. quod Plato in Politico, in Timæo, in Legibus cogitauit. Dic agè, quale mox futurum sit vastum hoc animal atque robustissimum sublatis intelligẽtiæ frænis? Ferrum quidem etsi nunc ignitum, aerem quoque etsi nunc luminosum, tamen appellare possumus natura frigidum & obscurum: Nam & ferrum paulò post frigiditatem suam, & aer obscuritatem mox manifestè declarat. Tali quadam conditione Plotinus mundanum hoc animal quasi ferox videtur effingere. Finge & tu sapientem si placet virum, corpore nimium colerico vel melancolico, introspice corporis habitudinem, inspicies animal hoc sub animo sapiente quasi frænis cohibitum quietem agere, mansuetúmque videri, sed interim paratissimum ad excandescentiam atque mœrorem: ac si sanguineũ fuerit, ad libidinem, quam quidem affectionem etsi vigilando vix, facilius tamen in somniis indicat: tale fermè animal finge mundanum, ex igne tanquam bile propensum ad iracundiam atque superbiam, ex terra velut atra bile proniùs ad mœrorem: ex aere quasi sanguine ad lasciuiam & libidinem, ex aqua tanquam pituita procliuius ad torporem, ex materia prima, quæ quasi fæx quædam est naturalibus subsidens, tibi occurret amarum pariter atque acre. Fex enim ob siccitatem frigiditatémque & amara & acida cogitatur. Videbitur ergo hoc animal tum ex viribus grandioribus ferocissimum, tum ex materia inops, & pusillanime nimis, & inuidum, & de vtilitate ac mutabilitate propria querulum. Denique mirari iam desines ex animali sic affecto, in quo nõ omnia sint ad votum, multa etiam accidere aliis præter votum.

Vnde mala: vnde omnia: tres sub bono totius artifices: mundi quatuor.

XVIII *In vltimo libri capite, primò quidem breuiter prosequitur malorum causam ex præcedentibus orientem*

deinde causas vniuersi comprehendit. Causa verò malorum, altera consequentiæ ratione, altera ratione finis consideratur. Nam sicut ad bonum maius consequitur minus bonum, rursúmque ad minus longo ordine minimum: sic & ad minimum mala contingunt. Præterea sicut in concentu musico quarta vox, imò & secunda & septima quæ seorsum non consonarent, vnà cum consonantibus gratiorem conficiunt consonantiam: sic in ordine rerum minora bona cum maioribus, minima cum minoribus, mala cum minimis bonum totius commune reddũt admirabilius. Quid verò? Quòd quæ in hoc aut ad hoc mala videntur, eadem in illo, aut ad illud esse bona reperias, cuncta denique ad commune conducunt vniuersi bonum. Post hæc tres mundi ponit artifices. Primum quidem intellectum diuinum: secũdum verò intellectum animalem animámque intellectualem: tertium animæ huius imaginem, id est, vitam, inde corpori dedicatam. Qua in re, teste Proculo, Porphyrius cum Plotino consentit. Sed cur ipsum bonum non vocat artificem? Quoniam in artifice operum exemplaria sunt. At in ipso bono quum sit vnitas simplicissima, exemplar mundi quod est multiplex collocare non audet: sed ipsum bonum Plato Plotinusq; nominant, tum artificis mundani patrem, tum mundani operis finem: quasi filius amore paterni boni prægnans, mundum procreet gratia boni, & conformet ad bonum. Ipsum itaque bonum intellectualem generat mundum: hic verò procreat animalem: hic similiter naturalem: naturalis verò corporeum. Alius autem sic fermè ex alio profluit, sicut in aqua circulus dependet à circulo: & sicut ex luce lumen, ex lumine splendor, ex splendore calor, ex calore generatio prouenit. Intellectus quidem in intellectuali anima procreanda nullo modo discedit à patre: imò per coniunctionem ad patrem potestatem habet creationis & actum. Similiter intellectualis anima, quatenus incumbit intellectui summo, abundat inde, & exundat in alteram. Altera rursum, id est, vita corporea, quatenus dependet ex anima cuius est imago, impletur seminibus, simúlque formis implet huius mundi materiam. Ipsum quidem bonum excedit statum: status enim in bono fit atque gratia boni: intellectus autem ipse status existit: intellectualis anima primum stabile iudicatur. Vita verò huius imago stabilis quidem est, quantum existit inde, mobilis verò per accidens, quatenus corpori propriè mobili copulatur. Appellat verò Plotinus vitam eiusmodi mundum propriè seminarium: quem veteres appellarunt imaginem, quæ semper in assimilatione versetur. Hæc enim non tam anima, quàm animæ imago vocatur. Quantùm enim accedit ad materiam alienam ab intellectuali fonte, tantùm ab anima intellectuali degenerat. Semina quoque in ea non tam rationes sunt, quàm imagines rationum. Si enim ratio propriè secundùm formam in anima intellectuali consistit, meritò in vita inferiori tantùm est rationis imago. Quis enim veram nominet rationem, quæ sui ipsius ignara nullam sui habeat rationem? Hæc itaque vita imago quædam est, imaginum solummodo plena: imago hæc semper est assecuta similitudinem exemplaris, ac semper assequitur. Rursum & semper est ficta, & perpetuò fingitur, qua videlicet ratione actus ipsi seminum aliter temporibus aliis vigere videntur: semper tamen congruunt exemplari: qua rursus quasi vnà cum mundi corpore vita voluitur: qua denique simul cum reuolutione cælesti aliter alitérque, & mens afficitur imaginatúrque, & extrà aliis quodammodo semper figuris induitur. Fortè etiam Plotinus his verbis sententiã Heracliti tangit atque Timæi dicentium, mundum hunc oculis manifestum esse quidem nunquam, sed perpetuò fieri. Omnino verò sicut sub sigillo figuratur aqua, neque figura restat remoto sigillo: ideóque figura non tam semel facta videtur, quàm fieri semper, præsertim si iugiter subterfluat aqua: sic fermè se habet & materia ad naturam, & natura rursus ad animam intellectu fœcundam. Eatenus autem mundum hunc fieri Plotinus vult, vel esse, quatenus & imago animæ fluit ab anima, & anima prodit ex mente, ac mens generatur ex bono, & bonũ denique quandiu hoc ipsum est quod bonum: intellectus deinceps quandiu id ipsum quod intellectus existit. Quibus ita manentibus, sequẽtia naturaliter inde semper aut maneant aut profluant, quemadmodum & lumen ex sole, & deinceps ex lumine lumen. Nos autem circa hæc pro religione dicere possumus: Si in diuinis consideremus æternitatem, sic mundi processionem inde æternam iure videri: si autem voluntatem, eo termino procedere mundum, quo decreuerit diuina voluntas, cuius arbitrio sicut est in mundo terminus virtutis atque magnitudinis, sic exordiũ & extremum.

ΠΛΩΤΙΝΟΥ
ΕΝΝΕΑΔΟΣ Β
ΛΟΓΟΣ Γ.

PLOTINI
ENNEAD. SECVNDAE
LIBER III.

ΠΕΡΙ τοῦ εἰ ποιεῖ τὰ ἄστρα.

Vtrum stellæ aliquid agant.

Ὅτι ἡ τῶν ἄστρων φορά, σημαίνει περὶ ἕκαστον τὰ ἐσόμενα, ἀλλ᾽ οὐκ αὐτὴ πάντα ποιεῖ, ὡς τοῖς πολλοῖς δοξάζεται, εἴρηται μὲν πρότερον ἐν ἄλλοις, καὶ πίστεις τινὰς παρείχετο ὁ λόγος, λεκτέον δὲ καὶ νῦν ἀκριβέστερον διὰ πλειόνων. οὐ γὰρ μικρόν, τὸ, ἢ ὧδε ἔχειν, δοξάζειν. τοὺς δὴ πλανήτας φερομένους ποιεῖν λέγουσιν, οὐ μόνον τὰ ἄλλα, πενίας, καὶ πλούτους, καὶ ὑγιείας, καὶ νόσους, ἀλλὰ καὶ αἴσχη, καὶ κάλλη αὖ, καὶ δὴ τὸ μέγιστον, καὶ κακίας, καὶ ἀρετάς. καὶ δὴ καὶ τὰς ἀπὸ τούτων πράξεις καθέκαστα, ἐπὶ καιρῶν ἑκάστων. ὥσπερ θυμουμένους εἰς ἀνθρώπους, *ὑφ᾽ οἷς μηδὲν αὐτοῖς οἱ ἄνθρωποι ἀδικοῦσιν, οὕτω παρ᾽ αὐτῶν κατεσκευασμένοι ὡς ἔχουσι. καὶ τὰ λεγόμενα ἀγαθὰ διδόναι, οὐκ ἀγασθέντας τῶν λαμβανόντων, ἀλλ᾽ αὐτοὺς ἢ *καλουμένους κατὰ τόπους τῆς φορᾶς, ἢ αὖ, εὐπαθοῦντας. καὶ αὖ ἄλλους αὐτούς, ταῖς διανοίαις γιγνομένους. ὅταν τε ἐπὶ κέντρων ὦσι, καὶ ἀποκλίνοντας ἄλλους. τὸ δὲ μέγιστον, τοὺς μὲν κακοὺς αὐτῶν λέγοντες, τοὺς δὲ ἀγαθοὺς εἶναι, ὅμως καὶ τοὺς κακοὺς αὐτῶν λεγομένους, ἀγαθὰ διδόναι, τοὺς δὲ ἀγαθούς, φαύλους γίνεσθαι. ἔτι δὲ ἀλλήλους ἰδόντας, ποιεῖν ἕτερα, μὴ ἰδόντας δέ, ἄλλα, ὥσπερ οὐχ αὐτῶν ὄντας, ἀλλὰ ἰδόντας μέν, ἄλλους, μὴ ἰδόντας δέ, ἑτέρους. καὶ τόνδε μὲν ἰδόντα, ἀγαθὸν εἶναι, εἰ δ᾽ ἄλλον ἴδοι, ἀλλοιοῦσθαι. καὶ ἄλλως μὲν ὁρᾶν, εἰ κατὰ σχῆμα τόδε ἡ ὄψις, ἄλλως δέ, εἰ κατὰ τόδε. ὁμοῦ τε πάντων τὴν κρᾶσιν, ἑτέραν γίγνεσθαι· ὥσπερ ἐξ ὑγρῶν διαφόρων, τὸ κρᾶμα ἕτερον παρὰ τὰ μεμιγμένα. ταῦτα μὲν οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα δοξαζόντων, περὶ ἑκάστου λέγειν ἐπισκοπουμένους προσήκει. ἀρχὴ δ᾽ αὖ εἴη προσήκουσα αὕτη.

φ᾽ οἷς

ακουμένους
ιτα τους το
ιυς

STELLARVM motum circa vnum quodque significare quidem futura, non autem facere omnia, vt opinantur multi, alibi diximus persuasiones aliquas adducẽtes: dicendũ autem in præsentia exactioribus iam & pluribus argumentis. Non enim parum refert hoc vel illo modo de his opinari. Tradunt astrologi multi, planetas suis motibus facere non solùm cætera velut inopias & diuitias, valetudinemque prosperam vel aduersam: verumetiã turpia atque pulchra, atque id, quod maximũ est, vitia insuper & virtutes. Item singulas in tẽporibus singulis actiones ab his orientes, perinde acsi aduersus homines sint irati, in his videlicet, in quibus homines ipsi iniuriam nullam inferunt: vtpote qui tales sunt, quales à planetis fuerint instituti. Addunt præterea, illos quæ bona dicuntur afferre, non propterea quòd diligant accepturos, sed quoniã ipsi pro diuersitate motus atque loci, vel bene vel malè prorsus afficiantur. Rursus adducantur mutare sententias pro mutatione cursus, diuersique à seipsis euadant, quando vel sunt in angulis, vel quando declinant. Quod verò maximum est, cùm dicant, alios quidem inter illos esse malos, alios verò bonos, nihilominus tum malos sæpe bona largiri, tum bonos nonnunquam euadere malos. Adiungunt, planetas quando mutuò se conspiciunt, alia, quando nõ conspiciunt alia facere, quasi sui iuris minimè sint, sed aspiciendo quidem alij, non aspiciendo autem alij fiant. Postremò, planetam cùm certum aliquem intuetur, euadere bonũ: cùm verò intuetur alium, repentè mutari. Afferunt quinetiam eos aliter contueri, si certa quadam figura fiat intuitus, aliter autem si intuendi figura mutetur: deinde ex cunctis vnà inuicem conspirantibus aliam confici mistionem: quẽadmodum ex liquoribus variis diuersa quædã præter mista singula mistura conflatur. Cùm hæc igitur hunc in modum & alia similiter opinentur, operæpretiũ est de singulis accuratè differere. Cõueniens autẽ exordiũ erit huiusmodi.

Narrat opiniones astrologorũ de motibus & virtutibus planetarum.

II Si stellæ inanimatæ sunt non faciunt nisi corporea: si animatæ non faciunt mala.

A PRINCIPIO considerandum est, vtrum cælestia sint animata vel contrà. Si enim quæ ita feruntur anima careât, nihil aliud præter caliditatem & frigiditatem atque similia quædam adducere poterunt, si modò stellas vllas esse frigidas concesserimus. Iam igitur vsq; ad corporum nostrorum naturas tâtùm actiones suas & munera propagabunt: quippe cùm corporeus dûtaxat impulsus in nos inde proueniat, adeò vt neque etiam multa inde corporum B diuersitas accidat: quandoquidem defluxus idem fit singulorum, atque simul in terra commisceantur in vnum, vbi solùm pro varietate locorum diuersitas orietur: diuersitate videlicet nata ex eo, quòd aut propinquius aliquid, aut remotius exponatur ad influxum sic aliter capiendum. Eadem quoque ratio erit, si frigus inter hæc admittatur. Sapientes autem & ignorâtes, item alios quidem grammaticos, alios autem rhetores, alios citharædos, cæterisque artibus discrepantes: item alios quidem di C uites, alios verò pauperes qua ratione faciant, minimè video. Similiterque & alia quæ nullo modo ex ipsa corporum mistione causam per quam fiant habere possunt: veluti quòd talem habeas fratrem, talem & patrem, atque filium & vxorem: postremò, quòd aliquando prosperæ tibi res succedant, & nunc dux exercitus designeris, regnoque potiaris. Sin autem animata cælestia sint, agantque consilio, dic amabò, quidnam iniuriæ à nobis acceperint, vnde D nobis sponte quotidie noceât? præsertim cùm & in sede diuina collocata sint, & ipsa diuina. Non enim illis hęc accidunt, quorum causa homines mali fiunt: neque omnino ex humana siue prosperitate siue aduersitate boni quicquam vel mali illis accidit.

III Stellæ nô mutant naturâ motibus, locis, aspectibus.

DICENT fortasse, stellas non sponte talia facere, sed locis figurisque coactas. Atenim si compulsæ facerent, oporteret omnes dum in E eisdem locis figurisque sunt, eadem facere. Nûc autem quid differens hic planeta patitur, dum per gradum hunc aut rursus per illum zodiaci circuli trâsit? quidve differês ille? Neque enim in ipso zodiaco est, sed sub ipso longissimè distans, & per qualemcunque portionem transeat, similiter est in cælo. Ridiculum nanque est secundùm quamlibet cæli portiunculam, quam percurrit, planetam alterius fieri alteriusque naturæ, aliaque rursus & alia exhibere. Itê aliam habere naturam cùm exoritur, atque est F in angulo, aliam cùm declinat: Non enim tunc quidem gaudet quando est in angulo, tunc autem dolet aut torpet, quando declinat. Neque rursum sæuit quando exoritur alius: mansuescit verò cùm inclinatur. Vnus verò inter eos cùm inclinatur melior. Est enim continuè quilibet aliis quidem angularis, aliis verò cadens: item cadens aliis, vicissim aliis angularis. neq; tamen eodem tempore delectatur & mœret, & irascitur atque mitigatur. Quod autem aiunt, G alios quidem occasu, alios contrà ortu gaudere, videtur absurdum. Sic enim accideret eundem oblectari simul atque mœrere. Præterea curnam illorum mœror nobis inferat malum? Atenim neque dolere neque pro tempore delectari eos est concedendum: imò semper esse

A ΠΟΤΕΡΑ ἔμψυχα νομιστέον, ἢ ἄψυχα ταῦτα τὰ φερόμενα. εἰ μὲν γὰρ ἄψυχα, οὐδὲν ἀλλ' ἢ θερμὰ καὶ ψυχρὰ * παρεχόμενα εἰ δὴ καὶ ψυχρὰ, ἄττα τῶν ἄστρων φήσομεν. ἀλλ' οὖν ἐν τῇ τῶν σωμάτων ἡμῶν φύσει, στήσουσι τὴν δόσιν, φορᾶς δηλονότι σωματικῆς εἰς ἡμᾶς γενομένης, ὡς μηδὲ πολλὴν τὴν παραλλαγὴν τῶν σωμάτων γίγνεσθαι, τῆς τ' ἀποB ῤῥοῆς ἑκάστων τῆς αὐτῆς οὔσης. καὶ δὴ καὶ ὁμοῦ εἰς ἓν ἐπὶ γῆς μιγνυμένων, ὡς μόνον κατὰ τοὺς * τρόπους τὰς διαφορὰς γίγνεσθαι, ἐκ τοῦ ἐγγύθεν καὶ πόῤῥωθεν, πρὸς τὴν διαφορὰν διδόντος. καὶ τοῦ ψυχροῦ ὡσαύτως. σοφοὺς δὲ καὶ ἀμαθεῖς, καὶ γραμματικοὺς ἄλλους, τοὺς δὲ, κιθαριστὰς, καὶ τὰς ἄλλας τέχνας· ἔτι δὲ πλουσίους καὶ πένητας, πῶς; καὶ τὰ ἄλλα ὅσα μὴ ἐκ σωμάτων κράσεως τὴν αἰτίαν ἔχει C τοῦ γίγνεσθαι. οἷον καὶ ἀδελφὸν τοιόνδε καὶ πατέρα, καὶ υἱὸν, γυναῖκά τε· καὶ τὸν νῦν εὐτυχῆσαι, καὶ στρατηγὸν, καὶ βασιλέα γενέσθαι. εἰ δ' ἔμψυχα ὄντα προαιρέσει ποιεῖ, τί παρ' ἡμῶν παθόντα, κακὰ ἡμᾶς ποιεῖ ἑκόντα; καὶ ταῦτα ἐν θείῳ τόπῳ ἱδρυμένα, καὶ αὐτὰ θεῖα ὄντα. οὐδὲ γὰρ δι' ἃ ἄνθρωποι γίνονται κακοὶ, ταῦτα ἐκείνοις ὑπάρχει, οὐδ' ἔτι ὅλως γίνεD ται ἢ ἀγαθὸν ἢ κακὸν αὐτοῖς, ἡμῶν ἢ εὐπαθούντων, ἢ κακὰ παςχόντων.

ἈΛΛ' οὐχ ἑκόντες ταῦτα, ἀλλ' ἠναγκασμένοι τοῖς τόποις καὶ τοῖς σχήμασιν. ἀλλ' εἰ ἠναγκασμένοι, τὰ αὐτὰ δήπουθεν ἐχρῆν ἅπαντας ποιεῖν, ἐπὶ τῶν αὐτῶν τόπων καὶ σχημάτων γιγνομένους. νῦν δὲ τί διάφορον πέπονθεν ὅδε, τόδε τὸ τμῆμα τοῦ τῶν ζωδίων κύE κλου παριών; καὶ αὖ τόδε; οὐ γὰρ δὴ, οὐδ' ἐν αὐτῷ τῷ ζωδίῳ γίγνεται, ἀλλ' ὑπ' αὐτῷ πλεῖστον * ἔπεται, καὶ καθ' ὁποῖον αὖ γίγνηται κατὰ τὸν οὐρανὸν ὤν. γελοῖον γὰρ, καθ' ἕκαστον ὧν τις παρέρχεται, ἄλλον καὶ ἄλλον γίγνεσθαι, καὶ διδόναι ἄλλα καὶ ἄλλα· ἀνατέλλων δὲ καὶ ἐπὶ κέντρου γεγονὼς, καὶ ἀποκλίνας, ἄλλος. οὐ γὰρ δὴ τότε μὲν ἥδεται ἐπὶ τοῦ κέντρου ὢν, τότε δὲ λυπεῖται ἀποF κλίνας, ἢ ἀργὸς γίνεται. οὐδ' αὖ θυμοῦται ἀνατείλας ἄλλος, πραΰνεται δὲ ἀποκλίνας· εἷς δέ τις αὐτῶν, καὶ ἀποκλίνας ἀμείνων. ἔστι γὰρ ἀεὶ ἕκαστος, καὶ ἐπίκεντρος ἄλλοις, ἀποκλίνας ἄλλοις, καὶ ἀποκλίνας ἑτέροις, ἐπίκεντρος ἄλλοις. καὶ οὐδήπου κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον χαίρει τε καὶ λυπεῖται, καὶ θυμοῦται, καὶ πρᾶός ἐστι. τὸ δὲ τοὺς μὲν αὐτῶν χαίρειν λέγειν G δύνοντας, τοὺς δὲ ἐν ἀνατολαῖς ὄντας, πῶς οὐκ ἄλογον; καὶ γὰρ οὕτω συμβαίνει ἅμα τε λυπεῖσθαι καὶ χαίρειν. εἶτα, διατί ἡ ἐκείνων λύπη ἡμᾶς * κωλύσει. ὅλως δὲ, οὐδὲ λυπεῖσθαι, οὐδὲ ἐπὶ καιροῦ χαίρειν αὐτοῖς δοτέον, ἀλλ' ἀεὶ τὸ ἵλεον ἔχειν, χαίροντας ἐφ' οἷς ἀγαθοῖς

* παραδιδόμενα
* τόπους
* ἀπέχει
* κακώσει

θοῖς ἔχουσι, καὶ ἐφ᾽ οἷς ὁρῶσι. βίος γὰρ ἑκά- A στω, ἐφ᾽ αὑτοῦ ἑκάστῳ, καὶ ἐν τῇ ἐνεργείᾳ τὸ εὖ, τὸ δὲ, οὐ πρὸς ἡμᾶς. καὶ μάλιστα τοῖς οὐ κοινωνοῦσιν ἡμῖν ζώοις, κατὰ συμβεβηκὸς οὐ προηγούμενον· οὐδὲ ὅλως τὸ ἔργον πρὸς ἡμᾶς, εἰ ὥσπερ ὄρνισι κατὰ συμβεβηκὸς τὸ σημαίνειν.

ΚΑΚΕΙ̃ΝΟ δὲ ἄλογον, τόνδε μὲν τόνδε ὁρῶντα χαίρειν· τόνδε δὲ τόνδε, τοὐναντίον· τίς γὰρ αὐτοῖς ἔχθρα; ἢ περὶ τίνων; διατί δὲ, B τρίγωνος μὲν ὁρῶν, ἄλλως, ἐξεναντίας δὲ ἢ τετράγωνος, ἄλλως; διατί δὲ ὡδὶ μὲν ἐσχηματισμένον ὁρᾷ, κατὰ δὲ τὸ ἑξῆς ζώδιον ἐγγυτέρω ὢν μᾶλλον, οὐχ ὁρᾷ; ὅλως δὲ, τίς καὶ ὁ τρόπος ἔσται τοῦ ποιεῖν, ἃ λέγονται ποιεῖν; πῶς τε χωρὶς ἕκαστος, καὶ ἔτι πῶς ὁμοῦ πάντες ἄλλο ἐκ πάντων; οὐ γὰρ δὴ συνθέμενοι πρὸς ἀλλήλους, οὕτω ποιοῦσιν εἰς ἡμᾶς τὰ δό- C ξαντα, ὑφεὶς ἕκαστός τις τῶν * ὑφ᾽ αὑτοῦ· οὐδ᾽ αὖ ἄλλος ἐκώλυσε, τὴν τοῦ ἑτέρου δόσιν γενέσθαι βιασάμενος, οὐδ᾽ αὖ ὁ ἕτερος παρεχώρισε τῷ ἑτέρῳ, πεισθεὶς αὐτῷ πράττειν. τὸ δὲ τόνδε μὲν χαίρειν ἐν τοῖς τοῦδε γινόμενον, ἀνάπαλιν δὲ τὸν ἕτερον, ἐν τοῖς τοῦ ἑτέρου γενόμενον, πῶς οὐχ ὅμοιον, ὥσπερ ἂν εἴ τις ὑποθέμενος δύο φιλοῦντας ἀλλήλους, ἔπειτα λέγοι τὸν μὲν ἕτερον φιλεῖν τὸν ἕτερον, ἀνάπαλιν δὲ θάτερον μισεῖν θάτερον. D

[margin: * ἀφ᾽ αὑτοῦ]

ΛΕΓΟΝΤΕΣ δὲ * ψυχρότατόν αὐτῶν εἶναι, ἔτι πόρρω γινόμενον ἀφ᾽ ἡμῶν μᾶλλον ἡμῖν ἀγαθὸν εἶναι ἐν τῷ ψυχρῷ τὸ κακὸν αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς τιθέμενοι· καίτοι ἔδει ἐν τοῖς ἀντικειμένοις ζωδίοις, ἀγαθὸν ἡμῖν εἶναι. καὶ ἐναντίους γενομένους, τὸν ψυχρὸν τῷ θερμῷ, δει- E νοὺς ἀμφοτέρους γίνεσθαι, καίτοι ἔδει κρᾶσιν εἶναι· καὶ τόνδε μὲν χαίρειν τῇ ἡμέρᾳ, καὶ ἀγαθὸν γίνεσθαι, θερμαινόμενον· τὸν δὲ τῇ νυκτὶ χαίρειν, πυρώδη ὄντα, ὥσπερ οὐκ ἀεὶ ἡμέρας αὐτῆς οὔσης, λέγω δὲ φωτός· ἢ τοῦ ἑτέρου καταλαμβανομένου ὑπὸ νυκτὸς, πολὺ ὑπὲρ ἄνω τῆς σκιᾶς τῆς γῆς ὄντος. τὸ δὲ τὴν σελήνην πλησίφωτον μὲν οὖσαν, ἀγαθὴν εἶναι, τῷ δὲ συνερχομένην, λείπουσαν δὲ κακὴν, ἀνάπα- F λιν, εἴπερ δοτέον. πλήρης γὰρ οὖσα πρὸς ἡμᾶς, ἐκείνῳ ὑπὲρ ἄνω ὄντι, ἀφώτιστος ἂν εἴη τῷ ἑτέρῳ ἡμισφαιρίῳ· λείπουσα δὲ ἡμῖν, ἐκείνῳ πλησίφως, ὥστε τὰ ἐναντία ποιεῖν ἔδει· λείπουσαν, ἐκείνῳ μετὰ φωτὸς ὁρῶσαν. αὐτῇ μὲν οὖν ὅπως ἐχούσῃ, οὐδὲν διαφέροι ἄν, τὸ ἥμισυ ἀεὶ φωτιζομένῃ. τῷ δ᾽ ἴσως διαφέροι ἄν, θερμαινομένῳ ὡς λέγουσιν. ἀλλὰ θερμαίνοιτο ἄν, εἰ ἀφώτιστος πρὸς ἡμᾶς ἡ σελήνη εἴη. πρὸς δὲ τὸν G ἕτερον ἀγαθὴ οὖσα, ἐν τῷ ἀφωτίστῳ πλήρης ἐστὶ πρὸς αὐτόν. τὸ δὲ πρὸς ἡμᾶς τῆς σελήνης ἀφώτιστόν ἐστι πρὸς τὰ ἐπὶ γῆς, οὐ τὸ ἄνω λυπεῖ. οὐκ ἐπικουροῦντος δὲ ἐκείνου τῷ πόρρω, χεῖρον εἶναι δοκεῖ. ὅταν δὲ πλήρης ᾖ, ἀρκεῖ τῷ κάτω, καὶ ἐκεῖνος πόρρωθεν ᾖ. πρὸς δὲ τὸν πυρώδη ἀφώτιστος οὖσα, πρὸς ἡμᾶς ἔδοξεν εἶναι ἀγαθή. αὐταρκεῖ γὰρ τὸ ἐκείνου

trãquillos, bonis gaudẽtes præsentibus, & quibus ipsi fruantur, & quæ prospiciant. Nẽpe vita illic sua cuique in seipso consistit, ipsoque actu suum possidet bonũ. Id autẽ non vergit ad nostra. Nimirũ viuẽtium illorũ, quæ nullũ nobiscũ cõmertiũ habent, opus nõ præcipuè, sed potius consequenter. imò verò nullo modo ad nostra declinat. Siquidẽ tanquã auibus penes augures, sic & illis accidit futura portendere.

PRÆTEREA absurdũ esse videtur hũc quidẽ planetarũ huius aspectu cõgratulari, illũ verò cõspectu illius offẽdi. Quęnã inter illos, & qua de re potest esse discordia? Deinde quã ob causam aliter sese habent cùm aspectu trino se cõtuentur, aliter autẽ cũ auerso vel quadrato respiciũt? Itẽ curnã sic quidẽ & hic configuratus aspicit? Procedens verò ad signũ deinceps positũ & propinquius negatur aspicere? Omnino autẽ quis esse poterit modus ad illa quæ inde fieri dicuntur efficiẽda? Et quo pacto illorũ quilibet seorsum suũ aliquid agit? Cuncti verò simul quiddã ex omnibus aliud? Nõ enim inter se quasi consultò cõuenientes, quę deliberarũt in nos exequũtur, remittẽs vnusquisq; ex officio suo nõnihil: neq; rursus alter alterius munus illata vi prohibet: neq; etiã alter cedet alteri, persuasus alteri suũ officium tradere. Postremò quod aiunt, aliũ quidẽ in huius sedibus positũ oblectari, cõtrà verò alterum in ipsius sede receptum, perinde se habere videtur, ac si quis cùm duos quosdã inter se amicos esse cõcesserit, deinde tamẽ asserat alterũ quidẽ diligere alterũ: vicissim verò alterũ habere odio alterum.

IIII *Astrologi nõ verè assignãt planetarum aspectus*

TRADVNT verò quendã ex illis frigidũ etiã pcul à nobis positũ magis nobis bonũ, in ipso videlicet malo frigido malũ ipsius aduersum nos collocãtes: etsi oportebat in oppositis zodiaci signis bonũ nobis existere. Ferũt insuper planetã frigidũ oppositũ calido ambos eua dere graues, quanquã oportuit ex hoc temperantiã fieri. Præterea aliũ quidem delectari die, fieriq; diurno calore propitiũ: aliũ verò vtpote igneum nocte gaudere, perinde acsi nõ perpetuus ibi sit dies, id est, lumẽ: vel alter occupetur nocte, cùm tamen ab vmbra terræ sit remotissimus. Quod verò aiunt, lunã lumine plenã huic cõgredientẽ fieri bonã, vacuã verò lumine, malã, si modò tale quiddã cõcedendũ sit, contrà dicendũ. Cùm enim versum nos plena est, tũc illi super eam incedẽti vacua, altero videlicet semicirculo. Cùm verò erga nos minuitur, illinc impletur: quapropter cõtraria oportuit facere diminutã, videlicet cũ lumine illud aspiciẽtẽ. Itaq; penes ipsã nihil interest quomodocũq; se habeat, cùm sẽper sit ex dimidio plena: acpenes illũ forsitã interest, quẽ inde calefieri tradũt: verùm calefiet forsan, si luna erga nos sit luminis expers. Erga alterũ verò existẽs bona, dũ orba lumine dicitur, plena interi ad ipsũ, ad nos autẽ vacua. Proinde quãdo ille non adiuuat, propterea quòd sit procul, deterius se habere videtur, quando verò plena est, sufficit eo quòd inferius, etsi ille sit procul: cùm autem ad ipsum igneum, orba lumine est, erga nos bona esse videtur. Per se enim sufficit potestas illius:

V *Errant circa naturas planetarum.*

A vtpote quod feruentius est, si ad alterum comparetur. Corpora verò viuentium inde currentia magis minusque inter se sunt calida, nullū autem est frigidum: quod quidem locus ipse testatur. Præterea quem vocant Iouem, bene temperatus est igne: similiter quoque lucifer: quapropter & similitudine quadam concordes esse videntur. Quoad ipsum verò spectat, qui dicitur igneus, ad temperationem quandā conferre putandum. Quoad Saturnum deniq;, eo quòd procul, aliene se habere dicēdum. B Postremò quod aiunt, Mercurium ad omnes indifferentem, intelligendum est, facilè cunctis persimilem fieri: omnes autem conducunt ad vniuersum: itaque inter se ita se habent, vt expedit toti: quemadmodum in vno viuēte partes singulæ dispositæ sunt. Huius enim gratia potissimùm sunt appositæ, ceu bilis & toti & parti proximè confert. Oportuit enim animū excitare, neque permittere vel totum vel par- C tem proximam iniuriis affici: quinetiam in vniuerso tale quiddam oportuit esse, & aliud insuper ad suauiorem temperiem adhiberi. Alia verò velut oculos esse: & omnia irrationali ipsorum vita inuicem compati. Sic enim vnum est totum, & harmonia totius vna. Hæc igitur quomodo non signa quædam erunt per proportionem quandam considerata?

VI *Errant circa planetarum actiones.*

PRÆTEREA quod aiunt Martem aut Venerē certo modo dispositos adulteria procreare, valde à ratione dissentit: quippe cùm id D non aliud fit quàm illos humanæ intemperātiæ more mutuam auiditatem indigentiamq; suam ardenter explere. Proinde quod dicunt, quando certa se conditione conspiciunt, gratū esse conspectum, terminum verò illis penitus esse nullum, nulla concedendum ratione videtur. Item cùm innumerabilia animalium millia continuè sint, atque nascantur, quònam pacto, vnicuique semper singula perficiunt: afferunt & gloriam & diuitias: faciūt pauperes at- E que incontinentes: singulasque singulorum efficiunt actiones? Quænam illis eiusmodi vita foret? aut quomodo tot tamque diuersa conficere possunt? Perabsurdè quoque dicitur illos expectare signorum rursus ascensiones & reditus, & tunc demum institutū officium consumare, & quot partibus ascendit quodlibet, totidem esse ascensionis, siue reditus annos, & quasi digitis computare, quando facturi sint, F neque licere illis ante id tēpus efficere. Postremò nulli prorsus vni gubernationis auctoritatem ascribere, sed his attribuere cuncta, quasi non vnus quidā præsideat princeps, à quo dependeat vniuersum, distribuēte videlicet vnicuique munera propria naturaliter peragēda: in quibus deinceps similiter coordinata sunt omnia. Id certè hominis est & soluentis ordinem, in quo ipse connumeratur, & ignorantis vniuersi naturam, principium habentis cau- G samque primam per omnia vim suam penitus propagantem.

VII *Significationes stellarū fiunt propter mirabilem rerum mūdo conexionem.*

CÆTERVM si stellæ futura portendūt, quemadmodum & alia multa futurorū signa obseruare solemus: quidnam hæc omnia facit? & qua ratione ordo seruatur? Nisi enim certo quodam ordine procederent, singula significari non possent. Sin igitur tanquam literæ in cælo, quæ vel scribantur assiduè, vel iam cōscriptæ per-

A πυρωδεστέρου, ἢ πρὸς ἐκεῖνον ὄντος. τὰ δὲ ἰόντα ἐκεῖθεν σώματα ἐμψύχων, ἄλλα ἄλλων ἐπὶ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον θερμά, ψυχρὸν δὲ οὐδέν. μαρτυρεῖ δὲ ὁ τόπος. δία δὲ ὃν λέγουσιν, εὔκρατος πυρί· καὶ * ὁ ἑῶος οὗτος· διὸ καὶ σύμφωνοι δοκοῦσιν, ὁμοιότητι. πρὸς δὲ τὸν πυρόεντα καλούμενον, τῇ κράσει. πρὸς δὲ κρόνον, ἀλλοτρίως τῷ πόρρω. ἑρμῆς δὲ ἀδιάφορος, πρὸς ἅπαντας ὡς δοκεῖ ὁμοιούμενος. B πάντες δὲ πρὸς τὸ ὅλον σύμφοροι· ὥστε πρὸς ἀλλήλους οὕτως, ὡς τῷ ὅλῳ συμφέρει· ὡς ἐφ' ἑνὸς ζῴου ἕκαστα τῶν μερῶν ὁρᾶται. τούτου γὰρ χάριν μάλιστα οἷον χολή, καὶ τῷ ὅλῳ, καὶ πρὸς τὸ ἐγγύς. καὶ γὰρ ἔδει καὶ θυμὸν ἐγείρειν, καὶ τὸ πᾶν, καὶ τὸ πλησίον μὴ ἐᾶν ὑβρίζειν. καὶ δὴ καὶ ἐν τῷ παντελεῖ, ἔδει τινὸς τοιούτου, καί τινος ἄλλου πρὸς τὸ ἡδὺ C ἀνημμένου. τὰ δέ, ὀφθαλμοὺς εἶναι· συμπαθῆ δὲ πάντα τῷ ἀλόγῳ αὐτῶν εἶναι. οὕτω γὰρ ἓν καὶ μία ἁρμονία. ταῦτ' οὖν πῶς οὐ σημεῖα ἐξ ἀναλογίας εἴη ἄν;

*ὁ ἑσπέριος

III *Rationes verò negantes, in mundo incorporeo esse materiam, soluit in capite tertio. Ipsum bonum sæpe dicitur infinitum, quia neque ex partibus constituitur, quarum alia terminetur in aliam, neque desuper superatur, neque subiecti alicuius limitibus coercetur, neque terminum potestatis admittit: vnde neque patitur perseuerantiæ terminum: Dicitur & infinita materia, non quidem velut superans terminos sicut Deus, sed tanquam terminis indigens, eósque ab alio postulans. Rursum bonum ipsum dici solet informe, quia forma superius, informis quoque materia, quia forma deterior neque tamen omnino nihilum: siquidem ordo formarum sicut supernè non in nihilum desinit, sed in actum omnino purum effectorémque formarum: sic ex infimo desinit proximè non in nihilum, sed in potentiam similiter puram capacémque formarum. Potentiam eiusmodi subesse cogitamus non in mundo corporeo tantùm formis corporum sed in mundo etiam incorporeo formis ibi subditam incorporeis. Hanc ibi per se appellamus indefinitam, neque ibi id nomen horremus, cùm & obedientissima sit formatori, & semper ex toto formata. Sic affectionem irrationalis animæ laudare solemus, quando rationali se præbet ritè formandam. Laudamus & rationalem, quando similiter mente formatur. Compositio quoque aliter ibi atque apud nos esse censetur. Hîc forma sæpius materialis efficitur, ibi verò contrà, semper materia fit formalis. Præterea compositionem illam ibi meritò damnaremus, in qua ex partibus forma quædam post partes exoriretur: sicut plurimùm in corporibus fieri consueuit. Quod autem ibi sint plura quæ non tam faciant vnum, quàm sequantur vnum, damnare non decet. Materia quidem illic & forma non tertiam rem efficiunt, neque forma sic propriè ad materiam comparatur, sicut habitus ad potentiam, vel qualitas ad subiectum: sed sicut actus ad habitum, & actio rursus ad qualitatem. Ideæ illic non constituunt mentem quasi partes, sed actus quidam mentis existunt, in quos ipsa mens prodijt ab æterno. Illic ergo forma non tam accidit materiæ, quàm ipsamet materia est in actum æternè procedens. Proinde sicut totius forma viuentis est vna, in qua plures formæ partium continentur: sic & virtus seminalis est vna totius, sed in ea virtutes sunt plures membrorum multiplicium formatrices. Interea verò aliter corpus, aliter seminaria virtus composita est: nam in corpore ex particularibus formis fit forma communis: in virtute verò genitali forma totius in formas partium propagatur. Hîc ergo non tam fit vnum ex multis, quàm multa propagantur ex vno: alioquin in corpore multa nunquam rationabiliter perducerentur ad vnum, nisi in ratione seminali vnum multa præcederet, similitérque in mente. Qualem sanè compositionem neque in anima, neque in mente reprobare debemus. Tu hîc interim vbi Plotinus de compositione eiusmodi loquitur, sensum eius specta, non verba. Innuit super vim genitalem esse mentem, eámque similiter fermè compositam. Cùm enim vis eiusmodi non tam in seipsa concipiat, quàm in materia pariat, neque tam in se sit & agat, quàm in materia & circa materiam, patet, eam circa aliam pendentem, nimirum ab alio quodam superiore, id est, intellectu pendere: atque inde non solùm existere semel more substãtiæ, sed more imaginis assiduè conseruari, multiplicémque formarum rationem ac vim à multiplici illius intelligentia, quãuis quodammodo mobilem ab immobili mutuari. Concludit denique, quod locum materiæ tenet in mundo diuino, nunquam formas iccircò mutare, quoniam simul habeat omnes: simul inquam, tum in eodem æui momento, tum in eodem (vt ita dixerim) sui signo. quo factum est, vt tota vbique sit omnium possessione quieta. Præterea cùm ipsa*

materia propter extremam inopiam & inexplebilem appetitum apud nos mutabilitatis origo, meritò hic talis est, vbi formæ materiales euadunt: ibi verò non talis, vbi materia penitùs est formalis. Neque verò ex eo quòd simul tēpore materia illic est & forma, minùs ob hoc ibi ordo est (vt ita loquar) originis, quo materia formam antecedere cogitetur. Ordo enim & aliud est, quàm tempus, & tempore prius: nam tempus ordinem in motu à priori in posterius exigit. Potest igitur in supernis esse ordo quidam originalis huius ad illud, velut materiæ cuiusdam ad formam: sicut in sole ordo substantiæ ad lucem intimam nullo interueniente temporis interuallo. Neque rursum quia materia apud nos corporea videatur, horrere debes apud superos materiæ nomen: nam & in corporibus cùm & formas corporum & dimensiones præcedat origine, neque corpus ipsa est, neque re vera corporea iudicatur.

In mundo intelligibili esse aliquid materiæ simile, & de ideis.

IIII *In capite quarto probat in mundo intellectuali esse nonnihil materiæ quodam modo simile. Ratum quidem haberi vult illic ideas existere, quod in Theologia nos abundè probamus. Profectò ex eo quod plures in mente sunt species, constat mentis essentiam, quæ vnius mentis est vna, aliud quiddam præter ideas existere, ideóque idealibus formis subesse quasi materiam. Esse verò differentes inter se rationes ibi formales patet, quia inde, id est, ex prima formarum origine, formalis in ordine rerum distinctio prouenit, non autem ex infomi materia: non rursum casu ordinis omnis ex parte: non denique ex diuersis agentibus, nisi vno quodam ducti duce dirigantur ad vnum. In ipso autem duce tanquam vniformi simul & omniformi mente rerum omnium ad necessarium vniuersi ordinem pertinētium & destinata vnio est, & descripta distinctio. Sed quónam pacto? hoc autem alibi dictum est, atque dicendum. Nunc animaduerte, Plotini ideas menti non tanquam tabulæ picturas ascribere, sed tanquam generi species adhibere: alioquin non tam vnio illic, quàm congregatio & aggregatio foret. Vna igitur ibi intellectualis natura est, quam intellectualitatem (vt ita dixerim) aliquis appellabit, in qua omnes species, id est, ideæ conueniunt tanquam generali natura. Differunt verò inter se per varios intellectualitatis siue intelligentiæ modos, non tamen (vt ita loquar) notionales, sed etiam efficaces, seminariæ virtutis instar. Formales autem eiusmodi modi differentiæq́; velut formæ quædam particulares accedunt ad naturam ipsam intelligentiæ generalem ad species ideales concipiendas. Dialectica verò, quæ genus (vt ita dicam) illud in species digerit, non externa, sed intima est: non quæsita, sed naturalis. Ibi enim quod distribuitur, vitalis essentia est quasi animal. In quod distribuitur, sunt ideæ velut animalia quædam. Quod verò distribuit, est ipsa intelligentiæ virtus roborata bono, quasi virtus concipiendi viro. Quòd si proprietates ibi variæ, quia distinguunt, in actúmque edunt absolutissimum, quasi formæ sunt, certè natura ipsa communis ad has sicut materia sese habet. Sic itaque mundus corporeus superioris imago est, incorporeum mundum referens velut exemplar: si multiformis referatur ad multiformem, si materia hæc referatur ad illam. Sed in hoc partes quidem sunt in toto, non totum partibus inest. Illic autem tota intellectualis illa natura in qualibet continetur idea, sed aliter atque aliter, vt alibi declarabitur. Tum verò si mundum illum seces in partes postea inter se distinctas, eandem habebit materiam quam & noster. Sectio enim est huius nostræ materiæ passio. Sed nota, materiam propriè quantam admittere sectionem: neque materiam, si expers sit quantitatis, admittere: neque quantitatem rursus id passuram, si à materia procul fuerit patiente primo. Sic ergo materia quanta secatur potius, quàm quantitas vel materia sola. Sin autem quodlibet eorum quæ illic concipiuntur, vt multa intra seipsum reliqua complectatur, adeò vt totum ipsum nusquam videatur per sectionem fuisse disiunctum, materiam quidem hanc nostram illic esse negabis: sed aliquid interim inuenies illic quasi materiam, cùm multa primo intuitu contemplatus, mox sub multis inueneris vnum. Offert quidem primò se tibi vt multiplex atque multiforme. Prius enim in notitiam formale venit vt mouens, quamuis ibidem origine quadam ipsum materiale sit prius. Quo rursus materiali prius est ipse boni ipsius actus, quo hoc materiale fit actu. Iam verò cùm esse simpliciter antecedat esse hoc, & esse tale, meritò prius & ibi consideratur esse, quàm esse multiplex atque formale.*

Confirmatio superiorum de virtute mentis penetratiua & resolutiua: quæ similitudo sit materiæ inferioris ad superiorem, & quæ dissimilitudo, & quomodo constituatur ex alteritate & motu.

V *In quinto capite soluit quæ dictis obyci possent, simúlque dicta confirmat: admonens ne ob hoc neges in supernis aliquam esse materiam, quòd essentia illic suas semper habeat formas, simúlque sit vnum, quando & apud nos materia semper & formata est, & cum forma conficit vnum. Neque mirum est ibi latere materiam, si & hîc semper materia latet. Hanc ibi intellectus excogitat, hanc & hîc resoluendo inuenit intellectus. Profectò intelligentiæ virtus, vtpote quæ efficacissima est, ignis instar naturaliter omnia penetrat & resoluit: & quia similiter simplicissima, quiescit nunquam, donec ad simplicissima resoluendo peruenerit. Hæc in naturalibus resoluendis, quod sub rationibus rerum formalibus tanquam minimè ens latere coniectat, dicit esse materiam quasi profundum: rationem verò, formalem esse dicit sublimitatem: quæ autem circunstant, quasi inter sublime collocat & profundum. Siquādo verò rationes rerum formales omnino segregatas à materia videris, & tamen efficaciam suam ad materiam conuertentes, has ipsas in natura videbis, ipsámque naturam. Si præterea formales eiusmodi rationes non solùm segregatas, sed suam ad se efficaciam conuertentes excogitaueris, mentem protinus contemplabere. Mens enim diuina est vniuersi ratio exemplaris, & efficax per conuersionē ad se cognoscens omnia simul & faciens. Tum verò mens quælibet inde nata rationum est plena formalium, aspicitque formas in rebus, formalésque rationes, velut quosdam diuinæ intelligentiæ radios, suis quoque rationibus congruentes. Sicut igitur oculus sole creatus atque solaris, in solari lumine solares vbique spectat colores, quódve sub eis latet appellare admonet tenebrosum: sic intellectus quilibet diuina mente creatus, atque inde imbutus luminibus idearum, ideales similitudines in rationibus rerum formalibus semper aucupatur, & libenter agnoscit: atque sub formis velut quibusdam intelligentiæ diuinæ luminibus vaticinatur latere materiam velut in rebus infimum: & quia per se formarum tanquam idealiū radiorum expers, ideò tenebrosum. Materiam verò corporum cum illa incorporei mundi materia non genere quidem conuenire memento, sed habitudine quadam. Similiter enim vtraque tum ad formas suas, tum ad ipsum vnum se habere*

videtur

videtur. Vtraque fermè similiter per formas suas definitur in actum: vtraque quasi similiter refertur ad vnum: siquidem eodem inde modo dependet scilicet per merum processionis modum cuestigiò super nihilum, per modum indeterminati determinabilisque cuiusdam. commutant rursus inter se nonnihil materia hæc & illa. Sicut enim hæc dona quædam incorporeæ naturæ sortitur, sic & illa vicissim tum in mente habet ideales corporum rationes, tum in anima præter rationes eiusmodi subit & motiones, & affectus quosdam, ad materiam hanc velut passiones. Quæ rursus & hic & ibi formarum locum tenent, similiter fermè & materias suas spectant & vnum. Nam ab vno cõuersionis & aspectus & termini modo dependent, & materias vtrobique suas terminare videntur. Differunt verò formæ mundi huius ab illis: quoniam hæ quidem ab anima proximè fiunt, illæ ab intellectu, vel Deo. Differt & materia hæc ab illa: quoniam hæc quidem profundum est imaginum, illa verò formarum est profundum, quarum hæ videntur imagines. Sicut igitur forma illic vera res est, sic & materia est essentia. Sicut hic forma est imago formæ, sic & materia hæc essentiæ est imago. Atque tantùm abest quòd materiam hanc appellet essentiam, vt illã quoque vix audeat essentiam appellare, videlicet si ad sequentem perfectionem essentiæ comparetur. Post hæc obseruabis, mundum intelligibilem esse quidem semper, sed existere semper ex bono, fermè sicut lux illa coniuncta soli, immobiliter est ex sole: mundum verò sensibilem non tam esse, vel existere, quàm fieri semper ex illo, sicut ex sole; mobile, vt aiunt, in aere lumen. quæ autem sunt infra lunam, aliquando fieri. Ille itaque mũdus totam implet æternitatem, hic totum tempus: quæ verò subijciuntur lunæ, partem temporis explent. Consideremus in mundo intelligibili essentiam vt formabilem, seipsam præcedere vt formatam, ordine quodam dico non tempore, formam verò eius esse plenitudinem ac seriem idearum: consideramus & illius mundi patrem tanquam vnum & tanquam bonum: in vnitate, eminentissimam simplicitatem: in bonitate, fæcunditatem prorsus communicabilem. Ab vnitate mirabiliter ab omnibus segregata, cogitamus pendere quod in mundo intelligibili est loco materiæ solitarium indefinitúmque adhuc, & à formis sequentibus segregatum: à bonitate verò quod est formale iam atque exuberãti illius communicatione fæcundum. Penes mundi illius patrem, vnitatem & bonitatẽ sola relatione distinguimus sed in mundo illius filio essentiam formabilem ab ideali forma, formásque inter se ideales distinguimus ratione formali. In mundo autem sensibili ad formalem distinctionem desuper venientem accedit materialis, & localis, temporalisq́; distinctio. Materia in hoc illius materiam sequitur, forma formam. Sed ad illam rursus materiam redeamus. Postquam posuimus ipsum vnum, cogitare solemus nonnihil inde pendere, quod non sit ipsum. Hoc ergo & quia pendet inde, non est ipsum, & quia non est ipsum vnum, vicissim pendet ex vno. Pendere quidem inde, motio quædam esse videtur: non esse verò ipsum, esse videtur alteritas atque diuersitas. Duo igitur hæc se inuicem consequuntur, quamuis ratio non sit eadem vtriusque. Non enim vbique quicquid non est aliquid, statim pendet ex illo. Tum verò materia rationem quidem formalem vel idealem nullam habet, sed duntaxat materialem. Ratio verò hæc hoc ipsum præcipuè cogitatur scilicet pendere inde, nec illud esse, atque è conuerso. Hanc ob causam Pythagorici materiam binarium nominabant. Sicut enim binarius est primus à naturali vnitate processus, sic superioris mundi materia prima est à diuina vnitate processio. Constat etiam quodammodo geminis elementis qualiacunque sint, scilicet dependentia, negationéque simul tanquam motione alteritatéque prima: quicquid autem his adiũxeris iam est formale, idq́; materia reportare videtur per appetitum illuc vnde processerat conuertentem: qui sanè appetitus ternarium iam implere videtur. Quamuis autem materia per se careat efficacia formæ, non tamen conuersione caret, si modò conuersio ipsa sit appetitio: quippe cùm appetitio egestatem sequatur materiæ propriam. Quod verò per appetitum hunc acquiritur, implet iam quaternarium, qui propriè spectat ad formam. Post hunc quinarius sequitur ad actionem præcipuè pertinens: Senarius ad finem intimum actionis: Septenarius ad externum finem actione superiorem. His certè numeris consumatur superior mundus: & in agente quiescit: eisdem absoluitur & inferior, & agit in superiore quietem. Sed ne fortè dicta te turbent, memento vbi iam est ens aliquod actu, considerari formalem eius idealémque rationem, qua est hoc ipsum quod esse censetur, priusquam prout sit ab alio, vel non sit aliud. Ipsa vero materia quia ratione formali idealique caret, cogitari prius tanquam aliunde pendens, & tanquam non illud vnde pendet, quàm sub ratione quapiã absoluta. Nam & hæc ipsius ratio est, ipsa videlicet dependentia, ipsáq; negatio, ideóque omnium vilissimum existimatur. Quod igitur Plotinus ait, materiam motione alteritatéque conflari, quemadmodum diximus, intelligere potes. Potes & aliter intelligere: nempe, ex eo quod in re quapiam motus est, cognoscitur conditionem eius nondum determinatam perfectámque existere, alioquin nihil vltrà requireret. Conditio verò indeterminata & imperfecta propriè pertinet ad materiam: quinetiam ex eo quod in re aliqua est alteritas & diuersitas, si modò illic fit vnio vera, est aliud quidem loco actus & formæ: aliud verò loco potentiæ atq; materiæ: imò & esse alterum quàm illud, est, non esse illud. Hoc ipsum verò quod dicitur non esse illud, tanquam ad negatiuam indeterminatámque conditionem vergens pertinet ad materiam.

Probatur in corporibus esse materiam.

VI Caput sextum argumentis quatuor ostendit in corporibus esse materiam. Primum ex commutatione elemẽtorum mutua, quæ nec ex nihilo facit aliquid, neque quicquam deducit in nihilum, ideóque necesse est vtrinque materiam formarum mutationi subesse. Secundum ex quadam dissolutione compositi: Tertium ex resolutione ad extremum vsque redacta: Quartum idem ex elementorum natura confirmat. Profectò cùm ex aqua fit aer, formæ quædam ibi mutantur: neque totum quicquid erat in aqua perit, ne aliquid deducatur in nihilum, cùm naturæ intentio non sit ad malum, néve alioquin cogatur aer ex nihilo fieri. Cùm enim non quodlibet fiat ex quolibet, multò minùs aliquid naturaliter fit ex nihilo. Restat igitur aquæ aliquid, quod aquæ formam exuens, vicissim aeris induat formam, sitq́; continuæ motioni subiectum, quam neque quod abit, neque quod accedit, substinere potest, & tamen mutatio tanquam accidens debilissimum indiget fundamento. Verùm ne neges naturalibus formis subesse materiam, memento, formam cùm sit principium actionis, actum quendam meritò iudicari: actum verò, qua ratione actus, cùm propriè agat, pati non posse. Cùm igitur naturalia inuicem patiantur, constat præter formas quibus agũt

materiam, id est, essentialem potentiam, qua patiantur, habere, & hanc subesse omnibus vnam, vt facilius compatiantur inuicem, atque commutentur. Sed hæc quidem nos simili quadam via in Theologiæ quinto probamus, & noua hîc ratione sic iterum confirmamus. Corpus sicut apud Mathematicos in terminos quasi externos definit, scilicet in superficies duas, alterã profunditatis, alteram altitudinis, quæ neque corpora sunt, & aliud certè sunt quàm nihilum: sic apud Physicos in terminos finitur internos, qui neque corpora sunt, neque etiam nihilum, scilicet ex alto in formam, ex infimo in materiam. Decet enim entium ordinem in descensu antequam desinere cogitetur ad nihilum, quod extremum videtur externum, finiri in terminum quendam sibi coniunctum. Id autem est non actus aliquis entium: nam infra quemlibet actum subest quod fieri & quod pati possit ab actu. Est igitur extremum hoc potentia capax actuum, atque patiens. Potentia verò ad entia, vel ad eorum actus non quidem omnino nihilum, sed entium potius infimum iudicatur. Infimum hoc velut indefinitum, terminósque ab alio expetens, refert mundi superioris infinitatem atque materiam. Infinitatem etiam in quolibet intellectu, infinitatem rursus in anima mundi & in ipsa natura: quam teste Iamblicho, materialem vbique infinitatem Ægyptij sapientes ipsam (vt eius verbis vtar) essentialitatem nominant, per quam ipsum vnum materiam producit in corpore: atque vt concedit & Proculus, ad hoc ipsum etiam agente natura, quod & alibi declarauimus. Denique cùm ad ideales rationes referri non possint nisi formalia, ideóque materiæ non sit idea, constat eam mundano operi necessariam ab aliquo saltem super ideas & opificem idealem principio originem primam ducere, ab ipsa scilicet essentia eiusdem opificis, quatenus ordine quodam ideas & proprietatem opificiam antecedit, ac tandem ab ipso super essentiam vno, quatenus simplicissimum est, & mirabiliter ab omnibus segregatum. Sed & hoc ipsum vnum non modò per essetiam adhuc formabilem in opifice, sed etiam per formabilem essentiam in mundi anima, & natura per continuatam seriem producere materiam iudicatur: materiam inquam, velut vnum inferius non solùm illis quæ sunt, sed his etiam quæ gignuntur, sicut & ipsum vnũ est vtrisque superius. Sic in Parmenide quæcunque de ipso simpliciter vno propter excellentiã eius ritè negantur, de vno interim quod est in his, quæ verè sunt, per formalem affirmantur proprietatẽ: & interea de vno, quod est in his quæ gignuntur, partim secundùm formam, partim secundùm participationem affirmari videntur. Sed eadem rursus de materiali vno omnium infimo tanquam per oppositum respondenti primo, ob defectum negantur extremum: adeò vt nihil reperiri queat (vt ita dicam) primo similius vni, quàm postremum hoc vnum: si modò per dissimilitudinem cogitetur assimilatio, & per negationem comparatio fiat, infinitúsque defectus ad infinitum referatur excessum.

Opiniones falsæ de materia confutantur.

VII *Opiniones quatuor de materia falsas in septimo capite reprobat: Primò equidem Empedoclis, materiam & compositionis primam, & resolutionis vltimam putantis quatuor elementa. Quod ideò falsum est, quoniam elementum dissoluitur, materia verò nequaquam: quod satis in Theologiæ quinto probamus. Secunda verò, quæ Anaxagoræ solet ascribi. Ferunt enim nonnulli (si credere fas est) Anaxagoram posuisse duo principia rerum, intellectum scilicet & materiam, quæ neque ab intellectu sit, neque ab eo nouas accipiat formas, sed ipsa in se cunctas habeat, sed confusas: discernantur autem per intellectum: verùm in mistura eiusmodi formæ omnes imperfectæ sunt & inuicem impeditæ. Est & imperfecta materia, quæ sua expedire non valet. Cùm igitur essentia hæc imperfecta sit, ideóque nec per se, sed per participationem quandam habeat esse, sequitur super hanc essentiam esse perfectam, neque simili conditione confusam, ne rursum superiori quodam indigere cogatur. Iam verò hæc intellectualis opificis essentia est superior, quàm materia, vt dominari materiæ possit, ac dominando perfectè formare. Multò verò imperiosius, & facilius, & exactius mouebit materiam, artificiosiúsque formabit, si formas ipse in se præscriptas habeat, & imprimat in materiam per se prorsus informem, ideóque ad omnia mira facilitate cedentem, quàm si informis ipse casu materiam tractet, & in discernendis confusis quasi quadam sorte laboret. Confutat post hæc Anaximenis, vel Anaximandri (vt fertur) opinionem, esse dicentis materiam infinitam. Si infinitum hoc appellant, quod nequeat pertransiri: aut hoc primò & per se & in se infinitum erit, id est, ipsa formalis infinitudo: aut quasi accidens erit in alio. Non primo vtique modo, quod enim sic est infinitum, ex toto est sigillatim pariter infinitum: atque ita in corpore non esset totum parte maius, neque pars à parte differens vel à toto. Non etiam secundo modo: sic enim illud cui accidit infinitum, per se ante hunc accessum non foret immensum: itaque non caperet infinitum. Et quicquid sit, non est materia id quod accidit, quoniam est in alio. Non rursus materia est illud, cui id accidit, si non sit infinitũ ex opinione iam posita: neque totum hoc compositum est prima materia, quia non simplex, sed in prius aliquid resolubile. Tum verò refellit Democritum ponentem pro materia rerum atomos, id est, corpuscula quædam indiuidua prorsusque disiuncta. Sed neque corpus aliquod indiuiduum est, neque ex indiuiduorum numero magnitudo cõcrescit: neque ex discretis viscóque carentibus continuitas humórque corporum coalescit: neque ex vita carentibus vita creatur: neque ex casu fit ordo perpetuus ad intelligentiam pertinens atque artem: neque ars, vel naturalis vel quæsita ex materiis continuitatem naturaliter fugientibus aliquid vnquam conficere potest.*

Materia non est quantitas: nec habet propriam quantitatem. Item quòd ratio formalis trahit secum quantitatem certam, non è conuerso.

VIII *De hac ipsa materia, quæ mundi vnius est vna, est & continua, id est, vbique per se tota, neque similis atomis disgregatis: est & formarum omnium expers, inquirit, quidnam sit præcipuè: vt siquid modò sit, ita demũ quid sit potissimùm cognoscatur. Principiò non est corpus. si caret forma: si corpus, resoluitur in materiã: si materia, prorsus eadem quasi corpora penetrat, non habere hanc si modò prima materia est, neque materia quædam, sed simpliciter proprias qualitates, & ego satis alibi, & Plotinus hîc perspicuè tractat. Denique quantò agens ipsum prius est, tantò ei subest & materia prior: sicut naturæ, quæ prior est arte, subijcitur materia prior. Artifici ergo diuino tanquam primo subditur materia prima: ergo prorsus informis, sicut ille est omniformis. Quoniam verò quantitas parum admodum formalis est, & materiæ instar inefficax, patiénsque quamplurimùm, idcóque difficilè discernitur à materia. Idcircò diligentiùs & hîc & in sequentibus perscrutatur, Vtrum materia vel sit quantitas, vel propriam saltem*

habeat quantitatem. Non habere quidem propriam quantitatem patet: quoniam indifferenter ſe habet ad magnū atque paruum: & quia alioquin quanta foret. Cùm verò aliud ſit quantitas, aliud verò quantum: ſitq; quantum duplex aliquid. materia ſi quanta fuerit, compoſitum aliquid indicabitur. Atque ita in prius aliquid reſoluetur. Itaque non erit materia prima: quam vt prima ſit materia, primúmq; formabile, primúmque patiens, oportet ſic penitùs formarum eſſe vacuā: ſicuti neceſſe eſt auctorem formarum primum eſſe plenum. Qui non ex formis omnino nullis facit in materia formas: ſed obſignatoris more, modóque ſigilli, quas ipſe formas habet quodammodo exprimit: & imprimit in materiam. Cùm formas dico etiam intelligo quantitatem, per quam velut formale quiddam, ſic materia ſit, dicitúrque quanta, ſicut & qualis per qualitatem. Sic igitur formarum auctor perfectè formabit (vt diximus) ſi materiæ penitùs dominabitur. Ita dominabitur, ſi ipſe quidem formas habeat omnes, ſed materia nullas. Vt materia ita prorſus egena vehementiùs appetat, quódve porrigitur, aſciſcat auidiùs. Item vt ille omnium ſit artifex nō quorundā: ſitq; artifex conmunis & primus. Item ne illa aliquando propriam qualitatem, ſi quam habuerit, opponat artifici, qualitatem aliam præbituro. Néve ſi habuerit propriam quātitatem ſiue figuram, reſiſtat artifici aliā impreſſuro: aut ſaltē cogat illum pro modo ſui potiùs, quàm pro illius auctoritate, tribuere formas. Iam verò cùm ille primò det quæ tribuit, tradatq; materiæ vacuæ, meritò nec vllum habet obſtaculum: neque qualitatem affert neceſſariò pro qualitate præterita: neque rurſus pro quantitate: ſiquidem ipſemet primam tribuit quantitatem. Tu verò de communi rerum artifice naturaq; communi & formatione rerum prima potiſſimùm hæc dicta putato. Memento præterea, communis artificis voluntatem non caſu quodam concurrere cum certa materiæ magnitudine, atque viciſſim adeò, vt ita formæ modus quantitatis modum ſequi cogatur. Si enim caſu ſit ille concurſus, fortuna erit ordinis fundamentum. Idq; quod in rebus eſt per accidens, erit eo ipſo quod per ſe eſt prius atque ſuperius. Neque rurſus exiſtimes, auctorem primum in actione præcipua, ex quadam materiæ quantitate pendere: multóque minus ex certa figura, alioquin actiones multas impeditura. Sed ſcito, cùm artifex ipſe antecedat ordine & poteſtate materiam, ſumma libertate materiæ dominari, & informanda minimè laborare: ne tranſgreſſio vnquam contingat in opere. Ideóque pro natura, pro ratione, pro voluntate ſua potius, quàm pro quantitatis alicuius modo mouere primùm, & formare materiam. Cùm enim non per quantitatem, ſed per efficacem formam moueat atque faciat: meritò actioni ſuæ primum in materia reſpondet eiuſmodi forma: formámque ſubinde quantitas comitatur: dum videlicet ad formalis actionis impetum, formæq; efficacis ingreſſum materia mouetur atque protenditur, extenditur, inquā, eatenus propriè, quatenus tum agitat eam formæ penetrantis impetus: tum ratio idealis ipſa præſcribit: tum denique ratio formalis, vel ſeminaria exigit. Nec immeritò ad certam ſpeciem certa conſequitur quantitas, vel figura potius quàm è conuerſo. Duo enim hæc velut minùs perfecta ex ſpecie tanquam perfectiori dependēt: & tanquā non efficacia formæ ſeruiunt efficaci, ipſiusq; formæ ratione comprehenduntur, & fiunt. Neque diffidas quantitatem ſpecie contineri. Eſt enim quantitas forma quædam: ac tanquam aliquid formale minùs in ſpecie, velut magis formali continetur: & velut illic implicata mox in materiam explicatur. Hinc fit, vt certæ viuentium ſpecies certas habeant magnitudines & figuras. Pertinere autem quantitatem ad formam, neque eſſe materiam, ex eo patet, quòd quantitas vbi metitur & numerat, rationem habet determinantis. Materia verò pura determinabilis tantùm eſſe cenſetur. Mitto, quantum adducantur paſſim formæ rerum, vel inter ſe differre, vel permutari ſæpe pro modo mutationeq; quantitatis atque figuræ. Quod ſanè nunquam adduceret materia pura. Taceo nunc effectus occultos, qui certis ex figuris & numeris in corpora ſæpe noſtra animóſve reſultant. Certè ante eſſe quātum ponitur eſſe ſimpliciter: nunquam enim aliquid eſſet quantum, niſi ſimpliciter eſſet. Eſt autem ſimpliciter etiam ſi non ſit quantum. Quando igitur ipſum ſimpliciter ens, quod antecedit eſſe quantum, primò cogitatur extendi, tunc primùm quantitas oritur ipſa, ſcilicet entis extenſio. Hæc ipſa entis portio quæ protenditur materia eſt iam corporea facta: extenſio verò quantitas. Extenſio quidem ſubiecto indiget ſiquidem eſt accidens, & paſſio quædam formalem entis actum neceſſariò ſequens. Iam verò cum aliquid extendatur, neque tamen ipſa extendatur extenſio: hoc ipſum quod protēditur, materia eſt extenſioni ſubiecta, extenſione neceſſariò prior. Niſi enim quodammodo ſit, protendi non valet. Neque verò ſuſpicari licet, quantitatis ſubiectum eſſe formam. Quælibet enim alia forma tanquam incomparabiliter efficacior quantitate non ſubit, imò ſubigit quantitatem. Denique quòd in mundo intelligibili copia virtutis eſt, poteſtáſque per omnia præſens & inferioris exceſſus: per quantitatem velut illius imaginem in ſenſibili mundo refertur. Quod autem illic virtutis copiæ velut materia ſubeſt, per materiam hanc referri videtur. Cùm igitur non ad idem ſpectent quantitas atque materia, nimirum neque eſſe eadem iudicantur. Sed quis non videat & numeros in rebus etiam à materia ſegregatis exiſtere? & puncta lineáſque, imò & ſuperficies, neq; materiā eſſe, neq; neceſſariā habere materiā? Cōclude quantitatē cùm ſit formale aliquid, ex agente potius quàm ex materia dependere. Cumq; ſit inter formalia minimum, meritò ſic vbique tribui, vt forma præſtantior exigit.

Confirmatio ſuperiorum.

IX *Verùm ne fortè mireris quantitatē nullam in ipſa ratione materiæ contineri, materiámque ex ſe non eſſe quantam, memento, cùm res præter quantitatem multæ ſint, vt ſubſtantiæ & qualitates, atque ſimilia, meritò rationem entis à ratione quantitatis eſſe diuerſam, & communiorem atque priorem: ideóque multa & eſſe & intelligi poſſe, etiamſi non exiſtant, nec intelligantur eſſe quanta. Sic nec anima quanta eſt, quæ generat quantitatem, neque materia quanta, quæ præcedit corpora: neque quantitas ipſa quanta, ne abeatur in infinitum. Siquidem quātum quantitate fit quantum: ſicut aliquid qualitate fit quale. Ex quo etiam confirmatur, quantitatem aliquid eſſe formale. Sic ergo corpus viuens naturali colore fit coloratum: neque tamen color ipſe eſt coloratus. Neque rurſus ſeminaria ratio, quæ naturalem in animali colorem creat, eſt color, ſimiliter neque quantitas & figura viuenti congruens, quanta vel figurata eſt: neq; ſeminaria virtus quantitatis eiuſmodi figuræq; fabricatrix eſt quantitas aliqua vel figura. Tum verò ſicut accedens qualitas ad materiam nondum qualem reddit ſubitò qualem: ſic & quantitas accedens ad eam nondum quantam ſimpliciter reddit quantam. Neque tu cogitare debes, materiam in primo quantitatis aduentu in amplius ex anguſtiori protendi. Anguſtia enim & amplitudo modi quidā ſunt exiſtētis iam quantitatis. Ante verò primū quātitatis acceſſū, neq; quātitas in materia eſt, neq; igitur ibi modi ſunt quātitatis.*

Atqui & ipsa formalis ratio quantitatis neque magna est, alioquin non congrueret paruis: neque rursum parua, alioquin magnis seipsam accommodare non posset. Similiter & materia neque tanta est propriè, neque tanta, vt æquè sit ad omnes quantitatis modos subeundos indifferens: neque rursum quanta simpliciter, ne quid ita in se formale possideat sitq; composita.

Quomodo materia cognoscatur, quum sit informis.

X *Dubitatur igitur, quomodo cognosci materia possit, cùm fomis careat omnibus, oporteat autem tum rem cognoscendam cognoscentes mouere per formam, tum cognoscentes per formam ipsi rei cognoscendæ consentaneam agere circa ipsam. Cùm igitur per formas cognitio fiat, videmur consequenter cogitaturi formalia, non informia, nisi forsan animo moliamur formas omnes ex animo segregantes coniectare nonnihil in rebus à formis similiter omnibus segregatum. Sed interim dum molimur, forma quadam certè molimur: ideóque inuiti molimur & formam, quamuis, vt putamus, informem: dum videlicet pro viribus cogitamus indefinitam: atque sub eiusmodi forma suspicamur indefinitam quoque materiam. Sic igitur indefinitate quadam conceptionis nostræ indefinitatem materiæ cogitamus. Conducit ad idem indefinitas quædam, quasi materialis sub animi forma naturaliter actuq; latens. Si fingatur circulus infinitus, ratio quidem definitioq; circuli finita erit & certa: iactus autem oculi, vel similis imaginationis per circulum infinitum, infinitè vagabitur. Similiter siquis omnibus sublatis formis intuentis oculi more intendat pro viribus animi aciem in materiam, nihil prorsus inspiciet: sicut nihil inspicit oculus luminibus & coloribus vbiq; sublatis. Sed hìc animus coniectat interea subtracto lumine subesse corpus obscurum. Nunquid & ibi formis ademptis subesse conijcit rem informem? Conijcit quidem vtcunque potest: verùm eiusmodi coniectura neque legitima ratiocinatione, quæ solet ductu mentis rationisq; idealis ex formis concipere formas: neque legitima rursus imaginatio, quæ solet formas, vel ex mente, vel ex sensibus intueri: coniectio itaque circa materiam ex spuria ratione & adulterina rursus imaginatione miscetur. Sed eiusmodi quidem indefinitas animi circa indefinitatem materiæ suspicandam, habet interim aliquid definiti, quatenus & per formas agit, & definit aliquid de materia. neq; propriè tamen intelligit. Intellectio enim est idearum, vel saltem idealium contemplatio. Neque rursum ratiocinatur propriè. Ratiocinatio enim est collectio quædam. Hìc verò non tam colligit quàm dispergit, dum omnia de materia negat. ac siquid affirmat interea negata confirmat. Dum enim affirmat materiam esse formarum omnium susceptaculum, confirmat interim eam per se prorsus informem. Et quoniam anima, vtpote quæ species est, & essentia vera, horret informia, & odit essentiæ casum: iccircò dum de materia negat formas & essentiam atque esse: interea eā ad hæc omnia refert: & sicut negando prius, ita deinde referendo cognoscit. Similis in hoc esse videtur cognitio infimi rerum & cognitio summi, & vtrunque (vt ita dixerim) ignorando cognosci. Tu verò, vbi Plotinus ait, Simili cognosci simile, intellige vim aliquid cognituram: tum ante cognitionem esse quodammodo illi cognatam, tum in ipsa cognitione formam illius edere, vel subire conditionem. Conclude rursus, vbi cognitio est efficacior, ibi similitudinem esse maiorem. Et quoniam intelligentia ratióque non solùm sicut sensus rem attingit extrinsecus, sed etiam efficacissimè penetrat, iccircò hanc rationibus æternis cognatiorem existere, quàm corpori sensus.*

Materia nec est quantitas, nec habet propriam quantitatem: Item susceptio formarum non ratione quantitatis, sed ratione materiæ. Item forma præcedit quantitatem.

XI *Proinde materiam non esse quantum aliquid confirmat contra dicentes, non esse aliā in rebus materiam præter dimensionem qualitatibus subditam, quemadmodum in cælo ponere videtur Auerrois. Plerique considerantes dimensionem, tum inefficacem esse, tum ad capiendum accommodatam, qualem esse materiam arbitramur, dimensionem putauerunt ipsam esse materiam. His autem respondet Plotinus, probans dimensionem nō esse necessariam ad ipsum acceptionis effectum, quandoquidem mens & anima sine dimensione res capiant. Præterea cùm ipsum simpliciter ens antecedat esse quantum, meritò quantitas posterius ad ens accedit: quo fit vt quantitatem sine priori quantitate recipiat. Similiter materia sine quantitate præcedente suscipit quantitatem: ergo & quòd recipiat alia, habet non quia quanta, sed quia materia: quippe cùm ipsa materia primum fuerit susceptaculum. Contigit autem materiæ formas in dimensione recipere, quoniam sicut formas, sic & dimensionem accipit, ac producto spatio protenditur in ea simul & qualitas, contracto verò contrahitur. Iam verò in ipsa intentione naturæ prior esse videtur species, primáque speciei proprietas, quàm eius quantitas vel figura. Ideóque sic naturaliter instituta materia est, vt potissima præparatio eius ad speciē sit potius quàm ad aliquam quantitatem. Materiam dico simplicem atque primam: nam secunda materia iam certo modo ad speciem aliquam præparata, magnitudinem ei conuenientem iam cœpit accipere: sed & ante magnitudinem certè quandam subijt qualitatem futuræ congruam speciei: cuius quidē qualitatis virtus magnitudinem & figuram paulatim accommodat speciei. Certa igitur forma quantitatem certā quodammodo antecedit, ac si fingas quantitatem saltem interminatam certas præcedere formas, fingemus & nos similiter interminatam quantitatem ab interminata quadam forma præcedi, cuius efficacia in quantitatem materia protendatur: sic vtique imperium actionemq; separatæ formæ super materiam mox in materia forma sequetur antecedens, videlicet quantitatem longius à separata forma distantem. Tum verò cùm agere atque mouere qualitatis sit proprium, non quantitatis, meritò non quantitas qualitatem, sed contrà qualitas quantitatem agit, & mouet trahitque secum. Sic igitur non magnitudo facit calidum, sed calor extendit in magnum. Non paruitas reddit frigidum, sed frigus cogit in paruum. Quid plura? Virtutes vtique seminum absque magnitudine propria certas destinant magnitudines nascituris, quibus ipsa sua specie statim adest, eademq; semper, non statim magnitudo debita vel figura. Hæc enim per virtutem speciei temporibus certis ex potentia speciei paulatim procedit in actum. Quamobrem materia formam suscipit ob hoc ipsum, quia materia est arti subdita naturali, formámque in primis suscipit ex agente forma. Non igitur quia sit moles accipit formam, sed quia materia sit formabilis. Suscipit verò formam modo corporeo, quia materia fit interea moles, dum & virtute & gratia formæ quantitatem excipit formæ conuenientem: atqui nisi molem habuerit, adhuc suscipiet qualitatem, quamuis nondum corpoream.*

Sicut

Sicut enim in eodem spatio in se inuicem multæ sunt qualitates, spatio eas minimè distrahente: sic etiam nisi spatium fuerit, esse simul, multóque magis simul in materia poterunt. Materiam plerique tanquam spatium cogitant, & id quidem vacuum & immensum: quoniam animus cùm aciem in hanc intendit, nequit in signum aliquod se dirigere, alioquin formam illic aliquam cogitaret. Nusquam ergo sistit intuitum: ideóque circumuagus hac & illac distractus, per interuallum videtur vacuum peruagari, ac rursus immensum. Si enim vel centrum, vel circunferentiam, vel aliter lineas designauerit, formas excogitare cogetur. Reuera enim sicut spatium ipsum sine alio quoquam spatio capacitas est ad alia: ita materia sine spatio proprio capacitas est ad spatium. Et quamuis ipsa quoque ita per se magnitudine careat, sicut & species ideales, tamen nulla species apparet spatium contemplanti, quoniam formam sibi propriam ipsa definit, indiuiduámque cõseruat. Materia verò videtur spatium, quoniã & spatio subest & nullum sibi signum ipsa definit, & nunquam secum ipsa quiescit, sed dum species induit varias semper exuit vicissim, nimirum ad formarum cursum sic ipsa currere nobis videri solet: sicut ad nauis motum littus ipsum nautis moueri videtur. Qui verò sub longo variarum ductu formarum tractum interea materiæ cogitat, meritò materiam velut spatium, & id quidem mobile cogitare compellitur.

Confirmantur superiora,

XII *Audisti iam sæpius, omnes rerum naturalium formas esse secundùm seminarias rationes in ipsa animæ mũdanæ natura. Et quoniam ibi nulla dimẽsio est, quaslibet in qualibet, & vbique simul cunctas existere, talémque seriem mundum seminarium & animalem, & incorporeum appellari. Finge itaque dimensionem aliquando illic oriri. Subitò natura in longum latumq; & profundum amplificata, protendẽtur & formæ, & quæ prius in natura sine spatio fuerant incorporeæ, deinde in natura eadem nacta spatium, corporeæ iam euadent locisq; inuicem separatæ. Talem vtique mundum hunc corporeum cogita ex incorporeo propagatum, sola forsan accepta dimensione: subtrahe, si placet, dimensionem, seminales adhuc formæ restabunt, quæ dimensionem quondam in natura præcesserant: sed mundus interim ex corporeo vicissim euaserit incorporeus, sola forsan dimensi ne sublata. Verùm admonuisse te volo, quæ iam natura est in seminario mundo, euadere in hoc corporeo mundo materiã. Sic enim ille in hũc propagari posse videtur, si statim ex natura materia pullulet, in qua duntaxat oriri dimensio possit naturæ præpotentis imperio: quam quidem dimensionem ad corpora conferre putamus: non quia ipsa sit materia corporum, quorũ eadem certè materia est, quæ etiam sub dimensione dimensionisq; materia. Neque rursum dimensio necessaria est, vt simpliciter formæ sunt, aliquando corporeæ fiant. Quod enim formæ sint, habent, quoniam ex seminario sunt in materia. Quòd autem corporeæ sint, ex eo sortiuntur, quòd in materia sunt extensa. Huc illud Plotini tendit: Formæ non circa magnitudinem propriè, sed circa materiam oriuntur: nam & magnitudine dempta formæ restare possunt, forsan in seminalibus rationibus: forsan etiam in ipsa materia, quamuis non corporeo modo. Id insuper illorum sententia confirmatur, qui disputant in formæ substantialis aduentu totum vsque ad materiã primam ibi resolui, vt forma substantialis actusque simpliciter, in ipsa substãtiali simpliciterque potentia fiat. Talẽ itaq; formã ante quãtitatẽ, quæ est accidens, volũt adhærere materiæ: ac si quãtitas ibi præcesserit, tunc saltẽ substantialẽ formã trãsgredi limitẽ quantitatis, nudoq; materiæ gremio seipsam prorsus insinuare. Ob hanc forsitã rationẽ formas nõnulli substantiales esse indiuisibiles arbitrãtur: quoniã nulla intercedẽte quãtitate materiæ penitus se infundãt, quas tamẽ dimẽsio comitetur, quæ formas præcedat accidẽtales. Itaq; has tãtùm efficiat diuisibiles. Videtur id tetigisse Plotinus, vbi ait: Si forma scilicet substantialis necessariò in dimensione foret, subtracta hac penitus perriturã: posse tamen formã ibi remanere quãuis indiuisibilẽ, siue in materia propriè, siue in natura fundetur: sed & in materia forsan restare potest indiuisibilis: nam prius etiã cogitatur esse quàm protendatur: mitto, quòd quãtitate diutius etiã permutata forma remanet eadem, non tamẽ eadẽ remaneret cõmutata materia, ex quo patet, formã non circa quantitatem fieri, sed circa materiã. Cõmiscentur autẽ facilè multa corpora in corpus vnũ, quoniã in eadẽ materia congruunt ad omnia æquè parata, omnium pariter auida, neque dimensionem habente suapte natura, per quã distare inter se multa coguntur. Iam verò quũ dimensio quodammodo corporum impediat vnionem, materia verò conciliet, constat & aliud dimensionem esse, aliud verò materiam: & materiam ipsam neque natura sua dimensionem habere, neque formas dimensione suscipere, sed potius semetipsa: præsertim quia prima suscipiendi ratio in eo consistit, quod est primũ omniũ susceptaculum: id profectò maximè omnium capax esse videtur, quod potest vbique omnia simul accipere. Dimensio verò facit, vt nequeant simul omnia capi, imò vt seorsum singula disponantur. Proinde materiam non esse dimensionem, sic iterum confirmamus. Si dimensio sit ipsa materia, erit omnium fundamentum, eritq; substantia. Cùm verò quantitas vbique sit accidens, non potest penes infimum rerum gradum quantitas esse substantia, quamuis quæ apud nos accidentia sunt, quodammodo in superioribus substantiæ iudicentur. Præterea sicut ad mutationem qualitatis, sic & ad quantitatis mutationem non necessariò substãtia permutatur: ex quo patet vtrũque esse pariter accidens. Hãc ob causam vbi rem ipsam definis, non soles quanta sit, definitione decernere: quasi quãtitas ad rationem formalem non vt pars attineat, sed accedat vt accidens. Neque verò minus quantitas quàm qualitas, imò magis contingens esse videtur: siquidem qualitas per efficaciam, & actum, & proprietatem magis videtur cum formali ratione congruere. Quamobrem si quantitas non est substantia, nimirum nec est ipsa materia: quæ quidem quum omnium sit subiectum, meritò tanquam substantia iudicatur. Sed quis non videat, quantitatem non esse materiã? Modò cogitet materiã prorsus indefinitã, statim per quãtitatem sicut per qualitatem determinari, scilicet quanta propriè sit & qualis. Quòd si dimensionem in se determinatam accipias, adhuc materiam illa determinat: saltem ad hoc ipsum, vt non solùm materia sit simpliciter, sed etiam vt in longum & profundum protendatur, & amplum, vt occupet locum, vt sit diuisibilis, vt tot in se habeat partes, vt pars à parte sit differens, vt pars terminetur ex parte, vt partes terminentur ad totum, vt habitudo sit inter se partium & ad totum. Denique dimensionem interminatam materiæ dare, nihil est aliud quàm confiteri materiam ad dimensionem quamlibet se indifferenter habere, sicut & ad quamlibet qualitatem. Sicut ergo conceditur qualitate carere, similiter carere dimensione concedes. Neque verò quisquam negare debet esse materiam, quod à nobis inuisibilis & indiuisibilis iudicetur. Nam & quãtitas si in seipsa sine qualitate consideretur inuisibilis erit. Et qualitas vicissim accepta procul à quantitate statim erit indiuisibilis. Sunt tamen aliquid, quamuis accidentia sint. Materia igitur, quæ substãtiæ modo talia substinet,*

non est omnino figmentum. Tum verò quamuis nullo sensu percipiatur nihilominus aliquid est ponenda. Nam & naturam ipsam atque mentem esse aliquid affirmamus: quamuis sentiri non possint. Materiam verò etsi non sensu tamen ratione cognoscimus. Etsi rursum non ratiocinatione quadam intelligentiæ plena, id est, idealibus fundata formis, tamen argumentatione partim negante formas, partim ad formas materiam referente. Possunt quinetiam hic verba Plotini sic accipi. Materiam, scilicet cognosci ratiocinatione quadam, non ratiocinatione inquàm ipsius vacui, sed vacuo modo: quasi prohibeat materiam dici vacuum ipsum, vel nihil & vanum. Concedat tamen eam vacuo quodam pacto cognosci, id est, vacuam formis eam excogitando. Cùm verò probatum sit materiam nec esse quãtitatem, nec suapte natura quantitatem habere, vel qualitatem: constat eam nec esse corpus, nec rursum (vt ita loquar) corporeitatem: si corporeitas accipiatur pro forma quadam dimensioni mista. alioquin materia foret corpus. Neque rursum si corporeitas ipsa accipiatur pro ratione ideali, vel seminali corporis effectrice: hæc enim à materia longè diuersa est. In anima enim, & mente consistit. Nemo verò dicere debet, corpus sine materia esse posse: propterea quòd actio corporis sine materia videatur existere. Actiones enim nec more corporum componuntur: nec aliæ de aliis generantur vt corpora: vicem verò materiæ gerit ad illas ipsa agentis patientisve substantia, quæ componitur ex materia.

Materia nec est qualitas, nec habet propriam qualitatem.

XIII *Quemadmodum in superioribus ostendit materiam nec esse quantitatem, nec quantam, sic in præsentia nec qualitatem esse neque qualem. Absurdum enim dictu est, subiectum omnium esse qualitatem: cùm in subiecto esse sit proprium qualitatum. Præterea siue id subiectum natura quædam definita certáque dicatur: materia quæ necessariò indefinita est, esse non poterit. siue incerta & indefinita natura, tunc materia quidem erit, qualitas verò nequaquam. Qualitatis enim prporium est determinare aliquid atque discernere. Obiiciet aliquis, materiam vel esse, vel habere qualitatem ex eo quòd omnibus aliorum careat qualitatibus: quasi hæc ipsa priuatio sit proprietas qualitásque materiæ: per quam à cæteris differre putetur. Concedemus autem hanc ipsam qualitatum vacationem proprietatem esse materiæ. Sed eam interim qualitatem esse negabimus. Magis enim diuersa est qualitatis priuatio qualitati, quàm quantitas, vel substantia. Si igitur priuatio qualitatum qualitas appelletur, multò probabilius substantia, vel quantitas poterit qualitas nominari. Præterea stultum dictu est, aliquid fieri quale non ab ipsa qualitatis natura, sed ab opposito qualitatis, id est, ab ipsa qualitatum priuatione. Sanè cùm dicũt materiam ob hoc ipsum quod ab aliorum qualitatibus altera est, siue diuersa, esse qualem: nũquid materiam tunc tanquam alteritatem esse volunt? Si ita putant, non erit vt qualis: sicut neque qualitas qualis esse censetur. An fortè materiam tunc esse volunt tanquam aliquid alterum? Si ita putant, certè sicut alteritate est altera, sic etiam qualitate qualis, qualitate inquam alia præter se natura. Erit igitur alia quædam qualitas per quam qualis materia fiat. Si fit alio qualis, non est materia qualitas. Tum verò sicut alicuius qualitatis priuatio non est qualitas illa, sic omniũ orbitas qualitatum nulla qualitas est iudicanda: neque rursum qualis, siquidem qualitatibus vndique vacat. Item sicut negatio non est affirmatio: sic priuatio non est qualitas. Ita enim priuatio in negando, sicut qualitas in affirmando consistit. Rursum non omnis proprietas esse qualitas iudicanda est. Sicut enim opponitur qualitati priuatio, sic & horum proprietates inter se opponuntur. Atqui sicut est aliquid proprium affirmationis & qualitatis, sic & aliquid negationis & priuationis est proprium: neque tamen id qualitas erit, sed oppositum potius qualitati. Accedit ad hæc quòd sicut proprietas qualitatis non est materia: sic proprietas materiæ non est qualitas: sed priuatio qualitatis: per quam sanè priuationem siquis dixerit materiam esse qualem, non minùs curabit, quàm qui dicat materiam ob priuationem magnitudinis esse magnam. Iam verò si materiæ proprietas foret aliquid ipsi materiæ velut appositum absolutè nimirum se haberet vt qualitas. At verò materiæ ipsius proprietas ipsamet materia iudicatur: sicut & de principio rerum existimare solemus. Materia igitur non per aliam proprietatem quàm per seipsam ab aliis diuersa censetur. Est igitur materia quodammodo ipsa diuersitas seu mauis alteritas. Alioquin non seipsa quidem diuersa foret, sed ipsa præter se diuersitate diuersa. Diuersitas verò hæc quasi duo potissimùm significare videtur, scilicet & cõmunem aliorum negationem per quã in nulla cum illis generali ratione conueniat, & vniuersalem potentiam capiendi, ad alia seipsam naturali quadam habitudine referentem. Vtrinque sanè materia perpenditur esse diuersitas: tum quoniam alia nimium de ipsa negantur, tum quoniam naturaliter refertur ad alia. Sic enim necessariò & aliud est quàm illa, & vt actibus potentia illis opponitur. Conclude igitur in præsentia ipsammet materiam esse sui ipsius proprietatem: esse verò proprietatem hanc scilicet quòd aliud sit quàm alia, id est, quòd neque sit alia neque quicquam aliis simile. Cætera enim quadam inter se vel communione, vel similitudine congruunt. Materia verò est penitus segregata, sicut & primum principium segregatum. Cætera rursum præter id quod vel inter se, vel à materia diuersa sunt, existunt aliquid secundum speciem in se ipsis. Materia verò non per aliud quidem est: per aliud verò diuersa est: sed potius est ipsa diuersitas: siue mauis aliquid ab aliorum communione omnino secretum. Quoniam verò Plotinus metuit ne pronuntiando de materia singulari numero, vel diuersitatem vel aliud, materia definitum aliquid & formale nobis appareat: Ideò monet numero plurali dicendum, materiam esse alia siue diuersa, vt per hoc infinitatem eius magis excogitemus.*

Materia est idem omnino atque priuatio formarum omnium, si priuatio significat infinitatem quandam formalemque potentiam.

XIIII *Hactenus tractatum est quomodo materia potissimùm ad illa se habeat, quæ remotiora sunt ab ea, scilicet ad qualitatem, & quantitatem. Deinceps quo pacto ad ea quæ propinquiora sunt comparetur videlicet ad priuationem & infinitum. Sed de priuatione prius. Discutit ergo Peripateticum illud, materia & priuatio sunt quidem subiecto siue re ipsa vnum, ratione autem duo. Cùm diceret Peripateticus, duo hæc esse ratione, rationes in primis, id est, definitiones duas assignare debebat: vnam quidem priuationis, alteram verò materiæ propriam. Quod quidem nisi fiat quòd sint ratione duo, conuinci non poterit. Quòd si duæ adducantur definitiones in medium, quæremus vtrum ita se habeant, vt neutrum duorum in alterius definitione ponatur. Si fiat ita, non erunt subiecto siue re ipsa vnum:*

vnum: An potius vtrunque in vtriusque definitione locetur: sicut de naso simo dici solet atque ipso simo. Si ita: adhuc res duæ sunt: nasus scilicet atque simitas. An fortè vnum aliquid eorum in alterius definitione sit: neque vicissim sicut calor in definitione ignis: neque contrà. Si ita dicatur etiam res duæ sunt: subiectum atque qualitas. Post hæc, discutit vtrum materia & priuatio res vna dicantur: propterea quòd priuatio nihil rei materiæ insuper addat, sed cætera de materia neget. Sic autem erit ambiguum quomodo rationes duæ sint: altera quidem ad subiectum, id est, materiam pertinens, altera verò ad relationem quæ priuatione fit ad cætera. Probabile profectò est non solùm priuationis, sed etiam subiecti rationem ad alia ritè referri. Quæ supra materiam sunt, non solùm referuntur ad finem, sed etiam id habent vt fines sint aliquorum. Cùm verò materia sola nullius sit finis, cui quicquam naturali ordine seruiat, sed ipsa duntaxat seruiat omnibus: ac totum quicquid est vacuum quidem sit munere finis: vndique verò ad finem naturaliter institutum & egenum finis semper & cupidum: meritò dictum est naturam eius ad alia ipsa sua ratione referri. Vt quemadmodum in summo rerum tota finis ratio est, sed non ad finem: ita vicißim in infimo finis quidem ratio nulla sit, sed omnis ad finem. Noli hîc interim relationes dialecticas somniare. Naturæ namque ipsius relationem hîc intelligi volumus prouidētiæq; diuinæ. Nihil verò à materia est alienius quàm relatio logica. Hæc enim vel in opinione, vel in re quapiam, velut subiecto fundatur. Materia verò contrà subiectum est dūtaxat & fundamentum. Præterea probabile est, hîc priuationis nomine relationem quandam significari, id est, indefinitatem subiecti huius, & indigentiam ad alia naturaliter institutam cupideq; vergentem. Ideóque non facilè quis discernat quomodo duæ quædam sint rationes: vna quidem priuationis: altera verò materiæ. Non solùm enim re, sed etiam ratione sunt vnum. Nemo verò dixerit materiam eo modo priuationem, quo priuationes alias solemus dicere, id est, defectus aliquos in subiectis. Materia enim ipsa omnium est subiectum. Nullus iterum materiam priuationem putet vt nihilum: quando enim corpora, vel ex materia componuntur, vel in materiam resoluuntur, lōgè abest, vt vel de nihilo fiant, vel deducantur in nihilum.

Infinitudo non accidit materiæ, sed est ipsa materia.

XV Hæc verò priuatio quæ infinitudo dicitur, vel infinitas, id est, aptitudo tantùm per se formabilis, nullosq; per se formales in se fines poßidens: hæc inquam infinitudo non accidit quidem materiæ: sed est ipsa materia. Considera rationes & numeros. Rationes inquam formales ex seminariis idealibusq; rationibus dependentes. Numeros inquam tum eiusmodi rationum: tum proprietatum quæ sunt in ipsis: tum graduum virtutis earum, tum differentiarum inter ipsas. Rationes quidem finiunt: & ordinant finiendo. Numeri verò ordinant, & finiunt ordinando. Item rationes viresque formarum, tum genera quasi materias in species terminant: tum vagum materiæ appetitum terminant ad effectum: Numeri quoque ordinant finiuntq; rerum seriem subiectam sibi materiam: vires item & motus definiunt qualitatum: atque per illas materiam quoque terminare videntur. Cùm igitur rationes eiusmodi numeriq; finiant, certè subest eis quod finiatur ab ipsis. Id verò primum est ipsa materia. Nam & composita per hanc habent, vt finiri debeant aliunde: & natura, vel anima, vel mens per suam quandam materiam habent, vt formarum terminis egeant. Materia igitur cùm sit hoc ipsum quod aliunde finitur, nimirum suaptè natura est infinitum. Sicut quod aliunde illuminatur est per se tenebrosum. Alicubi ergo reuera imò vbique subest infinita natura, imò verò infinitas ipsa. Sicut enim res infinita respondet finitæ: sic & fini respondet infinitudo. Fini inquam substantiali, substantialis infinitudo non ficta. Infinitudo inquam non in alio: sicut & finis terminusq; primus non est in alio. Siquis verò dicat infinitatem hanc non esse materiam ipsam, sed ipsi prorsus accidere, cogetur fateri infinitatem nōnihil in se habere formale: siquidem sit in subiecto: subiectumq; sub tali quadam conditione determinet: quod certè contra naturam infinitatis esse videtur. Iam verò infinitas ipsa non est ratio vlla formalis. Extrema enim est formabilitas. In qua siquid proprium sit formale: ex ea saltem parte non est formabilis. Veruntamen vt ad summum formatorem spectet, omnes tribuere formas: oportet subiectum huic proportione respondens nullam prorsus habere. Præterea si materia per se infinita est, non oportet infinitatem huic accidere. Sin terminata dicatur non est materia prima. Denique si materia fingatur, velut formalis quidam terminus, illique accidere infinitatem, id est, aptitudinem duntaxat formabilem, perdetur subitò siquid formalis fingitur in materia. Nihil enim actu formale sub extrema formabilitate relinquitur. Quod autem corporei mundi materia sit infinitas, confirmatur ex eo quòd materia quoque incorporei mundi est infinitas. Non enim illi accidit infinitudo: quicquid enim est in ipsa finis existit. Ex illa verò hæc pendet per similem infinitatis modum. Cogita igitur illic ipsum simpliciter vnum vno ente superius. Considera in vno ente infinitatem, id est potentiam ab ipso vno formabilem. Quæ quidem quatenus in terminos illic formales extenditur, potentia & infinitas nominatur. Quatenus in perseuerantiam extra durationis terminos ducitur, nominatur æternitas. Illa quidem infinitudo quodammodo secundùm defectum sic appellata, sequitur infinitatem vnius secundùm supereminētem excessum excogitatam. Et quatenus excedit altera, eatenus fermè succedit & altera quasi per relationem opposita primæ. Subinde verò ab infinitate quæ illic formabilis est, ipsa mundanæ materiæ exorditur infinitas: ita sub natura formabilis, sicut illa sub bono. Duæ verò infinitates hîc inductæ non conueniunt genere, sub quo per differentias discrepent speciales. Atqui & vtraque simplicißima est: & hæc dum pendet ex illa, tum referendo illam congruere cum ipsa videtur: tum quia non est illa, neque ad formas similes instituta, differre nimium iudicatur ab illa: non quidem per differentiam sibi additam, imò seipsa, vel insuper quia non ad similes nata est formas: sed hoc etiam est seipsa differre. Quoniam verò potentia illa formabilis, etsi ad ideas quasi materia est, tamen in seipsa, & ad nostra censetur vt forma, Iccircò non adeò iudicatur indefinita sicut materia corporum. Præsertim quia formabilis illa natura semper similitérque est ad actum formæ redacta. Hæc verò redigitur paulatim: actusq; disperdit. Fit quoque illic matera illa formalis. Hîc verò vicißim forma materialis euadit. Cōditio igitur indefinita in hac reperitur magis quàm in illa. Conditio verò termini ibi superat: hîc necessariò deficit. Proinde si compositum ex materia formáque consideres, dices hoc quodammodo infinitum, scilicet ratione materiæ. Non tamen dices hoc infinitum, eße ipsam infinitatis naturam. Quæ quidem dicitur esse ipsius infiniti, qua ratione est infinitum: hoc enim pertinet ad materiam. Cùm verò hanc ipsam materiam quasi seorsum cōsiderans dicis hoc infinitum, idem profectò est infinitum hoc, ipsaq; infinitas, quam modò appellabamus ipsum in-

finiti esse, quatenus infinitum. Tu verò cùm de materia dicis, hæc est ipsa natura infinitatis, siste huc vsque gradũ:
neque addas, hæc est ipsa infinitatis ratio. Ratio enim siue formam significet, siue definitionem: ideoq; & terminum
non conuenit deformi & indefinitæ materiæ. Item cùm dicis, infinitum hoc & ipsum naturale infiniti esse, idem
est, caue ne sub hoc essendi nomine intelligas aliquem indefinitæ illius essentiæ terminum siue actum, siue modum.
Tria enim hæc ad rationem pertinent, id est, ad rationalem idealem & seminariam & formalem atque formam.
Nulla verò eiusmodi ratio conuenit ipsius infiniti naturæ. Quam si tu definire coneris, & frustrà conabere: eam e-
nim amittes definiendo: & cogeris duntaxat per habitudinem ad terminos, quos nondum habet, infinitudinem de-
finire: vbi infinitudo non tam habet rationem ad se & intrinsecùs pertinentem, quàm extrinsecùs ad aliaq; spe-
ctantem: quod quidem verè est infinitum esse. Siquid enim in hac ita suum ponas, vt non referatur ad aliud, hoc
ipsum quod non erit ad finem, erit finis. Finis autem repugnat infinitati. Materiam igitur existimabimus infinitã:
non quidem definientes intrinsecùs, sed ad rationem ipsam extrinsecùs referentes. Ad rationem inquam (vt sæpe di-
ximus) idealem, & seminariam, & formalem. Cui quidem velut fini & finienti materiam opponimus, velut ad fi-
nem & indefinitam atque finiendam. Opponimus inquam, hoc illi, simplicissimum simplicissimo. Vnde rectè con-
cludimus: sicut ratio ipsa non alia dote, sed seipsa ratio est, & finis, & forma: sic materiam non alio addito, sed na-
tura sua esse prorsus indefinitam: quicquid enim addideris erit finis, eámque definiet.

Soluuntur quatuor quæstiones de materia circa alteritatem, priuationem, infinitum, malum.

XVI *Caput libri vltimum quatuor de materia quæstiones mouet & soluit, circa alteritatem priuationémque & infinitum atque malum. Tu verò inter hæc nota alteritatem ipsam, siue diuersitatem esse communem ad formalia simul atque materiam. Vtrobique enim est atque inter vtraque. Materia igitur idem est quod alteritas, non quidẽ simpliciter, sed alteritas ab illis quæ verè sunt, id est, rationibus idealibus longissimè distans. Quæ si propterea dicitur quandoque non ens, quod ab ente primo longissimè distet. interea ens quoddam dici potest, id est, aliquid à primo longissimè segregatum. Similiter quoque priuatio dicitur non simpliciter quasi nihilum, sed extrema ad primum ens oppositio, & ad ideales quæ in ipso sunt rationes. Non igitur eiusmodi priuatio perditur, id est, eiusmodi natura materiæ formabilis aliunde, quando suscipit formam: sed permanet eiusmodi semper subiecta natura, perpetuóque vel formas, vel formarum modos alternat, vicissimq; formatur. Si materia infinitum quantitate foret, quando acciperet terminum, naturam prorsus amitteret. Cùm verò per formabilitatem sit infinita: quo magis formatur, eò magis formabilitatem exercere videtur, proprioq; subiecti formabilis officio fungi. Proinde cum acceptis bonis, id est, formis adhuc restet informis: propterea quòd nullam per se sibi propriam contrahat, formarumq; iacturæ sit prona, meritò adhuc dicitur esse malum. Denique tres hîc gradus considerabis. Primum quidem ipsum vnum ente superius. Secundum verò ens ipsum, in quo entis materia ponitur: quam etiam ens iudicari nil prohibet. Tertium corporei mundi materiam: quæ cùm per extremum gradum sit inferior ente: hac vtique conditione solet appellari non ens: non dico nihilum, sed quasi non ens, si ad entis ipsius veri pulchritudinem comparetur. Ab ipso enim ente primo vsque ad naturam vera entia omnia iudicantur. Formæ verò corporum quæ à natura in materiam fiunt entia non vera. Materia denique verum non ens. Quia videlicet non solùm ab entis ipsius natura, sed etiam ab eius imagine cadit Qualis certè imago in formis naturalibus reperitur. Materia enim neque ens verum est, neque imaginis more ipsum alicubi repræsentat.*

Quamuis de materia non dicatur ens, vel essentia, vel esse propriè, tamen non debet dici nihilum, sed aliquid, & id quidem modo substantiæ.

XVII *Apud Peripateticos quidem siquis materiam non ens diceret, hanc omnino diceret nihilum. Sed apud Platonicos qui ipsam vnius naturam latiùs quàm naturam entis longiúsque sursum deorsumq; protendunt: quamuis materiam dicas non ens, non tamen habes eam pro nihilo: sicut neque pro nihilo habes ipsum bonum, quamuis non ens iudicetur. Sed illud quidem ita non ens, vt sit superius ente: hanc autem non ens, ita vt sit inferior ente. Sicut verò Deus summus apud plerosque dicitur purus actus, cui non subest propria formabilisq; in Deo potentia, sed quasi eiusmodi potentiæ loco illi respondent actui potentiæ reliquorum. Sic cùm materia sit potentia pura, cui non respõdet in ea proprius actus, saltem pro hoc ipso actu cæterorum actus respondere videntur. Quamuis autem vbi actum proprio nomine nuncupamus: quia formalem vigorem significet, eum materiæ proprium minimè concedamus: tamen vbi actus significaret nonnihil in sua dependente natura quodammodo præsens atque firmum, firmam huius naturæ siue quasi præsentiæ veritatem quasi actum quendam materiæ tribuere non verebimur: appellabimusq; quodammodo ipsum esse materiæ. Qui sanè actus quódve esse non prohibet materiam puram dici potentiam. Præsens namque & firma materialis potentiæ veritas eam efficit verius puriusq; & firmius esse potentiam. Neque tu potentiam hanc aliarum debes conditione perpendere. Cæteræ namque potentiæ sunt in subiectis: hæc omnium naturalium est subiectum. Est ergo potentia hæc (vt ita dixerim) subiectalis atque substantialis. Addam essentialis: si modò infra entis limites nominari essentia possit. Sic enim diceremus materiã, vel essentiã potentialẽ, vel potentiã vicissim essentialẽ. Meritò enim potentiæ & actus in rebus accidentales, & iacentes in alio, sicut rediguntur in actũ primũ præexistentẽ, sic in primã potentiã subsistentẽ. cuius quidẽ esse sit fortè subesse, sicut & materialis formæ esse forsitan est inesse. Sed hîc præterea theologi nõnulli dicẽt ipsum simpliciter esse antecedere naturaliter, siue ratione quadã & ordine esse sic aut aliter, aut hîc, aut ibi. Ideoq; neq; formã inesse posse, nisi prius sit simpliciter in seipsa: neque materiã rectè intelligi posse subesse, nisi intelligatur quodãmodo prius simpliciter esse: quod quidem esse primum appellant esse essentiæ: cui mox addunt esse existentiæ. Per primum quidem aiunt rem esse in sua essentia, atque ex ipsa. Per secundum verò, rem aiunt esse in effectu rerúmque ordine, & aliunde pendere. Quamobrem concedent materiæ primum esse per se, secũdum verò per formam. Fortè verò Platonici quidã etiã*

primum

primum esse materiæ auferent: præsertim vbi Plotinum audiunt prohibentem aßignari ipsum eße materiæ Sicut ergo theologi multi in primo rerum principio eße ponunt sine essentia: sic & hi materiam quasi essentiam sine esse putabunt: neque tamen nihilum, sed aliquid appellabunt. Nam & Plotinus materiam imaginem appellat eßentiæ. Sicut ergo res aliæ suas habent imagines, quæ quidem quamuis res ipsæ non sint, sunt tamen aliquid: sic & imaginem eßentiæ quamuis non veram essentiam, tamen nonnihil & aliquid nominabimus. Quamuis autem materia dici poßit vnũ, & nonnihil & aliquid: negare tamen solent ipsam propriè aliquid eße: ne forsan animus dum audit aliquid, suspicetur aliquid esse formale: sicut plurimùm consueuit. Quippe cùm ipsa sit forma, atque ex formis incitetur ad cogitandum, cogitetq; per formas. Reuera tamen materia indicatur re ipsa nonnihil & aliquid quasi substantiale. Vnde Plotinus in superioribus ait, materiã esse corporibus neceßariam. Neque vanum nomen esse, sed subiectum aliquod quamuis occultum: multóque magis subiectum hoc quàm quantitates qualitatésque subsistere. Quod & Timæus indicat vbi ait, ante mundum fuisse architectum mundi velut patrem & materiam sicut matrem: materiámque appellat subiectum & susceptaculum atque locum. Ex quibus verbis apparet materiã, rem eße præter conceptus & relationes nostras corporibus subsidentem. Quod Peripatetici quoque confirmant: vbi substantiam distribuunt in materiam & formam atque compositum. Quamuis autem materiam substantiam nominemus, quia substat corporibus, neque iacet in alio: putamus tamen eam desuper perpetuò dependere: adeò vt nihil in ea vigoris sit ad se conseruandam. Dependet igitur tum ab ipsa natura quasi neruo quodam inde deuincta. Quinetiam per formas à natura in materiam continuè iactas quasi per neruos aßiduè colligatur. Ipsa verò formam substinet modo profundi. Atque dum cadit ab ente, id est, à natura quæ verorum entium infimum est: interea subest vt fundamentum imaginibus entis formis scilicet naturalibus. Quamobrem etiam si apud quosdam materia dicatur habere quasi eße in se suæ eßentiæ proprium, quod quidem in ea antecedat eße formale atque existere: tamen primum quoque eße illi tributum conseruatur ipsi ab ipsa natura semel, sicut à formis corporum conseruatur eße secundum atque existere: sed vicißim ab alia deinceps atque alia: quasi natura varios in horas applicet neruos, per vices ad materiam sibi cognatiùs vinciendam. Sed finem iam disputationi huic imponamus. Nam in libro etiam vbi Plotinus disputat incorporea nihil pati, & alibi multa de materia tractabuntur.

ΠΛΩΤΙΝΟΥ

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Β

ΛΟΓΟΣ Δ.

PLOTINI

ENNEAD. SECVNDAE

LIBER IIII.

ΠΕΡῚ ὕλης.

De materia.

A ΤΗ`Ν λεγομένην ὕλην ὑποκείμενόν τι καὶ ὑποδοχὴν εἰδῶν λέγοντες εἶναι, κοινόν τινα τοῦτον λόγον περὶ αὐτῆς πάντες λέγουσιν, ὅσοι εἰς ἔννοιαν ἦλθον τῆς τοιαύτης φύσεως, καὶ μέχρι τούτου τὴν αὐτὴν φέρονται. τίς δ' ἐστιν αὕτη ἡ ὑποκειμένη φύσις, καὶ πῶς δεκτική, καὶ τίνων, τὸ B ἐντεῦθεν ἤδη ζητοῦντες διέστησαν. καὶ οἱ μὲν σώματα μόνον τὰ ὄντα εἶναι θέμενοι, καὶ τὴν οὐσίαν ἐν τούτοις, μίαν τε τὴν ὕλην λέγουσι καὶ τοῖς στοιχείοις ὑποβεβλῆσθαι, καὶ αὐτὴν εἶναι τὴν οὐσίαν· τὰ δ' ἄλλα πάντα, οἷον πάθη ταύτης, καὶ πῶς ἐχούσαν αὐτὴν, καὶ τὰ στοιχεῖα εἶναι. καὶ δὴ καὶ τολμῶσι καὶ μέχρι

OMNES qui de materia disputant si modò in notitiã vllã huius naturę peruenerint, cõmuni descriptione eã subiectũ quoddã & susceptaculũ specierũ esse asserunt: atq; hactenus cõsentire vidẽtur: Quid autem sit hæc ipsa subiecta natura, & quo pacto, & quæ suscipiat, inquirendo dissentiunt. Profectò quicunque res ipsas corpora solùm esse putant, essentiamq; in his consistere, vnam in his materiam esse dicunt: quæ quidem elemẽtis subiecta sit, ipsaque sit essentia: cætera verò omnia quasi materiæ passiones, esseque hæc materiam ipsam, sic aut sic affectam: atque esse sic etiam elementa. Audent quinetiam ipsam ad

Monet dubia de materia, virũ sit in corporibus tantùm, an etiã alibi.

deos vſque protendere. Denique illum ſummū ipſorum deum materiā hanc exiſtere, certo modo ſeſe habentem. Tradunt præterea ipſi corpus, dicentes eam eſſe corpus vacuum qualitate. tribuunt inſuper magnitudinem. Qui autem incorpoream admittunt eſſentiam, & ipſam materiam non vnam tantùm ipſorum aliqui ponunt: ſed alteram quidem & ipſi corporibus eſſe ſubiectam aiunt: de qua priores illi loquuntur. Alteram tamen in rebus intelligibilibus prioremque eſſe materiam, ſpeciebus quæ ſunt illic, incorporeiſque eſſentiis ſubditam.

II Rationes probantium in mundo intelligibili non eſſe materiā.

QVAMOBREM de hac ipſa prius eſt perquirendum, an ſit, quid ſit, & quo pacto. Si autem materiam eſſe oportet indefinitum aliquid & informe: In rebus verò incorporeis vtpote optimis nihil indefinitum eſt, nihil informe, non erit ibi materia. Præterea ſi quodlibet illorum eſt ſimplex, nequaquam materia indiget, ex qua & alio quodam addito compoſitum quoddam conficiatur. Rurſus in his quę gignūtur atque ſub his quæ ex aliis alia gignunt, opus eſt materia, illis autem quæ non gignuntur minimè. Siquidem in rebus ſenſibilibus materia ex ipſa generatione mutuaque permutatione videtur inuenta. Denique vnde nam materia apud illa proceſſit & ſubſiſtit? Si enim facta eſt, certè eſt ab aliquo facta: ſin autem ſempiterna eſt, plura principia ſunt: atque ea quæ prima ſunt. ac ſi ſpecies illic accedit, quod ita compoſitum erit corpus. Itaq; corpus illic inſuper erit.

III Soluit argumenta probantia non eſſe in intelligibili mūdo materiā.

PRINCIPIO dicendum eſt, non vbique quod indefinitum eſt, eſſe penitùs contemnendum, neque quod in ipſa ſui notione ſit informe, ſi modò ſeipſum ſuperioribus & optimis ſit præbiturum. Quemadmodum & anima ſuapte natura ad intellectum rationemque ſe habet: quæ quidem ab his formatur, & in ſpeciem perducitur meliorem. Accedit ad hæc quòd in intelligibilibus quod compoſitum dicitur, ſe aliter habet: neque certè ſicut corpora. Quandoquidem & rationes ipſæ compoſitæ ſunt, atque actu compoſitum quoddam faciūt, ipſam ſcilicet naturam quæ agit ad ſpeciem. Si autem fertur ad aliud, nimirum & dependet ab alio, multoque magis. Item materia eorum quæ gignuntur aliam ſemper & aliam habet ſpeciem. Sempiternorum verò materia eadem ſemper poſſidet idem. Fermè verò hæc apud nos materia cōtrà ſe habet, atque illa. Hæc enim per partes & alternè fit omnia, in ſingulisque tēporibus ſingula: ideoque nihil vſquam permanet, dum alia ab aliis extrudūtur. Iccircò nihil ſemper eſt idē. In ſuperis autē materia ſimul eſt cūcta. Cumq; iam cūcta poſſideat, nō habet omnino in quod valeat permutari. Nunquam igitur materia illic eſt informis: quando neque informis vnquā eſt materia noſtra. Sed & in hoc aliter hęc atque illa ſe habet. Quod inſuper dicebatur: vtrū ſempiterna ſit an genita, tunc demum nobis erit perſpectum, poſtquā quid ipſa ſit oſtenderimus.

IIII Probat eſſe in intelligibili mundo materiam.

PRINCIPIO cùm alibi ideas eſſe fuerit demonſtratum, admittentes in præſentia ideas eſſe, ad inſtitutum progrediamur. Profectò ſi plures ibi ſunt ſpecies, cōmune quiddā in ipſis eſſe neceſſariū eſt: rurſuſq; propriū quoad aliud ab alio diſtinguatur. Hoc vtique propriū atque hæc ſeparans differentia, forma certè eſt propria

A θεῶν αὐτὴν ἄγειν. καὶ τέλος δὴ καὶ αὐτὸν αὐτῶν τὸν θεὸν, ὕλην ταύτην πῶς ἔχουσαν εἶναι. διδόασι δὲ καὶ σῶμα αὐτῇ, ἄποιον αὐτὸ σῶμα λέγοντες καὶ μέγεθος δέ. οἱ δὲ ἀσώματον λέγουσι, καὶ ταύτην, οὐ μίαν τινὲς αὐτῶν, ἀλλὰ ταύτην μὲν τοῖς σώμασιν ὑποβεβλῆσθαι καὶ αὐτοὶ, περὶ ἧς οἱ πρότεροι λέ-
B γουσι· ἑτέραν μέντοι προτέραν ἐν τοῖς νοητοῖς, ὑποβεβλημένην τοῖς ἐκεῖ εἴδεσι, καὶ ταῖς ἀσωμάτοις οὐσίαις.

ΔΙΟ` πρότερον ζητητέον περὶ ταύτης, εἰ ἔστι, καὶ τίς οὖσα τυγχάνει, καὶ πῶς ἐστίν. εἰ δὴ ἀόριστόν τι καὶ ἄμορφον δεῖ τὸ τῆς ὕλης εἶναι, ἐν δὲ τοῖς ἐκεῖ ἀορίστοις οὖσιν οὐδὲν ἀόριστον οὐδὲ ἄμορφον, οὐδ᾽ ἂν ὕλη ἐκεῖ εἴη. καὶ εἰ ἁπλοῦν ἕκαστον, οὐδ᾽ ἂν δέοι ὕλης,
C ἵνα *ἐξ αὐτοῦ καὶ ἄλλου τὸ σύνθετον. καὶ γινομένοις μὲν, ὕλης δεῖ, καὶ ἐξ ἑτέρων ἕτερα ποιουμένοις, ἀφ᾽ ὧν καὶ ἡ τῶν αἰσθητῶν ὕλη ἐνοήθη· μὴ γινομένοις δέ, οὔ. πόθεν δὲ ἐλήλυθε καὶ ὑπέστη; εἰ γὰρ ἐγένετο, καὶ ὑπό τινος· εἰ δὲ ἀΐδιος, καὶ ἀρχαὶ πλείους· καὶ κατὰ συντυχίαν τὰ πρῶτα. κἂν εἶδος δὲ προσέλθῃ, τὸ σύνθετον ἔσται σῶμα, ὥστε κἀκεῖ
D σῶμα.

*ἐξ αὐτ

ΠΡΩ͂ΤΟΝ μὲν οὖν λεκτέον, ὡς οὐ πανταχοῦ τὸ ἀόριστον ἀτιμαστέον· οὐδὲ ὃ ἂν ἄμορφον ᾖ τῇ ἑαυτοῦ ἐπινοίᾳ, εἰ μέλλοι παρέχειν αὐτὸ τοῖς πρὸ αὐτοῦ. καὶ τοῖς ἀρίστοις· οἷόν τι καὶ ψυχὴ, πρὸς νοῦν καὶ λόγον πέφυκε, μορφουμένη παρὰ τούτων, καὶ εἰς εἶδος βέλτιον ἀγομένη. ἔν τε τοῖς νοητοῖς, τὸ σύνθετον ἑτέρως, οὐχ ὡς τὰ σώματα. ἐπεὶ καὶ λό-
E γοι σύνθετοι, καὶ ἐνέργεια δὲ σύνθετον ποιοῦσι, τὴν ἐνεργοῦσαν εἰς εἶδος φύσιν. εἰ δὲ καὶ πρὸς ἄλλο, καὶ παρ᾽ ἄλλου, καὶ μᾶλλον. ἡ δὲ τῶν γινομένων ὕλη, ἀεὶ ἄλλο καὶ ἄλλο εἶδος ἴσχει. τῶν δὲ ἀϊδίων ἡ αὐτὴ ταὐτὸν ἀεί. τάχα δ᾽ ἀνάπαλιν ἢ ἐνταῦθα. ἐνταῦθα μὲν γὰρ, παρὰ μέρος πάντα, καὶ ἓν ἑκάστοτε. διὸ οὐδὲν ἐμμένει, ἄλλου ἄλλο ἐξωθοῦντος.
F διὸ οὐ ταὐτὸν ἀεί· ἐκεῖ δ᾽ ἅμα πάντα, διὸ οὐκ ἔχει εἰς ὃ μεταβάλλει· ἤδη γὰρ ἔχει πάντα. οὐδέποτ᾽ οὖν ἄμορφος, οὔτε ἐκεῖ ἡ ἐκεῖ· ἐπεὶ οὐδ᾽ ἡ ἐνταῦθα, ἀλλ᾽ ἕτερον τρόπον ἑκατέρα. τὸ δὲ εἴτε ἀΐδιος, εἴτε γινομένη, ἐπειδὰν ὅ, τί ποτ᾽ ἐστὶ λάβωμεν, δῆλον ἔσται.

Ὁ δὴ λόγος ἡμῖν ὑποθεμένοις τὸ νῦν,
G εἶναι τὰ εἴδη, δέδεικται γὰρ ἐν ἄλλοις, προΐτω. εἰ οὖν πολλὰ τὰ εἴδη, κοινὸν μέν τι ἐν αὐτοῖς ἀνάγκη εἶναι· καὶ δὴ καὶ ἴδιον, ᾧ διαφέρει ἄλλο ἄλλου. τοῦτο δὴ τὸ ἴδιον καὶ ἡ διαφορὰ ἡ χωρίζουσα, ἡ οἰκεία ἐστὶ μορφή.

εἰ δ᾽

εἰ δὲ μορφή, ἔστι καὶ τὸ μορφούμενον, περὶ ὃ ἡ διαφορά· ἔστιν ἄρα καὶ ὕλη ἡ τὴν μορφὴν δεχομένη, καὶ ἀεὶ τὸ ὑποκείμενον. ἔτι εἰ κόσμος νοητός ἐστιν ἐκεῖ, μίμημα δὲ οὗτος ἐκείνου, οὗτος δὲ σύνθετος, καὶ ἐξ ὕλης, κἀκεῖ δεῖ ὕλην εἶναι· ἢ πῶς προσερεῖ κόσμον, *μὴ ὕλην εἰς εἶδος εἰδών; πῶς δὲ εἶδος, μὴ ἐφ' ᾧ τὸ εἶδος λαβών; ἀμερὲς μὲν γὰρ παντελῶς πάντῃ αὐτό· μεριστὸν δὲ ὁπωσοῦν. καὶ εἰ μὲν διασπασθέντα ἀπ' ἀλλήλων τὰ μέρη, ἡ τομὴ καὶ * ἡ διαφορὰ ὕλης, ὕλης ἐστὶ πάθος· αὕτη γὰρ ἡ τμηθεῖσα. εἰ δὲ πολλὰ ὄν, ἀμέριστόν ἐστι· τὰ πολλὰ ἐν ἑνὶ ὄντα, ἐν ὕλῃ ἐστὶν ἑνί, αὐτὰ μορφαὶ αὐτοῦ ὄντα. τὸ γὰρ ἓν τοῦτο τὸ ποικίλον, νόησον ποικίλον καὶ πολύμορφον· οὐκοῦν ἄμορφον αὐτὸ πρὸ τοῦ * ποικίλου. εἰ γὰρ τῷ νῷ ἀφέλοις τὴν ποικιλίαν, καὶ τὰς μορφάς, καὶ τοὺς λόγους, καὶ τὰ νοήματα, τὸ πρὸ τούτων ἄμορφον καὶ ἀόριστον· καὶ τοῦτο οὐδὲν τῶν ἐπ' αὐτῷ καὶ ἐν αὐτῷ

Margin notes: * μὴ εἰς ἄδη δών. — * ἡ διάστασις, ὕλης ἐστὶ πάθος — ποικίλον

Εἰ δ' ὅτι ἀεὶ ἔχει ταῦτα, καὶ ὁμοῦ ἐν ἄμφω, καὶ οὐχ ὕλη ἐκεῖνο, οὐδ' ἐνταῦθα ἔσται τῶν σωμάτων ὕλη. οὐδέποτε γὰρ ἄνευ μορφῆς, ἀλλ' ἀεὶ ὅλον σῶμα· σύνθετον μὴν ὅμως. καὶ νοῦς εὑρίσκει τὸ διττόν· οὗτος γὰρ διαιρεῖ, ἕως εἰς ἁπλοῦν ἥκῃ, μηκέτι αὐτὸ ἀναλύεσθαι δυνάμενον. ἕως δὲ δύναται, χωρεῖ αὐτοῦ εἰς τὸ βάθος. τὸ δὲ βάθος ἑκάστου ἡ ὕλη. διὸ καὶ σκοτεινὴ πᾶσα, ὅτι τὸ φῶς ὁ λόγος, καὶ ὁ νοῦς λόγος. διὸ τὸν ἐφ' ἑκάστου λόγον ὁρῶν, τὸ κάτω ὡς ὑπὸ τὸ φῶς, σκοτεινὸν ἥγηται· ὥσπερ ὀφθαλμὸς φωτοειδὴς ὤν, πρὸς τὸ φῶς βαλὼν, καὶ χρόας καὶ φῶτα ὄντα, τὰ ὑπὸ τὰ χρώματα σκοτεινὰ καὶ ὑλικὰ εἶναι λέγει, κεκρυμμένα τοῖς *σώμασιν. διάφορόν γε μὴν τὸ σκοτεινόν τό, τε ἐν τοῖς νοητοῖς, τό, τε ἐν τοῖς αἰσθητοῖς ὑπάρχει. διάφορός τε ἡ ὕλη, ὅσον καὶ τὸ εἶδος τὸ ἐπικείμενον ἀμφοῖν διάφορον. ἡ μὲν γὰρ θεία, λαβοῦσα τὸ ὁρίζον αὐτήν, ζωὴν ὡρισμένην καὶ νοερὰν ἔχει· ἡ δέ, ὡρισμένον *μέντοι γίνεται, οὐ μὴν ζῶν, οὐδὲ νοοῦν, ἀλλὰ νεκρὸν κεκοσμημένον. καὶ ἡ μορφὴ δ' εἴδωλον, ὥστε καὶ τὸ ὑποκείμενον, εἴδωλον. ἐκεῖ δὲ ἡ μορφὴ ἀληθινόν, ὥστε καὶ τὸ ὑποκείμενον. διὸ καὶ τοὺς λέγοντας οὐσίαν τὴν ὕλην, εἰ περὶ ἐκείνης ἔλεγον, ὀρθῶς ἔδει ὑπολαμβάνειν λέγειν. τὸ γὰρ ὑποκείμενον ἐκεῖ, οὐσία. μᾶλλον δὲ τοῦ μετὰ ἐπ' αὐτῇ νοουμένη, καὶ ὅλη οὖσα πεφωτισμένη οὐσία. πότερα δ' ἀΐδιος ἡ νοητή, ὁμοίως ζητητέον, ὡς ἂν εἴ τις καὶ τὰς ἰδέας ζητοῖ. γεννητὰ μὲν γὰρ, τῷ ἀρχὴν ἔχειν· ἀγέννητα δέ, ὅτι μὴ χρόνον τὴν

Margin notes: χρώμασιν — μέν τι — χρόνῳ

A Quod si illic est forma, est insuper & formatum, circa quod differentia est. Subest itaque materia quæ illam accipiat formam, perpetuoq; subiectum. Præterea si intelligibilis illic mundus existit: hic verò noster illius est imitatio, atque componitur ex materia: illic quoque oportet esse materiam. Alioquin quánam ratione mundū ornatumque appellabis nisi speciē siue species contempleris? Quo autem modo contuebere speciem, nisi id quoque in quo species est comprehēdas? B Indiuisibilis quidem prorsus est vbique mundus ipse superior, & quadam rursus conditione diuiduus. Ac si partes eius inter se dispersæ sint: sectio ipsa atque dispersio est quædam materiæ passio: Ipsa enim est propriè quæ passa dicitur sectionem. Sin autē quæ multa illic sunt, vnum ens impartibile sint: nimirū multa illa in vno existentia, in vno illo sunt ceu materia, ipsaq; ipsius sunt formæ. Vnum namque ipsum quod est varium considerandum in C primis est varium atque multiforme. Considerandū rursus velut informe antequā variū. Si.n. cogitatione illinc abstuleris varietatē, formas, rationes, intelligētias, proculdubiò quod hæc antecedit informe indefinitūque occurrit: nihilq; apparet eorū, quę penes ipsum in ipsoq; sunt.

SI autē ex eo quod essentia eiusmodi semper hęc habet, simulque ambo sunt vnum, dicatur non esse ibi materiam: sequetur vt neque etiam hic sit materia corporum. D Nunquam enim materia hęc est absque forma, sed semper totum corpus: nihiloque minus est compositum. Atq; intellectus duplicitatem inuenit. Hic enim diuidit quousq; ad id quod simplex est peruenerit: quod videlicet vlterius resolui non valeat. Quatenus verò referri in aliud potest, in eius profundū penetrando progreditur. Profundū denique vniuscuiusque est materia. Quapropter materia omnis est tenebrosa, quoniam ipsa ratio lumē est, & ipse intellectus est ratio. Itaque ratio- E nem in vnoquoque perspiciens, id quod inferius est, quasi sub lumine obscurum esse coniectat. Quemadmodū oculus cùm sit luminosus, in lumen aspiciens simulque in colores, qui lumina quædā sunt, adducit, vt dicas, ea quæ sub coloribus latent, obscura materialiaque restare, coloribus adoperta. Veruntamen longè discrepat, quod tenebrosum rebus intelligibilibus, quódve rebus sensibilibus subesse conijcimus: tantoq; differt ab hac materia illa, quāto species F inhærens illi à specie quæ huic inhæret est differens. Diuina enim materia accipiēs quod eā terminat, vitā determinatā, intellectualemq; nanciscitur. Hæc autem determinatū quidē aliquid fit: neq; tamē viuēs, neq; intellectuale quicquā, sed vita vacuū quiddā quamuis ornatū. Forma quinetiā hæc imaginaria est: ideoque imaginariū est subiectum. Illic autē & forma vera res est: & subiectum consequenter essentia vera. Quāobrem qui materiam essentiā esse dicunt, si mo- G dò de illa loquuntur, existimandi sunt rectè sentire. Quod enim illic est subiectū, essētia est: imò verò vnà cum eo quod est in ipso cōsideratū. Essentia enim reuera est id totū iam luminosum. Quod autem quæritur vtrum intelligibilis illa materia sempiterna sit necne: perinde se habet ac si quis percōtaretur an ideæ sint sēpiternę. Genita quidem illa sunt qua ratione principium habent: Ingenita verò propterea quòd non tēpore

Margin note: V Soluit quæ obijci possēt superioribus: & di- [illegible] cōfirmat.

habent principium, sed sunt semper ab alio, nō quasi quæ fiant inde semper vt hic mundus, sed existentia semper, sicut ille mūdus. Etenim quę illic alteritas est materiam semper efficit. Hæc enim principium est materiæ, primaq; motio. Quapropter & hæc dicta est alteritas: quoniam motio & alteritas inde sunt simul exortæ. Indeterminata verò & motio est & alteritas quæ à primo dependent, egentque illo quo terminentur. Terminantur autem quando conuertūtur ad ipsum. Ante verò indeterminatum id est materiaque & alterum, atque nondum est bonum, sed quiddam boni lumine vacuum. Si enim à bono lumen emicat, nimirum quod capit lumen, antequam capiat, non habet lumen: & quatenus habet, ipsum quidem velut aliud, illud habet vt aliud: si quidē lumen ipsum procedit ab alio. Hactenus de intelligibilis mūdi materia fortè vlterius quàm disputatio hæc exigebat, fuerit disputatum.

VI Probat in corporibus esse materiā primā.

DE susceptaculo verò corporum deinceps ita dicatur. Principiò quòd oporteat corporibus aliquid esse subiectū, quod aliud quiddam sit præter corpora, mutua elementorum cōmutatio nobis ostendit. Quod enim trāsmutatur non omnino corrūpitur: alioquin essentia quędam in non ens penitùs euanesceret: neque rursus quod fit, ex eo quod nullo modo est, efficitur. Sed cōmutatio quædā ex specie altera fit in alterā. Permanet autem quod genitæ rei speciē induit, dum exuit alteram. constat hoc insuper ex interitu. Hic enim pertinet ad compositum. Quod si ita est, ex materia & forma est vnumquodque caducū. Inductio quoq; testatur, quod dissoluitur esse cōpositū. Resolutio rursus idem nobis ostendit. Veluti si phyala resoluatur in aurum: aurū verò resoluatur in aquā: aqua deniq; simili ratione cùm perit proportionale aliquid exigat. Præterea necesse est elementa, vel speciē, vel materiam primam esse, vel ex materia simul specieq; constare. Speciem quidē esse impossibile est. Quo enim pacto si absque materia sint, molem magnitudinemque habebunt? Sed neq; etiā prima materia sunt: quoniā dissoluūtur. Itaq; ex materia simul & specie cōponūtur. Ac species quidē ad qualitatē spectat & formā, materia verò pertinet ad subiectū. Et id quidē quia non sit species, non terminatum.

VII Cōfutat opiniones falsas de materia.

PROINDE contra Empedoclem pro materia elementa ponentem, elementorum corruptio ipsa reclamat. Anaxagoras autē misturam quandā inducens, velut aquā, dicensque hanc non aptitudinem quandā habere ad omnia: sed actu omnia continere: profectò intellectū quem introduxerat, tollit è medio. Quippe cùm non eum dicat formam speciemque tribuere: neque priorem esse materia, sed cum materia simul. Impossibile quidem est simul esse. Si enim mistura ipsius esse est particeps, certè ens ipsū antiquius est. Quod si & ipsum ens mistura quædam est, alio quodam his opus est tertio. Quamobrem si necesse est rerum artificem esse priorem, quidnā oportuit species secundùm exigua in materia esse? deinde intellectū inextricabili negotio cōfusa discernere? Cùm liceat materiæ, siquidem sit nō qualis, imprimere qualitatē, atque formā

ἀρχὴν ἔχει, ἀλλ' ἀεὶ παρ' ἄλλου, οὐχ ὡς γινόμενα ἀεί, ὥσπερ ὁ κόσμος, ἀλλὰ ὄντα ἀεί, ὥσπερ ὁ ἐκεῖ κόσμος. καὶ γὰρ ἡ ἑτερότης ἡ ἐκεῖ, ἀεὶ τὴν ὕλην ποιεῖ· ἀρχὴ γὰρ ὕλης αὕτη, ἡ κίνησις ἡ πρώτη. διὸ καὶ αὕτη ἑτερότης ἐλέγετο, ὅτι ὁμοῦ ἐξέφυσαν κίνησις καὶ ἑτερότης. ἀόριστον δὲ καὶ ἡ κίνησις καὶ ἡ ἑτερότης ἡ ἀπὸ τοῦ πρώτου, κἀκείνου πρὸς τὸ ὁρισθῆναι δεόμενα. ὁρίζεται δέ, ὅταν πρὸς αὐτὸ ἐπιστραφῇ. πρὶν δέ, ἀόριστον καὶ ἡ ὕλη καὶ τὸ ἕτερον, καὶ οὔπω ἀγαθόν, ἀλλὰ ἀφώτιστον ἐκείνου. εἰ γὰρ παρ' ἐκείνου τὸ φῶς, τὸ δεχόμενον τὸ φῶς, πρὶν δέξασθαι φῶς, οὐκ ἔχει ἀεί, ἀλλὰ ἄλλο ὂν ἔχει, εἴπερ τὸ φῶς παρ' ἄλλου. καὶ περὶ μὲν τῆς *νοητῆς ὕλης, πλείω τῶν προσηκόντων παραγυμνωθέντα, ταύτῃ.

*ἐν τοῖς νοητοῖς

ΠΕΡΙ' δὲ τῆς τῶν σωμάτων ὑποδοχῆς, ὧδε λεγέσθω. ὅτι μὲν οὖν δεῖ τι τοῖς σώμασιν ὑποκείμενον εἶναι, ἄλλο ὂν παρ' αὐτά, ἥτε εἰς ἄλληλα μεταβολὴ τῶν στοιχείων δηλοῖ. οὐ γὰρ παντελὴς τοῦ μεταβάλλοντος ἡ φθορά· ἢ ἔσται τις οὐσία εἰς τὸ μὴ ὂν ἀπολλυμένη. οὐδ' αὖ τὸ γινόμενον, ἐκ τοῦ παντελῶς μὴ ὄντος, εἰς τὸ ὂν ἐλήλυθεν, ἀλλ' ἔστιν εἴδους μεταβολή, ἐξ εἴδους ἑτέρου. μένει δὲ τὸ δεξάμενον τὸ εἶδος τοῦ γινομένου, καὶ ἀποβαλὼν θάτερον. τοῦτό τε οὖν δηλοῖ καὶ ὅλως ἡ φθορά· συνθέτου γάρ· εἰ δὲ τοῦτο, ἐξ ὕλης καὶ εἴδους ἕκαστον. ἥτε ἐπαγωγὴ μαρτυρεῖ, τὸ φθειρόμενον σύνθετον δεικνῦσα. καὶ ἡ ἀνάλυσις δέ· οἷον εἰ ἡ φιάλη, εἰς τὸν χρυσόν· ὁ δὲ χρυσὸς εἰς ὕδωρ, καὶ τὸ ὕδωρ δὲ φθειρόμενον, τὸ ἀνάλογον ἀπαιτεῖ. ἀνάγκη δὲ τὰ στοιχεῖα ἢ εἶδος εἶναι, ἢ ὕλην πρώτην, ἢ ἐξ ὕλης καὶ εἴδους. ἀλλ' εἶδος μέν, οὐχ οἷόν τε· πῶς γὰρ ἄνευ ὕλης, ἐν ὄγκῳ καὶ μεγέθει; ἀλλ' οὐδ' ὕλη ἡ πρώτη· φθείρεται γάρ. ἐξ ὕλης ἄρα ἐστὶ καὶ εἴδους. καὶ τὸ μὲν εἶδος, κατὰ τὸ ποιὸν καὶ τὴν μορφήν· ἡ δέ, κατὰ τὸ ὑποκείμενον *ἀόριστον, ὅτι μὴ εἶδος.

*ἀόριστον

ἘΜΠΕΔΟΚΛΗ͂Σ δὲ τὰ στοιχεῖα ἐν ὕλῃ θέμενος, ἀντιμαρτυροῦσαν ἔχει τὴν φθορὰν αὐτῶν. ἀναξαγόρας δὲ τὸ μίγμα ὕδωρ ποιῶν, οὐκ ἐπιτηδειότητα πρὸς πάντα, ἀλλὰ πάντα ἐνεργείᾳ ἔχειν λέγων, ὃν εἰσάγει νοῦν ἀναιρεῖ, οὐκ αὐτὸν τὴν μορφὴν καὶ τὸ εἶδος διδόντα ποιῶν, οὐδὲ πρότερον τῆς ὕλης, ἀλλ' ἅμα. ἀδύνατον δὲ τὸ ἅμα· εἰ γὰρ μετέχει τὸ μίγμα τοῦ εἶναι, πρότερον τὸ ὄν· εἰ δὲ καὶ τοῦτο ὄν, καὶ τὸ μίγμα, κἀκεῖνο, ἄλλου ἐπ' αὐτοῖς δεήσει τρίτου. εἰ οὖν πρότερον ἀνάγκη τὸν δημιουργὸν εἶναι, τί ἔδει τὰ εἴδη κατὰ σμικρὰ ἐν τῇ ὕλῃ εἶναι; εἶτα τὸν νοῦν διὰ πραγμάτων ἀνηνύτων διακρίνειν; ἐξὸν ἀποίῳ οὔσῃ, τὴν ποιότητα, καὶ τὴν μορφὴν

φὴν ἐπὶ πᾶσαν ἐκτεῖναι. τό, τε πᾶν ἐν παντὶ εἶναι, πῶς οὐκ ἀδύνατον; ὁ δὲ τὸ ἄπειρον ὑποθεὶς, τί ποτε τοῦτο, λεγέτω. καὶ εἰ οὕτως ἄπειρον, ὡς ἀδιεξίτητον, ὡς οὐκ ἔστι τοιοῦτόν τι ἐν τοῖς οὖσιν, οὔτε αὐτοάπειρον, οὔτε ἐπ᾽ ἄλλῃ φύσει, ὡς συμβεβηκὸς σώματί τινι. τὸ μὲν αὐτοάπειρον, ὅτι καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ ἐξ ἀνάγκης ἄπειρον. τὸ δὲ ὡς συμβεβηκὸς, ὅτι τὸ ᾧ συμβέβηκεν, ἐκεῖνο οὐκ ἂν καθ᾽ ἑαυτὸ ἄπειρον εἴη, οὐδὲ ἁπλοῦν, οὐδὲ ὕλη * ἔτι δῆλον. ἀλλ᾽ οὐδὲ αἱ ἄτομοι τάξιν ὕλης ἕξουσιν, αἱ τὸ παράπαν οὐκ οὖσαι. τμητὸν γὰρ πᾶν σῶμα, κατὰ πᾶν, καὶ τὸ συνεχὲς δὲ τῶν σωμάτων καὶ τὸ ὑγρὸν, καὶ τὸ μὴ οἷόν τε ἄνευ νοῦ ἕκαστα καὶ ψυχῆς, ἣν ἀδύνατον ἐξ ἀτόμων εἶναι, ἄλλην τε φύσιν παρὰ τὰς ἀτόμους ἐκ τῶν ἀτόμων δημιουργεῖν, οὐχ οἷόν τε· ἐπεὶ καὶ οὐδεὶς δημιουργὸς ποιήσει τι ἐξ οὐχ ὕλης συνεχοῦς. καὶ μυρία ἂν λέγοιτο πρὸς ταύτην τὴν ὑπόθεσιν, καὶ εἴρηται, διὸ ἐνδιατρίβειν περιττὸν ἐν τούτοις.

ΤΙ´Σ οὖν ἡ μία αὕτη καὶ συνεχὴς, καὶ ἄποιος λεγομένη; καὶ ὅτι μὲν μὴ σῶμα εἴπερ ἄποιος, δῆλον· ἢ ποιότητα ἕξει. λέγοντες δὲ πάντων αὐτὴν εἶναι τῶν αἰσθητῶν, καὶ οὐ τινῶν μὲν ὕλην, πρὸς ἄλλα δὲ εἶδος οὖσαν· οἷον τὸν πηλὸν, ὕλην τῷ κεραμεῖ ὄντα, ἁπλῶς δὲ, οὐχ ὕλην. οὐ δὴ οὕτως, ἀλλὰ πρὸς πάντα λέγοντες, οὐδὲν ἂν αὐτῇ προσάπτοιμεν τῇ αὐτῆς φύσει, ὅσα ἐπὶ τοῖς αἰσθητοῖς ὁρᾶται. εἰ δὴ τοῦτο, πρὸς ταῖς ἄλλαις ποιότησιν, οἷον χρώμασιν καὶ θερμότησι καὶ ψυχρότησιν, οὐδὲν τὸ κοῦφον, οὐδὲ τὸ βάρος, οὐ πυκνὸν, οὐχ ἀραιὸν, ἀλλ᾽ οὐδὲ σχῆμα· οὐ τοίνυν οὐδὲ μέγεθος· ἄλλο γὰρ τῷ μεγέθει, ἄλλο τὸ μεμεγεθυσμένῳ εἶναι· ἄλλο τὸ σχήματι, ἄλλο τὸ ἐσχηματισμένῳ. δεῖ δὲ αὐτὴν μὴ σύνθετον εἶναι, ἀλλὰ ἁπλοῦν καὶ ἕν τι τῇ αὐτῆς φύσει· οὕτω γὰρ πάντων ἔρημος. καὶ ὁ μορφὴν διδοὺς, δώσει καὶ μορφὴν ἄλλην οὖσαν παρ᾽ αὐτήν. καὶ μέγεθος, καὶ πάντα ἐκ τῶν ὄντων οἷον προφέρων· ἢ δουλεύσει τῷ μεγέθει αὐτῆς, καὶ ποιήσει οὐχ ἡλίκον θέλει, ἀλλ᾽ ὅσον ἡ ὕλη βούλεται. τὸ δὲ συντρεχάζειν τὴν βούλησιν τῷ μεγέθει αὐτῆς, πλασματῶδες. εἰ δὲ καὶ πρότερον τῆς ὕλης τὸ ποιοῦν, ταύτῃ ἔσται ἡ ὕλη, *ᾗ πάντως τὸ ποιοῦν θέλει, καὶ εὐάγωγος εἰς ἅπαντα, καὶ εἰς μέγεθος τοίνυν. μέγεθός τε εἰ ἔχει, ἀνάγκη καὶ σχῆμα ἔχειν. ὥστε ἔτι μᾶλλον δύσεργος ἔσται. ἔπεισι τοίνυν τὸ εἶδος αὐτῇ, πάντα ἐπ᾽ αὐτῇ φέρον. τὸ δὲ εἶδος πᾶν, καὶ μέγεθος ἔχει, καὶ ὁπόσον ἂν ᾖ, μετὰ τοῦ λόγου, καὶ ὑπὸ τούτου. διὸ καὶ ἐπὶ τῶν γενῶν ἑκάστων, μετὰ τοῦ εἴδους καὶ τὸ ποσὸν ὥρισται. ἄλλο γὰρ ἀνθρώπου,

*αὐτη

per totam extendere. Postremò qua ratione fieri possit, vt in quolibet omnia sint, profectò non video. Qui autem infinitū materiæ loco ponit, quid hoc ipsum sit debet exponere. Ac si ita infinitum est, vt id pertransire quis nequeat, meminisse oportet, non posse eiusmodi quicquam in rebus existere, neque si ipsum per se & in se infinitum sit, neq; si in alia sit natura quasi cuiquam corpori accidens. Profectò neque ipsum
B in se immēsum, quoniá pars quoq; eius necessariò foret immensa. Neque infinitū accidens alteri, quoniam illud cui accidit suaptè natura infinitum minimè foret: neque simplex: & profectò neque materia: sed neque atomi etiam materiæ ordinem sortientur, quæ quidē nihil sunt omnino. Omne enim corpus est per omnia diuisibile. Refellitur quoque idem ex ipsa corporū cōtinuitate atq; humore. Rursus ex eo quòd absque mente & anima singula esse non possint,
C quam ex atomis cōponi natura nō patitur. Itē quia nulla prorsus natura præter atomos adinuenta potest quicquā ex atomis fabricare: quādoquidē nullus artifex ex materia nō continua conficere quicquā valet. Quāplurima præterea aduersus opinionē hāc dici possēt, dictaq; sunt: quapropter superuacuum est in his diutiùs immorari.

VIII Quid nō sit, quid re sit materia i. quod nullas habeat formas, & quomodo ad formas se habeat.

QVÆNAM igitur est hæc quæ vna continua qualitatis expers esse dicitur? Principiò hāc
D nō esse corpus, si modò qualitatis est expers, est manifestū: alioquin qualitatē est habitura. Cùm verò dicamus hanc ipsam omnium sensibilium esse materiá, non autē quorundá quidem materiá esse, quorundá verò speciē: ceu lutū solemus dicere penes figulū quidē materiá esse, simpliciter autē nō esse materiá. Cùm inquá nō ita de ipsa mūdi materia distinguamus, sed ad omnia simpliciter referamus: nimirū nihil prorsus eorū quę in ipso sensibiliū genere percipiūtur, ipsi
E secūdùm naturá suá attribuemus. Si ita est præter alias qualitates velut colores, calorē, frigus, neq; etiá leuitatē, neq; grauitatē, neq; densitatē, neq; raritatē, neq; figurá materiæ debemus ascribere: igitur neq; etiá magnitudinē. Aliud náque est ipsa magnitudo, aliud verò magnū. Rursus aliud figura aliud figuratū. Oportet verò ipsam nihil esse cōpositū, sed simplex, & vnū quid dá suapte natura. Ná ita demū omnium erit vacua. Et qui ei traditurus est formam, tradet eam
F velut aliud quiddá existens præter materiá. Magnitudinē quoque & omnia ex his quæ sunt, velut offerens & afferēs largietur: alioquin materiæ ipsius magnitudini seruiet, opusq; faciet, nō quantū ipse decernit, sed quantū ipsa materia capit. Quod autē nōnulli ferūt artificis voluntatē cū ipsa materiæ magnitudine cōgredi, videtur esse figmētū. Si autē efficiēs causa materiá antecedit sic prorsus materia se habebit, vt vult efficiēs, ductuque ad omnia facilis, igitur & ad ma-
G gnitudinē. Sin autē habeat magnitudinē, habebit quoq; figurá: quapropter difficilius etiá elaborari poterit ab artifice. Ingreditur igitur materiá species omnia secum afferēs: species verò omnis cōtinet magnitudinē, & omnino quátitatis modū vnà cū ratione atque sub ratione. Iccircò in singulis rerū generibus quátitas vna cū specie designatur. Alia náq; præscripta est hominis

magnitudo, auis alia: profectò absurdum foret aliud esse certæ auis propriã quantitatem adducere, quàm eiusdẽ propriã imprimere qualitatẽ. Neque enim dicendũ est qualitatẽ quidẽ esse rationẽ quandã, quantitatẽ verò non esse speciẽ, cùm mensura quædam numerusque existat.

IX *Quod materia nullã habeat quantitatem.*

VERUM quánã ratione rẽ aliquã quis apprehendet, quæ nullã prorsus habeat magnitudinẽ? Fortè verò quodcunq; non idem est quod quantum. Non enim idẽ est ens, & quantũ: nam & alia præter quãtum multa sunt. Omnino autẽ incorpoream naturam omnem ponere debemus à quantitate remotam: incorporea verò & materia est: Quinetiam ipsa quantitas non est quanta. Quantũ enim est quod quantitatis est particeps: quapropter ex hoc quoque manifestum est quantitatẽ speciẽ quandã esse. Quẽadmodum igitur albedinis præsentia fit aliquid album: quod autẽ albedinẽ facit in animali coloresque varios non est color varius, sed varia quędã ratio: sic quod facit quantum non est quantum aliquid, sed quantum ipsum, vel quantitas ipsa, vel ratio quantitatis effectrix. Accedens igitur ipsa quantitas in materiam, nunquid materiam in amplitudinem explicat & extendit? Nullo modo. Neque enim in angustum coacta fuerat. imò verò magnitudinem quæ prius non erat affert, sicut & qualitatẽ quæ antè non erat adducit.

X *Vtrũ, & quomodo cogitari materia possit cũ careat quantitate & omni forma.*

QVID ergo? intelligam ipsum expers magnitudinis in materia? Quid autem? intelliges quoquo modo informe? Et quænam intellectio, quisve cogitationis intuitus? Fortè indefinitas ipsa. Si enim simile simili quodam attingitur, ergo & ipsa indefinitate indefinitum quoque percipitur. Ratio quidem circa indefinitum esse definita potest: intuitus autẽ in ipsum indefinitus euadit. At si quodlibet ratione intelligentiaq; cognoscitur: hic autẽ ratio quidẽ dicit de ipsa quæcunque dicit: quæ verò intelligẽtia esse studet, nequaquam intelligentia est, sed velut orbitas quędam intelligentiæ: profectò imaginatio circa materiam non legitima est, sed spuria, partim ex altera non vera, partim cum altera ratione composita. Ac forsan huc Plato spectans ait, materiam adulterina percipi ratione. Quænam igitur ipsa animæ indefinitas est? Nũquid inscitia integra velut absentia? Fortè potius in quadam negatione cũ affirmatione quadam infinitũ cõsistit. Sicut oculo obscuritas est tenebrarum, quæ quidẽ omnis inuisibilis coloris materia est: sic igitur & anima auferẽs quodcunque est in genere sensibili quasi lumen, nequevalens quod residuum est terminare, similis euadit oculo in tenebris constituto, Idẽ quodammodo tunc effecta ei, quod quasi videt. An igitur videt? Fortè tanquam nonnihil figuræ, coloris, luminis expers. Præterea nullam magnitudinem habens, alioquin in speciem iam redigeret. Quando igitur nihil prorsus intelligit, nónne eadem illa est atque hæc animæ passio? Nequaquam. Quando enim nihil intelligit, dicit nihil, imò verò nihil patitur. Quando verò materiam cogitat, talem patitur passionem, qualem si quandam informis rei recipiat formam. Siquidem & quando quæ formata sunt, quæve magnitudinem habent intelligit

A καὶ ἄλλο ὄρνιθος· καὶ ὄρνιθος τοιουτουί θαυμαστότερον τὸ ποσὸν τῇ ὕλῃ ἄλλο ἐπάγειν, τοῦ ποιὸν αὐτῇ προστιθέναι. οὐδὲ τὸ μὲν ποιὸν λόγος, τὸ δὲ ποσὸν οὐκ εἶδος, καὶ μέτρον, καὶ ἀριθμὸς ὄν.

ΠΩΣ οὖν τις λήψεταί τι τῶν ὄντων, ὃ μὴ μέγεθος ἔχει; ἢ πᾶν, ὅπερ μὴ ταυτὸν τῷ ποσῷ. οὐ γὰρ δὴ τὸ ὂν καὶ τὸ ποσὸν, ταυτόν. B πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἕτερα τοῦ ποσοῦ. ὅλως δὲ πᾶσαν ἀσώματον φύσιν, ἄποσον θετέον· ἀσώματος δὲ, καὶ ἡ ὕλη· ἐπεὶ καὶ ἡ ποσότης *αὐτῆς, οὐ ποσὸν, ἀλλὰ τὸ μεταχὸν αὐτῆς. *αὐτὴ ὥστε καὶ ἐκ τούτου δῆλον, ὅτι εἶδος ἡ ποσότης. ὡς οὖν ἐγένετό τι λευκὸν παρουσίᾳ λευκότητος· τὸ δὲ πεποιηκὸς τὸ λευκὸν *σῶμα ἐν ζώῳ, καὶ τὰ ἄλλα δὲ χρώματα *χρῶμα C ποικίλα, οὐκ ἦν ποικίλον χρῶμα, ἀλλὰ ποικίλος εἰ βούλει λόγος· οὕτω καὶ τὸ ποιοῦν τὸ τηλικόνδε, οὐ τηλικόνδε, ἀλλ' αὐτό τι πηλίκον, ἢ πηλικότης. ἢ λόγος τὸ ποιοῦν. προσελθοῦσα οὖν ἡ πηλικότης, ἐξελίττει εἰς μέγεθος τὴν ὕλην; οὐδαμῶς. οὐδὲ γὰρ ἐν ὀλίγῳ *συνεσπείρατο, ἀλλ' ἔδωκε *συνέσπειρεν μέγεθος, τὸ οὐ πρότερον ὄν, ὥσπερ καὶ ποιότητα, D τὴν οὐ πρότερον οὖσαν.

ΤΙ' οὖν ἀμέγεθος ἐν ὕλῃ; τί δὲ νοήσεις ἄποιον ὁπωσοῦν; καὶ τίς ἡ νόησις καὶ τῆς διανοίας ἡ ἐπιβολή; ἢ ἀοριστία. εἰ γὰρ τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον, καὶ τῷ ἀορίστῳ τὸ ἀόριστον, λόγος μὲν οὖν γένοιτο ἂν, περὶ τοῦ ἀορίστου ὡρισμένος· ἡ δὲ πρὸς αὐτὸ ἐπιβολὴ, ἀόριστος. εἰ δ' ἕκαστον λόγῳ καὶ νοήσει γινώσκεται, ἐνταῦθα δὲ ὁ μὲν λόγος λέγει, ἃ δεῖ E λέγειν περὶ αὐτῆς, ἡ δὲ βουλομένη εἶναι νόησις, οὐ νόησις, ἀλλ' οἷον ἄνοια, μᾶλλον νόθον ἂν εἴη τὸ φάντασμα αὐτῆς, καὶ οὐ γνήσιον, ἐκ θατέρου οὐκ ἀληθοῦς, καὶ μετὰ τοῦ ἑτέρου λόγου συγκείμενον. καὶ τάχα εἰς τοῦτο βλέπων ὁ πλάτων, νόθῳ λογισμῷ εἶπε ληπτὴν εἶναι. τίς οὖν ἡ ἀοριστία τῆς ψυχῆς; ἆρα παντελὴς ἄγνοια ὡς ἀπουσία, ἢ ἐν κατα- F φάσει τινὶ τὸ ἀόριστον, καὶ οἷον ὀφθαλμῷ τὸ σκότος, ὕλη ὂν παντὸς ἀοράτου χρώματος; οὕτως οὖν καὶ ἡ ψυχὴ ἀφελοῦσα ὅσα ἐπὶ τοῖς αἰσθητοῖς, οἷον φῶς, τὸ λοιπὸν οὐκ ἔτι ἔχουσα ὁρίσαι, ὁμοιοῦται τῇ ὄψει τῇ ἐν σκότῳ, ταυτόν πως γινομένη τότε τῷ, ὃ οἷον ὁρᾷ. ἆρ' οὖν ὁρᾷ; ἢ οὕτως ὡς ἀσχημοσύνην καὶ ὡς ἄχροιαν, καὶ ὡς ἀλαμπὲς καὶ προσέτι δὲ, ὡς οὐκ ἔχον μέγεθος. εἰ δὲ μὴ, εἰδοποιήσει G *εἴδη. ὅταν οὖν μηδὲν νοῇ, οὐ ταυτὸ τοῦτο *ἤδη περὶ ψυχὴν πάθος, ἢ οὔ, ἀλλ' ὅταν μὲν μηδὲν, λέγει μηδὲν, μᾶλλον δὲ *πάσχει μὴ *πάσχει δὴ οὐδέν. ὅταν δὲ τὴν ὕλην, οὕτω πάσχει πάθος, οἷον τύπον τοῦ ἀμόρφου· ἐπεὶ καὶ ὅταν τὰ μεμορφωμένα, καὶ τὰ μεμεγεθυσμένα νοῇ,

νοῇ, ὡς σύνθετα νοεῖ· ὡς γὰρ κεχωρισμένα, καὶ ὅλως πεποιωμένα. τὸ ὅλον οὖν νοεῖ, καὶ τὸ συνάμφω, καὶ ἐναργὴς μὲν ἡ νόησις, ἢ ἡ αἴσθησις τῶν ἐπόντων. ἀμυδρὰ δὲ, ἡ τοῦ ὑποκειμένου τοῦ ἀμόρφου· οὐ γὰρ εἶδος. ὃ οὖν ἐν τῷ ὅλῳ καὶ συνθέτῳ λαμβάνει μετὰ τῶν ἐπόντων, ἀναλύσασα ἐκεῖνα καὶ χωρίσασα, ὃ καταλείπει ὁ λόγος, τοῦτο νοεῖ ἀμυδρῶς ἀμυδρὸν, καὶ σκοτεινῶς σκοτεινὸν, καὶ νοεῖ οὐ νοοῦσα. καὶ ἐπειδὴ οὐκ ἔμεινεν οὐδ' αὐτὴ ἡ ὕλη ἄμορφος, ἀλλ' ἐν τοῖς πράγμασίν ἐστι μεμορφωμένη, καὶ ἡ ψυχὴ εὐθέως * ἀπέβαλε τὸ εἶδος τῶν πραγμάτων αὐτῇ, ἀλγοῦσα τῷ ἀορίστῳ, οἷον φόβῳ τοῦ ἔξω τῶν ὄντων εἶναι, καὶ οὐκ ἀνεχομένη ἐν τῷ μὴ ὄντι ἐπιπολὺ ἑστάναι.

*ἐπέβαλε

ΚΑΙ τί δεῖ τινος ἄλλου πρὸς σύστασιν σωμάτων, μετὰ μέγεθος καὶ ποιότητας ἁπάσας; ἢ τοῦ ὑποδεξαμένου πάντα; οὐκοῦν ὁ ὄγκος. εἰ δὲ ὁ ὄγκος, μέγεθος δή που. εἰ δὲ ἀμέγεθες, * οὐδ' ὅπως δέξεται ἔχει. ἀμέγεθες δὲ ὂν, τί ἂν συμβάλλοιτο, εἰ μήτε εἰς εἶδος καὶ τὸ ποιὸν, μήτε εἰς τὴν διάστασιν καὶ τὸ μέγεθος; ὃ δὴ * περὶ τῆς ὕλης δοκεῖ, ὅπου ἂν ᾖ, ἔρχεσθαι εἰς τὰ σώματα. ὅλως δὲ, ὥσπερ πράξεις καὶ ποιήσεις, καὶ χρόνοι * καὶ κοινὴ ποίησις ὑποβολὴν ὕλης ἐν αὐτοῖς οὐκ ἔχοντα, ἔστιν ἐν τοῖς οὖσιν· οὕτως οὐδὲ τὰ σώματα τὰ πρῶτα, ἀνάγκη ὕλην ἔχειν, ἀλλ' ὅλα ἕκαστα εἶναι, ἅ ἐστι, ποικιλώτερα ὄντα μίξει τοῖς ἐκ πλειόνων εἰδῶν τὴν σύστασιν ἔχουσιν. ὥστε τοῦτο τὸ ἀμέγεθες, ὕλης ὄνομα κενὸν εἶναι. πρῶτον μὲν οὖν οὐκ ἀνάγκη τὸ ὑποδεχόμενον ὁτιοῦν ὄγκον εἶναι, ἐὰν μὴ μέγεθος ἤδη αὐτῷ παρῇ· ἐπεὶ καὶ ἡ ψυχὴ πάντα δεχομένη, ὁμοῦ ἔχει πάντα. εἰ δὲ μέγεθος αὐτῇ συμβεβηκὸς ἦν, εἶχεν ἂν ἕκαστα ἐν μεγέθει. ἡ δὲ ὕλη διὰ τοῦτο ἐν διαστήματι ἃ δέχεται λαμβάνει, ὅτι διαστήματός ἐστι δεκτική. ὥσπερ καὶ τὰ ζῶα καὶ τὰ φυτὰ μετὰ τοῦ μεγεθύνεσθαι, καὶ τὸ ποιὸν ἀντιπαρεχόμενον ἴσχει τῷ ποσῷ, * καὶ συστελλομένου, συστέλλει ἄν. εἰ δ' ὅτι προϋπάρχει τι μέγεθος ἐν τοῖς τοιούτοις ὑποκείμενον τῷ μορφοῦντι, κἀκεῖ ἀπαιτεῖ, οὐκ ὀρθῶς. ἐνταῦθα γὰρ ἡ ὕλη, οὐχ ἡ ἁπλῶς, ἀλλ' ἡ τούτου. τὴν δ' ἁπλῶς δεῖ καὶ τοῦτο παρ' ἄλλου ἔχειν. οὐ τοίνυν δεῖ ὄγκον εἶναι τὸν δεξόμενον τὸ εἶδος, ἀλλ' ὁμοῦ τῷ γίνεσθαι ὄγκον, καὶ τὴν ἄλλην ποιότητα * δέξασθαι· καὶ φάντασμα μὲν ἔχειν ὄγκου, ὡς ἐπιτηδειότητα τούτου, * ὥσπερ πρῶτον. κοινὸν δὲ, ὄγκον, ὅθεν τινὲς, ταὐτὸν τῷ κενῷ τὴν ὕλην εἰρήκασι.

*δ' ὅπου *παρὰ *κινήσεις *οὐ στελλομένου, ἢ συστελλομένου *χεσθαι *ὥσπερ πρῶ- κενὸν δὲ

A tanquam compositum quiddam cogitat. Quasi enim distincta vel colorata, & qualitatibus insignita considerat. Totum ergo quiddam intelligit, ac simul ambo, atque perspicua quidem intellectio siue sensus fit inhærentium. Vmbratilis verò fit informis subiecti suspicio: neque enim species est. Quando igitur in toto atque cõposito subiectum vnà cum his quæ insunt accipit, si resoluat & separet consequentia, tunc residuum quod relinquit ratio, velut tenue quid-
B dam tenuiter suspicatur, obscureque obscurũ, & intelligit non intelligens. Et quoniam nec ipsa materia informis permanet, sed in rebus formatur assiduè, iccircò & anima repentè ipsi rerum adhibet speciem, indefinitatem ægrè ferens, perinde ac si metuat, ne extra rerum ordinem corruat, neque toleret in eo quod non est, diutius immorari.

SED cúrnam alio quodam opus est ad corporea componenda præter magnitudinem omnesque qualitates? An fortè opus est eo quod suscipiat omnia? Non igitur id erit moles. Si enim moles esset, foret & magnitudo. At enim si expers est magnitudinis, forsan vbi cætera suscipiat non habebit: siquidem magnitudine carens quidnam conducet, si neque ad speciem & qualitatem neque ad distantiam & magnitudinem conferat? quæ quidem vbicunque sit, corporibus ab ipsa materia videtur
C *XI Quòd materia non sit quantum aliquid.*
D accidere. Omnino autẽ sicut actiones, effectiones, tempora, motus, quamuis suspicionem in se materiæ nullam habeant, sunt tamen in ordine rerum: ita neque prima corpora necesse est habere materiam, sed tota sigillatim id ipsum quod sunt existere, existentia quidem magis varia mistione ex pluribus speciebus constitutionem habentia. Nomen igitur id materiæ quod carens magnitudine dicitur, vanum esse videtur. Cæterùm nequaquam necessarium est suscipiens quodlibet esse molem si-
E ue dimensionem, nisi fortè adsit iam magnitudo: quandoquidem & anima capiens omnia, simul omnia possidet. Quòd si ei contingeret magnitudo, meritò haberet in magnitudine singula. Materia verò ob hoc ipsum in spatio quodam quæ accipit, excipit. Quemadmodum animalia & plantę dum magnitudine protenduntur, productionẽ interea qualitatis accipiunt: vbi etiam quantitate contracta, qualitas quoque contrahitur. Siquis au-
F tem ex eo quòd in rebus eiusmodi præcedit aliqua magnitudo formatori subiecta, dixerit simpliciter exigi magnitudinem, non rectè vtique dicet. In his enim conficiendis non simpliciter ipsa materia, sed talis rei materia cogitatur. Ipsam verò quæ simpliciter materia est, oportet magnitudinem quoque ab alio quodam accipere. Itaque non oportet id esse molem quod est speciem suscepturum, im-
G mò verò dum fit moles, qualitatem quoque aliam suscipere: & visum quidem imaginemque molis habere, vtpote quæ quum prima sit, aptitudo quædam est ad illam. Fingitur autem quasi moles quædam siue dimensio vacua: icircò nonnulli materiam

idem esse atque vacuum tradiderunt. Imaginationem verò dimensionis inquam;

quoniã animus cùm nihil determinare valeat, A quando inspicit in materiam, per indefinitatem sese fundit, neque circumscribens, neque in signum se alicubi dirigens, alioquin iam aliquid definiret. Quamobrem neque magnum aliquid seorsum dicendum est: neque paruum rursus id subiectum: sed magnum atque paruum. Atq; ita moles & ita magnitudine carens: quia videlicet sit materia molis. Ac si in angustum cõtrahatur ex amplo: & vicissim ex angusto protendatur in amplum, quasi molem percurrit. Indefinitasque ipsius est eiusmodi moles: capacitas B inquam magnitudinis in seipsa: In imaginatione autem eo modo quo diximus. Etenim cætera carentia magnitudine, quæ quidem species sunt, ita se habent, vt quodlibet sit definitum: ideoque nulla in illis molis suspicio cadit. Materia verò cùm & indefinita sit: & nũquam penes seipsam quiescat, sed huc atque illuc in omnem speciem transferatur, passimque lubricitate mira in quælibet deriuetur: nimirum euadit mul- C ta, ob ipsam videlicet per omnia deductionẽ atque genituram. Hac conditione naturam quandam molis dimensionisque nacta videtur.

XII Susceptio formarũ nõ fit ratione quãtitatis, sed ratione materiæ differẽtis à quantitate.

CONFERVNT igitur spatia corporib⁹, Species enim corporum in dimensionibus fiũt, non tamẽ circa ipsam magnitudinẽ quasi subiectum efficiuntur, imò verò circa ipsum quod fit quantum. Si enim circa magnitudinẽ ipsam potius quàm circa materiam orirentur, similiter vtiq; magnitudine subsistentiaque carerent, vel D rationes tantùm essent. Hæ verò circa animam versantur, ideoque nõ essent corpora. Oportet igitur hìc circa vnum multa versari, vnũ inquã quod sit quantum: id autem aliud quàm magnitudo esse debet: quoniam quæcunque miscentur, ex eo quod materiam habeant in idem congrediuntur, neque alio egent circa quod fiant. Quodlibet enim eorum quæ commiscentur cõcurrit, suam secum eandemque materiam afferens: opus est tamen simul etiam receptaculo E quodam, id est, vase, vel loco. Locus autem materia corporibusque posterior est: quapropter corpora prius materia indigent. Neq; verò propterea quòd actiones & effectiones immateriales sint, cõuincitur etiã corpora esse absque materia. Hæc enim composita sunt: actiones verò nequaquam. Ipsaque materia subiectũ præbet agentibus, quando agunt, in ipsis videlicet permanens. Neque tamen in actionem exhibet semetipsam: neque enim agentes ipsi id quærũt: F neque actio altera permutatur in alteram, quo necesse sit ipsis inesse materiã, sed agens ipse ex alia actione pertransit in aliam: adeò vt consentaneum sit eum actionibus esse materiam. Est igitur materia necessaria tum qualitati, tum etiã magnitudini: ideoque corporibus. Neque nomen est vanum sed subiectum aliquod est, quã uis inuisibile & magnitudinis expers: alioquin qualitates etiam & magnitudinem simili ratio- G ne esse negaturi sumus. Horum namque quodlibet si in seipso tantùm accipiatur, nihil esse dicetur: sin autem hęc sunt, & si horum quodlibet est tenuiter, multò magis materia quoque erit, quamuis non sit perspicua, perceptibilis quidẽ non sensibus. Neque enim oculis, incolor naq; est: neque auditu, caret enim sono: neque vel ol-

A ὅτι καὶ ἡ ψυχὴ οὐδὲν ἔχουσα ὁρίσαι, ὅταν τῇ ὕλῃ προσομιλῇ, εἰς ἀοριστίαν *ἔχει ἑαυτὴν, [* χεῖ] οὔτε περιγράφουσα, οὔτε εἰς σημεῖον ἰέναι δυναμένη· ἤδη γὰρ ὁρίζει. διὸ οὔτε μεγάλεκτέον χωρὶς· οὔτε σμικρὸν αὖ, ἀλλὰ μέγα καὶ μικρόν. καὶ οὕτως, ὄγκος, καὶ ἀμεγέθες οὕτως, ὅτι ὕλη ὄγκου. καὶ συστελλόμενον ἐκ τοῦ μεγάλου ἐπὶ τὸ σμικρὸν, καὶ ἐκ τοῦ σμικροῦ B ἐπὶ τὸ μέγα, οἷον ὄγκον διατρέχει. καὶ ἡ ἀοριστία αὐτῆς, ὁ τοιοῦτος ὄγκος, ὑποδοχὴ μεγέθους ἐν αὐτῇ. ἐν δὲ φαντασίᾳ ἐκείνως. καὶ γὰρ τῶν μὲν ἄλλων ἀμεγέθων ὅσα εἴδη, ὥρισται ἕκαστον· ὥστε μηδαμῆ ἔννοια ὄγκου. ἡ δὲ ἀόριστος οὖσα, καὶ μή πω στᾶσα παρ' αὐτῆς, ἐπὶ πᾶν εἶδος φερομένη, δεῦρο κἀκεῖσε, καὶ πάντη εὐάγωγος οὖσα, πολλή τε γίνεται τῇ ἐπὶ πάντα ἀγωγῇ καὶ γενέσει. καὶ C ἔσχε τοῦτον τὸν τρόπον, * φύσεως ὄγκου. [* φύσει]

ΣΥΜΒΑΛΛΕΤΑΙ οὖν τὰ μέγιστα τοῖς σώμασι· τότε γὰρ εἴδη τῶν σωμάτων, ἐν μεγέθεσι. περὶ δὲ μέγεθος, οὐκ ἂν ἐγίνετο ταῦτα, ἀλλ' ἢ περὶ τὸ μεμεγεθυσμένον. εἰ γὰρ περὶ μέγεθος οὐ περὶ ὕλην, ὁμοίως ἂν ἀμεγέθη καὶ ἀνυπόστατα ἦν, ἢ λόγοι μόνοι ἂν ἦσαν. οὗτοι δὲ περὶ ψυχὴν, καὶ οὐκ D ἂν ἦν σώματα. δεῖ οὖν ἐνταῦθα, περὶ ἕν τι τὰ πολλά· τοῦτο δὲ μεμεγεθυσμένον· τοῦτο δὲ ἕτερον τοῦ μεγέθους· ἐπεὶ καὶ νῦν ὅσα μίγνυται τῷ ὕλην ἔχειν, εἰς ταὐτὸν ἔρχεται, καὶ οὐ δεῖται * ἄλλου τοῦ περὶ οὗ, ὅτι ἕκαστον [* ἀλλ' αὐτοῦ περὶ ὃ] τῶν μιγνυμένων ἥκει, φέρον τὴν αὐτοῦ ὕλην. δεῖται δ' ὅμως καὶ ὡς * ἐνότητος τοῦ δεξαμένου ἢ ἀγγείου, ἢ τόπου. ὁ δὲ τόπος, ὕ- [* ἑνὸς τινὸς τοῦ δεξομένου] E στερος τῆς ὕλης καὶ τῶν σωμάτων· ὥστε πρότερον ἂν δέοιτο τὰ σώματα ὕλης· οὐδὲ ὅτι αἱ ποιήσεις, καὶ αἱ πράξεις ἄϋλοι, διὰ τοῦτο καὶ τὰ σώματα: σύνθετα γὰρ τὰ σώματα· αἱ δὲ πράξεις, οὔ. καὶ τοῖς πράττουσιν, ἡ ὕλη ὅταν πράττωσι, τὸ ὑποκείμενον δίδωσι, μένουσα ἐν αὐτοῖς, εἰς τὸ πράττειν οὐκ αὐτὴν δίδωσιν· οὐδὲ γὰρ οἱ πράττοντες τοῦτο ζητοῦσι. καὶ οὐ μεταβάλλει ἄλλη πρᾶξις εἰς ἄλλην, F ἵνα ἂν ἦν καὶ αὐταῖς ὕλη, ἀλλ' ὁ πράττων ἐπ' ἄλλην μεταβάλλει πρᾶξιν ἐξ ἄλλης, ὥστε ὕλην αὐτὸν εἶναι ταῖς πράξεσιν. * ἔσται τοίνυν [* ἐστι] ἀναγκαῖον ἡ ὕλη καὶ τῇ ποιότητι καὶ τῷ μεγέθει, ὥστε καὶ τοῖς σώμασι. καὶ οὐ κενὸν ὄνομα, ἀλλ' ἔστι τι ὑποκείμενον, * κἂν ἀόριστον ὑπάρχων, [* κἂν ἀόρατον, κἂν ἀμεγέθης ἦ] κἂν ἀμεγέθες. ἢ οὕτως οὐδὲ τὰς ποιότητας φήσομεν, οὐδὲ τὸ μέγεθος τῷ αὐτῷ λόγῳ· ἕ- [χῃ] G καστον γὰρ τούτων λέγοιτο ἂν οὐδὲν εἶναι * ἐφ' [* ἐφ' ἑαυτοῦ] ἑαυτῶν μόνον λαμβανόμενον· εἰ δὲ ταῦτά ἐστι, καίπερ ἀμυδρῶς ὂν ἕκαστον, πολὺ μᾶλλον ἂν εἴη ὕλη, κἂν μὴ ἐναργὴς ὑπάρχῃ, αἱρετὴ οὖσα, οὐ ταῖς αἰσθήσεσιν· οὔτε γὰρ ὄμμασιν, ἄχρους γάρ· οὔτε ἀκοῇ, οὐ γὰρ ψόφος· οὐδὲ

A οὐδὲ χυμοί, διὸ οὐδὲ ῥῖνες, οὐδὲ γλῶσσα. ἆρ' οὖν ἁφῇ; ἢ οὔ, ὅτι μηδὲ σῶμα· σώματος γὰρ ἡ ἁφή, ὅτι ἢ πυκνοῦ, ἢ ἀραιοῦ, μαλακοῦ, σκληροῦ, ὑγροῦ, ξηροῦ. τούτων δὲ οὐδὲν περὶ τὴν ὕλην, ἀλλὰ λογισμῷ οὐκ ἐκ νοῦ, ἀλλὰ κενῶς, διὸ καὶ νόθος ὡς εἴρηται. ἀλλ' οὐδὲ σωματότης περὶ αὐτήν. εἰ μὲν λόγος ἡ σωματότης, ἕτερος αὐτῆς, αὐτὴ οὖν ἄλλο,
B * εἰ δ' ἤδη ποιήσασα καὶ οἷον κραθεῖσα, σῶμα φανερῶς ἂν εἴη, καὶ οὐχ ὕλη μόνον.

*εἰ δ' ἤδη

ΕΙ' ΔΕ' ποιότης τις τὸ ὑποκείμενον, κοινή τις οὖσα ἐν ἑκάστῳ τῶν στοιχείων, πρῶτον μὲν τίς αὕτη λεκτέον. ἔπειτα πῶς ποιότης ὑποκείμενον ἔσται. πῶς δὲ ἐν ἀμεγέθει ποιὸν θεωρηθήσεται, μὴ ἔχων ὕλην, μὴ δὲ μέγεθος. ἔπειτα εἰ μὲν ὡρισμένη ἡ ποιότης,
C πῶς ὕλη; εἰ δ' ἀόριστόν τι, οὐ ποιότης, ἀλλὰ τὸ ὑποκείμενον καὶ ἡ ζητουμένη ὕλη. τί οὖν κωλύει ἄποιον μὲν εἶναι, τῷ τῶν ἄλλων μηδεμιᾶς τῇ αὐτῆς φύσει μετέχειν, αὐτὸ δὲ τοῦτο τὸ μηδεμιᾶς μετέχειν, ποιὰν εἶναι, ἰδιότητα πάντως τινὰ ἔχουσαν καὶ τῶν ἄλλων διαφέρουσαν, οἷον στέρησίν τινα ἐκείνων. καὶ γὰρ ἐστερημένος, ποιός, οἷον ὁ τυφλός. εἰ οὖν
D στέρησις τούτων περὶ αὐτήν, πῶς οὐ ποιά; εἰ δὲ καὶ ὅλως στέρησις περὶ αὐτήν, ἔτι μᾶλλον· εἴ γε δὴ καὶ στέρησις ποιόν τι. ὁ δὴ ταῦτα λέγων, τί ἄλλο ἢ ποιὰ καὶ ποιότητας πάντα ποιεῖ; ὥστε καὶ ἡ ποσότης ποιότης ἂν εἴη, καὶ ἡ οὐσία δέ. εἰ δὲ ποιόν, πρόσεστι ποιότης. γελοῖον δὲ τὸ ἕτερον τοῦ ποιοῦ καὶ μὴ ποιόν, ποιὸν ποιεῖν. εἰ δὲ ὅτι ἕτερον ποιόν· εἰ μὲν αὐτοετερότης, οὐδ' ὡς ποιόν, ἐπεὶ οὐδ' ἡ
E ποιότης ποιά. εἰ δ' ἕτερον μόνον· οὐχ ἑαυτῇ, ἀλλ' ἑτερότητι ἕτερον μόνον, καὶ ταυτότητι ταὐτόν. οὐδὲ δὴ ἡ στέρησις ποιότης, οὐδὲ ποιόν, ἀλλ' ἐρημία ποιότητος, ἢ ἄλλου, ὡς ἡ ἀψοφία οὐ ψόφου, ἢ ὁτουοῦν ἄλλου. ἄρσις γὰρ ἡ στέρησις· τὸ δὲ ποιόν, ἐν καταφάσει. ἥ τε ἰδιότης τῆς ὕλης, οὐ μορφή· τὸ γὰρ μὴ ποιὰ εἶναι, μηδ' εἶδός τι ἔχειν. ἄτοπον
F δή, ὅτι μὴ ποιά, ποιὰν λέγειν, καὶ ὅμοιον τῷ ὅ,τι ἀμέγεθες, αὐτῷ τούτῳ μέγεθος ἔχειν. ἔστιν οὖν ἡ ἰδιότης αὐτῆς, οὐκ ἄλλο τι, ἢ ὅπερ ἐστὶ καὶ οὐ προσκεῖται ἡ ἰδιότης, ἀλλὰ μᾶλλον ἐν σχέσει τῇ πρὸς τὰ ἄλλα, ὅτι ἄλλα αὐτῶν. καὶ τὰ μὲν ἄλλα, οὐ μόνον ἄλλα, ἀλλὰ καί τι ἕκαστον ὡς εἶδος. αὕτη δὲ πρεπόντως ἂν λέγοιτο μόνον ἄλλο. τάχα δὲ ἄλλα, ἵνα μὴ τῷ ἄλλῳ ἑνικῶς ὁρίσῃς, ἀλλὰ τῷ ἄλλα, τὸ ἀόριστον ἐνδείξῃ.
G

οἱ αὐτῆς

factu vel gustu, humorem namque vaporemque non habet. Sed nunquid tactu? Neque hoc quidem: quoniam nõ est corpus. Corpus enim tactus attingit, percipiēs vel densum esse, vel rarum, aut molle, aut durū, siue humidū, siue siccum. Horum verò nihil est materiæ proprium. Materia igitur non sensu, sed ratione coniici potest: non ratione inquam intellectu plena, sed vacua. Ideoque ratio hæc adulterina vocatur. Proinde neq; corporeitas ipsa est materiæ propria. Siue enim corporeitas sit ratio quędam, sanè differens à materia: nimirum materia aliud quiddam est quàm illa, siue iam in efficiendo quasi commista proculdubiò iam erit corpus, neque amplius materia solùm.

XIII *Materia nec qualitas est, nec habet propriā qualitatem.*

SI autem qualitas quædam dicatur rerum esse subiectū, quæ quidē cõmunis sit omnibus elemētis, primò exponendū erit, quænā sit eiusmodi qualitas: Deinde quonam modo qualitas possit esse subiectū: Itē quo pacto in eo quod magnitudine caret quale quiddā percipiatur, neq; materiā neq; magnitudinē possidens: Postremò siue qualitas hæc definita sit, quomodo poterit esse materia? siue quoddā indefinitū, nequaquā erit qualitas, sed subiectū potiùs, & materia iam ipsa quam quærimus. At obiiciet forsan aliquis, nihil prohibere quo minùs materia expers quidē sit qualitatis, quatenus suapte natura nullā aliorū participat qualitatē, sed ob idipsumquòd nullā participat aliorū, iam esse qualē, quasi ꝓprietatē eiusmodi possidentē per quā ab aliis differat, velut illorū priuatio quædā. Etenim qui priuatus est quodāmodo dicitur esse qualis, sicut & cęcus. Si igitur horū priuatio est circa materiā, quidnā prohibet eā esse qualē? Si autē & omnino priuatio est circa ipsam, ex hoc etiā magis id sequetur: siquidē priuatio est quale quiddā. Cæterùm qui talia dicit, quidnā aliud quàm qualia & qualitates efficit omnia? adeò vt & quātitas futura sit qualitas, similiterq; essentia. Quod si quale est horū quodlibet, nimirū qualitas adest. Ridiculū verò est fateri, quod quale fit non tam à quali quodā fieri, quàm à quodam quod alterū sit à quali. Quod si dicatur iccircò id fieri posse, quoniā id ipsum quod dicitur alterū sit quale, quærendū erit, vtrū quod alterū dicitur sit alteritas ipsa. Quod si ita sit, non erit vt quale, quādoquidē neq; qualitas ipsa sit qualis. At si dicatur solū alterū, respōdebitur, nō seipsa, sed alteritate fieri alterū, atq; idē identitate. Sed neque priuatio qualitas est vel qualis, imò verò vel qualitas vel alterius orbitas: sicut silentiū vocis, vel alterius cuiuscunque vacatio. Priuatio enim negatio est: quale verò in affirmatione cõsistit. Accedit ad hæc, quòd proprietas materiæ non est forma: propriū namq; eius est, neq; qualē esse, neq; speciē possidere. Absurdū est autē ob hoc ipsum quod nō sit qualis, eam qualē denominare: perinde enim id se habet, ac si dixeris, qua ratione magnitudinē nullā habet, eadē quoq; magnitudinē possidere. Quamobrē proprietas eius est, non aliud quiddam quàm quod est ipsa: neque ipsi proprietas est apposita, imò potius in habitudine quadam ad alia proprietas ipsa censetur: quoniā videlicet materia aliud est quàm illa. Et alia quidem non solùm alia sunt, verùm etiam quodlibet eorum aliquid est vt species: materia verò congruè admodum dicetur solùm aliud esse. Fortè verò conuenientiùs plurali numero esse dicetur Alia, ne fortè singulariter pronuntians hoc ipsum Aliud materiam, iam determines, sed potius pluraliter Alia nominando, naturam eius ostendas indefinitam.

XIIII Vtrum materia sit priuatio, vel priuatio de materia prædicetur.

VERVM quærendum iam est, vtrum materia sit ipsa priuatio, an potius priuatio de materia prædicetur. Qui igitur materiam priuationemque dixit vnum esse subiecto, ratione autē duo, docere debebat, quam potissimùm vtriusque rationem adducere deceat. Materiæ quidem rationem quæ definiat ipsam nihil priuationis attingens, priuationis quoque similiter. Vel enim neutrum in alterius est ratione, vel vtrunque in vtriusque, vel alterum in alterius tātùm, quodcunque sit illud. Si igitur vtrunque seorsum definiatur, neutrumque exigat alterū, duo erunt ambo, atque materia erit alterum quàm priuatio, quamuis accidat ei priuatio. oportet autem in definitione alterius, alterum ne potentia quidem perspici. Si autem ita se habeant, vt nasus simus atque simum: sic etiam duplex est vtrunque atque duo. At si perinde se habeat ac ignis atque calor, videlicet cum in igne quidem calor sit, in calore autem non necessariò ignis accipiatur, atque materia ita sit priuatio, vt ignis est calidus, certè priuatio erit materiæ species, subiectum verò aliud, quod quidem oportet esse materiam. Itaque neque hac ratione erit vnum. Cæterùm nunquid ita vnum subiecto sunt, duo autem ratione, quasi priuatio nō designet adesse quicquam, sed potius non adesse: atque ita priuatio entium negatio sit, ceu si quis dicat non ens? Negatio enim nihil adiungit, sed non esse dicit: atque ita priuatio erit tanquam non ens. Si igitur ita nō ens dicatur, quia videlicet non sit ens, sed aliud quiddam: an sic duæ quædam rationes erunt? altera quidē subiectum spectans, altera verò priuationem, significans quandam ad alia habitudinē? Vel potius ratio quidem materiæ ad alia respicit, subiectique ratio prorsus ad alia. Ratio autem priuationis si indefinitatem eius ostendit, forsan naturam eius attinget: hoc forsan excepto quod dicitur vtrunque vnum esse subiecto, ratione autem duo. Sin autem ex eo quod indeterminatum quiddam est indefinitumque & informe, idem est atque materia, quónam pacto adhuc duæ rationes erunt?

XV Quomodo materia dicatur indefinita, siue indefinitas, vel priuatio.

RVRSVS perscrutandum est, num secundùm accidens ipsum infinitum interminatúmque in alia sit natura: & quomodo accidens: & nunquid priuatio accidat. Profectò si quæcunque numeri rationesque sunt, extra infinitatem sunt: quippe cùm termini ordinesque sint, atque ipsa ordinatio ab his descendat in alia, ordinent autem non ordinatum quidem neque ordines, sed aliud quiddam præter ordinantem sit ordinatum, terminus autem & finis & ratio ordinet: profectò necessarium est, vt quod ordinatur & terminatur suaptè natura sit infinitum. Ordinatur autem materia, aut etiam quodcunque non est materia, ex eo quod vel participat eam, vel materiæ sortitur conditionem. Itaque necesse est infinitum ipsum esse materiam. Non tamen id ita dicendum est infinitum quasi secundum accidens, atque ex eo quod materiæ accidat infinitum. Nam primò quidem quicquid alicui accidit, rationem esse quandam oportet: infinitum verò non est ratio. Deinde cuinam existenti accidet infinitum? nunquid termino atque terminato?

A ἈΛΛ' ἐκεῖνο ζητητέον, πότερα στέρησις, ἢ περὶ αὐτῆς ἡ στέρησις. ὁ τοίνυν λέγων λόγος ὑποκειμένῳ μὲν ἓν ἄμφω, λόγῳ δὲ δύο, δίκαιος ἦν διδάσκειν καὶ τὸν λόγον ἑκατέρου, ὅντινα δεῖ ἀποδιδόναι. τὸν μὲν ὕλης, ὡς ὁριεῖ αὐτὴν, οὐδὲν προσαπτόμενος τῆς στερήσεως, τὸν τε αὖ στερήσεως, ὡσαύτως. ἢ γὰρ οὐδέτερον ἐν οὐδετέρῳ τῷ λόγῳ, ἢ ἑκάτερον ἐν ἑκατέρῳ, ἢ θάτερον ἐν θατέρῳ, μόνον * ὁποτερονοῦν. εἰ B μὲν οὖν ἑκάτερον χωρὶς, καὶ οὐκ ἐπιζητεῖ οὐδέτερον, δύο ἔσται ἄμφω, καὶ ἡ ὕλη ἕτερον στερήσεως, κἂν συμβεβήκει αὐτῇ ἡ στέρησις. δεῖ δὲ ἐν τῷ λόγῳ, μὴ δὲ δυνάμει * ἐνορᾶσθαι θάτερον. εἰ δὲ ὡς ἡ ῥὶς ἡ σιμὴ καὶ τὸ σιμὸν, καὶ οὕτω διπλοῦν ἑκάτερον καὶ δύο. εἰ δὲ ὡς τὸ πῦρ καὶ ἡ θερμότης, ἐν μὲν τῷ πυρὶ τῆς θερμότητος οὔσης, ἐν δὲ τῇ θερμότητι οὐ C λαμβανομένου τοῦ πυρὸς, καὶ ἡ ὕλη οὕτω στέρησις ὡς τὸ πῦρ θερμὸν, οἷον εἶδος αὐτῆς ἔσται ἡ στέρησις, τὸ δὲ ὑποκείμενον, ἄλλο, ὃ δεῖ τὴν ὕλην εἶναι. καὶ οὐδὲ οὕτως ἕν. ἆρα οὖν οὕτως ἓν τῷ ὑποκειμένῳ, δύο δὲ τῷ λόγῳ, τῆς στερήσεως οὐ σημαινούσης τι παρεῖναι, ἀλλὰ μὴ παρεῖναι, καὶ οἷον ἀπόφασις ἡ στέρησις τῶν ὄντων, ὥσπερ ἂν εἴ τις λέγοι οὐκ D ὄν; οὐ γὰρ προστίθησιν ἡ ἀπόφασις, ἀλλά φησιν οὐκ εἶναι, καὶ οὕτω στέρησις ὡς οὐκ ὄν. εἰ μὲν οὖν οὐκ ὂν, ὅτι μὴ τὸ ὄν, ἀλλὰ ἄλλο ὄν τι, ἔστι δύο οἱ λόγοι; ὁ μὲν τοῦ ὑποκειμένου ἁπτόμενος, ὁ δὲ τῆς στερήσεως, τὴν πρὸς τὰ ἄλλα σχέσιν δηλῶν; ἢ ὁ μὲν τῆς ὕλης, πρὸς τὰ ἄλλα, καὶ ὁ τοῦ ὑποκειμένου δὲ πρὸς τὰ ἄλλα. ὁ δὲ τῆς στερήσεως εἰ τὸ ἀόριστον αὐτῆς δηλοῖ, E τάχα ἂν αὐτὸς αὐτῆς ἐφάπτοιτο· πλὴν ἕν γε ἑκατέρως τῷ ὑποκειμένῳ, λόγῳ δὲ δύο. εἰ μέν τοι τῷ ἀορίστῳ εἶναι καὶ ἀπείρῳ εἶναι, καὶ ἀποίῳ εἶναι τῇ ὕλῃ ταὐτὸν, πῶς ἔτι δύο οἱ λόγοι;

ΠΆΛΙΝ οὖν ζητητέον, εἰ κατὰ συμβεβηκὸς τὸ ἄπειρον καὶ τὸ ἀόριστον ἐπ' ἄλλῃ φύσει· καὶ πῶς συμβεβηκός· καὶ ἡ στέρησις συμβέβηκεν. εἰ δὴ ὅσα μὲν ἀριθμοὶ καὶ λό- F γοι ἀπειρίας ἔξω· ὅροι γὰρ καὶ τάξις καὶ τὸ * συντεταγμένον καὶ τοῖς ἄλλοις παρὰ τούτων· τάττει δὲ ταῦτα, οὐ τὸ τεταγμένον οὐδὲ τάξις, ἀλλὰ ἄλλο τὸ ταττόμενον παρὰ τὸ τάττον· τάττει δὲ τὸ πέρας καὶ ὅρος καὶ λόγος. ἀνάγκη δὲ τὸ ταττόμενον καὶ ὁριζόμενον, τὸ ἄπειρον εἶναι. τάττεται δὲ ἡ ὕλη, καὶ ὅσα δὲ μὴ ὕλη τῷ μετέχειν, ἢ ὕλης λόγον ἔ- G χειν. ἀνάγκη τοίνυν τὴν ὕλην τὸ ἄπειρον εἶναι· οὐχ οὕτω δὲ ἄπειρον, ὡς κατὰ συμβεβηκὸς, καὶ τῷ συμβεβηκέναι τὸ ἄπειρον αὐτῇ. πρῶτον μὲν γὰρ τὸ συμβαῖνόν τῳ, δεῖ λόγον εἶναι· τὸ δὲ ἄπειρον οὐ λόγος. ἔπειτα τίνι ὄντι τὸ ἄπειρον συμβήσεται, πέρατι καὶ πεπερασμένῳ;

* ὁποτερῳοῦν
* ὁρᾶσθαι
* τεταγμένον

πεπερασμένῳ; ἀλλ' οὐ πεπερασμένον, οὐδὲ πέρας ἡ ὕλη. καὶ τὸ ἄπειρον δὲ προσελθὸν τῷ πεπερασμένῳ ἀπολεῖ αὐτοῦ τὴν φύσιν· οὐ τοίνυν συμβεβηκὸς τῇ ὕλῃ τὸ ἄπειρον. αὐτὴ τοίνυν τὸ ἄπειρον· ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς νοητοῖς ἡ ὕλη τὸ ἄπειρον. καὶ εἴη ἂν γεννηθὲν ἐκ τῆς τοῦ ἑνὸς ἀπειρίας, ἢ δυνάμεως, ἢ τοῦ ἀεὶ οὐκ οὔσης ἐν ἐκείνῳ ἀπειρίας, ἀλλὰ ποιοῦντος. πῶς οὖν ἐκεῖ, καὶ ἐνταῦθα; ἢ διττὸν καὶ ἄπειρον. καὶ τί διαφέρει; ὡς ἀρχέτυπον καὶ εἴδωλον. ἐλαττόνως οὖν ἄπειρον τοῦτο; ἢ μᾶλλον. ὅσῳ γὰρ εἴδωλον πεφευγὸς τὸ εἶναι τὸ ἀληθές, μᾶλλον ἄπειρον. ἡ γὰρ ἀπειρία ἐν τῷ ἧττον ὁρισθέντι μᾶλλον. τὸ γὰρ ἧττον ἐν τῷ ἀγαθῷ, μᾶλλον ἐν τῷ κακῷ. τὸ ἐκεῖ οὖν, μᾶλλον ὂν εἴδωλον ὡς ἄπειρον. τὸ δὲ ἐνταῦθα ἧττον ὅσῳ πέφευγε τὸ εἶναι, καὶ τὸ ἀληθές, * εἰς δὲ εἰδώλου καταρρυεῖ φύσιν, ἀληθέστερον ἄπειρον. τὸ αὐτὸ οὖν τὸ ἄπειρον καὶ τὸ ἀπείρῳ εἶναι; ἢ ὅπου λόγος καὶ ὕλη, ἄλλο ἑκάτερον. ὅπου δὲ ὕλη μόνον, ἢ ταὐτὸν λεκτέον, ἢ ὅλως, ὃ καὶ βέλτιον, οὐκ εἶναι ἐνθάδε τὸ ἀπείρῳ εἶναι· λόγος γὰρ ἔσται ὃς οὐκ ἔστιν ἐν τῷ ἀπείρῳ, ἵν' ᾖ ἄπειρον. ἄπειρον μὲν δὴ παρ' αὐτῆς τὴν ὕλην λεκτέον, ἀντιτάξει τῇ πρὸς τὸν λόγον. καὶ γὰρ ὥσπερ ὁ λόγος, οὐκ ἄλλο τι ὢν ἐστὶ λόγος, οὕτω καὶ τὴν ὕλην ἀντιτεταγμένην τῷ λόγῳ κατὰ τὴν ἀπειρίαν, οὐκ ἄλλο τι οὖσαν λεκτέον ἄπειρον.

[margin: …ις δὲ εἰδώ… κατερ-… φύσιν ἀ-… θεστέρως … πειρον.]

ἈΡ οὖν καὶ ἑτερότητι ταὐτόν, * ἢ ἕτερον; ἀλλὰ μορίῳ ἑτερότητος, ἀντιτασσομένῳ πρὸς τὰ ὄντα κυρίως ἃ δὴ λόγοι. διὸ καὶ μὴ ὂν οὕτω τι ὂν καὶ στερήσει ταὐτόν, εἰ ἡ στέρησις ἀντίθεσις πρὸς τὰ ἐν λόγῳ ὄντα. οὐκ οὖν φθαρήσεται ἡ στέρησις, προσελθόντος τοῦ οὗ στέρησις; οὐδαμῶς. ὑποδοχὴ γὰρ ἕξεως, οὐχ ἕξις, ἀλλὰ στέρησις· καὶ πέρατος, οὐ τὸ πεπερασμένον, οὐδὲ τὸ πέρας, ἀλλὰ τὸ ἄπειρον, καὶ καθόσον ἄπειρον. πῶς οὖν οὐκ ἀπολεῖ αὐτοῦ τὴν φύσιν τοῦ ἀπείρου, προσελθὸν τὸ πέρας, καὶ ταῦτα οὐ κατὰ συμβεβηκὸς ὄντος ἀπείρου; ἢ εἰ μὲν κατὰ τὸ ποσὸν ἄπειρον, ἀνῄρει· νῦν δὲ οὐχ οὕτως ἀλλὰ τοὐναντίον, σῴζει αὐτὸ ἐν τῷ εἶναι· ὃ γὰρ πέφυκεν, εἰς ἐνέργειαν καὶ τελείωσιν ἄγει· ὥσπερ τὸ ἄσπαρτον, ὅταν σπείρηται, καὶ ὅταν τὸ θῆλυ τοῦ ἄρρενος, καὶ οὐκ ἀπόλλυται τὸ θῆλυ, ἀλλὰ μᾶλλον θηλύνεται· τοῦτο δέ ἐστιν, ὅ ἐστι, μᾶλλον γίγνεται. ἆρ' οὖν καὶ κακὸν ἡ ὕλη μεταλαμβάνουσα ἀγαθοῦ; ἢ διὰ τοῦτο ὅτι ἐδεήθη; οὐ γὰρ εἶχε. καὶ γὰρ ὃ μὲν ἂν δέηταί τινος * τὸ δ' εἶχε, μέσον ἂν ἴσως γίγνοιτο ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ, εἰ ἰσάζει πως ἐπ' ἄμφω. ὃ δ' ἂν μηδὲν ἔχῃ, ἅτε ἐν πενίᾳ ὄν, μᾶλλον δὲ πενία ὄν, ἀνάγκη κακὸν εἶναι.

[margin: …ἢ οὔ. … δ' ἔχει.]

A At enim materia neque terminatum quiddam eſt, neque terminus. Item infinitum accedens ad terminatum eius perdet naturam: non igitur infinitum accidens eſt materiæ. ipſa igitur eſt infinitum: quandoquidem & in mundo intelligibili materia ipſum eſt infinitum. Quod quidem forſan genitum eſt ex ipſa unius infinitate, ſiue potētia, ſiue æternitate: adeo vt in ipſo vno non ſit infinitudo, ſed ipſum ſit infinitudinis auctor. Quanam igitur ratione, & ibi, & hic B eſt infinitum? Forte duplex eſt infinitum. Sed quo nam differunt? Nempe tāquam exemplar atq; imago. Nunquid igitur id quod apud nos eſt minus, eſt infinitū? Forte vero magis. Quatenus enim ſimulachrum ab exiſtentia veritateq; deficit, eatenus magis eſt infinitum. Infinitudo enim magis eſt in eo quod minus eſt terminatum. Quod autem minus eſt in bono, maius eſt in malo. Quod igitur illic eſt, vtpote quod magis exiſtit ens, velut imaginariè eſt infi C nitum. Quod autem hic ens minus, quatenus ab ipſo eſſe ueritateq; cadit, atque in naturam imaginis labitur, verius eſt infinitum. Proinde an idem eſt infinitū atq; infinito eſſe? Forte vbi ratio eſt atq; materia, alterū eſt utrunq;, vbi vero materia tantū, vel idem dicēdum eſt, uel omnino, quod quidem & rectius ſe habet, non eſt ibi ipſum eſſe ſuum infinito aſsignandum: alioquin ratio quædam erit, quæ tamen in infinito nulla eſt, ſi modo futurum ſit infinitum. Dicen D dum igitur materiam ex ſeipſa infinitū eſſe oppoſitione quadam ad rationem. Etenim ſicut ratio non exiſtens aliud quicquam ratio eſt, ſic & materiam oppoſitam rationi ſecundum infinitatem, dicendum eſt ita infinitum eſſe, vt non aliud præterea ſit quàm ipſa materia.

XVI. *Quæſtiones de materia circa alteritatem & priuationē & infinitū & malum.*

AT nunquid materia idem eſt atque alteritas? Forte non idem alteritati ſimpliciter, ſed alteritatis parti videlicet oppoſitæ ad ipſa quæ præcipuè ſunt: quæ quidem rationes exi E ſtunt. Quapropter & quod ita non ens dici ens quoddam poteſt: atque priuationi idem, ſi modo priuatio oppoſitio quædam ſit ad illa quę in ipſa ratione conſiſtunt. Nunquid igitur priuatio diſperdetur accedente illo cuius dicitur eſſe priuatio? nequaquam. Suſceptaculū enim ipſius habitus, non eſt habitus, ſed priuatio. Item ſuſceptaculum termini neque terminatū quiddam eſt, neque terminus, ſed infinitum, quatenus infinitum. At quonam pacto fieri poteſt, vt F accedens terminus naturam ipſam infiniti non deſtruat? præſertim cum infinitum hoc ſecundum accidens nō dicatur? Forte ſi infinitū hoc, infinitū quantitate foret, diſperderet: nunc autem non ita fit, ſed contra in eſſe conſeruat. Ad quod enim natura fuerat inſtitutum, in actum perfectionemq; producit: ceu quod nōdum ſatum fuerat, quando ſeritur, atque velut fœmina cum potitur maſculo. Tunc enim fœminea natura nōn perditur, ſed magis effœminatur, ſcili G cet id ipſum quod eſt, magis efficitur. Sed nunquid materia bonū nacta malum eſt? Forte ob hoc quoniam iam indiguit: neque enim habebat. Etenim quod indiget aliquo, idq; nanciſcitur, medio quodam ſe habet bonum inter atq; malum, ſi modo æquè ſe habeat ad utrunq;. Quod autem habet nihil vtpote inopia preſſum, imò uero cum ipſa inopia ſit, neceſſe eſt eſſe malum.

A Non enim vel diuitiarum, vel roboris hæc est inopia, sed inopia quidem sapientiæ, inopia & virtutis, pulchritudinis, valoris, formæ, speciei, qualitatis. Quid nam igitur prohibet, quo minus deforme id sit, & omnino turpe, omninoque malum? Materia verò apud superos ens dici debet. Quod enim super ipsam extat, superius ente censetur: apud nos verò quod est super materiam, ens existit. Quapropter cum de hac nõ ens dicitur, intelligitur alterum ens ad ipsius entis pulchritudinem.

οὐ γὰρ πλούτου πενία τοῦτο, οὐδὲ ἰσχύος, ἀλλὰ πενία μὲν φρονήσεως, πενία δὲ ἀρετῆς, κάλλους, ἰσχύος, μορφῆς, εἴδους, ποιοῦ. πῶς οὖν οὐ δυσειδές; πῶς δὲ οὐ πάντη αἰσχρόν; πῶς δὲ οὐ πάντη κακόν; ἐκείνη δὲ ἡ ὕλη, ἡ ἐκεῖ ὄν· τὸ γὰρ πρὸ αὐτῆς, ἐπέκεινα ὄντος. ἐνταῦθα δὲ τὸ πρὸ αὐτῆς ὄν. οὐκ ὂν ἄρα αὐτή, ἕτερον ὂν πρὸς τῷ καλῷ τοῦ ὄντος.

B

MARSILII FICINI IN LIB. I. DE EO QVOD IN ACTV, ET QVOD IN POTENTIA, COMMENTARIVS.

SVMMA TOTIVS LIBRI.

Item de actu, & potentia, Item de metallis atque lapidibus.

LIBER *de potentia & actu, ea summatim confirmat quæ in libro de materia dicta sun***, & per illa planius intelligitur. Distribuitur autem in capita quinque. In primo notabis post dubitationes quasdam, quicquid esse dicitur in potentia, referri ad aliud necessariò, scilicet ad illud quod inde fit, uel est in actu. Item potentiam propriè referri ad actum. Rursum in eo quod in potentia est ad aliquid quandoque remanere substantiam, nouo quodam adueniente, quandoque mutari: siue ad melius siue ad deterius mutatio fiat. Considerabis præterea non esse potentiam in mundo intelligibili ad nouum actum, uel edendum, uel comparandum: alioquin siue nunquam perueniatur ad actum, frustra esse in potentia iudicabitur, siue quandoque perueniatur, erit in æternis mutatio temporalis. Ergo ne hæc sequantur absurda, omnis ibi potentia ad totum omnino suum actum est ab æterno redacta. Subinde animaduertes, potentiam faciendi non esse dicendam in potentia esse: potentiam uerò patiendi, dici posse in potentia esse. Obseruabis denique Plotinum hîc quod & his alibi iam aperuit, putare metallum aquam esse cõcretam, siue putet quasi simpliciter aquam modo cristalli, siue plurimum esse aquam. Physicorum namque sententia est, in componendis mistis, calorem & frigus, tanquam agentia potius accedere, quàm ut materiam. non enim facilè ob uehementiam suam commisceri posse. Siccum verò & humidum sub his esse materiam. Vbi sanè siccum præualet humido, concrescere saxum, ubi verò siccitatem humor excedit, fingi metallum, quod propter humoris exuberantiam liquefiat ad ignem, quam liquefactionem siccitas in saxo prohibeat.*

De duabus materiis, & actu, & potentia, tum in corporibus, tum in anima.

II IN *secundo capite materiam duplicem obseruabis. Primò quidem compositam naturalemque ad formam artis acceptam, quando ex ære fit statua. Secundò materiam quoque naturalem, sed simplicem & acceptam mox ad formam similiter naturalem, ut quando ex aqua fit aer. In primo quidem quod esse dicitur statua in potentia, æs ipsum est: cui quidem opponitur quod dicitur actu statua, quod neque æs est, neque fabricata in ære figura, sed quoddam ex vtrisque cõpositum. Compositũ hoc ut actu existens, opponitur quidem æri, quatenus erat hoc in potentia: neque sic prædicatur de ære. Non igitur æs statua fit, sed ex ære fit statua. Hîc certè quamuis materia eadem, id est, ipsa æris substantia maneat sub figura, tamen aliud quiddam est, quàm figura atque compositum. Multò itaque magis materia diuersa est à forma atque composito, ubi in aduentu nouæ formæ & ad generationem noui compositi necessariò prioris compositi substantia permutatur, ut quando ex aqua fit aer: ibi enim subest materia prima, in qua nihil est formæ, ut meritò dici possit esse nihil in actu. Materiæ uerò secundæ tanquam compositæ aliquid formæ possident, adeò ut dum aliud in potentia sunt, secundum aliud sint in actu. In superioribus igitur, quoniam ex materia præcedente & ex forma adueniente fit aliud quiddam, id est, compositum, idque non est idem quod & materia uel etiam forma, meritò aliud quidem dicitur quod est in potẽtia, id est, materia: aliud uerò quod existit actu, id est, compositum. At uerò in animo non ita dicendũ esse uidetur. Quando enim animus acquirit habitum, non euadit ex animo atque habitu composita quædam essentia tertia. Idem igitur animus qui dicebatur potentia sciens, mox dicitur actu sciens. Fit autem actu sciens, non qua ratione fuerat inscius, sed qua rationalis & docilis: nempe cùm iam est actu doctus, adhuc seruat aptitudinem ad scientiam, sed non seruat inscitiam: sed aliter in potentia est ad habitum comparandum, aliter habitu comparato in potentia est ad actum. Quòd autem non qua ratione ignorans est, doctus euadat, patet, quoniam non quilibet ignorans facilè doctus efficitur, sed qui est aptus. Neque ad habitum priuatio confert, sed potentia.*

Conclude ubique, quod in potentia dicitur, esse subiectum, quod uerò in actu, compositum uel quasi compositum. Formam uerò in subiecto nominari actum, non quidem simpliciter, sed subiecti. Denique præter formam uel habitum, qui est forma quædam, nominari etiam actum actionem ipsam, quæ à forma uel habitu prouenit: actionem verò actum potissimè nuncupari, quoniam & manifestior est, & huius gratia forma uel habitus comparatur, & tota

vis formæ

vis formæ vel habitus ad actionis producitur efficaciam. Rursum hîc obserua. actum qui est forma, vel loco formæ, quoniam ad subiectum accedit velut adhuc informe atq; impotẽs, indigere quodam exterioris causæ beneficio: actũ verò qui actio est, ex ipsa formæ vel habitus potestate prodire.

Quomodo aliter se habet potentia & actus sub cœlo atque in cœlo, & rursum in mundo intelligibili.

III *Post hæc autem prohibet in mundo intelligibili aliquid esse in potentia iudicari: in potentia inquam, quæ & vergat ad nouum actum, & res quædam naturaq; alia sit quàm actus. Dicit autem, quæcunq; ibi potentia fingatur, rem ipsam non solùm esse semper in actu, sed actum quoque existere: tum quoniam quæ ibi quasi materialis potentia ponitur, est forma quædam, ideoq; & actus: tum quia potentia hæc & actus quem aspicit, non duæ sunt naturæ, sed una. Neque tamen debemus ex eo quòd materia illa eandem semper habet formam, dicere prorsus idem existere: nam & si Deus in materia corporis formam in æternum continuaret, adhuc forma foret aliud quàm materia, sicut euenire in cœlestibus arbitramur. Rursus, quemadmodum in eo, qui iam didicit, non perit ipsa discendi potentia: non enim per doctrinam aufertur potentia docilis, sed perficitur: sic in mundo intellectuali unà cum actu formali latet etiam potentia quædam: quamuis neque per hanc dicatur illic esse aliquid in potentia, neque hæc alia substantia sit quàm actus, sed sola differat ratione. Profectò quemadmodum Aristoteles materiam & formam sub Luna duas esse naturas voluit, duasq; substantias: in cælo autem fortasse unam esse corporis illius naturam, quæ sit loco materiæ vel subiecti ad lucem suam, quæ lux non sit alia quædam natura, præter naturam illius corporis, sed sit illius naturæ proprietas atque actus: ita Plotinus existimat de materia & forma in mundo corporeo atque incorporeo. Hic enim duas esse naturas, ibi unam: atque hîc quidem ita differre, sicut lumen diffusum per aerem quasi forma, ab aeria materia differt: ibi verò vel sicut rutilatio quædam à lumine, & lucere à luce, vel saltem sicut lumẽ à flamma. Lumen enim in aere alia est natura quàm aer: in flamma verò non aliam adiungit naturam, sed proprietas quædam est actusq; flammæ perennis. Sicut ergo lumen hoc quasi forma & actus est ad flammam quasi potentiam, ita fermè quod formale, ad id quod materiale in mundo intelligibili ponitur, se habere videtur. Qualis fermè distinctio inter concauum & conuexum protinus apparebit, si superficiem sphæricam considerabis, cui nulla sit subiuncta profunditas. Tunc enim concaua & conuexa conditio neque loco subiectóue different, neque natura, sed sola forsitan ratione. Vnica enim superficiei natura ad illa quidẽ quæ sunt extra circulũ conuexa videbitur, ad interiora verò cõcaua iudicabitur: sicut & intellectus atq; voluntas in animo differũt. Sed ut summatim dicã, in toto hoc mũdo corporeo materia & forma duæ sunt naturæ: sed præter cælũ forma est pro natura materiæ: in cœlo materia vicissim pro natura formæ: In mundo autẽ incorporeo materia quidẽ est essentia & natura formæ: forma verò est esse actusq; materiæ. Rursum materia nec ad formam in potentia ibi est, neque potentia est ad formam: sed est potius ipsa potentia formæ: forma verò non est actus aliquis in materia siue potentia, sed ipse potius potentiæ actus. Quoniam verò ubi mundum intelligibilem nominat, nõ diuinum tantùm intelligi vult intellectum, sed omnes insuper intellectus & animas intelligentiæ compotes, ideo animam quoque intellectualem negat esse ad nouum aliquid in potentia: sed esse ait ex parte quidem vegetali potestatem animalis procreatricem, ex parte verò rationali potestatem scientiæ productricem. Tum verò subdit, quamlibet, tum ideam, tum rem à corpore separatam esse totum quicquid est in actu, atque actum, quia totum species sit & forma ab æuo penitus absoluta. Hîc & tu notabis, non solùm, ubi aliquid in potentia est, ad futurum opus esse superiore quodam, quòd totum possideat præsens, atque ita quod deest, adhibeat indigenti: sed etiam ubicunque potentia & actus sunt duæ naturæ, opus esse superiore quodam etiam si potentia perpetuò sit sub actu. Natura enim in se formabilis, tantùm ad formalem naturam non perducitur, nisi alicuius naturæ unius & simplicis beneficio. Nam super compositum ex duabus naturis extat natura simplex, actu perpetuo fungens: quæ, quoniam suum ipsa semper ex se edit actum, meritò nuncupatur & actus. Proinde ubi ait, animam scilicet intellectualem esse in mundo intelligibili, irrationalem verò in materia: animaduerte, ita illam à mundo intelligibili distinctam esse natura, quamuis actione coniunctam, sicut hæc diuersa natura est à materia, quamuis affectu & effectione congrediens. Quæ quidem non est actus materiæ, sed superioris quidem animæ, actus in materiam, & quasi forma materiæ. Prima quidem anima actus præcipuè dicitur, quoniam non solùm nihil noui naturæ ipsius accedit, siue recedit, sed etiam suum in se exerit actum: ac per intellectum æterna fruitur actione: per vim verò discurrentem nihil concipit ab externis, sed parit potius in seipsa. Anima quoque secunda, etsi videtur actiones varias permutare, tamen quantum in se est, uno quodam actu, vel saltem vigore viuificandi materiam, format influentem atque refluentem. Sicut ignis eodem feruore diuersa comburit: perinde ac si quis eodem sigillo subterfluentes vndas sedula successione figuret. Mitto, quòd aliqui disputant continuo quodam unoq; cognitionis & voluntatis actu animam semper modò hæc, modò illa, prout in actum hunc animæ incidunt, percipere atq; velle: ceu si quis eodem ad tempus intuitu oculis prorsus inconniuentibus plura è conspectu non solùm continuata semel, sed etiam deinceps è vestigio procedentia cernat. Post hæc quæ de ideis significat, dicens omnes esse vitas & actus, alibi tractabuntur. Essentiam certè primam in qua sunt ideæ, memento hoc ipsum quod est, esse vitam. Vita enim nõ accedit ad illam, sicut ad essentiam corpoream extrinsecus velut forma: sed prodit intrinsecus velut actus. Perfecta igitur essentia illa est, & vita perfecta: itaque per modum perfectum est in actu. Quod igitur illic est in actu, existit & actus. Sicut verò essentiæ intimus actus est vita: sic vitæ intimus actus est intellectus. Ex vita quidem illa prodit anima vera, ex illo rursus intellectu emicat in animam intellectus.*

Materia non est aliquid actu.

IIII *Quærit in capite quarto: utrum materia prima sit aliquid actu. Atqui expedit primùm non esse aliquid eorum, quæ super illam sunt omnino, quæ sunt entia vera: neque aliquid rursus eorum, quæ generantur in ea, quæ entia sunt nõ vera. Dubitat interea: nũquid ipsa possit aliud quiddam esse actu? Non certè aliquid super ens: nõ rursus ens verũ: nõ iterum ens apparens. Quid ergo? Nunquid materia aliud adhuc inferius erit in actu? Certè nihil. Quum enim à tota entis natura & appellatione deficiat, ideoq; non habeat esse, nimirum nec esse habet in actu.*

Confirmat ſuperiora.

V Ambigit iterum in capite quinto: Si materia nihil eſt in actu, quónam pacto de hac ipſa loqui poſſimus? Et quæ dicta ſunt, diſputando confirmat. Iam uerò materia iccirco entium materia nominatur, quoniam ad illa, uel ad illorum accipiendas imagines eſt in potentia, ſiue potius eſt ipſa potentia inde formabilis. Siquidem in qualibet arte materiam ſub artifice nominare, nihil eſt aliud, quàm aliquid introducere, nihil habens artificioſum, ſed potens omnia capere. In natura uerò materiam ſubijcere rerum omnium architecto, non tam eſt afferre aliquid quod ad formas ſit in potentia, quàm formabilem prorſus afferre potentiam. Potentia eiuſmodi etſi cenſetur ordine quodam effectum formæ præcedere, tamen quoniam ipſa huius potentiæ ratio nihil eſt aliud quàm formabilitas, neceſſariò dependet ab actu formæ. Vbi etſi dum forma adhuc futura uidetur, iam uideatur ipſa potentia præſens, expectans uidelicet effectum formæ, tamen ipſa quæ dicitur potentiæ ipſius præſentia, nihil eſt aliud, quàm poſsibilitas (ut ita dixerim) & formæ futuritas: &, ut aliquis finxerit, confuſa quædam inchoatio formæ. Iam uerò ſi formam comparès ad efficientem cauſam, quod formæ futurum eſt, dependet à præſentia cauſæ: ſin autem materiam conferas ad ipſam formæ naturam, quicquid præſentiæ fingitur in materia, dependet ab ipſo formæ futuro: imò & iam præſenti. Siquidem in ipſa ratione materiæ includi forma videtur, dum tanquam formabilitas definitur. Item ſi referas infimum hoc ad vniuerſi ſupremum, dicasq; ſicut illud actus eſt purus formator omniũ, ita & hoc puram eſſe potentiam ſub omnibus duntaxat formabilem, tunc ſanè ſi quid illi ſupremo potentiæ formabilis adhibueris, illius mox ſuſtuliſti naturam, quicquid rurſum actus alicuius huic infimo uelut proprium dedicaueris, huius quoque naturã ſubitò perdidiſti: ſiquidẽ huius eſſe, indicatur in potẽtia eſſe huius actus propriè formabilitas. Huius præſentia nihil aliud quàm formæ futuritas. Eſt autem materia ſic ab entis natura ſecreta, ut neque adhæreat enti velut eius proprietas aut paſsio, neque ens repræſentet velut imago, neque ſub illius imagine ſic imprimatur, ut afficiatur inde, contrahatq; veſtigium, aut ſeruet: ſemper vtique actus quoſlibet naturaliter exuens, poſsibilitatem verò conſeruans: duntaxat ibi ſuccurrens, ubi verorum entium gradus eſt ultimus, id eſt, ipſa natura, & ibi quidem ſubſidens imaginibus entium, neque familiare quicquam ſibi inde reportans. Nihil autem dici de ea poteſt, quaſi ad entia pertinens, niſi quòd ſit umbra naturæ. Quumq; ita longius ab ente diſtet, quàm entis imago, nullo modo uel ens, uel eſſe debet exiſtimari. Iam verò de ente contrà atque de non ente iudicare debemus. Ens quidem in actu plus habet entis, quàm ens in potentia: viciſsim ergo quod dicitur actu non ens, minus habet entis, plúsue nõ entis, quàm quod non ens in potentia nominatur. Quum igitur materia à prima eſſentia & veritate ultra quàm cogitari poſsit, remotiſsima ſit, ideoq; ipſa ſit falſitas, verumq;, ita non ens, ſi hanc fingas in actu ſuo, magis eam non ens aſſeuerabis. Et quantò verius erit materiam appellare poſsibilitatem, tantò falſius erit eandem actum exiſtimare, atque è conuerſo. Conclude librum hac ſententia. Veritas ipſa etiam falſo vim præſtat, alioquin niſi verum eſſet, id eſſe falſum, nõ foret falſum, atq; quò verius falſum eſt, ſiue quò verius eſt, hoc eſt falſum, eò eſt proculdubiò falſius: Sic ergo quò materia verior eſt materia, id eſt, quò verior ad entia poſsibilitas eſt, eò falſior actus, atque viciſsim.

Π Λ Ο Τ Ι Ν Ο Υ

Ε Ν Ν Ε Α Δ Ο Σ Β

Λ Ο Γ Ο Σ Ε.

P L O T I N I

E N N E A D. S E C V N D AE

LIBER V.

ΠΕΡΙ τοῦ ὁ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ.

De eo quod in potentia, & de eo quod in actu.

1. Quod dicitur eſſe in potentia, refertur ad illud quod in actu: Ipſa potentia refertur ad actũ.

DICI ſolet aliquid in potẽtia, aliquid rurſus in actu, aliquid etiam in rerum ordine eſſe actus. Conſiderandũ igitur quidnam ſit quod in potentia: quidue quod in actu, & nunquid idem ſit omnino eſſe in actu, atque ipſe actus. Item ſi quid eſt actus, num ſit etiam & in actu, an potius vtrunq; ſit differens, adeò vt quod actu eſt, non neceſſarium ſit actum quoque exiſtere.

ΛΕΓΕΤΑΙ τὸ μὲν δυνάμει, τὸ δὲ ἐνεργείᾳ εἶναι· λέγεται δέ τι καὶ ἐνέργεια ἐν τοῖς οὖσι. σκεπτέον οὖν, τί τὸ δυνάμει, καὶ τί τὸ ἐνεργείᾳ. ἆρα τὸ αὐτὸ ὢ ἐνεργείᾳ εἶναι ἡ ἐνέργεια; καὶ εἴ τί ἐστιν ἐνέρ-
A γεια, τοῦτο καὶ ἐνεργείᾳ, ἢ ἕτερον ἑκάτερον; καὶ τὸ ἐνεργείᾳ ὂν, οὐκ ἀνάγκη καὶ ἐνέργειαν εἶναι; ὅτι μὲν

ὅτι μὲν οὖν ἐν τοῖς αἰσθητοῖς τὸ δυνάμει, δῆ- A
λον· εἰ δὲ καὶ ἐν τοῖς νοητοῖς, σκεπτέον. ἢ ἐκεῖ τὸ
ἐνεργείᾳ μόνον καὶ εἰ ἔστι τὸ δυνάμει, δυνά-
μει μόνον ἀεὶ, κἂν ἀεὶ ᾖ οὐδέποτε ἂν ἔλθοι, εἰς
ἐνέργειαν. οὐ τῷ χρόνῳ ἐξείργεσθαι. ἀλλὰ τί
ἐστι τὸ δυνάμει, πρῶτον λεκτέον. εἰ δὴ τὸ
δυνάμει ὂν δεῖ μὴ ἁπλῶς λέγεσθαι· οὐ γὰρ
ἔστι τὸ δυνάμει, μηδενὸς εἶναι· οἷον δυνά- B
μει ἀνδριὰς ὁ χαλκός. εἰ γὰρ μηδὲν ἐξ αὐτοῦ
μηδ' ἐπ' αὐτῷ, μηδ' ἔμελλε μηδὲν ἔ-
σεσθαι μεθ' ὃ ἦν, μηδ' ἐνεδέχετο γενέσθαι, ἦν
ἂν ὃ ἦν μόνον. ὃ δὲ ἦν, ἤδη παρῆν, καὶ οὐκ ἔμελ
λε. τί οὖν ἠδύνατο ἄλλο, μετὰ τὸ παρὸν αὐ-
τό; οὐ τοίνυν ἦν ἂν δυνάμει. δεῖ τοίνυν τὸ δυ-
νάμει τι ὂν, ἄλλο ἤδη τῷ τι, καὶ ἄλλο μετὰ
αὐτὸ δύνασθαι, ἤτοι μένον μετὰ τοῦ ἐκεῖ-
νο ποιεῖν, ἢ παρέχον αὐτὸ ἐκείνῳ ὃ δύναται C
φθαρὲν αὐτὸ, δυνάμει λέγεσθαι. ἄλλως γὰρ
τὸ δυνάμει ἀνδριὰς ὁ χαλκὸς, ἄλλως τὸ
ὕδωρ δυνάμει χαλκὸς, καὶ ὁ ἀὴρ πῦρ. τοιοῦ-
τον δὴ ὂν τὸ δυνάμει, ἆρα καὶ δύναμις λέ-
γοιτο ἂν πρὸς τὸ ἐσόμενον; οἷον ὁ χαλκὸς, δύ-
ναμις τοῦ ἀνδριάντος; ἢ εἰ μὲν ἡ δύναμις κα-
τὰ τὸ ποιεῖν λαμβάνοιτο, οὐδαμῶς. οὐ γὰρ ἡ
δύναμις ἡ κατὰ τὸ ποιεῖν λαμβανομένη, λέ D
γοιτο ἂν δυνάμει. εἰ δὲ τὸ δυνάμει μὴ μό-
νον πρὸς τὸ ἐνεργείᾳ λέγεται, ἀλλὰ καὶ πρὸς
ἐνέργειαν, εἴη ἂν καὶ δύναμις δυνάμει. βέλ-
τιον δὲ καὶ σαφέστερον, τὸ μὲν δυνάμει πρὸς
τὸ ἐνεργείᾳ, τὴν δὲ δύναμιν πρὸς ἐνέργει-
αν λέγειν. τὸ μὲν δὴ δυνάμει τοιοῦτον,
ὥσπερ ὑποκείμενόν τι πάθεσι, καὶ μορφαῖς,
καὶ εἴδεσιν ἃ μέλλει δέχεσθαι καὶ πέφυκεν, E
ἢ καὶ σπεύδει ἐλθεῖν, καὶ τὰ μὲν ὡς πρὸς τὸ
βέλτιον, τὰ δὲ πρὸς τὰ χείρω καὶ λυμαν-
τικὰ αὐτῶν, ὧν ἕκαστον καὶ ἐνεργείᾳ ἐστὶν ἄλλο.

ΠΕΡΙ δὲ τῆς ὕλης σκεπτέον, εἰ ἕτερόν τι οὖ-
σα ἐνεργείᾳ, δυνάμει ἐστὶ πολλὰ περὶ ἃ μορ
φοῦται· ἢ οὐδὲν ἐνεργείᾳ. καὶ ὅλως, καὶ τὰ
ἄλλα ἃ λέγομεν δυνάμει, λαβόντα τὸ εἶ-
δος καὶ μένοντα αὐτὰ, ἐνεργείᾳ γίνεται.
ἢ τὸ ἐνεργείᾳ κατὰ τοῦ ἀνδριάντος λεχθήσε- F
ται, ἀντιτιθεμένου * μόνου τοῦ ἐνεργείᾳ ἀν-
δριάντος πρὸς τὸν δυνάμει ἀνδριάντα,
ἀλλ' οὐ τοῦ ἐνεργείᾳ κατηγορουμένου κατ' ἐ-
κείνου, καθ' οὗ τὸ δυνάμει ἀνδριὰς ἐλέγετο. εἰ
δὴ οὕτως, οὐ τὸ δυνάμει, γίνεται ἐνεργείᾳ, ἀλλ'
ἐκ τοῦ δυνάμει ὄντος πρότερον, ἐγένετο τὸ ἐνερ-
γείᾳ ὕστερον. καὶ γὰρ αὐτὸ ἐνεργείᾳ ὂν, τὸ συναμ-
φότερον, οὐχ ἡ ὕλη· τὸ δὲ εἶδος τὸ ἐπ' αὐτῇ καὶ τοῦ- G
το μὲν, εἰ ἑτέρα γίγνοιτο οὐσία, οἷον ἐκ χαλκοῦ
ἀνδριάς· ἄλλη γὰρ οὐσία, ὡς τὸ συναμφότερον,
ὁ ἀνδριάς. ἐπὶ δὲ τῶν ὅλως οὐ μενόντων, φα-
νερὸν ὡς τὸ δυνάμει παντάπασιν ἕτερον ἦν.

* μόνον.

A Esse igitur in genere sensibili aliquid in potẽtia, perspicuũ est: vtrũ omnino, & in genere intelligibili aliquid in potentia sit, est inquirendũ. An fortè ibi solùm sit quod est in actu: & si quid forsan ibi sit in potentia, num in potẽtia solùm semper, siquidẽ sit & semper: neq; unquã procedat in actum, propterea quòd tempore minimè peragatur. Verùm primò exponendum est, quid sit quod esse dicitur in potentia: siquidem B quod in potentia est, non simpliciter est dicendũ. Non enim fieri potest, vt quod in potẽtia dicitur, ad aliud quicquã minimè referatur: sicut æs potentia dicitur ad statuam faciendam: alioquin si neq; quicquam ex ipso, neq; in ipso faciendum foret, neque futurum esset aliquid vltra id quod erat, neque possibile foret aliquid vltrà fieri, esset vtique quod erat tantùm. Quod autem erat iam & aderat, neque futurum erat quicquam. Quidnam igitur posset aliud præter id ipsum præsens? Itaq; dici nõ poterat in po C tentia esse. Oportet igitur quod est aliquid in potentia, & iam aliquid actu, ex eo in potẽtia dici, quòd aliquid præterea aliud fieri possit, siue quodãmodo ipso priori manẽte, siue præbente seipsum ei quod inde fieri potest, adeò vt quod prius fuerat, pereat. Aliter enim æs est in potentia statua, aliter autẽ aqua est in potentia æs, & aer similiter ignis. Quod igitur sic in potentia est, nunquid etiam esse potentia quædã dicitur D ad futurum? ceu si æs dicatur potẽtia quædam statuæ? Fortè si potentia secundũ effectionẽ accipiatur, nullo modo ita dicendum. Non enim potentia secundũ effectionem considerata esse dicitur in potentia. Sin autẽ quod in potentia est non tantùm ad id quod in actu est referatur, sed ad ipsum quoq; actũ, erit vtiq; & potẽtia in potentia. Rectius autem atq; apertius referre quis potest, quod quidem in potentia est, ad id quod est in actu, ipsam verò potẽtiam ad ipsum E similiter actum. Sanè quod est in potẽtia, eiusmodi est, velut subiectum quoddã passionibus atq; formis & speciebus, quas suscepturum est suapte natura, vel etiam ad consequendas properat, & partim quidem ad melius, partim verò ad deteriora peremptoriaque eorum, quorum quodlibet aliud quoque est actu.

DE materia verò perscrutandum est, an aliud quiddam existens actu, sit insuper in potẽtia ad illa quibus ipsa formatur, vel potius nihil in F actu. Atq; omnino & alia quæ dicimus in potẽtia, videlicet accipiẽtia speciẽ atq; manentia eadem, in actu fiũt. Forsan verò ipsum quod est in actu, de statua dicetur: ita videlicet, vt ipsum quod est actu statua, opponatur ei quod fit in potẽtia statua: neq; tamẽ ipsum qđ est in actu, prædicetur de illo de quo ipsum quod in potẽtia statua dicebatur. Si itaq; sic, neq; id quod in potentia, fit quod in actu, sed ex illo quod in potentia prius erat, fit quod posterius est in actu. G Etenim ipsum quod in actu existens dicitur, cõpositum ipsum est, non autem materia: reliquum verò est quod species est in ipsa. Atque id quidem ita se habet, si altera quædam fiat essentia, velut ex ære statua: altera enim essentia statua est. velut coniunctum. In illis autem quæ nullo modo permanẽt, manifestum est, illud quod in potentia dicitur, alterum penitus esse.

II
Vbi ex potentia & actu fit tertia res cõposita subiectum quidem esse dicitur in potẽtia, compositum verò in actu. Sed forma dicitur actus nõ simpliciter, sed subiecti. Vbi verò non fit res tertia, idẽ quod dicebatur in potẽtia, mox dicitur in actu existere.

At quando qui potentia grammaticus eſt,euadit actu grammaticus, hic illud quod in potentia cur non idem ſit,atque id quod exiſtit actu? Idem nanque Socrates & qui ſapiens potentia & qui actu ſapiens. Nunquid igitur & qui ignorans eſt,eſt & ſciens? Potentia nanq; ſciens erat: Imò verò ſecundum accidens homo inſcius ſit ſciens. Non enim qua ratione inſcius, eſt in potentia ſciens,ſed accidit ei ut inſcius eſſet. Anima verò ſecundum ſeipſam exiſtens apta, in potentia perdurat etiam quatenus eſt ſciens, ſeruatq; adhuc quod dicitur in potentia: adeo vt qui iam eſt grammaticus, non deſinat potentia eſſe grammaticus. Neque fortè quicquam prohibet aliter id atque aliter ſe habere. Illic enim in potentia ſolùm dicitur: hic autem in potentia ſpeciem iam habente. Si igitur quod in potentia dicitur,eſt ſubiectū,quod autē in actu,eſt cōiunctū,velut ſtatua, ſpecies quæ fit ære quomodo nuncupabitur? Fortè non alienum eſt actum cognominare ſecundum quem in actu eſt ſubiectum,nō autem in potentia ſolùm, cognominare inquam formam ſpeciemq; nō ſimpliciter actum,ſed potius huius actum. Quoniam & actum quedam alium ratione magis præcipua poſſumus nominare:actum videlicet oppoſitum illi potentiæ quæ educit in actum. Quod enim in potentia dicitur, ab alio id ipſum accipit,quod fiat in actu: potentia verò illa per quam aliquid agi poteſt, ex ſe ipſa edit actū ſibi quodammodo oppoſitum velut habitus, & qui ſecundum illum actus dicitur, fortitudo ſcilicet,atq; fortiter agere. Sed de his hactenus.

III In mūdo intelligibili nō eſt aliquid ad aliud in potētia, quā uis ſit ibi potentia quædam, ſed ita ſemper in actu, ut totū dicatur actus exiſtere

CVIVS autem gratia hæc prædicta ſunt, in præſentia nobis eſt explicandum. Huc itaque tendebant omnia, quo planè conſiderare mus, quonam pacto in mundo intelligibili id ipſum,quod eſt in actu, ſit dicendum: atque vtrum ibi ſolùm ſit quod dicitur eſſe actu,an etiam vnumquodq; ſit actus:ac ſi omnia ibi ſunt actus, quánam ratione ſit ibi, quod eſſe in potentia nominatur. Profectò ſi ibi neq; materia eſt,in qua id ipſum conſiſtit, quod eſſe dicitur in potentia, neque quicquam illorum aliquid, quod non iam ſit,eſt futurum, neque permutatur in aliud,neque manens ipſum ex ſe generat aliud, neque à ſeipſo digrediens tradit alteri vt ipſius ſit vice:certè non erit illic quod eſſe dicitur in potentia : vbi entium regnum eſt, non temporalium,ſed æternorum. Si quis igitur ponentes in intelligibili mundo materiam, percontetur, quomodo poſſit ibi eſſe materia,ſi nō ſit ibidem ſecundum materiam illam quod eſſe in potentia iudicatur(etenim ſi alio modo ibi ſit materia, attamen in quolibet aliud quidem tanquam materia erit,aliud tanquam ſpecies,aliud verò coniunctū) quidnam reſpondebunt? Fortè quod ibi materia dicitur ſpecies eſſe,quando & anima ſpecies quidem eſt in ſe, ad aliud verò materia. Num igitur ad illud in potētia eſt? nequaquam. Species enim eſt ipſius,neq; ſpecies in futurum, neque aliter quàm ratione diſtinguitur,atque ita materiam habet quaſi duplex conſideratum:ſed ambo una natura, quemadmodum & Ariſtoteles, quantum corpus immateriale corpus aſſeruit. At verò de anima quid dicemus? In potentia enim animal eſt, quando nondum natum eſt animal,ſed naſciturum. Item in potentia muſica eſt,& alia ſimiliter quotcunque efficitur aliquãdo,neq; eſt ſemper.

Quapropter

A ἀλλ᾽ ὅταν ὁ δυνάμει γραμματικὸς, ἐνεργείᾳ γένηται, ἐνταῦθα τὸ δυνάμει, πῶς οὐ καὶ ἐνεργείᾳ τὸ αὐτό; ὁ γὰρ δυνάμει σοκράτης, ὁ αὐτὸς καὶ ἐνεργείᾳ σοφός. ἆρα οὖν καὶ ὁ ἀνεπιστήμων ἐπιστήμων; δυνάμει γὰρ ἦν ἐπιστήμων. ἢ κατὰ συμβεβηκὸς ὁ ἀμαθὴς ἐπιστήμων; οὐ γὰρ ᾗ ἀμαθὴς δυνάμει ἐπιστήμων· ἀλλὰ συμβέβηκει αὐτῷ ἀμαθεῖ εἶναι, B ἡ δὲ ψυχὴ καθ᾽ ἑαυτὴν ἔχουσα, τὸ δυνάμει ἦν, ᾗ περ καὶ ἐπιστήμων, ἔτι οὖν σώζει τῷ δυνάμει· καὶ δυνάμει γραμματικὸς, ἤδη γραμματικὸς ὤν. ἢ οὐδὲν κωλύει καὶ ἄλλον τρόπον, ἐκεῖ μὲν δυνάμει μόνον, ἐνταῦθα δὲ τῆς δυνάμεως ἐχούσης τὸ εἶδος. εἰ οὖν ἐστὶ τὸ μὲν δυνάμει τὸ ὑποκείμενον, τὸ δὲ ἐνεργείᾳ τὸ συναμφότερον, ὁ ἀνδριὰς, τὸ εἶδος C τὸ ἐπὶ τοῦ χαλκοῦ, τί ἂν λέγοιτο; ἢ οὐκ ἄτοπον τὴν ἐνέργειαν καθ᾽ ἣν ἐνεργείᾳ ἐστὶ, καὶ οὐ μόνον δυνάμει τὴν μορφὴν καὶ τὸ εἶδος λέγειν, οὐχ ἁπλῶς ἐνέργειαν, ἀλλὰ τοῦδε ἐνέργειαν· ἐπεὶ καὶ ἄλλην ἐνέργειαν τάχα κυριώτερον ἂν λέγοιμεν, τὴν ἀντίθετον τῇ δυνάμει τῇ ἐπαγούσῃ ἐνέργειαν. τὸ μὲν γὰρ δυνάμει, τὸ ἐνεργείᾳ ἔχειν παρ᾽ ἄλλου· τῇ δὲ δυνάμει, ὃ δύναται παρ᾽ αὐτῆς ἡ ἐνέργεια, οἷον D ἕξις, καὶ ἡ κατ᾽ αὐτὴν λεγομένη ἐνέργεια, ἀνδρία, καὶ τὸ ἀνδρίζεσθαι. ταῦτα μὲν οὖν οὕτως.

ΟΥ͂ δὲ ἕνεκα ταῦτα προείρηται, νῦν λεκτέον. ἐν τοῖς νοητοῖς, πῶς ποτε τὸ ἐνεργείᾳ λέγεται καὶ ἐνεργείᾳ μόνον * ἢ καὶ ἐνεργείᾳ ἕκαστον· καὶ εἰ ἐνέργεια πάντα, καὶ εἰ τὸ δυνάμει κἀκεῖ. εἰ δὲ μήτε ὕλη ἐκεῖ ἐν ᾗ τὸ δυνάμει, μήτε τι μέλλει τῶν ἐκεῖ ὃ μὴ ἤδη ἐστὶ, μηδ᾽ ἔτι E μεταβάλλον εἰς ἄλλο, ἢ μένον ἕτερόν τι γεννᾷ, ἢ ἐξιστάμενον ἑαυτοῦ ἔδωκεν ἄλλῳ ἀντ᾽ αὐτοῦ εἶναι, οὐκ ἂν εἴη ἐκεῖ τὸ δυνάμει, ἐν ᾧ ἐστὶ τῶν ὄντων, καὶ αἰῶνα οὐ χρόνον ἐχόντων. εἴ τις οὖν καὶ ἐπὶ τῶν νοητῶν, τοὺς τιθεμένους κἀκεῖ ὕλην ἔροιτο, εἰ μὴ κἀκεῖ τὸ δυνάμει κατὰ τὴν ὕλην τὴν ἐκεῖ· καὶ γὰρ εἰ ἄλλον τρόπον ἡ ὕλη, ἀλλ᾽ ἔσται ἐφ᾽ ἑκάστου, τὸ μὲν ὡς ὕλη, τὸ F δὲ ὡς εἶδος, τὸ δὲ συναμφότερον, τί ἐροῦσιν; ἢ καὶ τὸ ὡς ὕλη ἐκεῖ εἶδός ἐστιν, ἐπεὶ καὶ ἡ ψυχὴ εἶδος ὢν, πρὸς ἕτερον ἂν εἴη ὕλη. οὐκ οὖν πρὸς ἐκεῖνο καὶ δυνάμει; ἢ οὔ· εἶδος γὰρ * οὖν αὐτῆς, καὶ οὐκ εἰς ὕστερον καὶ τὸ εἶδος, καὶ οὐ χωρίζεται δὲ, ἀλλ᾽ ἢ λόγος καὶ οὕτως ὕλην ἔχον, ὡς διπλοῦν νοούμενον ἄμφω δὲ μία φύσις, οἷον καὶ ἀριστοτέλης φησὶ, τὸ πέμπτον σῶμα ἄϋλον εἶναι. περὶ δὲ ψυχῆς, πῶς ἐροῦμεν; δυνάμει G γὰρ ζῶον, ὅταν μήπω, μέλλει δέ. καὶ μουσικὴ δυνάμει καὶ τὰ ἄλλα ὅσα γίνεται οὐκ ἀεὶ ὄντα.

* ἰδίᾳ

* ἦν

A ὥς τε καὶ ἐν νοητοῖς τὸ δυνάμει, ἢ οὐ δυνάμει ταῦτα. ἀλλὰ δύναμις ἡ ψυχὴ τούτων· τὸ δὲ ἐνεργείᾳ, πῶς ἐκεῖ; ἆρα ὡς ὁ ἀνδριὰς τὸ συναμφότερον ἐνεργείᾳ, ὅτι τὸ εἶδος ἕκαστον ἀπείληφεν, ἢ ὅτι εἶδος ἕκαστον καὶ τέλειον ὅ ἐστι; νοῦς γὰρ, οὐκ ἐκ δυνάμεως τῆς κατὰ τὸ, οἷόν τε νοεῖν, εἰς ἐνέργειαν τοῦ νοεῖν· ἄλλου γὰρ ἂν προτέρου τοῦ οὐκ ἐκ δυνάμεως δέοιτο, ἀλλ' ἐν αὐτῷ τὸ πᾶν.

B τὸ γὰρ δυνάμει, βούλεται ἑτέρου ἀπελθόντος εἰς ἐνέργειαν ἄγεσθαι, ἵνα ἐνεργείᾳ γίγνηταί τι. * ὃ δ' αὖ τὸ παρ' αὐτοῦ τὸ ἀεὶ οὕτως ἔχει, τοῦτο ἐνέργεια ἂν εἴη. πάντα οὖν τὰ πρῶτα, ἐνέργεια· ἔχει γὰρ ὃ δεῖ ἔχειν, καὶ παρ' αὐτῶν, καὶ ἀεί. καὶ ψυχὴ δὴ οὕτως, ἡ μὴ ἐν ὕλῃ, ἀλλ' ἐν τῷ νοητῷ. καὶ ἡ ἐν ὕλῃ δὲ, ἄλλη ἐνέργεια, οἷον * ἡ φυσική· ἐνέργεια

C γὰρ καὶ αὕτη ὅ ἐστιν. ἀλλ' ἐνεργείᾳ μὲν πάντα, καὶ οὕτως, * ἐνέργεια δὲ πάντα; ἢ πῶς; εἰ δὴ καλῶς εἴρηται ἐκείνη ἡ φύσις ἄγρυπνος εἶναι, καὶ ζωὴ, καὶ ζωὴ ἀρίστη, καὶ κάλλισται ἂν εἶεν ἐκεῖ ἐνέργειαι. καὶ ἐνεργείᾳ ἄρα, καὶ ἐνέργεια τὰ πάντα, καὶ ζωαὶ τὰ πάντα. καὶ ὁ τόπος ὁ ἐκεῖ, τόπος ἐστὶ ζωῆς, καὶ ἀρχὴ καὶ πηγὴ ἀληθῶς ψυχῆς τε καὶ νοῦ.

ἐδ' αὐτό. ἡ φυτική. ἐνεργεῖ δὲ πάντα.

D ΤΑ μὲν οὖν ἄλλα πάντα ὅσα δυνάμει τί ἐστιν, ἔχει καὶ τὸ ἐνεργείᾳ εἶναι ἄλλο τι, ὃ ἤδη ὂν, πρὸς ἄλλο δυνάμει εἶναι λέγεται. περὶ δὲ τῆς λεγομένης εἶναι ὕλης, ἣν πάντα δυνάμει λέγομεν τὰ ὄντα, πῶς ἐστιν εἰπεῖν ἐνεργείᾳ τι τῶν ὄντων εἶναι; ἤδη γὰρ οὐ πάντα τὰ ὄντα δυνάμει ἂν εἴη. εἰ οὖν μηδὲν τῶν ὄντων, ἀνάγκη μηδ' ὂν αὐτὴν εἶναι. πῶς οὖν

E ἂν ἐνεργείᾳ τις εἴη, μηδὲν τῶν ὄντων οὖσα; ἀλλ' οὐδὲν τῶν ὄντων ἂν εἴη τούτων, ἃ γίνεται ἐπ' αὐτῆς. ἄλλο δέ τι οὐδὲν κωλύει εἶναι, εἴπερ μὴ δὲ πάντα τὰ ὄντα ἐπὶ τῇ ὕλῃ. ἡ μὲν δὴ, οὐδέν ἐστι τούτων τῶν ἐπ' αὐτῇ, ταῦτα δὲ ὄντα, μὴ ὂν ἂν εἴη. οὐ μὲν δὴ, ἀνείδεόν τι φανταζομένη εἶδος ἂν εἴη· οὐ τοίνυν οὐδ' ἐν ἐκείνοις ὂν, συναριθμηθείη. μὴ ὂν ἄρα καὶ ταύτῃ ἔσται. ἐπ' ἄμφω ἄρα μὴ ὂν οὖσα, * πλεῖον καὶ

F μὴ ὂν ἔσται. εἰ δὴ πέφευγε μὲν τὴν τῶν ὡς ἀληθῶς ὄντων φύσιν, οὐ δύναται δὲ * ὑφικέσθαι, οὐ δὲ τῶν ψευδῶς λεγομένων εἶναι, ὅτι μὴ δὲ ἴνδαλμα λόγου ἐστὶν ὡς ταῦτα, ἐν τίνι τὸ εἶναι ἂν ἁλοίη; εἰ δὲ ἐν μηδενὶ τῷ εἶναι, τί ἂν ἐνεργείᾳ εἴη;

πλειόνως, ἐφικέσθαι.

ΠΩΣ οὖν λέγομεν περὶ αὐτῆς; πῶς δὲ τῶν ὄντων ὕλη; ἢ ὅτι δυνάμει. οὐκοῦν ὅτι ἤδη δυνάμει,

G ἤδη οὖν ἐστι καθὸ μέλλει; ἀλλὰ τὸ εἶναι αὐτῇ μόνον, τὸ μέλλον ἐπαγγελλόμενον· οἷον τὸ εἶναι αὐτῇ εἰς ἐκεῖνο ἀναβάλλεται, ὃ ἔσται. τὸ τοίνυν δυνάμει, οὔ τι, ἀλλὰ δυνάμει πάντα.

Quapropter in genere intelligibili sic erit: qđ in potentia dici solet. Verùm anima non est hæc in potētia, imò verò anima horũ est potestas. Quod autem in actu esse nominari solet, quánam ratione apud superos esse potest? Num quid sicut statua velut compositum est in actu, sic & ibi, quoniam intelligibile quodlibet suam possidet speciem, vel potius quoniam quodlibet species est, atque ipsum quod est, species est perfecta? Intellectus enim nequaquam ex potentia quæ intelligere possit in actum prodit intelligendi: alioquin alio quodam priore opus huic esset quod ex potentia non prorumpat in actum: sed totũ iam possideat in seipso. Quod enim in potētia est, exigit alterũ, quo accedēte perducatur ad actũ, vt aliquid tandē fiat in actu. Quod autē ipsum à seipso semper ita se habet, est actus. Itaq; omnia prima actus existũt: habent enim quicquid oportet habere, atq; id quidē & à seipsis & semper. Iam verò & anima ita se habet, præcipuè quæ non in materia est, sed in intelligibili mundo. Atqui & quæ in materia est, actus est alius, scilicet vegetalis: actus enim & ipsa hoc ipsum quod existit. Sed enim in actu sint omnia, atque ita, nunquid etiam actus sunt omnia? & qua ratione? Nempe si rectè dictum est, intelligibilem naturam esse peruigilem & vitā, optimamq; vitam: optimi proculdubio ibi sunt actus. Ideoque & in actu & actus ibi cuncta consistunt, & vitæ sunt omnis. Locusq; ille locus est vitæ, principiumque & fons animæ veræ atque mentis.

IIII *Materia prima nõ est aliquid in actu*

CÆTERA quidem omnia quæcunq; aliquid in potentia sunt, id habent vt etiam in actu aliud quiddam sint. Quod quidem cum iam sit, vergatque ad aliud, esse in potentia iudicatur. At verò materiam ipsam quam esse entia omnia in potentia iudicamus, quánam conditione esse actu entium aliquid possumus affirmare? Alioquin non iam entia cuncta in potentia foret. Si igitur entium nullum est, necesse est neque ens quidem ipsam esse. Itaque cum nullum sit entium, quomodo aliquid actu esse poterit? Forsan verò nullum est horum quæ in ipsa fiunt. Quid tamen prohibet hanc aliud quiddam esse? siquidem neq; omnia entia in materia sunt. Profectò si nihil sit eorum quæ sunt in ipsa, hæc verò sint entia, non ens dicetur. Itē quatenus informe aliquid cogitatur, non est species: neque igitur in illis quidem velut ens numerabitur. Ergo & hac insuper ratione non ens iudicabitur. Cùm igitur ad vtraque comparata non sit ens, plus nimirum non ens censetur. Si ergo aufugit quidem verorum naturam entium, neque tamē id assequi potest, vt ex horum numero sit, quæ falsò esse dicuntur, quandoquidem neque imago quidem rationis est, sicut hæc esse traduntur: in quonam essendi genere hæc apprehendi poterit? Quòd si in nullo, quidnam actu esse valebit?

V *Confirmat superiora, et concludit esse materiæ nihil aliud dici debere, quàm in potentia esse.*

CÆTERVM si ita est, quomodo de ipsa loquimur? & qua conditione entium materia iudicatur? Fortè quoniam in potentia. Nonne igitur quoniā iam in potētia, iā & est, quà ratione in ea futurũ cōsideratur? At enim esse ipsi solũ est id ipsum qđ futurũ pmittitur: quippe cũ esse ipsius in illud quod erit referatur atq; differatur. Quod igitur in potentia est, non quidem ali-

quid, imò cuncta: neq; secundum seipsum ens aliquod est, sed ipsum quod est, materia est, merito non est in actu. Si enim aliquid sit in actu, id ipsum, quod in actu est, non erit materia: non igitur omnino materia erit, sed tanquam ens se habebit: Iudicabitur igitur id non ens, non tanquam alterum ab ente quicquam, velut motus. Hic enim adhæret enti vtpote qui ab ipso est, atque in ipso. Hæc autem est quasi reiecta ac penitus segregata, neque permutare seipsam valet: sed quod ab initio erat, erat autem non ens, ita sese semper habet. Sed neque ab initio erat actu quicquam, vtpote ab entibus cunctis valdè deficiens: neque etiam facta est quicquam. Nam quæ subinduere perpetuò studuit, ab his colorari nũquam potuit: sed assiduè remanet vergens ad aliud, in potentia se habens ad ea continuè quæ sequuntur. Cumq;, vbi entium ordo desinit, hæc iam appareat atque ab his quæ post ipsam fiunt coerceatur, nimirum illorum simul atque horum extremitas subsidet: & cùm vtrisq; coerceatur, in actu quidem est ad neutrum: solùm verò residet in potentia, relictaq; est debile quiddam & vmbratile simulachrum formari non valens. Nonne igitur in actu simulachrum est? Nonne igitur in actu falsitas est? Id verò idem est atq; reuera falsitas, atq; id enter, id est, reuera nõ ens. Si ergo in actu nõ ens, magis itaq; nõ ens: atq; non ens enter. Longè itaq; abest, vt hoc in actu sit aliquid entiũ, quod in ipso nõ ente suam retinet veritatem. Quamobrẽ si ipsum oportet esse, oportet ipsum in actu non esse, vt id, quod est verè, esse deuitans, in ipso nõ esse suũ habeat esse: quãdoquidem si ab his quæ falsò sunt abstuleris falsitatem, repentè quamcunque habuerant essentiam abstulisti. Similiter si illis quæ in potentia esse essentiamque habent introduxeris, actum simul substantiæ suæ causam sustulisti: propterea quòd eorum esse erat in potentia esse. Itaque si oportet materiam incorruptibilem conseruare, necesse est eam seruare materiam. Oportet igitur, vt apparet, eam dicere solùm in potentia esse, vt id ipsum quod est permaneat, aut rationes eiusmodi accuratè discutere.

A τε· μηδὲν γὰρ ὂν καθ' αὑτό, ἀλλ' ὅ ἐστιν ὕλη ὄν, οὐ
γὰρ ἐνέργειά ἐστιν. εἰ γὰρ ἔσται τι ἐνεργείᾳ, ἐκεῖνο
ὅ ἐστιν ἐνεργείᾳ, οὐχ ἡ ὕλη ἔσται· οὐ πάντη οὖν
ὕλη, ἀλλὰ οἷον χαλκός. εἴη ἂν οὖν τοῦτο μὴ ὄν,
οὐχ ὡς ἕτερον τοῦ ὄντος, οἷον κίνησις· αὕτη γὰρ καὶ
ἐποχεῖται τῷ ὄντι, οἷον ἀπ' αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ οὖ-
σα. ἡ γὰρ ἐστιν, οἷον ἐκριφεῖσα, καὶ πάντη χωρισ-
θεῖσα, καὶ μεταβάλλειν ἑαυτὴν οὐ δυναμένη,
ἀλλ' ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ἦν, μὴ ὂν γὰρ ἦν, οὕτως ἀεὶ ἔ-
B χουσα. οὔτε γὰρ ἦν ἐξ ἀρχῆς ἡ ἐνέργειά τι ἀποστᾶ-
σα τῶν πάντων τῶν ὄντων, οὔτε ἐγένετο. ἃ γὰρ ὑπο-
δῦναι ἠθέλησεν, οὐ γὰρ χρωσθῆναι ἀπ' αὐτῶν
δεδύνηται· ἀλλὰ μένουσα πρὸς ἄλλο, δυνά-
μει οὖσα πρὸς τὰ ἐφεξῆς. τῶν δ' ὄντων ἤδη
παυσαμένων ἐκείνων, φανεῖσα, ὑπό τε τῶν μετ'
αὐτὴν γινομένων καταληφθεῖσα, ἔσχατον καὶ
τούτων κατέστη. ὑπ' ἀμφοτέρων οὖν καταλη-
φθεῖσα, ἐνεργείᾳ μὲν, οὐδ' ἑτέρων ἂν εἴη· δυ-
νάμει δὲ εἶναι μόνον ἐγκαταλέλειπται εἶναι
C ἀσθενές τι καὶ ἀμυδρὸν εἴδωλον, μὴ μορφοῦσ-
θαι δυνάμενον. οὐκοῦν ἐνεργείᾳ εἴδωλον;
οὐκοῦν ἐνεργείᾳ ψεῦδος; τοῦτο γὰρ ταὐτὸν * ἀ-
ληθινὸν ψεῦδος· τοῦτ' δὲ ὄντως μὴ ὄν. εἰ οὖν
ἐνεργείᾳ μὴ ὄν, μᾶλλον μὴ ὄν· καὶ ὄντως ἄρα
μὴ ὄν. πολλοῦ ἄρα δεῖ αὐτῷ ἐνεργείᾳ τι τῶν ὄν-
των εἶναι, τὸ ἀληθὲς ἔχοντι. ἐν τῷ μὴ ὄντι. εἴ-
περ ἄρα δεῖ αὐτὸ εἶναι, δεῖ αὐτὸ ἐνεργείᾳ
μὴ εἶναι, ἵνα ἐκβεβηκὸς τοῦ ἀληθῶς εἶναι, ἐν
D τῷ μὴ εἶναι ἔχῃ τὸ εἶναι· ἐπείπερ τοῖς ψευ-
δῶς οὖσιν, ἐὰν ἀφέλῃς τὸ ψεῦδος αὐτῶν, ἀ-
φεῖλες αὐτῶν, ἣν εἶχον οὐσίαν. καὶ τοῖς δυ-
νάμει τὸ εἶναι καὶ τὴν οὐσίαν ἔχουσιν, εἰσαγαγὼν
τὴν ἐνέργειαν, ἀπολώλεκας αὐτῶν τῆς ὑποστά-
σεως τὴν αἰτίαν, ὅτι τὸ εἶναι αὐτοῖς ἐν δυνά-
μει ἦν. εἴπερ ἄρα δεῖ ἀνώλεθρον τὴν ὕλην
τηρεῖν, ὕλην αὐτὴν δεῖ τηρεῖν. δεῖ ἄρα δυνά-
μει ὡς ἔοικεν εἶναι λέγειν μόνον, ἵνα ᾖ ὅ ἐστιν, ἢ
τούτους τοὺς λόγους ἐξελεγκτέον.

* τῷ ἀληθινῶς.

MARSILII FICINI IN LIB. VI. SECVNDAE ENNEADIS DE ESSENTIA ET QVALITATE, COMMENTARIVS.

SVMMA TOTIVS LIBRI.

De essentia, quomodo constituatur ex ente, motu, statu, eodem altero, &, quæ ibi sit distinctio, & de forma substantiali, & ratione formali, & de accidentibus.

DISPVTATIONEM de essentia & qualitate ritè admodũ à prima exordimur essentia. Illic igitur ab ipso simpliciter vno procedit, & vnũ non quidẽ simpliciter, sed vnũ ens: vnũ quidẽ qua ratione fit ab vno, ens autẽ qua ratione sub vno. Quoniã verò entis ipsius origo est processio quædã, nõ iniuria iam natũ in perpetua quadã processione versatur, processione inquã intima. Progressio enim intima fœcunditatẽ ibi significat: sed indigentiã externa significaret. Processionẽ eiusmodi motum quendam nominare solemus, quem non localem dicimus, sed quasi vitalem. Si motus ibi est ullus, est insuper & diuersitas, quam alteritatem disputationis gratia nominari concedes. In omni siquidem motione ab altero termino in alterum terminum pertrãsitur. Iam igitur ipsi enti motum alteritatemque adhibuimus. Quoniam verò processio eius neque à terra discedit sua, ideoque nec in naturam alteram transmutatur, meritò status & identitas illic agnoscitur: siquidem dum non discedit, permanet, ac dum non transmutatur in aliud, permanet idem·

Totam

Totam verò hanc entis ipsius progressionẽ, & in progressione stabilem identitatem appellamus essentiam, ab ente ritè denominatam. Simili quodam pacto in sequenti quauis essentia hæc quinque reperiuntur, ens, motus, alteritas, status (vt ita dixerim) & identitas. Nam & quælibet essentia etiã quæ procedit extrinsecùs ante processionem externã, simili quodã pacto procedit intrinsecùs. Hæc rursum quinq; in ipsa rei cuiuslibet ratione formali, quæ definitione comprehenditur, possumus designare: in ea enim genus & differentiam ponimus. Genere quidem res definita, quatenus cum alijs conuenit, cæteris est quodammodo eadem: differentia verò quatenus ab alijs discrepat, altera est ab illis, atque eadem interim sibi ipsi. In hac autem principali eius essentia per genus & differentiam designata, naturalis & propria eius permanet virtus, qua & res ipsa duratione permanet, & suam ad agendum continuat efficaciam. In hac stabilitate non solùm elucet status, sed motus insuper emicat, ipsa scilicet uel inclinatio naturalis, vel dexteritas ad agendum. Hæc omnia in definitione comprehendi videntur, quamuis alia forsan alijs manifestius. Proinde quinque à nobis enumerata, multò magis cum essentia quàm inter se conueniunt. Nam ex ipsa essentia potius quàm ex se inuicem pullulant. Primò quidem motus atque alteritas sic ab ipso ente differunt, ut processus à termino, à quo proceditur. Status idem identitásque quum motui alteritatiq; opponantur, aliud sunt, quàm ens: quod quidem eisdem non sic opponitur. Esse iterum aliud motum, quàm status, & identitatem, quàm alteritas nemò dubitat: siquidem opponuntur. Motum quoque ab alteritate differre constat ex eo: quòd status quoque est aliud quàm identitas. Potest enim aliquis sic in diuersitate, sicut identitate manere: non tamen hæc adeo ab essentia differunt. Quodlibet enim eorum est essentia, quamuis aliter atque aliter: præsertim si ex fundamento considerentur. Nam in fundamento eodem formalibus inter se rationibus differunt. Quamuis autem motus quodãmodo dicatur essentia, nõ tamen è conuerso essentia ipsa ipse motus existit: alioquin statui minimè conueniret: neque rursum essentia est status: sic enim motui non congrueret. Similiter de altero & eodem licet argumentari. Vna igitur essentia sit, in ea sint & multa: quæ non tam multæ sint essentiæ, quàm (ut ita dixerim) essentialia multa. Essentiales inquam rationes, & proprietates, & actus, fermè sicut in igne lux, calórque, & leuitas. Atqui (vt quidam putant) neque hæc, neque illa tanquam in subiecto qualitates sunt, sed tanquam actus quidam in agente principio, ex eodem penitus prodeuntes. Profectò quum prima essentia tanquam forma prima efficacissima fit, nimirum innumerabiles fermè vires essentiales, & actus ex ea pullulant, & in eam, ratione inter se formali & efficacia differentes: ibique omnes tanquam differentiæ quædam sunt, quæ sub vna essentia videntur essentias constituere, dum essentiales species ibi constituunt. Neque verò miraberis illic esse plura, quæ quidẽ inter se diuersa sint formaliter. quãuis fundamẽto sint unum, si considerabis quàm variæ sint membrorum seminariæ rationes in virtute seminis vna: & quã variæ vires in anima ex anima germinãtes, omnesq; simul. Item quãtum lineæ extra centrum inter se distent,, quæ tamen in centro non distant. Cogitabis sanè circulum, vt vnum aliquid, in cuius centro velut essentia & fundamento lineæ vnum sint, per ambitum verò quasi per formam multæ sint atque distantes: similiter primam finges essentiam. Quantum verò quæ in causa sunt coniuncta, sint in effectu discreta, nemini dubium. Nam quæ in causa non solũ sunt situ simul & tempore, sed essentia insuper una, in effectibus præter locorum distantiam & temporum interualla, essentijs insuper distinguuntur. Essentia nanque debilior non ita sicut prima potest eadem plurimis simul suppetere viribus, quæ multis insunt formis, neq; sufficere pluribus actionibus, quæ varijs proficiscuntur ex formis. Memento verò, quæ hìc de essentia & illis quinque dicuntur, tentari potius, quàm absolui. De his enim in libris de Generibus entis diligentius pertractabitur. Memento insuper, nullas in rebus diuinis qualitates propriò nòmine poni debere. Quæ enim ibi qualitates apparent, sunt & differentiæ speciales, quibus necessariò species ipsæ constituuntur atque discernuntur, & intimi perpetuiq; actus, essentiæ. Apud nos quoque differentias speciales: similesq; actus, non debere qualitates cognominari. Qualitates enim sunt, quæ speciali naturæ accedunt in se iam absolutæ, siue accedant inseparabiliter, ut proprietates quædam, speciem uel indiuiduum comitantes, siue separabiliter adueniant, ut quæ accidentia communia nominantur. Atque hæc quidem est appellatio recta, quamuis nonnunquam concedatur, primas illas differentias & proprietates intimas appellari qualitates quasdam essentiales. Vbi verò rectè nominibus utimur, calorem in aqua appellamus qualitatem atque passionem. Item calorem sensibus manifestum in ignis mole, etiam qualitatem scilicet propriam atque actum. Virtutem verò calefactoriam, siue caloris genitricem, quæ in natura ignis substantiali & quodammodo in definitione comprehenditur, non qualitatem, sed qualitatis productricem cognominamus. Existimandum est igitur, quicquid in ipsa ratione compræhenditur, substantiale siue essentiale prorsus existere: ipsam verò rationem hìc triplicem intelligimus: Primò quidem idealem in mente: Secundò seminalem in natura: Tertiò formalem ubicunque sit, quæ scilicet definitione perpenditur. Cui quidem in rebus naturalibus respondet substantialis forma, specialisq; in materia sua: in cuius virtute propriarum qualitatum consistit origo. Effectus autem sensibus manifesti, tanquã qualitates accipiunt, quæ in rationibus ipsis substantialia sunt. Hinc Plato in Epistolis ait, nòs in definiendo delinquere, quoties quid substãtiale sit in rebus definituri, aspicimus in ea & adhibemus ea, quæ sensibus nostris occurrunt. Hæc enim omnia sunt accidẽtia. Nam substãtia nõ tã sensu percipitur, quã ratione perquiritur, & cum substantialis forma nõ necessariò innitatur dimensioni, pleriq; hanc indiuiduã putant, & ad genus intelligibile redigunt. Quæ verò sensus palàm attingunt, non essentias esse Plotinus ait, sed passiones materiæ, ab efficacia essentialis formæ prouenientes, atque ita sensum inde pati quodammodo: rationem verò argumentari. Nemo itaque debet in aquæ definitione inserere frigus hoc, vel liquorem sensibus manifestum: tum quia frigidum atque liquidum, quale corpus hoc sit designant, non quid sit definiunt: tum quia etiamsi calefiat, aqua est: ac si concreta gelu, liquida non appareat, adhuc est aqua. Præterea quòd ex pluribus qualitatibus congregatur, non est substantia, vel essentia, vel ratio essentialis existimandũ. Vna enim unius est forma, ratióque formalis, accidentium cumulum antecedens. Absurdum verò est propriam ipsam rei naturã ex pluribus simul congerere qualitatibus, præsertim ubi quælibet earum seorsum sit communis: alioquin ex illis, quæ neque essentia sunt, & inferiora sunt nimium quàm essentia, conficeretur essentia. At si quis interroget, quomodo prima illa omnium essentia componatur, primò quidem respondetur, non oportere idem prorsus existere quod constituitur, atque illa ex quibus dicitur constitutum: Deinde non iniuria illam essentiam nominari, quæ conficiatur ex ente. quod quidem ibi sit primum, atque simpli

eius:cui dum adiunguntur actus ipsius varij,per quos differentiæ quædam intus suboriuntur, consumatur essentia
non quidem primo perfectior ente,scilicet quatenus essentia est:quippe quum ita sit processio quædam entis,siue di-
scessio interim ab vnitate prima sui,ipsum vnum præcipuè referente, partibusque quibus componitur egeat,si mo-
dò ibi compositio propriè dici possit. Hactenus de essentia ita sit dictum ad ens vnumq; collata. Quomodo autem ad
vitam comparetur & mentem, alibi requirendum.

Quid sit propriè in rebus essentia. Quid præterea qualitas.

II In capite libri secundo, quid qualitas sit inquirit, atq; vtrum ullo modo ad essentialem pertineat rationem.
Confitetur autem,non ad essentiam simpliciter acceptam,sed ad talem essentiam attinere. Si enim definias essen-
tiam ignis tanquam calefactiuam,meritò inseres ibi calorem:sed fortè ibi calor interea desinet propriè qualitas no-
minari. Sin autem absolutam definias ignis substantiam, quæ substantiam antecedit talem, non manifestè inter-
pones ibi calorem. Substantiam verò ignis,non corpus tantùm esse vult,sed corpus certa in specie collocatum. In
cuius quidem essentia præcipuum sit substantialis forma occulta sensui, & occultis prædita viribus:secundum verò
sit materia sua. Primum verò locum tenet forma,quoniam hæc rem in specie collocat,& dat esse materiæ: vocat
verò substantialem formam sæpe hîc & alibi,rationem:quia in primis rationi ideali seminariæq; respondet, perq;
ipsam res ipsa tum intelligitur,tum præcipuè definitur, & quia propriè ratione cognoscitur. Tangit interea non-
nullorum opinionem dicentium, quæ occurrunt sensibus qualitates, non esse firmum in se aliquid,sed plerunque
passiones quasdam suppositorum vel oppsitorum,illatas ab actionibus substãtialium formarum ubique latentium.
A quibus quicquid emicat assiduè in materiam propriam,esse formarum eiusmodi actus & actiones,ut calor & lu-
men leuitasq; in igne:quicquid autem inde transit in materiam alienam, passiones existere, sicut ab igne calor in
aquam. Repetit inter hæc quæ rei ipsius essentiam necessariò complent, non debere illic qualitates denominari si-
ue essentialem talem compleant,sicut calor essentiam calefactoriam:siue essentiam simpliciter,sicut differentia spe
cialis,vel prima virtus in igne antecedens quoque calorem Subiungit,neque triangulum,neque triangularitatem
ipsam in triangulo qualitatem,id est,accidens esse,sed ceræ vel chartæ triangularem fieri, qualitatis more contin-
gere. Concludit qualitatem proprio nomine acceptam contingere post ipsam simpliciter essentiam iam absolutam,
siue qualitas separabilis inde fit,siue rursum inseparabilis. Hæc confirmari videntur ex eo, quòd Theologi nonnulli
de essentia disputant,vel natura,quam nominant quidditatem, rationémue formalem. Quatuor enim circa ipsam
signa cõstituunt:vt ecce in primo signo homo est animal rationale terrenum: quæ quidem ratio formalis est homi-
nis. In secundo adhibentur huic rationi negationes omnium,etiam propriè consequentium. Negationes inquam
rationibus formalibus innitentes:ut homo neque risibilis est,neque non risibilis,neque docilis,neque non docilis. In
tertio signo adiunguntur homini proprietates eius:ut homo est docilis atque risibilis. In quarto signo communia
confluunt accidentia. Oportere autem ante communia esse vnicuique propria patet ex eo,quòd mobilia firmis ne-
cessariò innituntur. Propria insuper,siquidem plura sint, rediguntur ad vnum maximè proprium. Hoc iterum,
si more qualitatis adhibet esse tale uel tale,etiam si tribuat id assiduè,in substãtialem resoluitur formam:quæ tan-
quam perfectior exhibet simpliciter esse. Quod quidem antecedit esse tale,sicut potentia ipsa simpliciter talem po-
tentiam antecedit. Hucusque fit comitantium in essentiam resolutio. In ipsa quoque essentia, essentialis virtus na-
turaliter insita resoluitur in essentiam:quam licet cogitando virtuti præponere: à qua quidẽ virtute passiones pro-
priæ oriuntur. Post hæc communia plurimum aliunde contingunt.

Superiora confirmat.

III Caput tertium superiora confirmat,atq; concludit,qualitatem ubicunque sit,esse passionem quandam sub-
iecti ab occulta quadam essentiæ virtutisq; essentialis efficacia dependentem. In ipsis autem rerum essentiis rati-
onibusq; formalibus,loco qualitatum esse differentias speciales proprietatésque (vt ita loquar) essentiales, quibus
species ipsæ rerum tum in seipsis cõstituuntur,tum ab alijs distinguuntur. Quæ quidem & actus quidam essentia-
les sunt,præsertim in essentijs à materia separatis. Subiungit,rationem ipsam scilicet tum seminariam, tum forma-
substantialis efficaciam propagare,ex eo quod in ipsis est proprium,& nobis occultum, manifestas sensibus in super
ficie qualitates:& vbi ait calorem igni innatum non esse qualitatem,sed speciem actumq; ignis, in primis intellige
calorem,tum formam ignis substantialem,tum ipsius proprietatem,ex qua calor manifestus exoritur:qui non tam
in ipsa ignis forma,quàm in aliquo subiecto suscipitur:inter hæc ubi ait in qualitatum principijs exemplaribusq;
esse actus quosdam loco qualitatum,quæ palàm in subiectis apparent,potes etiam ita legere. Qualitatum prin-
cipia exemplaria actus sunt eorum,quibus primò insunt. Neque rursum absurdum fuerit,ubi ait, na-
turam quidem essentiam insitam esse speciem ipsius,aut actum, sed affectionem in aliud transeuntem, dici potius
qualitatem: dictum eiusmodi dupliciter intelligere:primò quidem (vt diximus) scilicet proprietatem in specie ipsa
latentem esse ipsius differentiam atque actum, apparentem verò in materia qualitatem. Deinde rursum affe
ctionem huic speciei propriam,in materia propria vigentem assiduè,sicut calor in igne,non tam
qualitatem, quàm actum ignis existimandam:qualitatem verò
præcipuè quando transit in aquam.

ΠΛΟΤΙΝΟΥ
ΕΝΝΕΑΔΟΣ Β
ΛΟΓΟΣ ϛ.

PLOTINI
ENNEAD. SECVNDAE
LIBER VI.

ΠΕΡΙ οὐσίας καὶ ποιότητος.

De eſſentia & qualitate.

ἎΡΑ τὸ ὂν καὶ ἡ οὐσία ἕτερον, καὶ τὸ μὲν ὂν, ἀπηρημωμένον τῶν ἄλλων. ἡ δὲ οὐσία τὸ ὂν μετὰ τῶν ἄλλων κινήσεως· στάσεως, ταὐτοῦ, ἑτέρου. καὶ στοιχεῖα ταῦτα ἐκείνης. τὸ οὖν ὅλον οὐσία. ἕκαστον δὲ ἐκείνων, τὸ μὲν ὂν, τὸ δὲ κίνησις. τὸ δέ, ἄλλό τι. κίνησις μὲν οὖν κατὰ συμβεβηκὸς ὄν. οὐσία δὲ ἆρα κατὰ συμβεβηκός, ἢ συμπληρωτικὸν οὐσίας· ἢ καὶ αὐτὴ ἡ οὐσία, καὶ τὰ ἐκεῖ πάντα οὐσία. πῶς οὖν οὐκ ἐνταῦθα ἢ ἐκεῖ, ὅτι ἐν πάντα; ἐνθάδε δὲ διαληφθέντων τῶν εἰδώλων, τὸ μὲν ἄλλο, τὸ δέ, ἄλλο· ὥσπερ ἐν μὲν τῷ σπέρματι ὁμοῦ πάντα, καὶ ἕκαστον πάντα. καὶ οὐ χεὶρ χωρίς, καὶ χωρὶς κεφαλή· ἔνθα δὲ χωρίζεται ἀλλήλων. εἴδωλα γάρ, καὶ οὐκ ἀληθῆ. τὰς οὖν ποιότητας ἐκεῖ φήσομεν οὐσίας διαφορὰς περὶ οὐσίας οὔσας, ἢ περὶ ὄν. διαφορὰς δέ, ποιούσας ἑτέρας οὐσίας ἑτέρας οὐσίας πρὸς ἀλλήλας, καὶ ὅλως οὐσίας· ἢ οὐκ ἄτοπον. ἀλλὰ περὶ τῶν τῇδε ποιοτήτων, ὧν αἱ μὲν διαφοραὶ οὐσιῶν, ὡς τὸ δίπουν, καὶ τὸ τετράπουν. αἱ δέ, οὐ διαφοραὶ οὖσαι, αὐτὸ τοῦτο μόνον, ποιότητες λέγονται, καίτοι τὸ αὐτὸ καὶ διαφορὰ γίγνεται συμπληροῦσα. καὶ οὐ διαφορὰ ἐν ἄλλῳ οὐ συμπληροῦσα τὴν οὐσίαν. συμβεβηκὸς δέ, οἷον τὸ λευκόν. ἐν μὲν κύκνῳ ἢ ψιμμυθίῳ, συμπληροῦν· ἐν δὲ σοί, συμβεβηκός. ἢ τὸ λευκόν, τὸ μὲν ἐν τῷ λόγῳ, συμπληροῦν καὶ οὐ ποιότης. τὸ δὲ ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ, ποιόν. ἢ διαιρετέον τὸ ποιόν, ὡς τὸ μέν, οὐσιῶδες, ἰδιότης τις οὖσα τῆς οὐσίας. τὸ δὲ μόνον ποιόν· καθὸ ποιὰ οὐσία τοῦ ποιοῦ, οὐ διαλλαγὴν εἰς τὴν οὐσίαν ποιοῦντος, οὐδ' ἐκ τῆς οὐσίας, ἀλλ' οὔσης ἤδη καὶ πεπληρωμένης, διάθεσίν τινα ἔξωθεν ποιοῦντος. καὶ μετὰ τὴν οὐσίαν τοῦ πράγματος προσθήκην.

Mouet dubia de eſſentia & qualitate ac tẽtat ſolutionem.

A NVNQVID ens eſt alterum quàm eſſentia, atq; ens quidem etiam ſecluſis aliis dicitur? Eſſentia verò eſt ens vnà cum aliis ſimul adiunctis, videlicet motu, ſtatu, identitate, alteritate: atq; hæc eſſentiæ ſunt elementa. Totum igitur eſt eſſentia. Quodlibet autem illorum aliud quidem ens: aliud verò motus, aliaque ſimiliter.
B Motus igitur ens eſt per accidẽs: ſed nunquid etiam per accidens eſt eſſentia? an fortè eſſentiam complens? quin potius & ipſa eſt eſſentia, atque omnia quæ in diuinis ſunt, eſſentia ſunt. Cur non igitur & apud nos ita ſe res habet? Fortè ſic eſt ibi, quoniam cũcta ſunt vnum: hic autẽ cùm ſimulachra diſcreta iam ſint, hoc quidem aliud, illud verò eſt aliud: quemadmodum in ſemine quidem ſimul omnia ſunt, & quodlibet omnia. Neque ſeorſum manus, caputúe ſeorſum: in effectu verò inter ſe diſcernuntur: non enim vera ſunt, ſed ſimulachra.
C Qualitates igitur ibi, num eſſe dicemus eſſentias? quæ quidẽ circa eſſentiam vel circa ens differentiæ ſunt. Differentias inquam, eſſe dicemus efficientes, vt eſſentiæ inter ſe alteræ ſint, atque omnino ſint eſſentiæ? Fortè id dictu non eſt abſurdum: ſed abſurdè id diceretur de his quæ apud nos ſunt qualitatibus, quarum aliæ quidẽ eſſentiarum differentiæ ſunt, ut bipes, & quadrupes. aliæ verò nequaquã ſunt indifferentię, & ob hoc ipſum ſolũ qualitates eſſe dicũtur: quanquam idem tũ differẽtia videri poteſt vbi
D cõplet eſſentiã, tũ minimè differentia in alio eſſentiam ibi nõ implens: quemadmodũ albedo in cigno vel ceruſſa naturã complet, in homine autem duntaxat eſt accidens. Aut albedo quatenus in ratione eſt, nõ qualitas eſt, ſed implẽs, quatenus verò in ſuperficie, qualitas. Fortè verò quod quale dicitur diſtinguendum eſt, adeo vt aliud quidem eſſentiale ſit, exiſtens videlicet proprietas quædã eſſentiæ: aliud autem ſit ſolũ quale, ſecundũ quod eſſentia qualis denominatur: vbi hoc ipſum quale diuerſitatem permutationemq; eſſentiæ non inducat, neq; dimoueat ab eſſentia: ſed cum eſſentia iam ſit, plenaq; ſit, diſpoſitionẽ quandã extrinſecus afferat, atq; poſt ipſam rei eſſentiã additamẽti nõnihil adhibeat,

ſiue

ſiue circa animam id, ſiue circa corpus efficiatur. Proinde, vt dixerit aliquis, albedo viſibilis in cigno non complet eſſentiam: eſſe namque cignus poteſt minimè albus. At verò in ceruſſa albedo complere eſſentiam dicitur: ſimiliterque calor in igne. Quòd ſi quis præterea dixerit ignitatem (vt ita dixerim) eſſentiam eſſe, & de ceruſſa ſimiliter: veruntamen ignis huius viſibilis ignitas eſt caliditas eſſentiam cōplens, ſimiliterque in ceruſſa eſt albedo. Eædem itaq; res complebunt eſſentiam, neque qualitates erunt; rurſusq; non complebunt, & qualitates erunt. Et ſi abſurdum eſt vbi complent quidem eſſe aliud dicere, vbi verò non complent inſuper aliud, quum tamen eadem ſit natura. Forſan verò dicendum eſt, rationes quidem ipſas, quæ hęc efficiunt, totas eſſentiales exiſtere: hos autem effectus illa, quæ in rationibus ipſis ſubſtātialia ſunt, nō iam vt ſubſtātialia, ſed vt qualia reportare: atque hinc fieri, vt ſemper in eo quod quid eſt aſsignando peccemus in ipſa inquiſitione ſubſtantiæ præuaricantes, atque labentes in qualitatem. Neque enim eſſe cenſendum eſt, ignem hoc ipſum quod appellamus ignem, quando aſpicimus qualitatem, imò verò ipſum eſſentiam eſſe. Quæ autem nunc aſpicimus, aſpicientesque pronuntiamus, nos ab eo quod quid eſt, ꝓcul abducere, & quale quidđā rectè in genere ſenſibili deſignari. Nihil enim horum eſſentiam eſſe, ſed eſſentiæ paſsiones. Vnde & illud quæritur, quomodo ex non eſſentiis conficiatur eſſentia? Diximus itaque non oportere, quod fit, idem eſſe atq; illa ex quibus conficitur: nunc autem dicendū eſt, neq; etiam id quod fit eſſentiam eſſe. At quomodo illam, quam illic eſſentiam nominauimus, ex non eſſentia dicimus conſtitutam? Eſſentiam dicemus illic principalius puriusq; ens habentem eſſe eſſentiam, velut in entis ipſius differentiis conſtitutam: potius autem cum actionum additamento, eſſentiam nominatam eſſe cenſebimus: quæ quidem entis perfectio videatur. Forſan verò ex adiunctione facta iudicanda ſit indigentior: quippe cùm à ſimplicitate degeneret, & ab ipſo iam ente declinet.

II VERVM de qualitate quid ſit omnino conſiderandum eſt. Fortè enim quando quid ſit cognouerimus, dubitationes eiuſmodi propellemus. Principiò perquirendum eſt, num exiſtimandum ſit aliquid idem aliàs quidem eſſe ſolummodo qualitatem, aliàs autem eſſentiam quoque complere, adeo vt nequaquam durius contendamus ad id conuincendum, quo qualitas ſimpliciter eſſentiam compleat, ſed eſſentiam potius talem. Oportet igitur in tali quadam eſſentia eſſentiam eſſe, & quod quid eſt, antequam ſit talis. Quid ergo? num in igne ante talem eſſentiam ſimpliciter eſt eſſentia? Fortè hinc ſequitur, vt ſit corpus. Ipſum itaq; genus quod eſt corpus, eſſentia erit: ignis autem corpus erit calidum, neque totum id erit eſſentia, ſed ita calor erit in ipſo, quemadmodum in te figura ſima. Quamobrem ſi auferatur calor, & ſplendor, & leuitas, quæ videntur eſſe qualia, & tollatur oppoſitio, relinquaturq; quod dicitur trina dimenſione porrectum atque materia, id ipſum quod reſiduū eſt, erit eſſentia. At id veriſimile non videtur. Species enim magis eſſen-

Quid ſit qualitas, & virum ad rationem eſſentialem vllo modo pertineat.

A εἴτε περὶ ψυχήν, εἴτε περὶ σῶμα γίγνοιτο. ἀλλ' εἰ καὶ τὸ ὁρώμενον λευκὸν ἐπὶ τοῦ ψιμμυθίου, συμπληρωτικὸν εἴη αὐτοῦ. ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ κύκνου, οὐ συμπληρωτικόν, γένοιτο γὰρ ἂν καὶ οὐ λευκός. ἀλλ' ἐπὶ τοῦ ψιμμυθίου καὶ τοῦ πυρὸς δὲ ἡ τερμότης. ἀλλ' εἴ τις λέγοι τὴν πυρότητα τὴν οὐσίαν εἶναι, καὶ ἐπὶ τοῦ ψιμμυθίου τὸ ἀνάλογον, ἀλλ' ὅμως τοῦ ὁρωμένου πυρὸς πυρότης ἡ θερμότης συμπληροῦσα. καὶ ἡ B λευκότης ἐπὶ τοῦ ἑτέρου. αἱ αὐταὶ τοίνυν συμπληρώσουσι, καὶ οὐ ποιότητες. καὶ οὐ συμπληρώσουσι καὶ ποιότητες. καὶ ἄτοπον ἐν μὲν οἷς συμπληροῦσι λέγειν ἄλλο εἶναι, ἐν δὲ οἷς μή, ἄλλο, τῆς αὐτῆς φύσεως οὔσης. ἀλλὰ ἄρα τοὺς μὲν λόγους τοὺς ποιήσαντας αὐτά, οὐσιώδεις ὅλους. τὰ δὲ ἀποτελέσματα, ἔχειν ἤδη τὰ ἐκεῖ τι ἐνταῦθα ποιά, οὐ τί. ὅθεν καὶ ἁμαρ- C τάνειν ἡμᾶς ἀεὶ περὶ τὸ τί, ἀπολισθάνοντας ἐν ταῖς ζητήσεσιν αὐτοῦ, καὶ εἰς τὸ ποιὸν καταφερομένους. οὐ γὰρ εἶναι τὸ πῦρ ὃ λέγομεν, εἰς τὸ ποιὸν ἀφορῶντες, ἀλλὰ τὸ μέν, εἶναι οὐσίαν. ἃ δὲ νῦν βλέπομεν, εἰς ἃ καὶ ἀφορῶντες λέγομεν, ἀπάγειν ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ τί, καὶ ὁρίζεσθαι τὸ ποιόν. καὶ ἐπὶ τῶν αἰσθητῶν, εὐλόγως. οὐδὲν γὰρ αὐτῶν οὐσίαν εἶναι, ἀλλ' αὐ- D τῆς πάθη. ὅθεν κἀκεῖνο, πῶς οὐκ ἐξ οὐσιῶν οὐσία. * ἐλέγετο μὲν οὖν, ὅτι οὐ δεῖ τὸ αὐτὸ τὸ γιγνόμενον εἶναι, τοῖς ἐξ ὧν. νῦν δὲ λέγειν δεῖ, ὅτι οὐδὲ τὸ γενόμενον οὐσία. ἀλλὰ πῶς ἐκεῖ ἣν ἐλέγομεν οὐσίαν, οὐκ ἐξ οὐσίας λέγοντες; τὴν γὰρ οὐσίαν φήσομεν ἐκεῖ κυριώτερον καὶ ἀμιγέστερον ἔχουσαν τὸ ὄν, εἶναι οὐσίαν, ὡς ἐν διαφοραῖς ὄντως, μᾶλλον δὲ E μετὰ προσθήκης ἐνεργειῶν, λεγομένην οὐσίαν. τελείωσιν μὲν δοκοῦσαν εἶναι ἐκείνου, τάχα δ' ἐνδεεστέραν τῇ προσθήκῃ. καὶ τῷ οὐχ ἁπλῷ ἀλλ' ἤδη ἀφισταμένην τούτου.

*ἐλέγομεν οὖν.

ἈΛΛᾺ περὶ τῆς ποιότητος, σκεπτέον τί ὅλως. τάχα γὰρ γνωσθὲν ὅτι ἐστί, μᾶλλον παύσει τὰς ἀπορίας. πρῶτον οὖν ἐκεῖνο ζητητέον, εἰ τὸ αὐτὸ θετέον, ὅτε μὲν ποιὸν μόνον, ὅτε δὲ συμπληροῦν οὐσίαν, οὐ δυσχεράναντας ποιὸν συμ- F πληρωτικὸν οὐσίαν εἶναι, ἀλλὰ ποιᾶς μᾶλλον οὐσίας. δεῖ τοίνυν ἐπὶ τῆς ποιᾶς οὐσίας, τὴν οὐσίαν πρὸ τοῦ ποιὰν εἶναι, καὶ τὸ τί ἐστι. τί οὖν ἐπὶ τοῦ πυρὸς πρὸ τῆς ποιᾶς οὐσίας, ἡ οὐσία ἄρα τὸ σῶμα. τὸ γένος τοίνυν οὐσία ἔσται, τὸ σῶμα. τὸ δὲ πῦρ, σῶμα θερμόν. καὶ οὐκ οὐσία τὸ ὅλον. ἀλλ' οὕτω τὸ θερμὸν ἐν αὐτῷ, ὡς καὶ ἐν σοὶ τὸ σιμόν. G ἀφαιρεθείσης τοίνυν τῆς θερμότητος, καὶ τοῦ λαμπροῦ καὶ κούφου, ἃ δὴ δοκεῖ ποιὰ εἶναι καὶ ἀντιτυπίας, τὸ τριχῇ διαστατὸν καταλείπεται: καὶ ἡ ὕλη οὐσία. ἀλλ' οὐ δοκεῖ· τὸ γὰρ εἶδος

μᾶλλον οὐσία. ἀλλὰ τὸ εἶδος ποιότης. ἢ οὐ ποιότης. ἀλλὰ λόγος τὸ εἶδος. τὸ οὖν ἐκ τοῦ λόγου καὶ τοῦ ὑποκειμένου, τί ἐστιν; οὐ γὰρ τὸ ὁρώμενον καὶ τὸ καῖον, τοῦτο δὲ ποιόν. εἰ μή τις λέγοι τὸ καίειν ἐνέργειαν ἐκ τοῦ λόγου· καὶ τὸ θερμαίνειν. καὶ τὸ λευκαίνειν τοίνυν, καὶ τὰ ἄλλα ποιήσεις. ὥστε τὴν ποιότητα, οὐχ ἕξομεν ὅπου καταλείψομεν. ἢ ταύτας μὲν οὐ λεκτέον ποιότητας, ὅσαι λέγονται συμπληροῦν οὐσίας, εἴπερ ἐνέργειαι αὐτῶν ἀπὸ τῶν λόγων καὶ τῶν δυνάμεων τῶν οὐσιωδῶν ἰοῦσαι. ἃ δὲ ἐστὶν ἔξωθεν πάσης οὐσίας, οὐ πῇ μὲν ποιότητες, ἄλλοις δὲ οὐ ποιότητες φανταζόμεναι. τὸ δὲ, περιττὸν, μετὰ τὴν οὐσίαν ἔχουσαι. οἷον καὶ ἀρεταὶ καὶ κακίαι, καὶ αἴσχη, καὶ κάλλη, καὶ ὑγίειαι, καὶ οὕτως ἐσχηματίσθαι. καὶ τρίγωνον μὲν καὶ τετράγωνον, καθ' αὑτὸ οὐ ποιόν. τὸ δὲ * τετριγωνίσθαι, ἢ μεμόρφωται, ποιὸν λεκτέον. καὶ οὐ τὴν τριγωνότητα, ἀλλὰ τὴν μόρφωσιν, καὶ τὰς τέχνας δὲ καὶ τὰς ἐπιτηδειότητας. ὥστε εἶναι τὴν ποιότητα, διάθεσίν τινα ἐπὶ ταῖς οὐσίαις, ἤδη οὔσαις. εἴτε ἐπακτὴν εἴτε ἐξ ἀρχῆς συνοῦσαν· ἢ εἰ μὴ συνῆν, οὐδὲν ἔλαττον εἶχεν ἡ οὐσία. ταύτην δὲ, καὶ εὐκίνητον, καὶ δυσκίνητον εἶναι. ὡς διττὸν εἶναι εἶδος. τὸ μὲν εὐκίνητον, τὸ δὲ ἔμμονον αὐτῆς.

[margin: τριγωνί-ω.]

ΤΟ οὖν λευκὸν τὸ ἐπὶ σοὶ, θετέον οὐ ποιότητα, ἀλλ' ἐνέργειαν δηλονότι ἐκ δυνάμεως τῆς τοῦ λευκαίνειν. κἀκεῖ πάσας τὰς λεγομένας ποιότητας, ἐνεργείας * τὸ ποιεῖν λαβούσας, παρὰ τῆς ἡμετέρας δόξης τὴν ἰδιότητα εἶναι ἑκάστην. οἷον διοριζούσας τὰς οὐσίας πρὸς ἀλλήλας, καὶ πρὸς ἑαυτὰς, ἴδιον χαρακτῆρα ἐχούσας. τί οὖν διοίσει ποιότης ἡ ἐκεῖ; ἐνέργειαι γὰρ καὶ αὗται· ἢ ὅτι μὴ οἷόν τί ἐστι δηλοῦσιν. οὐ δὲ ἀναλλαγὴν τῶν ὑποκειμένων· οὐ δὲ χαρακτῆρα. ἀλλ' ὅσον μόνον τὴν λεγομένην ποιότητα, ἐκεῖ ἐνέργειαν οὖσαν· ὥστε, τὸ μὲν ὅταν ἰδιότητα οὐσίας ἔχῃ, δῆλον αὐτόθεν ὡς οὐ ποιόν. ὅταν δὲ χωρίσῃ ὁ λόγος τὸ ἐπ' αὐτοῖς ἴδιον, οὐκ ἐκεῖθεν ἀφελὼν, ἀλλὰ μᾶλλον λαβών. καὶ γεννήσας ἄλλο, ἐγέννησε ποιὸν οἷον μέρος οὐσίας λαβὼν, τὸ ἐπιπολῆς φανὲν αὐτῷ. εἰ δὲ τοῦτο, οὐδὲν κωλύει καὶ τὴν θερμότητα τῷ σύμφυτον εἶναι τῷ πυρὶ, εἶδός τι εἶναι τοῦ πυρὸς, καὶ ἐνέργειαν, καὶ οὐ ποιότητα αὐτοῦ, καὶ αὖ ἄλλως ποιότητας· μόνην δὲ ἐν ἄλλῳ ληφθεῖσαν, οὐκ ἔτι μορφὴν οὐσίας οὖσαν, ἀλλὰ ἴχνος μόνον καὶ σκιὰν καὶ εἰκόνα, ἀπολειποῦσαν αὐτῆς τὴν οὐσίαν ἧς ἡ ἐνέργεια, ποιότητα εἶναι. ὅσα οὖν συμβέβηκεν * καὶ μὴ ἐνέργειαι καὶ εἴδη οὐσιῶν, μορφάς τινας παρεχόμενα, ποιὰ ταῦτα. οἷον καὶ ἕξεις καὶ διαθέσεις, ἄλλαι τῶν ὑποκειμένων, λεκτέον αἱ ποιότητες. τὰ δὲ ἀρ-

[margin: ποιόν.]

[margin: ᾗ μὴ ἐνεργ-εια]

A essentia est. Sed nunquid species qualitas est? Fortè non qualitas, sed ratio, species ipsa est. Quod igitur ex ratione subiectoque constat, quidnam est? Non enim id quod uisibile occurrit atque vrens, id autem quale est: nisi quis fortè dicat conbustionem ipsam esse actum ex ratione manantem: atque ita & calefacere, & albefacere, & eiusdem generis alia, esse actiones affirmet. Itaque vbi collocemus qualitatem, nequaquam inueniemus. Forsan verò eas, si non
B debemus dicere qualitates quæcunque essentias complere dicuntur: siquidem actiones vel actus sunt earum à rationibus essentialibusq; potentijs orientes: sed eas duntaxat, quæ extra totam essentiam sunt. Quæ non alicubi quidem qualitates, alicubi verò non qualitates apparēt, atque superuacuum aliquid post essentiam videntur afferre: veluti virtutes & vitia, pulchritudo atque turpitudo, & valitudo dispositioq; figuræ, vel situs. Triangulus verò atque qua-
C drāgulus secundū seipsum nō est quale, sed hoc ipsum quod est triangulare fieri, quatenus ita formatur, est quale dicendum: neque triangulitatem, sed formationem totius, qualitatē possumus appellare: possumus & artes & aptitudines studiorum. Itaque qualitas erit dispositio quædam in essentiis, quæ iam sunt, siue aduentitia hæc sit, siue ab initio comitans. Quæ quidem, si etiam non comitata fuisset, nihil minus habuisset essentia? Licet hanc dicere partim
D quidem facilè mobilem, partim, verò difficilè, vt duplex eius species videatur: altera quidem stabilis, altera verò mobilis.

III Qualitatem manifestam esse passionē ab actione virtutis occultæ: Item quod inest prorsus essētiæ suæ, esse ipsius actum & proprietatem specialē: quod ab essētia distat, esse qualitatē.

ALBEDO igitur in te apparens dicenda est non tam qualitas esse, quàm actus quidā ex potentia albefaciendi procedens. Illic autem dicendum est, omnes, quæ qualitates nominantur, esse actus. Qui tamen ab opinione nostra qualitatis nomen accipiunt, propterea quòd quælibet sint proprietates, quasi distinguentes
E essentias inter se, atque ad seipsas proprium habentes characterem. Quonam igitur discrepat qualitas, quæ illic est, à nostris? actus enim hæ quoque sunt. Fortè quia non ostendunt quale quid sit, neque discrepantiam subiectorum, neque characterem: sed duntaxat ipsam quæ qualitas dicitur, quæ quidem illic est actus. Quapropter quando proprietatem habet essentiæ, inde propriè constat non esse qualitatem: quando verò ratio quod in his proprium est secer-
F nit, non inde auferens vel decerpens, sed magis accipiens generansque aliud procreat quale, quasi partem essentiæ capiens sibi in superficie apparentem: Quod si ita est, nihil prohibet calorem igni innatum esse speciem aliquam actumq; ignis, neque ignis qualitatem. At tunc demum qualitatem, quando in alio quodam accipitur, vbi non amplius sit essentiæ forma, sed vestigium tantum & vmbra atq; imago, relinquens illam ipsius essentiam, cuius est actus.
G Quotcunque igitur accidunt, neque actus, neq; species essentiarum sunt, præbent autem formas duntaxat quasdā per quas subiecta qualia faciunt: velut habitus dispositionesq;, siue affectiones aliæ à subiectis dicēdæ sunt qualitates: in quarū principijs exēplaribusq; actus sunt, quæ in his subiectis qualitates cognominātur.

Nec idem fit alicubi quidem qualitas, alicubi verò non qualitas: ſed quod ab eſſentia deſertũ eſt, euadit qualitas. Quod autem cum eſſentia permanet, nimirum eſſentia, vel ſpecies, vel actus exiſtit. Nulla enim natura eadem eſt prout in ſuo fonte eſt, & prout in alio: vbi à ſua origine iam deſtituta dignitatem ſpeciei actusq; nõ retinet. Veruntamen quod nullius aliquando ſpecies eſt, ſed accidens ſemper, purè iam qualitas eſt, ſolumq; qualitas.

A χέτυπα αὐτῶν ἐν οἷς πρώτως ἐστὶν, ἐνεργείας ἐκείνων, καὶ οὐ γίνεται αὐτὸ ποιότης καὶ οὐ ποιότης. ἀλλὰ τὸ ἀπηρημωμένον οὐσίαν, ποιόν· τὸ δὲ σὺν ταύτῃ, οὐσίαν, ἢ εἶδος, ἢ ἐνέργειαν. οὐδὲν γὰρ ἐστὶ ταὐτὸν ἐν αὐτῷ καὶ ἐν ἄλλῳ, μόνον ἐκπεσὸν τοῦ εἶδος καὶ ἐνέργεια εἶναι· ὃ μέντοι μηδέποτε εἶδος ἄλλου, ἀλλὰ συμβεβηκὸς ἀεὶ, καθαρῶς ποιότης καὶ μόνον τοῦτο.

MARSILII FICINI IN LIBRVM. VII. SECVNDAE ENNEADIS. COMMENTARIVS.

SVMMA TOTIVS LIBRI.

Quomodo in numeris atque in natura compoſitio fiat atque commixtio: Item de tribus opinionibus mixtionis.

QVEMAMODVM in numeris aliud quidem eſt adiungere, aliud autem multiplicare: ſic in rebus naturalibus aliud eſt componere, aliud commiſcere. Profectò ſimili quadam proportione, ſicut in numerorum ordine additur vnitas vnitati, fitq; binarius: ſic in natura additur materiæ forma, fitq; corpus. Ibi rurſus vnitas, numero ad ternarium procreãdum: hic ſimiliter adiungitur virtus corpori ad motum efficiendum: fitq; corpus mobile. Illic iterum apponitur numero numerus, vt binarius binario, vnde fit quaternarius, aut etiam quaternario ternarius admouetur ad ſeptenarium componendum. Simili quodam pacto & in natura corpus iam mobile factum, ad corpus aliud æquè mobile ſe confert, atque viciſſim: vnde corpora corporibus ſicut numeri numeris componuntur. Proinde ſicut in numeris præter adiunctionem multiplicatio fit, ſic vltra compoſitionem, vel appoſitionem fit in natura commixtio. Quaternarium vides adiunctione creari: vbi duo dicis atque duo, vides in eodem commixtionem: vbi ais, bis duo conficiunt quaternarium. Rurſus nonarium cernis adiunctione creari, dum quinario quaternarius additur. Reperis in eodem commixtionem, dum dicis ter tria nouem. Similiter vel admouetur, & quodammodo etiam infunditur corpus corpori, vel in vnum penitus confunduntur. In qua quidem confuſione non licet in aliis corporis commiſti partibus aliud hîc, aliud ibi diſcernere, ſed cuncta continentur in ſingulis: & ita in quolibet concluditur vniuerſum. Sicut vbi numerum multiplicas, puta ternarium in qualibet vnitate, parteq; ternarij totum ternarium comprehendis: alioqui ter tria computare non poſſes. Tum verò ſicut in numeris, quicunq; multiplicatione cõflatur, etiam adiunctione conficitur, neque viciſſim: ſic in natura vbicunque fit rerum exacta commiſtio, iam & compoſitio contingit, neque fit è conuerſo. Omnino igitur ſicut in numeris negare non potes eiuſmodi conflationem fieri, in qua totum contineatur in qualibet parte ſui ad nouam inde formam numeri procreandam, vt ternarius totus in qualibet ſui parte multiplicatus ad ipſam nouenarij formam: ita ſimilem in natura commiſtionem negare non debes. Nam & in natura & in numeris eiuſmodi fit conflatio, quia talis eſt in natura vitali, atque in ipſa ideali vita mutua ſeminalium vel idealium conſpiratio rationum. Plotinus igitur id in præſentia tractaturus, tres adducit opiniones: primam eorum qui in corporibus inter ſe conciliandis neque materias, neque qualitates penitus commiſcebat, ſed apponebant materias materiis, qualitateſque ſimiliter qualitatibus. quam quidem opinionem continuò reſpuit. Secundam, eorum, qui quamuis materias non commiſcerent, ſed potius admouerent, qualitates tamen inuicem confundebant. Horum ſententiam probabiliorem eſſe declarat. Tertiam poſtremò, putantem tum materias materiis, tum qualitates qualitatibus exactiſſimè poſſe conflari, admittit etiam vt probabilem. Principio in oximelle uſq; adeo acetum cum melle miſcemus, vt nulla relinquatur in hoc compoſito portiuncula, quæ non habeat vtriuſque ſaporem: ex quo refelluntur illi, qui ſola quadam appoſitione confiderent, perinde ac ſi integra panici grana, cũ integris milij granis congregarentur. Contundent alij pariter vtriuſque grana, dicentq; granis vtrinque ad minimas naturæ ſuæ particulas iam contritis, propinquare quidem particulas ſingulas vtrinque ſingulis, ſed non omnino confundi materias, quamuis confundantur inuicem qualitates. Nam vbique in quolibet milij minimo eſſe quendam panici ſaporem, atque viciſſim. Alij verò vino adhæc adhibito conterent diligentius: ideoq; exactius cõmiſcebunt, adeo vt penitus non contritæ ſolùm, ſed etiam liquefactæ materiæ non iam apponantur vlterius, ſed nihilo prohibente penitus confundantur: ibiq; poſthac ſingulorum trium vbique ſint non qualitates ſolùm, quod ſenſus ipſe declarat, ſed materiæ quoque conflatæ. Concludent talia quædam à natura multò perfectius, quàm ab arte poſſe conflari materias non alienas, ſed ſuas, non interdum, ſed ab initio ſemper: non extrinſecùs, ſed intrinſecùs temperante. Plotinus autem pro ſententia prima rationem adducit nullam, tres verò pro opinione ſecunda. Prima ratio eſt huiuſmodi: Duo corpora in eodem loco penitus inuicem æquari non poſſunt: nam ſi eodem in loco penitus eſſe debeant, oportet illa primùm in partes diuidi: deinde partes viciſſim ſuas partibus adhibere. Quæ quidẽ partes ſi indiuiſibiles ſunt, iam corpora illa ad indiuidua ſunt reſoluta. Et quoniam ex eiſdem compoſita fuerant, in quæ diſſoluuntur, ſequitur vt ex indiuiduis quibuſdam ipſa corporum magnitudo concreuerit: quod ideo fieri nunquã potuit, quoniam indiuidua congregata ſimul nullam conficiunt magnitudinem. Sin autem partes illæ corporum diuiſibiles

biles fuerint, quælibet per se erit corpus, sitamq; proprium seorsum habebit ab aliis. Itaq; non erunt corpora duo prorsus in eodem loco, imò multis in loculis corpuscula multa. Secunda ratio. Quando duo corpora commiscentur, semper fermè maiorem simul locum occupant quàm alterutrum: ex quo apparet nō fuisse dimensiones vtrinque penetratas ad summum. Tertia ratio: Quando corpus longè minus insinuatur longè maiori, non potest minus ipsum cum maiori prorsus æquari. Quòd si quis obiiciat, locum aliquando post duorum commistionem non occupari maiorem, respondebunt, aerem illic egredi, quâ nouum corpus ingrediatur. Post hæc pro opinione tertia dicitur, sudorem ex toto corpore penitus extillare, neque vllam ibi fieri fractionem. Sin autem aduersarii dixerint, meatus à natura illic institutos per quos absque scissura sudor efflueret, respondebunt alii: per laminas sæpe corneas vel eburneas arte tenues, ac etiam per membranas admodum densas oleum penetrare, ac prorsus implere, neque augere molem, neque discindere. Tum verò materias omnino inuicem coæquari, inde probabunt, quòd sæpe post earum commistionē moles prior non videtur excrescere. Obiicient iterum aduersarii, corpora duo non posse absque incisione ad summum se inuicem penetrare: ac si exactißimè penetrando se inuicem exactißimè secent, omnino disperdi: sæpe verò priorem non augeri locum, quia subtiliorum comitetur interim exhalatio. Respondebunt opinionis tertiæ auctores: etiam vbi post mistionem locus amplior exigatur, defendi exactißimam illic fuiße misturam. Quid enim mirum sit illic magnitudinem augeri, vbi ex conflatu multorum virtutes quoque multæ coaluerunt? Forte enim priorem non funditus perire dimensionem, sed è plurimis qualitatibus aliam coalescere, & è pluribus dimensionibus aliam concrescere magnitudinem. Adhæc obiicient: nullum posse augmentum fieri, si non ponantur materiæ iuxta materias, vt linea lineæ per longum addita: sed sibi inuicem inserantur, & linea prorsus infusa lineæ, siue ex termino inseri funditus, siue ex latere conseri fingas. Item vbi constat commistionem fuisse completam, intelligi non posse, quomodo minimum corpus ibi adæquet maximi quantitatem. Respondebunt: vel corpus minimū eatenus misceri cum maximo, quatenus potest: vel etiam posse per totum sese diffundere, quando scilicet quantitas prior extenditur. Dicent enim forsitan, extensionem non eße ipsam propriè quantitatem, sed quantitatis paßionem atq; modum: itaq; quantitatem eandem quasi materiam varios extensione modos accipere. Responsionem eiusmodi Plotinus ait, non esse tutam, vbi asignatur ab illis, qui plura corpora dum miscentur, seruare dicunt prioris substantiæ formam & qualitatem. Tunc enim minimum corpus dum priorem seruabit formam, forsan non poterit ad maximi modum funditus quantitate protendi: sin autē aliam acceperit formam, nihil mirum & aliam accipere quantitatem. sicut quando ex aqua fit aer.

Discusio opinionum de mistione, in qua videtur approbare, in mistione perfecta totum corpus vtrinque confundi per totum.

II *IN secundo capite tentat, quid potißimum in his dubitationibus sit dicendum. Primò quidem videtur concedere liquidum corpus per aliud tum materia, tū qualitate penitus ingredi, sicut per bombicē aqua. Atq; posse post eiusmodi mistionem ibi magnitudinē æqualem esse atq; prius, præsertim vbi ingrediente liquore subterfluit aer: posse etiam magnitudinem augeri, vbi alterū alteri sit prorsus imbibitum. Quid enim mirū, si hoc ex illo nouas accipit qualitates, nouā interim accipere magnitudinē? atq; sicut per totum accipit qualitatem, ita dimensionem illius penitus intromittere, atq; inde cōcrescere? Sed cū qualitas qualitati potius aduersetur, quā vel qualitas quātitati, vel quātitas quantitati, meritò in mistione prior aliqua qualitas vel trāsit in nouā, vel obscuratur, quātitas aūt magis permanere videtur. Quo verò exactior fit permistio, eò magis formæ priores sequenti formæ concedunt: quod quidē & arte perficitur & natura. Forsan verò dimensio absq; sectione dimensionem ingredi potest, sicut & qualitas qualitatē, & materia sæpe materiā. Nihil enim hanc prohibet penitus ingredi, cū suapte natura sit incorporea. Vbi autem impeditur ingreßio, nō qua ratione ibi dimēsio est, impeditur, sed qua densitas duritiaq; resistens. Hæc enim est quæ propriè nescit cedere, ideoq; intromittere vel ingredi nescit. Aliud verò eße duritiā, aliud dimensionem nullus ignorat. Impediri aūt ingreßio solet nō solū à qualitate dura, sed ab hostili etiā qualitate: vbi verò neutra sit, impediri nō solet introitus. Hæc vnà cū Plotino tentauiße potius quā absoluisse sufficiat. Nā & aliquis forte dixerit, quādo corpus hoc in illud prorsus infunditur, fitq; interim alteratio, si magnitudo nō crescat, priorem desinere dimensionem, vnà cū propria forma: dum fit vtraq; noua. Ipsam nāq; dimensionem in rebus eße distātiæ causam: & iccirco quatenus duæ quædā in aliquo dimēsiones existūt, illic esse horum ad illa distantiam molamq; protendi. Quod quidem & Plotinus hîc fortè significauerit dicens, materiam suapte natura non respuere mistionem, præsertim quando neque propriam quantitatem habeat, neq; vllam reiiciat quantitatem: & quando repetit corpus aliud penetrare per aliud, non dimensiones repetit, sed qualitates atq; materiam. Veruntamen non videtur existimare impoßibile inter corpora valdè liquida dimensionem absque fractione penetrare dimensionem: quippe cum fractio inter dura fieri soleat: Concedet & forsan flammam similiter penetrare ferrum, simulq; prorsus æquari.*

Quid corpus, quid corporeitas, ac de ratione ideali, seminali, formali.

III *Corpus quidē naturale definit in capite tertio, substantiā tribus dimensionibus qualitatibusq; affectam: corporeitatē verò rationē quandā effectricē dimensionū & qualitatum. Rationem sanè hîc accipit tum seminariam in natura, tum formā substantialē in materiā, in cuius virtute specifica familiares speciei suæ dimēsiones qualitatesq; continentur: quas in ea contineri voluit, vbi ait: Corpus est compositū ex materia atq; ratione. Ait inter hæc in definitione quidē substantiæ naturalis cōprehendi materiā: in definitione verò substantialis formæ materiā nō includi, quoniā non ex materia pullulat, sed à ratione imprimitur seminali. Tangit & triplicē rationē: summā & idealē in intellectu, quæ ipse est intellectus: cuius neque esse, neque actio sit in materia. Secundam verò seminalem in animæ ipsius natura: cuius non tam esse quàm actio in materia sit. Tertiam formalem, id est substantialē corporis formam: cuius & esse & actio simul est in materia. Potest tamē intelligi, quodāmodo absq; adiunctione materiæ, quoniam cū non prodeat ex materia, sed ex causa potius separata, videtur in ipso primo prodeundi gradu rationē in se aliquā habere formalem, in qua poßit prius quā applicet se materiæ, cogitari. Hinc forsan confirmari potest quod plerique disputant, formarū distinctiones & gradus ex materia minimè proficisci: sed omnia hæc tanquam formalia ad virtutem formæ reduci, sicut materiales conditiones ad materiam rediguntur.*

ΠΛΩΤΙΝΟΥ ΕΝΝΕΑΔΟΣ Β. ΛΟΓΟΣ Ζ.

PLOTINI ENNEAD. SECVNDAE LIBER VII.

ΠΕΡΙ' τῆς δι' ὅλων κράσεως.

De permistione per tota.

Narratio opinionũ triũ de mistione, & rationes earum.

CONSIDERANDVM est de illa corporum permistione, quæ per tota corpora fieri dicitur, vtrũ fieri possit, vt alter liquor ita cũ altero liquore cõmisceatur, vt totus perfundatur in totum: siue vterque, per vtrũque, siue alter tantùm per alterum penetret. Nihil enim interest vtro id modo fiat. Principiò qui permistionem in quadam appositione collocãt, quasi admisceãt potius quàm permisceant, dimittendi videntur: siquidem oporteat permistionem reddere totum in singulis partibus quàm simillimum, adeò vt vel minima quæque particula ex illis quæ permista dicuntur, conficiatur. Quicunque verò qualitates solas omnino commiscent, materias verò corporis vtriusque apponunt, atque per ipsas vndequaque qualitates vtriusque perducunt, forsan persuadere possent, ex eo quòd reprobari forsan liceat permistionẽ illã, quæ per tota fieri dicitur. Item ex eo quòd alioquin cõtingeret, magnitudines molium in sectiones penitus pertransire, si nullũ prorsus interuallum in alterutro corporum relinquatur: quandoquidem cõtinua diuisio fuerit, ex eo quòd alterum toti penitus se insinuet alteri. Præterea ex eo quoque persuaderent, quòd sæpe quæ mista sunt maiorem simul quàm alterum è duobus occupant locum, tantumq; locum, quãtum si cohęserint, ab vtrisque locus impletur. Atqui si totum per totum prorsus ingrederetur, aiunt oportere locum alterius eundem permanere, atque prius in quem alterum sit coniectum. Vbi autem locus duo comprehendens mista amplior non euadit, adducũt in causa exhalationes quasdam aeris, quarum vice alterum est ingressum. Denique pro sua opinione adducunt quando minus corpus maiori se inserit. Interrogant enim, quomodo fieri possit, vt minus hoc adeo extendatur, vt per totũ maius sese effundat: alia præterea multa similiter in medium adducere solent. Qui autem permistionem per totum vtrunque corpus inducunt, videntur posse dicere, distribui quidem corpora, neque in sectiones absumi, etiam vbi permistio per tota cõficitur.

A ΠΕΡΙ' τῆς δι' ὅλων λεγομένης τῶν σωμάτων κράσεως ἐπισκεπτέον. ἆρα ἐνδέχεται ὅλον δι' ὅλου ὑγρὸν ὑγρῷ συμμιχθὲν ἑκάτερον δι' ἑκατέρου, ἢ θάτερον διὰ θατέρου χωρεῖν; διαφέρει γὰρ οὐδὲν ὁποτερωσοῦν εἰ γίγνοιτο. οἱ μὲν γὰρ τῇ παραθέσει διδόντες ὡς μιγνῦντες μᾶλ-
B λον ἢ * κιρνῶντες ἐατέοι. εἴπερ δεῖ τὴν κρᾶσιν, ὁμοιομερὲς τὸ πᾶν ποιεῖν· καὶ ἕκαστον μέρος τὸ σμικρότατον, ἐκ τῶν κεκρᾶσθαι λεγομένων εἶναι. οἱ μὲν οὖν τὰς ποιότητας μόνας * κιρνῶντες, τὴν δὲ ὕλην παρατιθέντες ἑκατέρου τοῦ σώματος καὶ ἐπ' αὐτῶν ἐπάγοντες τὰς παρ' ἑκατέρας ποιότητας, πιθανοὶ ἂν εἶεν, τῷ διαβάλλειν τὴν δι' ὅλων κρᾶσιν. τῷ τε εἰς τομὰς τὰ μεγέθη συμβαίνειν τῶν ὄγκων ἰέ-
C ναι, εἰ μηδὲν διάλειμμα μηδετέρῳ τῶν σωμάτων γίγνοιτο, εἰ συνεχὴς ἔσται ἡ διαίρεσις. τὸ κατὰ πᾶν τὴν διάδυσιν γίνεσθαι, θατέρῳ εἰς θάτερον. καὶ δὴ ὅταν τὰ κραθέντα μείζω τόπον κατέχῃ ἢ θάτερον, καὶ τοσοῦτον ὅσον συνελθόντα τὸν ἑκατέρου τόπον· καίτοι εἰ δι' ὅλου ὅλον ἦν διεληλυθὸς, τὸν τοῦ ἑτέρου ἔδει φασὶ μένειν τὸν αὐτὸν, εἰ ὃ θάτερον ἐνεβλήθη. οὗ δὲ μὴ μείζων ὁ τόπος γίνεται, ἀέρος τινὰς ἐξόδους αἰτιῶνται, ἀνθ' ὧν ἐσέδυ θάτερον· καὶ
D τὸ σμικρὸν δὲ ἐν τῷ μείζονι, πῶς ἂν ἐκταθὲν, δι' ὅλου χωρήσειε; καὶ πολλὰ ἄλλα λέγουσιν. οἱ δ' αὖ οἱ τὴν δι' ὅλων κρᾶσιν εἰσάγοντες, τέμνεσθαι μὲν καὶ μὴ εἰς τομὰς ἀναλίσκεσθαι λέγειν ἂν δύναιντο, καὶ δι' ὅλων τῆς κράσεως γιγνομένης. ἐπεὶ καὶ τοὺς ἱδρῶτας, οὐ τοῦ σώματος τομὰς ποιεῖν οὐδ' αὖ κατατετρῆσθαι φήσουσι. καὶ γὰρ εἴ τις λέγει, μηδὲν κωλύειν τὴν φύσιν οὕτω πεποιηκέναι τοῦ διιέναι τοὺς ἱδρῶτας χάριν, ἀλλὰ ἐπὶ

* κρίνοντες
* κρίνοντες

A τῶν τεχνητῶν, ὅταν λεπτὰ ᾖ καὶ συνεχῆ ὁρᾶσθαι, τὸ ὑγρὸν δι᾽ ὅλου δύονται αὐτὰ καὶ διαῤῥεῖν περὶ θάτερα τὸ ὑγρόν. ἀλλὰ σωμάτων ὄντων, πῶς οἷόν τε τοῦτο γίγνεσθαι, ὡς διιέναι μὴ τέμνονται, ἐπινοῆσαι οὐ ῥᾴδιον. τέμνονται δὲ κατὰ πᾶν ἀναιρήσει ἄλληλα δηλονότι. τὰς δὲ αὔξας ὅταν λέγωσι μὴ γίγνεσθαι πολλαχοῦ, διδόασι τοῖς ἑτέροις, ἀέρων ἐξόδους αἰτιᾶσθαι. πρός τε τὴν τῶν
B τόπων αὔξην. χαλεπῶς μέν, ὅμως δὲ τί κωλύει λέγειν, συνεισφερομένου ἑκατέρου σώματος, καὶ τὸ μέγεθος μετὰ τῶν ἄλλων ποιοτήτων, ἐξ ἀνάγκης τὴν αὔξην γίνεσθαι· μὴ γὰρ μηδὲ τοῦτο ἀπόλλυσθαι, ὥσπερ οὐδὲ τὰς ἄλλας ποιότητας. καὶ ὥσπερ ἐκεῖ ποιότητος ἄλλο εἶδος μικτὸν ἐξ ἀμφοῖν, οὕτω καὶ μέγεθος ἄλλο. οὐ δὴ τὸ μίγμα ποιεῖ τὸ ἐξ ἀμφοῖν μέγεθος. ἀλλ᾽ εἰ ἐνταῦθα
C ἂν πρὸς αὐτοὺς οἱ ἕτεροι λέγοιεν, ὡς εἰ μὲν ἡ ὕλη τῇ ὕλῃ παράκειται, καὶ ὁ ὄγκος τῷ ὄγκῳ, ᾧ σύνεστι τὸ μέγεθος τὸ ἡμέτερον ἂν λέγοιτο· εἰ δὲ δι᾽ ὅλου καὶ ἡ ὕλη μετὰ τοῦ ἐπ᾽ αὐτῇ πρώτων μεγέθους, οὕτως ἂν γένοιτο, οὐχ ὡς γραμμὴ γραμμῇ ἐφεξῆς ἂν κέοιτο, κατὰ τὰ πέρατα τοῖς σημείοις ἑαυτῶν συνάψαι, οὐδ᾽ ἡ αὔξη ἂν γένοιτο, ἀλλ᾽ ἐκεί-
D νως ὡς ἂν γραμμὴ γραμμῇ ἐφαρμοσθείη. ὥς τε αὔξην μὴ γίνεσθαι· τὸ δὲ ἔλαττον, διὰ παντὸς τοῦ μείζονος· καὶ μεγίστου * τὸ μικρότερον. καὶ ἐφ᾽ ὧν φανερὸν ὅτι * κίρναται. ἐπὶ γὰρ τῶν ἀδήλων ἔξεστι λέγειν, μὴ εἰς πᾶν φθάνειν, ἀλλ᾽ ἐφ᾽ ὧν γε φανερῶς συμβαίνει, λέγοιτ᾽ ἄν, λέγοιεν ἐκτάσεις τῶν
E ὄγκων, οὐ σφόδρα πιθανὰ λέγοντες, εἰς τοσοῦτον * τὸν σμικρότερον ὄγκον ἐκτείνοντες. οὐδὲ γὰρ μεταβάλλοντες τὸ σῶμα, μέγεθος αὐτῷ πλέον διδόασιν, ὥσπερ εἰ ἐξ ὕδατος ἀὴρ γίγνοιτο.

τὸ μικρότατον. *κεῖνται.* *τὸν σμικρότατον.*

ΤΟΥ̃ΤΟ δὲ αὐτὸ ἐφ᾽ ἑαυτοῦ ζητητέον, τί συμβαίνει, ὅταν ὅπερ ἦν ὄγκος ὕδατος, ἀὴρ γίγνηται, πῶς τὸ μεῖζον ἐν τῷ γενομένῳ· νῦν δὲ τὰ μέν, εἰρήσθω πολλῶν καὶ ἄλ-
F λων παρ᾽ ἑκατέρων λεγομένων. ἡμεῖς δὲ ἐφ᾽ ἑαυτῶν σκοπῶμεν, τί χρὴ λέγειν περὶ τούτου· τίς δόξα σύμφωνος τοῖς λεγομένοις ἢ καὶ τίς ἄλλη παρὰ τὰς νῦν λεγομένας φανεῖται. ὅταν τοίνυν διὰ τοῦ ἐρίου ῥέῃ τὸ ὕδωρ, ἡ βίβλος ἐκστάζῃ τὸ ἐν αὐτῇ ὕδωρ, πῶς οὐ τὸ πᾶν ὑδάτινον σῶμα δίεισι διὰ αὐτῆς. ἢ καὶ ὅταν μὴ ῥέῃ πῶς συνάψομεν τὴν ὕλην τῇ ὕλῃ, καὶ
G τὸν ὄγκον τῷ ὄγκῳ; τὰς δὲ ποιότητας μόνον, ἐν συγκράσει ποιησόμεθα; οὐ γὰρ δὴ ἔξω

A Quandoquidem & sudores sectiones non inferant corpori, neque rursus ibi aliquid perforetur. Iam verò & si quis obiecerit, nihil prohibere ita naturâ instituisse, quò sudor facilius exundaret, attamen addent in artificijs quibusdam quando tenuia continuaque sunt, videri ea sæpe per totum humore madentia instillantiaq́; atque in alteram partem humorem inde transfluere. At verò cùm hæc corpora sint, haud facile intellectu est, quâ ratione fieri possit, vt al-
B terum absque incisione pertranseat alterum. Sin autem per totum mutuò diuidantur, procul dubiò se mutuò destruent. Deinde quando aiunt, sæpe ex duorum corporum congressione in mole non fieri augmentum, concessuri videntur alijs exhalationes aëris in causa assignare. Sed ad locorum augmentum difficile quidem, nihil tamen prohibet dicere, vbi vtrunq; corpus mutuò insinuatum est, magnitudinem quoque vnà cum cæteris qualitatibus necessa-
C riò augeri. Neque enim hanc ipsam perdi, quemadmodum neque cæteræ qualitates, & quemadmodum alia ibi species qualitatis prouenit ex vtrisque commista, sic & aliam magnitudinem, vbi profectò mistura ex vtrisque conficit magnitudinem. Verùm hic forsan aduersum hos sic alij dicerent: Si materia materiæ adiacet, mólesque moli, quam comitatur & magnitudo, pro nostra opinione istud adducitis. Sin autem materia vnà cum magnitudine, quæ
D & prius erat in ipsa, per totam alteram molem ingrediatur, sic vtique fiet, non perinde ac si linea deinceps lineæ iuxta terminos ipsarũ punctis coniungatur, vbi potest fieri augmentum: sed illo inquam potius modo fiet, veluti si ita inferatur linea lineæ, vt nullum proueniat incrementum. Postremò contra hos afferebatur: impossibile videri minus corpus per totũ maius se porrigere, præsertim minimum quodque
E per maximum, vbi videlicet cõstet mistionem esse peractam. Profectò vbi non satis exploratum est, talia simul omnino confundi, licet obijcere, minimum per totum maximum non percurrere. Vbi verò euidenter id fit compertum, assignari poterunt quædam molium ipsarum extensiones: quamuis non satis probabilia dicant, qui molem quamminimam in molem amplissimam protendere moliuntur, præsertim quum magnitudinem corpori tribuant ampliorem, neque tamen ipsum ita transmutent, si-
F cut si ex aqua aer efficiatur.

HOC autem ipsum inquisitionem propriam exigit: quid nam contingat, quando quæ fuerat moles aquæ fit aër: quo videlicet modo amplior in eo quod gignitur moles efficiatur. In præsentia verò hæc hactenus pauca è multis, quæ pro vtraque opinione adduci solent, dicta fuerint. Nos autem his in rebus inuestigemus, quid sit potissimum afferendum, vtra opinio rationi magis consentanea sit: &
G nunquid alia quædam sententia præter dictas appareat. Principiò quando per lanam fluit aqua, aut lana vel papyrus aquam quam ebibit extillat, cur nõ totũ aquæ corpus per ipsam effluendo pertrãsit? Aut etiã quãdo nõ effluit, quo pacto materiã materię coniungemus, molemq́; moli? Numqualitates solas confundi inuicem concedemus? Sanè non extra bombicem aquæ materia

11 Corpora in mistione tũ per molem, tum qualitatem corporibus penitus commisceri.

illic apponitur, neque in quibuſdam duntaxat interuallis: tota enim madet, nec vſquam materia eſt vacua qualitate. Quòd ſi vbique materia eſt vnà cum qualitate, nimirum per totam bombicem eſt aqua. Aut ſi non ſit ibi aqua, ſed qualitas aquæ, quærendum eſt, vbi nam ipſa ſit aqua. Quid nam igitur prohibet, quin eadem ibi ſit moles? Fortè quod adiunctum eſt, extendit bombicem. Accepit enim ab eo quod ingreſſum eſt magnitudinem. At ſi accepit, moles quædam eſt addita: ſin autẽ addita eſt, atq; oppoſita, nequaquam in altero imbibita eſt: oportet itaque in alio atque alio ſitu materiam eſſe. Fortè etiam nihil prohibet, quemadmodum ab altero corpore alterum accipit qualitatem, ſic etiam accipere magnitudinem. Sanè qualitas differens cũ qualitate congrediens, ob id ipſum quod cum altera iam conflata eſt, nequaquam permanet pura, neque quæ erat eſt omnino, ſed iam deleta vel obſcurata: magnitudo verò concurrens cum magnitudine non deletur vel obſcuratur. Ad id autem quod dicitur, corpus progrediens per corpus ſectiones prorſus efficere, quo pacto dicatur, aliquis objicere poteſt: quandoquidẽ & nos qualitates per corpora ſe propagare concedimus, neque tamen facere ſectiones. Sed forſan non facere dixerit quiſpiam, quoniam incorporeæ ſunt. At verò ſi materia ipſa quoque incorporea eſt, ſicut incorporeæ qualitates: quidnam prohibet paucas quaſdam qualitates vnà cum materia penitus per corpus aliud penetrare? ſolida verò non penetrare, quoniam tales habeant qualitates, vt penetrationem ipſam impediant: vel fortè multas ſimul qualitates non poſſe dicemus vnà cum materia id dfficere. Verùm ſi multitudo qualitatum dẽſum corpus efficeret, multitudo vtiq; cauſa foret: ſin autem denſitas propria quędam qualitas eſt, ſicut & corporeitas ipſa eſt propria qualitas, fortè neq; qualitates qua ratione qualitates ſunt, cõficient miſtionem, ſed qua certè quædam ſunt qualitates. Neque rurſus materia qua materia eſt reſpuet mixtionem, ſed qua cũ tali quadam eſt qualitate: idque præſertim ſi nullam habeat magnitudinem, videlicet vt neque propriam ſibi vendicet, neque venientem vllam natura reijciat. De his itaque hactenus ſic fuerit dubitatum.

III *Quomodo definiatur corpus atq; corporeitas.*

QVONIAM verò de corporeitate fecimus mentionem, perſcrutandum eſt, vtrum ipſa corporeitas ſit quiddam ex cunctis compoſitum, an potius ſit ſpecies & ratio quædam, quæ infuſa materiæ corpus efficiat. Profectò ſi corpus eſt, hoc ipſum ex cunctis qualitatibus vnà cum materia congregatum, id vtique corporeitas erit. Atqui ſi ratio eſt, quæ accedens efficit corpus, nimirùm ratio complectens cunctas continet qualitates. Oportet autem eiuſmodi rationem, ſi non eſt omnino qualis ratio definiens quid res quæque ſit, ſed ratio rem ipſam faciens, nequaquam intus complecti materiam, ſed potius circa materiam rationem eſſe, atque infuſam facere corpus. Eſſe pręterea corpus materiam ſimul rationemque infuſam:

A τῆς βίβλου, ἡ τοῦ ὕδατος ὕλη παρακείσεται. οὐ δή αὖ ἔν τισι διαστήμασιν αὐτῆς. πᾶσα γὰρ ὑγρά ἐστι. καὶ οὐδαμοῦ ὕλη κενὴ ποιότητος. εἰ δὲ πανταχοῦ ἡ ὕλη μετὰ τῆς ποιότητος, πανταχοῦ τῆς βίβλου τὸ ὕδωρ, ἢ οὐ τὸ ὕδωρ, ἀλλ' ἡ τοῦ ὕδατος ποιότης. ἀλλὰ ποῦ ὄντα τοῦ ὕδατος. πῶς οὖν οὐχ ὁ αὐτὸς ὄγκος. ἢ ἐξέτεινε τὴν βίβλον τὸ προστεθέν. ἔλα- B βε γὰρ μέγεθος παρὰ τοῦ εἰσελθόντος. ἀλλ' εἰ ἔλαβε, προσετέθη τις ὄγκος. εἰ δὲ προσετέθη, οὐ κατεπόθη ἐν τῷ ἑτέρῳ. δεῖ οὖν ἐν ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ τὴν ὕλην εἶναι. ἢ τί κωλύει ὥσπερ δίδωσι τῆς ποιότητος, καὶ λαμβάνει σῶμα θάτερον παρὰ θατέρου, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ μεγέθους. ποιότης μὲν γὰρ ποιότητι συνελθοῦσα, οὐκ ἐκείνη οὖσα, ἀλλὰ μετ' ἄλλης, ἐν τῷ C μετ' ἄλλης εἶναι, οὐ καθαρὰ οὖσα, οὐκ ἔστι παντελῶς ἐκείνη, ἀλλ' ἠμαύρωται. μέγεθος δὲ συνελθὸν ἄλλῳ μεγέθει, οὐκ ἀφανίζεται· τὸ δὲ σῶμα χωροῦν διὰ σώματος, πάντως τομὰς ποιεῖν πῶς λέγεται, ἐπιστήσειεν αὖθις· ἐπεὶ καὶ αὐτοί, τὰς ποιότητας τὰς διὰ τῶν σωμάτων, χωρεῖν λέγομεν. καὶ οὐ τομὰς ποιεῖν, ἢ ὅτι ἀσώματοι. ἀλλ' εἰ ἡ ὕλη καὶ αὐτὴ ἀσώ- D ματος, διὰ τί τῆς ὕλης ἀσωμάτου οὔσης καὶ τῶν ποιοτήτων, εἰ τοιαῦται εἶεν ὡς ὀλίγαι εἶναι, οὐ μετὰ τῆς ὕλης τὸν αὐτὸν τρόπον διίασι. μὴ διιέναι δὲ τὰ στερεὰ ὅτι τοιαύτας ἔχει τὰς ποιότητας, ὡς κωλυθῆναι διιέναι. ἢ πολλὰς ὁμοῦ * ἀδυνατὸν μετὰ τῆς ὕλης, ποιεῖν τοῦτο; εἰ μὲν οὖν τὸ πλῆθος τῶν ποιοτήτων, τὸ πυκνὸν λεγόμενον σῶμα ποιεῖ, τὸ πλῆθος ἂν εἴη αἴτιον. εἰ δὲ πυκνὸν ἰδία ποιότης E ἐστίν, ὥσπερ καὶ ἣν λέγουσι σωματότητα, ἰδία ποιότης. ὥστε οὐχ ἡ ποιότητες τὴν αὔξιν ποιήσονται, ἀλλ' ἡ τοιαίδε. οὐ δή αὖ ἡ ὕλη ἡ ὕλη οὐ μιχθήσεται. ἀλλ' ἡ μετὰ τοιᾶσδε ποιότητος· καὶ μάλιστα εἰ μέγεθος οἰκεῖον οὐκ ἔχει. ἀλλ' εἰ μὴ ἀποβάλλουσα τὸ μέγεθος. ταῦτα μὲν οὖν ἔστω καὶ οὕτω διηπορημένα.

* ἀδυνατεῖ

F ΕΠΕΙ δὲ ἀμνήσθημεν σωματότητος, ἐπισκεπτέον. πότερα ἡ σωματότης ἐστὶ τὸ ἐκ πάντων συγκείμενον, ἢ εἶδός τι ἡ σωματότης, καὶ λόγος τις ὃς ἐγγενόμενος τῇ ὕλῃ, σῶμα ποιεῖ· εἰ μὲν οὖν τοῦτό ἐστι τὸ σῶμα τὸ ἐκ πασῶν τῶν ποιοτήτων ἐν ὕλῃ, τοῦτο ἂν εἴη ἡ σωματότης. καὶ εἰ λόγος δὲ εἴη ὃς προσελθὼν ποιεῖ τὸ σῶμα, δηλονότι ὁ λόγος ἐμπεριλαβὼν ἔχει τὰς ποιότητας G ἁπάσας· δεῖ δὲ τὸν λόγον τοῦτον εἰ μὴ ἔστιν ἄλλως ὥσπερ ὁρισμὸς δηλοτικὸς, τοῦ τί ἐστι τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ λόγος ποιῶν πρᾶγμα, μὴ τὴν ὕλην συμπεριειληφέναι, ἀλλὰ περὶ ὕλην λόγον εἶναι, καὶ ἐγγενόμενον ἀποτελεῖν τὸ σῶμα, καὶ εἶναι μὲν τὸ σῶμα, ὕλην καὶ λόγον ἐνόντα.

αὐτὴν

αὐτὸν δὲ εἶδος ὄντα ἄνευ ὕλης ψιλὸν θεωρεῖσθαι. κἂν ὅτι μάλιστα ἀχώριστος αὐτὸς ᾖ. ὁ γὰρ χωριστὸς ἄλλος ὁ ἐν νῷ. ἐν νῷ δὲ, ὅτι καὶ αὐτὸς νοῦς· ἀλλὰ καὶ ταῦτα ἄλλοθι.

A ipsam verò rationem quum sit species, considerari posse absque materia nudam, vel si quam maximè inseparabilis sit à materia. Ipsa verò ratio separata alia est atque in mente: in mēte inquam: quoniā & ipsa mens est. Sed de his alibi.

MARSILII FICINI IN LIBRVM VIII. DE VISV, ET QVARE QVÆ PROCVL SVNT, PARVA VIDEANTVR, COMMENTARIVS.

SVMMA TOTIVS LIBRI.

Rationes aliorum duæ, & Plotini duæ: cur remotiora videantur minora.

QVAERVNTVR in hoc libro duo: Primum, Cur obiecta ob oculis remotiora soleant videri minora. Secundum: Quam ob causam duo quædam remotissima à nobis spectacula & inter se distantia, puta stadio, videantur minori etiam inter se spacio distare, quàm stadio: item minus à nobis distare, quàm distent. Adhæc nonnulli respōdent: lumen ipsum quo videmus, quo magis ab obiecto veniens propinquat oculo, eò magis accommodare seipsum ad oculū atque pupillam, sicut & corpora liquida sese locis accommodant. Hæc responsio ita demum propriè valet, si lumen de quo loquitur, sit radius visualis missus ab oculo, iterumq; ab obiecto reflexus ad oculum, sic enim fortè naturali quodam vigore paulatim ad quantitatem suæ originis reuertetur. Sunt enim qui dicant, lumen hoc ab oculo procedens pyramidali figura rem videndam attingere, perq; illam subitò dilatari: & ab ea rursus quasi ex base pyramidalem versus oculum figuram reficere, tangereq; cono pupillam oculi similiter natura pyramidalis. Ex eorum ergo sententia responsio eiusmodi propriè fortasse valebit. Nam & communiter valere aliqui fortè dicent: quoniam luminosum primum id est, sol lumen quidem effundat circum ex tota circunferentia sui, sed huius vndique colligat se in conum, ne extra suum fontem profluens euanescat sic etiam potentius aget, & totum facilius erit vbique. Ac dum tota basis coarctatur in conum, sol totus omnisq; virtus eius per angulum aderit, agetq; vbique. poteritq; ita in angulo tota eius magnitudo videri. Sic etiam cùm in sole centrum & circunferentia sit, ipsum eius lumen quatenus à toto solis effluit ambitu, circunferentiam imitatur: quatenus autem colligitur in angustum, imitatur & centrum. hinc fieri dicent, vt ex quolibet illuminato corpore lumen eadem quasi figura sese ad alia & ad oculos colligat. Hactenus quidem sit responsio prima. Respondent iterum alia ratione: formam quidem rei videndæ in ipsa re materialem habere naturam: sed inde spiritali susceptam lumine materiam exuere subitò, & spiritali quadam ratione venire, quamuis ad longum seruare proportionem quandam ad propriam materiam videatur. Sed cùm primùm incipit proportionem quoq; hanc amittere, videri minorem: ac denique omni ad materiā propriā proportione cōsumpta oculis nō vlterius apparere: sicut neq; videntur oculis ipsæ formarum naturalium rationes formales, seminariæ, ideales. Hæc sint ex aliorum opinione responsa. Quæ sanè opinio, quæue responsa quantum habeant veritatis, alibi deprehendetur.

Post hæc sequitur ad idem propria Plotini responsio. Profectò quanta sit tota rei dimensio, tunc planè metimur, quādo singulas gradatim eius partes perspicacius intuemur. Cùm igitur ubi procul posita res est, particulæ nos plurimæ lateant, meritò totius mensura nos fugit, minorq; videtur. Præsertim quia luminosa qualitas, vtpote quæ & efficacior est quantitate, & propria visui, efficacius priùs ue quàm quantitas sese oculis obijcit. Qualis ergo res ipsa sit, primò videmus: quanta verò, secundò, dum videlicet perspicimus qualitatem. Cùm igitur visualis radius in rem à nobis effusus, & longiori tandem progressione debilitatus, qualitatem scilicet, colorem, luminosamq; naturam discernat minus: meritò quantitatem quoque confusè metitur. Iam verò quod est in forma substantiali perfectius atque imperfectius, id in accidentali forma intensius & remissius, idem in quantitate maius atque minus: in motu velocius atque tardius: in tempore diuturnius atque breuius. Cùm igitur ipsum maius minusq; proprium quantitatis proportionem quandam habeat cum eo quod est intensius & remissius qualitatis, cumq; ipsa quantitas in notitiæ ordine qualitatem sequatur, nimirum vbi visus sub remissiori gradu percipit qualitatem, interim sub minori mensura percipit quantitatem. Inter hæc memineris, colorem esse proprium visus obiectum: vocem similiter proprium auditus obiectum: item vehementiam potestatemq; coloris ad visum propriè pertinere: vigorem quoque vocis similiter ad auditum: magnitudinem verò pluribus percipi sensibus, eamq; esse non tam ipsam rei sensibilis efficaciam, quàm eiusdem diffusionem quandam per multitudinem atque locum: & hanc non primò quidem, sed per ipsam nobis qualitatem & efficaciam innotescere. Quo fit, vt vbi minus patet qualitas, interim quantitas delitescat. Tribus autem potissimum hæc indicijs confirmantur. Primùm est eiusmodi: Si colles variarum rerum formis plenos inspexeris, eas ibi formas planè conspiciens, magnitudinem regionis ipsius rectius metieris, quàm si formas eiusmodi nequaquam intuearis, quasi per formas pateat magnitudo. Secundum: Tabulam aspice propè positam varijs figuris impressam, nisi figuras inspexeris sigillatim, non tantam iudicabis tabulæ magnitudinem, quātam si perspicuè omnes sigillatim conspexeris atque summatim. Tertium: Si in parietem viridi tantùm colore dea

pictum aciem verteris, non tantus tibi paries hic occurret, quatenus si pluribus fuerit coloribus insignitus. Vix
enim dimensionis partes inter se discernere potes, vbi formarum varietas non distinguit, sed à qualibet dimensio-
nis parte repentè prolaberis, nisi differentia qualitatis sistat intuitum. Per hæc responderi potest quæstioni se-
cundæ, quam videlicet ob causam ædificia duo in opposito colle nobisq; remotissimo sita, & inter se distantia stadio,
distare etiam minus appareant. Item quòd si centum à nobis stadijs separata sint, breuiori etiam interuallo à no-
bis videantur abesse. Vbi enim confusius formarum cernimus varietatem, nimirum nec quantitatem inter-
ualli discernimus.

Quòd non propter minores angulos videantur minora quæ remotiora sunt.

In capitulo secundo ad hæc responsionem illorum, qui putant ab obiecto visibili per lineas radiorum pyrami-
II *In capitulo secundo ad hæc responsionem illorum, qui putant ab obiecto visibili per lineas radiorum pyrami-*
dalem ad oculum protendi figuram, & cono quodam pupillam attingere: & quantò remotius est obiectum, tantò
gradatim acutiorem effici conum, confutat. Itaque dum breuiori paulatim angulo rem perspicimus, breuiorem
quoque magnitudinem coniectare: præcipuè quando eousque processum est, vt angulus iam pupilla sit minor. Quid
ad cætera sit dicendum, vnà cum Plotino alibi disputabimus. In præsentia verò potissimum id respuitur, quòd aiunt
iccirco minus videri corpus, quòd minor iam euaserit angulus, quàm pupilla. Ratio enim hæc ibi concedet, alia quæ-
dam insuper tunc à pupilla videri: quando res vna pupillam angulo suo implere non possit: at enim vbi obiectum est
adeò ingens, vt nihil vno intuitũ conspici possit vlterius, tunc etiam minus quàm sit apparet, quamuis angulus quo
videri dicitur, non minor euaserit quàm pupilla. Toto nanque visu conspicitur hemisphærium, quod vsqueadeò
pupillam impleat, vt nihil præterea conspicere queat. Quòd igitur minus quàm sit putetur, non ex eo continget,
quòd per breuiorem angulum quàm sit pupilla, cernatur. Inter hæc animaduertes indicium, quo confirmes, se-
cundum Plotinum non formam obiecti ad oculos peruenire, sed oculi radium ad obiectum. Visio nanque ve-
lut actio quædam ad ipsum modum visualis formæ peragitur. Si igitur obiectum ad pupillæ (vt aiunt) se
angustiam conformaret, non grandius vnquam, quàm sit pupilla, iudicaretur: nunc verò longò grandius iudicatur:
quoniam radius visualis extrà porrectus per ipsam rei magnitudinẽ se diffundit. Sed profectò negare non possumus,
radios à corporibus luminosis pyramidali quadã figura ad oculos peruenire, atq; cum hac ipsa figura spiritalem sal-
tem qualitatem rei, vel virtutem, aut actum ad nos vsque perferre. Vicissim quoq; ab oculis emitti radios testatur
radialis natura visus, præcipuè in animalibus nocte videntibus. Quóue alij cominus videt, eminus alij: nec videmus
admodũ rara, neq; nebulas valde proximas, quia non terminant potentes adhuc radios oculorũ. Mitto, quid & ho-
mines, & animalia quædam intuitu oculorũ extra conficiant. Deniq; plus luminis necessariũ est prope obiectũ, quã
prope oculum: vbi enim radius noster emittitur, validus est. Nec insuper expedit lumine hic vberiore spargi, sed pe-
nes obiectum iam debilis lumine multo fouetur, eodem per obiectum protinus diffundendus. Probabile enim vide-
tur visualem oculi radium protendi per pyramidalem occurrentis luminis latitudinem eiusdem luminis adminicu-
lo versus rei videndæ latitudinem, quatenus videlicet progredi valet: & quando sic terminatur, peragi visio-
nis effectum. Vtriusque verò scilicet radij visualis atque luminis vberioris commercio quodam
confici visionem Plato in Timæo, & Galenus Calcidiusq; ibidem docent, & per-
spectiuè confirmant. Lumen verò dictum vel radio visuali est
ingenitum, vel foris adbibitum.

PLOTINI

ΠΛΩΤΙΝΟΥ
ΕΝΝΕΑΔΟΣ Β
ΛΟΓΟΣ Η.

PLOTINI
ENNEAD. SECVNDAE
LIBER VIII.

ΠΕΡῚ ὁράσεως, ἢ πῶς τὰ πόρρω μικρὰ φαίνεται.

De visu, vel quare remota procul à nobis parua videantur.

ἎΡΑ τὰ πόρρω φαίνεται ἐλάττω, καὶ τὰ πολὺ ἀφεστηκότα ὀλίγον δοκεῖ ἔχειν τὸ μεταξύ, τὰ δὲ ἐγγύθεν ἡλίκα ἐστὶ φαίνεται, καὶ ὅσην ἔχει τὴν ἀπόστασιν. ἐλάττω μὲν δοκεῖ τοῖς ὁρῶσι τὰ πόρρω ὅτι συναιρεῖσθαι πρὸς τὴν ὄψιν ἐθέλει, καὶ πρὸς τὸ μέγεθος τῆς κόρης τὸ φῶς. καὶ ὅσῳ ἂν πόρρω ἡ ὕλη ᾖ τοῦ ὁρωμένου, τόσῳ τὸ εἶδος οἷον μεμονωμένον ἀφικνεῖται· γινομένου καὶ τοῦ πηλίκου εἴδους καὶ αὐτοῦ καὶ ποιοῦ, ὡς τὸν λόγον αὐτοῦ ἀφικνεῖσθαι μόνον. ἢ καὶ ὅτι τὸ μὲν μέγεθος ἐν διεξόδῳ καὶ ἐπελεύσει, καθ' ἕκαστον μέρος ὅσον ἐστὶν αἰσθανόμεθα. παρεῖναι οὖν δεῖ αὐτὸ καὶ πλησίον εἶναι, ἵνα γνωσθῇ ὅσον. ἢ καὶ ὅτι κατὰ συμβεβηκὸς ὁρᾶται τὸ μέγεθος, τοῦ χρώματος πρώτως θεωρουμένου. πλησίον μὲν οὖν, ὅσον κεχρωσται, γινώσκεται. πόρρω δέ, ὅτι κεχρωσται. τὰ δὲ μέρη κατὰ ποσὸν συνδιαιρούμενα, οὐκ ἀκριβῆ δίδωσι τὴν τοῦ ποσοῦ διάγνωσιν· ἐπεὶ καὶ τὰ χρώματα αὐτὰ, ἀμυδρὰ προσέρχεται. τί οὖν θαυμαστὸν εἰ καὶ τὰ μεγέθη ὥσπερ καὶ αἱ φωναὶ ἐλάττους, ὅσῳ ἂν τὸ εἶδος αὐτῶν ἀμυδρὸν * εἴη; εἶδος γὰρ κἀκεῖ ἡ ἀκοὴ ζητεῖ. τὸ δὲ μέγεθος, κατὰ συμβεβηκὸς αἰσθάνεται. ἀλλὰ περὶ τῆς ἀκοῆς εἰ τὸ μέγεθος κατὰ συμβεβηκός. τίνι γὰρ πρώτως τῷ ἐν τῇ φωνῇ μέγεθος, ὥσπερ δοκεῖ * τῇ φωνῇ τὸ ὁρώμενον. ἢ δοκοῦν μέγεθος ἡ ἀκοή, οὐ κατὰ τὸ ποσόν, ἀλλὰ κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον, οὐ κατὰ συμβεβηκός· οἷον τὸ σφόδρα. ὡς καὶ ἡ γεῦσις τὸ σφόδρα τοῦ γλυκέως, οὐ κατὰ συμβεβηκός. τὸ δὲ κυρίως μέγεθος φωνῆς, τὸ * ὑφ' ὅσον. τοῦτο δὲ κατ'

* ἴη.

τῇ ἁφῇ.

ἐφ᾽ ὅσον.

A QVARE quæ procul à nobis sunt, minora videntur? Et quæ longo spatio separata sunt, paruo distare spatio nobis apparent? Quæ verò propè nobis occurrũt, quãta sint apparent, & quãtum habeant interuallum? An minora quidem videntur aspicientibus quæ sunt procul: quoniam lumen ad visum & ad magnitudinem pu-
B pillæ quodammodo desiderat colligi? Et quatenus rei visibilis remota materia est, eatenus species quasi sub materia solaque speciei forma peruenit. Atqui & quantitas & qualitas species quædam est. Atque ita quasi ratio huius sola peruenit. An fortè etiam, quia quanta sit magnitudo, sentimus in quadam secundum quamlibet partem gradatim facta discursione? Adesse igitur hanc oportet: atque adesse propè, vt quanta sit cognoscatur. Num & quia secundum accidens cernitur magnitudo? Cum
C calor primò cernatur? Cominus itaque, quantum coloratum est, discernitur; eminus autem duntaxat coloratum esse: partes verò secundum quantitatem condistributæ non exactam quantitatis notitiam afferunt. Quando & colores ipsi debiles tenuesque veniunt? Quid ergo mirum? si etiam magnitudines quemadmodum & voces apparent minores: quatenus earum species exilis ac debilis advenit. Nempe ibi quoque speciem auditus affectat. Magnitudo verò ex accidenti percipitur. Verùm quã-
D tum ad auditum spectat, si magnitudo sentitur secundum accidens, cui nam potentiæ patet primum magnitudo quæ est in voce; quemadmodum apparet tactui quod est visibile. aut certè quod apparet magnitudo auditus percipit, non secundum quantum, sed secũdum maius ac minus: neque secundum accidens, vbi videlicet percipit tanquam vehemens: sicut & gustus dulcedinis vehementiã non per accidens percipit. Principalis autem & propriè dicta magnitudo vocis protensio quædam est in quantũ: hanc verò secundum accidẽs ex ipsa vehementia designari

Rationes aliorum duæ, & Plotini duæ: cur remotiora videantur minora.

designari contingit: veruntamen non exactè. A Vehementia sanè cuiusque naturæ idem est atque ipsa natura. Progressio verò in multitudinem, secundum protensionem in omnem locum, qui impletur, consideratur. At enim non parui colores sed debiles sunt: magnitudines verò paruæ. Fortè verò vtrisque commune est, quod minus esse in eo quod est, dici solet. Color quidem id quod minus dicitur, habet in eo B quod debilis & caducus. Magnitudo autem, id est, dimensio ipsum quod minus dicitur, habet in eo quod parua. Nempe magnitudo colorem sequens consequenti quadam proportione minuitur. Manifestior autem in spectaculis quæ varia sunt, fit eiusmodi passio: quemadmodum in spectaculo montium habitationes multas arboresque habentium aliaq; permulta: quorum quodlibet si perspicitur, efficit vt ex inspectis singulis totum metiri possis. At vbi C species ex singulis non accedit, oculus non habet, quomodo quantum sit totum cognoscat, metiens uidelicet secundum vnamquamque speciem suppositam magnitudinem. Quoniam & quæ propè sunt, quādo sunt varia, intuitus autem simul in cūcta repente se vertit, adeo vt non omnes species discernantur, solent minora videri pro rata ratione, quatenus videlicet species quælibet contuenti defraudat: sed quando species singulæ perspicuè discernuntur, tunc rectè magnitudinis mensura censetur. D Quæcunque verò magnitudines ex vno colore vniformes occurrunt, quantitatis iudicium maximè fallunt. Quippe cum visus non facilè possit per partes discretè metiri: sed in metiēdo secundum partem vltra repente labatur, non habens videlicet qua differentiæ via in singulis partibus progressum sistere possit. Propè autem situm esse videtur, quod longè remotum est. Quoniam medium spatium secundum eandem causam quantum est colligi solet. Quod E enim est propinquum, quantum sit non latet, easdem ob causas. At vbi visus non discurrit, distantiæ longitudinem qualis est secundum speciem, nimirum neque quantum sit magnitudine metiri potest.

11 *Quòd non ꝓpter minores angulos, uideatur minora, quæ remotiora sunt*

QVOD autem dicitur à nonnullis, quæ procul distant iccirco videri minora, quoniam per minores visionis angulos videatur, dictum est & alibi esse falsum, & in presentia sic est cōsu F randum. Profectò qui ait, per minorem angulum obiectum videri, minus relinquit reliquum visum, siue angulum aliquid extra videntem: videlicet vel aliud quiddam visibile, vel saltem nonnihil extrinsecus velut aerem. Quando igitur nihil relinquit, ex eo quod mons sit ingens, sed vel adæquat, neque aliud quicquam visu percipi potest. Quippe cum ipsius spatium accommodetur obiecto: vel etiam superexcedat obiectum vtrinque visionis intuitum. G Quid nam hic aliquis respondebit? Quandoquidem obiectum ipsum multo minus, quàm sit, appareat, & omni visu conspiciatur. Quòd si in cælū suspiciat, procul dubio id quiuis intelliget. Nam alioquin nō posset quisquā vno quodam ictu totum simul hemisphærium contueri: Neque in tantum aspectus diffundi, eousque prorsus

A συμβεβηκὸς ἐκ τοῦ σφόδρα σημήνειεν ἄν. οὐκ ἀκριβῶς δέ. τὸ μὲν γὰρ σφόδρα, ἑκάστῳ τὸ αὐτό. τὸ δὲ εἰς πλῆθος εἰς ἅπαντα τὸν τόπον ὃν ἐπέσχεν. ἀλλ' οὐ σμικρὰ τὰ χρώματα· ἀλλὰ ἀμυδρά. τὰ δὲ μεγέθη, σμικρά. ἢ ἐν ἀμφοτέροις, κοινὸν * τὸ ἧττον ὅ ἐστι· χρῶμα μὲν οὖν τὸ ἧττον ἀμυδρόν· μέγεθος δέ, τὸ ἧττον σμικρὸν καὶ ἑπόμενον τῷ χρώματι τὸ μέγεθος, ἀνάλογον ἠλάττωται. B σαφέστερον δὲ ἐπὶ τῶν ποικίλων γίνεται τὸ πάθος. οἷον ὀρῶν ἐχόντων πολλὰς οἰκήσεις καὶ δένδρων πλῆθος, καὶ ἄλλα πολλά. ὧν ἕκαστον, εἰ μὲν ὁρῷτο, δίδωσιν ἐκ τῶν ὁρωμένων ἑκάστων, μετρεῖν τὸ ὅλον. τοῦ δὲ εἴδους καθ' ἕκαστον οὐκ ἰόντος, ἀπεστέρηται τοῦ καθ' ἕκαστον εἴδους, μετροῦσα τὸ ὑποκείμενον μέγεθος. τὸ πᾶν ὅσον ἐστὶ γινώσκειν· ἐπεὶ καὶ C τὰ πλησίον ὅταν ποικίλα ᾖ, ἀθρόως δὲ γένηται ἡ ἐπιβολὴ πρὸς αὐτὰ καὶ μὴ πάντα τὰ εἴδη ὁρῷτο, ἐλάττω ἂν φανείη κατὰ λόγον, ὅσον ἂν ἕκαστον κλαπῇ ἐν τῇ θέᾳ. ὅταν δὲ πάντα ὀφθῇ ἀκριβῶς μετρηθέντα ὅσα ἐστὶ γινώσκεται. ὅσα δὲ τῶν μεγεθῶν ὁμοειδῆ ὁμοιόχροα ὄντα, ψεύδεται. καὶ ταῦτα τὸ ποσόν, αὐτῆς οὐ κατὰ μέρος πάνυ τι μετρεῖν D δυναμένης τῆς ὄψεως, ὅτι ἀπολισθαίνει. κατὰ μέρος μετροῦσα, ὅτι μὴ ἔχει ἵστασθαι καθ' ἕκαστον μέρος τῇ διαφορᾷ· ἐγγύθεν δὲ τὸ πόρρω, ὅτι μεταξὺ συναιρεῖται, ὅσον ἐστὶ κατὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. τὸ μὲν γὰρ πλησίον ἐστὶν αὐτοῦ ὅσον οὐ λανθάνει, διὰ τὰ αὐτά. οὐ διεξοδεύουσα δὲ τὸ πόρρω τοῦ διαστήματος, οἷόν ἐστι κατ' εἶδος, οὐκ ἂν δύναιτο, οὐδὲ ὅσον ἐστὶ E κατὰ μέγεθος εἰπεῖν.

*ΤΟ δὲ κατὰ τὰς τῆς ὄψεως ἀγωνίας ἐλάττους εἴρηται μὲν καὶ ἐν ἄλλοις, ὡς οὐκ ἔστι. καὶ νῦν δὲ ἐκεῖνο λεκτέον. ὡς ὁ λέγων ἔλαττον φαίνεσθαι ἐλάττονι γωνίᾳ, καταλείπει τὴν λοιπὴν ἔξωθεν τι ὁρῶσαν. ἢ ἄλλο τι. ἢ ὄντι ἔξωθεν ὅλως, οἷον ἀέρα. ὅταν F οὖν μηδὲν καταλείπῃ τῷ πολὺ εἶναι τὸ ὄρος. ἀλλ' ἢ ἰσάζει καὶ μηκέτι ἄλλο οἷόν τε ἡ αὐτῇ ὁρᾶν, ἅτε τοῦ διαστήματος αὐτῆς συναρμόσαντος τῷ ὁρωμένῳ, ἢ καὶ ὑπερτείνῃ τὸ ὁρώμενον ἐφ' ἑκάτερα τὴν τῆς ὄψεως προσβολήν, τί ἂν τις ἐνταῦθα λέγοι. ἔλαττον μέν, ἢ ἔστι, πολλῷ φαινομένου τοῦ ὑποκειμένου. πάσῃ δὲ τῇ ὄψει ὁρωμένου. εἰ δὲ δὴ καὶ G ἐπὶ τοῦ οὐρανοῦ * θεωροίη, ἀναμφισβητήτως μάθοι ἄν τις. πᾶν μὲν γὰρ τὸ ἡμισφαίριον οὐκ ἄν τις ὁρᾶν μιᾷ προσβολῇ δύναιτο. οὐδὲ ἐπὶ τοσοῦτον χυθῆναι ἡ ὄψις, μέχρις

* τὸ ἧττον] * πλῆθος ἐστι.

* τὸ δὲ κατὰ τὰς τῆς ὄψεως γωνίας ἐλάττους.

* θεωροῖ.

αὐτοῦ ἐκλειπομένη. ἀλλ' εἴ τις βούλεται, δεδόσθω. εἰ οὖν πᾶσα μὲν περιέλαβε πᾶν, πολλαπλάσιον δὲ τὸ μέγεθος τοῦ φαινομένου ὑπάρχει ἐν τῷ οὐρανῷ, τοῦ ἐλάττον πολλῷ ἢ ἐστὶ φαίνεσθαι, πῶς ἂν ἐλάττωσι γωνίας, τοῦ ἐλάττω φαίνεσθαι τοῦ πόρρω αἰτιῶντο;

A prorsus extentus. Veruntamen si quis id affectauerit, detur. Si igitur omnis quidem visus comprehēdit totum, est autem in cælo magnitudo longissimè amplior apparente, quánā ratione quis causam assignabit, ob quā adeo minus appareat, per illos minores angulos, quos in causa esse, vt remotiora nobis minora videātur, affirmare consueuerunt?

MARSILII FICINI IN LIB. IX. SECVNDAE ENNEADIS CONTRA GNOSTICOS. COMMENTARIVS.

SVMMMA TOTIVS LIBRI.

Vnum bonumq; idem est & omnium primum. Item tria sunt principia. Ipsum bonum, mens, anima.

PLOTINI mentem non fuisse à Christiana lege penitus alienam ex eo conijcere possumus, quòd cum Ammonij semper Christiani discipulus fuerit, & Christianissimi Origenis semper amicus, conuenisse dicitur vnà cum Origene atque Herennio, se nunquam ab institutis Ammonij discessurum: idq; sicut promiserat seruauisse. Præterea gentilium deorum cultum alto animo aliquando cōtempsisse: Amelio ad hunc exhortante Porphyrius, ipse discipulus eius, est testis. Deniq; ab hæreticis multis Platonem suum partim deprauantibus, partim etiam contemnentibus frequentius irritatus, respondit quidem latissimè: nihil tamen in respondendo commune Christianis inseruit: sed propria duntaxat ad hæresim: cum alioquin impunè in Christianos inuehi ea tempestate liceret, & offerretur occasio. Qui verò fuerint huius hæresis auctores: quidue profiterentur hæretici, qui Gnostici nominabātur, similes Manichæis, recenset in describenda Plotini vita Porphyrius. Ex eorum certè opinionibus constat eorū hæresim, quamuis Christū colerent, nō minus tamē à communi Christianorum sententia, quàm à Platonicis dissentire. Sed quantum ad institutum nūc opus pertinet: hæc sunt illorum errata præcipua. Super ipsum unum bonumq; nescio quid somniabant. Intellectus præterea separatos ineptissimè distinguebant. Inter intellectum, & animam medium aliquid inserebant. Animam deprauatam fecisse putabant mundum à malo principio malum. Non esse quicquam ipso bono siue bonitate, item ipso vno siue vnitate superius priusúe sic ostenditur. Principiò meminisse oportet, quod non est primum, non esse simplex: atque è conuerso quod non est simplex, nec esse primum. Si qua enim res non sit omnium prima, certè dependebit ab alia: ideoq; duo quædam erunt in ipsa, scilicet tum aliquid causæ: tum aliquid insuper proprij à causa differens. Itaq; dum non est prima, meritò nec potest esse simplex. Rursum si qua res non sit simplex, habebit in se necessariò & hoc, & illud. Quæremus igitur, vtrum hoc ab illo sit tantùm, an vtrunque pariter ab vtroque: an neutrum à neutro: an à tertio quopiam sit vtrunque. Si respondeas hoc ab illo pendere, illud certè erit primum; hoc verò secundum: neque licebit dicere compositum hîc aliquid esse primum. Neque rursum licebit dicere vtrunque fieri pariter ab vtroque: alioquin idem aliquid comparatum ad idem, erit & causa & effectus, & prius atq; posterius. Sin autem dixeris, vtraque à tertio quodam fieri, non hoc quidem compositum, sed tertium illud erit primum atque principium. Nefas est insuper duo quædam in supernis ponere: quorum nec alterum sit ab altero, nec à tertio sit vtrunque: alioquin nulla determinata causa rationeq; coibunt, sed sorte contingent. Temerarius verò casus in supernis esse non potest: alioquin nullus foret in sequentibus ordo. Quamobrem, sicut diximus, quod non est primum, non est simplex: sic & dicimus quod non est simplex, nec esse primum. Quò igitur aliquid prius est, eò simplicius atque vicissim. Quod itaque primum est, simplicissimum est, atque vicissim. Quocirca & ipsa (vt ita dixerim) primitas est ipsa simplicitas atque contrà. Cùm igitur summum in simplicitate teneat vnitas atque bonitas, vtrunq; certè & idem est, & primum omnium atque principium. Bonitas sanè simplicissima est: alioquin componeretur ex pluribus, Ideoq; indigeret partibus atque componente, itaque per se sufficiens minimè foret. Oportet tamen bonitatem ipsam non solùm esse sufficientissimam, sed ipsam esse sufficientiam. Hæc enim appetitur tanquam bonum. Ipsum itaque bonum cum sufficientissimum sit, est etiam simplicissimum. Est itaque primum: præsertim quia si non sit primum, quod erit ipso bono superius, erit & melius bonitate: tametsi nihil bonitate melius fingi possit: qua sola melius fit quicquid est melius. Tum verò quærimus, vtrum ipsum bonum appetat illud, quod ipsi fortè præponitur necne. Si non appetit, mirum est effectum non appetere causam à qua perficitur. Si appetit, rursum mirabile est, ipsum bonum aliquid extra se concupiscere, cum in bonum omnis desinat appetitus. Præterea de rebus alijs similiter percontamur: vtrum vltra boni limites appetant quod bono fingitur esse superius necne. Nefas quidem est omnia primum principium non appetere. Nefas est iterum appetere aliquid vltra bonum. Ex omnibus his colligitur ipsum bonum esse simplicissimum omnium, atque primum. Vnitatem verò siue ipsum vnum esse simplicissimum nemo dubitat. In omni enim essentia, vel esse, vel fingi compositio numerúsue potest: In sola vnitate non potest: alioquin non foret vnitas ipsa, sed vnum aliquid atq; multitudo. Diuisio quinetiam

vnitati contingere nequit. Si quis enim hanc diuidere moliatur, non diuidet quidem, sed repetet vnitatem. Lignū certè vnum secas & maius lignum in ligna minora. vnitatem verò quæ cogitabatur in ligno, in nullas vnitatis partes diuidere potuisti: alioquin forent vnitate minores: sed vnitatem ita multiplicasti, siue potius propagasti, vt quæ in vno prius erat, subinde foret tota eadem in duobus. Cum igitur vnitas simplicissima sit atque prima, meritò est idem atque bonitas: ne fortè sint prima rerum principia duo & inuicem fortuna concurrant: & ante vnitatem sit binarius. Dum verò dicimus bonitatem & vnitatem esse penitus simplicissimam, non intelligimus rem quandam simplicem, vel quæ sit in aliquo, vel ex qua aliquid componatur. Si enim sit in alio, neque seipsam valeat sustinere, certè dependebit ab alio. Si rursum ex hac aliud componatur, nequaquam perfecta res erit: sed contendet vlterius, & in formam actumq; compositi redigetur. Ipsum itaque bonum, ipsúmue vnum idem est omnino & simplicissimum atque primum, nec in aliquo residens: neque ita consideratum, vt aliquid in se prius sit: deinde sit bonum atq; vnum: alioquin ibi alterum accedet alteri, eritq; prius aliquid imperfectum, fietq; compositio. Primò igitur & simplicissimo mentis intuitu ipsam bonitatem siue vnitatem cōtemplari debemus, non aliquid de aliquo prædicantes, sed primo totoq; mentis ictu simplicitatem ipsam percipientes. Quoniam verò post hæc Plotinus de tribus agit mūdi principiis, scilicet ipso bono, & mente prima, & anima prima: meminisse debemus, vbi communia mundi principia perscrutamur, in primis, quæ sint præ cæteris in mūdo cōmunia, cōtemplari debere. Est autē ubiq; omniū cōmunissimum vnitas, nixusq; ad bonum. Id nanq; munus ad res etiam nondū formatas extēditur. Secūdo cōmunitatis originisue gradu forma est ordóue formalis: gradu deniq; tertio ponitur motus ipse vitalis. Cùm verò munus quò cōmunius est, eò ad priorem pertineat causam, meritò prima omniū causa est ipsum bonum, siue vnum: vnde & à quo dependet vnitas nixusq; ad bonum. Secunda verò rerum causa mens est prima, ad quam spectat ordo formalis. Tertia est anima prima, qua omnis vbique vitalis motio reditur. Cùm igitur vniuersum conspiciamus, & formarum ordine formosissimum, & vitalibus vbique motibus efficacissimum: meritò vbique mentem regere, vbique animam spirare putamus. Et quoniam tum formarum ordo gratia boni conspirat in vnum: tum vitalis motio contendit ad bonum, haud ab re tum mentem, quæ sic ordinat omnia, tum animam, quæ sic omnia mouet, ab ipso vno bonoq; volumus dependere. Sic igitur vniuersum hoc corporeum, & ab alio mobile ad animam primo redigitur per se mobilem, motu proprio cuncta mouentem. Hæc ad mentem omnino stabilem, statu proprio cuncta ducentem. Sed vtraque, scilicet & mens & anima refertur ad bonum: & cuius gratia tum mens stabiliter, tum anima mobiliter moueri videtur: & in quo mens ipsa quiescit, & circa quod anima se reuoluit. Nempe siue anima moueatur, & moueat, mouetur ac mouet ad bonum. Siue mēs quiescat & firmet, certè quiescit & sistit in bono. Hinc & omnibus est natura tributum: vt sicut mouentur ad bonum, sic & in bono quiescant. Et profectò quemadmodum ipsum bonum aliud quiddam est præter illa, quæ mouentur ad ipsum, & præter motum: sic & aliud est præter illa, quæ in eo stant, & præter statum: alioquin in se ipsis ab initio quieuissent: Post ipsum bonum mens proximè sequitur, mentem anima proximè comitatur. Cum enim omne agens agat ad bonum, mens, quæ dum agit, ad bonum stabiliter agit, & in se ipsam agendo reuoluitur, bono quam proxima iudicatur. Anima verò quæ & per essentiam manet, & iterum agendo ex se ipsa mouetur, & post progressionem reficit orbem, menti quàm proxima est omnino stabili, & in seipsam omnino conuersæ. Sed quis non videat animam semper ac veræ intelligentiæ compotem esse intellectui primo quàm proximam? Quòd igitur in mundo sit motio & actio quæuis ad vitam denique conferens, procedit ab anima. Quod autem eiusmodi motio ordinata sit atque stabilis & in orbem restituatur, & formas exprimat, sortitur à mente. Quòd denique tum motioni certus vbique præscriptus sit finis, tum formæ passim aliæ conducant aliis, est ab ipso bono tributum. In cælo quidē essentia, lux, mobilitas, bonū, mentē, animā repræsentant. Sub cælo autem causa finalis bonum, formalis mentem, efficiens animam referre videtur. Quoniam verò de tribus omnium principiis & passim in argumentis in Platonem & in theologia latius disputamus, hæc breuiter attigisse sufficiat. Post hæc autem confutat eos qui diuina inter se distinguunt, uel quoniam alia sint in potentia, alia sint in actu. Nihil enim in æternis est in potentia: vel quoniam intellectus alius quidem maneat, alius moueatur. Non enim intellectu est motus vllus, sed primus in anima motus. Vel quoniam intellectus hic quidem substantiam quandam intelligat, siue suam, siue etiam alienam. Ille verò actionem duntaxat alterius intellectus, quā alter ille, cuius est actio, nō intelligat. Distinctio sanè eiusmodi in animarū natura nō diuidit substātias animarum. Siquidē animus idem qui vel se, vel aliud quoduis intelligit, sæpe se intelligit intelligere. Ergo & multo minus ita substantiæ mentium diuiduntur: & multo magis mens eadem vtrunque explere potest. Iam verò concedimus ipsum simpliciter intelligere ratione quadam ab ipsa intelligentiæ animaduersione differre. Nam illud quidem habet essentiam aliquam pro obiecto: hæc autem pro obiecto actionem spectare videtur. Et in nobis non semper qui cognoscit, is agnoscit etiam se cognoscere. Veruntamē mens quælibet à corporis commercio separata adeo intelligit expeditè, vt quatenus intelligit aliquid, eatenus intelligere se prorsus agnoscat. Præsertim cum ea ibi sit intelligendi conditio: vt mens ad intelligendum suam spectet essentiam. Si enim ibi perfecta intelligentia est, intelligibile habet intimum atq; certissimum, minimeq; dependet. Ita verò fit maximè, si pro obiecto suam spectet essentiam. Dum verò suam essentiā intuetur, in suo esse intellectuali, & in actu intelligentiæ perpetuo positam, cognoscit se esse essentiam intellectualem ac semper intelligentem. Quatenus igitur intelligit se, eatenus se intelligit intelligere. Præcipuè quoniam sicut idem est in luce lucere, quod & esse, sic idem in ipso intellectu esse, quod intelligere. Dum ergo se esse cognoscit, etiam intelligere se prorsus agnoscit. Quamobrem intellectus quilibet absolutus sicut semper intelligit, ita quod intelligat, ipse semper animaduertit: præsertim cum nulla exterior occupatio ipsum ab ipsa sui animaduersione diuertat. Est autem illic actus idem intelligentiæ: quo & simpliciter intelligit aliquid, & quo illud se intelligere semper agnoscit. Si enim actus eiusmodi ibi distinguas, iam dicemus & actum tertium similiter & quartum, & infinitè deinceps ibi distingui: quatenus per sequentem actum innumerabiliter intelligere fingitur præcedentem. Nefas autem philosophi putant infinitos actus, & hos quidem superfluos illic in præsentia ponere: præcipuè si per illos infinitæ illic substantiæ multiplicari dicantur. Inter hæc ipse notabis, Plotinum in mentibus beatis animaduersionem essentiæ actionisq; suæ perpetuam ponere: eodemq; actu & intelligentiam

tiam & agnitionem intelligentiæ essentiæq́ expleri. Quod si cubi dixerit, simplicem ipsum primumq́ intelligentiæ actum animaduersione distrahi: expone, scilicet quando animaduersio est actio re ipsa ab intelligentia differes, & quando fit animaduersio ministerio quodam imaginationis, ab intellectu nimium differentis, atque ad aliena interim distrahentis. Refellit subinde quod aiunt: inter ipsam mentem atque animam esse mediam substantiam quandam, quam rationem quidem ipsam intellectualem appellant: animam verò dicunt ab hac suscipere rationem. Sic enim anima nulla veram habebit intelligentiam atq́ perpetuam. Vera namq́ perpetuaq́ intelligentia est, vel in ipsa mente, vel in eo quod proximè mentis est particeps. Anima verò ex eorum opinione non primo quidem gradu, sed secundo intelligentiæ nonnihil acciperet, & imaginem illius potius quàm naturam. Atq́ ita neq́ seipsam animaduertet, quod est naturæ intellectualis officium: neque intellectus alicuius substantiam excogitare poterit à naturis sequentibus absolutam: neque rei cuiusquam formalem comprehendere rationem, aut definitionem ipsius veritatis amplecti. Talia enim ad mentem propriè pertinent.

Prouidentię modi diuersi, scilicet in principijs tribus: Deinde in stellis: Tertiò in dæmonibus: Quartò in hominibus.

II *In secundo igitur capite colligit tria rerum principia: ipsum scilicet bonum, & eius filium intellectum ex paterna luce luminis more manantem: atque insuper mundi animam ex intellectu diuino, velut spiritum per omnia profluentem. Sed ea conditione inferioribus prouidentem, vt interim à diuinis nulla ex parte declinet. Sed quò attentius diuinis inhæret, eò potentiorem fœcundioremq́ ait ad sequentia reddi: & quasi iam inde prægnantem sequentia parere. Ad hæc tria principia vniuersalis prouidentia pertinet, qua & omnibus, & omnia prouident. Minus verò vniuersalis ad sphærarum stellarumq́ animas: harum enim quælibet prouidet quidem omnibus; sed non omnia. Nam vnaquæq́ propria tribuit, quamuis cunctis. Minus etiam vniuersalis in dæmonibus est prouidentia. Quilibet enim certa quædam curant genera rerum, quibus & quædam propria tribuunt. Particularis etiam in animabus nostris ad inferiora prouidentia est. Atq́ impensiori etiam sollicitudine, quã dæmones propria curant: vt stultum sit humanam prouidentiam cum animæ mundanæ prouidentia comparare. Cum enim & anima primã potentissima sit: & prouidentia eius vniuersalis, extra quàm nihil est, quod eius repugnet officio, non iniuria Plotinus ait, hãc dum prouidet, neq́ laborare, neq́ minus esse beatã. Animã verò nostrã usq́ adeo regendis corporibus occupari, vt à superioribus quandoq́ discedat. Discedat, inquã, per infimam sui partem primo, id est, per imaginationẽ eiusq́ affectum propensius ad inferiora vergentem. Quæ quidem ad hæc secum subinde trahat partẽ animæ mediã; cuius proprium est, ratione discurrere. Intellectum verò, quem & animæ partem nominat, cõfirmat (vt sæpe solet) diuinam intelligentiam intermittere nunquam. Videtur autem hæc de intellectu sententia non Plotini solum, sed Ammonij quoque præceptoris eius Alexandrini fuisse. Quem Plotinus in omnibus dicitur prosecutus. Accepimus & alios quosdam auditores Ammonii in eadem sententia permansisse. Quam & Iamblichus inter Aegyptiorum dogmata connumerare videtur. Notabis interea animam nostram, quamuis particularis anima nominetur, quia particularem habeat prouidentiam, nullo tamen pacto esse mundanæ animæ partem. Rursum, animam nostram ideo in regendo corpore sollicitari atque laborare, quoniam neque summum tenet animæ gradum, quem obtinuit anima mundi: neque permanet in summo tota, cum inferioribus prouidet. Eam sanè particularium animarum conditionem esse putat, vt per vices hoc aut illud agant. quantum videlicet ad rationem imaginationemq́ pertinet, quantum verò spectat ad intellectum nullas agere vices. Quemlibet enim intellectum esse in æternitate penitus constitutum. Siquidem in proprietate animæ subinde sequente primus est motus primumq́ tempus.*

Mundum non fuisse aliquando nouum ex noua quadam animæ prauitate: neque aliquando periturum.

III *Frustra igitur fingebant hæretici animam primam aliquando à diuina beatitudine cecidisse: atque ita ad deteriora degenerantem fabricauisse mundum. Temerè nimium mundo propterea dabant initium, quòd faber eius nuper esset permutatus in malum. Satius admodum erat dicere, mundum ex anima semper naturali quadam necessitate productum: quemadmodum & forma corporis à vegetali virtute, & calor lumenq́ ab igne. Videmus enim perfectissima quæque in naturali largitate semper agere, neq́ ex inopiæ malo, sed potius ex copiæ bono. Quòd si semper agunt, illa etiam quorum virtus & actio ad quædam tantùm determinata est, vt elementũ quodlibet & compositum: multò magis tria illa principia rerum: quorum virtus est communis ad omnia, semper agunt. Præstat itaque dicere, mundi fabrum, æterna bonitatis copia, ab æuo mundum progenuisse: quàm noua prauitate nouum. Profectò si principiorum naturam in actu semper absolutam consideramus, atque sic opus ad eam conferimus, opus inde sempiternum sequi videtur. Quamuis si ad ipsam diuinæ bonitatis vel intelligentiæ voluntatem respexeris, mundum valeas tum sine noua fabri prauitate, tum sine diuini consilij nouitate nouũ excogitare. Sanè cũ in diuinitate natura idem sit atq́ voluntas, neq́ volũtas naturæ aufert quod propriũ est naturæ: neq́ natura propriũ uoluntati. Tum verò confutat quod putabant mundum aliquando periturum. Sola enim, quæ resolui in aliquid possunt, interire posse videntur. Nam aliquid in nihilum euanescere bonitas ipsa naturæ non patitur. Quandoquidem neque patitur alicubi vacuum. In quid ergo mundus resolui potest? Nunquid in materiam? Esto sanè. Sed ita demum quærimus, nunquid materia illa formam habeat nec ne? Si habet: adhuc erit id compositum in materiam resolubile. Tunc illa neque in nihilum euanescere potest, neque informis perseuerare. Esse enim datur vbique per formam. Ac si finxeris eam sine forma manere: tunc alibi quidem materia erit: alibi verò diuina quasi limitibus inde disiuncta: quandoquidem nihil ex illis emicet in materiam. Non igitur erunt vbique diuina. Quod dictu nefas esse in Theologia probauimus, & alibi comprobabimus. Neque licet fingere materiam in nihil posse resolui. Quippe cum nullum agens ad resoluendum contendit simpliciter vt resoluat: sed vt se augeat, vel propaget. Id verò ex aliquo duntaxat & in aliquid fieri potest. Præterea si materia redigatur in nihilum, constabit sanè materiam ab initio necessitatem à nullo præcedente subiecto, vnde fieret, habuisse: cum ita nullum ali-*

quando subiectum præcesserit, sicut deniq; sequitur nullum. Extitit igitur ab initio quadam consecutionis necessitate ex superiore efficienteq; causa. Eadem igitur consequentiæ necessitate semper erit.

Faber mundi non inclinatione, sed consistentia fecit mundum.

IIII *Reprobat iterum quod aiunt, animam primam non ex eo, quòd in sua dignitate maneret, sed quia degenerauerit, mundum procreauisse. Sed antequam confutationes Plotini prosequar, recensere iuuat Porphyrij verba, in eandem sententiam, ex libro eius vias ad intelligibile demonstrante. Sic igitur ait: Nulla substantiarum quæ vniuersæ sunt atque perfectæ, ad suam conuertitur genituram. Omnes autem perfectæ substantiæ ad generantia potius redigūtur, & id quidem ad corpus vsque mundanum: quod sanè cùm sit perfectum, ad animam esse redactum: animam inquam, intellectualem, ideoq; circulo voluitur. Anima verò mundi ad intellectum attollitur: intellectus autem erigitur ad principium. Subdit verò paulò post: In substantijs verò particularibus, & ad multa labi potentibus inest procliuitas deflectens ad genituras, ideoque in his delictum dicitur accidisse: in his infidelitas est damnata. Has igitur contaminat ipsa materia, propterea quòd ad hanc deflecti possint, cùm tamen interea se ad diuinum valeant conuertisse: quamobrem perfectio quidem à prioribus secunda substitit, conseruans eadem ad priora conuersa. Defectus quoque alicubi priora quædam etiam ad posteriora deflectit, efficitq; vt hæc ipsa diligant à superiore interim diuertentia. Hæc ille. In quibus confirmat dæmones quosdam, vel animas hominum à diuinis degenerando, corpora fabricare. Mundum verò ab anima quadam diuina, & in diuinis perseuerante fuisse constructum. Tantum enim, tam pulchrum, tam diuturnum opus efficere, ac sine transgressione ducere, tamq; mirabili ratione mouere, non est potestatis aliquando inclinantis, sed in optimo semper habitu consistentis, facientisq; fabricam, non tam vt optima videatur, quàm quia naturaliter ipsa sit optima. Quòd si optima est illa potestas, & vt ex motu apparet, infatigabilis, nunquam quod optimè fabricat, vel ob pœnitentiam destruet, vel ob defatigationem desinet conseruare. Dicere verò mundana instituti male, atque hinc argumentari, mundi naturam esse malam, & auctorem huius malum, hominum est vel iniquorum, vel penitus ignorantum. Stultorum quoque est opinari, potestatem illam, vt agat, indigere consilio. Si enim in natura ipsius erat vt gigneret, consilio ad hoc nullo prorsus indiguit. Si opus consilio fuit, non erat prima illa potestas naturaliter sufficiens ad generationis effectum. Nulla igitur natura, nullaq; potestas per se poterit aliquid generare, vel facere.*

Neque animam esse corpoream, neque mundum fuisse à malo principio constitutum.

V *Redarguit præterea quòd dicebant, mundi fabrum animam, qua viuit mundus ac mouetur, ex elementis mundi composuisse, quæ corporea sit & irrationalis, atque mortalis. Primò quidem nefas est, vniuersum habere animam nostra deteriorem: deinde animam componi ex elementis quasi posteriorem, quæ tamen tanquam virtus repugnantium copulatrix prior esse debet, & simplicior atque constantior. Denique natura ex elementis composita, neque quicquam efficit, nisi corporeum, neque reflectitur in seipsam. Deridet insuper, quòd se fore beatos putent, quando exemplari mundi fruantur. Cùm tamen opificium hoc ad exemplar eiusmodi constitutum detestari minimè vereantur: præsertim cùm dicant, mundi fabrum tunc primum mundi exemplar excogitasse, quando ad deteriora se vertit. Addebant fabricauisse mundum, ad animas custodia coercendas, quod est frustra tentatum. Quòd verò curam eiusmodi illum putabant habere de mũdo, quæritur, vtrum curaret id ante mundum: an mundo iam facto, cœperit deinde curare? Si prius, frustra saltem curauit, vt diximus: sin autem post mundum, tunc forsan vel mundi dispositionem accepit ab ipsa mundi specie, hanc à materia segregando, aut ab animabus. Quòd si ab ipsa mundi specie ille percepit curandi conditionem, poterant & animæ per se similiter percepisse: sin autem ab animabus, ridiculum dictu est, imò & vtrunque ridiculum. Vbi verò de coercendis dicitur animabus, opinio tangitur, quam & tetigit Origenes, quòd videlicet spiritus omnes ab initio sint æquales, sed propter diuersos voluntatis motus magis minùsue aut conuersos ad Deum, aut diuertentes ab eo, tum spiritus varios in se gradus acceperint, tum corpora mundi differentibus constituta sint gradibus, tum denique spiritus alij alijs sint addicti corporibus, cuius opinionis error inde conuincitur, quòd tota dispositio mundi in ipsa graduum distinctione consistens, cùm sit maximè formale finaleq;, & optimum in vniuerso, meritò primum est in ipsa primi agentis intentione. Non igitur ex meritorum diuersitate contingit, præsertim quia si naturæ rationales ab initio æquales erant, alia non dependebat ab alia. Casu igitur obtigit variarum concursio voluntatum: casu igitur ordo tum in spiritibus, tum in mundo deinde. Item cùm differentiæ speciales, & species in rebus quidem inferioribus naturales essentialesq; sint, nefas dictu est, esse accidentales in superis. Essent autem accidentales, si non fuissent ab initio, sed per liberos voluntatum motus postea contigissent. Tametsi difficillimum est assignare cur modis tam diuersis moti sint spiritus tam æquales. Qui certè si ante voluntatum momenta erant multi, neque tamen per quantitatis diuisionem ita distincti: neque per vllum adhuc ibi accidens discrepantes. Ergo per formalia & essentialia quædam inuicem differebant, quatenus aliquid erat in aliquo, quod non erat in alio. Qualis distinctio sine graduum diuersitate esse non potest, cùm ad priuationem redigatur & formam. Ante igitur motionum varietatem varietas inerat naturalium. Sed de his oportunius alibi.*

Opifex mundi est primus intellectus per animam: item tria sunt principia, bonum, mens, anima. Item primus intellectus & primum intelligibile idem.

VI *Vetus erat opinio, formas in materia resultare ex quadam impressione à formis effecta diuinis, dum materia influxum idearum quasi speculi more repercutit: ideoq; pro veris idearũ formis verisimiles reportare, vel reddere, vel simulare. Itaq; animas fallere à superno iam mundo prolapsas, donec pœnitentia tandem affectæ, ex hac quasi colonia vel exilio in patriam reuertantur, veterem hanc sententiam vsurpantes hæretici, eiusmodi passiones animæ quibusdam substantiarũ nominibus ineptè nimiũ obtegebant. Post hæc obseruabis, antiquos inter Christianos, hæreticos transcorporationem animarum à veteribus accepisse: sed arbitror illos ex homine in hominem tantum,*

siue terrenum, siue aerium, non autem in bestias animam hominis traduxisse. Sic enim & doctores Hebræorum accepisse traduntur. Verba quoq; de opificio mundi, hos Plotinus iudicat peruertisse: siquidem tanquam tres substantias, accipiunt tria verba Timæi: quibus tamen tres eiusdem substantiæ proprietates apud Plotinum significātur, videlicet vt idem ipse Deus mūdi faber excogitauerit, id est, decreuerit, & naturaliter decernēdo peregerit tot in mundo rerum species, quot intellectus ipse suus in ipso suimet viuente, id est, in sua essentia viua contemplaretur ideas. At hæretici dicebāt, ipsum viuens esse ens ipsum intelligibile, primum omni superius intellectu Qui verò cōtemplatur ideas in ipso, esse primū formaliter intellectum: Qui autem excogitauit efficere, esse animam primā, & hanc consilio quodam facere, quamuis malo, postquam scilicet à supernis degenerauit. Plotinus autem idem esse intelligibile primum, intellectumq; primum ita probabit. Primus intellectus cum perfecto intelligat modo, intimum habet intelligibile. Ipse igitur intelligitur, à seipso, tanquā ipsemet intelligibile ipsum sit, sicut est intellectus. Item quod primum perfectumq; intelligibile est perfecto modo intelligendum est. Perfecta verò ratione intelligitur, si intelligitur à seipso. Siue igitur intellectū spectes, mox intelligibile consequitur intimū: siue cernas intelligibile, intellectus statim intimus comitatur. Et meritò, quoniā longè maior proportio est intelligibili ad intellectum, atq; vicissim, quàm visibili sit ad visum. Intellectus enim rem ipsam intelligendam penetrat, & diuidit, & definit: quod circa sensibile nullus efficit sensus. Cùm igitur mi ifica sit inter ipsum intelligibile intellectumq; proportio, meritò qua via huc usq; peruenit aliquid, ut summū intelligibile sit, eadē consequitur; vt summus sit intellectus, atq; vicissim. Hunc verò Plotinus mūdi artificem primū esse putat: neq; tamē animā primā ab opificis munere vult excludi: sed negat eam consilio mundū facere, & sollicitudine ducere, alioquin neq; substantia mundani operis consistere, nec ordo perseuerare posset, si mobili quadam artificis actione præsertim laboriosa fieret, atq; moueretur. Multò magis insuper detestatur, quòd opificem animam dicant esse mentis expertem, & perturbationi subiectā, animabusq; nostris deteriorem: cùm in hoc opificio nihil insipienter agatur, nihil appareat perturbatū. Proinde distribuit principiorum ordinem hunc in modum. Absolutissima Dei vnitas vel simplicitas cùm adeò superemineat omnia, vt neque similitudinē, neq; respectū prorsus illū ad aliquid habeat: ideoq; nec prius hoc quā illud aspiciat, certè aut nihil efficit, aut omnia simul. Sed enim summa bonitas super omnia meritò mox efficit omnia: summa vnitas statim efficit vnum. Quòd igitur inde proximè manat, scilicet ab vnitate quæ super omnia est, nimirum est vnum omnia: vnū scilicet ens, entia cuncta: hoc ipsum intelligibile est, quod est intelligibilia cuncta. Hic primus est intellectus, qui & omnis est intellectus, intellectus inquam absoluti, omnesq; ideæ. Hic mundus intelligibilis est ab vno super omnia genitus: vnum amnia genitus: vnum omnia. Hinc nascitur anima prima iam vnum & omnia, quodāmodo videlicet mobiliter intus explicans quæ primus stabiliter cōplectitur intellectus. Siquidē deinde mundus ex intellectu per animā, non tam vnum & omnia, quā ex omnibus vnum: nempe & in mēte & in anima præcedit ipsa sua vnitas multitudinem. At in mundo corporeo formarum vnitas quodāmodo multitudinē sequitur: potes tamen ita colligere, omnia quidem mūdi membra mēbrorūq; naturas ad vnā animæ mūdanæ naturā quasi ducē: omnes animas ad vnam mūdi animam velut principem, omnes intellectus qui animabus insunt ad vnū intellectū super animas existentem, quasi oculos ad solis lumen. Intellectū deniq; purum ad paternam lucem atq; bonitatem. Inter hæc obseruabis, quos plerique intellectus ponunt à corporibus absolutos, Plotinum ponere intellectus tantum in animabus, quos intellectus animales, & animas intellectuales appellat, qui sanè intellectus iccirco iudicari possunt à corporibus expediti, quoniam etsi in animabus sunt, non tamen sunt in corporibus: quandoquidem neque animæ verè corporibus insunt, & intellectus eiusmodi nullum cum corpore commercium habent. & vt Plotinus sæpe confirmat, semper secundum actum sunt cum diuina mente coniuncti. Ab hac verò sententia vix dissentire videtur theologorum apud Græcos Christianorum sententia, angelis corpora tribuens. Vbi verò Plotinus concedit quidē in inferioribus multiplicare quāplurimum, prohibet autē multiplicationē in superioribus similem introducere. Intellige prohiberi multiplicationem illic, quæ per minima & quasi superuacua & disiunctim fiat, quemadmodum apud nos fieri solet: non autē quæ vel in species vel in necessaria fiat, vel summatim colligatur in vnū. Propriè verò vetat multiplicare principia rerumq; capita. Quòd autem plures intellectus esse velit, ostendit, vbi ait, intellectus esse summas animarum rationalium partes, ipsasq; animas differre inter se passionibus & naturis.

Anima mundi alligat sibi corpus suum, & per hoc quasi alias animas. Item quomodo etiam anima propria det corpori vitam.

VII Reprobat iterum, quòd animam genitricem mundi dicant, animæ nostræ more in hac fabrica laborare, & ab ipso contemplationis officio distrahi. Ait enim: Cùm tota machina sit animæ mundanæ subiecta, nihil illic resistere, nihil effluere proprij, nihil alieni contingere: item, totam corporum molem ab ipsa anima per infusam vitam tum inter se colligari, tum animæ deuinciri, prorsusq; subesse: animam verò nostram ad corpus accedere, quasi quoddam hactenus mundi membrū, atq; iam inde quodammodo viuens in gremio totius animæ, sic illi fermè connexū, sicut fœtus in aluo: itaq; venientem extrinsecus animam allegari animali quasi iam facto, neq; penitus dominari. Animā verò mundi sibimet animal generare, ipsumq; sibi potius, quàm se ipsi ligare, ideoq; nihil animalis passionibus aliquādo compati. Quod enim, tanquam deterius, est præstantiori connexū, pati quidem solet, si patiatur illud: neq; tamen fit econuerso. Tu verò memento, quamuis anima nostra nanciscatur corpus iam viuū, nihil tamen prohibere, hanc quoq; adhibere corpori vitam, ceu lumini lumen. Hic enim vita prior ad actum & proprietatem vitæ pòst venientis facilè trahitur: hæc enim est in proprio corpore potior, atq; si ad alteram cōparetur, quasi substantialē quiddam ad aliquid accidentalē se habere videtur. Concludit deniq; vniuersum vbiq; bene disponi, ad bonum videlicet commune perductum. Si quid verò incommodi interea partibus quibusdam accidat, inde contingere quòd in firmitate sua vel ipsum totius ordinem ritè sequi, vel impetum sustinere, aut deuitare non possint. Animaduerte verò, in comparatione Plotini intellectualem animam posse tum ipsam ordinem fatalem effugere, quum à superiori principio pendeat: tum etiam ordini huic libenter ac diligenter obsecundare: tum deniq; hoc sibi commendatum corpus ita cum ordine conformare, vt quandoq; deuitet incommoda.

Faber mundi non mutatione sui, sed potestatis naturalis copia fecit mundum tanquam Dei statuam.

VIII Quando interrogantur hæretici, quam ob causam mundi faber construxerit mundum, respondent: quo-
niam à contemplatione cecidit, ac velut ambitiosus ad agendum se contulit atq; imperandum. Præstabat autem
naturalem aßignare fœcunditatem, quàm voluntatis iniquitatē, atque ita interrogantibus respondere: Sicut ca-
lor qua ratione calor, naturaliter calefacit. & lux, qua lux, illuminat naturaliter, & similiter viuificat, sic potentis
simum illud agens potestatis suæ naturalis præsentia facit. Omnino verò cōtra religionem omnem atq; philosophiā
esse videtur, quod dicebant hæretici: opificem mundi prius in se formaliter permutatū, quā faceret mundū, atque fa
cultatis opificiæ quæ sempiterna est, imò idem est ibi quod sempiternitas, initium aliquādo cōtigisse, quando scilicet
opifex ille propter lapsum à melioribus factus est impotentior. Est & contra religionem vituperare mundum tan-
quam malum. Nam & in Genesi Moyses ait, tum singula in mundo bona, tum cuncta valde bona mundi artificē
effecisse. Huc tendit & illud: Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentū. Sic itaq;
magnitudo & potestas & motus vniuersi mirabilem diuinitatis potestatem nobis ostendit, ordo mirificus sapienti
am, præsertim in tanta rerum varietate seruatus: vsus quoq; ad optimū vbiq; conducens declarat proculdubio bo-
nitatem. Potestatem inquam, & sapientiam & bonitatē, non solùm quæ sit in opifice, sed quæ communicata etiam
sit opificio, alioquin non possemus opificij huius contemplatione talia de opifice iudicare, quamobrem satius admo-
dum foret, uniuersum hoc Platonico more, quasi Dei statuam honorare, & quæ in eo excellentiora sunt, tanquā cer
tiores statuas ideart, quàm hæreticorū more vituperare: impiā enim esse Platonici iudicant, statuas Dei viuas ab
eodem fabricatas, positasq; in templo mundano, ad cultum legitimum omnibus demonstrandum despicere, ne dum
criminari: nam & quid sibi velit illud, In sole posuit tabernaculum suum, non est negligendum. Non solùm itaque
mundus diuinam mentem dißimiliter imitatur, vt hæretici ferūt, sed imitatur quoq; similiter. Dißimilis quidem
imitatio intelligitur, vbi per oppositionum vices fit comparatio: Sicut illud immateriale, indiuisibile, immobile: ita
hoc vicißim materiale, diuisibile, mobile. Igitur sicut illud bonum est: id ita malum. Est autem in mundo erga diui-
nam mentem per similia insuper imitatio quædam: quatenus opus hoc repræsentat essentiam illam, vitam, intelli-
gentiam, ideas: imò & vnitatē ipsam atq; bonitatē. Igitur & hoc est bonū tanquā imitatio boni. Emanare verò hoc
inde Plotinus existimat naturali quadam bonitatis illius exuberantia: sed causam adæquare non posse. Terram
post hæc plenam esse inquit, immortaliū animaliū: similiterq; spatiū vsq; cælū multoq; magis & ipsum cælū. Im-
mortales in terra sunt animantes, vltra ipsam terræ animam saltem animæ nostræ, cælestibus hîc etiam cōiuncta
corporibus. Vt prætermittā quod Orphici terrestres etiam dæmones introducunt. Immortales in aere pariter atq;
æthere sunt dæmones, saltem quantū spectat ad cæleste illorū corpus. In sphæris quoque cælorum omnibus immor-
talia diuinaq; sunt animalia ipsæ scilicet stellæ. Sunt & qui in orbibus planetarum vltra planetas in quolibet
ponant dæmones quasi stellas ita suo planetæ subiectos: sicut in firmamento à maioribus reguntur stellæ minores.
Mitto quòd ideæ cūctæ sunt vbiq;: quas solent animalia intelligibilia nuncupare. Quamlibet deniq; intellectualem
substantiam vbique similiter esse posse in Theologia tractauimus, & tractabimus alibi. At si quis conuicerit homi
num atque etiam dæmonū animas posse quandoq; vehiculum cæleste deponere: ex quo animal eiusmodi non sit im
mortale, primò quidem dicimus, nō facilè istud admitti: deinde si admittatur, depositionem eiusmodi corporis haud
propriè mortem esse dicendam: quia nec fatali naturali ue cursu: nec violentia foris illata vel intus accidat: sed faci
li quadam quasi depositione vestis atque voluntate. Denique si cum terrena concedant viuere: forsan negent cæle-
stia viuere: audiant Theophrastum dicentem non esse philosophum qui neget cælestia viuere. Sin verò cælestia ra-
tione priuent, quæ mirabili ratione semper incedunt: animaduertant quandoque se esse vel oculorum vel rationis
expertes. Si negent, mundum esse à bono: audiant mundum ita his reclamantem: Cum aßiduè vos ordine meo ad
diuinam prouocem sapientiam atque vitam: scitote, me ex diuinitate pendere.

Gnosticorum errores non minus Christianis quàm Platonicis aduersantur.

IX In sequentibus verò dū cōfutat ineptas hæreticorū criminationes in mundū: animaduerte, in mūdo esse tres præcipuè gradus. In primo poni sphærarū stellarūq; motores. In secūdo sphæras. In tertio cōposita infra lunā. Ac sine graduum horū distinctione, mundū non esse pulchrū. Similiter tres humanæ vitæ gradus. Sunt enim diuini homines, sunt humani, sunt & quodammodo bruti. Similiter ratione diuersitas apparet in ciuitate etiam rectißimè constituta. In eiusmodi verò distinctione & ordine pulchritudinem tum vitæ, tum ciuitatis esse memento. Notabis interea cælestes deos inferioribus singula prouidere: ac dæmones sub luna plurimos esse bonos, hominibusq; meliores: cōcedi tamē dæmones aliquos esse malos. Sicut præterea tam stultā fuisse in Gnosticis hæreticis arrogantiā ut nullam dicerent virtutis speciem esse posse, nisi in eis, qui eādem hæresim sectarentur. Item malos esse hîc dæmones & angelos omnes. Rectores quoque sphærarum cælestium esse prauos. Ipsamq; totius mundi vitam. Denique nullū usquā numen honorandū quoquo modo esse vel inuocandum: sed primum tantū sine medio exorandum: Atq; ad id quidē ad impetrandū solam hæresis suæ professionē, & verba quædam ritusq; sufficere. Neq; necessariam ad hoc esse exactam vitæ morumq; puritatē. Deniq; peßimū quemq; hæresis sectatorem vniuerso meliorē esse censendū. Vt non mirum sit, Plotinū his etiam acrius indignari. Notabis deniq;, sicut maxima nobis potentia solis elucet, si cōuincamus ab eo solaria esse quā plurima, id est, omniū vbiq; lumina: sic mirā Dei potētiā fulgere, si ab vno dij multi fiant, atq; dependeāt. Deos post hæc ait, tum quæ Deo superiori, tū quæ ipsis placent, hominibus inspirare. Deos hîc accipe, tū stellarū animas, tum dæmones bonos. Stellarū enim animæ, quæ à mente animæ mundi, menteq; diuina decreta sunt, dæmonibus: hi nobis inspirant. Tu verò, dum Plotinus inuehitur latius in hæreticos, memento, neque legitimum Christianorum genus hîc attingi: neque ipsam Christi personam. Quoniam Gnosticorum errata nō minus à Christo sunt quàm à Platonicis aliena. Et profectò si Porphyrius, qui causam suscepit contra Christianos, Christum oraculis confirmantibus iudicauit sapientem & pium atque beatum: meritò Plotinus, qui solum contra quosdam hæreticos agit, Christum à maledictis censet excipiendum. Nec iniuria illos insequitur, qui asserebant

mundum eſſe natura malum, atque à malo. Animas noſtras eſſe mundi anima meliores, fieriq; etiam meliores angelis. Et id quidem abſque labore vllo & purificationis officio, ſola ſcilicet hæreſis illius confeſſione. Et quibuſdam ritibus, & certa quadam pronunciatione verborum: neque licere cuiquam aliter fieri bonum. Denique Deum ipſum ſolius humani generis curam habere. Totius verò mundi rerumq; mundanarum prouidentiam apud Deum eſſe nullam. Quæ quidem Chriſtianæ legi non minus quàm Platonicis aduerſantur. Nam ſiue Paulum audias ad Romanos, Deum diſces non unius tantum, ſed omnium eſſe gentium: ſiue euangelium, cognoſces Deum vniuerſo uſq; ad minima prouidere. Item confirmari Propheticum illud, omnes videlicet poſſe dici deos, ac filios excelſi omnes. Et vnà cum Propheta præponi angelos animabus. Arrogantiam maximè omnium extirpari. Solo ſpiritu & veritate Deum adorandum. Sola morum puritate feliciter promerendum: id quidem munus laborioſiſſimè comparari.

Confirmatio ſuperiorum.

XII *In capite iterum duodecimo planius quoq; perſpicies: non Chriſtianam legem vlla ex parte, ſed ſuperbiſſimã Gnoſticorum hæreſim improbari, falſos Zoroaſtris libros fingentium, philoſophiæ ſummum profitentium, Platoni ſe arrogantius in ſapientia præponentium. Quibus etiam decepti fuerint philoſophantium multi familiariumq; Plotini antequam Plotino familiariter vterentur. Quid verò dicam? Vbi hæreticum illud ſtultiſſimumq; deridet: ipſum mundi fabrum appellant ſapientiam ſimul & animam: ſapientiã quidem, quatenus antè intellectu viuebat: animã verò, quatenus eſt inclinatus ad fabricam. Ambigũt inſuper, vtra vis eius prius ad mundi fabricam declinauerit. Addunt cæteras animas conſequẽter tunc ad corpora deſcendiſſe, tanquam huic fatali lege connexas, ac ſimul annuiſſe corporibus ſapientiæ membra, id eſt, dæmones. Tum verò fabrum infudiſſe materiæ nonnihil imaginarium, atq; deinceps ex hoc imaginario materiali, imaginarium aliud adhuc vanius reſultaſſe, tanquam remotius à ſubſtantia, & forſan adhuc aliud, idq; extremum eſſe mundum: vt conuincatur id totum eſſe vaniſſimum.*

Vita quæ in corpus pendet ex anima, vt actus animæ eſt immortalis.

XIII *Obſeruabis in capite decimotertio vitam irrationalem quæ ex ſubſtantia rationali dependet velut imago eius & actus, nullo modo ſuſtineri à materia: neque ſubiecti alicuius fieri qualitatem. ſed ſolùm exiſtere ex anima, & quaſi emicare: ſicut radius viſualis ex oculo animalis nocte videntis: cui etiam ſi non contingat extingui, contingit tamen non emicare aliquando, vel emicare, & ſolo pendere ex oculo.*

Penes intentionem ipſius naturæ totum prius eſt quàm partes operis: ac totum ſimul inchoatur.

XIIII *In decimoquarto capite notabis: quoniam natura per formam agit, agitq; toto formæ totius impetu, ad totam penitus propagandam, ideo primùm in ipſa naturalis agentis intentione formam eſſe totius & integram: itaque totam vnà cũ partibus quodammodo cunctis ex vigore intus agente funditus inchoari. Sic inchoantur plantarum & animalium ſpecies: ſic ex diuina cauſa totus ſimul mundus effluxit.*

Cælum calere quidem & calefacere, non tamen vrere, nec obeſſe.

XV *In capite decimoquinto memẽto, cælum calere quidẽ & calefacere, ſed non vrere: quod addebant hæretici. Si in omni viuente corpore vnà cum ingenita vita congenitus eſt & calor, corpus certè primò viuens calet & primò, & calefaciendo cuncta viuificat: atque cum augeat & foueat omnia, nihil vrit. Quod quidem calefaciat, non motu ſolùm, ſed natura patet: quia diffuſis ſine motu per omnia radijs calefaciet: & ſola radiorum in ſeipſos multorum collectione etiam ſi collidatur, nihil vehementius calefaciet: non tamen naturaliter vrit: alioquin tum magnitudine ſua, tum celeritate motus totum reliquũ repentè conſumeret. Quòd autem ignes accendantur in alto, nõ ab æſtu cæli, ſed forſan ex aeris illius anguſtia prouenit. In quo calor ex calore motuq; cæli leuiter primùm accenſus euadit paulò acrior anguſtia loci. Cui cum ſe applicat ſubtilis vapor & ſiccus atq; ſulphureus, fit feruor longè vehementior in vapore: vbi etiam ex motu vaporum concutiente calor intenditur. veruntamen plus adhuc eſt ibi luminis quã caloris. Fulgur autem ab inferiori ſede ex cauſa violentiore demittitur. Poſt hæc notabis, cum cæleſtium natura generet omnia, & viuificet, & conſeruet eam naturaliter eſſe bonam. Tum verò quæ iniqua cenſentur, inde ſignificari, non fieri. Deniq; quæ apud nos ſub communi cæleſtium influxu fiunt, effici inter ſe differentia. tum propter ſpecies differentes, tum propter varias fortunas ſingulis contingentes. Varias inquam, prout pertinet ad anni tempora, locaq; diuerſa, affectioneſq; animorum. Hæc ergo non ex cælo exiſtere differentia, ſed quod datur cælitus influxu communi propter hæc accipi differenter. Gradus verò bonorum à maiori in minus per ipſam boni latitudinem procedentes, nefas eſt, tanquam malos vituperare: atq; hinc improbare ipſam vniuerſi naturam. Ridiculum quoque ex eo quòd pregredientibus ordine rebus interim mali aliquid ſubrepat: principium inferre maleficium: quaſi malorum ſit efficiens cauſa potius quàm deficiens, ac propoſito quodam comitentur potius quàm ſorte contingant. Profectò dum intentione naturæ ab ipſo rerum principio procedentis certæ generantur formæ, ideoq; bona fiunt, conſequenter formæ aliæ cedunt: quod malum eſſe videtur. Cum igitur eodem motu quo per ſe fit bonũ, per accidens contingat & malum: nemo debet ob differentiam bonorum atq; malorum contraria quædam principia ponere: ac præter principium bonum introducere malum: multoq; minus per naturam primam eſſentiaq; malum: alioquin eſſentia & eſſe erit malum. appetitur tamen tanquam bonum: & oppoſitum eius reſpuitur velut malum. Præterea principium agit ſequentia quatenus eſt efficax & in actu, agitq; per formam. Hæc verò ſunt bona. Non eſt igitur ipſum malum: neque facit per ſe mala, ſed ſimilia ſibi, id eſt, formalia, ideoq; bona. Malum verò ad formæ priuationem attinet, quæ accidit non intenditur. Per hæc igitur & Gnoſticorum, & Manichæorum confutatus eſt error.*

Oratio non adoratum Deum numenq; mutat, ſed adorantem.

XVI *Caput decimumſextum deridet hæreticos, quòd putent verbis ritibuſq; humanis è ſuo habitu flecti cæleſtia corpora, animaſq; cælorum numinaq; cælo ſuperiora: Item quòd omnem orationnis vim in vocum modulis &*

odoribus, characteribusq; constituunt. Præterea quòd morbos omnes nihil velint esse aliud quàm dæmonia. At euangelica doctrina deum in spiritu & veritate præcipit adorari: neque Deum mutari vult, sed adorantem: multosq; curat ægrotantes non occupatos à dæmone.

Non adoratio, sed virtus impetrat à Deo diuinum munus.

XVII *Munus prouidentiæ proprium elucet in optima vniuersi dispositione, & in optimo mundani opificis habitu. Totum hoc stultè nimium auferebant hæretici, dum in mundi dispositione vituperãda dominum auctoremq; prouidentiæ incusabant. Iam verò vt conuincerent nihil esse in mundo boni, dicebant nullas vel naturæ vel hominum leges esse bonas: & quæ virtutes dicuntur nihil esse: neque ipsi de virtutibus aliquid loquebantur: neq; de purgandis animis pensi quicquam habebant. Prædicabant enim si quis duntaxat cogitaret Deum, certisq; apud eos precibus inuocaret, omnia prorsus impetraturum: etiamsi perturbationes sensuum nullas expellat: quibus certè nihil ab euangelica doctrina est alienius. Non enim qui dixerit, Domine domine, & quæ sequuntur. Memento verò quòd ait: Absoluta virtus Deum nobis ostendit. Sicut enim perceptio caloris ignei ad summum perducta materiam lumine protinus implet, facitq; ignem: sic etiam ipsa per virtutem imitatio Dei, animum tandem diuinum efficit atque Deum: animusq; ita seipsum videndo, videt & Deum.*

Platonici facilius admittunt dogmata Christianorum, quàm Gnosticorum.

XVIII *Fac agè, Plotinum à Græcis Christianis audisse, ab Ioanne Damasceno præsertim, vltimum quendã ordinem angelorum defecisse à Deo, corporibusq; ex aere crassiore post hæc inclusos, non reprobabit hæc, sed Platonicis prorsus accommodabit: quod quidem Christianæ legi nõ repugnare Romanus tradit Egidius. Non potest autem non acriter indignari, cum audit, totum mundum ab angelo quodam pessimo pessimum fuisse creatum. Item quòd profiteantur hæretici se numinibus cælo superioribus acceptissimos esse, dum cælorũ rectores qui ab illis depẽdent, suntq; simillimi, tanquam malos acriter detestantur, totumq; mundum ordine dispositum diuinissimo execrantur vt malum: ac Deum prædicant solius hominum generis curã habere. Totum verò mundum in quo est homo, cuius ordini cõnectuntur humana, ne prospicere quidem. Quæ adeò ridicula sunt, vt absurditate sua satis redarguantur.*

De mundo animali, dæmonibus, pulchritudine: & quòd pulchritudo procedit ex bonitate, atque est signum bonitatis.

XIX *Segrega si potes, à mũdo dimensionẽ atque materiã: relinque cætera: sphæram habebis intelligibilẽ, id est, animalẽ atq; multiplicem. In qua quidẽ anima prima congruens vniuerso secundũ virtutẽ orbis amplior erit. Orbes subinde velut virtute angustiores, reliquæ per ordinẽ intellectuales animæ, sic alia fermè potẽtia cõplectens aliã: sicut in his quæ videntur, orbis alius amplectitur aliũ. Sed in animali mũdo quia nulla dimensio distrahit: quodlibet passim totum in toto quolibet reperitur. Est autem ibi motus atq; circuitus, qualis intellectuali animæ cõuenit, dimensio verò nõ actu quidẽ, sed potentia quadã actui proxima. Nam ex virtute animæ protinus processura est corporis species, certã ab anima in materia exigens quãtitatẽ atq; figurã. Et quatenus se extendit potestas animæ processoria, eatenus pro viribus extẽditur in corpore quãtitas. Profectò si quis inspexerit intimam animæ motionẽ, videbit & formalem ibi diuersitatem, & propter motum temporalẽ ab alio quodam actu in alium interuallũ. In hac ergo diuersitate, in hoc animalis circuitus interuallo incipiet iam dimensionẽ futuri corporis orbisq; suspicari: sicut aliquis ex crebro quodã scintillæ vibratu orbem continuũ suspicatur. Est autem vniuersum illud sphæricũ animarũ ex intellectualibus quidẽ facultatibus stabile, quasi centris polisq; quibusdã, ex sequentibus verò potentijs mobile. Ex illius autẽ status motusq; vigore fit mũdus corporeus, & consistit atq; mouetur. Ex cuius perspicua miraq; pulchritudine decet naturalem ipsius & intimam bonitatem existimare: atq; ex his duobus pulchritudinẽ & bonitatẽ animæ cõiectare. Proinde vbi ait, dæmones sentiri posse, atq; esse pulcherrimos: intellige, sentiri quidem posse: quemadmodum in libro de Pulchritudine diximus. Pulcherrimos insuper esse, quos Magnus Basilius bonos nominat angelos, habẽtes corpora partim ignea, partim aeria, lucidissima pulcherrimaq;, sicut significauerit Dauid dicens, Angelos Dei ministros esse spiritu atq; flamma. Sic ergo putat Basilius Angelos cõmodius mutare locũ, quiescere, ministrare, ac sine fallacia sensibus se offerre. Eandem Psellus asserit Apostoli Pauli fuisse sententiã. Hac itaq; ratione siue dæmones bonos, siue angelos nominare mauis, sunt in corporibus beneficia numina, honore cultuq; aliquo digna, ex Platonicorũ sententia simul & Christianorũ, cõtra sententiã Gnosticorũ. Qui dum benefica ex mũdo numina tollunt, peruertunt ordinẽ vniuersi: & ea sibi adimunt media, per quæ summis conciliari cõmodè possent. Summatim verò quæcunq; sunt extrinsecus re vera pulchra, sunt & naturaliter intus bona: siquidem ex intimæ formæ perfectione atq; victoria seminariæ rationis super materiam prouenit externa formositas. At si deficit species intima, tunc res ipsa & diminuta est in melioribus, id est, intimis, & deficit à melioribus, id est, ab illis, quæ sunt in gradu præstantiora: nec absolutè pulchra est, sed pulchritudine mutilata. Vnde Porphyrius dæmones quorum animi sunt iniqui, corpora quoque dicit habere deformia: quorum verò probi sunt animi, corpora insuper esse formosa. Et Origenes ex luce ordineq; cælestium argumentatur, spiritus illis inesse Deo prnpinquiora, lucidæq; intelligentiæ compotes, atque vnà cum Apostolo Paulo spiritus à Deo longè degenerantes corporibus ex aere caliginoso concretis includit. Profectò si corpus dependet ex anima, nimirum talis quædam corporis dispositio à tali quadam affectione animæ prouenit, siue naturali, siue more naturæ per habitũ iam cõtracta, siue affectu & inclinatione propẽsius quandoque concepta. præsertim quando corpori primordia dantur, & quandiu insuper incrementa. Corpus itaque pulchrum signum est animæ pulchræ, id est, harmonicæ penitus atque lucentis, & omnino bene concinneque se habentis, quantum spectat tum ad cogitationem, imaginationemque, tum ad affectum seminariamque naturam. Turpe verò corpus est animæ incompositæ signum, & in habitum vel affectum dissonum iam prolapsæ. Quum ergo mundus pulcherrimus sit, pulcherrima simul & optima est anima mundi, similiterque sphærarum animæ omnium atque siderum. Apud nos quidem potest fortè, sed rarò in corpore formoso esse anima in præsentia non formosa, quoniam anima quæ ab ipso conceptionis initio formosa fuit, postea paulatim deformis euasit:*

sed

sed omnino pulchra erat quondam, quando elegit, cœpitque pulchrum corpus effingere, sub pulchro sidere rursum atque dæmone. Potest quinetiam esse anima pulchra interdum in corpore non formoso: vel quia quæ quondam pulchra non fuit, pulchra tandem euasit: vel quoniam sæpe animæ pulchræ molienti formosum corpus effingere, impedimentum quoddam ex his quæ circunstant, & quæ confluunt contigit, vel contingit. At animæ mundi neque accedit quicquam, neque recedit, neque obstat impedimentum. Nihil enim vniuerso tale potest accidere.

Anima nostra, quia est soror animæ mundi, potest & fatalia superare, & ad illius beatitudinem peruenire.

XX Vbi ait animam nostram esse sororem animæ mundi atque cælestium animarum, memento, animam intellectualem neque esse partem, neque prolem mundanæ animæ cælestiumúe animarum: item posse quandoque ad earum beatitudinem peruenire, fierique illarum quodammodo in mundi gubernatione collegam. Præterea posse nonnunquam, quando se recipit in seipsam, fatales ictus aut minuere, aut etiam deuitare. Denique non licere ex hac mundana custodia vinculis vi solutis abire, ac multò minus fas esse, cælestes sphæras, vel animas incusare.

ΠΛΩΤΙΝΟΥ

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Β

ΛΟΓΟΣ Θ.

PLOTINI

ENNEAD. SECVNDAE

LIBER IX.

ΠΡΟ'Σ τοὺς γνωστικούς.

Contra Gnosticos.

ΕΠΕΙΔΗ' τοίνυν ἐφάνη ἡμῖν ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἁπλῆ φύσις καὶ πρώτη, πᾶν γὰρ τὸ οὐ πρῶτον οὐχ ἁπλοῦν. καὶ οὐδὲν ἔχον ἐν ἑαυτῷ, ἀλλ' ἕν τι, καὶ τοῦ ἑνὸς λεγομένου ἡ φύσις, ἡ αὐτή. καὶ γὰρ αὕτη, οὐκ ἄλλο εἶτα ἕν. οὐδὲ τοῦτο ἄλλο εἶτα ἀγαθόν, ὅταν λέγομεν τὸ ἕν, καὶ ὅταν λέγομεν τἀγαθόν, ταύτην δεῖ νομίζειν τὴν φύσιν καὶ μίαν λέγειν. οὐ κατηγοροῦντας ἐκείνης οὐδέν, δηλοῦντος δὲ ἡμῖν αὐτοῖς ὡς οἷόν τε. καὶ τὸ πρῶτον δὲ οὕτως, ὅτι ἁπλούστατον. καὶ τὸ αὔταρκες, ὅτι οὐκ ἐκ πλειόνων. οὕτω γὰρ, * ἀναρτηθήσεται εἰς τὰ ἐξ ὧν. καὶ οὐκ ἐν ἄλλῳ, ὅτι πᾶν τὸ ἐν ἄλλῳ, καὶ παρὰ ἄλλου. εἰ οὖν μηδὲ παρὰ ἄλλου, μηδὲ ἐν ἄλλῳ, μηδὲ σύνθεσις μηδεμία, ἀνάγκη μηδὲν ὑπὲρ αὐτὸ εἶναι. οὐ τοίνυν δεῖ ἐφ' ἑτέρας ἀρχὰς ἰέναι, ἀλλὰ τοῦτο * προθησαμένους, εἶτα νοῦν μετ' αὐτό, καὶ τὸ νοοῦν πρώτως, εἶτα ψυχὴν μετὰ νοῦν. αὕτη γὰρ τάξις κατὰ φύσιν, μήτε πλείω τούτων τίθεσθαι ἐν τῷ νοητῷ, μήτε ἐλάττω. εἴτε γὰρ ἐλάττω, ἢ ψυχὴν καὶ νοῦν ταὐτὸ φήσουσιν, ἢ νοῦν καὶ τὸ πρῶτον, ἀλλ' ὅτι ἕτερα ἀλλήλων, ἐδείχθη πολλαχῇ. λοι-

*ἀναρτήσεται.

*προστησαμένους.

A QVONIAM ex alijs disputationibus nobis cõstat ipsius boni naturam esse simplicem atque primam: nisi enim prima esset, simplex esse nõ posset: constitit & in se ipsa nihil habere, sed vnum esse duntaxat, atque etiam ipsius quod dicitur vnum, eandem esse naturã. Etenim hæc nõ prius quidem aliud quiddã est, deinde insuper vnũ: neque
1 & 2 *IN ordine rerum alia quidem sunt duntaxat: alia insuper fiunt. Item quæ solùm sunt, aut principia sunt, aut ex principijs. Rursum quæ sunt: aut semper fiunt, aut aliquando. Res quidem quæ primæ sunt, quatenus primæ sunt, in alias causas referri non possunt. Quod enim simpliciter primum est, simpliciter quoque non habet causam. Quod verò est in aliquo genere primum, causam in eo genere nullam habet. Itaque in genere mobilium, ipsum per se mobile, qua primò mobile est, non habet superiorem causam per quam sit mobile: per quam verò intellectuale sit, aliquam habet. Primus similiter intellectus non propriè per superiorem causam est intellectus, sed quod existat vnum aliquid atque bonum, ex superiore causa possidet. Ipsum verò bonum ex nulla causa quicquam habet. Quæ igitur inter æterna existunt à causa, essentiam quidem habent ab illa, quam esse perpetuò comitatur & actio. Quæ quidem actio siue actus (vt ex Plotini sententia loquar) idem ibi est atque esse. Profectò vbi actio transit extra, proculdubio aliud est quàm esse. Item vbi actio etiam, quæ manet intus, ab aduentitia forma procedit, aliud etiam est quàm esse. Vbi autem & intima est & perpetua, & à forma solùm essentiali, idem nimirum est quod esse, vel saltẽ quod existere dicitur. Nam & ab illa & in illa eadem forma est esse: tunc à qua prouenit, & in qua residet actus. Sic calefactio quidem ex igne in aquam procedens procul dubio aliud est quàm ignis esse. Rursum calere in ferro ignito aliud est quàm esse ferri: quoniam à forma fit aduentitia. Sed in igne calere nihil aliud est quàm esse ignem. Quoniam igitur in substãtijs prorsus æternis nulla est aduentitia forma: ideoq; ab eadem & in eadem naturali forma est agere à qua, & esse, atque tam proximè, meritò idem est agere, quod & esse. Nam esse dicimus actum essentiæ essentialisque formæ. Qui sanè actus intimus est, & actio penitus intima. Hanc ob causam cum in anima vita non sit aduentitia forma, viuere est esse animæ. Similiter in ipso intellectu intelligere ab intellectuali forma naturaliter micans, intellectus ipsius est esse: præsertim quoniam intellectio est actio prima. Ideoq; cum perfectißima sit & intima, ab esse non distat. Hanc vtique primam Platonici ponunt: qui actionem propriè in ipso bono non ponunt: cum omnis actio sit circa bonum. Hactenus de his quæ propriè sunt, sit dictum: quæ quidem nec volumus esse sub fato, nec in fato. Quæ verò fiunt, si aliquo in tempore fiunt, fato subiecta putamus. Si fiunt semper, id est, si perpetuò reuoluuntur, non tam sub fato quàm in fato locamus. Summatim verò actionem omnem in motu quomodolibet positam, tanquam non omnino perfectam referre debemus in causam: & in illam quidem denique permanentem. De eo quidem quod mouetur ab alio non est dubium, motum actionemq; eius ab alio proficisci. Quod insuper ex se, id est, natura sua mouetur, quod mobiliter agat, habet suapte natura: quod autem simpliciter agat, atque sit, aliunde sortitur. Actio enim mobilis cum imperfectior sit quàm stabilis, significat essentiam in qua est, ab alio proficisci. Atq; eiusmodi actio à stabili quadam eiusdem essentiæ potentia regitur. Nempe cum motio velut accidens quiddam indeterminatum sit & indigum, priuationemq; & dispersionẽ patiatur admistam, meritò maximè pendet. Quamobrem ex subiecto in quo est, & efficiente virtute, ex qua editur, & ex fine, cuius gratia fit, & occasione quadam incitante*

incitante dependet. Nemo itaq; somniet inclinationem quandam incursionemq; atomorum: vel repentinam alicuius corporis motionem: vel similem inclinationem animæ à nulla causa depẽdentem rebus dedisse principium, sed omnem eiusmodi vel actionem, vel passionem existimet à causa quadam superiore productam, vel etiam à circũstantibus incitatam. Cum igitur quicquid aliquando fit, à causa fiat: causas in plerisque propinquas & manifestas habemus. Vbi verò causæ propinquæ non satis patent, vel non sunt ad effectum sufficientes: remotiores meritò causas perscrutamur: præsertim quando sub eadem propinqua causa imminente effectus in alio quidem sequitur: in alio verò non sequitur. Et quando ex operibus hominum similibus similia cuilibet non eueniunt. Item vbi fortuna rerumq; concursus præter actionum merita fauet, atque contra. Denique ingeniorum & morum fortunarumq; diuersitas: quæ ex causis nobis notis esse tanta non potest, occultiores superioresq; causas indagare compellit. In causarum verò occultarum inuestigatione suborta est inter philosophos opinio fati. Fatum quidem communi quadam notione definiunt, necessitatem quãdam desuper rebus illatam. Cum igitur quatuor præcipuè sint sentẽtiæ de principijs, nimirum opiniones quatuor sunt de fato. Alij enim necessitatem rebus inferri à corporibus quibusdam, quæ sint principia rerũ indicauerunt: siue ab atomorũ cõcursionibus, vt Democritus: siue ab aliorum quorundã corporũ naturis & motibus inferatur, vt Thaleti, Anaximani, Anaximandro placuisse ferunt. Alij principiũ cunctis vitale arbitrantur infusum: à quo passim necessitate fatali singula moueantur: quod nonnulli Stoici voluerunt. Sunt & qui inter Astronomos reuolutionem cælestium esse rerum principium arbitrentur & fatum. Neq; desunt inter physicos atq; metaphysicos, qui singula quotidie fieri putent à serie quadam connexioneq; cunctarum inuicem causarum, siue cælestium, siue superiorum, siue rursum inferiorum. Atq; inde fatum omnibus imminere: siue congeries eiusmodi causarum principium habeat vnum, siue non habeat.

Neque cogi neque fieri à corporibus omnia: neque fatum neque præsagium fortè aliquid si principia rerum fuerint contingentia.

III Corporum naturam ab incorporea causa proficisci, & ab vna tandem omnia omnibus prouidente, in Theologia satis ostendimus. Rursum communem corporum pulchritudinem in ordine & modo specieq; consistere: atque hæc tria & ipsam pulchritudinem esse aliquid incorporeum, in libro de Amore probauimus. Atomorum quidem motum carere ordine Democritus ipse fatetur. Vnde non facilè potest summum ordinem vniuersi ex rebus duntaxat deterioribus ordine producere atque semper continuare. Omnium insuper corporum molem, qua ratione corporea est, ordinem non seruare ex eo patet, quòd ordo, modus, species, pulchritudo in ipsa mundi mole præstantiora sunt, quàm ipsa moles, suntq; insuper incorporea. Quamobrem à præstantiori quadam incorporeaq; natura & rationali atque viuente propagantur in corpus. Idq; proximè anima est corporum agitatrix, itemq; mens & ipsum bonum vniuersi principium atq; finis. Ordo igitur ipse & ratio vnde ordo, & anima in qua ratio non sequuntur corpora, sed præcedunt. Iam verò quicunque res omnes ex inordinato corporum motu deducunt, non possunt fatalem rebus afferre necessitatem. Quinimò expertem ordinis contingentiam principijs introducere, nihil aliud est quàm à rebus excludere fatum. Sic enim nulla res omnino determinatè necessarioq; proueniet, si nullus fuerit ordo, ex quo aliud deinceps consequatur ex alio. Nunc verò quod factum est, saltem postquam factum est, dicitur necessariò factum: quia videlicet dum in præsentia fiebat, quadam necessitate fiebat. Atque hæc omnis siue circa præteritum siue circa præsens conditionalis necessitas ex superiori quadam natura procedit, quæ simpliciter sit ipsa necessitas. Vnde constat non fortunam in principijs: sed necessitatem potius esse ponendam. Mitto, quòd si nullus in rebus sit ordo, in quo aliud propriè sequatur ex alio: nulla futurorum recta prædictio esse poterit, siue ex arte fieri soleat, siue instinctu aliquo naturali, siue quodam afflatu diuino. Præterea ex atomis aliisue corporibus non potest in animam ea vis & motio prouenire: qua vitali & sensuali vigore ex se mouetur & mouet: qua tamẽ repentè, tanque artificiosè imaginatur tam varia: qua genus corporeum contemplando, & amando transcendit: qua perturbationibus corporis aduersatur: qua aliæ animæ ad alias disciplinas, & has quidem incorporeas sunt aptiores: qua deniq; tanquam liberæ & sui iuris agunt, libertatemq; à necessitate discernunt. Animam verò habere aliquam libertatem in Theologia latius disputamus.

Non esse in vniuerso tantùm vnum agens.

IIII Neque rursum existimandum est, mundum sic vnum duntaxat animal esse, vt in eo non sit anima nisi vna vnicumq; corpus. Et omnes vbique motus pariter & effectus opera tantùm eiusdem animæ sint necessariò procedentia: nullaq; sit alia præter eam causa: nullum denique agens. Sic enim & ordo tollitur causarum, in quo fatum consistere communiter arbitrantur, & dignitas mundo summa detrahitur, si vnicum in eo sit agens atque mouens: cætera patiantur tantùm atque moueantur. Perfectio enim mundi potissimum in eo consistit, vt vniuersum hoc maximè formale sit & agens, in eoq; sit formarum & agentium ordo quamplurimus. Præterea cum tota primi agentis natura sit ipsa efficacia prorsus immensa, res plurimas efficaces, ideoq; agentes ex se propagat: quandoquidem & ignis agens agentem generat ignem. Item primus ipse motor quæcunque solus agit & mouet, quam optimè peragit. Multa verò passim præter ordinem exactissimum atque optimum, quantum in singulis est naturis videntur accidere. Ex quo patet, naturis sequentibus munus ad agendum proprium non deesse. Denique intellectualis anima dum ad se conuertitur: dum vicissim in oppositas consultando ipsa se distrahit coniecturas: dum opera naturæ imitatur, emendat, instaurat: dum alias quidem rectè progreditur, alias verò præuaricatur: dum & corporum & animarum supergreditur ordinem, profectò declarat nec esse se animalis vniuersi partem, nec illi necessariò subditam.

Neq; nos à cælo cogi, neq; cætera à cælo tantùm, & necessariò fieri.

V Tertij fatorum assertores sunt astrologi, non omnes inquam, sed plures, idq; fatum esse dicunt, quòd suus cuique astrorum conspectus necessitate decernit. Destinari verò inde suam cuique sortem ex eo confirmant, quòd

astrorum obseruatione singulis ventura prænuntientur. Præterea quòd ex accessu, & decessu, & habitudine luminum in corporibus mutationes multæ contingant. Plotinus autem nullo pacto ferre potest hominem in singulis motibus radiorum confluxu cælestium necessariò agitari, quia neque corpus humanum pars mundi continua est: neque anima hominis pars animæ mundi, neque à mundi anima procreatur. Habet ergo corpus humanum præter figuram propriam, motorem quoque intra se proprium, propriumq; progressum: motorem inquam, intellectualem, qui sanè per intellectualem naturam transcendit corpus vitamq; mundi, quippe qui non sit pars vniuersi, sed ipse in se aliquod vniuersum. Cumq; omnis motio sit gratia boni: animus verò noster communem ipsam totius boni simpliciter teneat notionem in hac autem bona singula comprehendantur: meritò motus animi non ad hoc, aut illud tanquam bonum necessariò destinatur, sed ad quodlibet pro cōiecturarum varietate æquè conferre se potest. Iam verò longa in singulis consultatio, ac per opposita vicissim pensitatio diligens, & exacta quædam electio, & mox ad coniecturas alias retractatio declarat, animum non ferri natura quadam, vel more vel instinctu naturæ, sed vniuersali potius liberaq; mouendi & agendi facundia. Cùm igitur propriam naturam & efficaciam habeamus, ideoq; propriam insuper actionem, meritò non solùm sub cælesti patimur actione, sed cælestem quoque influxum pro efficaci proprietate suscipimus, ipsiq; aliquid inde propriū agimus: itemq; aliquid mera nostra proprietate peragimus. Mutatur etiam cælestis influxus circa nos ex natura locorum: nam & sub exigua climatis cuiusq; particula, vbi etiam stellarum influxus est idem, eodem momento & semper diuersa nascuntur, atque contingunt pro diuersitate situs, & terræ, aerisq; & aquæ & uentorum, atque vaporum, morumq; & legum. Præterea similes plerunque filij sunt parentibus & nutricibus in quacunque hora nascantur & nutriantur, vtpote qui plus admodum à suis quàm ab hora suscipiant, atq; etiam si ob communem loci & generationis, nutritionisq; naturam forma inter se sint similes: sæpe tamen plurimùm moribus & ingenio differunt, quippe cùm diuersitas animorum tum ingenio, tum moribus differens aliunde insuper quàm ex his corporeis causis oriatur. Denique vbi animus incitamentis corporis aduersatur, idq; facit tranquillitatis & intelligentiæ gratia, declarat se & operari liberè, & à corpore proprio non dependere, neque igitur à cælesti corpore: quod quidem per nostrum corpus solùm agere nos posse videtur. corpori verò nostro mentis tum virtute, tum gratia possumus reluctari, vitamq; eligere menti consentaneam, quamuis corpori noxiam, ac sæpe dum similis permanet natura & incitatio corporis, quædā dissimilia inter se quandoq; solemus eligere pro coniecturarum duntaxat varietate, atq; etiam vbi euasit natura corporis iam dissimilis, similia nihilominus eligere consueuimus si ratio similis persuaserit, vtpote qui tunc non tam ex influxu corporeo, quàm ex intelligentiæ rationisq; affluentia pendeamus. Quòd autem nonnulli tradunt, nostra hæc à stellis effici, quia significentur ex stellis, confutatum est alibi etiam diligentius. Tu verò ita conclude: In quolibet momento ac etiam in eodem stadio quamplurima simul nasci possunt inter se diuersa, non solùm singularibus accidentibus, verum etiam specie atq; genere, quibus etiam diuersa valde sors obtigit, quasi non ab hora duntaxat natura rerum & fortuna trahatur: quod quidem hinc etiam confirmatur, quòd quamplurimi sæpe eodem communiq; exitio simul pereunt: neq; tamen vel eadem hora sunt nati, vel simul ad locum exitij confluxerunt.

Quomodo singula generentur à naturis proprijs conferente cœlo. Quomodo cęlestia significent, dæmones cognoscant atque exequantur.

VI *Igitur quemadmodum alibi disputabimus, in propria generatione rerum causæ inferiores tanquam proximæ atque propriæ possunt quamplurimum. Itaque hic homo nascitur, ille equus: non quia tunc nascatur aut aliàs, sed quoniam hic ex homine, ille fit ex equo. Similiter quòd homo hic ita nascatur, affectus ex certa parentum affectione procedit, potius quàm ex quadam cælestium habitudine exteriore, communi, accidentali, ac protinus momētanea. Concludit tamen ad id cælestis influxus, vel ad efficaciam, vel ad qualitatem generantibus, ac genitis adhibendam valde communem, & hanc quidem corpoream, quoniam à corporibus fit in corporibus, atque hæc etiam pro suscipientium & loci conditione suscipitur. Dotes autem animi quæ non obsequuntur corpori, neque sequuntur ex corpore, spectantes videlicet ad incorporea, nequeunt à corpore cæli in animum proficisci, neque per corpus nostrum, & multò minus sine corpore. Industria igitur rationes rerum incorporeas sagaciter inuestigans, non corpus cæli sequitur, sed incorpoream mentis humanæ naturam, quæ fortè ad hæc adiuuatur ab ipsis siderum animabus, mentibusq; earum, contemplatorum dæmonum ministerio. Quòd autem stellæ natura diuinæ ex motu localis naturam quotidie mutent, & in malum aliquando, nefas esse dictu, alibi demonstrauimus. Diximus etiam, vbi mala & incommoda ordinisq; expertia obseruatione cælestium portenduntur, hæc non ab illis fieri bonis videlicet atque ordinatis. sed ita significari, sicut auium volatu garrituq;, alijsue portentis significari dicuntur multa, non fieri: quæ quidem significandi facultas in mutua quadam rerum connexione consistit: quæ signa, quámue connexionem non homines, sed dæmones ipsi cognoscere possunt. Quod Origenes disputat, & Plotinus hic innuit vbi ait, qui videlicet literaturā eiusmodi nouerint: & Plato his verbis in Timæo significat, quid fiat, vel significetur ex cælestium habitudine tentare vanum est, sine diligenti simulachrorum illorum inspectione. Omnia verò illa perspicere, non nostrum est, sed dæmonum: nobis enim nec ætas, nec oculus, nec ingenium suppetit. Quemadmodum verò dæmonum præcipuè munus est, cælestia signa tenere, nobisq; suggerere siue dormientibus, siue etiam vigilātibus: ita quoque illorum est sæpe quæ cælestia portenderunt, certis subinde temporibus exequi: dæmonum quidem meliorum meliora, deteriorum verò deteriora. Per hos itaque post longa curricula temporum expleri possunt, quæ cælestium ille habitus, qui iamdiu prorsus euanuit, ideoq; nec agere quicquam potest, quandoq; fore significauit: neque tamen dæmones ita nos mouent: quòd Plato ait, vt necessitate compellant, modò enim imaginario sæpius quàm corporeo ducunt: tametsi agunt in nos non electione solùm, verumetiam quadam proprietate naturæ, sicut & stellæ oculis apparentes. Agunt insuper in inferiora suis quibusdam motibus & aspectibus, quatenus stellarū choreas comitantur: sed quoniam proprij muneris aliquid adhibent, cælestium in nobis actio iudiciumq; confunditur. Hac itaque ratione quæ stellæ visibiles portenderunt, inuisibiles subinde stellæ, id est, dæmones partim nobis suggerunt, partim pro viribus exequuntur. Hinc illud Platonis: Animas in generationem labentes ducunt*

dæmones

dæmones, electæ iam vitæ sortisq; fatalis executores. Dæmones quidem Saturnij Saturnias regunt animas, & Saturnia munera peragunt: Iouij similiter Iouias atque Iouia: cæteriq; similiter. Cumq; sicut homines in qualibet regione, partim Saturnij, partim Iouiales sunt: sic & dæmones similiter varij in qualibet sphæra mundi versentur: meliores quidem inter Saturnios, meliora Saturni munera: deteriores verò inter eosdem, deteriores sub eodem euentus peragere solent: eodemq; pacto Martij, cæteriq; similiter. Vbi verò Plotinus ait, quotidiana cælestium motiones præter communem mundi salutem esse insuper vtiles, vbi potentibus intelligere, futura significant: ostendit significata posse vitari, si mala sint: sin bona, iterum adiuuari: multò magis quàm medicus possit ad signa quæ sunt in nobis valetudinem adiuuare: alioquin & in Astrologia & in medicina signorum obseruatio foret inanis, ac Deus qui signa præscripsit, in cœlo inferiorum saluti prospiciens frustrà præmonuisset.

Qui necessariam rerum seriem introducunt, ineuitabiliter singula peragentem auferunt, tum infimis contingentiam, tum consilio libertatem.

VII Quarta de fato sententia, quam suscipimus pertractandam, vnà cum secunda sententia conuenit, in eo quòd ab vno quodam vitali principio cũctis infuso, singula per rationes seminales existimat generari, quod est potissimũ à Stratone probatum. Dissentit verò in eo, quòd non solùm eiusmodi vitale principium esse efficax arbitrantur: sed multa præterea sub eo aliquam agendi efficaciam possidere, ita tamen vt non aliter agant, quàm à primo trahantur. Addunt, causas sub his alias deinceps aliasq; subinde consequi, atque ita connecti, vt & à prioribus sequentes necessariò deducantur, atque ducantur, & quicquid agunt, necessariò facere: quicquid inde fit, necessariò fieri, atque ad omnem vbique euentum cunctas inuicem, quamuis aliter alibi conspirare, quæ maximè videtur sententia fuisse Chrysippi. Mitto in præsentia, quòd hæc opinio rebus aufert contingentiam, quam saltem circa infima mundi doctissimi quique arbitrantur accidere. Id autem in primis Plotinus detestari videtur, quòd rationalem animam electionis libertate, & actionis auctoritate procul dubio priuant: si modò verum sit quod aiunt, actionem quamlibet animæ ab impetu quodam: & impetum ab imaginatione, & imaginationem à præsenti rerum serie vel in nobis, vel circa nos agente, necessariò proficisci. Quàm verò turpe sit, intellectualem animam, incorporea à corporibus segregantem, illaq; his præponentem, corporum necessitati subijcere, in Theologia satis ostendimus. Non incitari autem à cælo quemlibet animi motum, Zael & Mesadach, & alij, vbi de interrogatione loquuntur, ostendunt: aiunt enim, interrogationem tunc & iudicium duntaxat habere effectum, quando interrogans vehementiori quadam sollicitudine quæritat, quasi tunc solùm moueri cælitus videatur. Sed quando interrogatio non est sollicita, fallacissimum esse responsum, quasi tunc interrogator non moueatur à cælo. Quid plura? Studium & industria contradicendi fato, nobis non datur à fato. Cultus supercælestis Dei in causam cælo superiorem postremò resoluitur.

Quomodo anima sit super fatum, in fato, sub fato.

VIII Communis de fato philosophorum opinio est, esse necessitatem quandam ex corporearum causarum conspiratione rebus illatam. Cùm verò & corporum motus ab anima, & ordo corporalium formarum ab intellectu proueniat, meritò intellectualem animam à necessitate, quæ ex motu & ordine vel serie corporali solet inferri, existimamus naturaliter esse solutã: tantumq; abesse, quòd subijciatur fato, vt etiam ipsa sit ipsius fati principium, siquidem fatum sit corporea series, hæc autẽ ab anima intellectuali dependeat. Ab anima inquã vniuersi, series cõmuniter vniuersa: ab animabus quoque cæteris simili quadam intelligentia præditis, series alibi passim, alibi propria. Duo sunt igitur in fato genera causarum, causæ inquam animales, velut fati principia, id est animæ sese corporibus regendis accommodantes: causæ iterum corporales tanquam complentia fatum. Est ordo præterea triplex, tum corporum omnium ad primum corpus: tum animarum ad primam animam: tum corporum ad animas, perq; animas ad animam primam: perq; illam intellectualem ad intellectum primum: atque ita series vniuersa factorum ad diuinam tandem redigitur prouidentiam. Si igitur anima extra corpus sit omnino, similiter est extra fatum: si sit in corpore, quatenus indulget corpori naturaliter patienti sub fato, ipsa quoque eatenus in fato patitur. Sin autem pro viribus se à corpore segregat, solamq; huic uim accommodat vegetalem, in fato duntaxat computatur vt agens: agit tamen pro conditione fortunæ: & nonnulla quidem ipsa vel naturali facultate permutat, vel arte quadam emendat & corrigit, vel magnanimitate facillimè tolerat. Quòd autem anima eatenus fatum subeat, quatenus se immergit in corpus, ostendit Timæus dicens, animas tunc primùm leges didicisse fatales, cùm sunt coniunctæ vehiculis: hinc enim fati trahuntur exordia. Sed interea quòd libero motu & fatum adeant, & deinceps quandoque se soluere possint, declarat, quod ait Plato & in Timæo & in decimo de Repub. Deum docuisse animas tum fatales leges, tum rationem iuris diuini pariter & humani, vt extra culpam Deus existeret, & addit virtutem rationemq; liberam esse.

Quomodo anima in fato sit vt agens: quomodo vt patiens: item de contingentia rerum.

IX Ad illos autem qui dicebant, quicquid fit, ideo necessariò & ineuitabiliter euenire, quia cunctæ simul causæ connectantur: positis autem omnibus vndique causis, effectus necessariò sequitur. iam sic obijcitur: Etiamsi vobis id concedatur, auctoritatem tamen suam potest animus retinere: nam & ipse est in ordine causarum, tum naturalium, quatenus per vim vegetalem non patitur, sed agit in corpore, tum earum quæ voluntate faciunt, ideoq; ex se libereq; mouentur. Quando igitur animus linguam brachiumq; mouere decreuit, necessariò fit motus in membro, si modò causæ cunctæ concurrant vnà cum electione videlicet atque proposito, singula quæ circunstant, id est, quæcunque sunt præter animum, quorum concursus hîc fortuna vocatur: scilicet vt membra sint apta, & nihil obstet. Annumeratur etiam inter externas causas, quæ fortunæ nomine designantur, si quid ex vniuersi motu vnà tum sequentibus causis conducit ad opus. Opus itaque tunc necessitate procedit, non tamen animus tanquam

compulsus mouetur ad opus, si neque incitamentum ex corpore surrepens sequitur eligendo, neque externum cogitat circa corporea commodum vel incommodum. Neque omnino spectat externa, neque falsa opinione decipitur, sed intelligentiam rationemq́ certam & passionis expertem habent ducem, atque ad ipsius optimum habitum velut ad finem omnia dirigit. Ex eo certè quòd sapiens animus ad se velut ad finem dirigit actiones, constat ipsum non externum, sed internum actionis principium possidere. Hactenus agere animus iudicatur, quia per formam sibi propriam & intimam & præcipuam, & sui ipsius gratia operatur. Quando verò vel ipse ex se prius degenerans, vel ignorans, vel extrinsecus incitatus, & instigatus à corpore aggreditur aliquid, aliorsum spectans quàm ad animum, non tam agere quàm pati censetur. Agit autem maximè, vbi non solùm ex se & sui gratia operatur, sed etiam in se ipso per se solum sine instrumentis agit, id est munus contemplationis exercet. Vbi verò vel voluptuosam viuit vitam sine moderatione, vel actiuam sequitur sine prudentia, grauissimè seruit, & patitur. At quoties actiuam cum prudentia partim quidem agit ipse, partim verò agitur, quatenus & ab externis incitatur ad motum, & pro conditione circunstantium exequitur ministerium. Memento verò, Plotinum hîc concursum rerum quæ nos prope circunstant, quem fortunam nominat, existimare, non necessariò vbique in fata cælestia redigendum, ita vt disponatur ad vnguem, quemadmodum ex se cælestia digerunt: non enim tam exactus in his quàm in illis est ordo, neque firmitas æqua, neque concordia similis. Hinc illud Plotini: Effectus apud nos cælestium pro causarum inferiorum conditione contingunt: item naturales effectus similitudinem cum causis propinquis longè maiorem habent quàm cum remotis. Rursum cælestium aspectus plerunque non tam causæ sunt quàm signa, propterea cum quadam conditione loquitur, vbi ait: Et si quid præterea ex cælestium motione conducit ad opus. Deniq́ mutari ordinem inde huc forsitan prouenturum, diligentia nonnunquã humana virtuteq́ animi posse putat.

Natura intellectualis agit liberè, sed eius effectus aliquando impeditur in ratione.

X Concludit igitur, neque res agitari casu, sed esse in rebus ordinem per causas consequentem, vnde res artitificiosè fieri significariq́ possint: neque rursum omnia semper externa necessitate pulsari: siquidem oporteat non solùm esse quæ extrinsecus, sed etiam quæ intrinsecus, moueantur. Et quæ intrinsecus, partim quidem à determinato quodam instinctu naturæ, partim verò ab absoluto & amplo liberoq́ principio, alioquin ordo mobilium aut nullus erit, aut non redigetur ad summum: & quæ mobilia sunt, per aliud ad ipsum quod per se mobile est, quod tamen oportet esse, minimè referentur. Quod enim fertur solùm instinctu naturæ, non seipsum mouet, sed vel impellitur ab imprimente naturam more sagittæ, vel trahitur à cognato, sicut à magnete ferrum. Quamobrem intellectualis anima cũ optima quadam, id est, intellectuali ratione facit omnia: ratione inquã, vniuersali prorsus & absoluta quæcunque promit, ex intellectuali principio agit ipsa, non patitur. Sapientia enim intellectualis, apud Plotinum & magnos plerosque philosophos causam non habet externam, ex occurrentibus videlicet incitantem, sed intus ab æuo lucet, & micat intrinsecus, hucusque nullo prorsus impediente. Emicat quoque in rationem intelligentiæ proximam, & vtentem intelligentia quoties non impeditur. Impeditur autem tum communiter ob distractionem quandam animæ circa plurima, tum propriè in quibusdam qui vel nascuntur insani, vel fiunt, & hoc quidem tribus præcipuè modis: nam aut hebetes, vel obliuiosi, aut stolidi, aut furiosi sunt. Huius insaniæ causa est tum sensualium instrumentorum ineptitudo, tum eleuatio vaporum, tum vehementior imaginationis intentio qua rationis remittitur actus, tum naturæ occupatio nimia circa morbi curam, tum denique occupatio quædam dæmonica. Forsan verò sicut immanes in moribus actiones à nobis instigatione dæmonum infimorum procedere solet: sic insania fit plerunque mira quadam machina dæmonum: qui sicut vapores humorum sensibilesq́ imagines ad incitamenta concitant vitiorum, sic & vapores in corpore & imagines in phantasia nonnunquam prouocant ad eam incitandam, ac penitus roborandam, vt inde ratio vel remittatur, vel illudatur. Fieri verò insaniam à dæmonibus humores mirabiliter irritantibus, Serapio & Auicenna maioresq́ non negant, & Euangelium vbique testatur: vbi dum sanantur correpti dæmone, curantur insani. Non enim verisimile est animam diuinitatis participem vel tam sceleratè peccare, vel adeò insanire, nisi natura id insuper dæmonica moliatur: ideo forsan in secundo capite dixit, ingentem ingeniorum morumq́ diuersitatem non esse à manifestis tantùm causis atque propinquis. iccirco Paulus Apostolus inquit, nobis non esse certamen duntaxet aduersus corpus, sed aduersum dæmones caliginoso huic aeri destinatos. Prospera igitur vel dispositio humorum ac membrorum, vel stellarum positio non efficit sapientiam, sed significat sapientiæ vsum ab opposita dispositione vel positione non impediri. Quo quidem impedimento nobis sublato per seipsum foras emicat sapientiæ lumen. Quæ verò de dæmonibus diximus, sic à Porphyrio in libro de Oraculis confirmantur: Sunt, inquit, corpora hominum malignis plena dæmonibus, præsertim illorum qui epulis delicatioribus uiuunt. Comedentibus enim nobis, adueniunt & inhærent corpori: iccirco ieiunium & castitas maximè laudantur: non quia propriè Deus bonus ita placetur, sed vt recedant illi qui sanguine & immunditia gaudentes, vt his ipsi quoque fruantur, corpora voluptuosorum ingrediuntur. Constat enim vehementem caducarum rerum cupiditatem & libidinosi spiritus impetum non aliunde quàm ex malignorum dæmonum præsentia nimium inualescere: quare cum appetitio vehementius inflammata est, & voluptatis ardor animum sic exagitat, vt omnis cogitatio ad exteriora vagetur, tunc huiusmodi dæmones præsentes esse cognoscito, quorum præsentia facit, vt spiritus naturaliter auidus in nobis excrescat. Hæc ibi, quæ & in libro de Abstinentia eisdem penè comprobat verbis.

SVMMA

SVMMA MARSILIANA.

Quòd non omnia fatali necessitate proueniant.

I.

QVONIAM verò desideras, Laurenti, seorsum quid de his Marsilius Ficinus sentiat intelligere, rem ipsam ab alio rursum exordio repetam. Ipsum bonum omnibus prouidere constat, ex ordine rerum omnium ad certum finem mirabiliter instituto. In quo quidem ordine & singula vbique ad bonum proprium diriguntur, & cuncta simul ad bonum commune conducunt. Et si mirum videri potest, ipsum bonum in ordine prouidentiæ suæ permittere malum, satis tamen constat, id sæpe permittere, videlicet gratia boni, dum rerum præsentium permittit interitum, vt infinitæ deinceps nouarum formarum facies generentur: quas quidem existere simul, neque formarum repugnantia patitur, neque locus admittit. Cùm verò Deus sit bonitas ipsa simpliciter, non tamen simpliciter sit ipsa necessitas, sed quantum spectat ad bonum, magis videtur (vt ita dixerim) opponi malum Deo quàm contingentia. Itaq; si permittit malum, nimirum contingentiam quoq; permittit. Veruntamen sicut malum vbiq; reducit in bonum, ita contingens passim in necessarium redigit. Quicquid enim dum futurum erat, fore contingere poterat atq; non fore, id totum & dum iam est, necessarium est existere, & cùm præterijt, necessarium præterijsse: & collectis per conditionem vndique circunstantijs ex contingenti plerunq; necessarium videtur euadere. Proinde non est putandum necessitatis oppositum secundum formalem rationem, esse ipsum quod dicitur impossibile: in ipso enim formalis necessitatis opposito nulla debet includi necessitas: hæc tamen in eo quod impossibile est includitur. Impossibile enim est, quod esse non potest. Quod verò nequit esse, necessarium est non esse. Item in ipso necessario impossibile videtur includi: quod enim necessarium est existere, impossibile est non esse. Verùm igitur oppositũ necessarij est contingens. Sicut enim ipsa necessarij ratio ad esse tantùm, vel non esse solùm definita est: sic vicissim ratio contingentis ad esse vergit, pariter atque non esse. At verò inter necessarium, id ue quod pariter contingit vtrinq;, medium videtur esse contingens vt plurimum, cuius quidem oppositum rarius accidit. Sic itaque humanam speciem esse necessarium est: hominem verò hunc & illum moueri vel quiescere pariter accidit. Hominis manum habere digitos quinq; contingit vt plurimum, rarius autem sex habere vel quatuor. Esse autem ipsum æquè ad vtrunq; contingens rerum ordo requirit: vt si datur necessarium, detur & ipsius oppositum: in qua quidem oppositione propria, ipsius quod dicitur ens, distinctio reperitur. Sic ergo, si dandum est oppositum necessariò ratione formali, extare oportet ipsum pariter ad vtrunq; contingens. Rursum si dandum eidem est oppositum ratione materiæ, dicemus ei quod esse necessarium est opponi, quòd impossibile sit existere. Inter hæc verò medium possibile collocabimus. id autem est contingens: tum sæpius quòd necessariò potius appropinquat, tum rarius quòd declinare videtur ad impossibile: tam indifferenter esse vel non esse contingens, quod sanè concedendum est tanquam verum & æquè distans, hac ratione medium inter necessarium esse, atq; impossibile fore. Nascitur verò contingens ipso rerum ordine per gradus continuè plurimos descendente: quo quidem in ordine, quæ propinquiora sunt, primò penitus immobilia sunt, ipsi videlicet intellectus: Animæ deinde tanquam paulò remotiores motu tantùm formali mouentur substantiam non mutante. Cælestes subinde substantiæ dum ipsæ quoq; permanent, locali interim quodam motu voluuntur, & formali rursus quatenus configurationes quasdam vicissim orbe cõmutant: sed mouentur (vt ita dixerim) immobiliter, quatenus eodem semper ordine necessariò reuoluuntur. Ad hæc autem consequens est, vt quæ sub cælo sunt, iam mobiliter moueantur. In hac sanè vaga motionum sorte nascitur contingentia, dum quæ ita mouentur, à proprio nonnunquam solitoq; ordine digredi & præuaricari videntur, quamuis communem ordinem vniuersi trangredi nequeant. Cùm enim per plurimos deinceps agentium gradus & virtus efficax minuatur, & complurima tandem repugnantium formarũ confluat multitudo, nimirum sequitur, vt propria quæque natura ab officio quandoque deficiat, dum paulatim debilitata virtus aliquando diuersorum occursu facilius impeditur. Sic itaque seminaria plantæ animalis ue natura prolem suam neque parit semper, neq; opportunè parit vbiq;, neq; perfectam. Quamuis igitur, quantum ad naturam cælestem pertinet, rem procul dubio necessariam, absoluta proles hæc plantæ vel animalis certis foret temporibus prouentura: contingit tamen interdum non euenire, vel non prouenire perfectam, quando scilicet natura generantis propria vel intrinsecus deficit, vel impeditur extrinsecus. Sæpe quidem præsens dispositio cæli certam quandam in hac materia qualitatem iamiam productura videtur: at diuersa materiæ qualitas ex propinquis causis conditionibusq; contracta effectum cæli aliter aliterue permutat. Neque nobis obijciat aliquis, hanc quoq; materiæ qualitatem iccirco à cælestibus euenisse, quia propinquæ causæ à cælestibus moueantur. Esto moueantur quidem, sed pro natura sua: neq; enim vel Deus, dum per cælũ agit in inferiora, aufert sua munera cælo: vel cælum, cùm per causas inferiores agit in nostra, interim proprias naturalesq; his causis vires actionesq; subducit. Cùm igitur effectus vniuscuiusq; forma simul atq; conditio pro affectione materiæ soleat prouenire, ipsaq; materiæ huius affectio à cælestibus quidem communiori quodam pacto, à propinquioribus verò causis modò penitus proprio fiat, sequitur ut propria effectus terreni conditio talis proueniat potius, qualem causa propinqua materiam afficiendo requirit, quã qualem tentare vel inchoare causa remota videtur. Non enim si causa remota necessaria est, mox euentus inde omnis prouenit necessarius, nisi etiam causa propinquior necessaria fuerit. Iam verò manifestum est, quòd sæpe iam dicimus effectus singulos causis vbique proprijs similiores euadere quàm remotis, vt plantæ & animalia quælibet, non tam cælestibus similia iudicantur, quàm proprijs genitoribus & seminibus vnde nascuntur: ex quo patet, effectus eiusmodi naturam sortemq; suorum seminum sequi, potius quàm cælestium, ac pro conditione familiarium causarum, rerumq; omnium circunstantium, quæ omnino mutabilis est, mutabiliter euenire, non necessariò pro conditione cælestium: & meritò, quorum natura non necessariò suum retinet esse, sed ab eo deficere potest, eorundem quoque virtus non necessariò agit, sed interdũ cadit ab actione. Quamobrem quæ necessaria fore forsan

iudicarentur ex cælo, eadem apud nos ex hac materia regioneq; contingenter eueniunt. Materia, inquam, quoniam omnium æquè formarum semper est auida. Regione, inquam, quoniam innumerabiles hic & inter se pugnantes confluunt qualitates. Influxum ergo cælestem proprio quodam ordine quandoque ad certum aliquid processurum, tam materia hæc aliorum quoque auida, facileq; capax & confunditur cum alijs, & perdit, subinde aliud receptura, tum regio plena discordium qualitatum commiscet protinus atque transformat, vt vix certum aliquid hic cælitus oriatur, & vix quale sit nasciturum valeas coniectare, nisi fortè circunspexeris vniuersum: vt quot qualés ue tum ex alto, tum è medio, tum ex infimo causæ conditionesq; quolibet momento confluant: quidue rursus & quale consurgat ex cunctis perpendere possis. Proinde si natura corporea quæ & manifestius corpori cælesti subijcitur, & ad vnum quiddam potissimum determinata videtur, non necessariò cælestes admittit influxus: tales dico prorsus, quales mittuntur è cælo, multò minus rationalis anima, cuius notio motioq; & intima & latissima est, & sæpe genus corporale transgreditur, corporiq; repugnat, cælestem instinctum necessariò sequitur: cui sanè frustrà natura dedisset, vt quotidie consultando posset pro coniecturarum diuersitate plura inter se opposita in consultatione proponere, nisi posset ad vtrumlibet eligendo se ducere: non posset autem ad vtrumlibet se conferre, si certa quotidie constitutione cæli compelleretur ad certum. Accedit ad hæc quòd cum diuina prouidentia permittat in rebus naturalibus quandam ad vtrumlibet contingentiam, ex earum defectu nascentem: multò magis in agentibus voluntarijs, vbi hæc ex perfectione oritur, permittit eandem, quæ profectò magis admodum horum propria est: quippe cum illa quidem ex impressa tantùm forma, hæc autem ex concepta insuper notione moueantur & agant.

Adde quòd omnis cælestis instinctus, quatenus è cælo est proximo diuinæ prouidentiæ instrumento, atque inde mirabiliter ordinato, ad optimum semper certoq; ordine ducit. Quòd igitur absque ordine recto sæpe vagemur, & ab optimo sæpius aberremus, non à cælo quidem, & multò minus à motore cæli, sed à propria nostri generis, aut moris, aut fortunæ conditione contingit. Iam verò si generis nostri morisq; proprietas cælestem influxum ex ordinato bonóque in oppositum peruertere potest, multò facilius ex qualibet alia qualitate in aliam sæpe conuertere. Dedit natura communis per grauitatem grauibus vt descenderent. Descendent igitur omnia grauia quodam naturæ communis impulsu, nisi forsan impediantur. Impediri verò proculdubio possunt, ne moueantur: sæpe etiam incitari, vt rapacius quàm natura ferat, præcipitentur: tum verò pro diuersitate figuræ siue naturalis, siue artificiosæ aliter per decliuia, alitérue descendent. Aliter enim sphæra, aliter cylindrus, aliter angularis figura labetur: quòd quidem Chrysippus ille fatetur, fati cælestis magnus assertor. Ergo similiter præsens hæc aut illa constitutio cæli his hac hora nascentibus, atque illis communiter tum in corpore calorem, tum in animo vehementiam illatura videtur: sed in hoc quidem natura parentum, loci, temporis, nutrimenti frigida humidáque imminentem cæli vim temperat, & conuertit forsitan ad oppositum. In illo autem eorundem calida siccaq; natura, moderatam quodammodo qualitatem cælitus venientem producit in nimiam. Rursum tum propriæ variæq; naturæ generantium atque nascentium, tum leges consuetudinesq; diuersæ impulsum tam animi quàm corporis talem cælitus descendentem varia inter se graduum modorumq; sorte distinguunt. Quo factum est, quemadmodum sæpe diximus, vt non tam pro agentis natura præsertim remoti, quàm pro conditione propinquiorum agentium, & denique pro affectione materiæ, ac dispositione loci sæpius effectus soleant exoriri. Quid plura? Radius Solis idem aliud aliterq; agit, si ex recto quàm si ex obliquo percutiat: si per aerem serenum, quàm si per caliginosum transeat. Caliginosum verò aerem non tam cælestia quàm terrestria reddunt: item aliud agit, si ceram, quàm si lutum aggrediatur: hanc enim liquefacit, hoc exsiccat. Rursum si glaciem, quàm si cristallum: illam aliquando fundit hoc verò nunquam. Si niuem in cacumine montis, quàm si in concauo montis inuadat: illam enim tardius admodum, hanc citius liquefacit. Licet & hîc sæpe videre in eodem cacumine niuem eodem delapsam tempore, qua parte ad meridiem vergit, citius admodum extillare: qua verò ad septentrionem, durare diutius, quamuis pars à parte vix cubito distet, tantum efficit vel breuis discrepantia situs. Denique radius si ad breue tempus agat, sæpe caligines congregat: si ad longum, disgregat: & aliter per aperta, aliter per concaua facit: & alijs quidem eodem tempore prodest, alijs verò vel in eodem loco nocet. Tantùm verò superiorum vires mutantur ex loco atque materia, vt cùm ad motum Lunæ aquæ plerunque crescant atque decrescant, non tamen omnes id aquæ faciant: nam & mare non vbique id patitur aut æquè: atque vbi maximè videtur id obseruare, vento sæpe contrario impeditur excrescere. Sunt propriæ locorum sub quolibet sidere qualitates, aliæ quidem palustrium, aliæ verò campestrium puriorum, aliæ autem domesticorum collium, aliæ verò syluestrium. Item pro varietate caloris, frigoris, siccitatis, humoris, ventorum, vaporum, fluminum, vallium qualitates longè diuersæ, quodcunque sidus immineat: vnde & differentes ætatum termini, & variæ corporum habitudines, diuersi ingeniorum captus proficiscuntur. Quocunque momento nascantur, multi simul nati, quia diuersis in locis habitant, non simul ægrotant: multi non simul nati ex vento & nebula & vapore simili simul ægrotant: & quocunque tempore nati sint, & in quacunq; ætate sint constituti, simul in morbos incidunt, qui in regionem contagiosam pariter confluxerunt. Profectò quamuis vniuersales superiorésque causæ vim habeant in effectibus amplam, intimam, diuturnam: mediæ tamen causæ potissimumq; propinquæ ad proprias euentuum qualitates quamplurimum ac ferè totum possunt: quo fit, vt effectus eis admodum similiores euadant. Communissimi enim influxus causarum longinquiorum persequentes causas gradatim determinantur, atq; distinguuntur: sic viuifica cæli virtus cõmuniter fauens omnibus nascituris, in diuersis plantarum & animalium speciebus ad eas ipsas species definitur: in singulis quoq; sub specie ad proprietates contrahitur singulares. Actiones deinde passionesq; naturales rerum tales potissimum aut tales singularia indiuiduorum principia in primis, & specialia insuper potius quàm communissima vbique sequuntur. præsertim quando principia communissima sunt æquiuoca, ac genere ab effectibus diuersissima, talia esse cælestia nemo negat. Cæterùm ne quis forsan obijciat, quicquid est in secundis causis, à primis inesse, ac deinceps quicquid in tertijs reperitur, tribui penitus à secundis: atque ita nihil vllo modo à sequentibus causis prouenire, quin similiter à superioribus quoq; proueniat. Memento causæ sequentis naturam non solùm esse superiori similem, quatenus habet inde, sed

etiam

etiam dissimilem, quatenus extra processit, neque solùm degenerauit inde, sed insuper aliud quiddam & qualitate quadam propria differens iam euasit: sicut radius in cælo mulcens, in terra vrans: item in cælo nitens, in nube rubens, vt non mirum sit aliquid hinc subinde fieri tale, quale propriè non prouenit inde. itaque multa per causas cælo inferiores effici talia passim atque talia, qualia non efficiuntur à cælo. Memento rursum has sub Luna causas sortiri vires à vita mundi non solùm per cælestia, sed etiam proximè per vegetalem animæ vim vbique vigentem. sicut & animalis vita multa dat pedibus manibusq; per membra præcipua: multa etiam per seipsam, & quæ dat per membra præcipua, etiam transformantur in illis. Memento denique, ex omnium causarum concursu consurgere vim, quæ propriè reperitur in nullis, sicut ex confluxu materiarum & qualitatum materia quædam noua, qualitásue resultat. Neque verò negabit omnino sub necessarijs contingentia legitimus ille Platonicus, qui sub vnitate multitudinem, sub statu motum contemplatur ritè nascentem, atque res ipsas sub vnitate statúque simplici per certam multitudinem mobilitatemque longo graduum tractu ad innumerabilem fermè numerum & incertam mobilitatem denique peruenire: in quo quidem amplissimo graduum differentium ordine decus bonúmque vniuersi consistit. Quamobrem singulæ singulorum motiones & passiones, quæ in multitudinem mobilitatemq; infinitè multiplicem variantur, non possunt per vires motionesq; cælestes, quæ certo numero definitæ sunt, & ordine certo procedunt, ita vt continuè variantur, distribui propriè atque duci: nisi fortè quispiam ita deliret, vt singulos etiam delirantium & ludentium puerorum motus, quouis momento singulis cælestium assignet influxibus, vt nec aliter moueantur manus, pedes, digiti, labia, oculi, sensus, imaginatio momento quolibet, quàm cælestis ille decernat influxus. Sic ad illius normam innumerabilium locustarum saltus describatur muscarumq; volatus, & offensiones quælibet illatæ quibuslibet. Sed profectò non omnia fiunt prorsus & compelluntur à cælo: imò & cælum opera actionesq; elementorum & mixtorum plantarumq; & animalium non efficit sine illis, atque ignis sub quolibet sidere calefacit, & generat ignem proprietate naturæ: neque sub vllo sidere frigefacit, vel generat aquam, cæteraq; similiter. Quamobrem quomodocunque se cælum habeat; continuè naturalia quælibet, tam non viuentia quàm viuentia pro natura sua, impulsu, occasione, indigentia, imaginatione ita potius agunt, aut ita huc potius, aut illuc manifestè feruntur: atque hæc omnia quòd sint, viuantq; communiter, & agere communiter mouereq; possint, ac moueri, habent cælesti fauore. Quòd autem in tali specie & singulari proprietate sint, à genitoribus habent atque loco, & quia talia taliter agunt. Quòd verò tot talésue in vniuerso sint species, tum ex idealibus diuinæ mentis prouenit speciebus, tum ex rationibus animæ seminalibus. Ipsa enim specialis distinctio rerum neque casu accidit, quũ semper ordinatissima sit: neque ex materia fit prorsus informi, quum ipsa sit mira formositas subiecto formato præstantior: neque vel ex mobili cælestium habitudine, ipsa enim est immobilis ac prorsus æterna: vel ex cælestibus formis duntaxat atque figuris, quum & in cælo species ita describi non possint, & multæ sint rerum species incorporeæ, & formalis ipsarum ordo artificiosè directus ad finem, ab intelligentia quadam præscribente finem, debeat proficisci.

Confirmatio contra cæleste fatum per Alexandrum, Enomaum, Diogenianum, Ptolemæum.

II Alexander Aphrodisius in libro de Fato ad Antonium Chrysippi opinionem de fato refutat, multisq; argumentis ostendit, nihil aliud esse fatum vel fatale, quàm quod natura fit, & ostendit præter naturã etiam fieri nonnulla, quum interdum accidat impedimento quodam naturam detineri. Quum ergo præter naturam quædam fiant, profectò si natura fieri est fato fieri, fient etiam præter fatum, atque ita subdit: Videmus corpora humana ægrotationibus alijs aliud secundum particularem eorum naturam esse subiecta. Scimus quinetiam naturalem eiusmodi corporum habitudinem diligenti norma viuendi, & medicorum arte, & deorum consilio in melius verti: quod similiter animo quoque accidit. nam præter naturalem inclinationem eius, quam complexione corporis habet, exercitio atque doctrina sæpe fit melior. Vnde quum physiognomon Zopyrus turpia quædam de Socrate, & à virtute ipsius aliena dixisset, & à multis iccirco derideretur: respondit Socrates: Non errat Zopyrus. Talis enim natura forem, nisi naturam philosophia superauissem. Huiusmodi ergo sunt illa quibus natura præest: quæ naturalia nihil à fatalibus differunt. A fortuna verò ea fiunt, quæ nullo modo intenduntur. Quando alterius gratia quædam fiunt, & aliud accidit quod ab initio nec sperabatur quidẽ: vt si quis agrum fodiens, thesaurum reperiat, quum huius gratia non foderet, quæ certè non aguntur fato. Sunt autem causæ quædam hominibus prorsus ignotæ. Nonnulla enim suspensa collo morbos quosdam curare dicuntur, in quibus nullam certam habemus causam. Excantationes etiam maleficæq; artes quam causam habeant, incertum est. Sed præter hæc nonnulla sunt, quæ ad vtrumlibet contingentia nominantur, quæ fato fieri omnino negamus, vt mouere pedẽ, leuare supercilia, tacere, loqui, cæteraq; huiusmodi prorsus innumerabilia, quæ fieri fatis nullo modo dici possunt. Quod enim fatale est, suscipere contrarium nequit. Præterea consilium hominis omnino vanum esse non debet. Esset autem frustrà, si quæcunque agimus, necessariò faceremus. Proculdubio autem id præter animalia cætera homo possidet, vt non similiter atque illa phantasiam vbique sequatur, sed rationem habeat, qua faciunda dijudicet: cuius quidem vsu quæ in phantasiam inciderunt examinans: siquidem examinando probat, phantasiæ concedit, atque ad agendum deinde mouetur. Sin autem improbat, illa reijcit expellitque: obtemperans rationi. Itaque de his solummodo quæ agere possumus vel non agere, deliberare solemus: ac si quando consilio non maturo, sed cupiditate præcipiti aliquid perpetremus, postea nos ipsos temeritatis spretiq; consilij crimine accusamus; & omnes temerè aliquid agentes vituperamus, hortamurq; consilio vti, quasi nobis insit agendi potestas. Quòd autem opinio quæ de fato habetur, falsa penitus sit, inde patet, quòd etiam opinionis eiusmodi auctores & docent, & discunt, & hortantur, & consulunt: increpant etiam, castigantque suos tanquam propria voluntate peccantes. quare vel secundum ipsos nulla est hæc fati necessitas. Libertas igitur nostra natura omnibus inest: plura tamen non esse nostræ potestatis concedimus, vt quæ natura vel fortuna fiũt, quæ nullus subiecta fatis dicere prorsus audebit. Hæc Alexander. Similia fermè tradit Enomaus philosophus cõtra Chrysippum, cõcludens animalia bruta

proprio quodam appetitu quolibet momento vtcunque contingit moueri, potius quàm necessaria quapiam serie causarum, multoq; magis homines proprio consilio viuere: qui etiam multas ex causis quo minus concurrant ad effectum conficiendum, sua possint industria permutare. Confirmat eadem Diogenianus philosophus in libro contra Chrysippum, probatq; non omnia fieri necessaria quadam serie causarum ineuitabiliter concurrentium: sed & alia insuper propria quadam & singulari natura, alia verò fortuna, alia consilio nostro, alia voluntate deorum. Cõfirmat Ptolemæus & sæpe alibi, & in Quadripartito, dicens, effectus & à Deo in cælestia, & à cælestibus inter se indissolubili quadam serie proficisci: sed à cælestibus aduersus inferiora non semper ineuitabiliter & ordine cælitus inchoato. Permutari enim & impediri posse tum naturis inferioribus aliquando repugnantibus, tum arte simul atque consilio. Tum verò in libro de iudicijs inquit, homines non semper sequi generales instinctus cælitus institutos propter particulares locorum generantiumq; naturas, & propter consuetudines varias, atque regionum occasiones ad quædam propriè prouocantes vel adiuuantes.

Confirmatio superiorum per Bardesanem Syrum, perq; alios & per Marsilium ipsum.

III *Bardesanes Syrus quem tradunt astronomia & Chaldæorum omnium sapientißimum extitisse, longo quodam dialogo disputat: bruta quidem ferri singulatim ad propria quædam instinctu naturæ: homines autem præter naturalem instinctum poßidere mentem, & orationem quæ à mente profertur, cuius munere non omnino natura ferantur: vnde varia sit hominum vita. Non victus vnus more brutorum, non vestitus idem, non mores similes atque leges, non cupiditas rerum simplex: sed pro arbitrio fit varijs electio differens, ac vitæ institutio varia. Hinc ergo probat non natura paßim hominem ferri: quoniam vna in omnibus sit natura, studia verò diuersa. Narrat subinde longo quodam ordine quàm diuersæ leges moresq; sint gentibus, quibus actiones quædam prohibeantur, vel etiam permittantur: quæ quidem institutiones seruentur ab eis quacunque hora nascantur, & ad quancunque transmigrauerint regionem: neque vlla positione siderum aut in genesi, aut in loco regnante aliter agere compellantur. quasi firmior sit ad viuendi normam in legibus & moribus, quàm in sideribus auctoritas. Subdit verò post multa hunc in modum, Omnes Iudæi Mosaica lege octaua die pueros circumcidunt, nec alicuius stellæ vi ad talia compelluntur, nec regionis natura coguntur, nec alienis moribus vnquam vt aliter faciant adducuntur: profectò vbicunque sunt, legem suam seruant. quod neceßitate natiuitatis fieri nullo modo potest. Non enim poßibile est, eandem natiuitatem Iudæos omnes habere, vt simul nati similiter octauo die sanguinem fundant, vel septimo quoque die pariter conquiescant. Quid autem dicemus de Christianorum secta, qui in omni orbis parte, imò verò in omni ciuitate reperiuntur: & vbicunque sint, vt alienis legibus moribusq; viuant, cogi non possunt: nec genetriaca neceßitate, aut principis alicuius imperio compelluntur, vt quæ nefanda magister eorum duxit, facienda putent: sed paupertatem, labores, ignominiam, cruciatus intolerabiles sufferunt. Proinde si omnia potestatis essent nostræ, nos essemus vniuersum: sin verò nihil possemus, aliorum essemus instrumenta, neque voluntate nostra quicquam ageremus: Deo autem volente, nihil impediri potest: illius enim potestati cuncta subduntur, qui vnicuique naturæ præcipuum aliquid est largitus: homini autem illud dedit eximium, vt libertate voluntatis atque iudicij vteretur. Ostendit inter hæc vanum eße terrarum quidem orbem in septem climata partiri, & alium planetarum dicere in alio climate dominari: quorum virtute paßim sint conditæ leges: nam etsi terrarum orbis septem partibus diuidatur, in singulis tamen partibus multas, nec septem solummodo, septem planetarum instar: nec rursum duodecim, ad numerũ signorũ: nec triginta sex, ad numerum triginta & sex facierum, sed innumerabiles legum asserit differentias inueniri, quarum institutionibus alii aliter viuant, ad quamcunque commigrauerint regionem. Eadem omnino eisdem penè verbis confirmat Clemens sectator Apostolorum: confirmat experientia morum. Vbi enim impunè peccare licet, etiam modestiores peccant: vbi verò & quando acrius animaduertitur in peccantes, etiam qui naturaliter instigantur, ad scelera cohibentur. Sæpe etiam pro maiori minoriúe occasione, commoditateq; magis minusúe peccatur, vel etiam rectè agitur. Confirmant eadem Aristoteles & Plutarchus potißimum auctoritate Lycurgi, quem tradunt ostendere volentem, quantum præ cæteris lex, & consuetudo, & educatio valeat: catulos geminos eiusdem partus educauisse, qui quatenus à Lycurgo dißimiliter educati fuerint, eatenus euaserint inter se dißimiles. Quòd si educatio in brutis superat paritatẽ genesis & parentum, multò magis in hominibus superare potest. Iam verò quantum consuetudo & diligentia valeat, longa narratione Plutarchus ostendit, vbi scribit multos natura semper infirmos, diligentia sola senium impleuisse. Mitto quid de Phyleta poeta, & Mecœnate scripserit, cæterisq; permultis. Aristoteles profectò scribit, Herodicum quendam literatum virum, sed admodum valetudinarium sola victus diligentia centum annos impleuisse. Qua de re Plato etiam testis est in Republica. Sed quid opus est testibus? Et nos cognouimus similes, & miros medicinæ & diligentiæ fructus sæpius experti sumus, atque ex diuersa consuetudine, educatione, disciplina diuersitatem plurimam in corporibus moribusq; & ingeniis proficisci, & quòd Physici omnes cõprobant, compertum habemus in plurimis consuetudinem ipsam alteram esse naturam. Consuetudinẽ verò scimus, non quadam naturali neceßitate constare, sed vel legibus publicisq; moribus, vel exemplo & disciplina priuata, vel fortuna & occasione quadã, vel proprio quodam consilio opinioneq; prouenire, aut etiam ex his omnibus congregari. Sæpe quinetiam consuetudo regionis & temporis & alicuius præstantioris exemplum, musicos facit multos & poetas, vel oratores, atq; pictores, vel etiam venatores potius quàm certa natiuitas. Et quando natiuitas inchoat, nõ tamen absoluitur, nisi pro facultate nascentium, & regionis & temporum. Sæpe militaris vel regia domus milites efficit, atque reges potius quàm natiuitas. Imitationes bonorum multi quotidie fiunt boni, mali verò imitatione malorum, quocunque sidere nati fuerint: sicut ex contagione per vnum multi subinde languent, non tam stellis quàm veneno contagionis infecti. Quid plura? quantum poßit facultas regionis & hominum institutio, declaratur ex eo, quòd nullum sidus piscatores facit & venatores, vbi nulla facultas, nulla consuetudo piscandi est atque venandi: atque vicißim omnes fermè sub quolibet sidere nati piscantur atq; venantur, vbi & occasio & vsus id & indigentia præstat, quãdo & vbi consueuerũt homines animalibus vesci, animalia prorsus innumerabilia quotidie ante institutũ à natura*

tura

tura tempus interimuntur: contrà verò, animalia eadem consenescunt, sub quocunque sidere nata dicantur. Similia de frugum pomorumque deuastatione contingere, quocunque tempore coaluerint, pro consuetudine hominum atque libidine, non pro fatali serie licet argumentari. Obseruo equidem quotidie terminos aspectusq; planetarum, quid ue portendant, diligenter exploro. Mitto, quòd in die (vt dicitur) infortunato prospera multis eueniunt: in die fortunato accidunt multis aduersa, & quolibet momento certantes, alij quidem superant, alij superantur. Certè infelices astrologorum dies sæpe serenißimi sunt atque placidißimi, felices sæpe contrà. Ego verò expertus sum tum corporum, tum animorum qualitates potius ad aeris differentias, quàm ad differentes stellarum aspectus aliter atque aliter affici. Tandem compertum habeo, notatos planetarum effectus pro diuersitate regionum atque hominum longè differentes euadere. Si pluuia promittatur, alibi quidem pluit multum, alibi parum, alibi nihil ad differentias regionum. Si designentur discordiæ vel libidines, alij quidem ad hæc vehementius incitantur, alij verò remißius, alij minimè: neque tantùm id pro corporum naturali varietate, sed etiam pro ætatum diuersitate, imò etiam pro differentia educationis & disciplinæ consuetudinisq; & occasionis differenter contingere video. Vt denique certus sim, euentus è cælo quotidianos non ita prorsus sicut cælitus destinati videntur expleri, sed aliter paßim aliterq; contingere: Si quid verò ad discrimen eiusmodi momenti est ex ipso nascendi momento in quo qualitas è cælo certa nobis dicatur infusa. Assero similiter illam non potuisse ad exactam cæli normam examußim in nobis exprimi, quippe cùm ad confundendam hanc expreßionem multa sub cælo tum ab initio, tum quotidie propriam adhibeant efficaciam vel paßionem: quæ sanè sicut singula naturam habent longè à cælestibus differentem, sic & cuncta congreßionem progreßionemq; non omnino cælestibus ordinibus congruentem. Confluunt igitur sub cælo multa inuicem sæpe aliter quàm ordo cælestis conciliaret: quemadmodum & sæpe aliter animæ rationales agunt, quàm summa Dei ratio dictet. Concurrunt & plurima contingenter, velut pulchritudo in homine simul atque eloquentia: nullum enim ordinem duo hæc inuicem habent, ex quo patet, ex nulla vnquam determinata causa confluere simul. Ex hoc tamen concursu persuasio vulgo contingit vberior. Quòd quidem pulcher homo sit, ex certa causa fieri potest. Item quòd eloquens, ex causa certa, quamuis alia. Quòd autem ambo sint simul, ex quorum congressu facilis nascitur persuasio, ex nulla videtur determinata causa fieri, alioquin ordinem haberent inuicem necessarium. Nunc verò pulchro accidit fortuitò, vt sit eloquens, atque è conuerso: neq; quia pulcher aut albus, ideò necessariò eloquens, neque vicißim. Hunc ergo similesq; concursus velut fortuitos in causam determinatam referre non potes. Falsum est igitur omnia ex determinata quadam causa proficisci. Falsum quoq; est, posita alicuius determinata quadã causa, illud mox necessariò perfici. Cadit enim ex diuersis passim impedimentum ex inferioribus tum inter se sibi repugnantibus, tum aduersum cœlestia cælestium ordini resistentibus, duriusq; cedentibus, atque confundentibus, tum casu inuicem confluentibus. Accedit ad naturalia permutanda, tam animalis motus quàm rationalis naturæ consilium, aut vnius, aut etiam plurimorum, siue consentiant inter se, siue dißideant. Quamobrem cum falsa sint illa duo, quibus potißimum assertores fati nituntur, constat non omnia fato, id est, neceßaria causarum serie cælitus dependentium prouenire. Iuuat autem præsentem disputationem auctoritate quadam prophetica simul regiaq; concludere. Apud Synesium Platonicum rex Aegyptiorum, idemq; (vt ille ait) Propheta, rerumq; peritißimus diuinarum, cum imperium Osiri filio traderet, admonet eum, vt Typhonem fratrem è medio tollat sic dicens: quasi pestem quandam & fatum iniquum fratrem tuum, si rectè sentis, remouendum cura: vt tuum Aegyptiorumq; omnium fatum aduersum occupes, & consilio ne inuadat prohibeas: licet enim, ac fieri potest.

LIBRORVM TERTIAE ENNEADIS PHILOSOPHI PLOTINI SERIES, MARSILIO FICINO INTERPRETE.

Primus de fato.
Secundus de prouidẽtia.
Tertius de prouidentia.
Quartus de familiari cuiusq; dæmone.
Quintus de amore.
Sextus de impoßibilitate incorporeorum.
Septimus de æternitate & tempore.
Octauus de natura & contemplatione, & vno.
Nonus de diuersis meditationibus.

ΠΛΩΤΙΝΟΥ
ΕΝΝΕΑΔΟΣ Γ
ΛΟΓΟΣ Α.

PLOTINI
ENNEAD. TERTIAE,
LIBER I.

ΠΕΡΙ εἱμαρμένης.

De fato.

I *Alia sunt, alia fiunt. Quæ fiunt, à causa fiunt: ac præter causas propinquas, sæpe remotiores inuestigare compellimur.*

ORDO eorũ quæ sunt & quæ fiunt eiusmodi esse debet, vt vel tã quæ sunt, sint per causam, quàm quæ fiunt, fiant quoque per causam, vel vtraque sine causa, vel in vtrisque partim quidem absq; causa, partim verò ex causa: vel quæ fiunt quidẽ omnia, ex causa veniant. Quę verò existunt, partim causam habeant, partim verò nõ habeant: vel existentiũ nullũ in causam referatur, aut vicissim existẽtia quidẽ omnia sint ex causa. Quę verò fiunt, partim quidẽ hoc modo, partim illo: vel eorũ nullũ à causa veniat. Principiò in ordine rerũ sempiternarũ, quæcunquæ primę sunt, ob id ipsum quod primæ sunt, in alias causas referri nõ possunt: quęcũq; verò pendent ex primis, esse ab illis accipiant. Actiones quoq; singulis ritè distribues, si referas in essentias. Id enim est illorum esse, actum videlicet eiusmodi edere. In eorum verò genere quæ fiunt, vel quæ semper quidem sunt, non eundem tamen semper producunt actum, omnia prorsus fieri secundum causas affirmandum. Fieri verò aliquid sine causa nullo modo debemus admittere: patefacientes videlicet aditum, vel inclinationibus incursionibusq; vanis, vel repentinæ corporum motioni nullo præcedente duceq; prodeunti, vel impetu animæ temerario atque subito, nullo videlicet animam incitante ad aliquid agendum eorum quæ antea non agebat. Fortè verò ex hoc ipso maior animam attringet necessitas, quod sui ipsius minimè sit: feratur autem eiusmodi motionibus præter voluntatem atque causam propriam incidentibus. Aut enim ad volendũ aliquid animã incitauit, siue id extra sit, siue sit intus: aut concupiscendum aliquid prouocauit: alioquin si nihil prosequẽdum mouisset, nullo prorsus modo vsquã mota fuisset. Cum verò secundum causas fiant omnia, propinquas quidem singulis causas facilè possumus inuenire, effectusque in eas reducere: Velut eundi in forum causa propinqua est

A ΠΑΝΤΑ τὰ γινόμενα καὶ τὰ ὄντα, ἤτοι κατ' αἰτίας γίνεται τὰ γινόμενα ἔστι τὰ ὄντα, ἢ ἄνευ αἰτίας ἄμφω. ἤ, τὰ μὲν ἄνευ αἰτίας, τὰ δὲ μετ' αἰτίας ἐν ἀμφοτέροις. ἢ τὰ μὲν γιγνόμενα μετ' αἰτίας πάντα, τὰ
B δὲ ὄντα, τὰ μέν ἐστιν αὐτῶν μετ' αἰτίας, τὰ δὲ ἄνευ αἰτίας· ἢ δὲ μετ' αἰτίας ἢ ἀνάπαλιν, τὰ μὲν, ὄντα μετ' αἰτίας πάντα, τὰ δὲ γιγνόμενα, τὰ μὲν οὕτως, τὰ δὲ ἐκείνως· ἢ οὐδὲν αὐτῶν μετ' αἰτίας. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν ἀϊδίων, τὰ μὲν πρῶτα, εἰς ἄλλα αἴτια ἀνάγειν, οὐχ οἷόν τε πρῶτα ὄντα· ὅσα δὲ ἐκ τῶν πρώτων ἤρτηται, ἐξ ἐκείνων τὸ εἶναι ἐχέτω. τάς τε ἐνεργείας ἑκάστων ἀποδιδοὺς τίς, ἐπὶ τὰς ἀ-
C ναγέτω. τοῦτο γὰρ ἐστι τὸ εἶναι αὐτοῦ· τὸ τοιάνδε ἐνέργειαν ἀποδιδόναι. περὶ δὲ τῶν γιγνομένων, ἢ ὄντων μὲν ἀεὶ, οὐ τὴν αὐτὴν δὲ ἐνέργειαν ποιουμένων ἀεὶ, κατ' αἰτίας ἅπαντα λεκτέον γίνεσθαι. τὸ δὲ ἀναίτιον οὐ παραδεκτέον. οὔτε ἐν παρεγκλίσεσι κεναῖς, χώραν * διδόντων, οὔτε κινήσει σωμάτων τῇ ἐξαίφνης * ἢ οὐδενὸς προηγησαμένου ὑπέστη. οὔτε ψυχῆς
D ὁρμῇ ἐμπλήκτῳ, μηδενὸς κινήσαντος αὐτὴν εἰς τὸ τι πρᾶξαι, ὧν πρότερον οὐκ ἐποίει. ἢ αὐτῷ γε τούτῳ μεῖζον ἄν τις ἔχοι αὐτὴν ἀνάγκη τὸ μὴ αὐτῆς εἶναι· φέρεσθαι δὲ τὰς τοιαύτας φορὰς, ἀβουλήτους τε, καὶ ἀναιτίους οὔσας. ἢ γὰρ τὸ βουλητόν. τοῦτο δέ, ἢ ἔξω, ἢ εἴσω, ἢ τὸ * ἐπιθυμητικὸν ἐκίνησεν· ἢ εἰ μηδὲν ὀρεκτὸν ἐκίνησεν, οὐδ' ἂν ὅλως ἐκινήθη. γιγνομένων δὲ πάντων κατ' αἰτίας, τὰς μὲν προ-
E σεχεῖς ἑκάστῳ, ῥᾴδιον λαβεῖν, καὶ εἰς ταύτας ἀνάγειν· οἷον τοῦ βαδίσαι εἰς ἀγορὰν, τὸ οἴη-

* διδόντα
* ἃ
* ἐπιθυμητόν.

θῆναι δεῖν τινὰ ἰδεῖν ἢ χρέος ἀπολαβεῖν. καὶ ὅλως, τοῦ τάδε ἢ τάδε ἑλέσθαι καὶ ὁρμῆσαι. ἔπειτα δὲ τὸ φανῆναι ἑκάστῳ ταδὶ ποιεῖν. καὶ τὰ μὲν ἐπὶ τὰς τέχνας ἀνάγειν τοῦ ὑγιᾶσαι, ἡ ἰατρικὴ καὶ ὁ ἰατρός. καὶ τοῦ πλουτῆσαι θησαυρὸς εὑρεθείς. ἢ δόσις παρά του. ἢ ἐκ πόνων ἢ τέχνης χρηματίσασθαι. καὶ τοῦ τέκνου ὁ πατήρ. καὶ εἴ τι συνεργὸν ἔξωθεν εἰς παιδοποιίαν, * ἄλλο πρὸς ἄλλου ἧκον· οἷον σιτία τοιάδε. ἢ καὶ ὀλίγῳ προσώτερα εὑροῦσα εἰς παιδοποιίας ἡ γυνή, ἐπιτήδειος εἰς τόκους. καὶ ὅλως εἰς φύσιν.

* ἄλλο παρ' ἄλλου ἧκον.

ΜΕΧΡΙ μὲν οὖν τούτων ἐλθόντα ἀναπαύσασθαι, καὶ πρὸς τὸ ἄνω μὴ ἐθελῆσαι χωρεῖν, ῥαθύμου ἴσως καὶ οὐ κατακούοντος τῶν ἐπὶ τὰ πρῶτα καὶ ἐπὶ τὰ ἐπέκεινα αἴτια ἀνιόντων. διὰ τί γὰρ τῶν αὐτῶν γινομένων, οἷον, τῆς σελήνης φανείσης, ὁ μὲν ἥρπασεν, ὁ δὲ οὔ. καὶ τῶν ὁμοίων ἐκ τοῦ περιέχοντος ἡκόντων, ὁ μὲν, ἐνόσησεν, ὁ δὲ, οὔ. καὶ πλούσιος ὁ δὲ, πένης ἐκ τῶν αὐτῶν ἔργων. καὶ τρόποι δὴ καὶ ἤδη διάφορα· καὶ τύχαι, ἐπὶ τὰ πόρρω ἀξιοῦσιν * εἶναι· καὶ οὕτω δὴ ἀεὶ οὐχ ἱστάμενοι, οἱ μὲν, ἀρχὰς σωματικὰς θέμενοι, οἷον ἀτόμους, τῇ τούτων φορᾷ, καὶ πληγαῖς, καὶ συμπλοκαῖς πρὸς ἄλληλα ἕκαστα ποιοῦντες, καὶ οὕτως ἔχειν καὶ γίνεσθαι ᾗ ἐκεῖνα συνέστη, ποιεῖ τε καὶ πάσχει· καὶ τὰς ἡμετέρας ὁρμὰς καὶ διαθέσεις ταύτῃ ἔχειν, ὡς ἂν ἐκεῖναι ποιῶσιν, ἀνάγκην ταύτην καὶ τὴν παρὰ τούτων εἰς τὰ ὄντα εἰσάγουσι. κἂν ἄλλα δέ τις σώματα ἀρχὰς διδῷ, καὶ ἐκ τούτων τὰ πάντα γίγνεσθαι, τῇ παρὰ τούτων ἀνάγκῃ δουλεύειν ποιεῖ τὰ ὄντα. οἱ δὲ ἐπὶ τὴν τοῦ παντὸς ἀρχὴν ἐλθόντες, ἀπ' αὐτῆς κατάγουσι πάντα, διὰ πάντων φοιτήσασαν αἰτίαν, καὶ ταύτην μόνον οὐ κινοῦσαν, ἀλλὰ καὶ ποιοῦσαν ἕκαστα λέγοντες, εἱμαρμένην ταύτην καὶ κυριωτάτην αἰτίαν θέμενοι, αὐτὴν οὖσαν τὰ πάντα. οὐ μόνον τὰ ἄλλα ὅσα γίνεται, ἀλλὰ καὶ τὰς ἡμετέρας διανοήσεις ἐκ τῶν ἐκείνης ἰέναι κινημάτων. οἷον ζώου μορίων μὴ κινουμένων ἑκάστων ἐξ αὐτῶν, ἐκ δὲ τοῦ ἡγεμονοῦντος ἐν ἑκάστῳ τῶν ζώων· ἄλλοι δὲ τὴν τοῦ παντὸς φορὰν περιέχουσαν, καὶ πάντα ποιοῦσαν τῇ κινήσει, καὶ ταῖς τῶν ἄστρων πλανωμένων τε καὶ ἀπλανῶν σχέσεσι, καὶ σχηματισμοῖς πρὸς ἄλληλα, ἀπὸ τῆς ἐκ τούτων πρόρρησιν πιστούμενοι, ἕκαστα ἐντεῦθεν γίνεσθαι ἀξιοῦσι. καὶ μὴν καὶ τὴν τῶν αἰτίων ἐπιπλοκὴν πρὸς ἄλληλα, καὶ τὸν ἄνωθεν εἱρμόν, καὶ τὸ ἕπεσθαι τοῖς προτέροις ἀεὶ τὰ ὕστερα, καὶ ταῦτα ἐπ' ἐκεῖνα ἀνιέναι δι' αὐτῶν γινόμενα, καὶ ἄνευ ἐκείνων οὐκ ἂν γινόμενα, δουλεύειν τε τοῖς πρὸ αὐτῶν τὰ ὕστερα. ταύτην εἴ τις λέγει, εἱμαρμένην ἕτερον τρόπον εἰ-

* ἰέναι.

A est existimatio, per quam decernimus quẽdam
inueniendum, vel debitũ exigendum: atq; omnino eligere hæc aut illa & prosequi. Deniq; similium causa est opinio, in qua cuiq; videatur talia quędam esse efficienda: Et nonnulla quidẽ in artes referimus velut causas, ceu conualescẽtiam in medicinam atq; medicum. Et diuitiarũ nuper accumulatarum causam in thesaurũ forte repertum, vel largitionem ab aliquo factam, vel labores, vel quæstuariã artem. Similiter pa-
B ter est filij causa, & si quid præterea cõducit extrinsecus ad liberos procreandos: dũ videlicet aliud procedit ab alio: uelut tales quidam cibi, vel alquanto priora remotioraq; ad generãdos filios cõferentia, ceu fœmina ad fœtum partũq; aptior. Et omnino referimus in naturam.

HVCVSQVE verò progressum subitò cõquiescere, neq; velle ad superiora procedere, pigri forsan hominis videatur, eiusq; qui viris ad sublimes causas ascendentibus aures nõ pręsti-
C terit. Quid enim in causa est, vt ijsdem prouenientibus, velut apparẽte luna, alter quidẽ rapuerit, alter verò minimè? Atq; similibus venientibus à cõtinente cælo, vel aere, alter quidẽ egrotet, alter verò nequaquam? Quin etiam ex eisdẽ operibus hic diues euadat, at ille pauper? Præterea uarij ingeniorum modi, moresq; differẽtes, & fortunæ diuersæ nos admonent, vt remotiores causas perscrutemur. Itaq; cum philosophi nunquã in propinquis causis conquiescere vel-
D lent, quicunque principia corporea posuerunt, velut atomos, earum motu impulsibusq; & cõplicationibus mutuis singula faciẽtes, dixerũt ea conditione fieri, atq; se habere singula, qua illa principia coeunt, faciuntq; atq; patiũtur: nostros quoque impetus affectionesq; tales esse, quales illa faciũt. Hi ergo necessitatem hanc in principijs, & in ijs quæ sunt ab illis, passim rebus inducunt: & quæcunq; alia quis corpora esse principia dicit, ab eisq; omnia fieri, is nimirũ
E necessitati cuidam in his fundatæ, seruire omnia putat. Alij verò ad ipsum vniuersi principium ascendentes, ab ipso cuncta deducunt: atq; causam hanc primam per omnia se diffundere, neq; mouere solùm, verùm etiam singula facere arbitrantur. Quam quidem & fatum vocant, fatum existimantes causam potentissimam cuncta mouentem, non modò cętera quotcunque fiunt, sed cogitationes quoq; nostras ex ipsius motionibus proficisci: non aliter quàm in ani-
F mali partes singulæ moueantur, non quidẽ à se ipsis; sed ab eo quod in quolibet animali obtinet principatũ. Alij præterea totius mundi circuitum omnia complectentem, motuq; singula faciẽtem, atq; habitibus cõfigurationibusq; stellarum tam errantium quàm non errantium mutuis peragentem fatum iudicant. Et prædictionibus per cælestia factis freti, singula inde fieri arbitrantur. Posset insuper aliquis alia quadam ratione describere fatum, dicens, id esse cõ-
G plexionem mutuam causarũ, seriemq; connexã desuper emanantem, per quam posteriora semper prioribus obsecundent: atq; hæc ipsa posteriora in pręcedẽtia reflectantur, vtpote quæ per ipsa fiant, & absque ipsis effici nequeant: quo efficiatur, vt antecedentibus semper sequentia

11 Quia causæ sæpe è propinquo sufficientes non sũt, ideo superiores causæ indagãtur. Vnde nascitur opinio de fato in quatuor sententias distributa.

ſeruiát. Si quis autem bifariam hos diſtinxerit, à veritate forſan non aberrabit. Nempe alij quidem cuncta ab vno principio dependere putabunt: alij verò nequaquam. De quibus in ſequẽtibus diſputabitur. In præſentia verò primùm quidem cum primis diſputare debemus: deinde & aliorum dicta deinceps conſiderare.

III
Neque cogi neq; fieri à corporibus omnia: neq; fatum neq; præſagium fore aliquid ſi principia verum fuerint contingentia.

IMPOSSIBILE certè eſt & abſurdum corporeis cauſis cuncta cõmittere, ſiue atomis, ſiue elementis, motioniq; corporum inordinatè ordinem & rationem & animam ducẽ ſubdere. Maximè verò impoſsibile eſt ſubijcere atomis, & de his quidem refellendis rationes multæ veræq; traditæ ſunt. Si quis autem principia poſuerit talia, neque ſic tamen neceſſarium eſt, vel neceſsitate quadam per omnia, vel alio quo dam pacto inde fatum ſequi. Pone primùm atomos eſſe: hæ igitur mouebuntur partim quidẽ deorſum, ſi modò quicquam ſit deorſum: partim verò è tranſuerſo, vtcunque contigerit aliò videlicet aliæ. Nihil vtique omnino, ordine ſcilicet non exiſtente. Id ipſum verò factum, quando factum eſt, omnino. Quamobrem neq; prædictio, neque vaticinium prorſus erit, neq; præſagium vllum ex arte. Quo enim pacto in rebus inordinatis ars vlla eſſe poteſt? Neque ex oraculo inſpirationeq; diuina, vel mentis inſtinctu. Nam in his quoque oportet futurum iam eſſe determinatum: & corporibus quidem accidet ab atomis pulſantibus pati quæcunque atomi ferant ex neceſsitate. Animæ verò actiones, ſiue per deſcenſum, ſiue per qualemcunque inciden tiam atomorum faciet, & paſsiones quibus ná motibus atomorum adſcribere poteris? Qui ná impulſus in anima tales quoſdam rationis diſcurſus, vel tales impetus? Aut omnino diſcurſiones, vel impetus, vel motus neceſſariò prouenire, vel quomocunque etiam prouenire. Præterea quando animus perturbationibus corporis aduerſatur, quid nam atomi ad id cõducunt? Dic rurſus, per quas differentias atomorum homines compellantur, vt alij quidem geometræ ſint, alij arithmetræ, atque aſtronomi, alij ſapiẽtes? Omnino verò libertas arbitrij opusq; noſtrum tolletur è medio, atque id inſu per quod eſt animal eſſe. Ferremur enim quocunque corpora trahant: ita, vt inanimata corpora nos impellentia. Eadem ſimiliter illis obijci poſſunt qui alia corpora eſſe omnium cauſas arbitrantur: quòd ue præterea calefacere, frigefacere, diſſoluere nos, & quæcunque illis infiriora ſunt, poſſunt. Actiones verò quales parit anima ab his fieri nequeunt: ſed has oportet ab alio quodam principio fieri.

IIII
Non eſſe in vniuerſo tãtùm vnum agens.

SED nunquid vna quædam anima per cuncta diſcurrens ſingula peragit? adeò vt quodlibet ceu pars perferatur illuc quò ducit totum? Ferantur autem inde cauſæ conſequentes neceſsitate? atque continuam horum omnium connexionem, fatũ appellare debemus? Perinde ac ſi in planta habente principium à radice, aliquis plantæ fatũ dicat diſpoſitionem ab ipſa radice per omnes plantę partes quaſi gubernãdo diffuſam, conſpirationemque mutuam, &

A ἀλόγων φανεῖται. διττῶς δ' αὖ τις θέμενος καὶ τούτους, οὐκ ἂν τοῦ ἀληθοῦς ἀποτυγχάνοι. οἱ μὲν γὰρ, ἀφ' ἑνός τινος τὰ πάντα ἀναρτῶσιν. οἱ δ', οὐχ οὕτω. λεχθήσεται δὲ περὶ τούτων. νῦν δὲ ἐπὶ τοὺς πρώτους ἰτέον τῷ λόγῳ· εἶτ' ἐφεξῆς τὰ τῶν ἄλλων ἐπισκεπτέον.

ΣΩ'ΜΑΣΙ μὲν οὖν ἐπιτρέψαι τὰ πάντα, εἴτε ἀτόμοις, εἴτε τοῖς στοιχείοις καλουμένοις, B καὶ τῇ ἐκ τούτων ἀτάκτῳ φορᾷ, τάξιν καὶ λόγον καὶ ψυχὴν τὴν ἡγουμένην γεννᾶν, ἀμφοτέρως μὲν ἄτοπον καὶ ἀδύνατον· ἀδυνατώτερον δὲ εἰ οἷόν τε λέγειν, τὸ ἐξ ἀτόμων. καὶ περὶ τούτων, πολλοὶ εἴρηνται λόγοι ἀληθεῖς. εἰ δὲ δὴ θεῖτό τις τοιαύτας ἀρχὰς, οὐδ' οὕτως ἀναγκαῖον οὔτε τὴν κατὰ πάντων ἀνάγκην, οὔτε τὴν ἄλλως εἱμαρμένην ἕπεσθαι. φέρε γὰρ πρῶτον, τὰς ἀτόμους εἶναι. αὗται τοίνυν κινήσονται, τὴν μὲν, C εἰς τὸ κάτω. ἔστω γάρ τι κάτω· τὴν δ' ἐκ πλαγίων, ὅπη ἔτυχεν, ἄλλαι κατὰ ἄλλα. οὐδὲν δὴ πάντως, τάξεώς τε οὐκ οὔσης. τὸ δὲ γενόμενον τοῦτο, ὅτε γέγονε πάντως. ὥστε οὔτε πρόρρησις, οὔτε μαντικὴ τὸ παράπαν ἂν εἴη, οὔτε * εἴτις ἐκ τέχνης. πῶς γὰρ ἐπὶ τοῖς ἀτάκτοις τέχνη; οὔτε * ἥτις ἐξ ἐνθουσιασμοῦ καὶ ἐπινοίας. δεῖ γὰρ καὶ ἐνταῦθα ὡρισμένον τὸ μέλλον εἶναι· D καὶ σώμασι μὲν ἔσται παρὰ τῶν ἀτόμων πάσχειν πληττομένοις, ἅπερ ἂν ἐκεῖναι φέρωσιν ἐξ ἀνάγκης. τὰ δὲ δὴ ψυχῆς ἔργα καὶ πάθη, τίσι κινήσεσι τῶν ἀτόμων ἀναθήσει τις. ποίᾳ γὰρ πληγῇ ἢ κάτω φερομένης ἢ ὁπουοῦν προσκρουούσης, ἐν λογισμοῖς τοιοῖσδε ἢ ὁρμαῖς τοιαῖσδε, ἢ ὅλως ἐν λογισμοῖς ἢ ὁρμαῖς, * ἢ νοήσεσιν ἢ ποιήσεσιν ἀναγκαίαις E εἶναι, ἢ ὅλως εἶναι; ὅταν δὲ δὴ ἐναντιῶται ψυχὴ τοῖς τοῦ σώματος παθήμασι; κατὰ ποίας δὲ φορὰς ἀτόμων, ὁ μὲν γεωμετρικὸς ἀναγκασθήσεται εἶναι, ὁ δὲ ἀριθμητικὴν καὶ ἀστρονομίαν ἐπισκέψεται, ὁ δὲ, σοφὸς ἔσται; ὅλως γὰρ τὸ ἡμέτερον ἔργον, καὶ τὸ ζώοις εἶναι ἀπολεῖται, φερομένων ᾗ τὰ σώματα ἄγει, ὠθούντων ἡμᾶς, ὥσπερ ἄψυχα σώματα. τὰ αὐτὰ δὲ ταῦτα, καὶ πρὸς τοὺς ἕτερα σώματα αἴτια F τῶν πάντων τιθεμένους. καὶ ὅτι θερμαίνειν μὲν καὶ ψύχειν ἡμᾶς, καὶ φθείρειν δὲ τὰ ἀσθενέστερα δύναται ταῦτα. ἔργον δὲ οὐδὲν τῶν, ὅσα ψυχὴ ἐργάζεται, παρὰ τούτων ἂν γίνοιτο. ἀλλ' ἀφ' ἑτέρας δεῖ ταῦτα ἀρχῆς ἰέναι.

* ἥτις

* ἥτις

* ἢ κινήσεσιν ἀναγκαίαις εἶναι

ΑΛΛ' ἆρα μία τις ψυχὴ διὰ παντὸς διήκουσα, περαίνει τὰ πάντα; ἕκαστον ταύτῃ κινουμένου ὡς μέρους ᾗ τὸ ὅλον ἄγει; φερομένων G δὲ ἐκεῖθεν τῶν αἰτίων ἀκολούθων; ἀνάγκη τὴν τούτων ἐφεξῆς συνέχειαν καὶ συμπλοκὴν, εἱμαρμένην; οἷον εἰ φυτοῦ ἐκ ῥίζης τὴν ἀρχὴν ἔχοντος, τὴν ἐντεῦθεν ἐπὶ πάντα διοίκησιν αὐτοῦ τὰ μέρη, καὶ πρὸς ἄλληλα συμπλοκὴν,

ποίησίν τι

ποίησίν τε καὶ πεῖσιν, διοίκησιν μίαν. καὶ οἷον εἱμαρμένην τοῦ φυτοῦ τις εἶναι λέγοι. ἀλλὰ πρῶτον μὲν τοῦτο τὸ σφοδρὸν τῆς ἀνάγκης καὶ τῆς τοιαύτης εἱμαρμένης, αὐτὸ τοῦτο τὴν εἱμαρμένην, καὶ τῶν αἰτίων τὸν εἱρμὸν καὶ τὴν συμπλοκὴν ἀναιρεῖ. ὡς γὰρ ἐν τοῖς ἡμετέροις μέρεσι κατὰ τὸ ἡγεμονοῦν κινουμένοις, ἄλογον τὸ καθ' εἱμαρμένην λέγειν κινεῖσθαι. οὐ γὰρ ἄλλο μὲν τὸ ἐνδεδωκὸς τὴν κίνησιν, ἄλλο δὲ τὸ παραδεξάμενον, καὶ παρ' αὐτοῦ τῇ ὁρμῇ κεχρημένον. ἀλλ' ἐκεῖνό ἐστι πρῶτον τὸ κινῆσαν τὸ σκέλος, τὸν αὐτὸν τρόπον εἰ καὶ ἐπὶ τοῦ παντὸς ἓν ἔσται τὸ πᾶν, ποιοῦν καὶ πάσχον, καὶ οὐκ ἄλλο παρ' ἄλλου, κατ' αἰτίας τὴν ἀναγωγὴν ἀεὶ ἐφ' ἕτερον ἐχούσας. οὐ δὴ ἀληθὲς κατ' αἰτίας τὰ πάντα γίγνεσθαι, ἀλλ' ἓν ἔσται τὰ πάντα. ὥστε οὔτε ἡμεῖς ἡμεῖς, οὔτε τι ἡμέτερον ἔργον. οὐ δὲ λογιζόμεθα αὐτοί· ἀλλ' ἑτέρου λογισμός, τὰ ἡμέτερα βουλεύματα. οὐδὲ πράττομεν ἡμεῖς, ὥσπερ οὐδὲ οἱ πόδες λακτίζουσιν· ἀλλ' ἡμεῖς διὰ μερῶν τῶν ἑαυτῶν. ἀλλὰ γὰρ δεῖ καὶ ἕκαστον, ἕκαστον εἶναι, καὶ πράξεις ἡμετέρας, καὶ διανοίας ὑπάρχειν, καὶ τὰς ἑκάστου καλάς τε καὶ αἰσχρὰς πράξεις, παρ' ἑαυτοῦ ἑκάστου, ἀλλὰ μὴ τῷ παντὶ τὴν γοῦν τῶν αἰσχρῶν ποίησιν ἀνατιθέναι.

Ἀλλ' ἴσως μέν, οὐχ οὕτως ἕκαστα περαίνεται. ἡ δὲ φορὰ διοικοῦσα πάντα, καὶ ἡ τῶν ἄστρων κίνησις, οὕτως ἕκαστα τίθησι, ὡς ἂν πρὸς ἄλληλα στάσεως ἔχοι * μαρτυρίαις καὶ ἀνατολαῖς, δύσεσί τε καὶ παραβολαῖς. ἀπὸ τούτων γοῦν μαντευόμενοι, προλέγουσι περί τε τῶν ἐν τῷ παντὶ ἐσομένων, περί τε ἑκάστου, ὅπως σε τύχης καὶ διανοίας οὐχ ἥκιστα ἕξει. ὁρᾶν δὲ καὶ τὰ ἄλλα ζῶά τε καὶ φυτὰ ἀπὸ τῆς τούτων συμπαθείας, αὐξόμενά τε καὶ μειούμενα, καὶ τὰ ἄλλα παρ' αὐτῶν πάσχοντα. τούς τε τόπους τοὺς ἐπὶ γῆς διαφέροντας ἀλλήλων εἶναι, κατά τε τὴν πρὸς τὸ πᾶν σχέσιν, καὶ πρὸς ἥλιον μάλιστα. ἀκολουθεῖν δὲ τοῖς τόποις οὐ μόνον τὰ ἄλλα φυτά τε καὶ ζῶα, ἀλλὰ καὶ ἀνθρώπων εἴδη τε καὶ μεγέθη, καὶ χρόας, καὶ θυμούς, καὶ ἐπιθυμίας, ἐπιτηδεύματά τε καὶ ἤθη. κυρία ἄρα ἡ τοῦ παντὸς πάντων φορά· πρὸς δὴ ταῦτα, πρῶτον μὲν ἐκεῖνο ῥητέον, ὅτι καὶ οὗτος ἕτερον τρόπον ἐκείνοις ἀνατίθησι τὰ ἡμέτερα, βουλὰς καὶ πάθη, κακίας τε καὶ ὁρμάς. ἡμῖν δὲ οὐδὲν διδούς, λίθοις φερομένοις καταλείπει εἶναι, ἀλλ' οὐκ ἀνθρώποις ἔχουσι παρ' αὐτῶν καὶ ἐκ τῆς αὐτῶν φύσεως ἔργον. ἀλλὰ χρὴ διδόναι μέν, τὸ ἡμέτερον ἡμῖν· ἥκειν δὲ εἰς τὰ ἡμέτερα, ἤδη τινὰ ὄντα καὶ οἰκεῖα ἡμῶν, ἀπὸ τοῦ παντός, ἄττα καὶ διαιρουμένον, τίνα μὲν ἡμεῖς ἐργαζόμεθα· τίνα δὲ πάσχομεν ἐξ ἀνάγκης, μὴ πάντα ἐκείνοις ἀνατιθέναι· καὶ ἰέναι μὲν παρὰ τῶν τόπων καὶ τῆς διαφορᾶς τοῦ

Margin: μεσυνίσε-

A actionem & paſsionem vna diſpenſatione contentam. At verò nimius hic neceſsitatis exceſſus fatique eiuſmodi conſtitutio ipſum fatum ſeriemque cauſarum, & earum complexionem funditus aufert. Sicut enim in partibus noſtris à noſtro principali motis, abſurdum eſt dicere ſecundùm fatalem ſeriem agitari: non enim aliud quidem eſt quod tradit motum, aliud verò quod accipit, ipſum quoque proprium quendam habens impetum, ſed primum illud B eſt quod crus etiam mouet: eodẽq; modo ſi & in uerſo vnum erit omne faciẽs atque patiens: neque aliud prorſus ab alio ſecundum cauſas continuè reductas in aliud, certè non erit verum, omnia ſecundùm cauſas fieri, ſed erunt omnia vnum. Quapropter neque nos ipſi nos erimus, neque noſtrum opus vllum: neque ipſi ratiocinabimur, ſed alterius cuiuſdam ratiocinatio erit, alterius quoque conſilium: neque agemus ipſi quemadmodũ nunc neq; pedes calC citrãt, ſed nos per pedes tanquã partes noſtras dicimur calcitrare. Oportet tamen quemlibet noſtrûm id propriè, quod eſt, exiſtere, actionéſque & cogitationes eſſe noſtras. Et vniuſcuiuſque vel honeſtas, vel turpes actiones ab ipſo vnoquoque procedere: neque decet vniuerſo actiones turpes aſcribere.

FORTE verò non ita ſingula peraguntur. Verùm circuitus cæleſtium cuncta gubernans, D aſtrorumq; motus ſingula ita diſponunt, prout ſe mutuò inter ſe habent, ſecundum meridianum tempus atque ſitum, & ortus, & occaſus, atque congreſſus. Ab his vtique præſagientes prædicunt de his quæ circa vniuerſum, & quæ circa quemlibet futura ſunt. Neque ſolùm qualis fortuna, ſed etiam qualis fermè cogitatio ſit futura. Videre licet alia quoque animalia plantaſque ab ipſa illorum conſenſione tum augeri, tum minui, tum cætera ab illis omnia perpeE ti. Regiones quinetiam in terra inter ſe differre ſecundum habitum quẽdam ad vniuerſum, præcipuè verò per aſpectum ad ſolem. Sequi autem loci naturam apparet non ſolùm plantas & bruta, verùm etiam hominum ſpecies & magnitudines, & colores, iras, cupiditates, ſtudia, mores. Itaque omnium auctoritas penes ipſum cõſiſtere videtur vniuerſi circuitum. Ad hæc igitur primò dicendum eſt, hunc quoque ſermonem, quamuis alio quodã pacto, ſuperioF ribus omnia noſtra ſubijcere, volũtates, paſsiones, vitia, impetus: nobis autem nihil aſsignare noſtrum, ſed nos exiſtimare tanquam lapides agitari, potius quàm, tanquam homines, quoddam ex nobis noſtraq; natura proprium munus habentes. Veruntamen concedere decet noſtrum nobis, opinariq; præterea peruenire quædam ab vniuerſo uſque ad noſtra, quæ iam per ſe aliquid ſint, nobiſque propria. Sanè diſtinguendum eſt, qúæ nam ipſi nos agamus, quæ úe neceſſariò patiamur, neque cæG leſtibus omnia concedenda. Exiſtimare debemus à regionibus aeriſque circũfuſi diuer-

Margin: V. Neq; nos à cælo regi, neque cętera à cælo tãtùm, & neceſſariò fieri.

ſitate multa nobis accidere: velut in corporis complexione frigus atq; calorē, accidere quoq; ab eorum qui gignuntur cōditione. Nonne parentibus plurimū nati ſimiles oriūtur, tum forma atq; figura, tum quibuſdā animæ irrationalis affectibus? Quinimò ſępe ſimiles forma ſunt ob cōmunem loci naturam: quāplurimam tamen in moribus & cogitationibus differentiā, quaſi hæc ab alio quodam principio oriantur. Præterea repugnantia rationis aduerſus cōplexionem corporis atq; libidines ad hæc ſimiliter refellenda cōducit. Sin autem ex eo quod habitudinem ſtellarum ſuſpiciētes ſingulis futura prænunciāt, ab illis quoq; fieri opinētur: perinde id ſe habebit, ac ſi aues eorum quę ſignificāt, cauſæ forent: ſimiliterq; ſi omnia, quorū inſpectione vates præſagiunt, facere etiam quæ ſignificant, dicerentur. Item ex his eadem perfectius conſiderare licet, quę nato prędicit aſtrologus, ſuſpiciens ſtellarum diſpoſitionē, quādo naſcitur, conſtitutam: quæ quidem ſi dixerint nō ſignificari tantùm à præſenti diſpoſitione, ſed fieri ſæpius mentientur. Nempe quando de generoſa ſtirpe iudicant dicentes, natū ex nobilibus patribus, vel matribus ortum: quōnam pacto licet dicere hinc illa fieri quæ parentibus inſunt prius quā talis ſtellarū veniat diſpoſitio, cuius cōtēplatione prædicūt? Etenim parentū quoq; fortunas à filiorū generatione declarāt. Rurſus futuras filiorum conditiones atq; fortunas, ab ipſis parētibus circa illos, qui nondū ſunt nati, portendunt. A' fratrū quoq; genituris ſæpe fratrum mortes: item ex mulieribus virorū ſortes: viciſſimq; ex his illa dijudicāt. Quā nam igitur ratione ſtellarum diſpoſitio cuiuſq; propria facit ea, quæ iam ex patribus certa quadam cōditione futura dicūtur? Aut enim priora illa ſunt efficientes cauſę: aut ſi illa cauſæ non ſunt, neq; hæc etiam cauſę erunt. Quinetiam filiorum forma parētibus ſimilis teſtatur pulchritudinē deformitatemq; ab ipſa ſtirpe, nō ab aſtrorū motibus proficiſci. Probabile eſt inſuper eodem in tempore animalia omnigena homineſq; ſimul oriri: in quibus eadem omnino oporteret accidere, quibuſcunq; ſtellarum eadem diſpoſitio imminet. Quo igitur modo homines ſimul & cætera per eaſdem cæli figuras exoriuntur?

VI *Singula hic à naturis proprijs magis quàm cælo propriam in generatione accipiūt qualitatem: quamuis à cælo ſignificentur.*

SED profectò ſingula ſecundū naturas ſuas fiunt. Equus quidē quoniam ex equo, homo autē quoniā ex homine naſcitur: quinetiam talis vel equus vel homo, quoniā fit ex tali. Cōducat ad idem quoq; cæli motus, cōcedens tamen genitoribus genitiſq; quamplurimū. Tradant verò cæleſtia quātum ad corpus ſpectat multa, & hæc quidē conditione corporea, calores, frigora, complexiones corporum cōſequentes: at quō nam pacto mores, & ſtudia, pręſertim quęcunq; non videntur corporum cōplexionibus obſequi: ceu quòd aliquis ſit grammaticus, vel geometra, vel aleator, taliſq; rei aut talis inuentor. Iam verò prauitas morum quomodo à cæleſtibus qui dij ſunt, hominibus dari poteſt? Et

A περιέχοντος εἰς ἡμᾶς, οἷον θερμότητας ἢ ψύξεις ἐν τῇ κράσει. ἰέναι δὲ καὶ * ἐπὶ τῶν γιγνομένων. τοῖς γοῦν γονεῦσιν ὅμοιοι καὶ τὰ εἴδη * καὶ τὰ πολλά, καὶ ἵνα τῶν ἀλόγων τῆς ψυχῆς παθῶν; οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὁμοίων ὄντων τοῖς εἴδεσι παρὰ τοὺς * τρόπους, εἴγε τοῖς ἤθεσι πλείστη παραλλαγή, καὶ ἐν ταῖς διανοίαις ἐνορᾶται, ὡς ἂν ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς τῶν τοιούτων ἰόντων.
B αἵ τε πρὸς τὰς κράσεις τῶν σωμάτων, καὶ πρὸς τὰς ἐπιθυμίας ἐναντιώσεις, καὶ ἐνταῦθα πρεπόντως λέγοιντο ἄν. εἰ δ' ὅτι εἰς τὴν τῶν ἄστρων σχέσιν * ὁρῶντες περὶ ἑκάστων λέγουσι τὰ γιγνόμενα, παρ' ἐκείνων ποιεῖσθαι τεκμαίρονται, ὁμοίως ἂν καὶ οἱ ὄρνεις ποιητικοὶ ὧν σημαίνουσιν εἶεν, καὶ πάντα εἰς ἃ βλέποντες οἱ μάντεις προλέγουσιν. ἔτι δὲ καὶ ἐκ τῶνδε ἀκριβέστερον αὐτὰς ἐπισκέψαιτο περὶ τούτων. ἃ τις
C ἂν ἰδὼν, εἰς τὴν τῶν ἄστρων σχέσιν ἣν εἶχον ὅτε ἕκαστος ἐγίνετο προείποι, ταῦτα φασὶ καὶ γίνεσθαι παρ' αὐτῶν, οὐ σημαινόντων μόνον, ἀλλὰ καὶ ποιούντων. ὅταν τοίνυν περὶ εὐγενείας λέγωσιν ὡς ἐξ ἐνδόξων τῶν πατέρων καὶ μητέρων, πῶς ἔνι ποιεῖσθαι λέγειν ταῦτα, ἃ προϋπάρχει περὶ τοὺς γονεῖς, περὶ τὴν σχέσιν γίνεσθαι ταύτην τῶν ἄστρων, ἀφ' ἧς προλέγουσι. καὶ μὴν καὶ γονέων τύχας, ἀπὸ τῶν παίδων
D τῆς γενέσεως καὶ παίδων διαθέσεις οἷαι ἔσονται, καὶ ὁποίαις συνέσονται τύχαις, ἀπὸ τῶν πατέρων περὶ τῶν οὔπω γεγονότων λέγουσι. καὶ ἐξ ἀδελφῶν, ἀδελφῶν θανάτους· καὶ ἐκ γυναικῶν, τὰ περὶ τοὺς ἄνδρας, ἀνάπαλίν τε ἐκ τούτων ἐκεῖνα. πῶς ἂν οὖν ἡ ἑκάστου σχέσις ἐπὶ τῶν ἄστρων ποιεῖ, ἃ ἤδη ἐκ πατέρων οὕτως ἕξειν λέγεται. ἢ γὰρ ἐκεῖνα τὰ πρότερα ἔσται τὰ ποιοῦντα; ἢ εἰ μὴ ἐκεῖνα ποιεῖ, οὐδὲ ταῦτα. καὶ μὴν καὶ ἡ ὁμοιότης ἐν τοῖς εἴδεσι πρὸς τοὺς γονέας οἴκοθεν φησί, καὶ κάλλος καὶ αἶσχος ἰέναι. ἀλλ' οὐ παρὰ φορᾶς ἄστρων. εὔλογόν τε κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους καὶ * ἅμα ζῷά τε παντοδαπὰ, καὶ ἀνθρώπους ἅμα γίνεσθαι. οἷς ἅπασιν ἐχρῆν τὰ αὐτὰ εἶναι, οἷς ἡ αὐτὴ σχέσις.
F πῶς οὖν ἅμα μὲν ἀνθρώπους, ἅμα δὲ τὰ ἄλλα διὰ τῶν σχημάτων;

Ἀλλὰ γὰρ γίγνεται μὲν ἕκαστα, κατὰ τὰς αὐτῶν φύσεις· ἵππος μὲν, ὅτι ἐξ ἵππου· καὶ ἄνθρωπος, ὅτι ἐξ ἀνθρώπου· καὶ τοιόσδε, ὅτι ἐκ τοιοῦδε. ἔστω δὲ συνεργὸς, καὶ ἡ τοῦ παντὸς φορά, συγχωροῦσα τὸ πολὺ τοῖς γινομένοις. ἔστωσαν δὲ πρὸς τὰ τοῦ σώματος πολλὰ σωματι-
G κῶς διδόντες. θερμότητας καὶ ψύξεις, καὶ σωμάτων κράσεις, ἐπακολουθούσας. πῶς οὖν τὰ ἤθη καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα καὶ μάλιστα οὐχ ὅσα δοκεῖ κράσει σωμάτων δουλεύειν· οἷον γραμματικός τις καὶ γεωμετρικὸς, καὶ κυβευτικὸς, καὶ τῶνδέ τις εὑρετής; πονηρία δὲ ἤθους παρὰ θεῶν ὄντων, πῶς ἂν δοθείη; καὶ

ὅλως

* παρὰ * ὡς τὰ πολλά * τύπους * ἰόντα * ἅμα

omnino quotcunq; dare dicūtur mala, ipsi videlicet facti mali, propterea quòd occidāt, vel sub terrā ferātur, quasi diuersum aliquid patiātur, si nobis occiderint, nō autē semper per cæleste sphęram circūferantur, & quantū in se est, terrā eadē ratione respiciāt. Neq; etiam dicendū est, deorū alium, dum alio atq; alio situ aspicit aliū, meliorē deteriorē ue euadere: adeò vt affecti bene nobis etiā benefaciāt, malè verò affecti noceant. Præstat verò dicere cælestia pro vniuersi salute percurrere, sed interim ad alium quendā vsum cōducere: quo scilicet qui illa suspiciunt quasi literas, q̄ videlicet literaturā eiusmodi nouerint, futura legāt, ex ipsis figuris cōparatione quadā analogica indagātes significatū: quēadmodum si quis dixerit, auē per sublimia peruolantem actiones quasdā sublimes significare.

VII
Qui necessitatem rerum seriem introducunt inevitabiliter singula pergentem, auferunt tum infimis contingentiam, tum consilio libertatem.

RELIQVVM est considerare opinionem dicentē cuncta simul implicari atq; cōnecti, vnde singulis cōditio assignatur: ponentē quoq; principiū vnū, à quo per rationes seminales singula generētur. Est autē hæc opinio illi persimilis, q̄ dicit omnē habitū atq; motū tum nostrū tum vniuersum, ab anima vniuersi procedere. Et si quis velit nobis & singulis condonare, vt nónihil à nobis ipsis efficiamus, habet tamen omnino omniū necessitatē. Sanè omnibus vnà causis cōprehēsis impossibile est vnumquodq; nō effici. Nihil enim præterea reliquū est, quod vel prohibere queat, vel aliter fieri fortè cōpellat: siquidē cuncta cōprehendantur in fato. Cū verò talia sint ut ab vno principio pfluāt, nihil iam nobis aliud restat, nisi vt feramur quocūq; nos illa cōpulerint. Nam & imaginationes causas sequētur antecedentes: & impetus imaginationes comitabuntur: arbitrijq; libertas nomen erit inane. Non enim ex eo quòd ipsi nos aliquid impetu quodam aggredimur, arbitrij plus habebimus: quippe cū impetus omnis ab antecedētib. incidetur: iusq; nostrum erit tale, quale animaliū reliquorū infantiumq; atq; furentiū cæcis quibusdā stimulis discurrentiū. nā & in his sunt impetus. Et per Iouem similis fermè impetus est in igne, atq; in omnibus, quotcunq; cōditioni proprię seruiētia, ipsius instinctu præcipitantur. Id autē omnes perspicuè cōtuentes non ambigunt. Verùm alias quasdam huius impetus causas indagantes in hoc quasi principio minimè conquiescunt.

VIII
Quomodo anima sit super fatum, in fato, sub fato.

QVÆ nam igitur alia præter has restat causa? quę accedēs nihil relinquat extra causam, cōsequentiá rerum ordinemq; conseruet, nos aliquid esse permittat, prędictiones vaticiniaq; nō tollat. Animam itaq; oportet, quæ aliud principiū sit, rerū ordinibus inserentes. Neq; vniuersi tantū, sed etiam cuiuslibet animā vnà cū totius anima, vtpote quæ principiū sit nō paruū cuncta contexere: cū videlicet anima non sicut cætera ex seminibus oriatur, sed in causarū generatione pcedentiū ordine collocetur. Quàobrem quādo à corpore semota viuit, maximè sui ipsius domina est atq; libera & extra mūdanę causę

A ὅλως ὅσα λέγονται διδόναι κακὰ, κακούμενοι ὅτι δύνουσι, καὶ ὅτι ὑπὸ γῆν φέρονται, ὥσπερ διαφορόν τι πασχόντων, εἰ πρὸς ἡμᾶς δύνοιεν; ἀλλ' οὐκ ἀεὶ ἐπὶ σφαίρας οὐρανίας φερομένων; καὶ πρὸς τὴν γῆν τὴν αὐτὴν ἐχόντων σχέσιν. οὐδὲ λεκτέον ὡς ἄλλος ἄλλον ἰδὼν τῶν θεῶν, κατ' ἄλλην καὶ ἄλλην στάσιν, χείρων ἢ κρείττων γίνεται. ὥς τι εὖ παθόντας μὲν ἡμᾶς εὖ ποιεῖν, κακοῦν δὲ, εἰ τἀναντία. ἀλλὰ μᾶλλον ὡς φέρεται μὲν ταῦτα, ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ὅλων, παρέχεται δὲ καὶ ἄλλην χρείαν τὴν τοῦ εἰς αὐτὰ, ὥσπερ γράμματα βλέποντας, τοὺς τὴν τοιαύτην γραμματικὴν εἰδότας, ἀναγινώσκειν τὰ μέλλοντα ἐκ τῶν σχημάτων κατὰ τὸ ἀνάλογον, μεθοδεύοντας τὸ σημαινόμενον. ὥσπερ εἴ τις λέγοι ἐπειδὴ ὑψηλὸς ὄρνις, σημαίνει ὑψηλάς τινας πράξεις.

πῶς λέγει τὰ μέλλοντα δηλοῦσθαι διὰ τῶν ἀστέρων σχηματισμῶν.

C ΛΟΙΠΟ'Ν δὲ ἰδεῖν τὴν ἐπιπλέκουσαν καὶ οἷον συνείρουσαν ἀλλήλοις πάντα, καὶ τὸ πῶς ἀφ' ἑκάστου ἐπιφέρουσαν, ἀρχὴν τιθεμένην μίαν ἀφ' ἧς πάντα κατὰ λόγους * γραμματικοὺς περαίνεται. ἔστι μὲν οὖν καὶ αὕτη ἡ δόξα ἐγγὺς ἐκείνης τῆς πᾶσαν * κατὰ σχέσιν καὶ κίνησιν ἡμετέραν τε καὶ πᾶσαν ἐκ τῆς τῶν ὅλων ψυχῆς ἥκειν λεγούσης. εἰ καὶ βούλεταί τις ἡμῖν καὶ ἑκάστοις χαρίζεσθαι, εἰς τὸ παρ' ἡμῶν ποιεῖν τι. ἔχει μὲν οὖν τὴν πάντως πάντων ἀνάγκην, καὶ πάντων εἰλημμένων τῶν αἰτίων, οὐκ ἔστιν ἕκαστον μὴ οὐ γίγνεσθαι. οὐδὲν γὰρ ἔτι τὸ κωλῦσον, ἢ ἄλλως γενέσθαι ποιῆσον, εἰ πάντα εἴληπται ἐν τῇ εἱμαρμένῃ. τοιαῦτα δὲ ὄντα ὡς ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς ὡρμημένα, ἡμῖν οὐδὲν καταλείψει, ἢ φέρεσθαι ὅπῃ ἂν ἐκεῖνα ὠθῇ. αἵ τε γὰρ φαντασίαι, τοῖς προηγησαμένοις, αἵ τε ὁρμαὶ κατὰ ταύτας ἔσονται· ὄνομά τε μόνον τὸ ἐφ' ἡμῖν ἔσται. οὐ γὰρ ὅτι μόνον ὁρμῶμεν ἡμεῖς, ταύτῃ τι πλέον ἔσται, τῆς ὁρμῆς κατ' ἐκεῖνα * γινομένης. τοιοῦτόν τε τὸ ἡμέτερον ἔσται, οἷον καὶ τὸ τῶν ἄλλων ζῴων· καὶ τὸ τῶν νηπίων, καθ' ὁρμὰς τυφλὰς ἰόντων· καὶ τὸ τῶν μαινομένων. ὁρμῶσι γὰρ οὗτοι. καὶ νὴ Δία αἱ πυρὸς ὁρμαί· καὶ πάντων ὅσα δουλεύοντα τῇ αὐτῶν κατασκευῇ φέρεται κατὰ ταύτην. τοῦτο δὲ καὶ πάντες ὁρῶντες, οὐκ ἀμφισβητοῦσιν, ἀλλὰ τῆς ὁρμῆς ταύτης ἄλλας αἰτίας ζητοῦντες, οὐχ ἵστανται ταύτης.

** σπερματικοὺς*
** καὶ σχέσιν*
** γεννωμένης*

ΤΙ'Σ οὖν ἄλλη αἰτία παρὰ ταύτας ἐπελθοῦσα ἀναίτιόν τε οὐδὲν καταλείψει, ἀκολουθίαν τε τηρήσει καὶ τάξιν, ἡμᾶς τέ τι εἶναι συγχωρήσει; προρρήσεις τε καὶ μαντείας, οὐκ ἀναιρήσει; ψυχὴν δὲ δεῖ ἀρχὴν οὖσαν ἄλλην, G ἐπεισφέροντας εἰς τὰ ὄντα, οὐ μόνον τὴν τοῦ παντὸς, ἀλλὰ καὶ τὴν ἑκάστου μετὰ ταύτης, ὡς ἀρχῆς οὐ σμικρᾶς οὔσης, πλέκειν τὰ πάντα οὐ γιγνομένης, καὶ αὐτῆς ὥσπερ τὰ ἄλλα ἐκ σπερμάτων, ἀλλὰ πρωτουργοῦ αἰτίας οὔσης. ἄνευ μὲν οὖν σώματος οὖσα κυριωτάτη τε αὑτῆς καὶ ἐλευθέρα, καὶ κοσμικῆς αἰτίας ἔξω.

potestatem:at infusa corpori, haud amplius in A omnibus dominandi auctoritaten habet vel libertatem:vtpote quæ vnà cum alijs iam fuerit ordinata:Fortunæ verò,scilicet ea quæ circunstant,quibus cum cōcidit profecta in medium, possunt quàplurimū, usqueadeò vt anima propter circunstantiam faciat multa:quędam verò quodam imperio quocunq; decreuerit agat. In pluribus sanè dominatur anima,si melior sit:in paucioribus verò, si peior. Aut enim complexioni corporis obsequens concupiscere, vel irasci B compellitur, aut paupertati succūbens euadit humilior, aut admirata diuitias iam tumescit, aut exultans imperio tyrannidem iam exercet: anima verò bonitate naturæ fræta, si in eadem inciderit,his repugnat atq; dominatur: potiúsque permutat ipsa quā permutetur: & partim quidem mutat,partim absq; culpa permittit.

IX *Quomodo anima in fato sit vt agens. Item de cōtingentia rerum.*

NECESSARIA itaq; sunt quęcūq; ꝓposito simul atq; fortunis cōprehensa cōficiūtur. C Quid enim præter hæc esse queat? Cunctis autem vnà causis cōprehensis omnino omnia fiunt. Inter illa quæ sunt extrinsecus connumeratur & si quid ex vniuersi motu vnà cū sequentibus causis conducit ad opus. Quoties igitur anima ab externis iam mutata agit aliquid & aggreditur, quasi cæco vtens motu,neq; actionem neq; affectionem eiusmodi uoluntariam liberamq; appellare debemus. Similiter quando ipsa ex seipsa peior existens non rectis vbiq;,ne- D que principalibus motionum exordijs vtitur. At quoties rationem puram & passionis expertem tanquam proprium ducem habens aggreditur,hanc solam aggressionem iudicare debemus in nostro arbitrio sitam esse,vereq; liberá: idq; opus nostrum existere. Quod quidem non aliunde ducitur,sed intrinsecus ab anima pura: Anima inquā à primo pręcipuoq; & ꝓprio progressa principio, neq; ꝓpter ignorantiā aberrāre, vel à violētia libidinū superata. Concupiscē E tiæ nanq; vehemētius animam occupantes ducunt atq; trahunt:neq; permittunt vlterius penes nos actiones esse,sed passiones.

X *Natura intellectualis agit liberè: sed eius effectus aliquando impediuntur in ratione.*

RATIO tandem summatim iam concludit,omnia quidēm secundum causas significari atque fieri. Causas verò geminas esse:partim videlicet ad animam, partim ad circūstantia pertinentes:item animas inter agendum si secundum rationem rectam agant à se ipsis omnia facere, cætera verò facere velut impeditas opus F proprium exequi,ideoque pati magis quàm facere. Quapropter quòd anima prudentia careat,alias esse causas est putandum, taliaq; agere secundum fatum,rectè forsitan diceretur, præcipuè penes illos qui putant fatum causam externam esse. Optima verò quæque à nobis ipsis agi censendum est. Optimæ nanque naturæ sumus,quando soli sumus. Denique iudicare decet probos quidem agere,atque ex seipsis liberè honesta facere: alios autem quatenus respira G uerint, expeditiq; iam fuerint, eatenus liberè, honesta similiter agere. Nec aliunde nancisci sapientiam, quoties sapiuntsed cum primùm non impediuntur vti sapientia sapere.

* ἐνεχθεῖσα δὲ εἰς σῶμα, οὐκ ἔτι πάντα κυρία, ὡς ἂν μεθ' ἑτέρων ταχθεῖσα. τύχαι δὲ τὰ κύκλῳ πάντα, οἷς συνέπεσεν ἐλθοῦσα εἰς μέσον, τὰ πολλὰ ἤγαγον, ὥστε τὰ μὲν ποιεῖν διὰ ταῦτα, τὰ δὲ κρατοῦσαν αὐτὴν, ταῦτα ὅπῃ ἐθέλει ἄγειν. πλείω δὲ κρατεῖν, ἡ ἀμείνων· ἐλάττω δὲ, ἡ χείρων. ἡ γὰρ κράσει σώματός τι ἐνδιδοῦσα ἐπιθυμεῖν ἢ ὀργίζεσθαι, ἢ ἀνάγκασθαι, ἢ πενίαις ταπεινὴ· ἢ πλούτοις χαῦνος· ἢ δυνάμεσι τύραννος. ἡ δὲ καὶ ἐν τοῖς αὐτοῖς τούτοις ἀντέσχεν, ἡ ἀγαθὴ τὴν φύσιν. καὶ ἠλλοίωσεν αὐτὰ μᾶλλον, ἢ ἠλλοιώθη. ὥστε τὰ μὲν ἑτεροιῶσαι, τὰ δὲ συγχωρῆσαι, μὴ μετὰ κάκης. [* ἐξενεχθεῖσα]

ἈΝΑΓΚΑΙ͂Α μὲν οὖν ταῦτα, ὅσα προαιρέσει καὶ τύχαις κραθέντα γίνεται· τί γὰρ ἂν ἔτι καὶ ἄλλο εἴη; πάντων δὲ ληφθέντων τῶν αἰτίων, πάντα πάντως γίνεται. ἐν τοῖς ἔξωθεν, καὶ εἴ τι ἐκ τῆς φορᾶς συντελεῖται. ὅταν μὲν οὖν ἀλλοιωθεῖσα παρὰ τῶν ἔξω ψυχὴ, πράττῃ τι καὶ ὁρμᾷ, οἷον τυφλῇ τῇ φορᾷ χρωμένη, οὐχὶ ἑκούσιον τὴν πρᾶξιν, οὐ δὲ τὴν διάθεσιν λεκτέον. καὶ ὅταν αὐτὴ παρ' αὐτῆς χείρων οὖσα περιττὸν οὐκ ὀρθαῖς πανταχοῦ, οὐ δὲ ἡγεμονούσαις ταῖς ὁρμαῖς * ἡ χρωμένη. [* ἢ] λόγον δὲ ὅταν ἡγεμόνα καθαρὸν καὶ ἀπαθῆ τὸν οἰκεῖον ἔχουσα ὁρμᾷ ταύτην μόνον τὴν ὁρμὴν φατέον εἶναι ἐφ' ἡμῖν, καὶ ἑκούσιον, καὶ τοῦτο εἶναι τὸ ἡμέτερον ἔργον, ὃ μὴ ἄλλοθεν ἦλθεν, ἀλλ' ἔνδοθεν ἀπὸ καθαρᾶς τῆς ψυχῆς, ἀπ' ἀρχῆς πρώτης ἡγουμένης καὶ κυρίας. ἀλλ' οὐ πλάνην ἐξ ἀγνοίας παθούσης. ἢ ἧττον, ἐκ βίας ἐπιθυμιῶν, αἳ προσελθοῦσαι ἄγουσι καὶ ἕλκουσι. καὶ οὐκ ἔτι ἔργα ἐῶσιν εἶναι, ἀλλὰ παθήματα παρ' ἡμῶν.

ΤΈΛΟΣ δὴ φησὶν ὁ λόγος, πάντα μὲν σημαίνεσθαι καὶ γίγνεσθαι. κατ' αἰτίας μὲν πάντα, διττὰς δὲ ταύτας. καὶ τὰ μὲν, ὑπὸ ψυχῆς· τὰ δὲ, διὰ ἄλλας αἰτίας, τὰς κύκλῳ. πραττούσας δὲ ψυχὰς, ὅσα πράττουσι. κατὰ μὲν λόγον ποιούσας ὀρθὸν, παρ' αὐτῶν πράττειν, [* ὅσα πράττουσι] * ὅταν πράττωσιν. τὰ δὲ ἄλλα ἐμποδιζομένας τὰ αὐτῶν πράττειν· πάσχειν τε μᾶλλον ἢ πράττειν. ὥστε τοῦ μὲν μὴ φρονεῖν, ἄλλα αἴτια εἶναι. καὶ ταῦτα ἴσως ὀρθὸν καθ' εἱμαρμένην λέγειν πράττειν, οἷς γε καὶ δοκεῖ ἔξωθεν τὴν εἱμαρμένην αἴτιον εἶναι. τὰ δὲ ἄριστα, παρ' ἡμῶν. ταύτης γὰρ καὶ τῆς φύσεώς ἐσμεν ὅταν μόνοι ὦμεν, καὶ τούς τε σπουδαίους πράττειν, καὶ ἐπ' αὐτοῖς τὰ καλὰ πράττειν * τὰ [* τοὺς δὲ ἄλλους] δὲ ἄλλα καθ' ὅσον ἂν ἀναπνεύσωσι, συγχωρηθέντες, τὰ καλὰ πράττειν. οὐκ ἄλλοθεν λαβόντας τὸ φρονεῖν ὅταν φρονῶσι, μόνον δὲ οὐκ κωλυθέντες.

MARSILII FICINI IN LIB. SECVNDVM, TERTIAE ENNEADIS, DE PROVIDENTIA, COMMENTARIVS.

SVMMMA TOTIVS LIBRI.

Ordo in mundo non contingit casu.

CASVM in illis quæ possunt aliter se habere, tantùm ponere consueuimus. Possibilitas autem in rebus aliter se habendi, solùm prouenit ex indeterminata natura materiæ ad aliud semper & aliud dilabente, non autem ex natura formæ semper ad aliquid certum determinante: sed in ordine vniuersi est & materia prima, quæ non est ex materia, & formæ in seipsis naturaliter subsistentes: quæ etiam ex materia esse non possunt. Neque igitur hæ substantiæ, neque harum secundum seipsas distinctio casu fieri possunt. Fortè enim indiuiduorum quorundam distinctio per solam molis diuisionem inter se distinctorum, forte quadam potest contingere. Distinctio verò ipsarum inter se specierum, quæ formalis est, omnino fortuna quapiam contigisse non potest. Oportet autem res ab initio vnà cum speciali distinctione fuisse productas: siquidem in vniuerso sunt multa, quæ nec ex se inuicem generantur, neq; ex aliquo rursum cõmuni: quandoquidem nõ conueniunt in materia. Neq; igitur formalis ipsa distinctio, neque productio rerum vllo casu potuit euenisse: præsertim quia causa per se existens prior est, quàm illa quæ est per accidens. Cùm igitur posteriora plurimum à causa per se determinata procedant, nefas dictu est, priora à causa fortuita prouenisse, sortemq; mobilißimam rerum stabilium fuisse principium: cum tamen contrà fieri necesse sit, id est, mobilia semper à stabilibus regi duciq;, & in suis motibus ordinari. Præterea cum alibi probatum sit ab intellectu diuino fieri vniuersum, quod patet ex artificiosißimo rerum ordine intelligentiæ proprio, necesse est communem vniuersi formam tum ab intelligentia Dei excogitari, tum à voluntate constitui, quam nullus frustratur euentus. Quoniam igitur mundi forma non est præter agentis intentionem, meritò neq; sorte contingit. Cum verò forma totius consistat in distinctione atq; ordine partium: neq; ipsa rursum distinctio rerum potuit esse fortuita. Denique quod optimum est in opere, ritè finis operis est iudicandum: Optimum verò mundi totius in mutuo partium ordine collocatur. Ordo autem esse sine distinctione non potest: per eiusmodi ordinem mundus in sua integritate, quæ optimum ipsius est, constituitur. Ordo itaque partium vniuersi earumq; distinctio tanquam optimum productionis ipsius est finis, quamobrem ordo distinctioq; rerum casu contigisse non potest.

Mundanus ordo non prouenit ex materia.

Si specierum distinctio nõ resultat casu, sequitur vt nec etiã ex materia. Cum enim hæc indeterminata sit naturaliter ad quãplurima, siquid inde prodeat, fortuitò profluit: præsertim si nulla introducatur agẽtis superioris intentio. Si dixeris materias esse diuersas, proptereaq; formas inde uarias proficisci, cõfiteri cogeris materias, cùm imperfectißimã essendi conditionem habeant, meritò nõ ex se ipsis, sed à principio superiore pendere. ideoq; & quòd sint, & quòd distinctæ sint, aliunde sortiri. Atque ita primam mundo distinctionis causam non esse materias: præsertim quia multa sunt & inter se distincta: quorum nullum ex materia constat: atque ipsa materia à rebus immaterialibus non per aliam materiam segregatur: accedit ad hæc quòd agens quodlibet cum per formam agat, formam intendit velut finem. Non igitur introductæ in vniuerso sunt formæ materiæ gratia, sed & materia vt formæ naturales sint, & materiæ ita paßim afficiuntur, & ita vt formæ sint tales. Distinctio verò rerum secundum speciem est per formas Hæc ergo distinctio non ad materiam tanquam ad primam causam referri debet, sed materia prorsus ad formas: quæ quidem à causa per formam agente & intendente formam aliter alitér ue mouetur: & meritò, cum materia vilior sit quàm forma, non formæ ad materiam velut ad finem, sed vicißim materia refertur ad formas, dum videlicet ab ipsa agentis supremi forma, & fit, & mouetur, & certis vbique modis afficitur. Distinctio itaque in vniuerso formalis non ex conditione materiæ primùm, sed ex autoris intentione procedit. Quicquid verò vel materiam sequitur, non tam ad formale quàm ad deforme declinat, vel materiæ quantæ diuisionem, id speciale non variat formam.

Mundanus ordo non est ex diuersitate principiorum.

Si quis rerum diuersitatem admirans propterea primorum agentium diuersitatem inducat, velut causam, considerare debet, vtrum agentia inter se diuersa ordinem illum inuicem habeant nec ne. Si quem communem habent ordinem, hunc ex vno quodam superiore poßident. A quo sunt illa, & distincta sunt, & sunt vnita, ad quod rerum omnium distinctio tandem redigitur ut in causam: at si agentia illa ordinem nullum habere dicãtur, & casu concurrent, & nullus in rebus perpetuus ordo seruabitur.

Ordo rerum non accidit tantùm ex succeßione rerum: sed ex vnius intentione.

Sunt qui multiplicium rerum diuersitatem nequeant ex vna mox causa deriuare, sed existiment gradatim crescere multitudinem ex vno quodam in duo, è duobus iterũ in tria deinceps, aut quatuor: ex eo videlicet quòd prima causa omnino sit simplex, prorsúsque vna, faciatq; vnũ, quod non potens causæ puritati actuiq; se prorsus æquare, in potentiam actúmque dilabatur. Sed hæc opinio effectibus quidem singulis causas determinatas aßignat, toti verò rerum vniuersitati non potest vnam causam aßignare, sed totam ex concursu omnium causarum opinabitur resultare: atq; ita fortuita quadam sorte contingere. Proinde quod in vniuerso est optimum, scilicet cõmune to-

tius bonum, in ordine cunctarum partium & distinctione consistens, in optimam eorum quæ sunt causam, est referendum. Distinctio itaque & dispositio rerum, non ex sequentium duntaxat gradibus causarum, sed ex primæ causæ prouidentia proficiscitur. Sed quis non videat esse nefas, hoc ipsum quod in cunctis est optimum, in defectum quendam redigere causarum? quatenus videlicet causa sequens à prioris causæ simplicitate degenerat. Iam verò si integra dispositio mundi, quæ in partium cunctarum ordine collocatur, sicut ordo in distinctione consistit: si, inquam, eiusmodi dispositio tanquam vltima forma mundi, optimúmque munus maximéque formale, finisq; omnium, ritè causæ primæ respondet, meritò huic dispositioni sequentes post Deum causæ seruiunt. Non igitur hæc velut fortuitò ex causarum sequentium paulatim actione resultat: sed ad hanc constituendam vel conseruandam causæ sequentes agunt quicquid agunt, velut ad finem ipsis à causæ primæ mente præscriptum. Qua quidem in mente si rerum est dispositio designata, certè res omnes necessariò sunt descriptæ. Ac si efficacissima illic intelligentia est, possunt complurima simul inde prodire: præsertim quia diuina virtus & per vnũ actum agere quamplurima potest, & velut immensa nõ definitur ad vnum: quóue simplicior est, eo (vt ita dicam) vnita magis & fortior, & ad plura procreanda potentior. Denique cum multa sint, quæ propter miram essentiæ suæ simplicitatem perfectionemq; non possunt aliunde quàm à prima causa proximè proficisci, necessarium est rerum inter se distinctarum dispositionem ex primæ causæ prouidentia sequi. Huius intelligentia cum plurima possit, & quæ potest intelligat: ita demum opus sibi facit persimile, si multiplex variumq; confecerit: opusq; ipsum in plurimis immensam causæ copiam repræsentat, quam in vno vel paucis repræsentare non potest. Et cum in Deo tum bonitas sit, tum diffusio bonitatis, in opere nimirum diuino aptissimè refertur Deus: si bonum, & in substantia fuerit, & eminus diffundatur in alia, quæ quidem diffusio fieri nequit, nisi rerum diuersitas & inæqualitas insit. inæqualitas, inquam, secundum speciem. Sic enim perfectissima in mundo multitudo erit, maximeq; formalis, si species quamplurimæ fuerint.

Fines rerum & motionum declarant res diuina prouidentia fieri, disponi, moueri.

Proinde apud Medicos cæterosq; physicos exploratum est, sublata finis assignatione non posse vlla in re dispositionum motionumq; naturalium causas assignari. Tota igitur & naturæ dispositio, & scientiæ ratio peritura est, si naturalibus effectibus certus finis non fuerit destinatus. Multa sanè reperiuntur in quolibet, quæ & superuacua erunt & onerosa: imò nec fieri poterunt, nisi certi cuiusdam finis moueantur intentione, qua partes qualibet in re inuicem partibus seruiant, & partes cunctæ obsecundent ipsi formæ, bonoq; totius. Dic cedò, cúr nam durioribus plantis uimina non nascantur, sed tenerioribus germinent? nisi quia hæ tantum indigent sustentaculo, cui per uimina vinciantur? Sic natura neque superuacua patitur, neque caret alicubi necessarijs. Sic vimen quasi manus vltra porrigitur, ea potissimum parte, qua situm fuerit sustentaculum: quod quatenus non offertur, uimen explicatur in longum: cum primùm id datur, vimen huic sese protinus implicat. Nónne hic mentem, & manus, & oculos natura videtur habere? Dic age, cum finis ipse cæteras moueat causas, ideoq; omnes quodammodo antecedat, vt in arte consilioq; apparet, vbi nam finis in natura præcedit, ad quem naturalia destinantur? Sanè cum in materia non præcedat, antecedit in motore materiæ: finem verò præponere his quæ diriguntur ad finem, ordinemq; seruare perpetuum, rationis est proprium. Est igitur summa in motore materiæ ratio naturalium: quæ si in quolibet toto partes iubet inuicem seruire partibus, & ad totius bonum reuocat vt ad finem, multo magis quælibet passim tota & accommodat inuicem, & tanquam vniuersi partes ad bonum vniuersi perducit, nec vsquam patitur accidere uacuum. Atque huius deuitandi gratia tanquam finis intentione passim mirabilia facit, mouetq; & sistit præter naturæ modum impetus naturales, tanquam dux natura longè superior. Mitto nunc quàm mirabiliter ad animantis bonum transferat præter elementorum conditionem deorsum leuia, grauia sursum: & quàm mirifica quælibet arte figuret. Mitto quanta cautione aquam quæ proprio elementorum ordine terram totam obrutura videtur cohibeat penitus operire terram, ob hoc ipsum duntaxat, vt plurimæ in terra rerum species generentur. Mitto quàm opportunè omnibus quæ gignuntur membra instrumentaq; & necessaria passim omnia sint prouisa, varijsq; diuersa modis munita diuinitus, atque etiam vltra necessitatem quàm mirabiliter exornata. Summatim verò cum in arte consilióque finis nihil sit aliud quàm terminus aliquis, ad quem potissimum mouetur agentis intentio, & in quo denique conquiescit: certè naturalibus motibus similiter præscriptus est finis. Non enim vel fiunt qualibet ex quibuslibet, vel mouentur ad quælibet, vel quomodolibet fiunt ad quæ mouentur: sed certis omnia modis, semperq; similiter: vtpote quæ neque coaggerantur temerè, neque fortuna vagantur. Sic calor ratione summa mouentis congruum sibi locum petit vbi seruetur, fugit ineptum, fugit & frigus, quandoque etiã præter propriæ naturæ modum, ne contrarijs extinguatur. Cum igitur naturalium motus certum ubique petant terminum in quo quiescant, similiterq; rerum naturalium compositiones, ex quibus certi motus eduntur certi gratia termini dispositæ sint: consequens est, naturalia alia quantò artificiosius quàm artificia diriguntur ad finem, tantò præstantiore quadam arte fieri mouerique, quàm artificia. Atque sicut ars in nobis absolutissima nihil consultat amplius, sed agit quasi modo naturæ: sic naturalem diuinámque artem etsi ratione finisq; gratia faciat, nullis tamen rationis discursibus indigere, quibus ars consummata non egeat: præsertim si ars humana non extrà, vt nunc dicatur tractare materiam, sed intus diuinæ artis more agitari fingatur.

Quomodo mundus hic à superno fiat, atq; degeneret: qualis sit mundus intelligibilis.

1 Quod in primo capite dicitur: Si Deus mũdum aliquando fecit nouum, ergo antea consultauit, utrum & quomodo faceret, non consequitur. Tantùm verò consequens est, cogitari à nobis posse, Deum ita consultauisse: quod cogitari non licet, si ponatur mundum nunquam initium temporis habuisse. Secundò nota primam essentiam vitámque & mentem, quod & idem est, esse mundi causam, scilicet efficientem & exemplarem, finalem verò esse bonum. Fieri verò inde mundum, quoniam mundus est ipsa, sicut ex igne fit ignis. In mundo corporeo aliud est ordo formalis, aliud dimensio atque motus. Si ergo dimensionem motúmque subtrahas, ordinem verò relinquas, mentem contemplaris mundi huius artificem: in qua quidem sunt formarum omnium gradus,

siquidem

siquidem est ordo formalis. Sed quoniam non est ibi motus & tempus, præsenti formæ neque quicquam abijt in præteritum: neque deest aliquid in futurum. Rursus quoniam non est dimensio, per quam pars alia solet à parte distare in qualibet parte sunt cunctæ: Ideoque forma quælibet est omniformis, quamuis aliter atque aliter. Non enim aufertur formalis ipsa distinctio, quamuis dimensio tollatur & tempus. Nam & vbi dimensio est & motus, multæ qualitates admodum differentes simul sunt in eodem, & in qualibet eius parte sunt cunctæ. Cum igitur in mundo intellectuali in vnoquoque sint omnia, ideoque nihil alicui desit, meritò nullus est ibi motus, nullus ab alio in aliud impetus, nulla vel iniuria, vel generatio noua. Non enim patitur vnitas continentis, alia illic, alijs esse contraria. Quin etiam si contraria forent: non tamen hoc in illud faceret impetum, cum nullus aliquid desit, & vnumquodque sit prorsus in actu, vt ex eo nihil effici possit. Omnino verò quia proprium cæli corpori motus est, incorporei verò status, meritò sicut cælum hoc quò magis mouetur, eò magis in terris agit & generat: sic & illud quò verius permanet, eo verius & hoc facit totum, & in hoc omnia facit.

Quomodo mundus hic à superno fiat, atque degeneret.

II Quo autem modo hic mundus procedit ex illo? Profectò sicut ex semine quolibet simpliciore multiplex vbique naturaliter pullulat germen: illius quidem fœcunditas in hoc euadit progressio plurima. Virtus illius ingens in hoc fit ampla dimensio: actus ille vegetus hic transit in motum, & in tempus æternitas. Ex distantia igitur tum formæ, tum situs discordia surgit: ex diuisione verò accidit indigentia: ex vtrisque appetitus, & motus, & impetus. Cum enim tota natura sit à bono, ideoque nulla eius intentio sit ad malum, sed ad bonum: nimirum res naturales non odio inter se agunt vt destruāt alienum: sed indigentia & amore sui, vt se aliunde seruent atque reficiant. Cum verò natura in vnoquoque genere prima, tanquam fœcundissima per se faciat in eo genere quæ sequuntur, multò magis essentia vitáque prima nullo præter essentialem vitam adminiculo indiget, quo rerum essentias generet atque vitas: sed eo ipso propriè quo ipsa est viuitque, cætera illinc essentiam sortiuntur & vitam. Quòd si per intelligentiam quoque & voluntatem dicatur efficere, nihil propterea illinc adiungitur. Nam intelligentia & voluntas illic est ipsa natura. Quatenus ergo natura facit, necessitate facit: quatenus verò natura illic intelligentia est, facit & voluntate. Cum verò & per naturam voluntariam & per voluntatem naturalem agat, nimirum inquisitione consilioque non indiget ad agendum. Proinde si illic essentiam & intelligentiam ratione distinxeris, ab essentia videbis materiam huius mundi profluere, & ab intelligentia formam: & sicut essentia illic cogitatur ordine quodam intelligentiam antecedere, ita & hic materiam cogitabis præcedere formam. Sed enim antequam intelligentia illa formam præbeat mundo, corpoream longè ab ipsa distantem propinquam sibi exhibet incorpoream: ex vita videlicet sua inter essentiam & intelligentiam quasi media animam mundi procreans, vitam vegetalem intelligentiæ compotem, mediam quoque inter materiam formamque corpoream: sicut illic vita inter essentiam & intelligentiam obtinet medium: Atque hæc ipsa ratio est seminaria mundi, & quasi quoddam diuinæ intelligentiæ verbum, quo verberata materia mundanum suscepit ornatum. Tu verò vbi legis, Intellectus infundit materiæ rationem: expone, intellectum non tantum ipsum simpliciter intellectum, sed intellectum etiam animalem, intellectu videlicet primo formatum. Ab illo enim per hunc, & ab hoc illius virtute pullulat in materiam potentiā genitalis, ab vtriusque essentia dependentem. Similiter dici solet: Sol generat naturalia, quod tamen cum lumine facit inde manante. Atque ibi lux solaris & lumen simul hæc efficict per calorem. Comparat verò intellectum vtrunque masculo. Generat enim vt separatus à genito. Seminalem verò mundi naturam virtute seminariæ masculi. vtraque enim intrinsecus agit. Mundum verò genitæ proli. Vtrobique enim inter se iam distributa sunt membra, & partes iam repugnantes, quæ in semine simul erant, neque pugnabant. Constat quidem mundus ex necessitate, id est, materia & defectu ex materia contingente. Item ex intelligentia, id est, formali ordine intelligentiam referente. Resoluitur in partes, velut intimas, id est, in materiam rationemque seminariam & formalem. Ipsa verò animæ intellectualis essentia non est pars intima mundi, sed præsidet.

Quatuor post bonum mundi, intellectualis, animalis, seminarius, sensibilis: & quomodo processio fiat atque iudicium.

III Si quid in mundo considerando te offenderit, noli Deum incusare: quasi de mundi constructione non benè consultauerit & elegerit. Non enim consilio indiget: sed facit sufficienter ipsa natura. Neque naturam rursus accuses in primo rerum principio. Est enim ipsa bonitas, & bonitate opus proximè facit simpliciter optimum, intellectualem videlicet mundum. & hunc quidem proposito primo. Si enim bonitate facit, facit & voluntate. Concurrit nanque in primo cum bonitate voluntas. Vult ergo intelligibilem mundum prima (vt ita dixerim) voluntate: animalem verò mundum qui deinceps ex intelligibili sequitur, necessitate quodammodo vult, necessitate (vt ita dixerim) consequentiæ: non enim latet ipsum ex opere primo sequi secundum, neque rursum reprobat, sed non probat vt primum. Similiter intellectualis ille mundus non consilio, sed natura generat animalem. Quum verò natura eius intelligentia sit, & intelligentia sit voluntas, dum natura facit, intelligentia facit & voluntate: prima inquam, animalem mundum, consequenter autem & seminarium in natura mundum, quem nouit ad animalem necessariò sequi. Eadem ratione animalis mundus, id est, intellectualis anima naturali quadam intelligentia & uoluntate vitam generat, naturamque genitalem: mundum scilicet seminarium vestigium vltimum diuinorum. Necessitate verò consequentiæ generat & sensibilem ad seminarium consequentem: consequentem inquam, ex seminario vtente ad hūc efficiendum ipsa duntaxat vita: nō autē intelligentia vel voluntate qua caret. Ita enim viuendo facit sicut & anima intellectualis, & intellectus primus agit intelligēdo, atque vicissim sic naturaliter intellectus intelligēdo facit, & more naturæ, sicut natura viuendo generat, & ordine intelligētiæ fabricat. Tu itaque noli ex mūdo sensibili mirabilē ipsius boni, vel intellectus puri, vel intellectus animalis dignitatem prorsus æstimare atque perpendere: sed ex sensibili obiecta seminarij dignitatē, ex hoc naturā animæ, & ex anima excellentiā mentis, ex mente deniqꝫ bonū. Tum verò in mundo sensibili contemplando, ne in partes figas intuitum, sed conspice totum: neque ad partes totum referas, sed partes ad totum: neque opus hoc exigas simpliciter optimum, sed optimū quo-

tenus capit gradus, mundiq; iam quarti natura post bonum. Notabis interea vbi mundus loqui fingitur: quandoquidem sunt in infimo globo mundi multa viuentium genera: esse quoque supernè multa per totum pro dignitate & amplitudine spatij virtute magnitudinéque ingentia: quorum prima deos nominat, sequentia dæmones, tertia particulares animas, quæ transferuntur in dæmones: & vbi ponit populos dæmonum, ostendit per totum supra nos mundum greges esse dæmonum distributos, haberéque duces suos qui stellas sequantur vt reges: nam & corpora dæmonum supra nos vbique sequuntur motu proprio stellarum motus, similemq; vbique agunt choream. Imitantur & stellas pro viribus magnitudine, figura modóque agendi: & vt stellæ agunt intuitu radiorum imaginationem sequentium efficacem. Notabis insuper ætherem esse aerem ignitum: item omnia ex bono pendere, quandoquidem omnia bonum appetunt. Denique ipsam simpliciter vitam, esse ipsam simpliciter mentem: vbi dicit intellectualem naturam duntaxat totam habere vitam. Sic ergo conijcies, quoslibet rerum gradus eatenus esse vitæ participes, quatenus intellectuale aliquid habent. Mundum à Deo fieri non per consilium, sed naturam sic confirmat Porphyrius in Timæo: Artes quidem instrumentis indigent, quoniam nec omni materiæ præsunt, nec dominantur omnino, & extra laborant. Potentiæ verò naturales, quoniam & perfectiores sunt, & intimæ ipso tantùm suo esse agunt quicquid agunt: sic omnes, sic & anima semper essentiali vita nutrit, auget, generat, spirat, sentit, & reliqua. Ipsa quoque imaginatio præpotens solo quodam sui actus varijs statim corpus qualitatibus afficit atque motibus. Quinetiam (vt tradunt theologi) dæmones imaginationibus suis absque instrumento vel actu passim mirabilia faciunt, subitò prout volunt, efficacissimos inde radios emittentes, ac sæpe motibus imaginationis suæ formas extra mirabiles ostendentes eis qui talia inspicere valeant: multò magis mundi opifex ipso esse, id est, ipso intelligere substantiam exhibet vniuerso: indiuiduus videlicet mundo diuiduo. Cui enim mirum, ex incorporeo corporeum propagari? Siquidem ex minimo sæpe semine vastum pullulat animal, tot, tantis, tam diuersis inter se membris inde compositum. Atqui & in semine paruo ratio ipsa seminalis non est parua, dum efficit magna: neque rursum magna, dum tota in qualibet seminis particula viget, sed ratio quidem seminalis materia indiget: ratio verò diuina nullo indiget, sed fabricat omnia: dumq; in natura propria permanet, omnia producit & mouet. Huc vsque Porphyrius.

Quæcunq; videntur mala vel circa corpora vel circa animas, reformantur in bonum.

IIII Dum elementum hoc suas alicubi partes cæteris mutuat elementis, interim aliunde partes ab alijs mutuatur: ideoq; elementorum globi nihil mali subire videntur. Similiter in compositorum dissolutione malum mundus ipse non patitur. Nam vel elementa tunc suas reuertuntur in sphæras, vel compositum aliud generatur, atq; generatio ipsa dum partes capit ab elementis, formis ea nouis exornat: perpetua verò, hæc generationis vicissitudo est necessaria mundo. Cum enim mundana materia & possit & debeat innumerabiles ad perfectionem suam compositorum formas accipere, neque valeat omnes eodem tempore capere quia neq; materia, de qua fiunt, innumerabilibus compositis simul suppetit, neq; spatium capit, neq; tam diuersa concurrunt: factum est vt commutatione perpetua capiat, dum & cælum similiter innumerabiles motu figuras induit viresque sortitur nouas, quas nec simul nec manens, velut repugnantes admittere potest: atque interea motu confert ad inferiorem materiam naturaliter transformandam. Hac itaq; ratione transmutatio tum localis tum formalis & in cælo atque sub cælo ad optimum confert habitum vniuersi, ideoque censetur & bona: præsertim quia mundi totius ordo tanquam optimum vniuersi regula quædam est, qua censere singula debeamus vt bona, quatenus conferre ad ordinem videantur. Ordo verò videtur exigere, vt quæ constructa sunt ab alio, atque tunc ex aliorum destructione constructa quandoque destruantur ab alio, vicissim ad alia construenda. Quicquid interea vel nascitur vel contingit erga aliqua noxium atque malum, non aliter euenire permittitur, nisi ad alia atque plura sit conferens atque bonum, ac nisi ritè compleat ordinem vniuersi. Præterea totius ordo requirit, si ex potestate primorum mirabili procul exuberante, plurimi sequentium gradus eueniunt, atque à primorum vnitate statúque stabilia mox oriuntur: vt deinceps processione dependentiáq; crescente status ipse cū motu misceatur, fiántque statim essentiæ per se mobiles, antequam ad res ab alio mobiles descendatur. Cum enim motus deriuetur ex statu meritò motus ipse ex status ipsius distinctione distinguitur. Itaque sicut multa per aliud stabilia reducuntur ad alia quodammodo et se stabilia: sic & quæ mouentur ab alijs, in illa quæ motum ex seipsis habent, denique resoluuntur. Tum verò in ipso per se mobilium ordine esse oportet superiora in communi quadam potentia constituta, eisque succedere inferiora per multa particularem nacta potentiam. Cum enim processio rerum continua esse debeat, nihilque vacuum in hac successione relinqui, meritò post vniuersalia simul atque per se mobilia, priusquam ad eorum opposita particularia scilicet, ab alióque mobilia descendatur, interponuntur aliqua, quæ particularia quidem sint, id est particularem sortita potentiam: sed naturam habeant per se mobilem. Atqui res eiusmodi ob particularem naturæ conditionem in quandam habitudinem quandoque contrahi possunt: sed propter ipsam ex se mobilem facultatem solui quandoque ex omni propria habitudine possunt. Affert quoque particularis naturæ conditio alternam quandam per partésque attingentem vitæ vicissitudinem, motu interim ad hæc libero conferente, vt aliàs proprium retineant habitum, aliàs superiorem, aliàs inferiorem habitum sortiantur: Vtrinque facilè vergere possunt naturæ medium obtinentes, vicibusq; alternis explent, quæ superiora communiaq; tractu quodam vnico complectuntur. Interea verò circulari hac motionum vicissitudine gaudet vniuersi natura. In hoc autem genere substantiarum particularium per seq; mobilium ponuntur animæ, quas Plotinus ait vicissim corpora permutare, id est, animæ hominum inferiorumq; dæmonum, aerem hunc habitantium turbulentum. Habitare quidem hic quoque animantes oportuit rationales: neq; tamen singulatim habitare semper intellectuales naturas in regione propter mistionem atq; discordiam vitæ & intelligentiæ fælicitatiq; repugnante. Hinc ergo confirmant Platonici vicissitudinem animarum. Et quoniam animabus eiusmodi obtigit prouincia durior, atq; etiam ad deteriora procliuior: meritò compensatum est prouidenter, vt quandoq; possint non solùm ad gradus proximè superiores, sed ad alios etiam altiores, id est, ad cælum vsque transcendere. Putant eiusmodi animas deposito corpore tam terræ quàm aeris turbulenti

ad tem-

ad tempus in aeris corpore purioris inter ætherios dæmones computari, atque etiam cum cælesti corpore, quod extra generationem positum dicitur à Plotino collegas effici vniuersalis animæ, id est, cælestium animarum. Deniq; si cæleste insuper corpus quasi deponant, non tam cum cælesti anima, quàm cum ipsa animarum idea, quam omnem appellant animam, vitam agere. Appellat hic Plotinus vitam prorsus immobilem scilicet, omnem intellectualem vitam siue mentis primæ, siue sequentium. Vitam verò mobilem communiter animales effectus, siue in discursione rationali imaginariaq;, siue in genitali ministerio positos. Propriè verò vim genitalē hic vitam nominat mobilem, quæ ex ipsa superioris vitæ consistentia ita iugiter effluat, tanquam eius spiraculum: sicut ex anima hic nostra motus in pulsu vitalis. Genitalem eiusmodi facultatem ex anima mundi primùm, & ex animabus simul sphærarum omnium mundanarum infusam materiæ, eique dominantem, appellat rationem mundanam caducorum animalium genitricem: quorum quidem animalium formas ait in superiori cælo, id est, intellectuali consistere. Vnde per seminariam rationem ita venerint in materiam: sicut plerique dicunt rerum terrenarum formas è formis cælestibus per lumina inde huc emicantia proficisci. Nam neque formas ex hac informi materia, neque ordinem ex inordinato casu, neque stabilem tenorem ex natura prorsus instabili prouenire putandum. Sed vt redeamus ad ordinem vniuersi, cui tanquam optimo quicquid quomodolibet consonat, bonum est iudicandum, talis ordo requirit, vt animæ particulares ac per se mobiles, tanquam in motione liberæ, & tanquam non solùm intelligentiæ, verùm etiam generationi cognatæ alternè possint eligere tum intelligibile, tum sensibile bonum. Atque hæc ipsa alterna electio bona est vniuerso: in quo ita explentur vtraque ministeria simul, & opera proueniunt naturalia, dum animæ sensibile bonum intelligibili eligendo proponunt. Vbi anima quicquid eligit, eligit ratione boni, & si minus bonum maiori præferre eligenti sit malum, vniuerso tamen est bonum: præsertim quia statim electione eiusmodi rependitur consentaneum: vt quæ ad deteriora vergit, efficiatur quoque deterius, deterioremq; subeat vitam. Qui sanè status ideo censetur bonum, quoniam iustitiæ naturalis ordini consonat. Euadit & animæ bonum quatenus animi delinquentis angustia ad pœnitentiam quandoque prauæ electionis adducit. Sic igitur diuinæ prouidentiæ bonitas, malum subitò nascens transformat in bonum: idque tum in corporum, tum in animorum motionibus mirabiliter efficit. Contingit fortè ex hac aqua fieri aerem, vel ex hoc aere aquam: postquam verò vel aquæ illius materia susceperit leuitatem, vel aeris materia grauitatem: non contingit fortuitò, vel illam materiā iam ad aeris locum ascendere, vel hanc ad aquæ descendere situ: sed forma iam insita naturaliter, & necessariò loca congruentia petunt lege naturæ legéque diuina, quam naturæ lex perpetuò sequitur. Similiter animas proprij arbitrij facultate contingit ad talia primùm vel talia vergere: deinde frequentius ad eadem inclinari: demum facto iam habitu, ad illa feruntur quasi natura legéque naturali simul atque diuina, talémque ita vitam aut talem denique sortiuntur. Qui verò sancit naturæ legem, non quasi consultando ex transgressione legis & ordinis adductus est ad sanciendam legem & ordinem statuendum, sicut homines plerunque solent: ante enim ipsam primam simpliciter legem, quæ & primus ordo est, nulla est transgressio legis, neque potest ordo primus ex priuatione ordinis procreari, ea scilicet conditione qua conditores apud nos legum ex legis naturalis transgressione admonentur ad leges populis conscribendas: sed ipsa essentialis forma tum diuinæ mentis, tum deinde naturæ lex est omnium atque ordo. Quicquid igitur ob impotentiam ab optimo hoc ordine deficit, statim eodem ordine in malum cadit à bono, in malum inquam sibi, sed mundo bonum: quatenus ita demum & illuc cadit sicut & quò totius ordo requirit. malum verò cuiusque proprium non esse aliud quàm defectum eiusmodi. Ita Proculus Dionysium (vt arbitror) secutus Areopagitam explicat. Malum neque est in rebus intellectualibus, nam proximæ sunt ipsi bono: neque in animabus corporibúsque vniuersalibus, vniuersalis enim forma & auctoritas est propria bono. Reliquum est igitur, vt malum in particularibus sit animabus atque corporibus. Neque tamen in horum essentijs ex Deo natis: neque rursus in naturalibus horum viribus: nam ex Deo quoque dependent. Horum igitur actionibus duntaxat accidit malum: sed quantum spectat ad animas, non in actionibus quidem earum rationalibus: omnes enim appetunt bonum: neque rursum in actionibus earum ratione carentibus: hæ namque natura feruntur: sed in quadam earum inter se incongruitate, quam asymmetriam, id est, incommensurationem vocant. Quantum deinde spectat ad corpora, malum non est in forma. Vult enim materiæ dominari. Neque iterum in materia, nam appetit exornari: sed in materiæ ad formam ineptitudine. vnde concludit, malum omne præter subsistentiam esse, & quicquid denique sit sibitò surrepens sub boni conditione diuinitus colorari. Existente quidem generatione necessariò id quoque subesse ad mundanam conducens perfectionem, sed diuina prouidentia omnia superante, bonaq; volente in bonum mirificè conformari. Ac si aliorum destructione quasi mala vtitur ad aliorum constructionem quasi bonam, & restitutionem mundi tanquam optimam, multò magis defectu quodam animæ vti mirabiliter ad perfectum. In capitis huius calce notabis tres habitus in malum contracti causas: primam quidem inclinationem illam, qua etiam ante præsentem vitam cœpit anima ad vitam eiusmodi vergere, paulatimq; propensior fieri. Secundam, corpus sic affectum vt animam ad talia prouocet, & statim ab initio incautam, & deinceps gradatim assuefactam. Tertiam, subitum sensibilium occursum per sensus in animam, sic aut sic afficientem illam, antequam ratio, vel animaduertat, vel maturè deliberet, & omnino ipsam consultando animi negligentiam. Sequitur autem necessariò pœna. Nam electio ipsa motióque peruersa & peccatum est, & pœna, acriter affligens animam, donec prouidentia more medici per afflictionis eiusmodi stimulos animam sanet, dum sic ad habitus peruersi odiū prouocat, pœnitentiāq; electionis iniquæ, atq; uicissim ad cōtrariæ electionis amorē. Similiter electio recta & præmij simul est & virtutis exordium. Vtrumq; verò fieri Proculus ait opera diuinæ prouidentiæ intus agentis, sanumq; animum oblectantis, insanum verò mirabiliter affligentis.

Confirmat eadem. vbi nota gradus ad fœlicitatem, & Sinesij sententiam de prouidentia.

V Intellectibus quidem tanquā stabilibus ipsiq; bono propinquis conuenit vt sint felices: animabus autem tanquam mobilibus remotioribusq; competit, vt felices efficiantur. sed quia per se mobiles, vt sua opera tales fiant. At verò animabus communioribus beatitudo breui quadam opera comparatur. Animabus autem particularibus

operoſa felicitas obtigit: ipſæ quidem ſe beatas, ſed longo tempore laboreq; reddunt. Cumq; omnes quandoq; id aſſequi poßint, de conditione noſtra nefas eſt conqueri, neque rurſum licet de prouidentia diuina propter aduerſa diffidere. Audi Syneſium Platonicum hac de re diuinè loquentem: Aduerſa etiam quæ præter merita nobis videntur accidere, plurimum conferunt ad noxium affectum, quo caducis afficimur, extirpandum. Fortunis certè eiuſmodi apud eos qui mentem habent, prouidentia confirmatur, quibus & qui mente capti ſunt, diffidere de prouidentia ſolent. Nullus enim relinquitur animæ locus, quo materiam fugiat, ſic in patriam reuerſura ſi in nullum hic malum inciderit. Quapropter exiſtimandum eſt inferioris prouinciæ præſides vulgares adinueniſſe proſperitates, tanquam animabus inſidiaturas: itaque hinc emigrantibus animabus obliuioſum contingere potum, alius dixerit. Ingredienti certè hanc vitam animæ potum obliuionis affert ſors quædam vitæ ſuauis & blanda. Hæc ille. Proinde neceſſe eſt ordine rerum ita currente pleriſque non aliter aduerſa contingere, quàm in concentu aliquid quodammodò diſſonare, ſed quemadmodum quod in concentu ſecundum partem diſſonare videtur, interea toti conſonat: ſic penitus & in ordine mundi, in quo præter cætera quæ diximus aduerſitas ſiue in corpore ſiue in fortuna, bonis quidem exercitatio eſt atque profectus, malis verò punitio atque purgatio: quinetiam ipſa prauitas eatenus confert ordini, quatenus non ſolùm ordinatè punitur, verùm etiam iuſtitiæ materiam præbet, & iuris exemplum. Ac dum graui tandem miſeria premitur, tum cæteros deterret à vitijs, tum comparatione declarat, quanta ſit in virtute felicitas. Poſt hæc animaduerte mala, nec vllam in ſupernis mundi rectoribus ideam habere; nec ex vlla illorum intentione procedere, ſed ex longißimo ductu bonorum contingere tandem vbi deficit bonum. Quamuis autem hæc ita quaſi ſorte contingant, erat tamen ab initio in rectorum intentione & in naturæ virtute malis quomodolibet contingentibus, bene vti, ac paßim informia reformare.

Confirmat eadem. mouet dubia.

VI Quoniam pro natura ſuſcipientis vnumquodq; recipitur, conſtat bonis quæcunque contingunt bona tandem euadere, malis verò mala. Item cum & homo ſit ipſe animus, ac totum animi bonum in virtute conſiſtat, totum verò malum in prauitate: conſequens eſt, vt homini per virtutem abſolutam beato, ſequentia extra animum commoda vel incommoda nihil ipſius bono addant aliquando aut demant. Similiter vt homini, id eſt, animo per vitium confirmatum miſero, ſequentia nihil boni afferant, & mali nihil auferant: decentius tamen pleriſque videbitur, bonis quidem contingere proſpera, malis aduerſa: vt ita ſaltem præclara bonorum augeantur opera, malorum verò publica ſcelera comprimantur. Sed antequam ad hæc reſpondeatur, conſidarabis vniuerſum vſque ad minima quæque, ſic ab intelligentia dependere, vt intellectualis prouidentiæ virtus & actio vſque ad minima ſe diffundat, nihilq; relinquat non ordinatum.

Dat principia reſpondendi.

VII Noli hoc mundo qui non primus mundus eſt, ſed quartus longéque à primo degenerat, abſolutam pulchritudinem primi mundi deſiderare. Noli rurſum in actionibus animarum rationalium: quæ tanquam ex ſe mobiles actionum ipſæ ſuarum talium videlicet aut talium principia ſunt incuſare Deum, tanquam talium propriè cauſa ſit actionum: noli quoque animas arbitrari ex ipſa natura mundi compelli, vt actionem vtámque talem eligant aut talem. Cùm enim animarum eſſentia ſit natura mundana ſuperior atque prior, non ex mundo, ſed ex ipſis accidit, vt in mundo viuant, magisq; minuſúe afficiantur ad mundum. Noli denique ab animabus cum natura corporum iam nimium coeuntibus, ſublimium animarum perfectionem prorſus exigere. Caue ne quia minus ordinatum genus hominum videatur, neges uſque ad homines diuinam prouidentiam prouenire, quam etiam infra hominem ad minima quæque deſcendere decet artificioſißima horum omnium diſpoſitio, ſimul & motio: quæ non aliter effici poteſt quàm à ſeminaria vitaliq; ratione diuinæ ſpiraculo mentis: quemadmodum & in animali à ſimili quadam ratione naturæ non ſuperiora tantum mediaq;, ſed etiam infima membra fiunt atq; regũtur.

Reſpondet dubitationibus ſuperioribus, & tangit opiniones nouas.

VIII Dubitationibus reſponſurus, ne quis miretur non eſſe inter nos in terris ordinem, qualis in ſummis, abſolutißmum, ait, genus humanum non ſummum animalium eſſe, ſed medium inter bruta deosq;, id eſt, dæmones: ideoq; errare: quamuis hoc ipſum ad ordinem vniuerſi pertineat, vt natura media vtrinque miſta, & mobilis per ſe ipſam ſeruet aliquando medium, tum vtrinque ad extrema ſe vertat. Inter hæc vt exprimeret rerum noſtrarum exiguitatem: ait terram ad vniuerſum eſſe quaſi punctum, vel quaſi ſtellam quandam minimam reliquarum. Fortè verò tangit hic Pythagoreorum quorundam opinionem, putantium terræ globum circumfuſum aqua, ſi proſpiciatur ex ampliore cælo, apparere quaſi lunam ſolis radijs verberatam: quæ quamuis ſtellæ modo continuè moueatur, non deprehendi tamen à nobis: quoniam ſimul moueatur & cælum, & ſidera conſequenter. Sic ergo in qualibet ſtella eſſe aliquid ſolidi, rurſumq; liquidi perſpicuiq;, ſicut in ſtella terrena, & forſitan fuſci nonnihil, ſicut in luna, ſed è longinquo minimè apparere: totum verò ſpatium eſſe ſimile aeri, globúmque vndique vnum, ſtellis quaſi mundis vbique refertum: moueri ſtellas progreßione propria, qualis eiuſmodi animalia decet, plenáſque habitatoribus eſſe, ſicut ſtella terrena, alias tamen alijs præſtantiores eſſe, & præſtantioribus habitari. Poſt hæc obſeruabis nouum Plotini reſponſum, non eſſe in bonis animi numeranda ſola quæ ad contemplationem & temperantiam & iuſtitiam pertinent, ſed etiam quæ ad omnem peritiam ingenio & conſuetudine, & dexteritate conſtantem. Itaque qui hoc genere boni præſtantiores ſunt, iuſtum eſt in eis, quæ hoc propriè comparantur, ſuperare alios in hoc ipſo inferiores, atque inde plus aliquid reportare: atque vicißim qui contemplatione, temperantia, iuſtitia his præſtantiores ſunt, æquum eſt hos ſimiliter in reportandis proprijs virtuti ſuæ præmijs ſuperare. Horum quidem præmia ſunt diuina, illorum verò caduca. Iuſtè verò punitur interea, & illorum effrænata voluntas, & horum ocioſior vita ſæpius neceſſaria negligens. Denique non poſſe per hæc & ſimilia ad ſummum prouidentiam iuſtitiamq; defendi, ſi ſolam præſentem hanc agamus vitam: neque in alia, vel ex alia vita, vel alibi, quæ hic frequenter, & in præſentia præmio, vel ſupplicio deſunt, valeant compenſari.

Quod

Quòd potentia diuina in agendo non prohibet, quin cætera insuper agant, præsertim rationalia.

IX *Fingunt aliqui omnes effectus, à quibuscunque rebus effici videantur, siue inanimatis siue animatis atq; rationalibus à causa prima sic vsurpari, vt hac duntaxat agente fiant, cæteris solummodo patientibus, nec vlla intercedat rerum actio propria. Sic ergo sublatis rerum proprijs actionibus, inanes erunt virtutes propriæ, vel potius nullæ erunt. Similiter & essentiæ propriæ tollentur è medio, sola restabit omnino cõmunis cõfusaq; essentia, vel potius erit nulla post primam. Sic iterum euentus quilibet etiam vilissimi, & ordinis primùm expertes, & mali à solo fient proximè summo bono. Sic tandem post immensum primi agentis actum, nullus inde actus, actio nulla subsistet, sed sola passio communissima & extrema: imò post actum illum subitò proxima, perinde ac si ab immensa luce vel caliditate, nihil lucidum calidumq; proueniat, nihil quod illuminando, vel calefaciendo suam originẽ imitetur, sed opus penitus tenebrosum. opus certè Dei, nullo modo diuinum, sed abiectissimum penitus erit, si ex mancipijs duntaxat patientibusq; tantũ coaceruetur: neque rectè Deus dicetur prima causa, primum agens, si nullæ post ipsum causæ fuerint, agentia nulla: & qui actu quodam agit efficacissimo, non agens aliquid aut actum, sed patiens tantũ aget & passionem. Deniq; sicut nũc vbiq; per res certas certos effici videmus effectus, iam hos sine rebus à Deo passim statimq; resultare videbimus, ac si sol absq; elementorum mistorum, plantarum, animalium opera omnes horũ quandoq; absoluat euentus: præsertim si actio primi nullum (vt fertur) exigat subiectum: neq; iccirco sit varia, quòd in varijs agat. Sed re vera Deus naturas rebus dedit, actionesq; inde concessit: & meritò, cum ad primũ qui est simpliciter actus, pertineat simpliciter agere, reliqua inde habent vt in quodam actu consistãt, sortiuntur etiam vt aliquid agant. Ac dum ab immenso bono habent, vt sint pro viribus optima, bonum in alia suum operando diffundunt: Sic & ipsum bonum dum cõmunicauit rebus similitudinem suam quantum ad hoc, vt essent, communicauit etiam quantũ ad hoc, vt aliorum causæ forent. Nam & ipsum vt causa eis dedit, vt essent. Procedit autem rei cuiuslibet effectus, etsi non tam propriè, tamen tam propè à Deo, sicut à causa propria: sicut tam propinqua est virtus solis vuæ sicut vitis, quamuis non æquè sit propria, neq; sit pars operis à causa propria: pars à communi, sed ab vtraq; totũ: quamuis aliter ab alterutra, sicut & à principali simulatq; instrumento. Consideramus igitur in quouis agente essentiam & virtutẽ, ipsamq; virtutẽ à virtute superioris agẽtis dependere: quatenus inde datur, vel etiã cõseruatur, vel admouetur ad opus. Et sicut effectus fit pariter ab essentia causæ inferioris, eiusq; virtute, sic ab hac ipsa virtute simul atq; virtute superioris. Itemq; superioris vlterius, & deniq; virtute primi æqua semper propinquitate quatenus sequẽs agit semper potẽtia præcedentis. His potissimũ rationibus affirmamus, post agens vnum cõmunissimũq; esse multa, quæ ipsa per se insuper agant, & propria quædã proprijs virtutibus expleant: quatenus videlicet cõmuni agentis primi virtute actioneq; ducũtur: sicut agentia passim sub luna sua, quæq; per se agũt atq; per solem. Quod si rebus etiã infra hominẽ munus id est tributũ, multo magis homini datũ est, per animã ex se mobilẽ ex se aliquid agere, & aliter sæpius atq; aliter quàm si trahatur ex alto. Et quemadmodum in operibus naturalibus quod cõmunius meliusq; reperitur, ex superioribus sæpe causis est tributum, quicquid verò magis proprium minusue bonum, ex causis proximis est adiunctum: sic in humanis actionibus & operibus communis actus & efficax atque rectus nobis aduenit ex diuinis. Propria verò sic aut sic agendi, deteriorq; conditio ex nobis locoq; contingit: non aliter quã in claudo progressionis obliquitas ex curuitate cruris, sed eundi facultas ex anima. Cum igitur diuina prouidentia non auferat rebus naturas actionesq; proprias, quas & ipsa dedit atque cõseruat: ex his autem longo tractu gradatim deficientibus, defectus & malum contingat in opere, meritò non tam aufertur à prouidentia malum, quàm subitò transfertur in bonum: sicut & à musica nõ tollitur vox quodammodo dissona, nec medium sæpe silentium: sed vtrunq; consonantiæ consummatæ gratiæq; perfectæ necessarium adhibetur. Proinde si non tollit è medio prouidentia malum, meritò non aufert inde fortunam minus quàm malum cõtrariam prouidentiæ bonitati. Eo enim ipso quòd prouidentia sub se constituit longum ordinem causarum, superiores causæ ampliori virtute præditæ longius latiusq; quàm inferiores agunt. Quousq; verò naturalis virtus extenditur, eousq; duntaxat & intentio naturæ porrigitur. Multa igitur in effectibus à primo longè distantibus eueniunt ex virtute, actione, intentione superiorum: ad quæ non extenditur mediarum intentio causarum: quandoquidem non eatenus potentia propagatur. Talia itaq; cum præter intentionem inferiorum causarum fiant, ex intentione tamen superiorum nimirũ his quidem fortuita sunt: non illis adeò vt etiam quæ prodigiosa dicuntur, tanquam præter naturæ particularis intentionem & ordinẽ cõtingentia interea superiorum ordinem propositumq; sequantur. Non tollit igitur prouidentia casum, ne interea longum perdat ordinem causarum: non tollit malum, ne interim bonorum auferat amplitudinem; imò verò ne variarum dirimat ordinem specierum: quæ dum proprijs inter se differentijs distinguuntur, gradibus quoq; bonitatis pariter seiunguntur. Auferet igitur mirabilem variarum copiam specierum, quisquis diuersos gradus auferet bonitatis. Ex longa verò graduum bonitatis productione malum postremò suboritur, vbi aliquid vel à bono etiam proprio iam deficit, vel deficere potest. Si diuinæ prouidentiæ bonitas non tollit malum, si eiusdem ratio non perdit casum, certè neq; libertas eius nobis aufert libertatem, imò si prouidentia regit fatum, nõn vult fatis cogi animos ad peccandum, ne ipsa demum sit causa peccatorum. Si quo Deus pacto sit reliqua compulsurus immensa certè potentia, rerum impellet potentias, vt diuinitus actæ agant vbiq; diuinè. At verò quoniam diuina potestas dum agit omnia, suo modo non prohibet quin agant & ipsa interim & suo modo agant: certè neq; diuina scientia dum proprias rerum naturas considerat, sua res proprietate priuabit. Nam & hæc vna cũ potestate, quæ & existit eadem rerũ omnium ita causa est, vt proprijs præditæ sint naturis. Causa est vt intellectuales rationalesq; naturæ ad diuinam similitudinem in agendo se ducant, potius quàm trahantur. Causa est, vt naturæ inferiores dissimilioresq; Deo aliunde quidem potius in agendo ducantur, sed pro sua interim proprietate ducantur, ne sub ordine Dei naturarũ institutoris res contra naturas suas vbiq; trahantur, ne ue perpetua quædã sit violentia, vbi omnia sunt mirabiliter ipsius boni voluntate disposita, bonumq; non violenter, sed naturaliter appetũt. Reuocat autem ad Deum animas prouidentia, ingeniosas quidem ad admirandum ornatu & ordine rerum: tardiores autem ad amandum saltem commoditate mirifica. Omnes tanquam medicus atq; pater curans atq; castigans.*

Animæ rationales neq; à superioribus,neq; ab inferioribus ad actiones turpes omnino coguntur.

X Cum in superioribus dixerit, homines esse sub prouidentia liberos,deinceps dubitat qua ratione intelligen-
dum sit,quod sæpe dicitur à Platone:homines non sponte fieri malos. Si enim ita sit,ad peccandum cogi videntur,
siue cælo,siue alio fatali intimoq; instinctu,siue seminali ratione cogantur. Respondetur,quando peccant volun-
tariè moueri ad actionem,quam elegerunt,quamuis non voluntariè cadant in peruersum habitum , qui clàm sem-
simq; ex frequentibus actionib. inolescit.Sic & à uoluntate motum exordiuntur: & quatenus ita diu progrediun-
tur,necessitate in habitum eiusmodi prolabuntur : atque ex habitu tali in tale supplicium necessariò transferun-
tur. Quòd homines non ex corporibus inferioribus ad agendum vbique trahantur,patet,quando eligunt, atque
peragunt quæ & præter,& contra inferiorum conditionem esse ratio comprobat. Quòd rursum nec à superioribus
vel corporibus,vel eorum rectoribus compellantur,liquet ex eo quòd sæpe cōtra superiorum dignitatem ordinemq;
peruersè agunt atque peruersa. Similiter motum ad virtutes ex rationali propriòque principio homines agunt.
Atq; si quando connumerantur actionū principia plura , semper in ipso principiorum agentium numero facultas
ipsa rationalis habetur.

Præter corporum qualitates est vbiq; incorporea vita rationaliter omnia regens:atq; hæc vniuersalis natura naturis particularibus dominatur.

XI Quæritur in vndecimo capite , vtrum singuli rerum exitus ex fatali quadam corporearum duntaxat cau-
sarum connexione proueniant:neque sit alia præterea prouidentia. Esse verò præter causas corporales vitam quan-
dam vbique rebus infusam certis omnia rationibus naturaliter fabricantem, & alibi,& in Theologia satis osten-
dimus.Hæc enim corporeis qualitatibus toto (vt fertur) impetu proruentibus certos imponit modos : Conciliat
repugnantia:formas figurasq; certas incertis per se vagisq; materijs imprimit : ex non viuentibus viuentia facit.
Atq; sicut ars fabricat extra:sic ipsa,velut ars naturalis:ideoq; facilius & felicius fabricat intus. Mouet & intus
stupidas per se plantas & ignauissima quæq; animalia statutis temporibus mirisq; modis ad speciem propagādam,
Instruit quoq; intus plantarum tum radices ad humorem , tum fructus & folia ad calorem sagaciter eligendum.
Grauia quoq; & leuia ad rectas lineas geometricè mouet,& abiectissima quæq; animalia vaticinijs,sagacitate,ar-
tibus naturalibus opportunè ad necessaria dirigit , rationibus sæpe humanam superantibus rationem . ducuntur
nanque diuinitus. Est enim hæc spiraculum quoddam uerbùmque animæ mundi viuaciter rationalitèrque
materiam verberans atque figurans,duosq; habet terminos.Nam & ab intellectuali substantia ipsius animæ pen-
det,& desinit in materiam. Quatenus ergo in materiam desinit,ratio dicitur simpliciter seminalis:quatenus au-
tem ex intellectu siue animæ proprio , siue per hunc ex primo procedit, ratio dicitur intellectualis atque legifera.
Rursum prout seminalis est,corporea facit:prout legifera,gradus quosdam mutationum accommodat motibus ani
marum.Sanè quantum seminalis simul est atq; legifera, totum gradibus suis disponit ordinem vniuersi. Tot in-
quam gradibus,quot & ipsa impressa prius est ab intellectuali principio , cuius ipsa quasi sigillum est , materiam
imprimens examussim.Hæc vniuersalis natura est:ex cuius intentione sunt multa, quæ præter naturæ particu-
laris intentionem sæpe contingunt. Sic vbi genitalis in quouis animali virtus tanquam mascula vbique mascu-
lum nititur procreare,velut in suo genere perfectissimum,interim vniuersalis natura quandoque vult fœminam:
vt ex masculo atq; fœmina animalibus propagatis perfectius sit vniuersum.Sic vbi res quælibet se ipsam suaq; dun
taxat intendit continuare,vniuersalis natura intendit interim ex hac resoluta aliā deinceps aliamq; cōponere bo-
no consulens vniuersi.Sic dum singula sub qualibet specie sibimet potius ex natura propria quā speciei consulerent:
hæc clàm impellit,vt speciei vel magis,vel æquè ac sibi prospiciant,ac diligentius ex se natis quàm sibi prouideant,
vtpote quæ non tam propria qualitate,quā prouidentia vniuersali ducantur.Sic vbi propriæ duntaxat species na-
turaliter ex speciebus proprijs nascerentur:hæc ex equina & asinina specie muli speciem procreat,ac ne propaga-
tio fiat ex mulis ipsa prohibet,dum natura particularis mulos quoq; instrumētis genitalibus armat.Sic deniq; tum
composita quælibet,tum compositum vniuersum ex disparibus longeq; dissimilibus vult esse refertum, mirabili va
riarum formarum copia ditans.Ex quibus omnibus malum videtur,id est , alicubi minus bonum admittere , sub
maiori gradatim bono vniuersalis gratia boni.

Natura vniuersalis quia est omniformis,vniuersum facit omni-forme:neque cogit animas.

XII Si artifices qui qualitatibus aduentitijs agunt,& qualitates similiter agunt,solent tamen seipsos quodam-
modo facere:quatenus artificis imaginatio imaginariusq; spiritus in imaginem formatur equinam , antè quàm fa
ciat equum.Si rursum naturalia quæ per qualitates efficiunt naturales:faciunt quoq; seipsa,suam foras propagan-
tia formam:si cælum insuper per lucis motionisq; qualitatē agens in elementis agit cælum, cælestibus videlicet do-
tibus elementalia donans:nimirū & ipsa natura hæc omnia regens,cū non eiusmodi qualitatibus agat:sed ipsa na
tura in efficiendo mūdo efficit semetipsam:facit igitur omniformem: quoniam ipsa est omniformis. Omniformis
inquam ex omniformi intelligentia profluens :ea videlicet conditione, vt formæ rerum in hac ipsa natura longius
inter se discrepent,quàm in mente:tum quia longius ab vnitate discedit,ideoq; neq; potis est vt mens inter se con-
ciliare sua,tum quia cum sit inferior potestate,pluribus formarum plurium ad agendum indiget adminiculis, tum
deniq; quoniam seipsam est accommodatura materiæ,in qua innumerabilia pro innumeris pereuntibus restituen
da sunt:ideoq; & ipsa natura inquam plurimum distracta est sub intelligentia munerum. Multa igitur in mate-
ria mundi ex propria potius ipsius naturæ conditione , quàm ex ipsa mentis proprietate resultant , in quibus nefas
est diuinam mentem quasi proximum artificem incusare. Notabis rationales animas non cogi ab hac ipsa mundi
seminaria ratione in deteriorē prolabi sortem : siquidē & ipse quasi animæ mundanæ collegæ partē suā , id est,
auctoritatem munusq; in opificio mūdano proprium possidet. Mouentur igitur sursum deorsumq; cardine proprio,
non

non quidem à natura mundi compulsæ, sed opportunè cum ipsa natura potius conspirantes. Quæ quidem animabus ita vel ita mundo seipsas aptantibus, tales & ipsa ritè talesue sedes sortesq; coaptat.

Quo ordine prouidentia puniat, & quomodo agat.

XIII Post hæc descendit ad Platonicam & Pythagoricam Aegyptiamq; sententiam, omnium rerum vicissitudinem esse. Ideoq; delicta quæ prouidentia in vna non punit vita, in alia vita talionis pœna punire. Quo sensu Origenes Euangelicum illud accepit: Qui ferit gladio, gladio perit. Sed hoc ille viderit. Talem quoque puniendi conditionem Cabalistæ Hebræorum doctores comprobant, putantes animas hominum sæpius in hanc vitam sub figura tantùm humana reuolui: atque ita curabilia peccata purgari, sed ter tantùm huc posse reuerti. Hæc enim ad probationem sufficere, & quæ his vicibus purgata fuerit merueritq; beatiorem fieri quàm ante descensum: quæ verò prorsus abiecerit rationem, restare semper in gradu quodam ad rationem inferiore, id est, in ipsa imaginatione affectuq; brutali. Addunt ne quis suum excuset peccatum, omnes tunc animas adfuisse, quando Deus dedit Moysi legem. Perpetuum verò periodum non satis probant. Transformationem enim eiusmodi usque ad finem mundani motus posse fieri arbitrantur, quem sequatur æterni sabbati quies, æternaq; beatitudo bonorum. Huc Dauidis illud tendere iudicant: Immaculatorum hæreditas in æternum. Item sancti in æternum conseruabuntur. Sed ad Plotinum regrediamur. Quòd omnes hominum actiones habitusq; obseruentur à prouidentia, & ordine certo pro meritis disponātur, confirmat ex eo quòd prouidentia multo etiam inferiora nobis, imò & infima quæq; diligentissimè curat, ordinatissimeq; disponit. Si qua enim à summa prouidentia negligi debuissent, res certè vilissimæ debuissent. At verò in his non minus admirabile apparet quàm in preciosissimis artificium tum ad necessitatem spectans, tum etiam ad ornatum. Imò etiam tantò potentia artificis & diligentia maior, quanto magis materia hæc locusq; ordini repugnare videtur. Ordinem verò in vniuersa mundi materia & actionibus mundanorum constitui semper atque restitui à diuinitate iudicat, nō per consultationē aliquam qua ordo quæratur, sed per ipsam eius essentiam, quæ ipse sit ordo. Diuinitatem hic intellige non solùm intellectum diuinum: sed etiam intellectualem mundi animam: atque insuper intellectuale huius seminariumq; spiraculum in mundi materiam. Quod autem de rerum vicissitudine dictum est, natura quodammodo monere videtur in vipera, quando filij nascentes matrem necant, quæ patrem eorum necauerat coeuntem. Hinc fortè significatur, quo sensu leges antiquæ parricidas culeo inclusos cum vipera suffocant. Et profectò quemadmodum prouisum est, vt innocuum animalium genus facileq; ab alijs deuorandū, multiplicetur quoque facillimè, sic vt genus pestiferum difficilius habeat incremētum.

Artificiosa naturæ opera sunt à prouidentia modo artis naturæq; agente. Item mentes non sunt propriè huius mundi partes.

XIIII Solemus ex operum actionumq; qualitatibus, qualitates virtutum in agentibus coniectare. Hac ratione calefactoriam humificámue virtutem sic in sole lunáue, sicut in igne & aqua per opera actionesq; deprehendimus. Cum igitur naturæ opus & summatim & sigillatim tale sit semper, taliterque fiat, quale semper & qualiter ab arte prouidentiáque fieri gubernariq; solet: meritò conijcimus inesse naturæ atque præesse artificiosam prouidentémque potestatem, non ambigentem, non fatigabilem, non vacillantem: siquidem non minus continuè opus rectè geritur, nusquam aliquid retractatur, nunquam solitus ordo deseritur. Et profectò cum nulla unquam discursio rationis humanæ quamuis summa, possit absolutum naturalium artificium vel opera vel excogitatione penitus assequi, signum hinc habemus, id opus non cogitationis discursu tentari, sed intellectu prorsus absolui. Intellectu inquam rationis discursu superiore, saltem quanto id opus extat super humanæ artis opus. Intellectu rursum non quærente, sed agente potius tenore naturæ: siquidem non aliter agit, quàm soleat quodlibet naturaliter agens: intellectu procul dubiò stabili: alioquin nullus foret in rebus status, vnio nulla, nullus ordo rerum actionumq; perpetuus seruaretur. Intellectu denique naturalibus intelligentijs omnia simul facilius feliciusq; intelligente, intelligendoq; faciente, quàm sol radijs vniuersum & singula simul contueatur & agat. Intelligentiæ huius tum absolutæ, tum animalis spiritus verbumq; natura est, & verberatu suo singula generans atque mouens, & suo rursum significatu, intelligentibus interpretans arficis intelligentiæ notiones. Hac interim conditione prolatum, vt in voce hac longius inter se singula disiungantur, quàm in notione loquentis. Illic enim propter mirabilem vnitatem in qualibet notione, comprehenduntur & omnes: hìc autem ob discrepantiam longiorem non pariter in re qualibet sunt penitus omnes. Ideoq; & hìc & in mundo nec in partibus est totius perfectio requirenda: nec in parte alia proprietas alterius exoptanda, sed potius admiranda naturæ potestas atque sapientia: quod per tot gradus, tamq; dispares, tam ordinatè seipsam adeò propagauerit. Post hæc obscurum huius capituli calcem sic intellige: Homines dæmonesq; secundum vitam corpoream partes sunt vniuersi. Rursum secundum actionem rationalem sunt aliquid quodammodo particulare: quia discursio dum motu per plura prius posteriús ue distrahitur, aliàs ad aliud propriè se determinat: Secundum verò mentem simul sunt vniuersum: quia mens habet omnia simul, nec est ad aliud potius quàm ad aliud definita, nec affectionem habet mundo contiguam. Denique sicut in cœlo stellæ, sic mentes in dæmonibus hominibusq; lucent: excellentiusq; munus quàm vt partes habent. Neque tamen horum mentes etiam si vt partes considerentur, derogant vniuerso. Eatenus enim excellentes habentur, quatenus ipsi totius menti, & intellectuali totius ordini similes iudicantur.

Ipsa vniuersi ratio seminaria quæ natura vniuersalis est, habet in se præsignata etiam quæ mala dicuntur, & hæc vniuersi bono confirmat. Item omnia mundana ludorum more inania sunt.

XV Rerum defectus atq; interitus rebus inuicem à rebus illatos existimat non solùm ex materia materialiūq; conditione contingere: ordinem namq; perpetuum habent, verum etiam ex ipsa naturæ vniuersalis intentione. Ex cuius proposito est gradatim res deficere, dum dispares constituit gradus. Est vel sponte, vel ab alijs interire: dum

ex praesentibas vult formare futura: vt infinitum deinceps quem semel nequit rerum numerum cõsequatur. Quatuor inter haec de ratione seminali, id est, de vniuersali natura notabis. Primùm quidem hanc generabilium omnium efficiens esse principium. Secundum, hanc esse haec omnia, quatenus semina complectitur omnium. Tertium singula quae gignuntur per eam fieri sigillatim: videlicet secundum ipsius efficacem exemplaremq; virtutem. Quartum, vniuersam naturalium dispositionem inter se vicissitudinemq; esse in ea praescriptam: atque ita foras exprimi quemadmodum est intus impressa: adeò vt nihil extra prouidentiam relinquatur. Nam & quod contingenter venit in opere, non est ipsi rationi contingens, sed & praesignatum iam, & mirabiliter ordinatum. Tangit inter haec opinionem putantium animas omnium animantium posse à praesentibus corporibus separari, neque in animam vniuersi resolui, sed in sua proprietate subsistere, iterumq; ad corpora remigrare. Tangit & opinionem dicentium brutorum animas, quae ex anima profluunt, vniuersi in eandem quoq; refluere: Omnino verò putat multam vniuerso inesse vitam: multam inquam, id est, potentem atque multiplicem secundum varias rationaliũ substantias animarum, quae quidem omnes passim vitas corporeas ex se propagent, ipsáque propagine quasi ludos animalia faciant: alioquin si nulla illinc animalia fierent, tum materia omnis vita careret, tum vita iam in alio quã in materia, id est, in suo fonte consistens, quasi sterilis videretur & impotens. Rata quidem Plotini sententia est, irrationalem vitam qualiscunq; & vbicunq; sit, à rationali vita qualiscunq; sit, & quomodocunq; fiat ita procedere, sicut imperfectum necessariò à perfecto dependet. Profectò quemadmodũ in corpore naturaliter lucido tria consideras: primũ formã ipsam, id est lucem: secundũ verò, actum eius in se dum micat: tertium, actionem extra se procedentem, dum illuminat aliquid: vbi illuminare pendet ex micare, hoc similiter ex lucere, ita sensualem vitam existimato ex vita rationali, hanc ex intellectuali pendere. Ratio enim motus quidã est ab intellectuali substantia quasi luce in seipsa cõuersus in semetipsam, quasi ex luce micãs. Sensus autẽ quasi lumẽ est quedam processio foras. Proinde sicut à corporibus effluunt imagines quae sunt quasi corpora: sic ab animabus quae efficaciores sunt quã corpora, profluunt imagines animales, quae sunt quasi animae, ex quibus simulatque accommodatis sibi corporibus animalia fiunt. Et quoniam haec ludicra sunt, ideo quicquid ad haec attinet commodi vel incommodi, nihil plus ad bonum malúmue momenti habet, quàm quod affert opinio nos decipiens atque perturbans.

Quid sit ratio seminaria mundi, quomodo agat: item de quatuor gradibus plenitudinis: item quomodo rationes rerum in communi ratione contrariae sint.

XVI Si emmia ex intentione quodãmodo sunt vniuersalis naturalisq; rationis, videntur omnia naturaliter rationabiliterq; fieri: ideoq; nec aliquid fieri contra naturã, neq; peccari. Ad haec autem soluenda ita considerandum: sicut nocte ex sole lunaq; solari non duo lumina deriuantur, sed vnum emicat lumen, solare quidem non parum, sed lunare magis: & quatenus inde ad nostra descendit, iam euadit deterius quàm lunare: sic ex ipso intellectu, atque ex anima illinc intellectuali iam facta prodit ratio seminalis vniuersalisq; natura. Iam quidem vtroque deterior, & animalis sanè plus quàm intellectualis existens, atq; in materia rursus ab vtroq; degenerans, qua quidẽ res naturales tanquã lunari lumine coalescunt. Haec quoniã ex animali substantia pendet, est vita quaedã: quoniã ex intellectuali dependet nõ discurrente, est ratio nõ discurrens, quoniã essentialis ratio est, rationaliter agit, per essentiam videlicet, etiam si quod agit minimè sentiat, tametsi imaginatio eam operis comitatur: quoniam actio eius ex se penetrat in materiam, motio nuncupatur: agit verò & mouet omnia. Non agit inquã velut ignis propriè determinatum aliquid & impetu toto: sed varia primũ, & moderamine certo, ad certũ finem, & terminum figuramq; & tẽpus, & variè varia: varia inquã primo, nõ sicut ignis, qui varia quoq; facere possit per accidens vel cõsequenter atq; per aliud. Mouet quoq; non loco simpliciter vt impellens, quod mouere soleat nõ formando. Mouere autem eius est formare, non alterationis tantũmodo, sed etiam magisq; rationis artisq; tenore. Ibi enim ars est ipsa ratio, ibi ratio est ipsa natura. Inde corpus ita naturale mouetur, quemadmodum tripudiator ab ipsa tripudiandi arte animo ipsius insita: praesertim si fingatur haec ars non quaesita quãdoque, sed ita naturaliter insita, vt ibi sit ipsa natura. Quot sanè modos formasq; in se ars complectitur, tot modis atq; figuris mouet intrinsecus ipsa saltantem. Vtrum verò ratio haec naturalia mouendo formans, ac vicissim formando mouens, sit forma & quasi qualitas, aut quasi motio & actio quaedam? Est utiq; velut vtrunque: est enim actus essentialem formae possidens firmitatem, & efficaciam motionis: est quasi qualitas quaedam sine accidente: est motio sine transitu: est vita, id est, substantialis vigor ex anima in materiam, actusq; perennis viuaciter omnia & rationaliter agens: agit autem complurima, imò & contraria primùm: ipsa enim complurima ac fermè contraria simul. Hic tu multitudinem siue plenitudinem quatruplicem intelligito: Intellectum purum, intellectum animalem, animam naturalem, naturam materialem. Intellectus quidem purus sub ipsa statim vnitate adeò sibimet euadit vnitus, vt ipse formaliter cõsistens omnia, in quolibet sui sit totus. Ideóque ipsius omnia in ipso sui quolibet comprehenduntur. Igitur penes ipsum partes cunctae sunt in qualibet non per potentiam solùm, sed per actum. Differunt verò formaliter, quoniam per actum alium atque alium & aliter atque aliter, siue magis etiam atque minus. Intellectus verò animalis siue anima intellectualis plenitudo quidem est & multitudo penitus vniuersa, quamuis non vnita penitus: ideóque & si partes eius cunctae comprehendantur in qualibet, tamen non tam actu quàm potentia continentur. Anima naturalis quae est vniuersalis ratio puráque natura, est insuper plenitudo multitudóque tota, sed longius ab vnitate discedens, non tota haec amplius in sui quolibet continetur, nec actu inquam, neque potentia. Hinc ergò fit, vt partes quaedam contrariae sint quibusdam: siquidem altera iam alteram non possit admittere. Natura tandẽ materialis, id est, corporea machina in tantã videtur multitudinẽ contrarietatẽq; distracta, vt aliud non solũ iam nõ admittat aliud, sed etiam accessu disperdat. Quod sanè exitium in ipsis naturae superiores partibus non accideret: ad quam regredientes dicamus eam ipsa sui diuersitate originem iam esse quodãmodo diuersitatis & pugnae inter mundi partes exorientis. Sic mundus hic positus dicitur in maligno, nec pacẽ habere, nec dare alicui pacem: daemonẽq; potentẽ mundi huius principem esse quàmproximum. Concludamus itaque cum in vniuersali natura vnitas iam longius ab ipsa superiorũ vnitate degeneret, simulq; degeneret plenitudo, adeò partes à partibus discrepare iam atq; deficere,

vt quod adeſt alijs, interim deſit alijs: itaque inter ſe fermè pugnaturæ iam videantur, vt quod ſibi deeſt vendicent aliunde, dum ſingulæ cupiunt euadere totum: totumq; ipſum non eſt adeò potens, vt contrarietatem ex ſe prorſus expellat. Vnde fit, vt mundus ſubinde corporeus neque contrarietatem, neque mutuam à rebus perniciem poſſit expellere. Interea tamen vniuerſalis ipſa natura tanquam ſuperioris intelligentiæ verbum muſica ratione prolatum oppoſitas inter ſe voces ſuas virtute proportionum reddit amicas: atque ita tota, ſic eſt vnum, vt muſica tota, totaq; tragœdia ex contrarijs in vnum conciliata concentum atq; decorem. Similis autem eſt ipſa ratio mundi regina potius rationi muſicæ quàm poeticæ. Poetica enim res perſonasq; accipit aliunde factas, neque neceſſariò conficitur ex contrarijs: muſica verò ipſa profert tonos, neceſſarioq; contrarios, neque enim concentus eſt, niſi ex grauibus & acutis, ex intenſis atque remiſſis, ex aſcendentibus atque deſcendentibus, imò etiam ex diſcordibus & concordibus componatur. Neque igitur concentus ipſius ratio eſt communis, niſi ex rationibus horum oppoſitorum inter ſe oppoſitis ſimiliter ipſa conſtet. Eodem pacto rationem ſeminariam mundi ex contrarijs rationibus intellige conſtituta, per quas ipſa formas producat in mundo contrarias. Harũ enim formalis inter ſe diſcrepantia quum neq; ex ſe inuicem, neque ex materia neq; caſu proueniat, nimirũ examuſſim exprimitur, ex formulis in ratione contrarijs. Formæ quidẽ ideales in mente contrariorũ non ſunt cõtrariæ, imò in oppoſitis ſæpe cognoſcuntur oppoſita: formulæ verò ſeminales in natura effectrices contrariorũ contrariæ ſunt. Nam in ſemine ignis eſſe ſemen aquæ non poteſt, ſicut nec ignis in aqua. In mẽte diuina ideam ipſam identitatis, & ideam alteritatis, ſtatusq; & motus eſſe memento. Intellectuales ſubinde ſubſtantias ad identitatem ſtatumq; potius, quàm ad oppoſita referas: rationales verò potentias ad ideam potius alteritatis & motus: præſertim vltimam rationem materiæ iam contiguam. Sic vtique mentis officium in vnione conſiſtit magis, rationis autem magis in deſcriptione verſatur. Neque poſſet eſſe ratio niſi multiplex admodum, ſuisq; in partibus intra ſe contraria: ratio inquam ſeminaria mundi, & infima diuinorum, in qua tanta partium diſcrepantia deprehenditur, quanta diuinis obtingere poteſt: ideoq; cum extrema in diuinorum genere illic diſſidentia ſit, meritò ibi nomen contrarietatis accepit. Proinde cùm identitas ſtatusq; ad perfectum magis attineat, alteritas verò motusq; agit ad imperfectum: meritò quatenus ab ipſa identitatis ſtatusq; idea deſcenditur, eatenus gradatim res ideæ participes minus habent identitatis & ſtatus. Contrà verò quantò longius ab idea alteritatis motúſue deſcendit, tantò res inde participes plus alteritatis, id eſt, diuerſitatis in ſeipſis, mobilitatisq; admittunt. Alteritas igitur atque diuerſitas rationi ſeminariæ mundi inſerta diuinitus reddit eam maximè alteram intra ſe atque diuerſiſſimam diuinorum. Quum verò rationis huius conditio præcipuè ſpectet ad ipſam alteritatis ideam, illiusq; vis in hac longè præualeat, dum idea illa ſeu vis eiuſmodi rationem hinc in diuerſitatem propagat extremam, videtur hæc ipſa ratio non aliter propagare ſeipſam, quàm plantæ radix in ſtipitem atque ramos & reliqua: quæ tamen id agit quodam vegetalis vitæ vigore. Et profectò quæ vita carent non intus agere, ſed extra videntur efficere: viuentia verò intus etiam in ſeipſis, multoq; magis vita interius agere, & intra ſe ex vno quodam in multa gradatim propagare ſeipſam. Atque ita ratio ſeminaria mundi, vita quidem, ſed diuinorum vniuerſaliumq; vltima, videtur ſub ipſa videlicet diuerſitatis idea ſeipſam in ſe per diuerſa articulatim contrariaq; diffundere.

Decreſcente à ſuperioribus ad inferiora virtute ſuppletur numero: Item quomodo humana notata ſunt ordinanturq; in prouidentia intellectuali atq; naturali.

XVII Natura plura continet in ſe rerum ſemina, quàm mens ideas. Quum enim naturæ ſeminisq; virtus ſit debilior, non poteſt in vno ſemine comprehendere, perq; vnum facere quæcunque idea poſſidet poteſtq; vna. Ergo per plura ſemina diſtribuitur, ideæ vnicæ vigor virtutisq; debilitas numero compenſatur. Eadem ratione materia in plures perducitur, ſub vnoquoque ſemine formas. Accedit ad mundi huius innumerabilem multitudinem dimenſio ſemper diuiſioni ſubiecta, motusq; ſingula varians, ac rerum inter ſe commiſtio multiplex, congeriesq; virtutum munerumq; ex ſingulis vbique ſuperioribus cauſis neceſſitate proueniens. Denique ne rerum mutabilium ſpecies aliquando pereant, ſubſtantijs numerus ſingulorum tum ſucceſſione, tum ſimul vltra permanentium multitudinem diuinitus augetur. Proinde in tanta rerum turba ob maximam diſcrepantiam diſſonantiamq; alijs alia noxia veniunt, & propter indigentiam ex aliorum deſtructione ſe tueri, ſeruare, recreare conantur: interea verò aduerſus multitudinem diſſenſionemq; tantam prouidentia ſingulis amorem & ad ſeipſa & ad totum vehementem inſerit, quò & ſingula paſſim inſinuata ſingulis inuicem vniantur, & denique toti. Poſt hæc dubitatur, vtrũ boni maliue homines ſunt ipſa rationis vniuerſalis forma præſignati, & quomodo. Reſpondetur autẽ longo comœdiarum exemplo: ſicut hiſtriones proprias figuras, & voces, & geſtus, & ingenia ſua ſecum afferũt præter illa quæ mandat poeta, qui prudẽter ſingulis officia locaq; congrua pro ſingulorũ proprietate diſtribuit: ſic rationales animas etiam ante corpora hæc ſuis quibuſdã inclinationibus tales euadere ſiue tales. Subinde rationẽ mũdi talia illis accõmodare corpora, & quatenus illæ perſeuerant & proſequũtur, tales quoq; fortunas & deniq; ſedes, ex hac autem vtrinq; diſparitate, mutuaq; interim proportionũ congruitate mundũ eſſe pulcherrimũ atq; iuſtiſſimũ. Totũ verò hoc inuentum ſimiliter habemus ab origine: ſimiliaq; de angelis vel non labentibus, vel minus magis úe labentibus feruntur à multis. Tu verò vbi mundana ratio nominatur, intellige ſæpe cum virtute ſeminaria intelligentiã animæ mũdanæ coniunctam, à qua ſeminalis aſſiduè natura dependet, regiturq; ad normã. Proprios igitur & antecedentes animorum motus non in ſeminario, ſed intellectuali potius libro eſſe præſcriptos, neque tamen inde compulſos. Scripti enim ſunt tales vbiq;, quales & ipſi ſunt, id eſt ex fontibus proprijs oriundi: ſortes itẽ fortunasq; & ſedes præſciri inde ſimul, atque pro meritis deſtinari. In ſeminario autem exceptis antecentibus animorum motibus, reliqua quæ ritè ſequuntur, eſſe non intellectualiter, ſed naturaliter efficaciterq; impreſſa. Sicut ergo ſeminarium intellectuali congruit, ſic notionibus quæ ſunt ibi, formulæ in ſeminario efficaces. quò fit, vt ſeminarium conſequentia ſemper aptet antecedentibus animorum motibus, quamuis non ſibi, ſed intelligentiæ notis: ſicut in arte potentia motrix exequitur ad vnguem, quæ non ipſa quidem, ſed imaginatio nouit. In antedentibus quidem anima ſemper agit propriè, deus verò communiter: in conſequentibus autem anima viciſſim communiter operatur, propriè

verò Deus atque natura. Oportet autem propriam aliquam inesse animis actionem præter tractum ex vniuerso pendentem: alioquin si nullam haberent propriam actionem, non possent de vniuersi principio, fine, forma, ac de rebus hoc mundo præstantioribus assequi rationem, imò verò & res omnes oportet in ipso vniuersi tractu nonnihil proprietatis habere. Sic enim & ipse proprias naturas asserunt, & principium quod omnia facit, ita potissimum efficit sibi similia, si facientia facit: nam ipse facit effectione. Si igitur actio ipsa omnium est origo, probabile est, quæ oriuntur inde agentia fore: atque vt habeant in quod agant, fore etiam patientia: fore quoque materiam passionum præcipuum fundamentum.

De ordinibus, speciebus, differentijs animarum, & quómodo singula in diuina prouidentia designata sunt.

XVIII Plato in Timæo distribuens ordines animarum ad tres potissimum gradus vsq; produxit, ob eam vt arbitror rationem, quòd in anima vel elementa ex quibus componitur, vel potentiam, vel actionem eius consideramus. Ratione elementorum in gradus tres commodè distribuimus. In primo siquidem animarum ordine idem statusq; diuersum motumq; superant. in secundo æquantur: in tertio fit ad primũ vicissitudo: similiter per tres gradus essentia atque esse percurrit in eis. Rursus quantum spectat ad vires, in primo intellectus præualet, in secundo ratio, in tertio tandem imaginatio. Quantum spectat ad actiones, in primo est actio omnino vniuersaliter prouidens, scilicet omnibus omnia: in secũdo vniuersaliter quodammodo scilicet vel omnibus quædam, vel quibusdam omnia: in tertio verò particulariter scilicet quædã atq; quibusdã. In primo gradu sphærarũ ponimus animas, in secundo stellarum, in tertio dæmonũ atq; hominũ: tum verò in ipsis dæmonũ & hominũ animabus tot species Timæus ponit, quot stellæ sunt in cælo specie inter se differentes: quibus ordine respondeant in sphæris subinde suis species totidem dæmonicarũ humanarumq; animarũ. Sed hoc interesse forsitan arbitrabitur, quòd in specie stellæ quauis stella sit vnica: sed in speciebus subsequentiũ animarum plura sint in qualibet singularia. Plura item in qualibet animarũ humanarũ specie, quã in quauis specie dæmonũ. Semper enim deinceps minor virtus maiori quodã numero cõpensatur. Cogita in qualibet idea naturam in cuius virtute sint mille dotes (vt ita dixerim) vel effectus ad multiplicẽ vniuersi ordinẽ bonitatemq; pertinentes. Speciẽ præterea stellarem velut perfectissimã habere in se indiuiduũ perfectissimũ: ideoq; totã in se capiens speciem & ideã, cunctasq; speciei ideæq; actiones absoluens. Speciem verò dæmonicam velut minus perfectam indiuiduum quoq; perfectum minus habere, quod quidem nequeat solùm varias ideæ speciei q; dotes explere. Ideoq; per plura hic indiuidua varij speciei & ideæ implentur effectus. In specie tandem humana plura etiam quàm in dæmonica oportet indiuidua esse, per quæ variæ ideæ suæ specieiq; dotes distribuantur, plurimiq; conficiant animi quæ nec vnus nec pauci explere valerent. Esse præterea plures humanarũ species animarum Platonicus inde coniectat, quòd tanta est in hominibus discrepantia, vt alij diuini, alij bruti, alij videantur humani. Neq; tanta vel circa animam vel circa corpus diuersitas in alia vlla animalium specie reperitur: neq; tutum esse Platonici putant, incredibilem animarum diuersitatem solum in diuersitatem corporum terrenorum referre velut in causam: præsertim quoniam qui corporibus simillimi sunt, sæpe ingenio sunt & moribus dissimillimi, ac sæpe vicissim. Præterea quòd hic illo aliquanto ingenio sit velocior aut tardior, iracundior quoq; vel mitior, & similia: ad has corporeas qualitates quodammodo referre quis poterit. Quòd autem alij seorsum ad scientias artesq; alias natura propensiores sint, & admodũ aptiores, nullus ex corporum differentijs asseuerare valebit: quippe cum artes sæpe scientiæq; eiusmodi nõ tam ad corpoream quã ad incorpoream videantur spectare naturam. Mitto mathematicas & physicas disciplinas, & gubernandi prudentiam, mirasq; versutias artium, in quibus alij ab alijs natura longissimè discrepant. certè quòd hic natura videatur esse Theologus, iste Propheta, ille miraculorum auctor legumq; conditor æternarum: alij verò nequaquam, qui non multum ab his corpore differunt, non potest causam ex corporibus assignare, neq; proprijs inquam, neq; ergo cõmunibus, quæ per propria duntaxat instructura nostros animos videantur. Quamobrem animas hominũ Platonici specie colligent subalterna, in qua multæ sint species (vt ita loquar) specialissimæ: multa quoq; sub specie qualibet indiuidua, adeò vt animæ quædam inter se naturaliter simillimæ & amicissimæ sint: aliæ verò contrà. Omnino verò singulæ species animarum ad congruas suorum dæmonum species, & ad similes stellarum species rediguntur: sic solares animæ ad solares dæmones atq; solem: Venereæ ad Venereos atq; Venerem, cæteraq; similiter. Hactenus differentias tractauimas animarum, quas Plotinus hic primas asseruit: quæ videlicet ex ipsa primùm natura sunt vel secundum specialem, vel secundum singularem sub specie sua proprietatem. Secundò differre putat ab alijs alias, postquam motu libero fortè etiam ante corpus aliter atque aliter surgere vel inclinari cœperunt. Vbi & illud euenit, vt eadem anima diuersis temporibus per varias sui vires operetur, & viuat: vt non solum euadat alijs, sed etiam sibi ipsi dissimilis. Tertiò diuersitatem in animabus ex corporibus putat accidere. Primò quidem ex corpore spiritali, deinde solido. Permultum enim interesse, ex qua parte mundanæ sphæræ spiritale velamen sibi familiare sortitus sit animus, siue cæleste, siue æthereum siue aerium sortiatur. vbi & referre quãplurimum sub quali stellarum cursu figuraq; susceperit. Multa enim & varia in eiusmodi corpora ex supernis influere, & animam inde transfluere: augeri verò eiusmodi differentiam ex dæmonibus varijs tunc acceptis ducibus animarum aliter aliterq; ducturis: neq; parum adhibere momenti ad quasdam differentias animarum, hæc demum solida corpora, genesinq;, & tempus & locum. Quartam denique differentiam animabus accidere vult ex varia educatione, consuetudine, disciplina. Totam verò eiusmodi differentium animarũ distributionem per inæquales gradus & partes esse vult in ipsa intellectuali ratione mundi descriptam. Totam quinetiam distributionẽ corporum variorum, & fortunarum, & terminorum congruentẽ proportione quadam differentijs animorum in ratione seminali putat esse signatam, singulaq; hũc in modum opportunè singulis coaptari. Subdit prouidentiam non posse congrua officia, præmia, supplicia reddere proprietatibus animorũ, nisi has quoq; in se penitus complectatur. Sicut neque poeta competentes histrionibus singulis personas & gestus, nisi naturales & proprias eorum teneat facultates. Vtrobique igitur tam antecedentia quàm consequentia partes prouidentiæ sunt, & humanæ similiter & diuinæ. Sed antecedentia præcipuè prima non tam in semi-

minario,

minario, quàm in exemplari intellectualiq; diuinæ prouidentiæ libro sunt partes, vbi leguntur etiam quæ non omnino efficiuntur inde, sicut & prouidentia solet humana: consequentia verò partes sæpe etiam sunt in libro prouidentiæ seminario, vbi imprimuntur & exprimuntur inde quæ intelligũtur in altero. Adeò verò per antecedentia semper riteq; consequentia ordinata sunt singula, vt quando ex inordinata libidine committitur adulterium: statim tum in libro naturæ ex coitu consequatur ordinata propagatio prolis, tum in ipso intelligentiæ libro ex perturbata concupiscentia deteriorique electione deinceps ordine debito consequatur perturbata adulteri vita, conditioq; deterior. Sic ergo natura pariter intelligentiáque quæcunque vel malè vel forte videntur accidere, communi quodam consensu suis ordinibus implicant. Ita verò animorum iniqui mores, & opera mala partes rationis mundanæ dicuntur: ipsamque rationem cum his malis fertur habere communionem. Non quoniam propriè trahantur hæc inde, sed quoniam ibi ab alijs facienda notantur, & facta plectuntur: itaque cum prouidentia consideretur tanquam exemplar omnium atque opifex, peccata quidem sunt partes eius prout est exemplar potius quàm vt opifex. pœnæ verò peccantium vtraque conditione sunt partes. Vtrum verò mala ibi proprium quantum mala sunt exemplar habeant, an ex ipso potius exemplari bonorum dijudicentur, opportunius alibi pertractatur. Conclude iam prouidentiam non vegetalem solùm morẽ plantæ, verum etiam intellectualem artis & prouidentiæ more, sed naturalis, vsque ad minima se diffundere.

Confirmatio primi libri atq; secundi: quòd Deus faciat, intelligat, curet singula.

XIX Operæprecium est quæ & in hoc & in sequenti libro de prouidentia transiguntur, ita breuiter cõfirmare. Cùm esse vbiq; sit per formam, & quatenus habetur forma, eatenus habeatur & esse, atq; vicissim: meritò coniectamus essentiam primam, formam quoq; existere primam Formam verò primam oportere putamus simplicissimam esse pariter atq; cõmunissimam: quatenus entia omnia superat; & concipit atq; parit. Simplicitatem verò vniformem, communitatemq; omniformem ita demum possidet, si sit intellectus, præsertim quoniam ad intelligentiam pertinet, tum composita resoluere penitus in simplicia, tum res singulas sub vniuersalissima comprehendere forma. Prima igitur essentia est prima forma: prima verò forma primus est intellectus. Quòd si essentia illic re ipsa & intellectus est idem: nimirũ & esse atq; intelligere illic est similiter idem. Tum verò sicut essentia talis passim, aut talis in suo genere prima, sequẽtia facit nõ alio addito: sed eo tantũ ipso quòd talis, ceu sol lucẽdo illuminat, ignis calefacit vbiq; calendo: sic ipsa simpliciter essentia simpliciter essendo omnia procreat entia. Ac si causa est, vt omnia esse simpliciter habeant: est insuper & in causa, vt omnia esse tale habeant atque tale: nam esse tale ex ipso simpliciter esse dependet. atque formalis ipsa communisq; distinctio talium atque talium, non ex materia, sed ex ipsa prima omnium forma vniformi simul & omniformi procedit. Hæc igitur quatenus essendo efficit omnia, eatenus facit intelligendo: siquidem penes ipsam intelligere non aliud est quàm esse. quod intelligendo facit omnia, nimirum & faciendo intelligit omnia. Intelligit inquam non solùm quædam omnibus communissima, sed etiam vnicuiq; propria, quibus vnumquodq; in suo esse, actuq; perficitur: alioquin confusè nimium intelligeret, minimamq; intelligentiam possideret: ac res potius in potentia, & hac quidem remota & confusa cognosceret, quàm in actu. Accedit quòd si actio ipsius propria intelligentia est, tanquam eminentissima amplissimaq; simul & intima, quousq; agit, eousq; prorsus intelligit, atq; è conuerso. Agit autem in singulis etiam atque minimis peragendis: siquidem entis primi per singula quomodolibet entia certis ordinibus consequentia amplissimus est influxus, & quæ post ipsum agunt, ipsius vbique virtute mouentur & agunt. Aguntur verò vbique non species ipsæ rerum quæ æternæ sunt, quæ Deus ipsæ sunt: sed indiuidua. Aut ergo Deus nihil extra se intelligit, atque agit, quod est falsum: aut agendo singula, intelligit eadem, quæ nusquam fierent, nisi prius intelligerentur à Deo: sicut non fiunt à sole nisi quæ prospiciuntur à sole. Intelligit itaque Deus ipse singula, non distractus in plurima, sed collectus in semetipsum: quem intuendo velut totius exemplar & causam causarum, perq; causas omnium causam contuetur & omnia, & contuendo curat & prouidet, quatenus ad finem singula dirigit atq; bonum: quandoquidẽ sub ipsa ipsius boni forma omnia procreauit ad bonum. Quòd autem quam facillimè cuncta tam diligentissimè curet, inde probatur: quoniam ab ipso Deo res habent non vt sint tantũ, sed etiam vt causæ sint. Nam & vt sint inde habent, prout ipse est causa. Si igitur illinc habent, vt sint causæ, inde quoque possident officium causæ proprium. Hoc autẽ est conseruare pro viribus, & curare quod facit. Quamobrem si à causa prima causæ omnes hanc habent proprietatẽ, quantum causæ quædã sunt, meritò hanc habet illa potissimum vt omnia curet & singula: quatenus maximè causa est, & causa singulorum: quæ quidem nisi singulatim custodiantur, nõ custodiẽtur vnquã cõmunia quæ conseruantur in singulis: nõ conseruabitur totũ quod necessariò cõstat ex partibus: nõ excoletur vniuersalis ordo totius, qui in gradibus vsq; ad minima descendentibus necessariò cõstat. Qui sanè ordo, quæ distinctio cum certum perpetuũq; habeat ordinem, ideoq; casu nequeat esse, sed ex alicuius agẽtis intentione procedat, neq; tamẽ ex intentione agentis necessitate naturæ, cuius intentio determinatur ad vnũ potius quã ad multa quatenus sint distincta: meritò ex quadam intelligentis intentione procedit, nõ intelligentiæ cuiusdã causæq; particularis. Omnes enim eiusmodi in numero distinctorũ operum cõputantur. Ex intentione igitur intelligentiæ primæ maximeq; cõmunis prouenit vniuersalis distinctio rerũ. Illa enim ab alijs per se distinguitur, cæteraq; inter se suæ notionis norma distinguit: & quatenus distinctissimè nouit, distinctissimè curat. Denique si prouidere ex abundanti prouidentis bonitate procedit, & ad bonum gubernata perducit, meritò ad causam optimam causarum spectat exactissimè singulis prouidere.

Confirmatio eorundem. Item quòd Deus certè sciat etiam contingentia, neque tamen libertas inde tollatur arbitrij.

XX Prouidere Deum rebus maximè, tanquam maximè suis, quousque videt non dubitamus. videre quoq; Deum res, quatenus certis causarum vel deinceps agentiũ, vel è conspectu necessariò concurrentiũ ordinibus cõsequuntur asserimus: siquidẽ ita quoq; philosophi multa nonnunquã procul admodum futura quasi sint præsentia vident. Vident hæc inquam in causis, quas ipsi nec agunt, neque connectunt. Multo itaque magis prospicit Deus quid ex

causis, quid ex causarum proprietatibus, quid ex earum conspiratione proueniat: siquidem ipse videndo causas effi-
cit, easque donat proprietatibus & connectit in vnum. Ac si philosophi quantò sagaciores sunt, tantò citius ex prae-
sentibus vel causis vel indicijs absentia colligunt: & quamuis temporali quadam rationis discursione nitantur, ta-
men futura quasi statim redigunt ad praesentiam. Profectò aeternae mentis indiuiduus ille stabilisque omnino to-
tusque simul intuitus vniuersam rerum distantiam vel localem vel etiam temporalem, ictu quodam indiuisibili
praesentarioque complectitur, vt quae inter se distantia sunt atque futura, illi penitus proxima sint atque praesentia.
itaque nec tam in causis quàm in seipsis contueatur effectus. Iam verò ex hoc ipso quòd euentus non in causis tan-
tùm, neque tanquam futuros aspicit, sed praesentes sequitur, vt vbi philosophi dum contingentes in futurum euen-
tus aucupantur, ambigunt, Deus ipse non ambigat. Nam quae contingentia dicimus, haec quandiu adhuc futura
sunt, possunt ex causis nō exire: cùm verò primùm praesentia sunt, non exisse non possunt: neque valent etiam dum
sunt non esse: neque in ipsis contingentibus quatenus sunt ad praesens, datur esse pariter atque non esse, sed esse dun-
taxat quamuis in futurum possint non esse: quare necessariorum iam conditionem sortita videntur. Deus igitur
ita firmiter contingentia tenet, quandoquidem vt praesentia videt, vt quae sunt naturaliter necessaria. Nam &
quilibet certus est esse fierique contingentia haec intuens in praesenti, quae olim, vtrum in posterum forent erat incer
tus. Praeterea sicut ex causa necessaria effectum secuturum certò sciri potest: ita ex causis contingentibus quoties
comprehenduntur cunctae, sciturque vtrum impediantur alicunde nec ne. Cùm verò Deus tanquam & exemplar, &
effector & motor omnium omnia comprehendat: ita certus est ex contingentibus, sicut ex necessarijs exitum se-
cuturum, imò iam sequi. Neque verò mutabilia intelligit mutabiliter, neque diuisibiliter diuisibilia cernit sed pro-
indiuidua sui immobilique natura simul firmiterque tenet distracta etiam in se ipsis atque circumuaga: sicut saepe vi-
sus indiuiduo quodam ictu multa conspicit quae mouentur: neque rursum quae naturaliter mutabilia sunt, propte-
rea firma redduntur, quòd ille firmiter comprehendat: sicut neque immaterialia fiunt, ex eo quòd ille immateriali-
ter (vt ita dixerim) complectatur. Nam & ipse intelligentia sua, id est, actione sua tam contingentibus ipsam
contingentiae sortem imponit, quàm necessarijs necessitatis exhibet legem: atqui & intelligentiae voluntatisque no-
strae motus quoslibet quamuis liberos firmissimè tenet. Intelligit inquam eos: nam essentia prima sicut omnibus
quomodolibet essendi causa est: sic intellectualibus quomodolibet ritè intelligendi atque volendi. Directos itaque
motus intelligit tanquam ipse quoque mouens, obliquos autem tanquam ex opposito deficientis à rectis. Intelli-
git & certos motus, qui in seipsis videntur incerti: siquidem singulos fieri iam non fore videt. Aeternitati namque
ita semel totum tempus est praesens, sicut & centro totus pariter circunferentiae tractus. Et quamuis qui nunc ita
voluntate mouetur, possit aliter deinceps aliterue moueri, ille tamen de hoc non aliter atque aliter opinatur. Singu-
los namque motus eorumque modos ab initio semel anticipans mutabilem progressionem indiuiduo penes seipsum car-
dine firmat. Quòd autem plerique sic argumentari solent: si certus est Deus animam id acturam, anima necessariò
id efficiet, non consequitur: siquidem ille certus est animam lib rè id facturam: imò verò id liberè facere. Praesen-
tia enim cernit in se quae futura sunt rebus. Cùm igitur praesentes iam cernat euentus, non licet rursus interro-
gare, vtrum possit animus electionem suam interea permutare, postquam Deus animum sic viderat electurum.
Non enim cadit interea tempus, vbi non electurum viderat, sed videt potius eligentem. Neque tu rursum obijci-
as: Si Deus firmiter videt eligere: ergo compulsus eligit. Quid enim prohibet animū sua interim voluntate facere,
quod Deus firmiter natura sua cernit animam operari, atque vt libera faciat voluntate, Deus ipse sua semper insti-
tuit voluntate. Denique quod argumentari nonnulli consueuerunt: Necessarium est id animum facere, si Deus
facturum scit ita velle facere. Similiter argumentari possemus: si homo dicatur idem scire, & vtrobique necessi-
tas non tam in consequente, quàm in consequentia ponitur: neque in reipsi, sed in argumentante deprehenditur: &
conditionalis quaedam necessitas haec est, non absoluta. conditionalis autem absolutam trahere secum minimè
consueuit.

MARSILII FICINI IN
LIB. SECVNDVM, TERTIAE ENNEADIS, DE PROVIDENTIA, COMMENTARIVS.

SVMMMA TOTIVS LIBRI.

Quomodo machina mundi congruat cum natura, & natura cum intelligentia diuina: quae etiam fortunam ordinat. Cap. I.

PER haec dubitationes soluimus, quae in huius libri fine mouentur, atque secundum aggredimur
de prouidentia librum. Profectò sic animae rationales in prouidentia designatae sunt partes, non
partes inquam naturae vel machinae corporalis: sed partes, id est, participes prouidentiae, atque in
gubernando collegae. Hinc & motus conceduntur deteriores, postquam semel nōnulla concessa mi-
noribus est auctoritas. Quoniam verò dicit seminariam vniuersi naturam esse animam quandā,
memento sicut uocalis oratio distinctè significans non solùm ex intellectuali notione procedit, verùm etiam est no-
tio quaedam: sic seminarium mundi viuum, & omniforme ex ipsa mundi anima pullulans animam quandam esse:
Ac si dicitur instrumentum vel intelligentiae purae, vel animalis intelligentiae tale est profectò, cui motor ipse suus
non tantùm praebeat motum, sed etiam opificij formam. Est enim cognatissimum instrumentum, suoque subest opi-
fici, non

fici, non tanquam manus, sed tanquam imaginatio vel imaginarius spiritus practicæ rationi. Subdit in libro secundo, rationem eiusmodi, bona simul & mala complecti. Si enim in hac rerum habitus primo designati sunt, priuationes quoque consignatæ sunt consequenter. Si meliora descripta, etiam deteriora, & in longum progrediendo deterrima quoque conscripta non ita solùm, vt peragantur inde omnino peiora, sed vt tanquam inchoata vel designata, tandem per corporeas causas siue conditiones expleantur in mundo. Cuius quidem vniuersi gradus omnes & ordines, ita sunt in mundana ratione conscripti, vt non ipsa ratio primùm eos in se construxerit: ex tota potius vnà cum suis eiusmodi partibus expressa fuerit ex intellectuali sigillo, dum tamen euaderet subinde deterior. Multa enim in hoc ipso mundanæ rationis ordine coaptantur ad vnguem motibus animarum, quæ sanè congruitas non ex hac ipsa ratione tantùm animabus subdita, sed etiam multóque magis ex intelligentia quadam animabus superiore præscita simul & prædestinata videtur. Quemadmodum verò in seminario mundi neque totũ partes generat, neque pars ab initio partem: sic & corporea mũdi machina ex seminario germinat simul tota, neque partes generat suas, ex quibus ipsa componitur: neque inter partes necessarias eius alia procreat aliam: Ita neque stella facit stellam, nec ignis ab initio terram, neque homo leonem. Hinc efficitur vt nulla pars mundi penitus subsit alijs: sed potius toti respondeat: ita verò totum vna cum partibus prodijsse ex suo semine mundum, seménque ex mente, similiter testatur plantarum animaliúmque generatio. Vbi non pars efficit partem, sed partes simul vnà cum toto paulatim ex semine pullulant: ex quo etiam patet partium cunctarum atque totius rationes in semine contineri: similiterq; rationes mundi totius in natura: naturæq; in anima, & animæ prorsus in mente. Proinde ait totum machinæ seminarium esse actum, & quasi spiritum totius animæ mundi: similitérque partes in eo esse actus quosdam, & quasi spiracula quædam partium animæ propriarum: simili quodam ordine totum hunc mundum seminarij totius actum esse, partesq; partium. Cùm verò congruat vndique machina seminario, & hoc animæ mundi, & anima menti: sequitur vt in machina ad mentis nutum omnia dispensentur. Probabile quoque est particulares animas tanquam animæ mundanæ sorores, atque collegas secundum motus circuitúsque suos animæ mundanæ penitus consonare: adeò vt vices electionum actionúmque quas agunt animæ, accommodentur vbique vicibus animæ mundi in naturalibus peragendis. Qua quidem connexione ad certas animarum electiones, actiones, vitas, certæ quoque in vniuerso sortes fortunæq; & corpora certa, exitúsque consimiles ritè respondent. Inter hæc ne quis opinetur difficilem esse Deo mundi totius curam, propterea quòd innumerabilia in hoc sunt atque contraria, subdit omnia quantumcunque diuersa in vnam congredi formam: qua facillimè vni pareant auctori: si in mistis elementa contraria in formam desinunt vnam: si in plantis & animalibus membrorum contrariæ qualitates vnam admittunt viuentis formam. Inque vtrobique fit naturæ particularis officio, cui nam mirum videri debet, partes mundi contrarias in vnam coire formam, licet nobis occultam? coire inquam naturæ vniuersalis opera, quam & naturæ particulares vbique sequuntur. Si redigas igitur opera singula ad singulas vbique naturas, easq; subigas vniuersali naturæ, & hanc connectas intelligentiæ, intelligentiam vnitati, planè cognosces intelligentiam ex vno cardine rerum vno quodam nutu cardines omnes sequentiaq; deinceps mira facilitate mouere: mouere inquã intelligendo, atq; ita singulis prouidere. Exempla verò quæ ex prædicamentorum ordine Plotinus adducit ad multitudinẽ generatim in vnum deniq; redigendã, perspicua sunt. Inter hæc notabis argumentum hoc esse, quòd ipsum vnum sit omnium principium: quòd omnia vel contraria in vniuerso rediguntur in vnum, scilicet præter naturam suam in vnum ab vnitate coacta. Notabis qua ratione ipsum esse in causam resoluas superiorem: siue enim dicas ens, id ex essentia corporis & esse: ideoq; in simplicibus resoluere cogeris: siue dicas esse id tãquã actũ, redigis in essentiam, veluti fundamentum, siue dicas essentiam hanc primùm imperfectam vides, nisi suscipiat actum. Itaq; super hanc vnum ipsum, id est, ineffabilem simplicitatẽ esse cognoscis, à qua dependeat essentia actusq; essentiæ. Ait ipsum vnum & diffundi per omnia: & colligere cuncta, quasi per membra neruus: qui dum videtur distrahi, contrahit. Ipsum nanq; vnum, quatenus simpliciter est vbiq;, in vnum colligit omnia: quatenus autem inde tale vnum fit, atque tale videtur esse diffusum: sed tale interim atque tale ad ipsum simpliciter vnum necessariò religatur. Neque ita reperitur in cunctis vnum ipsum, ceu species vna ex singulis, vel genus vnum in speciebus: sed secundum prius atque posterius, magis & minus: fermè sicut in numeris passim vnitas numeralis. Proinde Plotinus ipsum simpliciter vnum proximè quasi deriuat in vnum ens: intellectum videlicet vnum: auctorem mundi propriũ atq; rectorem: qui ex multitudine in seipso concepta multiplicẽ conficiat mundum, atq; ex vnitate in se suam multitudinem superante multa mundi membra in vnum colligat animal. In quo sanè quicquid est tum ex natura communi pars quædam est totius, tum ex natura insuper propria, est aliquod totum, propriamq; adhibet actionem, præter communem ex vniuerso passionem cunctis illatam. Ex quo apparet Deum mira actionis suæ potentia actiones à rebus proprias non auferre: à rebus inquam vel minimis, ceu ab igne vel equo, multoq; minus à præstantioribus auferre: scilicet ab animabus, non conditione naturæ determinatis ad vnum, sed ad plurima se vicissim oppositaq; vertentibus. Idq; pro natura sua per diuersa mobili facientibus, sed interim ordinante Deo quales vbiq; se animi reddiderunt, tales eis semper redduntur euentus.

Nihil contingit casu. Nam prouidentia minima quæque ordinat.

II Considera primùm totam mundi machinam circunfusam terris, esse in omni dispositione motuq; semper ordinatissimam. Secundò terrena omnia plurimùm ordinatissimè nasci, atque procedere. Tertiò, terram ad reliquum mundum esse velut punctum. Per hæc quartò concludes, in hoc puncto molis immensæ ab ipsa mole concluso mirabiliter ordinata, nihil non ordinatum posse relinqui, vt etiam quæ interdum casu quodam fluitare videntur, certò scias penes ordinem vniuersi suo quodam ordine non carere, penes ordinatorem inquam mundi totius intellectum. Ordo nanque nasci semper ab intelligentia consueuit. Illius enim nutu simplici prorsusq; immobili machina ex tam diuersis mobilibusq; congesta ordinatissimè conspirat & regitur. Præterea cum in qualibet gubernatione quatenus maior gradatim maiorq; in gubernatore intelligẽtia est atq; potestas, eatenus minus aliquid fortuitò illic accidat: certè si summa quædã potestas & intelligẽtia gubernat mũdũ, totũq; omnino subest illi, nullꝰ vsquã

relinquitur temeritati locus. Accidere nanque gubernatori casus solet inopinatus vel alienus, quia vel non omnia conspicit, vel non omnibus dominatur, soletq; casus ab externis incidere. Vniuersum verò sub vnius diuinæ mentis imperio conspectuq; comprehenditur, vt nihil subterfugere præuaricariq; possit: præsertim quia sicut vita mundi est in qualibet parte tota, sic & intelligentia in hoc viuente corpore tota simul vbique. Neque tractat extrinsecus materias alienas, nec in plura distrahitur, sed suam agitat intus, atque ex vno cardine totam: tamque facilè regit intelligendo, quàm vita viuendo viuificat, quàm corpus agit essendo. Quod enim in corpore est esse per formam à vita intelligentiaq; susceptam, id quidem est in vita viuere: id rursum in intellectu est intelligere. Ex tota quidem intelligentia tota profluit vita: ex vniuersa rursum vita similiter corporis vniuersi communis emicat forma. Simili quadam proportione diuersæ in machina formæ ex varijs prosiliunt in vita seminibus. Differentia semina ex differentibus in intelligentia notionibus inseruntur. Notiones igitur intellectus ipsius per semina rerum vsque ad singulas rerum perueniunt formas: atque sicut semen vnum dum plures singulorum generat formas, non confusè, sed distinctè agit in singulis, alioquin singula non perfectè formaret: sic & vna intelligentiæ notio vbi per plura semina vitæ plurimas insuper formas in singulis exprimit, non indefinitè quidem, sed determinatè agit in singulis, alioquin ageret imperfectè: neque actio eius & virtus vsque ad ipsas vitæ naturalis actiones proprias peueniret: tametsi necesse est superioris ampliorisq; semper causæ virtutem actionemq; vltra ministeriũ inferioris longè lateq; procedere. Quo efficitur, vt primæ ipsius essentiæ virtus & actio, quæ intelligentia est per singula protendatur. Tum verò si dixeris effectus passim singulares in rebus ex proprijs duntaxat formis & virtutibus prouenire, meminisse debes virtutes vbique formasq; proprias quæ ad formalem pertinent ordinem vniuersi ex primo rerum ordinatore procedere, penitusq; seruari atque moueri. Cum igitur in formis & virtutibus ipsis exitus singuli comprehendantur, necessarium est per virtutes saltem formasq; ipsas singulos vbique effectus ad ipsum virtutum & formarum omnium largitorem & seruatorem atque motorem penitus pertinere: virtutes inquam & formas siue speciales siue etiã singulares. Nam & in singulis physici dotes mirabiles inuenerunt, quæ sæpe cæteris sub eadem specie minimè conceduntur. Denique si quod Platonici putant, & astrologi nescio quomodo confitentur, lux in cælo sensus est, atq; radios passim ex luce protendere est singula persentire, sentiendoq; facere, & faciendo sentire: nihilq; vel sub terra latet, quod non sentiatur inde latentibus vbiq; radijs, alioquin nõ generarentur etiam sub terra cælestia: nimirũ & intelligentiæ primæ radij per omnia protenduntur, & quatenus seipsos ad singula vsque deriuant, procreant vbiq; singula, perspiciuntq; procreando, quandoquidẽ & procreant intuendo. Perinde ac si dicas, & stellas aspectibus facere singula, & strutiũ oua mirabiliter intuẽdo fouere, pullosq; formare. Cum igitur nihil vsquam diuinum lateat intellectũ, & ordo sit intelligentiæ proprius, nihil vsquã in hoc intelligẽtiæ opificio potest accidere, quod non ab ipso totius ordinatore sit ordinatum, etiam antequam accidat, & subitò ueniens annexum cæteris consequenter, & in ordinem vniuersi redactum. Qui sanè ordo ita demum absolutissimus est, si minima quæque prouidentissimè sint ordinata. Ita rursus excellentissimus, si non solum ex ordinatis, verũ etiam ex ordinatoribus compleatur. Plures igitur in hoc ordinatores sub primo gubernata dispensant, virtutẽ legibusq; primi: cuius tanquam potentissimi virtus & actio per omnes sub ipso gubernatores, atque vltra propria eorum munera se prorsus amplificat. Itaque sicut multa quæ nobis fortuita sunt, eadem gubernatoribus sunt prouisa: sic & nonnulla extra gubernatorum intentionem veniunt, quæ sunt ex prouidentia primi, cui nihil vsquam accidit improuisum: quippe cum ad perfectissimum & optimũ intellectũ consummatissima pertineat prouidentia. Ea verò est quæ nihil ignorat, nihil improuisum esse permittit. Omnino verò casus inopinati nobis, qui ex diuersarum inter se causarum confluxu contingunt, siquidem ab aliqua causa ordinantur, nõ à causa quadã reguntur agente tantum more naturæ. Causa enim simpliciter naturalis cum per vnam agat formam, determinatur ad vnum: nequit igitur euentus inopinati causas plures inter se dispersas, nec vllum inuicem per se habentes ordinem ad vnũ effectum ipsa per se redigere, cohibere verò multiformes in vnum causas potest causa sola cognitionis munere fungens: quæ multas in se concipiens formas, meritò & rerum multiformium est principium, & difformes causas in vnam euentus alijs inopinati formam mirificè congregat. Hinc Proculus in Timæo fortunam definiens inquit: non temerariam esse vel cæcam, sed esse diuinam vel dæmonicam potestatem, in vnum exitum diuulsas causas congregantem. Ideo Plato vbi in epistolis fortuitum quendam tractat euentum, post fortunæ nomen subitò dæmonis nomen adduxit. Itaq; sæpe dæmones occulta quadam persuasione hominem hunc hac via, illum verò illa in locum eundem mittunt, quò illic occurrentes sibi inuicem, aut tertiò euentum pariant improuisum illis, superis verò prouisum. Interdum quoq; superi non tam diuersos ad vnum aliquid ipsi mouent, quam motis per se illis ad aliquid ipsi interim vtuntur ad aliud, inopinatum quidem hominibus, superis verò prospectum. Proinde siue moueant primum superi nostros animos, siue per se motis vtantur: dæmones quidem superiores ratione potissimum agunt in rationem, persuadendo simpliciter atq; tranquillè, inferiores autem imaginatione plurimum atq; spiritu, in spiritum imaginationemq; nostram perturbationes aliquas suscitando, & vtriq; consequenter agunt in voluntatem, Deus autem directè agit in voluntatem. Deniq; quomodocunq; & vndecunq; in casus inopinatos incidimus, vel prosperos vel aduersos, contingentia nobis semper meritis nostris consentanea sunt vel præsentibus vel præteritis, vel futuris: & conferunt nobis quidem quandoq; vniuerso semper. Sic enim deus vniuersi temperat harmoniam: vt si quis totum orbis spatium, & in eo singula, totumq; tempus vno conspicere possit intuitu, perspecturus sit vnicuiq; iusta rependi: aliaq; passim alijs ita sonare, vt toti potissimum omnia consonent.

Quamuis singula sint in prouidentis Dei mente signata, tamen animus agit liberè. Item vniuersum oportuit dispares gradus habere.

III Penes effectorem ipsum, & exemplar mundi primum sicut numeratæ sunt animæ, numerata & corpora. Sic quales animæ sint ab initio, similiter & qualia corpora: rursus quales animæ quæq; se reddant, atque deinceps quales eis pro meritis rependendæ sint sortes: cuncta igitur & quid agant & quomodo, & quid patiantur, & quomodo in ipso prouidentiæ ordine comprehantur. Quod quidem humanus animus ita vel ita moribus affectus progrediatur,

grediatur, in causa est quoniam ita cœpit quandoque vel ita. quòd autem sic incœperit causa est duntaxat, quia sic atque sic incipere potuit: at verò quòd vtrunque potuerit, non potes in aliam resoluere causam. Hæc enim ipsius est natura, scilicet vita liberè mobilis atque rationalis. Si quis autem vlterius perquirat causam, cur anima sit ab initio talis, non aliter erit ridiculus quàm si perquirat, cur anima ipsa sit anima, aut cur ignis ipse sit ignis. Sanè cur ignis ascendat, penetret & dissoluat, causam assignabis: quoniã leuis sit, & subtilis, & calidus. Sed perscrutari quare sit hoc ipsum, nihil aliud est, quàm cur ignis sit ignis inquirere. Vnaquæque rerum species ab æterno certis est intrinsecus terminis definita. Cunctæ itaque species sic ab æuo in seipsis determinatæ nihil aliud esse videntur, quã certæ quædam determinationes, quibus intelligentia prima cõstat primùm, & quasi partibus discernitur in seipsa, adeò vt mens ipsa sit definitiones eiusmodi intellectuali, necessitate naturæ. Similis subinde in vegetali natura sequitur dispositio rerum: similis & machina mundi ex causa non consultante quidem ac per consilium eligente: sed ita naturaliter in se affecta, ita naturaliter germinante. Dispositio eiusmodi specierum in natura est ipsa natura: in machina similiter est ipsa machina mundi. Quærere igitur cur mundus tot tamq; disparibus rerum gradibus constet, est inquirere, quam ob causam mundus ipse sit mundus. Quemadmodum si quis quærat, cur planta vitam habeat & non sensum, & radices habeat atque ramos: cur animal sensum habeat, nec rationem: cur pedes atque caput: quare homo humanam intelligentiam, non diuinam. Optare autem plantam quidem esse animal, & animal esse hominem: & hominem esse Deum, nihil aliud est, quàm Deum relinquere solum, mundúmque destruere: perinde atque si quis pedem velit esse manum, hanc oculum esse desideret: sic & singulatim membra disperdet, & denique totum. Verùm vt ad conditionem nobis magis propriam descendamus: homo non debet conqueri quòd ab initio præstantior non sit effectus: quandoquidem ita satis habuit, atque vt nonnulli probant, ipse se quodammodo præstantiorem potest efficere, quòd homine inferiora non possunt. Itaque habet quandam in se principij rationem: siquidem bonum quiddam potest addere bono, quod habuit ab initio: quòd verò ita possit, ex eo conijcimus, quia potest & in peius aliquando labi, quod inferiora non possunt. Deus autem non fecisset humanam speciem, quæ plantis & brutis est melior talem, vt in peius prolabi posset, nisi fecisset & talem, vt possit in melius proficisci, quippe cum sit primo bono propinquior. Inter hæc verò quod ait exemplar vniuersi ipsumq; vniuersum esse cuncta digesta per gradus, memento cùm in prima puráque forma non possint multa esse nisi differant, neque differre queant, nisi formaliter: illic dupliciter inter se distingui, tum varijs formarum modis quasi per latitudinem: tum diuersis formarum gradibus quasi per longum. Nempe quia mens processione quadam sub bono suam accepit formam: ideo & in se ipsa similiter procedendo varios suæ formæ gradus induit velut vultus. Hinc efficitur, vt in mundo quoque deinceps per gradus impares processio fiat, aliaq; consequenter alia faciant, vel propagentur in alia. In dispositione rursum plantarum atque animalium partes gradibus inæqualibus digeruntur: sed dispositio talis in mundo ideo dicitur non esse simpliciter optima, quoniam longissimè distat à bono, cui proximus est mundi faber primus, cui subijcitur anima mundi. Huic subditur mundi ratio seminalis, ex qua simul ac mundi corpore animal fit mundanum, rationi subijcitur corporea mundi forma. Eiusmodi verò ratio non sic animata, id est, viua dicitur, vt est anima mundi: imò in hanc ita desinit ipsius animæ vigor, vt in teporem calor, ac lumen similiter in pallorem. Simili quadam proportione degenerant à vitis vbique in se manentibus vitæ quædam inde corporibus dedicatæ, siue in sphæris stellisq;, siue dæmonibus & hominibus id cogitetur. Vbique verò superius in natura naturaliter inferiori prouidet, & quanto superius, tanto prouidet magis, ac prouidendo firmius permanet in se ipso: nam ex hac ipsa firmitate sua prouenit perpetuus prouidentiæ tenor, dum videlicet non afficitur, non inclinatur in alia, sed exuberat.

De intellectu & ratione & imaginatione. Cur homines non semper vtantur ratione. cur anima fiat deterior. quòd non transit in bestias.

IIII In sequenti capite considerabis iterum geminam esse rationem mundi communem. Primam quidem adesse mundo velut artificem: secundam verò inesse velut formam per quam velut cognatam artifici etiam artifex videatur mundo coniunctus. Artifex quidem præsidens est intellectualis ipsa substantia: insidens verò velut forma est ratio seminalis, qua coire intellectus cum materia mundi videtur atque generare. Reliquam Plotini sententiam summatim ita collige: Duo sunt in anima nostra actionum principia liberarum, intellectus, & ratio: quorum opera potest anima præter id ipsum quod habuit ab initio progredi. Sed intellectu quidem profecit subitò, factúsque est animus statim ex humano diuinus: ratione verò proficit tempore, deficitque similiter: vt vel sit humanus, vel diuinus, fiat & dæmonicus atque ferinus. Adsunt quidem omnibus hominum animabus semper intellectus & ratio, sed non omnes ratione viuunt: intellectu quinetiam paucissimi. Multi enim imaginatione viuunt potius atque sensu: in quorum imaginatione rationem ipsius scintillæ vel raro micant, vel etiam quandoque non micant. Quum imaginatio potius ad opposita conuertatur: quemadmodum & intellectus communiter in rationem humanam præter quàm in beatis vix scintillare videtur. Adesse quidem intelligentiam & rationem propriam animabus humanis etiam non vtentibus non diffidet, quicunque cognouerit intelligentiam quoque rationémque communem vbique vigere, rebusq; quàm minimis esse præsentem. Interea notabis intellectum non esse adeò separatum, quin sit pars animæ: item sicut ignis semper calet, sic intellectum intelligere semper, & potentiam animæ in discursione positam discurrere semper quocunque modo discurrat, siue per rationes, siue per imagines, more etiam somniantis: potentiam similiter vegetalem assiduè vegetare. Præterea dum anima viuit in homine, tum mentem tum rationem esse liquid hominum, quamuis non vtraque semper actu redundet in homines, atq; mens rarius admodum quàm ratio fulgeat. Si quando verò anima sit in brutis, neq; mentem neque rationem aliquid vult esse brutorum, sed imaginationem tantùm vegetationemq; cum eis communicari posse. Quòd autem non solùm intelligentiæ cõmuniter, sed etiam rationis quandoque fulgor in animabus micare minimè videatur, in causa est, vel peruersa nimium corporis compositio, tum inepta frequenter ingenio, tum perturbationi parata, vel fortè ipsa ratio seminalis animæ iamdiu in habitum conuersa brutalem, atque subinde corpus in materia prout

fert

fert opportunitas sibi brutale conformans: si modò potentia genitalis primã corpori qualitatẽ affert: vt anima tunc
nõ talis euadat omnino, qualis nãciscatur & corpus, sed tale sibi fingat corpus, qualẽ iam naturã ipsa sibi cõceperit,
vt meritò in se facta deterior in deteriorẽ vitã trãsferatur & sortem. Post hæc quatuor causas obseruabis, quib. ani
ma nostra deterior quandoque possit euadere. Primam quia posita est ab initio post secundũ ordinem animarum.
Secundam, quoniam momentum ab initio minimum longius paulatim cadendo fit maximum. Tertiam, quia
dum anima cum alia quadam vel anima vel re fortè concurrit, vel potius dum in anima affectio quædam prior cũ
posteriore congreditur, ex tali quodam congressu vis noua resultat, nouumq; inde facit effectum: sicut est in alia-
rum rerum commistione compertum. Quartam, quia præcedentes actiones in vita præterita, talem habitum in-
choauerunt vitæ præsenti. Verùm vbi Plotinus velle videtur rationem animæ seminalem ex actionibus antece-
dentibus adeò degenerare, vt ipsa potentia genitalis quæ erat in propria hominis specie, fiat iam in specie bruti cu-
iusdam: atq; ita hæc brutum eiusmodi concipiat vel accipiat, intellige totum sub conditione dictum: id est, si quan-
do ipsa naturalis potentia in se speciem mutare possit, consequenter ad talem speciem transferri ferinam: sed certè
non posse ratio nobis ostendit. Primò quidem, quia cum rei nullius essentia propria essentialisq; potentia, quam-
diu existit, possit ipsum esse alterius speciei proprium, actumq; illius essentialem quandoque subire: certè nec homi-
nis anima rebus multis longè præstantior adeò potest à specie sua cadere, vt speciem induat aliorum, atque nonnun
quam deteriorum. Secundò, quia cum dicat Plotinus alibi, ipsum intelligere atque ipsum vegetare esse prorsus sub-
stantiale, neque permutari intelligentiam per actiones animæ: consequens est, vt fateatur, neque potentiam vege-
talem per actiones aliquas permutari, quod experientia patet. Non enim per habitum morum prauum ipsa fit pra
ua, vel fit bona per bonum: & ratio ipsa demonstrat accidens ipsum mobile non permutare substantiam permanen
tem, præsertim si oriatur intrinsecus. Quamobrem ipsa vegetalis essentia nunquam ex sua specie per accidenta-
les imaginationes, brutis quodammodo similes, in bruti speciem transmutabitur, neque per se speciem deseret pro-
priam: siquidem ipsa sit sempiterna: sed habitus quidam ferinus potius contrahetur, in ipsis imaginationis actibus
& affectibus: habitus inquam, potentiam insuper rationalem afficiens imaginationi videlicet sæpe cõsentientem.
Qui sanè habitus velut nimium alienus diu animam à diuinorum contemplatione, & vita locóque detorquet.
Tertiò quum transferri animum in vitam sortémque deterrimam putent purgationis gratia, quo malefacta retra-
ctet præteritorum pœnitentia ductus, aditus omnis pœnitentiæ clauditur: si rationalis ipsa species præcipitatur in
brutam. Accedit ad hæc quòd in genere nostro tam diuersi sunt gradus, vt figuram corporis non oporteat iustitiæ
vel congruentiæ gratia commutare: quandoquidem sub hac ipsa figura homines sunt humani & bruti (vt ita di-
xerim) atque dæmonici. Si hactenus Plotinus sentiat, à Timæo Pythagorico non dissentiet, & ab Aristotele for
san non dissidebit, nec improbabitur ab Hebræis. Hi namque omnes facilè concedent animam nostram per corpo
ra duntaxat hominum posse reuolui: brutis verò nequaquam accommodari: accommodari verò dæmonicis posse fi-
guris: nam habet & ab initio spiritale corpus corporibus dæmomum quàm simillimum.

Quòd oporteat esse diuersos rerum gradus: quòd prouidentia dispenset singula geometricæ proportionis æqualitate: quòd fatum seruiat prouidentiæ: de libero arbitrio.

V Diuina mens sicut formales in se rerũ rationes habet speciebus gradibusq; distinctas (non enim aliter in pura
forma quã formaliter potest esse distinctio) sic in mundo distinctionem eiusmodi configurans, nõ æqualem vbiq;
seruat numerum, vt quot uires & quales in se res hæc habet, totidem talésque habeat illa: alioqui vna quædam for
tè sufficeret, superuacuæ forent reliquæ noui nihil addentes, factæq; viderentur plures dimensionis potius sectione
vec accidente quodam quàm essentialis differentia formæ. Quas ergo res deus non æquat inter se numeris atque
ponderibus, saltem congruitate proportionis adæquat. Vt si progrediaris in longum, videas creaturam primam ui
gore superare secundam proportione dupla: præterea secundam sicut per duplam superatur à prima, per duplam simi
liter tertiam superare, atque deinceps tertiam, quartam. Similibus quoque proportionibus quibus naturæ na-
turas superant, cognosces actiones naturarum & passiones vicissim excedere actiones aliarum atque passiones.
Si rursus digrediaris in amplum, videbis si comitantia creaturam primam vel circunstantia excedantur ab ea sex-
quialtera ratione, vel potius sexquitertia: simili proportione quæ circunfusa sunt creaturis sequentibus superari.
Non igitur arithmetica, sed geometrica potius æqualitate prouidentia gaudet. Hæc enim est iustitiæ propria, qua
ciuilis prudentia domum & ciuitatẽ gubernat, & regnum cui quidem prudentiæ Plotinus diuinam prouidentiã
comparauit. Item poeticæ simul & musicæ, denique & sæpius & libentius vegetali comparauit naturæ, animal
plantamq; regenti. Natura enim instrumentum est prouidentiæ. Hac igitur cõparatione docet, sicut animal vnũ-
quodq; vna dispensatur vbiq; natura, membris infimis tam præsente, quã summis: sic & mundanum hoc animal
vna prouidentia regi singulis vbiq; præsente. Inter hæc obseruabis in mũdo singula, sicut in animali membra vltra
communem conditionem vires quasdam & actiones proprias possidere. Item quã facilè in quolibet animali partes
propter communem naturam cum partibus sensu statim & passione communicant, tam facile singula in munda-
no hoc animali tanquam membra propter naturæ vnius communionem compati consentireq; inuicem, non solùm
quæ situ propinqua sunt, sed etiam quæ inter se longissimè distant: sicut enim ex capite ad pedes, sic ex mundi sum-
mis ad infima motio statim & affectio prosilit. Seminariam verò mundi vitam, qua velut forma totum hoc vnum
est animal vocat fatum, cuius explicatio quædam est series causarum motionumq; cælestium, in qua explicatione
Atropos nominatur aliquando firmamentum: Clotho verò volubilis admodum regio planetarum: Lachesis verò
quòd sub Lunam per sortes inde traducitur. Vniuersa igitur hæc dispensatio & dispositio rerum vbique simpliciter
prouidentia est, sed quoniam dependet à mente, & vbique mentis nutu peragitur, prouidentia nominatur. Quoni-
am verò per naturam animæ vegetalem, & subinde per cælestia proficiscitur, nominatur & fatum. Quæcunque
igitur fiunt fato, prouidentia fiunt: quamuis multa insuper faciat prouidentia, quæ fati terminis non clauduntur:
quæcunq; videlicet ad intellectualia pertinent, & quæ similiter intellectuales ipsæ substantiæ faciunt. Non aliter
verò

verò dependet fatum à prouidentia, quã à lumine calor. Vbi quæ facit calor, facit & lumẽ, neq; viciſſim. Mirabiles enim latent in lumine quæ nõ ſunt in calore virtutes. ſimiliter ſpiritus dependet ab anima, nihil abſq; anima faciens, aliquid ſine ſpiritu faciente. Hactenus cõmunia rerum actionũq; principia poſuit prouidentiã atq; fatum. Propria verò motionũ principia ſunt efficaces vbiq; naturæ: præſertim rationalis anima nõ vniformis tantum, nõ determinata prorſus ad vnum, ſed multiformis & ad diuerſa ſeipſam conſultãdo deriuans. Quicquid igitur venit ex fato, propriè pariterq; ex prouidentia venit: quod autẽ ex rationali natura fit propriè, non fit ex prouidẽtia propriè, quamuis quodã iufluxu cõmuni: quòd ſi cõſiliũ ad finem optimũ electiſſima procedit uia, id ſanè dũ fit ab anima ſecundum ordinem proficiſcitur, quem & ipſa prouidentia ſeruat: alioqui neq; à prouidentia fit, neq; ſecundũ primas prouidentiæ regulas, & quomodocunq; noſtræ res fiant, neq; prouidentiã latent, neq; negliguntur ab ea, ſed inſerũtur ordini prouidentiæ: perq; ipſas prouidentiæ regulas in habitu ſemper atque loco pro meritis congruo diſponuntur. Recti quidem motus per primas, obliqui verò per ſecundas prouidentiæ regulas digeruntur: non aliter quã natura faciat in corpore viuo, dum ſanitatem cuſtodit membris, perditamq; alteratione reſtituit, humores quoſq; ſuis locis accommodans atq; purgans. Quòd autem nos præuaricemur interdum ordinem prouidentiæ, vel ſolùm ex ignorantia noſtra contingit propter negligentiam contingente, dum negligentius conſultamus, vel etiam ex procliuitate ſenſus atque naturæ oblectamentis externis nimium concedentis. Tametſi quæ nobis offeruntur extrinſecus non tam pro natura ſua, quã pro qualitate noſtra nos mouent: veruntamen ex occurſu ſæpe certi hominis ad hominem certum, ſiue rem quampiam nouum aliquid occultumq; contingit, vel in vtroque vel alterutro ſaltem, ob cauſam nobis ignotam, prouidentiæ notam, ſiue id accidat ex noſtris vbiq; proprietatibus foras etiam emicantibus, ſuoq; confluxu proprietatem tertiam generantibus, ſiue noſtrorum poteſtate dæmonum, ſiue ſtellarum influxibus in nobis & ex nobis aliter atque aliter confluentibus, quod mirabiliter feliciterq; ex Socrate contigiſſe multis Plato in Theage teſtatur.

Quo conſequentiæ ordine poſsint ex bonis præuideri mala. Quomodo in præſentibus ſint futurorum ſigna.

VI Si mala non ſunt ſecundũ prouidentiæ ordinẽ, carere videntur ordine: itaq; præuideri nõ poſſe videntur: præuidentur tamen à multis. Quomodo igitur præſagiri poſſunt? quoniam vel conſequuntur tandem ad ipſum ordinem prouidentiæ, vel ſi diuulſa contingant, inſtituto prouidentiæ ordini mirabiliter inſeruntur. Proinde cùm à primo ad vltimum gradatim diuiſio multitudoq; creſcat, ideoq; in mundo corporeo ſit extrema diuiſio, neceſſe eſt quod in mundis ſuperioribus eſt, non materia quidem ipſa, ſed quaſi quiddam materiale, dum ad actum eius abſolutiſſimum comparatur, à quo non re ipſa, ſed quadam ratione diſtinguitur, id in mundo corporeo iam eſſe materiam, & à natura formæ tum re ipſa, tum longiſſimè ſeparari: itaq; informe per ſe remanet atq; malum. Vides ergo quo potiſſimum ordine conſequentiæ mens videre præuidereq; poſſit ex forma materiam, ex bono denique malum. Præterea prouidentiæ ordo conſtituit varios in mundo habitus qualitatum, qui naturali fœcunditate longa deinceps propagatione procederent. Ex hoc progreſſionis ordine coguntur multa longius à ſuo fonte diſtare, ideoq; deterius ſe habere. Vides iterum qua prouidẽtiæ ſerie ex habitibus prænoſci priuationes poſſint atq; defectus. Quemadmodum verò & ipſe mundus & res in eo ex formoſo conſtant atque deformi, perfectionesq; naturarum paulatim deſinunt in defectus, ſic & omnium actiones. Itaque ex ipſo actionum recto vigore longius deſcendente præſentiri poteſt obliquitas earundem atque defectus: ſed tale præſagium ex principijs extrema proſpiciens, ad Deum pertinet atque diuinos: cæteri verò non per cauſas quidem latentes, ſed per indicia quæ palàm cauſas comitantur futura præuident in præſentibus: perinde atque ille qui ſæpe quæ facturus in poſterum ſit amicus, per eius literas iam certior eſt effectus. Præſentes nanq; rerum cauſæ, in quibus futuri continentur effectus, agunt aliquid paſſim, quaſi ſcribendo venturis quodammodo congruens, ex quo ſagaces quaſi legendo futura præſagiunt. Cùm enim omnia hæc animalis vnius mundani ſint membra, meritò ſuperiorum membrorum motus inferiora membra motibus ſuis frequenter vel ſequũtur vel imitantur, atq; in ſuperioribus inferiorũ præferuntur indicia, quibus ſæpe cõparatione quadam proportionis potiùs quàm efficacia rationis futuri cognoſcũtur euentus: ſic igitur auſpex ita prædicit: volauit huic auis in altum, illi verò contrà: hic igitur altius extolletur, deprimetur ille: ſimiliter augur garritu auium lætiore, lætiora promittit: triſtia triſtiore minatur. ſimiliter aſtrologi ſolent altitudinem dignitatis per planetarum altitudinem deſignare. Poſt hæc notabis rerum, ſicut ratio ſeminaria mundi eſt vna quædam vita ex multis congeſta ſeminibus, quæ nec facit ipſa, ſed ſic affecta proceſſit: nec aliud ibi generat aliud, ſed conſpirant: ita mundum hunc vnà cum membris ſuis inde velut vnum animal pullulare, neq; ipſum facere membra, ſed fieri: neq; membra hæc illa facere, ſed mouere, viciſſimq; moueri: & ſingula non vtcunq;, ſed pro natura ſua pati vel agere, & ſignificare alijs ſuo quodam pacto, & ab alijs ita ſignificari.

Quòd in prouidentia Dei actio artificioſa & naturalis eſt eadem, quæ gubernat mundum ſicut vita plantam.

VII Neque verò audiendi ſunt qui cauillantur: ſi eſt prouidentia, ergo non eſt malum: ſin verò malum eſt, non eſt igitur prouidentia: imò ex hoc ipſo quòd optimum ipſum agit, prouidendò, & agendo prouidet, agit curatq; aliquid minus bonum. Gradatim verò per bonum minus atq; minus peruenitur in malum. Tolle malum, ſubſtuleris prouidentiam. Prouidentiam videre deſideras? memẽto dotes quæ ſunt in inferioribus diſtributæ, eſſe in ſuperiore collectas. Sic aſtronomi calorem humoremq; per Martem ſeorſum Lunamq; diſperſum, agnoſcunt in Ioue coniunctum. Mentem diuinam credis eſſe natura & arte ſuperiorem: nam & naturam illius inſtrumentum eſſe non negas, & artem putas æmulam vtriuſq;. Artem cognoſcis intelligere quidem quæ fabricat: quandoquidem facit intelligendo, ſed extrinſecus fabricare: Naturam fateris agere quidem intus, ſed abſq; propria intelligentia facere. Vtrunque igitur imperfectum eſſe deprehendis, vnde redigere cogeris ad perfectum, quòd & intelligendo fabricet intus, & intelligat ſimiliter fabricando. Sic diuinam prouidentiam apprehẽdis, vbi in vna re ſunt coniuncta quæ

in rebus sunt duabus, id est, natura & arte disiuncta, vbi in vna prorsus eademque potentia colliguntur, quæ in ani
ma tua per duas potentias diuiduntur. Per aliam quidem potentiã intelligis atque disputas, per aliam interim cor-
pus alis, singulaque in corpore generas & dispensas: quapropter neque generas quæ intelligis, neque vicißim intelligis
quæ tu generas. Mẽtem verò diuinam cogita eodem prorsus actu, quo & quomodo intelligit, pariter generare, atque
vicißim. Sicut lucere atque calere, quæ per duas qualitates sunt in igne, sunt in sole per vnam: sic intelligere atque ge
nerare in te duo sunt actus per geminas quoque vires, in Deo sunt vnicus actus, cui subest & intelligentia quædam
animæ mundi artis instar, & vegetalis animæ mũdanæ potentia loco naturæ. His verò subest mũdi corpus, sic ani
matum, ita rectum, vt corpus animalis & plantæ. cõspirant enim tria hæc inuicem, diuina mens, anima mũdi, na-
tura, in quibus omnia mundana sic insunt, vt totum comprehendatur in quolibet. Horum igitur conspiratio radix
mundani arboris nominatur, siue radicalis vigor per arborẽ totus vbique diffusus. In arbore verò mũdano res iam ita
sunt differentes, vt à radice stipes, ab hoc rami multi, ab his surculi plures, ab his folia pomaque cõplurima: in quibus
quãuis extremis, radicis vigor ipse seruatur aptus ad propagandum. In his igitur considerare licet primũ mundana
omnia, quantumcunque disiuncta inter se videantur, inuicem tamen esse connexa, eidemque subnexa principio: de-
inde facilè inter se in actione paßioneque posse communicare. Præterea facillimè regi ab eodem omnia vbique ma
nente, & in vnum articulatim ad nerui modum cuncta penitus connectente.

ΠΛΩΤΙΝΟΥ
ΕΝΝΕΑΔΟΣ Γ
ΛΟΓΟΣ Β.

PLOTINI
ENNEAD. TERTIAE,
LIBER II.

ΠΕΡῚ προνοίας πρῶτος.

De Prouidentia.

QVOD essentiam compositionemque vniuersi committere casui atq; fortunæ irrationale sit, propriumq; hominis neq; intellectum neq; sensum habentis, perspicuũ est etiam ante quãlibet rationem: quanquam & de hoc ipso multæ sufficiẽtesq; adductæ sunt rationes. Oportet autem à principio disputationem assumentes, cõsiderare modum ipsum, quo hæc omnia fiant, factaque fuerint: præsertim cùm in quibusdam quasi non rectè fiant, accidat de totius prouidentia dubitare, vnde nonnullis contigit prouidentiam omnino negare, nonnullis autem affirmare, mundum fuisse à malo artifice constitutum. Missam in præsentia faciamus prouidentiam illam, quæ in singulis faciendis est ratio quædam ante opus, describens quo pacto oporteat fieri, & quo non fieri quicquam eorum quæ facere non expediat. item quomodo nobis adsit aliquid, vel non adsit: quam verò vniuersi prouidentiam appellamus, hanc in præsentia supponentes, quæ deinceps sequuntur congruè connectamus. Si igitur mundum ex quodam tempore, quum prius non fuisset, factum arbitraremur, eandem

1 Dispositio mundi fit à prouidentia diuinæ mentis, non præcedente per tempus vel consultante, sed antecedente per ordinem causæ & exprimente mundum modo sigilli naturalis & firmi.

A TO μὲν τῷ αὐτομάτῳ καὶ τύχῃ διδόναι τοῦ δὲ τοῦ παντὸς τὴν οὐσίαν καὶ σύστασιν ὡς ἄλογον. καὶ ἀνδρὸς οὔτε νοῦν οὔτε αἴσθησιν κεκτημένον, δῆλόν που καὶ πρὸ λόγου. καὶ πολλοὶ καὶ ἱκανοὶ καταβέβληνται δεικνύντες τοῦτο λόγοι. τὸ δὲ τίς ὁ τρόπος τοῦ ταῦτα γίνεσθαι ἕκαστα καὶ πεποιῆσθαι, ἐξ ὧν καὶ ἐνίων ὡς οὐκ ὀρθῶς γινομένων, B ἀπορεῖν περὶ τῆς τοῦ παντὸς προνοίας συμβαίνει. καὶ τοῖς μὲν ἐπῆλθε, μὴ δὲ εἶναι εἰπεῖν. τοῖς δὲ, ὡς ὑπὸ κακοῦ δημιουργοῦ ἐστι * γεγενημένη, ἐπισκέψασθαι προσήκει ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς, τὸν λόγον λαβόντας. πρόνοιαν τοίνυν τὴν μὲν ἐφ' ἑκάστῳ ἣ ἐστὶ λόγος πρὸ ἔργου, ὅπως δεῖ γενέσθαι ἢ μὴ γενέσθαι τι τῶν οὐ δεόντων πραχθῆναι, C ἢ ὅπως τί εἴη, ἢ μὴ εἴη ἡμῖν, ἀφείσθω. ἣν δὲ τοῦ παντὸς λέγομεν πρόνοιαν εἶναι, ταύτην ὑποθέμενοι, τὰ ἐφ' ἑξῆς συνάπτωμεν. εἰ μὲν οὖν ἀπό τινος χρόνου πρότερον οὐκ ὄντα τὸν κόσμον, ἐλέγομεν γεγονέναι, τὴν αὐτὴν ἂν τῷ λόγῳ ἐτιθέμεθα,

* γεγενημένον

A μεθα, οἵαν καὶ ἐπὶ τοῖς κατὰ μέρος ἐλέγομεν εἶναι. προόρασίν τινα καὶ λογισμὸν θεοῦ, ὡς ἂν γένοιτο τόδε τὸ πᾶν, καὶ ὡς ἂν ἄριστα κατὰ τὸ δυνατὸν εἴη. ἐπεὶ δὲ τὸ ἀεὶ καὶ τὸ οὔποτε μὴ, τῷ κόσμῳ τῷδε φαμὲν παρεῖναι, τὴν πρόνοιαν ὀρθῶς ἂν καὶ ἀκολούθως λέγοιμεν τῷ παντὶ εἶναι, τὸ κατὰ νοῦ* αὐτὸν εἶναι, καὶ νοῦν πρὸ αὐτοῦ εἶναι. οὐχ ὡς χρόνον πρότερον αὐτοῦ ὄντα, ἀλλ᾽ ὅτι παρὰ νοῦ ἐστι. καὶ φύ-

[margin: αὐτὸ]

B σει πρότερος ἐκεῖνος. καὶ αἴτιος τούτου, ἀρχέτυπον οἷον καὶ παράδειγμα εἰκόνος τούτου ὄντος, καὶ δι᾽ ἐκεῖνον ὄντος. καὶ ὑποστάντος ἀεὶ, τόνδε τὸν τρόπον. ἡ τοῦ νοῦ καὶ τοῦ ὄντος φύσις, κόσμος ἐστὶν ὁ ἀληθινὸς καὶ πρῶτος. οὐ διαστὰς ἀφ᾽ ἑαυτοῦ. οὐδὲ ἀσθενὴς τῷ μερισμῷ. οὐδὲ ἐλλειπὴς. οὐδὲ τοῖς μέρεσι γενόμενος, ἅτε ἑκάστου μὴ ἀποσπασθέντος τοῦ

C ὅλου. ἀλλ᾽ ἡ πᾶσα ζωὴ αὐτοῦ καὶ πᾶς νοῦς, ἐν ἑνὶ ζῶσα καὶ νοοῦσα ὁμοῦ. καὶ τὸ μέρος παρέχεται ὅλον. καὶ πᾶν αὐτῷ φίλον, οὐ χωρισθὲν ἄλλο ἀπ᾽ ἄλλου. οὐδὲ ἕτερον γεγενημένον μόνον, καὶ τῶν ἄλλων ἀπεξενωμένον. ὅθεν οὐδὲ ἀδικεῖ ἄλλο ἄλλῳ, οὐδ᾽ ἂν* εἴη ἐναντίον. πανταχοῦ δὲ ὂν ἕν. καὶ τέλειον ὁπουοῦν, ἕστηκέ τε καὶ ἀλλοίωσιν οὐκ ἔχει. οὐδὲ γὰρ ποιεῖ ἄλλο εἰς

[margin: ἢ ἐναντίον]

D ἄλλο. τίνος γὰρ ἂν ἕνεκα ποιοῖ, ἐλλεῖπον οὐδενὶ, τί δ᾽ ἂν λόγος λόγον ἐργάσατο. ἢ νοῦς νοῦν ἄλλον, ἀλλὰ τὸ δι᾽ αὐτοῦ δύνασθαί τι ποιεῖν. ἦν ἄρα οὐκ εὖ ἔχοντος πάντη, ἀλλὰ ταύτῃ ποιοῦντος καὶ κινουμένου, καθ᾽ ὅτι καὶ χεῖρον ἐστί. τοῖς δὲ πάντη μακαρίοις, ἐν αὐτοῖς ἑστάναι. καὶ τοῦτο εἶναι. ὅπερ εἰσὶ, μόνον ἀρκεῖ. τὸ δὲ πολυπραγμονεῖν, οὐκ ἀσφαλὲς,

E ἑαυτοὺς ἐξ αὐτῶν παρακινοῦσιν. ἀλλὰ γὰρ οὕτω μακάριον κἀκεῖνο, ὡς ἐν τῷ μὴ ποιεῖν, μεγάλα αὖ ἐργάζεσθαι, καὶ ἐν τῷ ἐφ᾽ ἑαυτοῦ μένειν, οὐ σμικρὰ ποιεῖν.

ΥΦΙΣΤΑΤΑΙ γοῦν ἐκ τοῦ κόσμου τοῦ ἀληθινοῦ ἐκείνου καὶ ἑνὸς, κόσμος οὗτος, οὐχ εἷς ἀληθῶς. πολὺς γοῦν καὶ εἰς πλῆθος μεμερισμένος, καὶ ἄλλο ἀπ᾽ ἄλλου ἀφεστηκὸς, καὶ ἀλλότριον γεγενημένον. καὶ οὐκ ἔτι φιλία μό-

F νον, ἀλλὰ καὶ ἔχθρα τῇ διαστάσει, καὶ ἐν τῇ ἐλλείψει, ἐξ ἀνάγκης πολέμιον ἄλλο ἄλλῳ. οὐ γὰρ ἀρκεῖ αὐτῷ τὸ μέρος, ἀλλὰ σωζόμενον τῷ ἄλλῳ, πολέμιόν ἐστιν, ὑφ᾽ οὗ σώζεται. γέγονε δὲ, οὐ λογισμῷ * τοῦ ἰδεῖν γενέσθαι, ἀλλὰ φύσεως δευτέρας ἀνάγκῃ. οὐ γὰρ ἦν τοιοῦτον ἐκεῖνο, οἷον ἔσχατον εἶναι τῶν ὄντων. πρῶ-

[margin: τῷ δεῖν]

G τον γὰρ ἦν, καὶ πολλὴν δύναμιν ἔχον, καὶ πᾶσαν καὶ ταύτην τοίνυν τὴν τοῦ ποιεῖν ἄλλο, αὐτὸ τοῦ ζητεῖν ποιῆσαι. ἤδη γὰρ ἂν αὐτόθεν οὐκ εἶχεν, εἰ ἐζήτει. οὐδ᾽ ἂν ἦν ἐκ τῆς αὐτοῦ οὐσίας, ἀλλ᾽ ἦν οἷον τεχνίτης, ἀφ᾽ αὑτοῦ τὸ ποιεῖν οὐχ ἔχων. ἀλλ᾽ ἐπακτὸν, ἐκ τοῦ μαθεῖν λαβὼν τοῦτο,

A prouidentiam poneremus, quam & in singulorum effectione posuimus, præuisionem videlicet quandam ratiocinationemque Dei deliberantis qua conditione potissimum fieret vniuersum, & qua ratione quamoptimè quoad fieri posset, construeretur. Quoniam verò mundum hunc arbitramur esse quidem semper, nūquam verò non esse, meritò prouidentiam consequēter mūdo assignare debemus: hoc ipsum

B quòd secundum mentem fit, mensque fit ante ipsum non quasi præcedens tempore, sed quoniam hic est à mente, priorque natura mens est quàm mundus, causaque mens existit mundi, ac velut principalis forma atque exemplar, mundi, inquam, huius velut imaginis per exemplar illud existentis, eodemque modo inde perpetuò subsistentis. Est autem modus eiusmodi: Ipsa mentis entisque natura mundus est & verus, & primus, à seipso non distans, neque conditione vlla diuidua debilis, neque ob defe-

C ctum vllum etiam in partibus indigens, quippe quum nulla pars sit à toto secreta, sed tota ipsius vita, totaque mens in vno viuens simulque intelligens, etiam partem reddat vt totum, & omne sibimet amicum, vbi aliud non est ab alio segregatum, neque aliquid solitarium, vel à cæteris destitutum: quo fit, vt alterum non noceat alteri, neque etiam si sit contrarium. Quum verò vbique sit, perfectumque vbiq; nimirum permanet, nec mutationem vllā prorsus admit-

D tit: neque enim aliud illic agit in aliud. nam cuius gratia in aliud agat, quum nihil desit omnino? Cur enim ratio illic faciat rationem, vel intellectus alium intellectum, nunquid ex eo quòd per se possit aliquid facere? At verò ita nō omnino se bene prius haberet: sed eatenus tētaret facere, moueretur q;, quatenus in se nōnihil deterius esset. Omnino verò beatis satis est cōsistere in seipsis, idq; qđ sunt dūtaxat existere. At negociari nō satis est tutū, sed negociātes cogit

E digredi à seipsis. Vsqueadeò verò beatū est illud mūdi huius exēplar, vt nō faciēdo maxima faciat, penesq; seipsum ꝑmanēdo nō parua ꝑficiat.

AB illo itaq; mūdo uero prorsus & vno mūdus hic dependet iam nō verè vnus: multiplex ergo in multitudinemq; diuisus, in quo aliud ab alio distans alienumq; prouenit. Neq; amplius hic viget amicitia solūm, sed propter distantiam discordia nascitur, atq; in ipso defectu alia iam necessariò alijs aduersantur. Nō enim pars

[margin: II. Mūdus hic ex intelligibili nascitur, ex vnico dispersus, vt animal ex semine: dū materia ab intellectu primo simul & animali rationem accipit seminalē.]

F vlla sibi ipsi sufficit: sed dum salutem sibi quærit aliunde, bellum illi infert ex quo seruatur. Factus est autem non ratiocinatione quadam concludente faciendū esse, sed necessitate quadam faciente vt secunda natura primā comitaretur: non enim intelligibilis mūdus talis erat, vt rerum esse posset extremū. Primum nanque erat, potestatemq; habebat quamplurimā, imò verò totam, & hāc quidem ad aliud faciendum,

G procul ab ea cura quę agere quærat: alioquin id suapte natura minimè habuisset, si fortè quæsierit. Neque ex sua esset essentia, sed foret velut artifex non habens à seipso quod faciat, sed tanquam aduentitium comparans perdiscendo.

Intellectus igitur infundens sui aliquid in materiam, immobilis ipse quietusq; consistens omnia fabricauit: id autem est ratio ab intellectu profluens. Sanè quod ab intellectu defluit, ratio est, effluitq; semper quandiu intellectus ipse in rerum ordine permanet. Quemadmodum verò in ratione inserta semini simul omnia in eodemq; sunt, nihilq; cum alio pugnat, aut dissidet, aut impedit, atq; interea aliquid fit in mole, in qua quidem alibi est pars alia, & aliud impeditur, læditurq; ab alio: sic vtiq; ex vno intellectu rationeq; ab ipso manante pullulauit hoc vniuersum à seipso iam distans: atq; necessariò alia quidem nata sunt amica inter se atq; salutaria, alia verò inimica atq; perniciosa: & partim quidem volentia, partim nolentia inuicem se disperdunt: ipsoq; interitu generationem mutuã operantur. atq; simul harmoniam vnam in his talia patientibus agẽtibusq; faber instituit, dũ singula proprium quiddam sonant: ratio verò in ipsis consonantiam contemperantiamq; ordinis vnam per vniuersa constituit. Est enim id vniuersum non quemadmodũ illic intellectus & ratio, sed intellectus ipsius rationisq; particeps. Quapropter indiguit consonantia intellectu videlicet simul necessitateq; cõcurrente: & hac quidem ad id quod deterius est trahente, in priuationemq; rationis deflectente: quippe quum ipsa careat ratione, intellectu autem necessitati interim dominante. Intelligibilis enim mundus solùm ratio est, neq; fieri potest alter talis, vt sit ratio solùm. Quòd si quid aliud post ipsum factũ est, oportuit minus illo euadere, neq; amplius rationem, neq; rursus quandam duntaxat materiam, alioquin ordine caruisset. prodijt itaq; mixtum. Et profectò illa in q̃ mũdus desinit, materia est & ratio: illud verò vnde exorditur & regitur, anima est mixto perfecta: quam quidem laborare non est putandũ, quippe quum ipsa velut præsentia gubernet facillimè totum.

III Mũdus corporeus procedit ab intelligẽtia diuina modo naturæ, & quàm optimus fieri potest, si totius ipse consideratur.

NEQVE potest quispiã huic mũdo quasi non pulchro iure detrahere, vel quasi non optimus sit omniũ quæ esse cum corpore possint: neq; rursus causam per quã mundus est, incusare. Primò quidẽ cùm ex necessitate sit mundus, neq; rationis cõsilio sit constructus, sed à natura præstantiore secundũ naturã opus sibi simile generante: deinde neq; etiam si consiliũ in causa fuerit, mũdus dedecori est auctori. Ille nanq; totum quiddam fecit pulchrum prorsus atque sufficiens, sibiquemet amicum: præterea partibus suis tum maioribus tum minoribus æquè conueniens. Quisquis igitur in partibus vituperat totum, stultè vituperat: siquidem tum partes ad ipsum totum comparando decet considerare num consonent, accommodenturque toti: tum ipsum totum considerando ad minimas quasque particulas nequaquam decet aspicere: alioquin id non foret hominis mundum vituperantis, sed quasdam mundi partes ab alijs seorsum accipientis. Quemadmodum si quis totius animalis pilum solùm, vel digitulum pedis intueatur, negligens mirum totius hominis spectaculum cõtemplari, & per Iouem

A νοῦς τοίνυν δοὺς τι ἑαυτοῦ εἰς ὕλην, ἀτρεμὴς καὶ ἥσυχος τὰ πάντα εἰργάζετο * οὗτος δὲ ὁ λόγος, ἐκ νοῦ ῥυείς. τὸ γὰρ ἀπορρέον ἐκ νοῦ, λόγος. καὶ ἀεὶ ἀπορρεῖ, ἕως ἂν ᾖ παρὼν ἐν τοῖς οὖσι νοῦς. ὥσπερ δὲ ἐν λόγῳ τῷ ἐν τῷ σπέρματι ὁμοῦ πάντων καὶ ἐν τῷ αὐτῷ ὄντων, καὶ οὐδενὸς οὐδενὶ μαχομένου, οὐδὲ διαφερομένου, οὐδὲ ἐμποδίου ὄντος, γίνεταί τι ἤδη ἐν ὄγκῳ, καὶ ἄλλο μέρος ἀλλαχοῦ. ὃ δὴ καὶ ἐμποδίσειεν
B ἂν * ἕτερος ἑτέρῳ, καὶ ἀπαναλώσειεν ἄλλο ἄλλο. οὕτω δὴ καὶ ἐξ ἑνὸς νοῦ καὶ τοῦ ἀπ' αὐτοῦ λόγου, ἀνέστη τόδε τὸ πᾶν, καὶ διέστη. καὶ ἐξ ἀνάγκης τὰ μὲν ἐγένετο φίλα καὶ προσηνῆ, τὰ δὲ ἐχθρὰ καὶ πολέμια. καὶ τὰ μὲν ἑκόντα, τὰ δὲ καὶ ἄκοντα, ἀλλήλοις ἐλυμήνατο. καὶ φθειρόμενα θάτερα, γένεσιν ἀλλήλοις εἰργάσατο. καὶ μίαν ἐπ' αὐτοῖς τοιαῦτα ποιοῦσι
C καὶ πάσχουσι ὅμως ἁρμονίαν συνεστήσατο. φθεγγομένων μὲν ἑκάστων τὰ αὐτῶν. τοῦ δὲ λόγου ἐπ' αὐτοῖς τὴν ἁρμονίαν καὶ μίαν τὴν σύνταξιν εἰς τὰ ὅλα ποιουμένου. ἔστι γὰρ τὸ πᾶν τόδε, οὐχ ὥσπερ ἐκεῖ νοῦς καὶ λόγος, ἀλλὰ μετέχον νοῦ καὶ λόγου. διὸ καὶ ἐδεήθη ἁρμονίας συνελθόντος νοῦ καὶ ἀνάγκης. τῆς μὲν, πρὸς τὸ χεῖρον ἑλκούσης, καὶ εἰς ἀλογίαν φερούσης.
D * ἅτε οὐκ οὔσης λόγου, ἄρχοντος δὲ νοῦ ὅμως ἀνάγκης. ὁ μὲν γὰρ νοητὸς, μόνον λόγος· καὶ οὐκ ἂν γένοιτο ἄλλος μόνον λόγος. εἰ δέ τι ἐγένετο ἄλλο, ἔδει ἔλαττον * ἐκεῖνον, καὶ μὴ λόγον. μὴ δὲ αὖ ὕλην τινὰ, ἄκοσμον γὰρ μικτὸν ἄρα. καὶ εἰς ἃ μὴν λήγει, ὕλη καὶ λόγος, * ὅθεν δὲ ἄρχεται, ψυχὴ ἐφεστῶσα τῷ μεμιγμένῳ. ἣν, * οὐκ ἀποπαθεῖν δεῖ νομίζειν ῥᾶστα διοικοῦσαν τό γε τὸ πᾶν, τῇ οἷον παρουσίᾳ.

* οὗτος δὴ λόγος ἐκ νοῦ ῥυείς.
* ἕτερον
* ἅτε οὔσης ἀλόγου.
* ἐκείνου
* ὅθεν ἄρχεται
* οὐ κάμνειν δεῖν

E

ΚΑΙ οὐκ ἄν τις εἰκότως οὐδὲ τοῦτο μέμψαιτο ὡς οὐ καλῷ. * οὐδὲ τῷ μετὰ σώματος οὐκ ἀρίστῳ. οὐδ' αὖ τὸν αἴτιον τοῦ εἶναι αὐτῷ αἰτιάσαιτο. πρῶτον μὲν ἐξ ἀνάγκης ὄντος αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐκ λογισμοῦ γενομένου, ἀλλὰ φύσεως ἀμείνονος γεννώσης κατὰ φύσιν ὅμοιον ἑαυτῇ. ἔπειτα οὐδ' εἰ λογισμὸς εἴη ὁ ποιήσας, αἰσχυνεῖται τῷ ποιηθέντι. ὅλον
F γάρ τι ἐποίησε πάγκαλον, καὶ αὔταρκες, καὶ φίλον αὐτῷ. καὶ τοῖς μέρεσι τοῖς αὐτοῦ τοῖς τε κυριωτέροις καὶ τοῖς ἐλάττωσιν, ὡσαύτως * προσφόροις. ὁ τοίνυν ἐκ τῶν μερῶν τὸ ὅλον αἰτιώμενος, ἄτοπος ἂν εἴη τῆς αἰτίας. τά τε γὰρ μέρη, πρὸς αὐτὸ τὸ ὅλον δεῖ σκοπεῖν, εἰ σύμφωνα καὶ ἁρμόττοντα ἐκείνῳ. τό τε ὅλον σκοπούμενον, μὴ πρὸς μέρη ἄττα μικρὰ βλέπειν. τοῦτο γὰρ, οὐ τὸν κόσμον αἰτιωμένου,
G ἀλλά τινα τῶν αὐτοῦ χωρὶς λαβόντα, οἷον εἰ παντὸς ζώου τρίχα, ἢ τῶν χαμαὶ δακτύλων, ἀμελήσας τὸν πάντα ἄνθρωπον δαιμονίαν τινὰ

* ἢ τῷ μετὰ σώματος
* πρόσφορον

A ὄψιν βλέπειν. ἢ νὴ Δία τὰ ἄλλα ζῶα ἀφεὶς, τὸ ἀτελέστατον λαμβάνοι, ἢ τὸ ὅλον γένος παρεὶς, οἷον τὸ ἀνθρώπου, Θερσίτην εἰς μέσον ἄγοι. ἐπεὶ οὖν τὸ γενόμενον ὁ κόσμος ἐστὶν ὁ σύμπας, τοῦτον θεωρῶν, τάχ' ἂν ἀκούσαις παρ' αὐτοῦ, ὡς ἐμὲ πεποίηκε θεός. κἀγὼ ἐκεῖθεν ἐγενόμην τέλειος ἐκ πάντων ζώων. καὶ ἱκανὸς ἐμαυτῷ καὶ αὐτάρκης, οὐδενὸς δεόμενος. ὅτι πάντα ἐν ἐμοὶ, καὶ φυτὰ, καὶ ζῶα, καὶ συμ- B πάντων τῶν γενητῶν φύσις, καὶ θεοὶ πολλοὶ, καὶ δαιμόνων δῆμοι, καὶ ψυχαὶ ἀγαθαὶ, καὶ ἄνθρωποι ἀρετῇ εὐδαίμονες. * οὐ δὲ γὰρ γῆ μὲν κεκόσμηται φυτοῖς τε πᾶσι καὶ ζώοις παντοδαποῖς, καὶ μέχρι θαλάσσης ψυχῆς ἦλθεν δύναμις· ἀὴρ δὲ πᾶς, καὶ αἰθὴρ, καὶ οὐρανὸς σύμπας, ψυχῆς ἄμοιρος. ἀλλ' ἐκεῖ ψυχαὶ ἀγαθαὶ πᾶσαι, ἄστροις ζῆν διδοῦσαι. καὶ C τῇ εὐτάκτῳ οὐρανοῦ καὶ ἀιδίῳ περιφορᾷ, νοῦ μιμήσει κύκλῳ φερομένῃ, ἐμφρόνως περὶ ταὐτὸν ἀεί. οὐδὲν γὰρ ἔξω ζητεῖ. πάντα δὲ τὰ ἐν ἐμοὶ, ἐφίεται μὲν τοῦ ἀγαθοῦ. τυγχάνει δὲ κατὰ δύναμιν τὴν ἑαυτῶν ἕκαστα. ἐξήρτηται γὰρ, πᾶς μὲν οὐρανὸς ἐκείνου. πᾶσα δὲ ἐμὴ ψυχή. καὶ οἱ ἐν μέρεσιν ἐμοῖς θεὸν, καὶ τὰ ζῶα δὲ πάντα. καὶ φυτὰ, καὶ εἴ τι ἄψυχον δοκεῖ εἶναι ἐν ἐμοί· καὶ τὰ μὲν, τοῦ εἶναι μετέχειν δο- D κεῖ μόνον· τὰ δὲ τοῦ ζῆν, τὰ δὲ μᾶλλον, ἐν τῷ αἰσθάνεσθαι. τὰ δὲ ἤδη λόγον ἔχει, τὰ δὲ πᾶσαν ζωήν. οὐ γὰρ τὰ ἴσα ἀπαιτεῖν δεῖ τοῖς μὴ ἴσοις. οὐ δὲ γὰρ δακτύλῳ τὸ βλέπειν, ἀλλὰ ὀφθαλμῷ * τοῦτο. δακτύλῳ δὲ ἄλλο τὸ εἶναι οἶμαι δακτύλῳ, καὶ τὸ αὑτοῦ ἔχειν.

Marg.: * γὰρ δὴ — * τούτῳ

ΠΥΡ δὲ εἰ ὑπὸ ὕδατος σβέννυται, καὶ ἕτερον ὑπὸ πυρὸς φθείρεται, μὴ θαυμά- E σῃς. καὶ γὰρ εἰς τὸ εἶναι, ἄλλο αὐτὸ ἤγαγεν· οὐκ ἀχθὲν ὑφ' αὑτοῦ, ὑπ' ἄλλου ἐφθάρη, καὶ ἦλθε δὲ εἰς τὸ εἶναι ὑπ' ἄλλου φθορᾶς, καὶ ἡ φθορὰ δὲ αὐτῷ· οὐδὲν ἂν, εἰ οὕτω δεινὸν φέροι. καὶ ἀντὶ τοῦ φθαρέντος πυρὸς, πῦρ ἄλλο. τῷ μὲν γὰρ ἀσωμάτῳ οὐρανῷ, ἕκαστον μένει, ἐν δὲ τῷδε τῷ οὐρανῷ, πᾶν μὲν ἀεὶ ζῇ, καὶ ὅσα τίμια καὶ κύρια μέρη. αἱ δὲ ἀμείβουσαι ψυ- F χαὶ σώματα, καὶ ἄλλοτε ἐν ἄλλῳ εἴδη γίγνονται· καὶ ὅταν δὲ δύνηται, ἔξω γενέσεως στᾶσα ψυχὴ, μετὰ τῆς πάσης ἐστὶ ψυχῆς. σώματα δὲ ζῇ κατ' εἶδος καὶ καθ' ὅλα ἕκαστα, εἴπερ ἐξ αὐτῶν καὶ ζῶα ἔσται καὶ τραφήσεται. ζωὴ γὰρ ἐνταῦθα κινουμένη, ἐκεῖ δὲ ἀκίνητος. ἔδει δὲ κίνησιν ἐξ ἀκινησίας εἶναι, καὶ ἐκ τῆς ἐν αὐτῇ ζωῆς, τὴν ἐξ αὐτῆς γεγονέναι G ἄλλην. οἷον ἐμπνέουσαν καὶ οὐκ ἀτρεμοῦσαν ζωὴν ἀναπνοὴν τῆς ἠρεμούσης οὖσαν· ζώων δὲ εἰς ἄλληλα, ἀναγκαῖα, αἱ ἐπιθέσεις καὶ φθοραί.

perinde ac si quis omissis omnino cæteris animantibus, accipiat abiectissimum, vel genere quodā toto dimisso velut humano Thersitem adducat in mediū. Quoniā verò quod factū est, mūdus simul est totus, si mentis aures ad hunc cōuertere libeat, forsan audies ita clamantē: Me proculdubio fecit Deus, atque ego inde factus sum perfectus ex cunctis animalibus constitutus, mihi ipsi sufficiens, mihi penitus satisfaciens, nullius indigus: quoniam omnia sunt in me animalia simul atque plantæ, cunctorum natura generalium, Dij quamplurimi, dæmonum populi, bonorum exercitus animorum, homines virtute felices. Neque enim terra sola ornata quidem est plantis omnibus & omnigenis animantibus, neque tantùm vsque ad mare potestas animæ se diffudit: aer autem totus & æther totumque cælum anima vitaque caret: verùm animæ illic quoque sunt omnes bonæ vitam stellis suppeditantes, reuolutionique cælesti ordinatissimè simul atque sempiternè. Adde & ad imitationem mentis in circuitum agitatę sapienter circa idem semper: nihil enim quærit extrinsecus. Præterea quæcunque in me sunt, appetunt quidem omnia bonum, singula verò pro facultate propria consequuntur. Dependet enim totum ab illo cælum, tota quinetiam anima mea. Præterea dij qui in partibus meis regnant: item animalia omnia simul & plantæ: denique si quid etiam esse in me videtur inanimum. Tum verò alia quidem essendi tantum participia esse videntur, alia verò viuendi, alia magis sentiendi, alia iam rationem habent, alia totam denique vitam. Non enim æqualia passim in rebus non æqualibus requirere decet: neque vt digitus videat, exigēdum, sed oculo id est assignandum: digitò verò aliud quiddam desiderandū: Id autem esse arbitror, vt sit digitus, propriumque officium peragat.

NEMO admirari debet, quòd ignis ab aqua extinguatur, & ipse alia sæpe consumat: etenim aliud quiddam hunc ad suum esse perduxit: nec iniuria à seipso non productus ab alio quoque corrumpitur: quinetiam in esse suum ex alterius corruptione processit, atque interitus ipsi sic se habēti nihil infert iniquum. Item pro extincto igne alius aliquando viget ignis: profectò in cælo incorporeo vnumquodque permanet. In hoc autem cælo totum quidem viuit semper, & quæcunq; honorāda sunt & præcipua permanent. Animæ verò vicissim corpora permutātes, alias quidem in alia fiunt specie: & quotiēs anima potest, extra generationem posita vnà cū vniuersa anima viuit. Corpora verò secundū speciem atq; singula secūdum tota, siquidē ex ipsis & animalia erunt, & nutrientur: vita enim hìc est mobilis, illic autem immobilis. Oportebat sanè motum ex immobili natura prodire, atq; ex vita in seipsa vigente, alteram manare quasi spiraculum quoddam vitale quodammodo iam instabile, quod quidem expiratio quædam sit vitæ quietæ. Animaliū præterea mutui inter se impetus atq; cædes

Marg.: IIII Nusquā est purum malum: nam et circa corpora & circa animas miscetur bono.

necessariò accidunt non enim nata sunt sempiterna. Nata verò sunt, quoniam ratio totam materiam occupauit, in seipsa omnia possidens, quæ quidem in superno illic cælo consistunt: alioquin vndenam venissent, nisi illic existerent? Proinde mutuæ hominum inter se iniuriæ ab ipso forsan boni appetitu proficiscuntur: quando videlicet bonum consequi non valentes aberrant, aliosque inuadunt. At verò qui egerunt iniustè, pœnas luunt, tum quia ex actionibus prauitatis reportant animam deprauatam, tum quia certo quodam ordine in locum transmittuntur deteriorem: nihil enim potest vnquam quod in vniuersi lege ordinatum est effugere. Non est autem, vt quidam putat, ordo propter præuaricationem ordinis institutus, neque lex propter legis transgresionem, quo videlicet propter deteriora fiant illa, nobisq; appareant: imò verò propterea quòd ordo hic est aduentitius: & quoniā ordo est transgresio ordinis habet locum, atque propter legem & rationem, & quia existit ratio, accidit legis rationisque transgresio: non ita tamen vt quæ meliora sunt, deteriora fecerint: sed quia quæ indigent, debentque meliora suscipere, sæpe vel suapte natura, vel fortuna, vel impedimento aliūde illato accipere nequeant. Quòd enim ordine vtitur aduentitio, id forsitan non assequitur vel interiori vitio, vel propter aliud quiddam ab alio accidens: multa quoque ab alijs patitur, alijs quidem nolentibus, alioque tendentibus. Animalia verò quæ per seipsa spontaneum habent motum, tum quidem tendunt ad meliora: tum verò ad deteriora labuntur. Quærere aūt ab ipsomet inclinationem lapsumúe ad deteriora fortè non decet: exiguum nanque ad labendum momentum ab initio datum, eademque via procedens erratum & plus & maius assiduè reddit. Adest quinetiam corpus, atque ex necessitate concupiscentia inest. Præterea quod primo subitoque occurrit, neque statim animaduertitur, atque deprehenditur, electionem quoque ad illud efficit, in quod quis primò fuerit inclinatus. Sequitur tamen sub diuino iudicio pœna: neque iniustum est animum, qui talis est factus, affectioni suæ consentanea pati: neque requirendum est eos fore felices, qui nihil dignum felicitate fecerunt. Boni autē soli felices sunt: nam ob id ipsum sunt, & dij beati.

V *Confirmat eadem, docēs nullum posse de prouidentia conqueri. Et vnde sit mali.*

CÆTERVM ſi hęc rectè dicuntur, quonā pacto prauitas vlterius erit? vbi nam iniuſtitia? vbi erratum? Qua enim ratione ſi omnia ritè decenterq; fiunt, fieri poteſt vt qui agunt, iniuſtè C faciant & aberrent? Et quo pacto infęlices erūt, ſi non agunt iniuſtè, ſi non aberrant? Item quomodo alia quidem ſecundum naturā, alia verò præter naturam eſſe dicemus? Siquidem quæcunq; fiunt aguntur q;, naturali quodā ordine tranſigantur. Et nunquid impietas contra deū vlla eſſe poterit? quippe cum talis ſit qui facit, taleq; quod fit: velut ſi quis poeta mimum interſerat fabulis poetam ipſum mordentem atq; D reprobantem. Rurſus ergo quidnā ratio ſit, planius explicemus, probemusq; eā meritò eſſe talem. Eſt igitur hæc ipſa ratio: audeamus id eloqui: fortè enim ſic aſſequemur. Eſt inquā ratio hæc non ſyncera mens, nō mens ipſa, nō animæ puræ genus: dependens verò ab hac & quaſi fulgor ex ambabus, mēte uidelicet atq; anima: ab anima inquā affecta ſecundum mentē: his vtiq; generantibus rationē hanc velut vitā, quæ quietam quandā in ſe habeat rationē. Omnis verò vita eſt actus, vel vita viliſsima. Actus inquā nō E quemadmodū agit ignis, ſed ipſius actus etiam ſi nullus adſit ſenſus, motio quædā eſt minimè temeraria. Quodcūq; verò ſit quod præſentem participat rationem, ſubitò rationabiliter euadit affectum, id eſt, formatur: quaſi actus qui eſt ſecundum vitam formare queat, atque ita mouere tanquam formet. Quamobrem actus eius artificioſus eſt: ceu ſi quis tripudio moueatur. Tripudiator enim vitæ ſic artificioſæ perſimilis eſt, atq; ars mouet ipſum, & ita mouet, F propterea quòd ipſa vita talis quodammodo ſit. Talia itaque dicta ſint, vt planius cognoſcatur qualis ſit etiam qualiſcunque vita. Procedens igitur hæc ratio ex vna mente vnaque uita, ex ambabus ſcilicet plenis, non eſt vel vita vna, vel mens quædam vna: neque eſt vbique plena, neque tradit ſeipſam quibus impertit totam atque omnem. Cùm verò partes in ſe oppoſitas inter ſe habeat, ideoque indigas, certè belli ſeditionisque profert originem, atque ita G eſt vna omnis, ſi non ſit vnum. Facta enim ſibi-

Margin: XVI. Quid ſit ratio ſeminaria mundi: quomodo agat. Item de quatuor gradibus plenitudinis. Itē quomodo rationes verū in communi ratione contrariæ ſint.

met per partes hostis, sic vnum quiddam est & amicum, perinde ac si fabulæ tragicę siue comicæ ratio vna sit totius, multa in se prælia continens. Fabula quidem ipsa cuncta quæ dissident, in vnam concordem redigit temperantiam, ceu pugnantium dispositionem omnem conficiens: ibi autem ex vna ratione distantium dissidentiumque pugna deducitur. Quapropter quispiam harmoniæ expugnantibus resultanti magis assimilabit, perquiretque, cur nam in rationibus ipsis repugnantia comprehendantur. Si igitur & hic acutum & graue faciunt ipsæ rationes, conspirantque in vnum, cũ harmoniæ rationes sint in ipsam videlicet harmoniam, quæ alia est ratio maior, cùm ipsæ minores sint & partes: profectò videmus similiter in vniuerso contraria: albũ, nigrum, calidũ, frigidũ: item alatũ, non alatum, pedatum, nõ pedatũ, rationale, irrationale. Singula verò animalis vnius vniuersi sunt partes: Iam verò totum se cum ipso consentit, partibus passim inter se pugnantibus, secundum rationem verò totum. Itaque necesse est hanc quoq; rationem vnam, ex rationibus contrarijs vnam esse: adeò vt oppositio talis constitutionem ipsi & quasi essentiam afferat. Etenim nisi esset multiplex, non esset & omnis, non esset & ratio. Ratio verò existens differens est etiam ad seipsam, maximaq; differentia contrarietas esse videtur. Quapropter si alterum quiddam omnino est, ipsum verò alterum agit aliquid, non tamen alterum minus, sed magis alterum efficit: sequitur vt alterum quiddam ad extremum efficiens necessariò contraria faciat: Perfectaque erit ratio, si modò non solùm differentia quædam, verum etiam contraria multa efficiat semetipsam.

XVII In diuina prouidentia præscripta sunt & quæ nos agimus, et quæ subinde patimur.

CVM igitur talis sit qualem ipsa omnino in se per vniuersa se reddit, multò magis quæ fiunt contraria facit, quò magis iam distare coguntur. Sanè minus vnum est sensibilis mundus, quàm ratio sua: ideoque magis est multiplex, contrarijsque refertus. Præterea viuendi appetitus est in singulis vehementior, amorque in vnum rapiens est ardentior: quæ verò amant sæpe amata corrumpunt proprij boni auiditate, quando videlicet corruptioni obnoxia sunt. Amor quinetiam partis erga totum trahit ad ipsum quicquid potest. Sic itaque & boni & mali quasi ab eadem arte cuiusdam saltantis tripudio per contraria perducuntur: cuius quidem alteram partem bonam, alteram dicemus esse malam. atque ita pulchrè se habet. Sed enim nulli videbuntur amplius esse mali: Fortè verò nihil hinc prohibet aliquos esse malos: sed forsan sequetur ex seipsis non fieri malos. Fortassis etiam malis hinc venia dabitur, nisi quibus danda sit venia, & quibus nõ ipsa ratio faciat. Faciat verò ratio, vt talibus quibusdam non ignoscatur: cæterùm si pars quidem eius alia vir bonus est, alia verò malus, plures in eo partes obtinet malus. Sed certè ita fit quemadmodum in fabula: vbi alia quidem histrionibus poeta constituit, alijs autem pro

A ἑαυτῷ τοῖς μέρεσιν πολέμιον, οὕτως ἕν ἐστι καὶ φίλον, ὥσπερ ἂν εἰ δράματος λόγος εἷς, ὁ τοῦ δράματος, ἔχων ἐν αὑτῷ πολλὰς μάχας. τὸ μὲν οὖν δρᾶμα τὰ μεμαχημένα, οἷον εἰς μίαν ἁρμονίαν ἄγει σύμφωνον, οἷον διήγησιν τὴν πᾶσαν τῶν μαχομένων * ποιούμενος. ἐκεῖ δὲ ἐξ ἑνὸς λόγου, ἡ τῶν διεστώτων μάχη. ὥστε μᾶλλον ἄν τις τῇ ἁρμονίᾳ B τῇ ἐκ μαχομένων εἰκάσειε, καὶ ζητήσειε διὰ τί τὰ μαχόμενα ἐν τοῖς λόγοις. εἰ οὖν καὶ ἐνταῦθα ὀξὺ καὶ βαρὺ ποιοῦσι λόγοι, καὶ συνίασιν εἰς ἓν ὄντες ἁρμονίας λόγοι, εἰς αὐτὴν τὴν ἁρμονίαν ἄλλον λόγον μείζονα, ὄντες ἐλάττους αὐτοὶ καὶ μέρη· ὁρῶμεν δὲ καὶ ἐν τῷ παντὶ τὰ ἐναντία, οἷον λευκὸν, μέλαν, θερμὸν, ψυχρὸν· καὶ δὴ πτερωτὸν, ἄπτερον· ἄπουν, ὑπόπουν· λογικὸν, ἄλογον. πάντα δὲ ζώου ἑνὸς C τοῦ σύμπαντος μέρη. καὶ τὸ πᾶν ὁμολογεῖ ἑαυτῷ τῶν μερῶν * πανταχοῦ μαχομένων, κατὰ λόγον δὲ τὸ πᾶν. ἀνάγκη καὶ τὸν ἕνα τοῦτον * ἐξ ἐναντίων, λόγον εἶναι ἕνα, τὴν σύστασιν αὐτῶν καὶ οἷον οὐσίαν, τῆς τοιαύτης ἐναντιώσεως φερούσης. καὶ γὰρ εἰ μὴ πολὺς ἦν, οὐδ' ἂν ἦν πᾶς, οὐδ' ἂν λόγος. λόγος δὲ ὢν D διάφορός τε πρὸς αὑτόν ἐστι· καὶ ἡ μάλιστα διαφορὰ, ἐναντίωσίς ἐστιν. ὥστε εἰ ἕτερον ὅλως, τὸ δὲ ἕτερον ποιεῖ καὶ μάλιστα ἕτερον, ἀλλ' οὐχ ἧττον ἕτερον ποιήσει. ὥστε ἄκρως ἕτερον ποιῶν, καὶ τὰ ἐναντία ποιήσει ἐξ ἀνάγκης. καὶ τέλεος ἔσται, οὐκ εἰ διάφορα μόνον, ἀλλ' εἰ καὶ ἐναντία ποιεῖ εἶναι ἑαυτόν.

Ὢν δὴ τοιοῦτος, * οἷος καὶ πάντως ποιεῖ, πολὺ μᾶλλον τὰ ποιούμενα ποιήσει ἐναντία, E ὅσῳ καὶ διέστηκε μᾶλλον. καὶ ἧττον ὁ κόσμος ἓν ὁ αἰσθητὸς, ἢ ὁ λόγος αὐτοῦ· ὥστε καὶ πολὺς μᾶλλον, καὶ ἡ ἐναντιότης μᾶλλον. καὶ ἡ τοῦ ζῆν ἔφεσις, μᾶλλον ἑκάστῳ. * καὶ ὁ ἔρως τοῦ μόνον εἰς ἓν μᾶλλον, φθείρει δὲ καὶ τὰ ἐρῶντα καὶ τὰ ἐρώμενα πολλάκις, εἰς τὸ αὐτῶν ἀγαθὸν σπεύδοντα, ὅταν φθαρτὰ ᾖ. καὶ ἡ ἔφεσις δὲ τοῦ μέρους πρὸς τὸ ὅλον, ἕλκει εἰς αὐτὸ, F ὃ δύναται. οὕτως οὖν καὶ οἱ ἀγαθοὶ καὶ οἱ κακοὶ ὥσπερ παρὰ τῆς αὐτῆς τέχνης * ὀρχουμένων τὰ ἐναντία, καὶ αὐτοῦ τὸ μὲν τι μέρος ἀγαθὸν, τὸ δὲ κακὸν φήσομεν. καὶ οὕτω καλῶς ἔχει. καί τοι οὐδὲ κακοὶ ἔτι. ἢ τὸ μὲν κακοὺς εἶναι, οὐκ ἀναιρεῖται, ἀλλ' εἰ μόνον ὅτι παρ' αὐτῶν τοιοῦτοι. ἀλλ' ἴσως συγγνώμη τοῖς κακοῖς, εἰ μὴ καὶ τὸ τῆς συγγνώμης, καὶ μὴ ὁ λόγος ποιεῖ. ποιεῖ δὲ ὁ λόγος μὴ δὲ συγγνώ-G μονας ἐπὶ τοῖς τοιούτοις εἶναι. ἀλλ' εἰ τὸ μὲν μέρος αὐτοῦ ἀγαθὸς ἀνὴρ, τὸ δὲ ἄλλο πονηρὸς, καὶ πλείω μέρη ὁ πονηρὸς, ὥσπερ ἐν δράμασι, τὰ μὲν τάττει αὐτοῖς ὁ ποιητὴς, τοῖς δὲ

χρῆται,

* ποιούμενος. * πολλαχοῦ * λόγον ἐξ ἐναντίων λόγον εἶναι. * οἷον * καὶ ὁ ἔρως τοῦ ἀεὶ μᾶλλον. * ὀρχουμένων

χρῆται, οὖσιν ἤδη. οὐ γὰρ αὐτὸς πρωταγωνιστὴν, οὐδὲ δεύτερον, οὐδὲ τρίτον ποιεῖ· ἀλλὰ διδοὺς ἑκάστῳ τοὺς προσήκοντας λόγους, ἤδη ἀπέδωκεν ἑκάστῳ, εἰς ὃ τετάχθαι δέον. οὕτω τοι καὶ ἔστι * τόπος ἑκάστῳ. ὁ μὲν τῷ ἀγαθῷ, ὁ δὲ τῷ κακῷ * πρῶτον. ἑκάτερος οὖν κατὰ φύσιν καὶ κατὰ λόγον, εἰς ἑκάτερον καὶ τὸν πρέποντα χωρεῖ, τὸν τόπον ἔχων, ὃν εἵλετο. εἶτα φθέγγεται καὶ ποιεῖ. ὁ μὲν ἀσεβεῖς λόγους καὶ ἔργα ποιῶν, ὁ δὲ τὰ ἐναντία. ἦσαν γὰρ καὶ πρὸ τοῦ δράματος * οἱ τοιοῦτοι ὑποκριταὶ, διδόντες ἑαυτοὺς τῷ δράματι. ἐν μὲν οὖν τοῖς ἀνθρώποις δράμασιν, ὁ μὲν ποιητὴς ἔδωκε τοὺς λόγους· οἱ δὲ ἔχουσι παρ' αὐτῶν, καὶ ἐξ αὐτῶν, τό τε καλῶς, καὶ τὸ κακῶς ἕκαστος. ἔστι γὰρ καὶ ἔργον αὐτοῖς, μετὰ τὰς ῥήσεις τοῦ ποιητοῦ. ἐν δὲ τῷ ἀληθεστέρῳ ποιήματι, ὅτι μιμοῦνται * κατὰ μέρος ἕκαστοι ἄνθρωποι ποιητὴν ἔχοντες φύσιν. ψυχὴ μὲν, ὑποκρίνεται· ἃ δ' ὑποκρίνεται, λαβοῦσα παρὰ τοῦ ποιητοῦ, ὥσπερ οἱ τῇδε ὑποκριταὶ τὰ προσωπεῖα, τὴν αἰσθῆτα τοὺς κροκωτοὺς, καὶ τὰ ῥάκη, οὕτω καὶ ψυχὴ αὐτὴ τὰς τύχας οὐ λαβοῦσα εἰκῇ. κατὰ λόγον δὲ καὶ αὗται, καὶ ἐναρμοσαμένη ταύτας, σύμφωνος γίνεται, καὶ συνέταξεν ἑαυτὴν τῷ δράματι καὶ τῷ λόγῳ παντί. εἶτα οἷον φθέγγεται τὰς πράξεις καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα ἂν ψυχὴ κατὰ τρόπον τὸν ἑαυτῆς ποιήσειεν, ὥσπερ τινὰ ᾠδήν. καὶ * ὡς ὁ φθόγγος καὶ τὸ σχῆμα παρ' αὐτοῦ καλὸν ἢ αἰσχρόν. καὶ ἢ κόσμον προσέθηκεν ὡς δόξειεν ἂν εἰς τὸ ποίημα, ἢ προσθεὶς τὴν αὐτοῦ τῆς φωνῆς κακίαν, οὐκ ἐποίησε μὲν τὸ δρᾶμα ἕτερον, ἢ οἷον ἦν, αὐτὸς δὲ ἀσχήμων ἐφάνη, ὁ δὲ ποιητὴς τοῦ δράματος ἀπέπεμψε κατ' ἀξίαν ἀτιμάσας, καὶ τοῦτο ἔργον ποιῶν ἀγαθοῦ κριτοῦ. τὸν δὲ ἤγαγεν εἰς μείζους τιμὰς, καὶ εἰ ἔχοι ἐπὶ τὰ καλλίω δράματα. τὸν δὲ ἕτερον εἴπου εἶχε χείρονα. οὗτον τὸν τρόπον εἰσελθοῦσα εἰς τόδε τὸ πᾶν ποίημα, καὶ μέρος ἑαυτὴν ποιησαμένη τοῦ δράματος, εἰς ὑπόκρισιν τὸ εὖ ἢ τὸ κακῶς εἰσενεγκαμένη παρ' αὐτῆς· καὶ ἐν τῇ εἰσόδῳ συνταχθεῖσα, καὶ τὰ ἄλλα πάντα χωρὶς ἑαυτῆς καὶ τῶν ἔργων αὐτῆς λαβοῦσα, δίκας τε καὶ τιμὰς αὖ ἔχει. πρόσεστι δέ τι τοῖς ὑποκριταῖς, ἅτε ἐν μείζονι τόπῳ, ἢ κατὰ σκηνῆς μέτρον ὑποκρινομένοις καὶ τοῦ ποιητοῦ παντὸς τοῦτο ποιοῦντος κυρίου, καὶ δυνάμεως οὔσης μείζονος. ἐπὶ πολλὰ ἰέναι * τρόπων εἴδη. τιμὰς καὶ ἀτιμίας ὁρίζουσι. καὶ τῷ συνεπιλαμβάνειν καὶ αὐτοὺς ταῖς τιμαῖς καὶ ἀτιμίαις, , ἁρμόζοντος ἑκάστου τόπου τοῖς ἤθεσιν ὡς συμφωνεῖν τῷ τοῦ παντὸς λόγῳ. ἐν ἁρμοζομένου κατὰ δίκην ἑκάστου τοῖς μέρεσι τοῖς δεξομένοις, ὥσπερ χορδῆς ἑκάστης εἰς τὸν οἰκεῖον καὶ προσήκοντα τόπον ταττομένης, κατὰ λόγον τὸν τοῦ φθέγγεσθαι· ὁ ποῖόν ἐστιν αὐτῇ τὸ τῆς

A eorum natura vtitur. Non enim ipse facit, vt alius virtute primus sit in ludo, alius verò secundus, alius denique tertius: sed concedens suas cuique rationes, deinceps assignat ordinem vnicuique prorsus accommodatum. Sic itaq; vnicuique destinatur locus tum bonum tum malum maximè decens. Itaque vterque secundum naturam atque rationem ad vtrunq; progreditur prout decet, locum quem elegerat obtinens: deinde pronuntiat atque agit alius quidem
B verba operaque prophana, alius verò contraria. Erant enim histriones sic aut sic affecti etiam ante ludos, inde mores suos fabulis inserentes. In scenicis quidem hominum actibus poeta singulis distribuit rationes: ij verò penes se, & ex seipsis habent, quod rectè quódue non rectè agant. Est enim munus illis vltra verba poetæ. Sed in veriori poemate, quòd referunt homines secundũ partem, naturã habẽtes effin-
C gentem anima subornatur. Et quemadmodum histriones à poeta subornantur accipientes personas, vestes, croceos amictus, lacerósue pannos: sic sub mũdano poeta personatus animus fortunas haud temerè subit. Hæ nanque secundum rationem sunt easq; opportunè subiens, fit mundanæ tragœdiæ vel comœdiæ concors, seque infert actibus rationique vniuersæ consentientem, deinde quasi pronuntiat actiones, & cætera quæcunque anima ingenio etiam pro-
D prio faceret, quasi aliquam cãtilenam. Et quemadmodum vox atque figura ex se quoque pulchra est aut turpis, atque vel decus poemati videtur adiungere, vel vitium vocis immiscens non facit vt fabula sit diuersa iam atque fuerat, ipsa verò inconcinna videtur. Poeta verò fabulæ auctor respuit hunc pro dignitate vituperans optimi iudicis officio functus: alium autem ad maiores promouet dignitates, atque si habeat, ad acta quædam præstantiora: at alterũ
E ad deteriora si possit. Eadem profectò ratione anima ingrediens in hoc vniuersum mundi poema, seque ipsam scenicorum ludorum efficiẽs partem, secumque afferens vt gestus bene transigat aut malè. Item in ipso introitu annexa ordini reliquorum, cæteraque omnia seorsum à se suisque officijs nacta, pro dignitate pœnas honoresque reportat. Adest præterea aliquid talibus histrionibus, vtpote in ampliori loco quã sub mensura scenæ subornatis: præsertim cum
F auctor vniuersi hos auctoritate donauerit, maiorq; sit potentia ad multas morum, gestuum, locorum species comparandas. Definiunt igitur honoris & ignominiæ modum ex eo quoq; quod ipsi in honore dedecoreque agendo communicant: vbi videlicet habitationes singulæ singulis accommodatæ sunt moribus: adeò vt rationi ipsius vniuersi consentiant, accommodato videlicet vnoquoque secundum iustitiæ iudicium suis vbiq; sortibus: sicut chorda in cy-
G thara quælibet proprio conuenientiq; loco & ordine tenditur pro ipsa ratione sonandi, qualis videlicet ad hoc ipsum facultas vnicuique

suppetit. Etenim in toto decorum pullchrũq; viget, si quilibet vbi decet disponitur, sonâs quidem mala in tenebris atque tartaro: in his enim pulchrum est ita sonare. Proinde id totum ita demum pulchrum est, non si quodlibet sit vt lapis, imò si vnusquisque tonum conferens proprium ad vnam prorsus harmoniam ritè conducat, vitam ipse quoq; resonans, minorem tamẽ inferioremq;, & à perfectione remotiorem. Quemadmodum neq; in fistula vox vnica satis facit, sed minor præterea debiliorq; requiritur ad totam fistulæ consonantiam prorsus conficiendam: quoniam in partes inæquales diuisus est concentus, & inæquales quidem singuli inter se sunt toni: perfectus autem ex cunctis concentus vnus efficitur. Etenim vniuersa ratio vna est, distribuitur autem in ea quę non sunt æqualia: vnde diuersa sunt totius loca, partim meliora, partim deteriora: tũ animæ non ęquales inæqualibus locis ita cõgruunt. Ex quo hic efficitur, vt loca dissimilia sint, animæq; inęquales, atq; dissimiles loca dissimilia nanciscantur: quasi secũdum quasdam fistulæ vel alterius instrumenti dissimilitudines: habitent quoq; loca pro animarum varietate inter se differentia, concinentes quolibet in loco proprios quidem cantus, sed tum locis singulis, tum vniuerso cõcordes: verùm quod à quauis anima malè sibi ipsi canitur, bene toti concinitur. Item quod ipsis præter naturam accidit, secundum naturam vniuerso contingit. Neque tonus minor concinit minus toti quàm maior, neq; canens sibimet ineptius, totum ob hoc reddit ineptius: Sicut neque plebeus quidam prauus ciuitatem iustis legibus institutam reddit deteriorem, si modò alio hoc exemplo vti nunc expedit. Necessarius enim est & praui vsus in ciuitate rebus aliquando ita poscentibus, talisque homo rectè locatur.

XVIII *Differentiæ animarũ, & confirmatio superiorum.*

ANIMÆ autem meliores vel deteriores partim quidem ob alias causas, partim verò velut ab initio non omnes æquales. Hæ namque competenti proportione vniuersæ congruunt rationi, siquidem & in ratione & in animarum genere in partes inæquales facta est distributio. Reputare oportet animo secundos ac tertios ordines animarum: rursus eandem animam non secundum easdem sui partes semper agere: sed & iterum hoc modo dicendũ: multa enim explicationis gratia præsens disputatio postulat. Considerandũ ergo, nunquid forsitan nõ oporteat eos introducere histriones, qui aliud quiddam pronuntient prẹter illa quę poeta conscripserat, quasi conscriptio poetę ex seipsa imperfecta sit: illi verò quod reliquum erat suppleant, implentes ipsi locos, quos fortè vacuos poeta reliquerat, quasi mimi futuri sint non mimi: sed enim auctoris poetæ potius partes sint, qui præuiderit, quæ mimi pronuntiaturi sint, vt ita reliqua & quæ deinceps sequũtur ritè cõnectere valeat. Cuncta enim q̃ deinceps in vniuerso sequũtur, & q̃ ad mala opera cõsequuntur, rationibus ritè cõstant, & secundũ ratione dispẽsantur vbiq;: velut quãdo ex adulterio atq; stupro per rapinam commisso, filij naturali ordine

A δυνάμεως εἰς τοῦτο. καὶ γὰρ ἐν τῷ ὅλῳ, τὸ πρέπον καὶ τὸ καλὸν, εἰ ἕκαστος οὗ δεῖ, τετάξεται. φθεγγόμενος * κακὸς, ἐν τῷ σκότῳ καὶ τῷ ταρτάρῳ. ἐνταῦθα γὰρ καλὸν οὕτω φθέγγεσθαι. καὶ τὸ ὅλον τοῦτο καλὸν, οὐκ εἰ λίθος εἴη ἕκαστος, ἀλλ' εἰ τὸν φθόγγον τὸν αὐτοῦ εἰσφερόμενος συντελεῖ εἰς μίαν ἁρμονίαν, ζωὴν καὶ αὐτὸς φωνῶν, ἐλάττω δὲ καὶ χείρω (* κακῶς) B καὶ ἀτελεστέραν. ὥσπερ οὐδὲ ἐν σύριγγι φωνὴ μία, ἀλλὰ καὶ ἐλάττων τις οὖσα καὶ ἀμυδρὰ, πρὸς ἁρμονίαν τῆς πάσης σύριγγος συντελεῖ, ὅτι μεμέρισται ἡ ἁρμονία, εἰς οὐκ ἴσα μέρη. καὶ ἄνισοι μὲν, οἱ φθόγγοι πάντες· ὁ δὲ τέλεος, εἷς ἐκ πάντων. καὶ δὴ καὶ ὁ λόγος ὁ πᾶς, εἷς· μεμέρισται δὲ, οὐκ εἰς ἴσα. ὅθεν καὶ τοῦ παντὸς διάφοροι τόποι, βελτίους καὶ χείρους. καὶ ψυχαὶ οὐκ ἴσαι, ἐναρμόττουσιν οὕ- C τω τοῖς οὐκ ἴσοις. καὶ οὕτω καὶ ἐνταῦθα συμβαίνει, καὶ τοὺς τόπους ἀνομοίους καὶ τὰς ψυχὰς, οὐ τὰς αὐτὰς· ἀλλ' ἀνίσους οὔσας, καὶ ἀνομοίους τοὺς τόπους ἐχούσας· οἷον κατὰ σύριγγος ἢ τινὸς ἄλλου ὀργάνου ἀνομοιότητας, ἐν τόποις τε πρὸς ἄλληλα διαφέρουσιν εἶναι καθ' ἕκαστον τόπον * τὰ αὐτὰ συμφώνως καὶ τοῖς (* τὰ αὐτὰ) τόποις καὶ τῷ ὅλῳ φθεγγομένας καὶ τὸ κακῶς D αὐταῖς, ἐν καλῷ κατὰ τὸ πᾶν κείσεται. καὶ τὸ παρὰ φύσιν, τῷ παντὶ κατὰ φύσιν. καὶ οὐδὲν ἧττον φθόγγος ἐλάττων, ἀλλ' οὐ χεῖρον πεποίηκε τὸ ὅλον οὕτω φθεγγομένη. ὥσπερ οὐδ' ὁ δήμιος πονηρὸς ὢν, χείρω πεποίηκε τὴν εὐνομουμένην πόλιν, εἰ δεῖ καὶ ἄλλῃ χρῆσθαι εἰκόνι. δεῖ γὰρ καὶ τούτου ἐν πόλει, δεῖ δὲ καὶ ἀνθρώπου τοιούτου πολλάκις, καὶ καλῶς καὶ * οὕτως κεῖται. (* οὕτως)

E ΧΕΙ'ΡΟΥΣ δέ εἰσι καὶ βελτίους ψυχαὶ, αἱ μὲν, καὶ δι' ἄλλας αἰτίας· αἱ δέ, οἷον ἐξ ἀρχῆς οὐ πᾶσαι ἴσαι. ἀνάλογον γὰρ καὶ αὗται τῷ λόγῳ μέρη οὐκ ἴσα, ἐπείπερ διέστησαν. χρὴ δὲ ἐνθυμεῖσθαι καὶ τὰ δεύτερα, καὶ τὰ τρίτα. καὶ τὸ μὴ τοῖς αὐτοῖς ἐνεργεῖν ἀεὶ μέρεσι ψυχὴν· ἀλλὰ πάλιν αὖ, καὶ ὧδε λεκτέον. πολλὰ γὰρ ἐπιποθεῖ εἰς σαφήνειαν ὁ λόγος. μὴ γὰρ οὐδὲν δεῖ ἐπ- (* φθέγξον-) F άγειν τοιούτοις ὑποκριτὰς, οἳ ἄλλο τι * (ται) φθέγγονται, ἢ τὰ τοῦ ποιητοῦ. ὥσπερ ἀτελοῦς παρ' αὐτοῦ τοῦ δράματος ὄντος, αὐτοὶ ἀποπληροῦντες τὸ ἐλλεῖπον. καὶ τοῦ ποιήσαντος διὰ μέσου κενοὺς ποιήσαντος τόπους. ὡς τῶν ὑποκριτῶν, οὐχ ὑποκριτῶν ἐσομένων, ἀλ- (* φθέγξον-) λὰ μέρος τοῦ ποιητοῦ. καὶ προειδότος ἃ * (ται) φθέγγονται, ἵν' οὕτω τὰ λοιπὰ συνείρειν, καὶ G τὰ ἐφεξῆς οἷός τε ᾖ. καὶ γὰρ τὰ ἐφεξῆς ἐν τῷ παντὶ καὶ ἑπόμενα τοῖς κακοῖς τῶν ἔργων, οἱ λόγοι· καὶ κατὰ λόγον, οἷον ἐκ μοιχείας καὶ αἰχμαλώτου ἀγωγῆς, παῖδες κατὰ φύσιν καὶ

βελτίους

generantur, & interdum fortè viri præstantiores: & quando vrbibus opera malorum subuersis, ciuitates aliæ excellentiores constituuntur. Si ergo absurda est illa introductio supplentium animarum, hę verò & mala & bona faciunt, detrahemus enim rationi bonorum auctoritatem efficiendorum, adimentes illi omnem prorsus malorum communionem, quidnam prohibet? Histrionum quoque gesta partes asserere, sicut fabulæ in comœdia, sic & ipsius quæ in vniuerso est rationis: atque hîc tum quod honestè, tum quod turpiter fit includi: adeò vt in singulos histriones sic ab ipsa ratione progressio fiat, quo perfectius est mūdanū hoc artificiū, omniaq; ab ipso ipsiusq; ratione cōprehendantur. At verò malorū hinc effectus cuiús nā gratia cōcedetur? Atqui & animæ diuiniores nihil amplius esse videbūtur in vniuerso, sed partes erunt rationis omnes: atq; vel ipsæ rationes omnes erunt animæ, vel cúr nam aliæ quidem rationes erunt animæ, aliæ verò rationes tantū, cum tamen vniuersa ratio sit anima quædam?

A βελτίους ἄνδρες εἰ τύχοι, καὶ πόλεις ἄλλαι ἀμείνους, τῶν πεπορθημένων ὑπὸ ἀνδρῶν πονηρῶν. εἰ οὖν ἄτοπος ἡ εἰσαγωγὴ τῶν ψυχῶν, αἱ μὲν τὰ πονηρὰ, αἱ δὲ τὰ χρηστὰ ἐργάσονται· ἀποστερήσομεν γὰρ τὸν λόγον, καὶ τῶν χρηστῶν, ἀφαιροῦντες αὐτοῦ τὰ πονηρὰ, τί κωλύει, καὶ τὰ τῶν ὑποκριτῶν ἔργα μέρη ποιεῖν, ὥσπερ τοῦ δράματος ἐκεῖ, οὕτω καὶ τοῦ
C ἐν τῷ παντὶ λόγου. καὶ ἐνταῦθα καὶ τὸ καλῶς, καὶ τὸ ἐναντίον. ὡς τε εἰς ἕκαστον τῶν ὑποκριτῶν, οὕτω παρὰ αὐτοῦ τοῦ λόγου, ὅσῳ τελειότερον τοῦτο τὸ δρᾶμα, καὶ πάντα παρὰ αὐτοῦ. ἀλλὰ καὶ τὸ κακὸν ποιῆσαι, ἵνα τί. καὶ αἱ ψυχαὶ δὲ, οὐδὲν ἔτι ἐν τῷ παντὶ αἱ θειότεραι. ἀλλὰ μέρη λόγου πᾶσαι. καὶ ἢ οἱ λόγοι πάντες ψυχαὶ, ἢ διὰ τί οἱ μὲν, ψυχαὶ· οἱ δὲ λόγοι, λόγοι μόνον, παντὸς ψυχῆς τινὸς ὄντος;
D

ΠΛΩΤΙΝΟΥ

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Γ

ΛΟΓΟΣ Γ.

PLOTINI

ENNEAD. TERTIAE,

LIBER III.

ΠΕΡὶ προνοίας δεύτερος.

Qui est de Prouidentia secundus.

1 *Qualis sit* [...]*uersalis* [...]*ura, &* [...]*àmfacilis* [...]*uidētia,* [...] *multa* [...]*igunt ur* [...]*num.*

QVID ergò de his dicēdum existimamus? Fortè & mala simul & bona ratio vniuersa complectitur, cuius hæc quoq; sunt partes. Nō enim vniuersa ratio hæc gignit: sed vnà cum his existit tota. Ipsius nanq; animę vniuersę actus sunt rationes, partiū verò partes. Cum verò vna differentes habeat partes, simili quadam proportione rationes distribuuntur: quapropter & opera quæ vltimæ geniturę sunt, similiter disponuntur. Cōcordes verò inter se sunt animæ, cōsona quoq; sunt opera: cōsona inquā ita, vt vnū quiddā ex ipsis vel contrarijs cōstruatur. Cūcta enim ex vno quodā fonte manātia, in vnū quoque cōfluunt necessitate naturę. Quamobrē varia germina vel contraria deniq; facta ex eo, qđ ex vno pullulant, in vnū deniq; ordinē contrahuntur. Quamuis enim in singulis animalibus, ceu in equorum generee pugnent inuicem; quamuis inter se mordeant, quāuis certa-

E ΤΙ τοίνυν δοκεῖ περὶ τούτων; ἢ καὶ τὰ πονηρὰ καὶ τὰ χρηστὰ, λόγος περιείληφεν ὁ πᾶς, οὐ μέρη καὶ ταῦτα. οὐ γὰρ ὁ πᾶς λόγος γεννᾶ ταῦτα, ἀλλ' ὁ πᾶς ἐστι μετὰ τούτων. ψυχῆς γάρ τινος πάσης ἐνέργεια, οἱ λόγοι. τῶν δὲ μερῶν τὰ μέρη, μιᾶς δὲ διαφορὰ ἐχούσης μέρη, ἀνάλογον καὶ οἱ λόγοι, ὥς
F τε καὶ τὰ ἔργα ἔσχατα ὄντα γεννήματα· σύμφωνοι δὲ αἵ τε ψυχαὶ, πρὸς ἀλλήλας τά τε ἔργα. σύμφωνα δὲ οὕτως, ὡς ἓν ἐξ αὐτῶν. καὶ εἰ ἐξ ἐναντίων. ἐκ γὰρ ἑνός τινος ὁρμηθέντα πάντα, εἰς ἓν συνέχεται φύσεως ἀνάγκη. ὥς τε καὶ διάφορα ἐκφυέντα καὶ ἐναντία γενόμενα, τῷ ἐξ ἑνὸς εἶναι συνέλκεται * ὁμῶς, εἰς σύνταξιν μίαν. ὥσ- * ὁμοίως
G περ γὰρ καὶ ἐφ' ἑκάστων ζώων ἐν ἵππων γένει, κἂν μάχονται, κἂν δάκνωσιν ἀλλήλους, κἂν

φιλονεικῶσι, κἂν ζήλῳ θυμῶνται), καὶ τὰ ἄλλα καθ' ἓν γένη ὡσαύτως· καὶ δὴ οὕτω καὶ ἀνθρώπους θετέον. συναπτέον δὲ τοίνυν αὖ πάλιν πάντα τὰ εἴδη ταῦτα, εἰς ἓν τὸ ζῶον γένος. εἶτα καὶ τὰ μὴ ζῶα κατ' εἴδη αὖ. εἶτα εἰς ἕν, τὸ μὴ ζῶον. εἶτα ὁμοῦ εἰ βούλει * εἰς τὸ μὴ εἶναι. εἶτα εἰς τὸ παρέχον τὸ εἶναι. καὶ πάλιν * ἐπὶ τούτῳ ἐκδήσας, κατάβαινε, διαιρῶν. καὶ σκιδνάμενον τὸ ἓν ὁρῶν τῷ ἐπὶ πάντα φθάνειν καὶ ὁμοῦ περιλαμβάνειν, * ἐν συντάξει μιᾷ. ὡς διακεκριμένον ἓν εἶναι ζῶον πολὺ ἑκάστου πράττοντος τὴν ἐν αὐτῷ, τὸ κατὰ φύσιν τὴν ἑαυτοῦ. ἐν αὐτῷ τῷ ὅλῳ ὅμως ὄντος. οἷον πυρὸς μὲν καίοντος, ἵππου τὰ ἵππου ἔργα· ἄνθρωποι δέ, τὰ αὐτῶν ἕκαστοι ἢ πεφύκασι. καὶ διάφορα * οἷα διάφοροι. καὶ ἕπεται κατὰ τὰς φύσεις καὶ τὰ ἔργα * καὶ τὸ ζῆν εὖ καὶ τὸ κακῶς.

* εἰς τὸ εἶναι.
* ἐπὶ τούτῳ
* ἐν συν τάξει μιᾷ.
* οἱ διάφοροι
* ἐν τῷ ζῆν τὸ εὖ, καὶ τὸ κακῶς

ΑΙ δὲ συντυχίαι, * οὐ κύριαι τοῦ εὖ· ἀκολουθοῦσι δὲ καὶ αὗται, συμφώνως τοῖς πρὸ αὐτῶν. καὶ ἴασιν ἀκολουθίᾳ ἐμπλακεῖσαι. συμπλέκει δὲ πάντα τὸ ἡγούμενον, συμφερομένων τῶν ἑκατέρων κατὰ φύσιν· οἷον ἐν στρατηγίαις, ἡγουμένου μὲν τοῦ στρατηγοῦ, συμπνεόντων δὲ τῶν συντεταγμένων, ἐτάχθη δὲ τὸ πᾶν προνοίᾳ στρατηγικῇ ἐρώσῃ καὶ τὰς πράξεις, καὶ τὰ πάθη, καὶ ἃ δεῖ παρεῖναι σιτία καὶ ποτά, καὶ δὴ καὶ ὅπλα πάντα, καὶ μηχανήματα, καὶ ὅσα ἐξ αὐτῶν συμπλεκομένων προεώραται. ἵνα τὸ ἐκ τούτων συμβαῖνον ἔχῃ χώραν τοῦ τεθῆναι εὖ. καὶ ἐλήλυθε πάντα τρόπον τινὰ εὐμήχανον παρὰ τοῦ στρατηγοῦ, καίτοι ἔξωθεν ἦν, ὅσα ἔμελλον δράσειν οἱ ἐναντίοι. εἰ δὲ οἷόν τε ἦν κἀκείνου ἄρχειν τοῦ στρατοπέδου, εἰ δὲ δὴ ὁ μέγας ἡγεμὼν εἴη ὑφ' ᾧ πάντα, τί ἂν εἴη ἀσύντακτον; τί δὲ οὐκ ἂν συνηρμοσμένον εἴη;

* οὐ κύριαι

ΚΑΙ γὰρ εἰ ἐγὼ κύριος * ταῦτα δὶ ἑλέσθαι ἢ τάδε, ἀλλὰ * ἐρήσει συντέτακται ὅτι μὴ ἐπεισόδιον * τόσον τῷ παντί. ἀλλ' ἠρίθμησεν ὁ τοιὸς δέ. ἀλλὰ πόθεν ὁ τοιὸς δέ; ἔστιν δὲ δύο, ἃ ὁ λόγος ζητεῖ. * τὸ μένειν ἐπὶ τὸν ποιήσαντα εἴ τις ἐστίν, ἀνεγκεῖν δεῖ τοῦ * τοῦ ἐν τοῖς ἤθεσιν ἑκάστου τὴν αἰτίαν, ἢ ἐπὶ τὸ γενόμενον αὐτό, ἢ ὅλως οὐκ αἰτιατέον· ὥσπερ οὐδὲ ἐπὶ φυτῶν γενέσεως, ὅτι μὴ αἰσθάνεται, ἢ ἐπὶ ζώων τῶν ἄλλων, ὅτι μὴ ὡς ἄνθρωποι ἔχουσι. ταὐτὸν γὰρ τοῦτο, διὰ τί ἄνθρωποι, οὐχ ὅπερ θεοί. διὰ τί γὰρ ἐνταῦθα οὔτε αὐτὰ οὔτε τὸν ποιήσαντα εὖ λόγος αἰτιώμενα· ἐπὶ δὲ ἀνθρώπων; ὅτι μὴ κρεῖττον, ἢ τοῦτο. εἰ μὲν γὰρ ὅτι ἐδύνατο τοῦτο κάλλιον εἶναι, εἰς μὲν πρὸς αὐτοῦ προστιθέντος

* τοῦ τάδε δὶ ἑλέσθαι
* αἱρήσει
* τὸ σὸν
* τὸ μὲν εἰ ἐπὶ τὸν ποιήσαντα
* ποιοῦ.

A tim agant, æmulationeque iraſcantur, ſimiliterque homines agant: cunctę tamen hæ ſpecies in vnum congregandæ ſunt animalium genus: deinde & inanimata ſecundum ſpecies iterum: deinde in vnum non animal: poſt hæc ſimul ſi placet, ad ipſum eſſe: poſtremò ad ipſum quod eſſe vnicuique tribuit. At rurſus hinc explicans diuidendo deſcende, atque contemplare vnum ipſum quaſi diſcerptum: propterea quòd per omnia currat, ſimulque cuncta vno quodam ordine complectatur, adeò vt velut vnum animal ſit multiplex atq; diſtinctum: B vno quoque eorum quæ in ipſo ſunt agente quod naturæ ipſius eſt proprium, exiſtente tamen in vniuerſo, velut igne quidem comburente, equo autem equi opera peragente. Homines verò ita vt natura inſtituti ſunt, ſinguli munera propria exequuntur, differenteſque differentia. Sequuntur autem ſecundum naturas opera: rurſuſque viuere tam bene quàm malè.

II
Prouidẽtia diuina non ſit præſens omnibus uiſibilibusq; in mundo fortuitum.

C A S V S igitur atque fortunæ auctoritatem bonæ vitæ non habent, conſequuntur autem hæ quoque, quatenus præcedentibus eſt C conſentaneum, tum verò annexæ rerum conſequentiæ ordinatæ procedunt. Connectit verò cuncta ipſum principale, quod omnia ducit, conferentibus ad idem his quæ vtrinque vergunt ſecundum naturam: quemadmodum in exercitu fit ducente quidem imperatore, conſpirantibus autem qui ordine certo commilitant. Totus namque mundus prouidentia quadam imperatoria eſt inſtitutus, cernente actiones & paſsiones, & quæ adeſſe oporteat alimenta, arma, machinas: & profectò quotcunque ex his inter ſe connexis conſpirantibusue D conſequuntur, ſunt præuiſa: vt quodcunque ex his euenit, locum ubi bene ſitum ſit nanciſcatur. Procedunt quidem omnia ab exercitus duce ſagaci quadam ſolertique ratione, quamuis etiam externa ſint, ab eoque aliena, quæ hoſtes ſunt illaturi. Quòd ſi tam illi quàm huic exercitui ſimiliter imperare valeret, imò verò ſi maximus imperator eſſet, cui ſubiecta ſint omnia, quidnã vlterius ordine carere poſſet? quidue connexione vacaret?

III
Quamuis ſingula ſint in prouidentia Dei mente ſignata, tamen animus agit liberè. Item vnum quodque ſuum oportuit diſſimiles gradus habere.

E T ſi ego dominus ſum ad hæc vel illa potius eligenda, in ipſa tamen electione cum vniF uerſo noſtra ordinantur, quoniam natura noſtra non eſt aduentitia vniuerſo, ſed in eius ordine numeratus eſt talis quidam aut talis. At vnde nam talis? Duo vtique ſunt quæ in præſentia requiruntur, quorum alterum quidem eſt: vtrum in effectorem quicunque ille ſit, referre oporteat cauſam, per quam vnuſquiſque talibus affectus ſit moribus, an in ipſum genitum: an fortè cauſa nulla ſit aſsignanda: quemadmodum neque in generatione plantarum, G cauſam per quam non ſentiant deſideramus, neq; in cęteris animalibus cur non ita vt homines ſe habeant. Idẽ nãq; id foret, ac ſi quare homines dij nõ ſint quęramus, nẽpe cũ in his neq; ipſa, neq; effectorẽ iure criminemur, cur nã in hominibus reprehendamus quòd nihil maius humana ſpecies habeat? Fortè naturam culpabit quiſpiã, quòd homo poterat excellentius quiddã eſſe. Quòd ſi à ſe ipſo aliquid inſuper cõparante id con

τι εἰς τὸ κρεῖττον, αὐτὸς αἴτιος ἑαυτῷ ὁ μὴ ποιήσας· εἰ δὲ μὴ παρ' αὐτοῦ, ἀλλ' ἔδει ἔξωθεν προσεῖναι παρὰ τοῦ γεννητοῦ, ἄτοπος ὁ τὸ πλέον ἀπαιτῶν τοῦ δοθέντος. ὥσπερ εἰ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων ἀπαιτοῖ, καὶ τῶν φυτῶν. δεῖ γὰρ οὐ ζητεῖν, εἰ ἔλαττον ἄλλου, ἀλλ' εἰ ὡς αὐτὸ αὐτάρκως. οὐ γὰρ πάντα ἴσα ἔδει. ἆρ' οὖν μετρήσαντος αὐτοῦ προαιρέσει τοῦ μὴ δεῖν πάντα ἴσα; οὐδαμῶς. ἀλλ' οὕτω κατὰ φύσιν εἶχε B γενέσθαι. ἀκόλουθος γὰρ οὗτος ὁ λόγος, ψυχῇ ἄλλῃ. ἀκόλουθος δὲ ψυχὴ αὕτη, νῷ· νοῦς δὲ, οὐ τούτων τι ἕν, ἀλλὰ πάντα. τὰ δὲ πάντα, πολλά. πολλὰ δὲ ὄντα, καὶ οὐ ταὐτά. τὰ μὲν πρῶτα, τὰ δὲ δεύτερα, τὰ δὲ ἐφεξῆς, καὶ τῇ ἀξίᾳ ἔμελλεν εἶναι. καὶ τοίνυν καὶ τὰ γινόμενα ζῶα, οὐ ψυχαὶ μόνον, ἀλλὰ ψυχῶν ἐλαττώσεις, οἷον ἐξίτηλον ἤδη προϊόντων. ὁ γὰρ τοῦ ζώου λόγος κἂν ἔμψυχος ᾖ, ἑτέρα ψυ- C χὴ οὐκ ἐκείνη ἀφ' ἧς ὁ λόγος. καὶ ὁ σύμπας οὗτος, ἐλάττων δὴ γίνεται προϊὼν εἰς ὕλην. καὶ τὸ γινόμενον ἐξ αὐτοῦ ἐνδεέστερον. σκόπει δὴ ὅσον ἀφέστηκε τὸ γενόμενον, καὶ ὅμως ἐστὶ θαῦμα. οὐ τοίνυν εἰ τοιοῦτον τὸ γενόμενον, καὶ τὸ πρὸ αὐτοῦ τοιοῦτον. ἔστι γὰρ παντὸς κρεῖττον τοῦ γενομένου. καὶ ἔξω αἰτίας, καὶ μᾶλλον θαυμάσαι, ὅτι ἔδωκέ τι μετ' αὐτὸ, καὶ τὰ ἴχνη D αὐτοῦ τοιαῦτα. εἰ δὲ δὴ καὶ πλέον ἔδωκεν ἢ ὅσον ἔχουσι κτήσασθαι, ὅτι μᾶλλον ἀποδεκτέον· ὥστε κινδυνεύειν τὴν αἰτίαν ἐπὶ τοὺς γενομένους ἰέναι, τὸ δὲ τῆς προνοίας μειζόνως ἔχειν.

ἉΠΛΟΥ͂ μὲν γὰρ ὄντος τοῦ ἀνθρώπου, λέγω δὲ ἁπλοῦ, ὡς τοῦτο ὃ πεποίηται μόνον ὄντος, καὶ κατὰ ταῦτα ποιοῦντος καὶ πάσχοντος, * ἀπεῖναι αἰτίας ἡ κατὰ τὴν E ἐπιτίμησιν, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ζώων τῶν ἄλλων. νῦν δὲ ἄνθρωπος μόνον ἐν ψόγῳ ὁ κακὸς, καὶ τοῦτο ἴσως εὐλόγως. οὐ γὰρ μόνον ὃ πεποίηταί ἐστιν, ἀλλ' ἔχει ἀρχὴν ἄλλην ἐλευθέραν, οὐκ ἔξω τῆς προνοίας οὖσαν. οὐδὲ τοῦ λόγου τοῦ ὅλου. οὐ γὰρ ἀπήρτηται ἐκεῖνα τούτων, ἀλλ' ἐπιλάμπει τὰ κρείττω τοῖς χείροσι, καὶ ἡ τελεία πρόνοια τοῦτο. καὶ λόγος ὁ μὲν ποιητικὸς, ὁ F δὲ συνάπτων τὰ κρείττω τοῖς γενομένοις· κἀκεῖνα πρόνοια ἡ ἄνωθεν, ἡ δὲ ἀπὸ τῆς ἄνω, ὁ ἕτερος λόγος συνημμένος ἐκείνῳ. καὶ γίνεται ἐξ ἀμφοῖν πᾶν πλέγμα, καὶ πρόνοια ἡ πᾶσα. ἀρχὴν μὲν ἔχουσιν ἄλλην ἄνθρωποι, οὐ πάντες δὲ πᾶσιν οἷς ἔχουσι χρῶνται· ἀλλ' οἱ μὲν τῇ ἑτέρᾳ, οἱ δὲ τῇ ἑτέρᾳ, ἢ ταῖς ἑτέραις ταῖς χείροσι χρῶνται. πάρεισι δὲ κἀκεῖναι οὐκ G ἐνεργοῦσαι εἰς αὐτούς, οὔτι γε * αὗται ἀργοῦσαι. πράττει γὰρ ἕκαστον, τὸ ἑαυτοῦ, ἀλλ' εἰς τούτους οὐκ ἐνεργοῦσιν. αἰτία τίνος, εἴποι τις

Margin: τὴν αἰ-

A id consequi posse iudicet, accusare debet hominem, non auctorem: sin autem non à seipso, sed extrinsecus ab effectore aliquid insuper additum fuisse desideret, stultus erit qui plus quã sit datum efflagitauerit: perinde ac si in cæteris animalibus plantisque supra modum naturæ desideret. Nõ enim oportet inquirere, num hoc minus quàm illud habeat: sed nunquid hoc satis quod naturaliter habere expedit, habeat: nõ enim ęqualia esse oportuit omnia. Nunquid igitur inæqualis rerum distributio facta est dimetiente ratione per electionem quandam decernentem non omnia æqualia esse debere? Nequaquam: verùm sic fieri naturaliter habuit. Pedissequa enim est ratio hæc alterius animæ, pedissequa & anima ipsa mentis. Mens autem non vnum aliquid horum est, sed cuncta: cuncta verò sunt multa: multa rursus cum sint nec eadẽ, nimirum alia quidem prima, alia verò secunda, alia deniq; tertia dignitate oportuit esse. Quin etiam quæ fiunt animalia, non animæ solùm sunt, sed animarum decrementa quædam quasi in exile quiddam iam procedentium. Nam ratio animalis quamuis sit animata, per aliam tamen animam dicitur animata, non per illam à qua ratio manat. Quin & vniuersa hæc ratio iam quasi decrescit, dum in materiam inclinatur, & quod ex ipsa gignitur, prouenit imperfectius. Considera precor quanto iam interuallo distat ab origine quod est factum, & tamẽ quantum adhuc sit admirandum. Neque tamen si tale quiddam est quod gignitur, etiam quod ante ipsum est omnino tale putandum. Nempe omni effectu omnino præstantius est, extraq; causam extat, magisq; mirandum quod aliquid edidit post seipsum, taliaq; ipsius vestigia sunt. Quod si plus tradidit quàm res capere possent, magis etiam id approbandum: vnde appareat culpam omnem in effectus reijciendam: prouidentiæ verò munus abundantius esse.

SI homo esset simplex: simplex, inquã, si id solùm esset, quod habuit ab initio, atq; secundum id ipsum ageret, patereturq;, proculdubio querelæ omnis occasio procul abesset, quemadmodũ in cæteris animalibus compertũ habemus. Nunc autem vituperatio locum habet tantũ in homine malo, idq; forsan nõ absq; ratione. Non enim solùm id est quod est factus, sed principiũ aliud habet liberũ, neq; tamẽ extra limites prouidentiæ & rationis vniuersæ peruagans. Non enim ab his nostris superiora illa dependẽt, sed micant meliora peioribus, idq; pfecta ꝓuidentia est. Atqui & ratio altera quidẽ est efficiens, altera verò his quę fiũt meliora cõiungens. & illorum quidẽ ordo prouidẽtia est desuper agens: hæc autẽ à superiori prouidentia est: altera certè ratio illi rationi cõnexa, totusq; ex ambabus cõtextus efficitur, omnisq; prouidentia. Homines igitur principium aliud possident, non omnes tamẽ omnibus quę habent vtuntur, sed alij quidem alio vtuntur principio, alij verò alio, vel alijs, atque peioribus. Adsunt autem illa quoq; principia etiã in eos non operantia: neq; tamen ipsa in se procul ab actu torpentia: agit enim quodlibet suum opus, sed interdũ in hos minimè operãtur. Interrogabit fortè quispiã qua-

Margin: IIII De intellectu, & ratione, & imaginatione. Cur homines natura semper vtãtur ratione. Cur anima fiat deterior, quòd nõ trãsit in bestias.

re cum adsint non operentur? an fortè non adsint? quanquam omnino adesse fatemur, nihilque esse ab his destitutum. Forsan verò his non adesse dicendum, in quos nō agunt. Cur igitur non in omnes agunt? siquidem & hæc eorum partes existunt, dico autem tale principium. In alijs quidem animalibus, non ipsorum est hoc principium, in hominibus autem nequaquam in omnibus. Nunquid igitur non in omnibus, non tantùm id principium? Sed cur non solum? in quibus autem solum, & secundum hoc viuere conuenit: secundum verò alia quatenus cogit necessitas. Siue enim compositio talis est, vt quasi in turbulentum præcipitetur, siue cōcupiscentiæ superent similiter causam in subiectum ipsum reijcere necessarium est. Verùm primùm quidem videbitur non amplius in ratione esse causam, sed potius in materia: atque ita non ratio, sed materia dominabitur: deinde subiectū, vt formatum est, vel potius subiectū principio ratio est, & quod ex ratione factum, existensque secundum rationem. Quapropter non materia dominabitur, deinde formatio sequetur: quinetiam quòd talis sit, poterit quis causam in prçcedētem vitam referre, quasi ratio ex antecedentibus facta sit debilis, si cum ratione conferatur superiore. Quippe cum anima facta sit infirmior, deinde illustret, tum ratio ipsa dici debet in seipsa habere etiam materiæ rationem: quam quidem materiam sibi operabitur secundum se ipsam, materiam fingens, vel nacta concordem. Ratio enim seminaria bouis non in alia quàm bouis materia est: vnde & in alia etiam animalia, inquit, animā destinari, quippe cum anima facta sit alia, ratioq; euaserit iam diuersa, vt bouis anima fiat, quæ homo antè fuerat, quapropter iustitiæ ipsius iudicio fit deterior. Sed à principio cur deterior anima facta est, & quomodo aberrauit, sæpe dictum est; non omnia esse prima, sed quæ secunda, tertiá ue sunt, deteriorem quàm superiora habere naturam. Item exiguum inclinationis momentum satis efficit, vt rectum transgrediamur. Præterea complexio alterius cum altero quasi quædam commixtio est ad tertium quiddam ex vtrisque conficiendum. Neque quod erat hic imminuitur, sed quod minus est, factum est ab initio minus, atque est quod factum fuit secundum naturam suam minus: ac si quod inde consequens est patitur, pro dignitate patitur. Accedit ad hæc, quòd ad præcedentem vitam referenda comparatio est: nam ex illis quæ illâ facta sunt atque concepta sequentia deducuntur.

V Quod oporteat esse diuersos rerū gradus. quòd prouidentia dispeset singula geometricæ proportionis æqualitate quòd fatum seruit prouidētiæ. de libero arbitrio.

PROCEDIT igitur prouidentia ab initio ad finem desuper se diffundens: nec æquali secundum numerum portione, sed secundū cōparationem quandam proportionis aliter distribuit alibi: quemadmodū in vno quodā animali à principio ad extremū ritè connexo, mēbrū quodlibet munus propriū possidet, & melius quidem actionem habet præstantiorem, deterius autem inferiorem sibi conuenientem. Patitur quoque proprias passiones tum sibimet, tum ordini ad aliud directo conuenientes.

A αὖ, παροῦσαι, ἢ οὐ πάρεισι. καίτοι ταύτῃ φαμὲν παρεῖναι, καὶ οὐδὲν ἔρημον, ἢ οὐ τούτοις, ἐν οἷς μὴ εἰς αὐτοὺς ἐνεργεῖ. διὰ τί οὖν οὐκ ἐνεργεῖ εἰς πάντας; εἴπερ μέρη καὶ ταῦτα αὐτῆς. λέγω δὲ τὴν ἀρχὴν τὴν τοιαύτην. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων ζώων, οὐκ αὐτῶν ἡ ἀρχὴ αὕτη· ἐπὶ δὲ ἀνθρώπων, οὐκ ἐπὶ πάντων. ἆρ' οὖν οὐκ ἐπὶ πάντων, οὐ μόνον ἥδε, ἀλλὰ διὰ τί οὐ μόνη; ἐφ' ὧν γὰρ μόνη καὶ κατὰ ταύτην τὸ ζῆν. τὰ δ' ἄλλα ὅσον ἀνάγκη. εἴτε γὰρ ἡ σύστασις τοιαύτη ὡς οἷον εἰς θολερὸν ἐμβάλλειν, εἴτε ἐπιθυμίαι κρατοῦσιν, ὅμως ἀνάγκη λέγειν ἐν τῷ ὑποκειμένῳ τὸ αἴτιον εἶναι. ἀλλὰ πρῶτον μὲν δόξει οὐκ ἔτι ἐν τῷ λόγῳ, ἀλλὰ μᾶλλον ἐν τῇ ὕλῃ. καὶ ἡ ὕλη οὐχ ὁ λόγος κρατήσει, εἶτα τὸ ὑποκείμενον ὡς πέπλασται. ἢ τὸ ὑποκείμενον C τῇ ἀρχῇ ὁ λόγος ἐστί, καὶ τὸ ἐκ τοῦ λόγου γενόμενον, καὶ ὂν κατὰ τὸν λόγον. ὥστε οὐχ ἡ ὕλη κρατήσει, εἶτα ἡ πλάσις. καὶ τὸ τοιόνδε εἶναι, ἐπὶ τὴν προτέραν βιοτὴν * αὖ ἀγάγοι τις, οἷον γινομένου ἐκ τῶν προτέρων ἀμυδροῦ, ὡς πρὸς τὸν πρὸ αὐτοῦ τοῦ λόγου. οἷον ψυχῆς ἀσθενεστέρας γενομένης, ὕστερον δὲ καὶ ἐκλάμψει, καὶ ὁ λόγος δὲ γενέσθω ἔχειν, καὶ τὸν λόγον αὖ, D ἐν αὐτῷ τῆς ὕλης ἣν αὐτῷ ἐργάσεται, ποιώσας καθ' αὐτὸν τὴν ὕλην, ἢ σύμφωνον εὑρών. οὐ γὰρ ὁ τοῦ βοὸς λόγος ἐπ' ἄλλης, ἢ βοὸς ὕλης· ὅθεν καὶ εἰς τὰ ἄλλα ζῶα φησὶν εἰσκρίνεσθαι, οἷον ἄλλης τῆς ψυχῆς γενομένης. καὶ ἑτεροιωθέντος τοῦ λόγου, ἵνα γένηται ψυχὴ βοός, ἣ πρότερον ἦν ἄνθρωπος. ὥστε κατὰ δίκην ὁ χείρων, ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς διό τι ὁ χείρων ἐγίνετο, καὶ πῶς ἐσφάλη, πολλάκις εἴρηται, E ὡς οὐ πρῶτα πάντα· ἀλλ' ὅσα δεύτερα καὶ τρίτα ἐλάττω τὴν φύσιν τῶν πρὸ αὐτῶν ἔχει, καὶ σμικρὰ ῥοπὴ ἀρκεῖ εἰς ἔκβασιν τοῦ ὀρθοῦ. καὶ ἡ συμπλοκὴ δὲ ἡ πρὸς ἄλλο ἄλλου, ὥσπερ τις σύγκρασίς ἐστιν ἑτέρου ἐξ ἀμφοῖν γινομένου. καὶ οὐκ ὄντος, ἠλάττωσεν· ἀλλὰ ἐγένετο ἐξ ἀρχῆς ἔλαττον τὸ ἔλαττον, καὶ ἔστιν ὃ ἐγένετο κατὰ φύσιν τὴν αὐτοῦ ἔλαττον. καὶ εἰ τὸ ἀκόλου- F θον πάσχει, πάσχει τὸ κατ' ἀξίαν. καὶ εἰς τὰ προβεβιωμένα δὲ ἀναπέμπειν δεῖ τὸν λογισμόν, ὡς κἀκεῖθεν ἠρτημένον ὂν ἐφεξῆς.

* ἀνάγοι

ΓΙ'ΝΕΤΑΙ τοίνυν ἡ πρόνοια, ἐξ ἀρχῆς εἰς τέλος κατιοῦσα, ἄνωθεν οὐκ ἴση οἷον κατ' ἀριθμόν. ἀλλὰ κατὰ ἀναλογίαν, ἄλλη ἐν ἄλλῳ τόπῳ. ὥσπερ ἐπὶ ζώου ἑνὸς εἰς ἔσχατον ἐξ ἀρ- G χῆς ἠρτημένου. ἑκάστου τὸ οἰκεῖον ἔχοντος. τοῦ μὲν βελτίονος, τὸ βέλτιον τῆς ἐνεργείας. τοῦ δὲ πρὸς τοῦ κάτω ἤδη. ἐνεργοῦντός τε αὐτοῦ καὶ πάσχοντος, τὰ ὅσα αὐτῷ οἰκεῖα παθήματα πρὸς αὑτό τε καὶ πρὸς τὴν σύνταξιν τὴν πρὸς ἄλλο.

καὶ

καὶ δὴ καὶ οὕτωσὶ πληγέντα, οὕτως ἐφθέγξατο τὰ φωνήεντα, τὰ δὲ σιωπῇ πάσχει, καὶ κινεῖται τὰ ἀκόλουθα. καὶ ἐκ τῶν φθόγγων ἁπάντων, καὶ ἐκ τῶν παθημάτων, καὶ ἐνεργημάτων, μία τοῦ ζώου οἷον φωνὴ, καὶ ζωὴ, καὶ βίος. καὶ γὰρ καὶ τὰ μόρια διάφορα ὄντα, καὶ διάφορον τὴν ἐνέργειαν ἔχοντα. ἄλλο γὰρ ποιοῦσι πόδες, ὀφθαλμοὶ δὲ ἄλλο· διάνοια δὲ ἄλλο, καὶ νοῦς ἄλλο. ἓν δὲ ἐκ πάντων, καὶ πρόνοια μία, εἱμαρμένη δὲ ἀπὸ τοῦ χείρονος ἀρξαμένη. τὸ δὲ ὑπὲρ ἄνω πρόνοια μόνον. τὰ μὲν γὰρ ἐν τῷ κόσμῳ τῷ νοητῷ πάντα, λόγος καὶ ὑπὲρ λόγον. νοῦς γὰρ καὶ ψυχὴ καθαρά. τὸ δὲ ἐντεῦθεν ἤδη, ὅσον μὲν ἔρχεται ἐκεῖθεν, πρόνοια. καὶ ὅσον ἐν ψυχῇ καθαρᾷ, καὶ ὅσον ἐνταῦθα εἰς τὰ ζῶα. ἔρχεται δὲ μεριζόμενος ὁ λόγος, οὐκ ἴσα, ὅθεν οὐδὲ ἴσα ποιεῖ. ὥσπερ καὶ ἐν ζώῳ ἑκάστῳ. τὸ δὲ ἐντεῦθεν ἤδη. ἀκόλουθα μὲν τὰ δρώμενα, καὶ προνοίᾳ ἑπόμενα, * ἥτις δρῴη θεοῖς φίλα. ἦν γὰρ θεοφιλὴς ὁ λόγος ὁ προνοίας. συνείρεται μὲν οὖν, καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ἔργων· πεποίηται δὲ οὐ προνοίᾳ, ἀλλὰ γινόμενα ἢ παρὰ ἀνθρώπων τὰ γινόμενα, ἢ παρὰ ὁτουοῦν. ἢ ζώου ἀψύχου. εἴ τι ἐφεξῆς τούτοις χρηστὸν, πάλιν κατείληπται προνοίᾳ, ὡς πανταχοῦ ἀρετὴν κρατεῖν, καὶ μετατιθεμένων, καὶ διορθώσεις τυγχανόντων τῶν ἡμαρτημένων, οἷον ἐν ἑνὶ σώματι ὑγιείας δοθείσης, τὰ κατὰ πρόνοιαν τοῦ ζώου γινομένης τόλμης. καὶ ὅλως τραύματος. πάλιν ἐφεξῆς ὁ λόγος ὁ διοικῶν συνάπτοι καὶ συνάγοι καὶ ἰῷτο. καὶ διορθοῖτο τὸ πονῆσαν, ὥστε τὰ κακὰ ἑπόμενα εἶναι ἐξ ἀνάγκης δέ, καὶ γὰρ παρ' ἡμῶν κατ' αἰτίας οὐχ ὑπὸ τῆς προνοίας, ἠναγκασμένων· ἀλλ' οὐκ ἐξ αὐτῶν μὲν συναψάντων τοῖς τῆς προνοίας καὶ ἀπὸ προνοίας ἔργοις. τὸ δὲ ἐφεξῆς συνεῖραι κατὰ βούλησιν ἐκείνης, οὐ δυνηθέντων, ἀλλὰ κατὰ τὴν τῶν πραξάντων, ἢ κατὰ ἄλλο τι τῶν ἐν τῷ παντὶ * μὴ δὲ οὖν τοῦ κατὰ πρόνοιαν πεπραχότος, ἢ πεποιηκότος τι ἐν ἡμῖν πάθος. οὐ γὰρ τὸ αὐτὸ ποιεῖ, πᾶν προσελθὸν παντί· ἀλλὰ τὸ αὐτὸ πρὸς ἄλλο, καὶ ἄλλο πρὸς ἄλλο. οἷον καὶ τὸ τῆς Ἑλένης κάλλος πρὸς μὲν τὸν Πάριν ἄλλο * εἰργάσατο, ἰδομενεὺς δὲ ἔπαθεν οὐ τὸ αὐτό. καὶ ἀκόλαστος ἀκολάστῳ, καλὸς καλῷ συμπεσὼν ἄλλο. ὁ δὲ σώφρων καλὸς ἄλλο, πρὸς σώφρονα τοιοῦτον, ἢ πρὸς ἀκόλαστον ἄλλο ὁ αὐτός, ὁ δὲ ἀκόλαστος πρὸς αὐτὸν ἄλλο. καὶ παρὰ μὲν τοῦ ἀκολάστου τὸ πραχθὲν, οὔτε ὑπὸ προνοίας οὔτε κατὰ πρόνοιαν. τὸ δὲ ὑπὸ τοῦ σώφρονος ἔργον, οὐχ ὑπὸ προνοίας μὲν, ὅτι ὑπ' αὐτοῦ· κατὰ πρόνοιαν δὲ σύμφωνον τῷ λόγῳ. ὥσπερ καὶ ὁ ὑγιεινῶς πράξειεν αὐτὸς αὐτὸς, πράξας κατὰ λόγον τὸν τοῦ ἰατροῦ. τοῦτο γὰρ καὶ ὁ ἰατρὸς παρὰ τῆς τέχνης ἐδίδου, εἴς τε τὸ ὑγιαῖνον, εἴς τε τὸ κάμνον. ὁ δ' ἄν τις μὴ

τιν. [margin, beside ἑπόμενα, * ἥτις]
δ' αὐτῷ [margin, beside κατὰ πρόνοιαν πεπραχότος]
γάζεται [margin, beside νοῦς δὲ ἔπαθεν]

A Iam verò sua quadā conditione pulsata, sic quæ
sunt vocalia resonāt: alia verò silentio patiūtur,
mouenturq; cōsequentia. Proinde ex cūctis to-
nis, passionibus, actionibus, vna animalis quasi
vxor vitaq; & actus efficitur. Etenim partes in-
ter se diuersæ, diuersas habēt & actiones. Aliud
nanq; pedes agūt, aliud oculi, aliud cogitatio, a-
liud intellectus. Vnum verò ex cūctis, & proui-
dentia vna. At fatū à deteriori quodā sumit ex-
ordium: quod autem est superius, solū prouidē
B tia est. Omnia enim quæ in mundo intelligibili
sunt, ratio sunt superq; rationē: nempe intelle-
ctus & anima pura: quòd verò deinceps, quate-
nus inde prouenit, prouidētia est, & quatenus
est in anima pura, & quātum inde in animalia
propagatur. Ratio vtiq; in partes inæquales di-
stributa progreditur, iccirco neq; facit æqualia,
sicut & in quolibet animali. Quòd verò dein-
ceps ita se habet, cōsequentia quidē comitan-
tiaq; prouidentiā sunt, quæ fiunt si quis dijs ac
C cepta facit. amica. n. deo est prouidentiæ ratio.
Colligantur itaq; eiusmodi quoq; opera: fiunt
verò nō prouidētia, sed facta iam vel ab homini
bus, vel à quouis alio, siue animali siue inanima
to: si quid deinceps optimū est, ab ipsa prouidē
tia cōprehenduntur, vt virtus vbiq; superet: dū
videlicet qui errauerāt permutantur, errataq;
corriguntur, non aliter quā in corpore vno per
prouidētiam animalis custodem sanitas adhi-
D beatur. Deinde sectione vulnereq; accidente ra
tio rursus dispensans singula deinceps coaptet
atq; cōglutinet, morboq; sublato restituat sani
tatē. Hinc fit, vt mala sequētia sint, & quadā ne-
cessitate sequētia: & secundū causas apud nos,
non prouidentia quidem compulsos, sed ex no
bis dum coaptamus quidem nostra operibus
prouidentiæ, à prouidentiaque profectis, sed
non possumus quod deinceps sequitur conne-
ctere secundum prouidentiæ voluntatem: imò
annectimus secundum voluntatem eorum qui
E agunt, vel secundum aliud quiddam eorum
quæ in vniuerso sunt, nec ipso quidem secun-
dum prouidentiam agente vel faciente in no-
bis aliquam passionem. Non enim idem
facit quodlibet accedens ad quodlibet: sed
quod idem est, aliud facit ad aliud. Sicut
pulchritudo Helenæ erga Paridem quidem a-
liud egit: Idomeneus autem aliter est affectus:
atque intemperatus intemperato, pulcher pul-
chro propinquans aliud efficit: Temperatus
F autem pulcher, temperato pulchro aliud: ipse-
que idem aliud aduersus intemperatum, intem
peratusque vicissim aliud aduersus ipsum. Iam
verò quod ab intemperato fit, neque à proui-
dentia, neque secundum prouidentiam pro-
ficiscitur. Quod verò à temperato fit, non à
prouidentia quidem agitur, quoniam fit ab ip-
so: secundum prouidentiam tamen agitur, ra-
tioni nanque prouidentiæ consentaneum est:
quemadmodum quòd quis sanitati conferens
G agit, ipse quidem agit, secundum tamen me-
dici rationem: id nanque & medicus ex ar-
te tradidisset, quantum vel ad salubria vel
ad insalubria pertinet. Quod autem quis

ſanitati facit aduerſum, ipſe quidem facit ac prę ter medici prouidentiam agit.

VI
Quo conſequentiæ ordine ex bonis præuideri mala
Quomodo in præſentibus ſint futurorū ſigna.

VNDE' nam igitur vates etiam deteriora prædicunt? & Aſtrologi præter cętera vaticinia hæc quoq; pronunciant? Profectò ex eo, quòd cōtraria omnia ſimul contexta ſunt ceu forma atque materia, velut in animali compoſitò qua le eſt & mundus. Itaq; qui formam rationemq; contemplatur, formatum etiam cōtemplatur. Non enim intelligibile animal ſimiliter atq; cōpoſitum animal intuetur: ſed rationem animalis in compoſito deteriora formantem. B Cùm igitur vniuerſum hoc ſit animal, qui ea quæ fiunt in ipſo videt, videt etiã ex quibus fiūt: prouidentiamq; in ipſo regnantem, quæ quidē ordine per cuncta procedit & quæ ſunt & quę fiunt. Hæc autem & viuentia ſunt, quorum actiones affectionesque & ratione ſuperatæ ſunt, & neceſsitati permiſtæ: miſta igitur cōtemplatur, & quæ continuè permiſcentur. Atq; ipſe quidē prouidentiam ſeorſum ab eo quod ſecundum C prouidentiam eſt diſcernere nequit, vel rurſus quod ſubiectum tradit ex ſe, ei quod ſit in ipſo. Sed enim non hominis eſt id agere, vel ſapientis cuiuſdam atque diuini: at potius ſolius dei munus hoc eſſe quis dixerit. Non enim vatis officium eſt, quã ob cauſam aliquid fiat cognoſcere, ſed ſic fore tantùm prænunciare. Arsq; prǽſagiendi lectio quædam eſt naturalium literarū ordinem indicātium, nec vſquam ad inordinatum aliquid declinantium: ſed præcipuè motu D mundano id teſtificante, in lucemq; producente, etiam priuſquam in rebus ipſis appareat quales ſint, quòtue patiantur. Concurrunt namq; in idem tum hæc vna cum illis, tum viciſsim cū his illa, ſimul ad cōſtitutionem perpetuitatéq; mundi interim conferentia. Atq; ſecundū quãdam analogiam, id eſt, proportionis comparationem ſignificantia cætera his qui talia diligenter obſeruant: quandoquidem alia inſuper vaticinia analogia quadam efficiuntur. Non enim E oportuit omnia viciſsim ab omnibus dependere: aſsimilari autem inter ſe quodammodo debuerunt. Idque forſan eſt quod dici ſolet, analogia omnia cōtineri. Eſt autē tale quiddam analogia: Quemadmodū ſe habet melius ad id quod melius, ſic viciſsim deterius ad deterius: ceu ſicut oculus ad oculū, ſic & pes cōparatur ad pedem, tanquam alterum aduerſus alterum. Item ſi placet, quod eſt virtus ad iuſtitiam, id vitium ad iniuſtitiam. Si igitur in vniuerſo re- F gnat analogia, nimirum licet vaticinari: Ac ſi illa in hæc agunt, ſic vtique agunt, vt quæ in omni ſunt animali inuicem operantur, non quia alterum generet alterum (ſimul namque gignuntur) ſed quia quali natura præditum eſt vnum quodque, tali quadam ratione patitur quod eſt naturæ propriæ cōſentaneum. Et quia hoc quidem tale quiddam, & tale quiddam hoc ſimiliter: ſic enim & ratio vna eſt. G

VII
Quòd in prouidentia Dei actio artificioſa & naturalis eſt eadē quæ gubernat mundum ſicut vita plantã.

PRÆTEREA quoniam meliora ſunt in mundo, iccirco ſunt quoque deteriora. Quo enim pacto deterius aliquid in opere multiformi eſſe poteſt, niſi ſit & melius? vel uiciſſim quomodo melius, niſi ſit & peius? Quam-

A ὑγιαῖνον ποιεῖ, αὐτός τε ποιεῖ, καὶ παρὰ τὴν πρόνοιαν τοῦ ἰατροῦ εἰργάσατο.

ΠΟ'ΘΕΝ οὖν καὶ τὰ χείρω μάντεις προλέγουσι, καὶ εἰς τὴν τοῦ παντὸς φορὰν ὁρῶντες, πρὸς ταῖς ἄλλαις μαντείαις, προλέγουσι ταῦτα. ἢ δῆλον ὅτι τὸ συμπεπλέχθαι πάντα τὰ ἐναντία· οἷον τὴν μορφὴν καὶ τὴν ὕλην, οἷον ἐπὶ ζώου συνθέτου ὄντος. ὅτι τὴν μορφὴν καὶ τὸν λόγον θεωρῶν, καὶ τὸ μεμορφωμένον θεωρεῖ. οὐ γὰρ ὡσαύτως ζῶον νοητὸν, καὶ ζῶον σύνθετον θεωρεῖ, ἀλλὰ * λόγον ζώου. ἐν τῷ συνθέτῳ μορφοῦντα τὰ χείρω. ζώου δὴ ὄντος τοῦ παντὸς, ὁ τὰ ἐν αὐτῷ γινόμενα θεωρῶν, θεωρεῖ ἅμα, καὶ ἐξ ὧν ἐστι. καὶ τὴν πρόνοιαν τὴν ἐπ' αὐτῷ. * τέτακται δὴ ἐπὶ πάντα καὶ τὰ γινόμενα. τάδε ἐστὶ καὶ ζῶα, καὶ πράξεις αὐτῶν, καὶ διαθέσεις κραθεῖσαι λόγῳ. καὶ ἀνάγκῃ μεμιγμέναι. μεμιγμένα οὖν θεωρεῖ. καὶ διηνεκῶς μιγνύμενα, καὶ διακρίνειν μὲν αὐτὸς οὐ δύναται πρόνοιαν, καὶ τὸ κατὰ πρόνοιαν χωρὶς καὶ αὖ τὸ ὑποκείμενον, ὅσα δίδωσιν εἰς τὸ ὑποκείμενον παρ' αὐτοῦ. ἀλλ' οὐ δὴ ἀνδρὸς, τοῦτο ποιεῖν, ἢ σοφοῦ τινος, καὶ θείου. ἢ θεὸς ἂν ἔχοι φαίη τις ἂν τοῦτο τὸ γέρας. καὶ γὰρ οὐ τοῦ μάντεως τὸ διότι, ἀλλὰ τὸ ὅτι μόνον εἰπεῖν. καὶ ἡ τέχνη, ἀνάγνωσις φυσικῶν γραμμάτων καὶ τάξιν δηλούντων. καὶ οὐδαμοῦ πρὸς τὸ ἄτακτον ἀποκλινόντων. μᾶλλον δὲ καταμαρτυρούσης τῆς φορᾶς, καὶ εἰς φῶς ἀγούσης καὶ πρὶν παρ' αὐτῶν φανῆναι, * οἷον ἕκαστος, καὶ ὅσα. συμφέρεται γὰρ καὶ ταῦτα ἐκείνοις. κἀκεῖνα τούτοις συντελοῦντα ἅμα πρὸς σύστασιν καὶ ἀϊδιότητα κόσμου. * ἀναλογίαν δὲ σημαίνοντα τὰ ἄλλα τῷ τετηρηκότι. ἐπεὶ καὶ αἱ ἄλλαι μαντικαὶ, τῷ ἀναλόγῳ. οὐ γὰρ ἔδει ἀπηρτῆσθαι ἀλλήλων τὰ πάντα, ὡμοιῶσθαι δὲ πρὸς ἄλληλα ἀμηγέπῃ. καὶ τοῦτ' ἂν ἴσως εἴη τὸ λεγόμενον, ὡς συνέχει τὰ πάντα ἀναλογία, ὥς τι καὶ τὸ χεῖρον, πρὸς τὸ χεῖρον· ὡς τὸ βέλτιον, πρὸς τὸ βέλτιον· οἷον ὡς ὄμμα πρὸς ὄμμα, καὶ ποῦς πρὸς πόδα, θάτερον πρὸς θάτερον. καὶ εἰ βούλει ὡς ἀρετὴ, πρὸς δικαιοσύνην, καὶ κακία πρὸς ἀδικίαν. εἰ τοίνυν ἀναλογίαν ἐν τῷ παντὶ, καὶ προειπεῖν ἐνὶ, καὶ εἰ ποιεῖ δὲ ἐκεῖνα εἰς ταῦτα, οὕτω ποιεῖ, ὡς καὶ τὰ ἐν παντὶ ζώῳ εἰς ἄλληλα· οὐχ ὡς θάτερον γεννᾷ θάτερον, ἅμα γὰρ γεννᾶται· ἀλλ' ὡς ᾗ πέφυκεν ἕκαστον, οὕτω καὶ πάσχει τὸ πρόσφορον εἰς τὴν αὐτοῦ φύσιν. καὶ ὅτι τοῦτο τοιοῦτον, καὶ τὸ τοιοῦτον, τοῦτο. οὕτω γὰρ καὶ λόγος εἷς.

ΚΑΙ' ὅτι δὲ τὰ βελτίω, καὶ τὰ χείρω, ἐπεὶ πῶς ἂν εἴη τι χεῖρον ἐν πολυειδεῖ μὴ ὄντος βελτίονος; ἢ πῶς τὸ βέλτιον, μὴ χείρονος.

ὥστε

ὥς τι οὐκ αἰτιατέον τὸ χεῖρον ἐν τῷ βελτίονι, ἀλλὰ ἀποδεκτέον τὸ βέλτιον, ὅτι ἔδωκεν ἑαυτοῦ τῷ χείρονι. ὅλως δὲ οἱ ἀναιρεῖν ἀξιοῦντες τὸ χεῖρον ἐν τῷ παντὶ, ἀναιροῦσι πρόνοιαν αὐτήν. τίνος γὰρ ἔσται; οὐ γὰρ δὴ αὐτῆς, οὐδὲ τοῦ βελτίονος. ἐπεὶ καὶ τὴν ἄνω πρόνοιαν ὀνομάζοντες, πρὸς τὸ κάτω λέγομεν. τὸ μὲν γὰρ εἰς * ἐν πάντα, ἀρχὴ ἐν ᾗ ὁμοῦ πάντα καὶ ὅλον πάντα. πρόεισι δὲ ἤδη ἐκ ταύτης ἕκαστα, ἐνούσης ἐκείνης ἔνδον. οἷον ἐκ ῥίζης μιᾶς ἑστώσης αὐτῆς ἐν αὐτῇ· τὰ δὲ, ἐξελύθησεν εἰς πλῆθος μεμερισμένον, εἴδωλον ἕκαστον ἐκείνου φέρον. ἄλλο δ' ἐν ἄλλῳ, ἐνταῦθα ἤδη ἐγίγνετο. καὶ ἦν, τὰ μὲν, πλησίον τῆς ῥίζης. τὰ δὲ, προϊόντα εἰς τὸ πόῤῥω ἐσχίζετο. καὶ μέχρι, οἷον κλάδων καὶ ἄκρων, καὶ καρπῶν, καὶ φύλλων· καὶ τὰ μὲν ἔμενεν ἀεὶ, τὰ δὲ ἐγίνετο ἀεὶ οἱ καρποὶ καὶ τὰ φύλλα. καὶ τὰ γινόμενα ἀεὶ, εἶχε τοὺς τῶν ἐπάνω λόγους. ἐν αὐτοῖς οἷον μικρὰ δένδρα βουληθέντα εἶναι. καὶ εἰ ἐγέννησεν πρὶν φθαρῆναι, τὸ ἐγγὺς ἐγέννα μόνον· τὰ δὲ διάκενα οἷον τῶν κλάδων, ἐπληροῦτο αὖ ἐκ τῆς ῥίζης. καὶ αὐτῶν ἄλλον τρόπον πεφυκότων, ἐξ ὧν καὶ ἔπασχε τὰ ἄλλα ἄκρα τῶν κλάδων. ὡς ἐκ τοῦ πλησίον οἴεσθαι τὸ πάθος ἰέναι μόνον· τὸ δὲ κατὰ τὴν ἀρχὴν αὖ, τὸ μὲν, ἔπασχε· τὸ δὲ, ἐποίει. ἡ δ' ἀρχὴ * ἀνήρτητο καὶ αὐτή. πόῤῥωθεν γὰρ ἐλθόντα, ἄλλα τὰ ποιοῦντα εἰς ἄλληλα, ἐξ ἀρχῆς δὲ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, οἷον εἰ ἀδελφὸς δρῷεν τι ἀλλήλοις, ὅμοιοι γινόμενοι, ἐκ τῶν αὐτῶν ὁρμηθέντες τῶν πεποιηκότων.

πάντα. ἀνήρτητος

A obrem nō debemus in meliori deterius causari, sed potius qđ est melius approbare: quoniā deteriori sui nō nihil impertiat. Omnino aūt quicunq; deterius ē mōdo tollendū censent, tollūt ipsam etiam prouidentiam. Cuiúsnam amplius prouidentia erit? Non enim sui ipsius, neq; etiam melioris: quādoquidem dum supernam prouidentiam nominamus, ad id eam quod inferius est referimus. Ipsum namq; in quod omnia rediguntur principium est in quo sunt omnia simul, B & omnia totum. Procedunt autem ex hoc iam omnia, intus ipso manente, ceu ex vna radice in seipsa conquiescente in multitudinem iam diuisam plurimam pullulant, singula illius similitudinem prǽferentia: aliud autem in alio hîc iam est factum. Suntq; alia quidem propinqua radici, alia verò longius procedentia diuiduntur, ac velut vsque ad ramos, atque ramusculos, fructusque, & folia: & alia quidem semper manent, alia verò fiunt semper fructus C & folia. Et quæ semper fiunt superiorum rationes posſident in seipsis, quasi exiguæ quędam arbusculæ esse velint. Ac si generarent antequā putrescerent, propinquum solummodo generarent: ipsa verò quasi vacua ramorum spatia rursus ab ipsa radice replentur, aliterque natura se habent: ex quibus patiuntur extrema ramorum, adeò vt ex ipso propinquo passio solùm contingere videatur. Quod autem secundum principium est, hoc quidem patitur, hoc D verò facit. Principium verò est ipsum quoque cōnexum: procul enim progredientia, alia iam in alia inter se agunt: ex principio autem ab eodem: ceu si fratres inuicem aliquid agant facti similes, vtpote qui ex genitoribus eisdem orti fuerint.

MARSILII FICINI IN LIB. QVARTVM, TERTIAE ENNEADIS, DE DÆMONIBVS, COMMENTARIVS.

SVMMMA TOTIVS LIBRI.

Summa libri, item de dæmonibus, & de dæmone proprio.

SVMMA libri huius de suo cuiusq; dæmone, dæmonici potius quàm diuini est eiusmodi. Anima cum sit omnia, motumq; habeat naturaliter liberum, nimirum potest & intra se in proprias omnium similitudines formare seipsam, atq; subinde talia sibi animalium & plantarum corpora conformare. Si igitur more plantæ vixerit: format post hanc vitam plantæ corpus, in quo vegetalis potentia tantùm agit: sensus autem eiusmodi vitæ præsidet tanquam dæmon, nō vt agens, sed vt assidens speculator. Similiter si anima viuens vt bestia, fiat deniq; bestia sensum cum vegetali duntaxat exercens, rationalis huic potestas imminet ociosa, & tanquam dæmon aliquis obseruator. Qui verò ratione vnà cum sensu viuit, mentem habet more dæmonis aßistentem: qui deniq; viuit mente, Deum pro dæmone videtur habere præfectum. Hac in re Plotinus Timæum ex parte secutus est dicentem, potestatem præstantiorem animæ esse ducem hominis atq; dæmonem. Secutus est & carmina Pythagorica: quæ Deum obsecrant, vt quo Dæmon vtamur ostendat: deinde declarant vnicuiq; inesse pro dæmone quandam naturæ propriæ diuinitatem, quæ pandere nobis poßit occulta. Hinc ergo Plotinus & Iamblichus Aegyptiorum sententia intellectum vnicuiq; suum præficiunt, tanquā dæmonem rationis semper omnia speculantem. Ad hunc verò librum componendum est adductus, vt narrat Porphyrius, magica Aegyptij sacerdotis opera: qui & profitebatur suum cuiq; dæmonem oculis demonstrare, & demonstrauit Plotino pluribusq; præsentibus, non dæmonem Plotini, sed Deum: quippe cum Plotinus non tam ratione

quàm intelligentia viueret, nitens videlicet intuitu plurimùm potius quàm discursu, neque perturbationes amputans, sed extirpans. Quamobrem & in hoc libro non solùm docet qualis cuiusque sit dæmon: verùm etiam exhortatur ad deũ pro dæmone consequendũ. hactenus libri summa. Esse verò præter animæ partes alios insuper extraneos dæmones, tum quãplurimos, tum duces hominum Plato sæpe declarat, omnesq; Platonici: & ipse Plotinus alibi, & in libro de Amore potissimùm. In hoc autem libro præcipuè dæmones introducit, qui sint partes animæ: quoniã & ab alijs nondum fuerat disputatum, & pro gradibus eiusmodi, dæmonum diuersi nobis externorum dæmonum gradus habentur. Vbi enim secundum imaginationum vita disponitur, externus dæmon noster est aerius in aere videlicet infimo, ac per imaginationem nostrã imaginatione sua nos agitans: vbi verò secundum rationem viuitur, dæmon foris ex aere medio ratione sua rationem versat humanã: vbi deniq; intellectualis est vita, dæmon ex aere summo per intelligentiam aspirat intelligentiæ: atq; id non tam electione faciunt, quàm more naturæ. Nam & in nobis intellectualis lucis excogitatio imaginationem naturaliter mouet ad sensibilem lucem imaginandã, & imaginatio in somno mouet sensus, & in vigilia frequenter affectus modo naturæ: atq; vicissim passio mouet sensum, sensus imaginationem, hæc naturaliter rationem. Similiter dæmones viribus suis nostras assiduè pulsant: sed excellentior ordo dæmonum agit occultius admodum atq; tranquillius ad intelligentiam assiduè reuocans: qualis vtiq; dæmon videtur duxisse Plotinum: ideoq; appellatus est Deus, qualis & dæmõ ipse Socraticus. Solent enim præstãtissimi quiq; dæmones Deorum nomine nuncupari: quemadmodũ & infimi Dij appellatione dæmonum designari. Esse quidem in aere dæmones, in Theologia satis asseueramus: vt & vbiq; animalia sint prædita ratione, & in aere potius quàm in terra: tantò præstantiora simul & grandiora, quanto aeris ipse globus est amplior atq; præstantior, & vitæ præsertim rationali cognatior. Quod enim prius eminentiusq; viuit in nobis cogitationiq; obsequitur, spiritus est aerius: Ingentia igitur rationaliaque in aere animalia degunt, figura quoque rotunda, qualem figura hæc aeris exigit: Sensus & in toto corpore totus, & pro natura aeris acutissimus: motus ratione simili velocissimus: motionis ordo fermè qualis in stellis. Dæmones igitur stellæ sunt aerij cæli, circuitus stellarum cælestiũ pro viribus imitãtes ab ortu ad occasum, atq; vicissim, statutis vbiq; temporibus progredientes quoq; regredientesq;, actũ ad septentrionẽ vergentes, tum ad meridiẽ, tum etiam velut in augem ascendẽtes, tum iterũ descendentes ordine certo: præsertim dæmones super aerem turbulentum. Neq; electione duntaxat in nos agunt, vt diximus: sed plurimũ stellarũ instar ipsa natura, radijsq; suis, quãuis occultis, tamen admodum efficacibus: quos quidẽ Magus qui congregare sciuerit, poterit & videre, cæterisq; monstrare. Sicut & solis radij euestigiò post occasum qui per se minimè discernuntur, aliquando certis vaporibus cõgregati, statim sub ruboris, vel palloris forma videntur: & flamma nonnunquã in meridie accensa procul in lino nõ cernitur, adhibitis verò lignis apparet. Videtur itaq; sacerdos Aegyptius dæmonis Plotinici radios congregasse, atq; (vt Porphyrius testis est) præsentiũ oculis ostendisse, siue colens dæmones hoc eorum munere tunc impetrauerit, siue vaporem certũ dæmonibusq; cognatũ infuderit aeri, quo certo modo radij dæmonis congregati patuerint. Sed qua nam forma coniecit Magus Plotini dæmonem esse supremũ? quia videlicet nõ difformi quodã instar iridis fulgore venit, sicut infimi solent dæmones in aere misto: Non pallore iterum vel rubore, sicut medij nonnunquã consueuerunt: sed lumine puro penitus atq; clarissimo, quod ætheriorũ cælestiumq; dæmonum duntaxat est proprium. Verùm si Plotini dæmon est altissimus, quomodo familiariter eum ducit? Quomodo magus ille radios illius attingit? Quamuis potest dæmon eminus quoq; habitans iactu sensualium radiorum, & aliquid verborum more significantium pulsare, pulsandoq; videre spiritum hominis intimum, ac videndo quasi loquendo significare aliquid & afficere. Memento tamẽ à summis ad infima passim extendi catenas: itaq; à singulis stellis certos dæmonum ordines stellarũ pedissequos certis affici modis, atq; similiter animas à dæmonibus, à suis vbiq; suas. Sunt ergo plures in qualibet sphæra tam infra lunam, quàm super lunam: dæmones Saturnij sub Saturno, Iouijq; sub Ioue, cæteriq; similiter. Atque inter Saturnios alij etiam in eadem sphæra præstantiores alijs, similiterq; Iouij: quemadmodum inter homines solet accidere. Plotinum igitur atque Socratem præstantissimus inter aerios ducit dæmon, ductus videlicet à quodam inter æthereos præstantissimo ducto similiter ab aliquo inter cælestes dæmones optimo. Socrates igitur atque Plotinus continuata serie mouentur à summo. Sed nunquid vnusquisque tantùm in eadem sphæra mouetur ab vnico? Forsitan non ab vno. Quamuis enim dæmon quilibet amplissimam impleat regionem: ideóque etiam si non mutet locum, tamen multis in locis possit oberrantem hominem obseruare, atque more stellæ vbique attingere radijs: tamen non est probabile, quando quispiam ab oriente vsque ad occidentalem plagam peregrinatur, dæmonem natura longè præstantiorem, velut addictum alicui pædagogum peregrinantis hominis vestigia sequi. Quid ergo? Aut si vnicus dæmon sit, est vbique secundum Iamblichum: itaque non cogitur mutare locum: aut si non est simul vbiq;, non dæmon tantùm vnus: id est, numero vnus, sed etiam vnus specie vnicuique præsidet. Sic solares dæmones solari præsunt homini: qui quocunque iuerit, in solarium dæmonum propriè venit imperium: ipse inquam, & vnusquisque solaris: similiterque venerei passim incidunt in venereos. Sunt tamen inter solares dæmones differentiæ quædam: nã dotes cunctæ solis, quas & sol possidet vnus, in solares dæmones multos seorsum distribuũtur. Similes quoque sunt & plures inter solares homines differẽtiæ: adeò vt aliquis plebeus homo quamuis quocunq; pergit suos reperiat duces, id est, plebeos, alibi tamen reperit minus, alibi magis accommodatos: accommodatissimum verò penitus qui vnicus est in regione certa nanciscitur. Hinc efficitur, vt alius sit fortunatior alibi, & in alio similiter opere: vbi videlicet suus dæmon potentior est, & in quo præ cæteris efficacior. Sequitur insuper, vt qui ad certum opus singulariter nati sunt, plurima etiam super ætatem sine præceptoribus, sine ministris excogitent mirabiliter atque peragant suis videlicet instructi dæmonibus. Tum verò præter spem suam & aliorum opinionem opportunè incidant in tempora, in regiones, in personas, in materias, in instrumenta, in facultates: quibus ritè suppeditantibus, opus ipsum expleant naturaliter destinatum. Quorum sanè inter se diuersorum confluxum non naturalis causa, sed dæmonica ad vnum connectit euentum, ad præcognitum sibi finem singula dirigens. Interea cælo ministrans pariter atque suppeditans: ministrans inquam media semper ad finem intelligentiæ cælesti præcognitum: suppeditans insuper propriam efficaciam ad id peragendũ, quod sæpe non facit cælestis motio, sed significat. Vnde nonnunquã astrologus ex certa dispositione cælestium, velut ex signo prænunciabit, quæ certus dæmon dispositioni accommodatus eiusmodi agit

vtcunq;

vtcunque potest in nobis, & vtcunque possumus nos efficimus. Postquam videlicet è multis annis ille cælestium aspectus euanuit, etiam si non reuertetur ad idem: ex quo apparet illum nostra potius significasse quàm facere. Sed iam ad Plotini verba pergamus.

Quomodo intellectus producit animam, anima naturam, natura materiam.

I Corpora omnia semper aliquid agunt, & agendo foras nonnihil emittunt, simplicia quidem absq; intima mutatione sui. Cum enim vniformia sint, parsq; teneat partem, nihilq; intus habeant alienum, meritò nihil effluit substantiæ foras. Sic ignis calorem præstat & lucem non diminutus, similiter aqua frigus qualitatemq; præstando, generant subinde substantiam: composita verò contraria ratione vapores quodã detrimento sui foras emittunt. Multo magis intellectus & anima aliquid semper ex se propagant: intellectus animam, anima vitam sensualem atque vegetalem, quam possumus appellare naturam. Sed intellectus quidem simplicis more corporis procreat animam non mutatus: anima verò corporis instar compositi producit mutata naturam. Omnino verò intellectus, & anima, & natura substantiam primò generant: deinde in substantia qualitatem. Hoc enim excellentioris agentis est proprium, primò generare substantiam, deinde illam conuersam ad genitorem, tanquam intuendo miris afficere modis. Sed quónam pacto anima naturam mota producit? non quidem mota discursu. Non enim accidentali suo suum gignit essentiale: sed ipsa intus alteritate regnante ex intellectuali potestate sui in sensualem & naturalem desinit facultatem longè ab intellectu diuersam. Quemadmodum in composito corpore vapor ipse suus ad eiusdem circumferentiam se diffundit alteratione quadam non lædente substantiam: vapor autem vlterius foras euolans, quodam detrimento substantiæ repræsentare videtur eam animæ passionem, qua nonnunquam potentiam vegetalem vltra seipsam, vltra spiritale corpus naturaliter sibi familiarissimum ad corpora composita promouet. Tunc enim non quodammodo mota, sed verè mutata, id est, cum quadam dignitatis suæ iactura infimæ generationis opus aggreditur: & qualiter in se mutata est, tale corpus pro viribus sibi concreat ex materia. Memento inter hæc, ipsam mundi animam si conferatur cum mente diuina, generare quodammodo motam quemadmodum exposuimus: si conferatur cum anima nostra, generationem explere non mutatam, id est, à principalibus actionib. suis nullo modo distractam. Vbi verò dicitur à natura materiam procreari, intellige ab vniuersali natura, quæ mundanam animam comitatur: tametsi quælibet intellectualis anima (vt vult Plotinus) nisi materiam repererit procreatam, procreatura videtur. Materiam hic appellat vltimum vniuersi, subiectam ipsi naturæ, quæ est vltimum diuinorum, quæ ex materia prorsus indefinita fingit corpora, formas desuper adhibens. Sicut & ipsa, & anima atq; mens prius tanquam quodammodo indefinitæ fuerunt, quàm in formam propriam prouenirent, sed nũquam prorsus indefinitæ: quamuis tales excogitentur, quatenus ad actum absolutissimum referuntur.

De transmigratione animæ: & quòd non transit in bestias.

II Quid ipse Plotinus quondam de transmigratione animæ senserit, nisi fortè poeticus sit vt Plato, legentibus eius scripta declarant. Nos autem optamus eum, quod & plerunq; philosophi solent diligentius meditatum, si modò id senserit in hunc saltem modum mutauisse sententiam, quã non tam rationis necessitate, quàm consuetudine gentis & sæculi subiisse videtur. Quanquam hominis anima quodammodo in seipsa mutetur, nunquam tamen vltra certos humanæ speciei terminos transmutatur. quod & Iamblicho placuisse videtur dicenti, animã in qualibet transmutatione suam speciem conseruare: quandoquidem eius motus exordium habet ab ipsa, & agitur intra se ipsam. Quæ quidem vbi dicitur esse omnia, intelligenda est esse omnia non quolibet modo, sed suo, id est, speciei propriæ proprio. Noli itaq; dicere: Anima si est omnia per potentiam naturalem, ergo quandoq; fit omnia: Nunquam enim anima ipsa fit forma corporea, siue corpus, quia videlicet anima non est quomodolibet eiusmodi forma vel corpus, sed propriè secundum ipsum vitæ modum. Ita neq; fit bestia, quoniam anima non est simpliciter animal, sed modo duntaxat humano. Præterea cum videamus certos effectus non ex quibuslibet causis, ser certis oriri: calida ex calentibus, vuas ex vite, ex leone leonem, ideoq; vicissim certas rerum species non quoslibet effectus procreare, sed proprios: nimirum neque ex natura hominis genitali, quæ certa quædam est ab initio species & humana, bouem aliquando fieri sperare debemus, nisi forsan ipsa natura speciem per se aliquando mutet, atq; ex humana fiat quandoq; bouina, quod quidem effici nequit. Cum enim per se mobilis & sempiterna dicatur, nunquam transmutatur ab alio, sed neq; etiam sponte speciem deseret propriam: quandoquidem hanc sibi singula semper conseruare nituntur. Iam verò ob hoc ipsum quod genitalis ipsa humana natura non potest esse bouina, contingit vt nec homo bouẽ, nec bos procreet hominẽ. Longius enim distat à natura natura, quã effectus naturæ huius ab illa. Omnino verò aliæ rerum species in alias degenerare nõ solent, nisi & amittãt interna, & admittant rursus externa, & in commistionem veniant: itaq; paulatim desinant esse quod erãt. quod animæ nostræ cõtingere Platonicus nõ concedet: cõcedet autẽ proprietatẽ hominis genitalẽ à proprietate genitali brutorum non aliter specie discrepare, quàm humana species à ferina. Accedit ad hæc quòd cum anima dicatur talis fieri siue talis apud Plotinum per electiones actionesq; suas, si suæ sunt, humanæ sunt: non igitur per eas speciem transibit humanam. Deinde vanum est dicere animam prauis actionibus mancipatam euadere bestiam ratione captam: quoniam ipsa ratione nulla prorsus vtatur. Non enim rationis acumen ocium penitus agit in prauis, imò negociatur assiduè quamuis circa spectacula sensus, & imaginationis obiecta, vel comparanda, vel deuitanda plurimùm diuersetur. Quid verò in causa est, vt praui acutiores plerunq; efficacioresq;, quàm boni in suis operibus videantur, nisi potentiæ rationalis acumen pariter & effectus? Quamobrem si iniquus animus post hanc vitam in terrenum corpus est iterum transferendus, non in brutũ, sed in hominẽ reuertetur ratonis solertia similiter abutentem. Huc enim similitudinis necessitas ipsa videtur adducere. Nam & Plotinus ipse manifestè fatetur hominem non secundum vnam tantùm, sed secundum omnes animæ vires agere. Purgabitur verò quandoq;: nam ita prouidentia dispensante in tales aliquando propter scelera calamitates incidet, vt vitæ turpiter actæ pœniteat, communi interim disciplina & dæmone cohortante. Deniq; neq; voluptuosus vllus fiet aliquando planta sensibus destituta. Quasi verò voluptuosus homo sensum negligat actiones, atq; hunc in modum orbata sensibus arbor euadat: imò nullus sensibus magis vtitur, quã intemperãs.

Si ergo sit iterum ad terrena corpora retorquendus, non in plantam sed in hominem reuertetur, quem violentus
sensuum suorum imperium adeò sollicitet, vexet, excruciet, perdat, vt tandem vitæ voluptuosæ pertædeat, legibus
interim & numinibus ad vitam reuocantibus meliorem. Mitto quòd iniquorum molliumq; animæ hinc illuc
transmittũtur à deo, vt quæ voluptate peruersa perpetrauerũt, aliquãdo curis & dolorib. puniantur. Qui verò puni
endis omnem adimit rationis actum, curas immensas & innumerabiles adimit: qui tollit sensum, aufert cum sen
su dolorem. Animas verò purgari memento non solùm in terrenis corporibus, sed aerijs: quam punitionem in Theo
logia planius aperuimus. Proinde neque te moueat quod inquit Plato: animam omnem totius inanimati curam
habere: non enim inde sequitur, quamlibet animam quibuslibet insinuari corporibus. quod & Plato fieri posse ne
gabit. Profectò si rationalis anima non solùm terrenum corpus regit & mouet, sed aerium etiam & cæleste:
si in superioribus quandoque viuit sedibus: si varia gerit munera, similia quoque cælestium prouidentiæ: ita satis
inanimati totius curam habere videtur, variásque intra se induere species, propriam non mutando naturam, sed
aliorum sibi similitudines vendicando, si modò essentia fuerit sempiterna. Meritò igitur Timæus Locrus negat
animas humanas in bestias pertransire: negat etiam ex homine mox in hominem transmigrare: vtpote qui in cor
poribus aerijs putat eas interea viuere, atque ita animi vexatione purgari. Cruciatus verò sensibiles siue in cor
pore viuente fiant, siue in aqua, vel igne dicit esse confictos, vt terreantur illi qui ad virtutem persuasioni
bus non ducuntur. Nempe sic affecti homines spiritalia etiam supplicia non intelligunt, scilicet mœrorem animi
agnoscentis se summo bono priuatum, angustiamq; imaginationis comitantis tunc ipsam animi pœnitentiam, quã
do in aerio corpore vitæ huius peccata luuntur. Has vtique pœnas Timæus ipse reseruari peccantibus non negabit.
Putat enim animas nostras esse inter se differentes & immortales. Pythagoricus enim est, & à Platone summo
pere cultus. Ait quinetiam deum nostras animas ex eisdem viribus rationibusq;, atq; mũdi animam absoluisse, at
que alias ab alijs stellis demisisse sub lunam. rursum naturã animæ supremã ex idẽtitate cõstare. Oportet igitur ex
Timæi sententia dicere, hominis animam quæ peccando in rationem peruersam imaginationemq; vehementio
rem prolapsa est, post obitum mox in aerio corpore, quod nũc etiam possidet, eadem ipsa cogitationis peruersitate ve
hementiaq; torqueri inter infimos dæmones similibus animam stimulis subpungentes, quousque tantæ angustiæ
causam recognoscens fuisse auersionem ipsam ab intellectu, paulatim reuertatur ad ipsum: quod tunc per pauciora
distracta planius quã nunc animaduertere potest, atq; ita gradatim in sublimiorum dæmonum ordinem eleuetur,
& ad ipsas deniq; stellas vnà cum cælesti corpore quod possidet ab initio vnaquæque ad illlam, vel cuius ordinem à
principio sortita est, vel cui reddidit viuendo se similem, vbique verò proprietatem conseruat humanam. Est enim
homo terrenus, est aerius, est & cælestis, est insuper solaris & Martius: vbiq; autem homo est ipsa rationalis anima,
corpus certo modo viuificans: in cælo quidem cæleste tantùm, in aere aerium per cæleste, in terra per vtrunq; terre
num. Tandem verò certa post secula per quãdam tum contemplationis remissionem, tum generationis intentionẽ
animam deinceps per eosdem gradus dæmonum aeriorumq; hominum relabi, postremò ad terrenum hominẽ descẽ
dere fortè Timæus existimabit: ac post hominis obitum non in bestias animam hanc præcipitari animæ munda
næ germanam, compotemq; cælestium: neq; mox rursus in hominem æquè terrenum. Oportunius enim in aerio cor
pore purgari, aptiusq; ad supera reuocari: semper autẽ ad corpus habitumq; vitæ redire simillimum, siue apud nos, si
ue supra nos reuoluatur, donec redeat prorsus ad idem. non enim quodlibet ad quodlibet proficiscitur. Interea ve
rò in terris quidem dormitare, nec facilè superiora recolere, sed supra terram euigilare, pristinúmque sui statum a
nimaduertere: vt per omnia secula quasi vitæ vnius ætates rationalis animi personæ sit eadem. Hæc equidem
coniecto forsan sensisse Timæum, quæ mihi inter Platonicorum opiniones probabiliora videntur. Secundo verò
loco probarem inter Platonica, quæ in superioribus adducebam, animam scilicet humanã de homine terreno in ter
renum transmitti rectius quàm in bestiam: quod nonnulli tradunt tandem Porphyrio placuisse: tametsi ex hac opi
nione verisimile est in aerio etiã corpore inter terrenas vitas degere vitam, Proculus præterea vnà cũ communi
Platonicorũ schola negat intellectualẽ animam ferino corpori admodum alieno sic accommodari posse, vt ei quan
doque in vita communicet. Communicare verò cum brutis aliquando putant in quadam similitudine vitæ,
idque sensisse Platonem. Mitto nunc vtrum ex hac ipsa sententia dicendum sit nec ne, animam similem brutis
effectam, ad tempus gratia pœnæ inter illa versari: atq; etiam per talem imaginationem suã imaginationibus tali
um bestiarum ita forsan insinuari, sicut plerique tradunt inferiores dæmones corpora ingredientes humana ima
ginationibus se nostris inserere, easq; mouere. Fermè sicut Auerrois intellectum tradidit animabus infusum, si
ue aliter se res habeat. Nam vbi Daniel propheta tradit Babyloniæ Regem ob grauissima scelera inter boues di
uinitus fuisse translatum, donec purgatus resipisceret, interpretantur Hebræi imaginationẽ Regis illius diuinitus
fuisse peruersam, vsque adeò, vt bouem se factum opinaretur, grauiterq; doleret: quemadmodum solet Magus, vel a
tra bilis efficere. Quid? si talis quoque apud Platonem est transitus animarum? Talis & apud Timæum? cuius
sententiam cùm modò exponerem, ambiguus exponebam. Nam videtur etiam omnem in terrenum corpus anima
rum reditum negauisse, nisi fortè sit reditus vltimus: posuisse verò varia peccata variè purgari per afflictionem spi
ritus stimulatam à dæmonibus exploratoribus sub iudicio Nemesis. Deniq; ipse nos Plato monuit ne temere quã
libet animam cuilibet corpori iungeremus: cùm inquit in Phædro, non posse in hominem venire animam, quæ sit
propria bruti forma, quæ nunquam diuina perspexerit. Quasi significet, nec ipsam hominis animam in ipsam bru
ti formam posse descendere, quamuis in similitudinem quandam commeritúmque fortè descendat. Quoniam ve
rò de brutorum animabus sepius hîc fecimus mentionem, oportunè quæritur: Si omnis vita sit immortalis, contra
riamq; non accipiat, sed effugiat mortem, vt Numenio placet atque Plotino: Si rursum progredientium animaliũ
animæ & immortales sunt & quodammodo rationales, vt vult Porphyrius, ac fermè similiter Iamblicus, quid
nam de his dicendum? Dicemus forsitan ex eorum sententia vel fingemus: animas bestiarum imaginationem
habentium, ideóque motum proprium possidentium, in seipsis subsistere separatas à corpore, numerúmque habere
ab initio certum? & vnamquanque in sua specie de corpore in corpus insinuari, species verò confundere nunquam?
atque interea donec solidum in sua specie corpus oportunius nanciscantur in aerio suo corpore viuere? Habet enim
suum

ſuum ipſæ quoque ſpiritum, in quo nonnihil artis & vaticinij munere dæmonum, quibus & dedicantur ſortiri Porphyrius arbitratur. Animas autem proprio carentes motu, & imaginationis expertes, cõcharum ſcilicet marinarum, atque plantarum viuificationes quaſdam ex anima mundi potius eſſe quàm animas: ſicut in pilis animalium ex anima totius ſolet accidere, easq; in mũdi vitã poſtremò reſolui. Vbi verò Plato animas infra noſtrã mortales appellat, exponent illi quos modò dicebã, non ita mortales, vt pereant, ſed quia prorſus aliũde dependent, & ad mortalia tantũ affectum & actum habere videntur. Poſt hæc vbi ait: animam eſſe vniuerſum tum intelligibile, tum ſenſibile, ſemperq; per intellectum agere in mundo intelligibili æterno quodam idearum intuitu, diſſonare videtur tanta diuinitas animæ ab eo quod in brutum cohibeatur & plantam. Tametſi dictum hoc quodãmodo temperat, vbi nõ vult ex hac ipſa ſubſtantia, ſed ex quodam eius influxu & corpore certo animal. & arborẽ coaleſcere: intellectu interim ab opere proprio non ceſſante: ceſſante tamen rationali tum actu, tũ habitu, atq; facultate. quod non facilè nos admittimus. Maximè enim eſt animæ noſtræ propria rationalis ipſa facultas: igitur tanquam maximè naturalis ſummopere permanet. Deniq; naturam genitalem animaduertes eſſe quendam intelligentiæ terminum: vt quod in ipſo ſui ſummo eſt intellectuale, ſit in eiuſdem infimo genitale: quemadmodum quod eſt in ſummo lux, ſit calor in infimo, atq; radius viſualis ex aue quadam emicans, ſit genitalis in ouo. Et quemadmodum radius eiuſmodi viſualis non ab externo prorſus vllo, ſed ſolùm dependet ab oculo, ideoq; nec extinguitur quando nõ effulget extra, ſed deſinit extrinſecus agere: ita genitalis quoq; natura ſe habet, ex intellectuali ſubſtantia & intus micans, & foras emicans? quæ & reſtat in ipſa intellectuali ſubſtantia extra non emicans, quando totus animus vertitur ad oppoſitum: ſicut radius viſualis quando auertitur oculus retracto radio potius quàm extincto.

Anima noſtra attentione regit corpus & ſentit: anima mundi ſine attentione.

III Proculus quidem animam per eſſe ſuum quod eſt viuere, atq; eſt ſempiternum, ſemper viuificare corpus ait cæleſte ſaltem animæ cognatiſſimum: Plotinus autem putat animã ab hoc etiam actu aliquando ceſſaturam: quod & hic, & alibi ſæpe declarat. Idq; tum deniq; fieri, quando rationalis ipſa potentia vnà cum imaginatione ad intelligentiam tota conuertitur. Nam & ſæpe nimia ſpeculationis intentio remittit in nobis naturæ genitalis effectũ, atq; viciſſim: quod mundi animæ non contingit: ſiquidem poteſtas eius eſt naturaliter amplior, & admodum efficacior, corpusq; nacta eſt obediens penitus, & in tuto locatum. Quod tam facilè fit ex animæ vita viuens, quàm facilè præſentia ignis aer ignitur. Pertinere verò forſan videtur ad prouidentiam compenſare quandoq; animã ſumma quadam quiete tamdiu apud nos fatigatam. Concedatur hoc Plotino, dummodo & illud ipſe concedat, animã quæ tantùm eleuari poſſit ſuper materiam, totumq; ſupergredi cælum, & animæ cæleſtis officium, nunquã ad brutum coherceri vel arborem: ſed cum in anima mundi nulla ſit intentio circa corpus, nunquid ibi vllus eſt ſenſus? Eſt certè, ſed nihil ſentit externum. Sunt enim in ipſa quæ ſentit, neque ſentiendo diſtrahitur. Senſus enim illic vnicus eſt & intimus, neq; ſentire ſe ſentit. Nihil enim alieni accidit, nihil noui. Omnino verò ſentiri ab anima neceſſe eſt corpus coniunctiſſimum animæ prorſusq; cognatum. Sed ſicut alere, ita ſentire corpus ſuum, non habet animaduerſionem huius actionis adiunctam.

Quomodo animæ variæ varios dæmones ſortiantur, quomodo eos mutent, quomodo cum eis in generationem veniant.

IIII In ſequenti capite memento animam ſortiri dæmonem talem aut talem propter talem quandam electionẽ eius atq; motionem: non dico propter electiones ſingulas, ſed ſpeciem electionis ad quandam vitæ ſpeciem dirigentis: neq; mutare dæmonem quamdiu vitæ ſpeciem omnino non mutat. Quatenus igitur vitam agit veneream, dæmonem tenere venereum. ac ſi abſtineat quandoq; laſciuis amoribus, tamen quandiu facilè pergit amare, quamuis honeſtè ſpeciem dæmonis non permutat, adhuc enim venereum habet, ſed præſtantioris inter venereos ordinis. Similiter ſi à mercatura conferat ſe ad literas, dæmonẽ ſeruat mercurialem quamuis ſuperiorẽ: ſi à religione ad militiam, genus dæmonicum mutat & ordinem. Nam à Iouiali tranſit in martium, ex quo animus tũc primũ infortunatus euadit. Contrà verò ſi à militia ad religionem veniat, ſubit ex martio iouiũ, niſi pergat ibi quoq; contentioſus eſſe: vnde neq; eſt admodũ fortunatus. Plurimi verò quantumcũque in hoc corpore vitæ modũ mutare aliquãdo videantur, nonnihil tamen conditionis antiquæ conſeruant: ideoq; nondum antiquũ dæmonẽ penitus exuerit. Proinde per ea quæ ſequũtur apparet affectionem animæ primam, ſiue naturalem ſiue electoriã multum corpus afficere, vt malus animus mala, bonus bona, ex quolibet ſibi dato corpore poſtremò reportet, ſimilitérque referat ex fortunis. Quamobrem non mutatur dæmon, neque differt propter corporum fortunarumq; differentias: quatenus ipſe mos animæ ſpeciem ſeruat antiquam. Quo prorſus in oppoſitum permutato, mutatur & dæmon, & cum dæmone re vera fortuna. fortuita enim nobis ipſe diſponit. Denique ſumma penes animæ qualitatem eſt auctoritas: quandoquidem pro differentia qualitatis animæ talem quendam induimus dæmonem & exuimus: ac per dæmones plurimum fortuita diſpenſantur. Quòd ſi vel Porphyrius dicat ſecundum ſtellam in figura geneſis dominantem: vel Iamblichus ſecundum totam tunc regnantem harmoniam mundi differentes animabus diſtribui dæmones, intellige cæleſtem motum atque conſpectum diſtributionis eiuſmodi non tam cauſam eſſe quàm ſignum. Nam animæ hominũ atq; dæmonũ ſicut natura ſunt ante cæleſtiũ motiones, ſic ante motiones tales in ſe iã ipſæ ſunt tales. Ideo Timæus ait, animas per affectiones ſuas prius elegiſſe ſortes formasq; vitarũ palã obiectas: deinde dæmones accepiſſe, tertiò motiones attigiſſe fatales: atque attigiſſe per vehicula ſua ſcilicet, cæleſtia earum corpora cæleſtibus influxibus motionibusq; contigua. Cæleſtem itaque lyram cogita pulſante Phœbo varios in horas concentus efficere: animas autem omnes cum anima phœbea ſic eſſe concordes, vt quales ipſæ in ſe iam ſunt, talibus potius quàm talibus concentibus moueantur, veniantq; aliæ alias in choream ſaltaturæ. Ex tali itaque cæleſtium harmonia, qua tangitur anima, præcipuéque mulcetur, cognoſcimus qualis ipſa ſit. qualemq; per ſe ſortita ſit dæmonem, quidue actura ſit in chorea potiſſimùm & quomodo ſaltatura: vbi plurimũ procedit ex anima, non parum quoque ex harmoniæ cæleſtis conditione contingit. In tota verò hac diſputatione memento non poſſe vel rerum noſtrarũ cõditionem, vel Platonicorũ verborum ordinẽ ritè teneri, niſi præter externos dæmones,

interni quidam sint, atque vicissim, aliisque aliis propriè coaptentur: Item potentiam affectionemq; animæ, quæ proximè est sub intimo dæmone, versari inter vitæ præsentis opera, propriumq; esse operũ effectorem: dæmonẽ verò velut aurigam effectoris huius atque rectorem. atq; hanc ipsam effectricem negociosamq; potentiam, neque supra dæmonis vires agere quicquam, neque rursus æqualia dæmonis dignitati.

De viro & dæmone optimo. quomodo dæmon ducat animam ad iudicium: & quòd animæ possunt ad sidera peruenire.

V Post hæc ait, illum esse præcipuè probũ, in quo vires imaginationis rationisq; prorsus intellectu formatæ sunt, adeò vt tota vita secundum intelligentiam peragatur: vbi non præest vitæ dæmon aliquis, sed ipse deus, scilicet, tũ diuinus intellectus, tum intellectualis vnitas, quæ est intelligentiæ quasi aurigæ caput, tum ipsa simpliciter vnitas deus ipse deorum. Tum verò ait, animam nostram non formari semper intelligentia: quoniam statim ab initio ob operosam generationis fabricam actus potentiæ vegetalis supra modum intenditur, ad quem & similia præcipitatur imaginatio, circa quam & similia negociatur & ratio. Hæc verò intelligentiæ sunt opposita: veruntamen etiam antequam discursibus rationis vtamur, appetimus ipsum verum naturaliter atque bonum, per ipsam scilicet cognoscendi potentiam. Cùm verò hæc non appetat aliquid prorsus incognitum, inest saltem menti veri boniq; forma naturaliter insita. Regit autem animam dæmon, non quidem simpliciter optimè, sed optimè pro præsenti ipsius animæ qualitate. Post hanc in terreno corpore vitam dæmon tam intimus quàm externus animam ad iudicium ducit, scilicet in suo quodam aerio corpore constitutam, antequam ad corpus terrenum redeat. Dæmon dico alius, quatenus alia tunc in anima species sit viuendi, alioquin dæmon est idem. Est autem accommodatissimus purgatorio iudicio status in aerio corpore. Ibi enim est afflictio spiritus in peccantibus, ac propter minorem distractionem facilior occasio pœnitẽtiæ, expectaturq; profectus quidam in anima, & futuri status electio. Quamobrem animam in bruta transmittere vbi sit imaginatio stupida, nihil aliud est, vt diximus, quàm claudere potentiæ locum. Inter hæc iterum te admoneo, ridiculum esse animam, siquidem possit à toto se eximere mundo, in bruti vel plantæ angustias coherceri. Probabilius dixisset vnà cum Proculo, nec infra hominis formam descendere, nec extra corpus ire cæleste, sed hoc assiduè retinere. Cæleste dico non quodlibet vendicare sibi, sed habere ab initio proprium: saltem verò si liberari animam ab vniuerso quandoque posse Plotinus existimat, suspicatus quoque fuisset, posse illic perpetuò viuere: quod Porphyrium opinatum aliquando tradunt, quod & in Phædone poteris suspicari, cum audis, sine corporibus in æternum viuunt. Nam si quando vltra conditionem peruenerit huius mundi mutabilem, non videtur vitam vlterius mutatura: at si mutaturam dicas, ne dicas, simul extra cæleste corpus existere. Nam & mirum est animam in cælo sidera, imò omnia contemplantem appetere nostra, nisi fortè tunc ita contingat, sicut libido sæpe clam stimulat hominem speculantem. Id verò contingere duntaxat animæ potest, quatenus est mundo connexa, cuius gratia fit generatio. Est autem annexa, saltem per cæleste corpus ab ea semper vita donatum: alioquin non appeteret generationem quandoq; mundanam infra lunam anima iam posita super lunam. Peruenire verò animam ad cælestia posse, probatur ex eo, quòd si omnes intellectuales animæ sine medio exprimuntur ex intellectu diuino exemplari mundi, atque exprimuntur ex toto, non enim ille diuiditur, nimirum exemplari toto impressæ procedunt. Sunt igitur totus ille mundus & istæ, non quomodolibet inquam, sed modo potius animali. In nostra igitur anima vires quædam sunt animæ mundanæ conformes, itaque stellis quæ sunt circa illam quodammodo congruentes: vt non mirum sit qui contemplatione præcipua virent, ad Saturnum denique proficisci: qui ciuilitate ad Iouem, qui magnanimitate ad Martem, reliquiue similiter, potissimum si tales fuerint ab initio. Notabis genitalem naturam esse simul cum animæ essentia sempiternam, etiam si eius intermittatur effectus: esse & in se indiuiduam, quamuis per corpus videatur esse diffusa, sicut per aerem indiuisibile lumen. Quòd enim indiuidua sit apparet, quia tota seminaria virtus in qualibet viget guttula seminis, vbi ex vno seminis iactu plurima generantur. Et tota prorsus vita est in qualibet plantæ parte, vbi pars amputata vitam seruans iterum coalescit vniuersali interim conferente natura. Memento rursum qualitatem animæ propriam, dæmonemq; ipsi domesticum ingredi fatum, quando mutabile corpus ingreditur: ac præter communem patiendi conditionem propriam quoque efficaciam possidere, vt non tantum patiatur in fato, sed agat: siquidem sors externa plerunque similis euadit dissimilis, dum moribus dissimilibus accidit: atque contrà animis inter se similibus similes euadunt sortes inter se valde dissimiles. Est autem anima in fato ratione corporis, cælestis quidem vt agens, reliquorum verò magis vt patiens. Collocatur verò à fatali reuolutione cæli iam mobile corpus, ingressa in quadam conditione fortunæ secundum certum ordinem electionis scilicet conceptionisq;, & infusionis, & ortus.

ΠΛΩΤΙΝΟΥ
ΕΝΝΕΑΔΟΣ Β
ΛΟΓΟΣ Δ.

PLOTINI
ENNEAD. TERTIAE
LIBER IIII.

ΠΕΡΙ` τοῦ εἰληχότος ἡμᾶς δαίμονος.

De proprio cuiuſque dæmone.

ΤΩ͂Ν μὲν, αἱ ὑποστάσεις γίνονται, μενόντων ἐκείνων· ἡ δὲ ψυχὴ κινουμένη * ἐγίνετο, γεννᾶν, καὶ αἴσθησιν τὴν ἐν ὑποστάσει καὶ φύσιν, καὶ μέχρι φυτῶν. καὶ γὰρ ἔχει αὐτὴν καὶ ἐν ἡμῖν * οὖσαν· κρατεῖται, μέρος * οὖσαν. ὅταν δὲ ἐν φυτοῖς γένηται, αὕτη κρατῆ, οἷον μόνη γενομένη. αὕτη μὲν οὖν οὐδὲν γεννᾷ, γεννᾷ πάντη ἕτερον αὐτῆς. οὐκ ἔτι γὰρ ζωὴ μετὰ ταύτην, ἀλλὰ τὸ γενόμενον ἄζων. τί οὖν, εἰ ὥσπερ πᾶν ὅσον πρὸ τούτου ἐγεννᾶτο ἀμόρφωτον ἐγεννᾶτο. εἰδοποιεῖτο δὲ, τὸ ἐπιστρέφεσθαι πρὸς τὸ γεννῆσαν, οἷον ἐκτρεφόμενον, οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα τὸ γεννηθὲν, οὐ ψυχῆς ἔτι εἶδος. οὐ γὰρ ἔτι ζῇ, ἀλλ' ἀοριστίαν εἶναι παντελῆ. * εἰ μὲν γὰρ κἀν τοῖς προτέροις ἡ ἀοριστία, ἀλλ' ἐν εἴδει. οὐ γὰρ πάντη ἀόριστον, ἀλλ' ὡς πρὸς τὴν τελείωσιν αὐτοῦ. τὸ δὲ νῦν πάντη, τελειούμενον δὲ, γίνεται σῶμα, μορφὴν λαβὸν, τὴν τῇ δυνάμει πρόσφορον, ὑποδοχὴν τοῦ γεννήσαντος καὶ ἐκθρέψαντος. καὶ μόνον τοῦτο ἐν σώματι ἔσχατον τῶν ἄνω, ἐν ἐσχάτῳ τοῦ κάτω.

ΚΑΙ` τὸ ψυχὴ πᾶσα ἐπιμελεῖται τοῦ ἀψύχου, ἐπὶ ταύτης μάλιστα· αἱ δὲ ἄλλαι, ἄλλως. πάντα δὲ οὐρανὸν περιπολεῖ, ἄλλοτε ἐν ἄλλοις εἴδεσιν· ἢ * ἐν αἰσθητῷ εἴδει, ἢ ἐν λογικῷ, ἢ ἐν αὐτῷ τῷ * φυσικῷ. τὸ γὰρ κρατοῦν αὐτῆς μόριον, τὸ ἑαυτοῦ πρόσφορον ποιεῖ. τὰ δὲ ἄλλα, ἀργεῖ. ἔξω γὰρ, ἐν δὲ ἀνθρώπῳ, οὐ κρατεῖ τὰ χείρω, ἀλλὰ σύνεστιν. οὐ δέ τε τὸ κρεῖττον ἀεί. ἔστι γὰρ καὶ ταῦτα, χώραν τινὰ ἔχοντα. διὸ, καὶ ὡς αἰσθητικοί. ἔστι γὰρ καὶ ὄργανα αἰσθήσεως. καὶ πολλὰ ὡς φυτά. ἔστι γὰρ σῶμα αὐξόμενον καὶ γεννῶν. ὥς τε πάντα συνεργεῖ. κατὰ δὲ τὸ κρεῖττον, τὸ ὅλον εἶδος ἄν-

(Marg.: ἐγένετο — τα — ται — ...σθητι- ...δει, ...τικῷ)

A SVNT quę ſubſidentem aſ-ctum ſuum manendo producant: anima verò mota dicitur generare ſenſum in actu ſubſidēte, atq; naturā, & ad plantas uſque procedere. Naturam enim ſubſidentē habet etiā dum eſt in nobis, ſed tāquam pars dominatur. Quando verò plātis inſeritur ipſa præualet tanquā ſola relicta. ipſa igitur ni-
B hil generat, imò generat, ſed prorſus ab ea diuerſum. Non enim vlterius poſt hāc viget vita, ſed quod factum eſt iam vita caret. Quid ergo? Forſan ſicut quicquid ante hoc eſt genitū, informe genitū eſt, formatum verò eſt conuerſione quadam ad genitorē, quaſi ſic inde nutritum. Similiter & hîc quod gignitur, non amplius eſt animę ſpecies. Nō enim viuit vlterius: ſed eſt quiddam prorſus indefinitū, ſiue indefinitas quędā. In ſuperioribus quidē eſt interminata natura,
C ſed in ſpecie quadā conſiſtit. Non enim eſt prorſus indefinita, ſed quatenus ad ſuā refertur perfectionem. Quod autem hîc indeterminatū dicitur, indefinitū eſt omnino, & indefinitas ipſa: quæ quidem dum perficitur, corpus euadit, accipiens formam potentię ſuę accommodatam, participationem videlicet generantis & nutrientis, idq; in corpore ſolùm ſuperiorum eſt extremum, in ipſo inferioris extremo. I Mens ſine alteratione ſui generat: anima quodammodo mota gignit.

PROINDE quod dicitur à Platone: ani-
D ma omnis totius inanimati curā habet, in hac anima potiſsimū habet locū: aliæ verò ſe aliter habent. Per totum itaq; cęlū reuoluitur, alias in alijs ſpeciebus, ſiue in ſenſuali ſpecie, ſiue rationali, ſiue etiā vegetali. Pars. n. eius dominans cōſentaneū ſibi peragit munus: cætera verò torpent: extra nāq; relicta videntur: in homine autem non ſuperant, quę deteriora ſunt, ſed ſimul exiſtunt. Neq; tamen quod melius eſt, ſuperat
E ſemper: nam hæc quoq; locū in eo ſuū habent. Quamobrem & tanquam ſenſuales viuunt: adſunt enim & inſtrumenta ſenſus. Multa quoq; ab hominibus fiūt quaſi plantis: corpus ſiquidem ceu planta ab intrinſeco augetur & gignitur: quapropter omnia in agendo communicant. Secūdum verò id quod melius eſt, tota ſpecies II Tranſmigratio animarum.

hom o cenſetur. Anima tandē è corpore migrās idipſum quo abundauit euadit. Itaq; ad ſuperiora confugiendum, ne in ſenſualem ſpeciem delabamur, ſimulachris videlicet ſenſibilibus obſequuti: néue in vegetalem vitam præcipitemur, mancipati libidini generādi & irretiti ſuauitate ſaporum: ſed ad intellectuale, ad intellectum, ad eum totis viribus aſſurgendum. Quicunq; igitur proprietatem ſeruauerunt humanam, homines iterum renaſcūtur: quicunq; verò ſolo vſi ſunt ſenſu, bruta animalia redeunt: ita tamen, vt qui ſenſu præcipuè vnà cum ira, animalia fera exoriantur, atq; in his differentia, differētiam quoq; talium afferat. Qui verò ſenſu per concupiſcentiam voluptatemq; vſi ſunt, ſalacia & ingluuioſa animalia reuertuntur: verùm ſi non tam ſenſu vnà cum his, quàm ſenſus degeneratione vixerint, vnà cum ipſis plantæ repullulant. Solùm namq; vel maximè in his viguit vegetale, omniſq; illis cura fuit, vt in plantas commutarentur. Proinde qui muſicis modulis nimium deliniti vixerunt, in cæteris non deprauati animalia muſica renaſcuntur. Et qui ſine ratione regnarunt, fiunt aquilæ, niſi prauitate alia ſint infecti. Qui abſq; ſapiētia cōfidenti us ſublimia tractant, in cælum ſæpe ſuſpicientes, mutantur in aues, altiora ſemper volatu petentes. Qui ciuilē virtutem conſecutus eſt, homo reuertitur: ſed qui ciuilem virtutem haud ſatis eſt aſſecutus, in ciuile animal, apem vel ſimilia ſe transformat.

III Dæmones noſtri ſunt aliquid ipſius animæ præſidens videlicet, poteſtas poteſtati animæ qua viuimus: Itaque ſecūdum vitæ differentias ſunt in nobis dæmones differentes.

QVIS nam igitur in his dęmō eſſe dicetur? quis item Deus? Num qui in his præcipuè operatur? Quod enim operatur, vnumquenq; ducit tāquam ibi ſit principale. Nūquid igitur id dæmon eſt, qui ſortitus eſt viuentem? Non fortè. Imò verò qđ eſt ſuper ipſum: quod quidē præſidet quaſi quietū: quod verò eſt poſt ipſum, agit, noſq; ſumus potiſsimum id quod agit. Ac ſi tanquā ſenſuales agimus, atq; viuimus, ipſa ratio noſter eſt dęmon: ſin autē ratione viuamus, dęmon eſt quod ratione ſuperius, dæmō inquā pręſidens negocioſum alteri concedens officiū. Rectè itaq; dicitur apud Platonē: Vos dæmonē eligetis. Præfectum namq; nobis ſecundū vitæ genus eligimus. Cur nam igitur ipſe ducit? Forſan non datur ducere vita perfunctū: ſed antea quidē poterat quādo viuebat. Vita verò perfunctū alteri oportet cōcedere actionē: vtpote qui actualē ſui vitā iā depoſuerit. Hic igitur vult iā ducere, & q ſuperauit, viuit ipſe, aliū & ipſe dæmonē habens: ſi aūt ingraueſcat, more videlicet deteriore prępōderante, dat pœnas. Hac quoq; ratione prauus labitur in deterius, declinātē ſcilicet eo quod in homine agit per vitæ ſimilitudinē in ferinā vitam: ſin autē obtemperare poſſet ſuperiori ipſius dæmoni, ſuperior fieret, illius vita viuēs, atq; præſcribens ſibi ipſi præſidē, ipſam præſtantiorē ſui partē, qua ducitur: atq; vltra illum inſuper alium, quouſq; ad ſupremū progrediatur. Eſt enim anima multa, imò omnia, tum ſuperiora, tum rurſus inferiora vſq; ad omnem vitæ gradum. Nempe vnuſquiſque noſtrûm intelligibilis mundus eſt, ac per inferiora noſtra huic mundo coniungimur, per

A θρωπος. ἐξελθοῦσα δὲ, ὅτι περ ἐπλεόνασε τοῦτο γίνεται. διὸ φεύγειν δεῖ πρὸς τὸ ἄνω, ἵνα μὴ εἰς τὴν αἰσθητικὴν ἐπακολουθοῦντες τοῖς αἰσθητοῖς εἰδώλοις, μὴ δὲ εἰς τὴν φυτικὴν ἐπακολουθοῦντες, τῇ ἐφέσει τοῦ γεννᾶν, καὶ ἐδωδῶν λιχνείαις· ἀλλ' εἰς τὸ νοερὸν, καὶ νοῦν καὶ θεόν. ὅσοι μὲν οὖν τὸν ἄνθρωπον ἐτήρησαν, πάλιν ἄνθρωποι· ὅσοι δὲ αἰσθήσει μόνον ἔζησαν, ζῶα· ἀλλ' εἰ μὲν αἰσθήσει μετὰ θυμοῦ B τὰ ἄγρια καὶ ἡ διαφορὰ ἡ ἐν τούτοις, τὸ διάφορον τῶν τοιούτων ποιεῖ· ὅσοι δὲ μετ' ἐπιθυμίας καὶ τῆς ἡδονῆς τοῦ ἐπιθυμοῦντος, τὰ ἀκολάστων ζώων, καὶ γαστρίμαργα· εἰ δὲ μὴ δὲ αἰσθήσει μετὰ τούτων, ἀλλὰ νωθείᾳ αἰσθήσεως μετ' αὐτῶν, καὶ φυτά. μόνον γὰρ τοῦτο ἢ μάλιστα ἐνήργει τὸ φυτικὸν, καὶ ἦν αὐτοῖς μελέτη δενδρωθῆναι. τοὺς δὲ φιλομούσους μὲν, καθαρίους δὲ τὰ ἄλλα, εἰς τὰ ᾠδικά· C τοὺς δὲ * ἀλόγους βασιλέας, ἀετοὺς, εἰ μὴ ἄλλη κακία παρείη. μετεωρολόγους δὲ ἄνευ φρονήσεως, εἰς τὸν οὐρανὸν ἀεὶ αἰρομένους, εἰς ὄρνεις μετεώρους ταῖς πτήσεσιν. ὁ δὲ τὴν πολιτικὴν ἀρετὴν, ἄνθρωπος· ὁ δὲ ἧττον ἀρετῆς πολιτικῆς μετέχων, πολιτικὸν ζῶον, * μάλιστα, ἢ τὰ τοιαῦτα.

* ἀλόγως
* μέλιτται

D ΤΙ'Σ οὖν δαίμων, ὁ καὶ ἐνταῦθα; τίς δὲ θεὸς, ἢ ὁ ἐνταῦθα; τὸ γὰρ ἐνεργῆσαν, τοῦτο ἕκαστον ἄγει, ἅτε καὶ * ἐντεῦθεν ἡγούμενον. ἆρ' οὖν τοῦτό ἐστιν ὁ δαίμων, ὥσπερ ζῶντα εἴληχε, ἢ οὔ; ἀλλὰ τὸ πρὸ αὐτοῦ. τοῦτο γὰρ ἐφέστηκεν ἀργοῦν· ἐνεργεῖ δὲ, τὸ μετ' αὐτό. καὶ * εἰ μὲν, τὸ ἐνεργοῦν, ἢ αἰσθητικοί, καὶ ὁ δαίμων τὸ λογικόν. εἰ δὲ κατὰ τὸ λογικόν. ζῶμεν, ὁ E δαίμων τὸ ὑπὲρ τοῦτο ἐφεστὼς ἀργὸς, συγχωρῶν τῷ ἐργαζομένῳ. ὀρθῶς οὖν λέγεται ἡμᾶς αἱρήσεσθαι. τὸν γὰρ ὑπερκείμενον κατὰ τὴν ζωὴν αἱρούμεθα. διὰ τί οὖν αὐτὸς ἄγει, ἢ τὸν βιώσαντα οὐκ ἔστιν ἄγειν, ἀλλὰ πρὸ τοῦ μὲν ἄγειν, ὅτε ἔζη· παυσάμενον δὲ τοῦ ζῆν, ἄλλῳ παραχωρεῖν τὴν ἐνέργειαν, τεθνηκότα τὴν αὐτοῦ κατ' ἐνέργειαν ζωήν. ὁ μὲν οὖν ἐθέλει ἄγειν, καὶ κρατήσας ζῇ αὐτὸς, ἄλλον F καὶ αὐτὸς ἔχων δαίμονα· εἰ δὲ βαρύνοιτο τῇ ῥώσει τοῦ χείρονος ἤθους, ἔχει ἐκεῖνο τὴν δίκην. ταύτῃ καὶ ὁ κακὸς ἐπὶ τὸ χεῖρον, βρίσαντος πρὸς τὴν ὁμοιότητα τοῦ ἐνεργήσαντος ἐν τῇ ζωῇ, εἰς βίον θήρειον· εἰ δὲ ἕπεσθαι δύναιτο τῷ δαίμονι * τῷ ἄνω ἀνθρώπῳ, αὐτοῦ ἄνω γίνεται ἐκεῖνον ζῶν. καὶ ἐφ' ὃ ἄγεται κρεῖττον μέρος αὐτοῦ, ἐν προστασίᾳ θέμενος. καὶ G μετ' ἐκεῖνον ἄλλον ἕως ἄνω. ἔστι γὰρ καὶ πολλὰ ἡ ψυχὴ, καὶ πάντα, καὶ τὰ ἄνω, καὶ τὰ κάτω αὖ, μέχρι πάσης ζωῆς. καὶ ἐσμὲν ἕκαστος, κόσμος νοητός. τοῖς μὲν κάτω, συνάπτοντες

* ἐνταῦθα
* ἐσμέν
* τῷ ἄνω τῷ.

πλοντες τῷδε, τοῖς δὲ, ἄνω καὶ τοῖς κόσμου τῷ νοητῷ. καὶ μένομεν τῷ μὲν ἄλλῳ παντὶ νοητῷ ἀνθρώπῳ ἄνω· τῷ δὲ ἐσχάτῳ αὐτοῦ, πεπεδήμεθα τῷ κάτω· οἷον ἀπόρροιαν ἀπ' ἐκείνου διδόντες εἰς τὸ κάτω, μᾶλλον δὲ ἐνέργειαν, ἐκείνου οὐκ ἐλαττουμένου.

ἈΡ' οὖν ἀεὶ ἐν σώματι τοῦτο, ἢ οὔ; ἐὰν γὰρ στραφῶμεν, συνεπιστρέφεται καὶ τοῦτο. τί οὖν ἡ τοῦ παντὸς ἀποστήσεται καὶ τὸ αὐτῆς μέρος στραφείσης, ἢ οὐδὲ συνένευσε τῷ μέρει αὐτῆς τῷ ἐσχάτῳ. οὐ δὲ γὰρ ἦλθεν, οὐ δὲ κατῆλθεν, ἀλλὰ μενούσης προσάπτεται τὸ σῶμα τοῦ κόσμου· καὶ οἷον καταλάμπεται, οὐκ ἐνοχλουμένου ἢ παρέχον μερίμνας, ἐν ἀσφαλεῖ τοῦ κόσμου κειμένου. τί οὖν, οὐκ αἰσθάνεταί τινα αἴσθησιν; ὅρασιν οὐκ ἔχει φησίν, ὅτι μὴ δὲ ὀφθαλμούς· μὴ ἢ ὦτα, οὐ ἢ ῥῖνας δηλονότι, οὐ ἢ γλῶτταν. τί οὖν, συναίσθησιν ὥσπερ ἡμεῖς τῶν ἐν τοῖς ἡμῶν, ἢ ὁμοίως κατὰ φύσιν ἐχόντων, ἠρέμησις. οὐ δὲ ἡδονή, παρέστιν οὖν καὶ τὸ φυτικόν, οὐ παρὸν· καὶ τὸ αἰσθητικόν, ὡσαύτως· ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ κόσμου, ἐν ἄλλοις· νῦν δὲ ὅσον ἐφήπτετο ἡ πορεία * αὐτοῦ, εἴρηται. (* ὑτοῦ)

ἈΛΛ' εἰ ἐκεῖ αἱρεῖται τὸν δαίμονα καὶ εἰ τὸν βίον, πῶς ἔτι τινὸς κύριοι; ἢ καὶ ἡ αἵρεσις ἐκεῖ ἡ λεγομένη, τὴν τῆς ψυχῆς προαίρεσιν καὶ διάθεσιν, καθόλου καὶ πανταχοῦ αἰνίττεται. ἀλλ' εἰ ἡ προαίρεσις τῆς ψυχῆς κυρία, καὶ τοῦτο κρατεῖ ὃ αὖ πρόχειρον ἔχῃ μέρος ἐκ τῶν προβεβιωμένων οὐκ ἔτι τὸ σῶμα αἴτιον οὐδενὸς κακοῦ αὐτοῦ. εἰ γὰρ προτερεῖ τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος τοῦ σώματος, καὶ τοῦτο ἔχει ὃ εἵλετο, καὶ τὸν δαίμονα φησὶν οὐκ ἀλλάττεται. οὐ δὲ ὁ σπουδαῖος ἐνταῦθα γίνεται, οὐ δὲ ὁ φαῦλος. ἆρ' οὖν δυνάμει ἐστὶν ἑκάτερος. ἐνεργείᾳ δὲ γίνεται; τί οὖν εἰ φαύλου σώματος ὁ τὸ ἦθος σπουδαῖος τύχοι; ὁ δὲ τἀναντία, ἢ δύναται μᾶλλον καὶ ἧττον τὰ τῆς ψυχῆς ἑκατέρας ἑκάτερα τὰ σώματα παρέχεσθαι. ἐπεὶ καὶ αἱ ἄλλαι ἔξωθεν τύχαι, τὴν ὅλην προαίρεσιν οὐκ ἐκβιβάζουσιν. ὅταν δὲ λέγηται ὡς πρῶτον οἱ κλῆροι, εἶτα τὰ τῶν βίων παραδείγματα· ἔπειτα ταῖς τύχαις. καὶ ὡς ἐκ τῶν παρόντων τοὺς βίους, κατὰ τὰ ἤθη, τὸ κύριον μᾶλλον δίδωσι ταῖς ψυχαῖς, διαπιθείσαις τὰ δοθέντα πρὸς τὰ αὐτῶν ἤθη. ὅτι γὰρ ὁ δαίμων οὗτος οὐ παντάπασιν ἔξω, ἀλλ' οὕτως ὡς μὴ συνδεδεμένος, οὐ δὲ ἐνεργῶν, ἡμέτερος δέ, ὡς ψυχῆς περὶ εἰπεῖν. οὐχ ὁ ἡμέτερος δέ, εἰ ὡς ἄνθρωποι τοιοίδε τὴν ὑπ' αὐτῶν ζωὴν ἔχοντες, μαρτυρεῖ τὰ ἐν τῷ Τιμαίῳ. ἃ εἰ μὲν οὕτω ληφθείη, οὐ δὲ μί-

A ſuperiora verò quæ ad intelligibilem mundum pertinent, intelligibilem mundum attingimus, permanemusq; in ſublimi per id quod in nobis eſt prorſus intelligibile. Per id autem quod eius eſt vltimum, alligamur inferiori: quaſi defluxũ quendam ab ipſo ad inferius demittentes, imò potius actum illius, ipſo minimè diminuto.

IIII — *Natura vegetalis ſempiterna eſt. Anima mundi ſine attentione regit corpus & ſentit.*

SED nunquid actus animæ ad inferiora demiſſus ſemper eſt in corpore? nequaquam. Si enim ad ſuperna conuertimur, ſimul ille con- B uertitur. Quid ergo de actu eiuſmodi ſiue parte animæ mundi dicemus? Nunquid ea ad ſuperiora conuerſa, hæc quoque hinc auertitur? Profectò non conſenſit omninò hæc anima parti ipſius infimæ, neque proceſsit, neque deſcendit: ſed illa manente mundi corpus annectitur, ac velut accēditur, lumineq; perfunditur: Cumq; mundus in tuto ſit collocatus, ideoq; minimè perturbetur, meritò animā non C perturbat. Quid ergo? Nihil ne ſentit omninò? viſum quidem non habet mundus, Timæus inquit: quoniam neq; oculos: nō habet auditum, ideoq; nec aures, neq; nares, neq; linguam. Habet ne igitur conſenſionem quādam quodammodo quæ in ſeipſo ſunt percipientem, qualem in nobis nos experimur? At forſan cum ſemper ſecundum naturam in eo cuncta ſe ſimiliter habeant, quies in eo eſt quantum ſpectat ad ſentiendum, neq; voluptas ineſt. Adeſt igitur & ve- D getale quaſi nō adſit, & ſenſuale ſimiliter. Verũ de mundo quidem alibi: in præſentia verò quātum attigit dubitatio, dictum fuerit.

V — *Anima ſecũdum mutationes ſuas mutat dæmonem, quē præcipuum habet intimum, id eſt, poteſtatē animæ proximæ præſidētem negocio ſuæ potentiæ.*

PROINDE ſi anima illic eligit dæmonē atq; vitam, quodammodo vlterius actionis alicuius domini ſumus? Forſan quæ illic electio dicitur, ſubobſcurè indicat electionem affectionemque animæ communiter & vbiq;. At ſi electio animæ domina eſt, eaq; pars ſuperat, quam ex ſuperioris vitæ actis promptiorem habet, nō vlterius corpus mali alicuius cauſa animæ eſt E dicendum. Si enim ipſe mos animæ prærogatiuā quadam antecedit corpus, idq; quod elegit habet, & dæmonem (vt Plato inquit) nō cōmutat, nimirum neq; bonus hic fit, neq; malus. Fortè potentia quadam eſt vterq;, actu verò fit. Quid ergo dicendum, ſi quando qui probos habet mores, in corpus incidat malum? atq; viciſſim malis imbutus moribus, bonum corpus aliquando nanciſcatur? Forſan poſſunt magis minúſue quæ ad animā vtranq; pertinent, vtraq; F corpora ſic aut ſic afficere: quandoquidē & aliȩ externæ fortunæ totā prorſus electionē nequaquā tranſgrediuntur. Quando verò dicitur primò quidem ſortes extare, deinde vitarum exēpla proponi, poſt hæc fortunas ſequi: rurſus ex præſentibus propoſitisq; vitas eligi ſecundum mores: hæc inquam omnia auctoritatē potius tribuūt animabus ad mores ſuos quȩ data ſunt componentibus. Quòd igitur hic dæmon non G omnino extrinſecus ſit, ſed ita ſe habeat quaſi neq; colligatus, neq; rurſus propriè operans: ſit autē noſter, quoniā de anima & aliquid animæ dici poſsit, neq; tamen noſter, qua ratione nos tales quidā homines ſumus vitā talē ſub nobis habētes, teſtimonio nobis eſſe poſſunt q̄ in Timȩo tractantur: q̄ quidē ſi hac ratione accipiantur,

nulla ſequetur diſſonantia: ſi autem aliter dæmon accipiatur, diſſonantia quædam ſequitur. Rurſus quod ait dæmonem eſſe eorū quæ quis elegerit expletorem, id quoq; conſonat: nobis namq; præſidens non ſinit longè inferius ad id qđ eſt deterius prolabi: ſed illud agit ſolū, qđ ſub ipſo eſt, neq; ſuperius ipſo, neq; æqualiter: nō.n.poteſt aliud fieri, quā qua ratione exiſtit.

VI QVISNAM igitur probus eſt, quid ve agit? Fortè probus eſt in quo id quod eſt melius operatur: alioquin nō eſſet probus, ſi dæmonē haberet ſecum cooperātem. Intellectus enim in hoc agit, aut igitur dęmon ipſe eſt, aut ſecundū dæmonē: atq; dæmon huic eſt deus. Nunquid igitur etiā ſuper intellectū? ſiquidē id quod ſup intellectū eſt ipſi dęmon exiſtit. Sed cur non ab initio ſtatim hoc munere quis fruitur? Forſan ob perturbationē ab ipſa generatione vehemēter illatam. Adeſt tamen etiam ante rationis diſcurſum intimus quidā motus, ea quæ ſibi conſentanea ſunt appetens. Nunquid omnino corrigit dirigitq; prorſus ad optimū? Forſan haud omnino: ſiquidem anima ſic eſt affecta, vt in his vtiq; talibus ipſa quoq; talia quædā exiſtēs, hāc habeat vitam, & hanc electionē atq; propoſitū. Præterea hic dæmon de quo verba facimus, deducere animā ad inferos dicitur: neq; idem omnino manere, niſi fortè anima rurſus eadem eligat. Ante id verò quomodo ſe habet? dicitur vtiq; adducere ad iudiciū, in eādem figurā peruenire poſt quendā generationis exitū, quā ante generationē quandoq; habuerat: deinde tanquam ab alio quodam principio mediū id temporis ſpatium, quod inter pręcedentē & ſequētem generationē fluit, dæmon animabus pœnā luentibus imminet, ac forſan nō tam vita tunc illis eſt, quā iudiciū atq; pœna. Quid verò? animabus bruta ingrediētibus corpora minus ne aliquid quā dæmō adeſt? Forſan malus dæmon vel fatuus & ignauus. Sed animabus ad ſuperiora progreſsis quidnā numinis adeſt? Profectò ex earum numero aliæ quidē in mūdo ſenſibili adhuc vitā agunt, aliæ verò iam extra mūdum. Et quæ in mūdo ſenſibili, aliæ penes ſolē, vel aliū quēlibet planetarū, alię verò in firmamēto: ſingulæ videlicet quatenus hic actiones ſuas ratione direxerāt. Putandū enim eſt in anima noſtra mundū eſſe non tantū intelligibilē, ſed etiā diſpoſitionē quandā ipſi animæ mundi conformem. Cū igitur illa in ſphærā inerraticā atq; etiam erraticas ſecundū vires differētes diſtributa ſit, nimirū & nobis vires ineſſe viribus illius cōformes, & à ſingulis viribus actiones proprias emanare: Tū verò animas quæ hinc illuc abierūt ad ſtellā accedere cōuenietem potiſsimum mori atq; potētiæ, quibus in operando ac viuēdo maximè vſi ſumus, taliq; deo & dæmoni cōgruentē: vbi anima vel hoc ipſo eodem vtetur, vel quodam huic potentiæ præſidēte. Conſiderandū verò eſt, quidnā id melius ſit. Ad animas extra ſenſibilem mundū profectas exiſtimandū eſt naturā dæmonicā tranſcendiſſe, omneq; generationis fatum, omnemque huius mundi neceſsitatem quandiu in mundo intelligibili habitat: Præterea retraxiſſe ſecum eſſentiam quoque illam quæ in ipſa eſt cupida generandi: quam ſi quis dixerit eſſe eſſentiam illam, quam Timæus inquit circa corpora partibilem fieri, commultiplicantem

Anima viuens intelligentia pro dæmone habet deū: dæmon non cogit animam. Item mutari poteſt pro mutatione animæ. item de iudicio animarum. Item quomodo repetunt ſidera, ac viciſsim relabūtur in fatum, in quo non patiuntur tantùm, ſed etiam aliquid agunt.

A ἀνέξει μάχην. ἔχοντα αὖ τινα ἀσυμφωνίαν εἰ ἄλλως ὁ δαίμων ληφθείη. τὸ δὲ ἀποπληρωτὴν ὧν τις εἵλετο, καὶ * αὖ τὸ σύμφωνον. οὔτε γὰρ πολὺ κατωτέρω ἐᾷ ἐλθεῖν εἰς τὸ χεῖρον ὑπερκαθήμενος· ἀλλ' ἐκεῖνο ἐνεργεῖ μόνον τὸ ὑπ' αὐτόν, οὔτε ὑπὲρ ἄνω αὐτοῦ, οὔτε εἰς ἴσον. οὐ γὰρ δύναται ἄλλο γενέσθαι, ἢ ἣ ἐστι.

* αὐτὸ

ΤΙ' οὖν ὁ σπουδαῖος, ἢ * ὁ τῷ βελτίονι B ἐνεργῶν· ἢ οὐκ ἂν ἦν σπουδαῖος συνεργοῦντα ἑαυτῷ τὸν δαίμονα ἔχων. νοῦς γὰρ ἐνεργεῖ ἐν τούτῳ. ἢ οὖν δαίμων αὐτός, ἢ κατὰ δαίμονα, καὶ δαίμων τούτῳ θεός. ἆρ' οὖν καὶ ὑπὲρ νοῦ; εἰ τὸ ὑπὲρ νοῦ δαίμων αὐτῷ. διὰ τί οὖν οὐκ ἐξ ἀρχῆς; ἢ διὰ τὸν θόρυβον τὸν ἐκ τῆς γενέσεως. ὑπάρχει δὲ ὅμως καὶ πρὸ λόγου, ἡ κίνησις ἡ ἔνδοθεν ὀρεγομένη τῶν C αὐτῆς. πάντως οὖν κατορθοῖ, ἢ οὐ πάντως; εἴπερ οὕτως ἡ ψυχή, διαθέσεως ἔχει ὡς ἐν τούτοις τοῖς τοιοῖσδε τοιάδε οὖσα, τοῦτον ἔχειν βίον, καὶ ταύτην προαίρεσιν. ὁ μέντοι δαίμων οὗτος ὃν λέγομεν, ἀγαγὸν λέγεται εἰς ᾅδου· οὐκ ἔτι ὁ αὐτὸς μένειν, ἐὰν μὴ τὰ αὐτὰ ἕληται πάλιν. πρὸ δὲ τοῦ πῶς; τὸ δὴ ἀγαγεῖν εἰς τὴν κρίσιν, τὸ εἰς τὸ αὐτὸ σχῆμα ἐλ- D θεῖν μετὰ τὴν ἀπογένεσιν, ὃ εἶχε πρὸ τῆς γενέσεως· εἶτα ὥσπερ ἀπ' ἀρχῆς ἄλλης, τὸν μεταξὺ τῆς ὕστερον γενέσεως χρόνον ταῖς κολαζομέναις πάρεστιν ἢ οὐ δὲ βίος αὐτῆς, ἀλλὰ δίκη. τί δὲ ταῖς * εἰς θηρίων σώματα εἰσιούσαις ἔλαττον ἢ δαίμων, ἢ πονηρός γε, ἢ εὐήθης. ταῖς δὲ ἄνω, ἢ τῶν ἄνω, αἱ μὲν ἐν αἰσθητῷ, αἱ δὲ ἔξω. αἱ μὲν οὖν ἐν αἰσθητῷ, ἢ ἐν ἡλίῳ ἢ ἐν ἄλλῳ τῶν πλανωμένων· αἱ δ' ἐν τῇ ἀπλανεῖ ἑκάστη, * καθολικῶς ἐνήργησεν ἐν E ταῦτα· χρὴ γὰρ οἴεσθαι καὶ κόσμον εἶναι ἐν ψυχῇ ἡμῶν· μὴ μόνον νοητόν, ἀλλὰ καὶ ψυχῆς τῆς κόσμου ὁμοειδῆ διάθεσιν. νενεμημένης οὖν κἀκείνης, εἴς τε τὴν ἀπλανῆ, καὶ τὰς πλανωμένας κατὰ δυνάμεις διαφόρους, ὁμοειδεῖς ταύταις ταῖς δυνάμεσι, καὶ τὰς παρ' ἡμῖν εἶναι, καὶ ἐνέργειαν εἶναι παρ' ἑκάστης· καὶ ἀ- F παλλαγείσας, ἐκεῖ γίνεσθαι πρὸς ἄστρον τὸ σύμφωνον τῷ ἐνεργήσαντι καὶ ζήσαντι ἤθει καὶ δυνάμει· καὶ τοιούτῳ θεῷ, ἢ δαίμονί γε, ἢ αὐτῷ τούτῳ χρήσεται, ἢ τῷ ὑπὲρ ταύτην τὴν δύναμιν. σκεπτέον δὲ τοῦτο βέλτιον. τὰς δὲ ἔξω γενομένας, τὴν δαιμονίαν φύσιν ὑπερβεβηκέναι, καὶ πᾶσαν εἱμαρμένην γενέσεως. καὶ ὅλως ἐν τῷ [illegible] τῷ ὁρατῷ, ἕως ἐστὶν ἐκεῖ· συναναχθείσης δὲ τῆς ἐν αὐτῇ φιλογενέ- G σεως οὐσίας, ἣν εἴ τις λέγοι ταύτην εἶναι τὴν περὶ τὰ σώματα γινομένην μεριστήν, * συμ-

* ὁ τὸ βέλτιον

* εἰς θηρίων σώματα

* καθ' ἣν ἑκάστη ἐνήργησε

πληθύνουσαν καὶ συμμερίζουσαν τοῖς σώμασιν, ὀρθῶς λέξει. μερίζεται δέ, οὐ μεγέθει. τὸ γὰρ αὐτὸ ἐν πᾶσιν ὅλον, καὶ πάλιν ἕν, καὶ ἐξ ἑνὸς ζώου, ἀεὶ πολλὰ γίνεται· ταύτης μεριζομένης οὕτως, ὥσπερ καὶ ἐκ τῶν φυτῶν. περὶ τὰ σώματα γὰρ καὶ αὐτὴ μεριστή· καὶ ὅτε μὲν μένουσα ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ, δίδωσιν, οἷον ἡ ἐν τοῖς φυτοῖς· ὅπου δὲ ἀπελθοῦσα, πρὶν ἀπελθεῖν ἔδωκεν, οἷον καὶ ἐν τοῖς ἀνῃρημένοις φυτοῖς. ἢ ἐν ζώοις ἀποθανοῦσιν ἐκ σήψεως, πολλῶν ἐξ ἑνὸς γεννηθέντων. συνεργεῖν δὲ καὶ τὴν ἐκ τοῦ παντὸς τὴν τοιαύτην δύναμιν, ἐνταῦθα τὴν αὐτὴν οὖσαν. πάλιν δὲ ἐὰν εἴη ἡ ψυχὴ ἐνταῦθα, ἢ τὸν αὐτόν, ἢ ἄλλον ἔχει δαίμονα, κατὰ τὴν ζωήν, ἣν ποιήσεται. ἐπιβαίνει οὖν μετὰ τούτου τοῦ δαίμονος, ὥσπερ σκάφους τοῦ δὲ τοῦ παντὸς πρῶτον. εἶτα παραλαβοῦσα ἡ τοῦ ἀτράκτου λεγομένη φύσις, κατέταξεν ὥσπερ ἐν νηί, εἰς ἵνα ἕδραν τύχης· περιαγούσης δὲ τῆς περιφορᾶς, ὥσπερ πνεύματος, τὸν ἐπὶ τῆς νεὼς καθήμενον ἢ καὶ φερόμενον, πολλαὶ καὶ ποικίλαι γίνονται· καὶ θέαι, καὶ μεταθέσεις, καὶ συμπτώματα, καὶ ὥσπερ ἐν αὐτῇ τῇ νηί. ἢ παρὰ τοῦ σάλου τῆς νεώς, ἢ παρ' αὐτοῦ κινηθέντος ὁρμῇ οἰκείᾳ * ἣν ἀνάσχοι ἢ τὸ ἐπὶ νεὼς εἶναι παρὰ τὸν ἑαυτοῦ τρόπον. οὐ γὰρ ὁμοίως ἐν τοῖς αὐτοῖς πᾶς κινεῖται, ἢ βούλεται, ἢ ἐνεργεῖ. γίνεται οὖν διαφορὰ διαφόροις, ἢ ἐκ τῶν αὐτῶν, ἢ διαφόρων προσπεσόντων, ἢ τὰ αὐτὰ ἄλλοις, κἂν διάφορα τὰ προσπεσόντα. τοιοῦτον γὰρ ἡ εἱμαρμένη.

πληθύνουσαν ἑαυτὴν καὶ συμμερίζουσαν · ἂν ποιῇ τι νεὼς

A tiplicantem videlicet ſeipſam, cōdiuidentemq; corporibus, rectè vtiq; dicet. Diuiditur autem non magnitudine quidem, idem namque in omnibus totum, rurſusq; vnum, atqui ex vno animali ſemper multa gignuntur: hac ſcilicet natura ita diuiſa quemadmodum & ex plantis: nam & hæc natura eſt circa corpora diuiſibilis, & quando manens in eodem continuat vitam, ſicut in plantis. Vbi verò diſcedit, priuſquam diſcedat iam dedit vitam, ſicut in truncatis ar-
B boribus, vel animalibus mortuis, vbi ex putrefactione ex vno multa naſcuntur. Arbitrandū quoq; eſt cōferre ad idem virtutem quoq; eiuſmodi influentem ab vniuerſo eademq; hic exiſtentem rurſus autem ſi reuertatur huc anima, vel eundem, vel alium aſſumit dæmonem ſecūdum vitam quam actura ſit. Ingreditur igitur primùm vnà cum hoc dæmone quaſi cymba id vniuerſum, deinde natura huius qui à Platone fuſus dicitur mundanus atq; fatalis cōprehen-
C dens animam velut in naue, certo quodam ordine collocat in quadam ſede fortunæ. Circum ducente verò mundana reuolutione, quaſi vento animam in naue ſedentem, vel etiam deambulantem, multa variaq; contingunt ſpectacula: Item tranſmutationes & caſus quemadmodum in ipſa naui, vel iactatione nauis, vel ab ipſo qui mouetur impetu proprio, quem quidem habet ex eo, quòd in naui modo quodam ſuo ſe habet Non enim ſimiliter in eiſdem qui-
D libet agitatur, aut vult, aut agit. Fiunt ergo aut differentia differentibus, vel ab eiſdem vel à differentibus incidentibus, aut eadem fiunt alijs, quamuis differentia ſint quæ incidunt. Tale enim quiddam eſt agitque fatum.

MARSILII FICINI IN LIB. QVINTVM TERTIAE ENNEADIS, DE DÆMONE, COMMENTARIVS.

SVMMMA TOTIVS LIBRI.

Omnis potentia tum cognoſcendi, tum generandi reſpuit turpe, nititur ad pulchrum: quoniam omnis ex prima pulchritudine proficiſcitur atque mouetur.

I ARBITROR equidem, Magnanime Laurenti, te non longam de amore diſputatione à Marſilio tuo nunc exacturum: tum quia multa de hoc in Sympoſio diſputauimus, tum maximè quoniam tu plurima de amore diuinitus inueniſti, elegantibusq; carminibus ceciniſti. Ergo ſumma ſequar faſtigia rerū. Omnis poteſtas animæ ſiue rationalis ſiue naturalis ideo amore perpetuo nititur ad pulchrum attingendū atq; generandū, quoniam poteſtas eiuſmodi ab ipſa pulchritudine proficiſcitur: ideóque in ſe ipſa retinet formam pulchritudinis inſitam, perpetuúmque ad ipſam velut ad finem amoris inſtinctum. Hanc vtique cauſam quiſquis ignorat, non poteſt amorum naturas & amantium paſſiones exprimere. Profectò diuinus intellectus eſt forma prima, puráque prorſus & omniformis. Intellectus animalis eſt forma quidem ſecunda, ſed ſimiliter omniformis. Natura eſt forma tertia pariter omniformis, ſuisque ducta principijs, eò ſpectat aſſiduè, vt informitatē materiæ formis operiat mirabiliter & exornet. Siquid ergo deforme ſub natura contingit. ſic accidit præter intentionē ipſam Dei primā, atq; naturæ: ſicut quod deforme contingit in artificio, accidit præter omnem artis intētionem. Sicut ergo naturalis, ſic & rationalis vbiq; poteſtas à prima pulchritudine ducens originem, turpe quidem reſpuit velut diſſonū, pulchrum verò pro viribus adſciſcit velut conſonū, pulchram formam generare conatur, ſuamq; in ipſa naturam perpetuò conſeruare. Sed potentia rationalis parturit in

animo pulchritudinem:naturalis autem pulchritudinem in materia parit, & vtraq; pulchrum pro viribus in quo generet ſubiectum naturaliter optat,ita demum aptius pulchritudinem creatura.

Duplex mundi anima. Duæ Veneres. Amores duo: qui non paſsiones, ſed exiſtentiæ quædam ſunt.

II CVM videamus eatenus in nobis intelligentiam perfici,quatenus & actus intelligendi & intelligenda res à materia conditionibusq; materiæ ſegregatur,coniectare licet primum ipſum ſimpliciter intellectum eſſe alieniſsimum à materia. Præterea & intellectualem animam inde proximè genitam,ideoq; ſummopere intellectualem, non poſſe coire cum materia in communem vnius compoſiti formam. Eſt enim hæc & intellectus quidam, & ſimpliciter anima: vita verò ex hac ſubinde nata velut anima quædam & natura ſimpliciter, poteſt iam in vnum cum materia congredi. Intellectualem itaque animam illam in mundo primam Venerem appellamus: vitam verò mundo illinc prorſus infuſam Venerem appellato ſecundam: in vtraque perpetuus viget amor circa diuinæ mentis pulchritudinem incitatus,tum in prima ad pulchritudinem ſimilem in ſe generandam , tum in ſecunda ad pulchritudinem in materia pro viribus exprimendam. Putat verò Plotinus ex mente Platonis intellectualem mundi animam dum intrinſecus agit circa Deum,intelligendo illum atque volendo concipere in ſeipſa non imaginariũ quiddam,ſed naturale aliquid & ſubſiſtens (vt arbitror) Chriſtianæ trinitatis in hoc myſterium imitatus. Exiſtimat autem ſicut lucere atq; calere duo quædam ſunt in igne,ſed vnum denique ſunt in ſole : ſic cognoſcere atque amare in potentia rationali quidem eſſe diuerſa,ſed in ſubſtantia intellectuali actum vnum exiſtere: Cum verò actus eiuſmodi in anima mundi ſit intimus & circa intimum,efficaciſſimusq;,hinc effici penes ſeipſam prolem huic actui congruam: quæ quoniam ex intelligentia naſcitur,ſit intelligibile quiddam, quoniam ex amore procedit,ſit aliquid amatorium,imò ſit amor ipſe ſubſiſtens ex actu quodam amandi productus. Nam cum illic idem ſit exiſtere prorſus & agere: nimirum ſic intus agendo exiſtentia quædam producitur intus : in qua quidem producta ſit eadem quæ eſt,& producentis eſſentia,hoc ipſo differens,quòd in illo quidem propagans eſt, in hoc autem inde eſt propagata. Differt inſuper relatione quadam: ſiquidem exiſtentia hæc amatoria hoc ipſum quod eſt & amantis eſt & amati. Differt præterea quòd in exiſtentia propagante ponitur potius ipſa viſio pulchri, in exiſtentia propagata voluptas ipſa potius circa pulchrum.

Confirmatio ſuperiorum.

III SI grauida mulier ſæpe ob miram imaginationis affectusq; vehementiam naturali quadam fœtum afficit qualitate,ob hoc ipſum quia ſit matri connexus: ſi rurſum motio ſimilis animi in proprio corpore ſubitas exprimit qualitates: quid mirum ex vehementia ſimili ſubſtantiale aliquid in ipſamet anima naſci ? præſertim in ipſa intellectuali anima, vbi actio vehementiaq; & affectio non aduentitia eſt, non mobilis,ſed naturalis penitus atq; firma. Et ipſe qui videt gaudetq; & appetit efficaciſsimus eſt, & obiectum eius eſt potentiſsimum, influitq; potenter. Confirmantur hæc ex eo quòd ſi vbiq; accidentalia rediguntur ad quædam ſubſtantialia proportione quadam congruentia ſibi, neceſſe eſt & amores qui paſsiones quædam aduentitiæ ſunt ad ſubſtantiales amores ritè inferri. Poſt hæc notabis iterum duas mũdum habere animas oportere, alteram quodammodo ſeparatam, quæ corpori præſit velut artifex: alteram verò coniunctam, quæ illinc inſit corpori, velut forma. Separatam quidem oportet adeſſe, tum quia talis quædam ex intellectu puro proximè micat, tum quia mixtus artifex non abſolutè imperat artificio. Oportet inſuper animam mundo ineſſe coniunctam, tum quoniam anima prima fœcunda eſt ad hanc ex ſe generandam, tum quoniam oportet mundum eſſe compoſitum perfectiſsimum. Itaq; neceſſe eſt habere formam ſuæ materiæ perfectiſsimam, id eſt, viuentem atq; ſenſualem. Non fit autem vnum in mundo ex intellectuali anima propriè atq; materia (vt vult Plotinus) quoniam intelligentia per actionem affectumq; in oppoſitum materiæ tendit, ſicut neque fieri vnum putat in nobis: ſiquidem nec in nobis intellectualis anima communicat cum corpore in paſsionibus corpori proprijs, neque corpus cum anima tali in actionibus ad eiuſmodi animam propriè pertinẽtibus. Licet tamen dicere intellectualem animam tum in mundo eſſe mundanam, tum in nobis humanam: atq; ex ea ſimul & animali vnum ideo confici, quoniam ex illius influxu ſimul atq; materia fit vnum animal ſenſuale, cui & illa ſemper inſpirat vitam abſq; continuo illius ſpiritu perituram. Has vtiq; geminas in mundo animas, iterum geminas Veneres eſſe memento, quas gemini ſimiles comitentur amores. Memento quinetiam amorem in ſecunda hac mundi anima non tantũ per vim genitalem generare totam in mundi materia pulchritudinem, ſed etiam per efficacem imaginandi potentiam, tum diuinam ſuſpicere formam, tum ad eandem & mundum & quæ ſunt in mundo pro viribus prouocare.

Duo amores cuilibet animæ naturaliter inſiti quaſi duo ſunt dæmones.

IIII Amores qui tanquam noui quidam animorum motus à rebus quæ extrinſecus efferuntur quotidie incitantur in nobis tanquam notos leuiter attigit: diligentius verò proſequitur ſubſtantiales amores, id eſt, eſſentiales perpetuosq; inſtinctus ad pulchrum animæ naturaliter inſitos & aſsiduè, quamuis nec eligas nec aduertas trahentes ad ipſum. quorum alter in ipſa cognoſcendi, alter in generandi potentia naturaliter eſt inſertus. Et quoniam velut præfectus ducit animam, & more prouidentiæ regit appellatus eſt dæmon: quamuis præſtantior amor appelletur & deus. Dicitur autem hos anima generare, non quidem quotidie, ſed ab initio, quando pro natura ſua partim ab æuo ſibi tradita, partim pro electione vitæ quandoq; contracta inſtinctus eiuſmodi concipit ad ſeculum regnaturos: quorum occulto quodam nutu quotidie plures in nobis ſuſcitantur affectus atq; conceptus: quos ſanè nec externa duntaxat ſpectacula, nec præſens affectio corporis, nec noua conſultatio porrigit. Et profectò perpetuus quidam vitæ tenor plurimum directus ad vnum: præſertim quantum ſpectat ad vitæ ſpeciem ſcientiasq;, & artes, naturalesq; facultates vnicuique proprias ab eiuſmodi dæmone regitur, recto interim ab externo quodam ſibi congruo dæmone. Congruunt & rationales animæ omnes per eiuſmodi ſuos amores cum mũdanæ amoribus animæ, quatenus & ipſæ ſunt animæ mundanæ ſorores: quæ ſimul amorésque ſui ita dependent ab anima mundi & illius

amore,

amore, non quia inde sortiantur essentiam, sed quoniam admotionis illius exordia quasi concinendo motiones proprias ordiuntur, perq; proprios fines ad finem deniq; mouentur illius.

De Dæmonibus.

V Oportere verò dæmones esse medios inter stellas & homines, in Theologia satis ostendimus, vt sphæra qualibet supra nos hac nostra præstantior longéque amplior rationales habitatores habebat suæ sphæræ conformes, sicut habet & nostra. Nam & ignea quædam animalia esse comprobat Apuleius hoc Aristotelis testimonio: In fornacibus ardentibus quædam animalia propria visa sunt volitare pennulis apta, quæ totum æuum suum diuersantur in igne: cum eo exoriuntur, cum eo pariter extinguuntur. Profectò quod primum ab ipsa viuifica substantia, id est, anima vitam accipit, solus est ignis. Est enim ignis inter corpora proximus animæ, quoniam excellentißimus, efficacißimus, mobilißimus. Hinc efficitur vt fouente calore singula viuant, non fouente non viuant. Secundò per ignem aer igni proximus vitam sortiri videtur, & pabulum esse caloris: per hæc duo subinde subtilis aqua vicinior aeri; per hanc similiter terra subtilis, per hæc quatuor inuicem congregata, corpus ex quatuor non iam vaporibus, sed materijs craßioribus compositum atque solidum. Licet autem vbique quod prius est atq; simplicius à sequente compositoq; resoluere. Sunt igitur animalium rationalium quinq; genera: Prima sunt, quorum corpora solus est ignis: ac si visibilis ignis stellæ sunt, quos antiqui deos nominant: si inuisibilis, dæmones Orpheus igneos vel cælestes appellat, qui in planetarum circulis stellarũ vicem teneant sub planeta duce. Non enim decet ab innumeris animalibus quæ sunt in firmamento, mox ad vnicum infra descendere. Secunda quorum corpora sunt ignis & aer optimè mixtus: hos dæmones idem ætherios vel aerios nominat. Sunt & animalia tertia in quibus ignis & aer cum subtili quadam aqua componitur, quos dæmones iam nominat aqueos, qui quãdoq; paulò densiores facti, aspici poßint. Neq; desunt quarta, quæ tribus iam dictis subtilem adhibeant terram, quasi quendã terræ vaporem. Hi ab Orpheo terreni dæmones appellantur: qui & aliquando paulò vlterius condensati etiam valeant attrectari. Hos etiam nuncupat subterraneos, quotiens videlicet subeunt terræ cauernas. Quinta sunt hominum quasi infimorum dæmonum corpora, in quibus præter dæmonicam illam ex quatuor subtilibus mixturã qua dæmones sumus, quæ in nobis spiritus est, primóque viuit & sentit, mixtura solidiorum est adiuncta. Spiritum verò primò viuere atq; sentire patet ex eo, quòd retracto à membris spiritu, mox sensus & motus mẽbra deserit, ideoq; & vita. Cùm verò quod prius cognatiusq; accipitur, firmius teneatur probabile videtur, animas eiusmodi posteriora gradatim dimittere corpora, prioribus interim diutius reseruatis: vt quæ fuerunt in corpore solido, diutius postea sint in tenui, in quo pariter erant, & in quo potißimum sentiebant, quod & propter cognationem facilè cedit animæ connectenti. Quo verò sublimius simpliciusque corpus est, eo tardius videtur ab anima deserendum, cæleste verò nunquam. In omni siquidem genere quod primò fit particeps, semper est particeps. Et meritò vita sempiterna vbi semel sempiternum corpus ipso suo esse naturaliter animauit, nunquam desinit animare. Solis igitur hominum animabus inferiorúmque dæmonum datum est corpora caduca mutare, quia composita sunt ex dissonis, & ideo solubilia, tum quoniam propter corpus eiusmodi & locum & ministerium à beatitudine distrahuntur. Nefas autem est animas rationales ad contemplationem absolutam naturaliter institutas, diutius illa carere. Quando igitur ad finem perueniunt, in ætherio & cælesti corpore multa secula viuunt. Quod enim est ex intentione specierum, earúmque principij potißimum, id quamplurimum est, & maximè diuturnum. Cælestes quidem dæmones & ætherios verisimile est & sempiternos esse, & perturbationis expertes propter naturæ simplicitatem puritatemque loci: aqueos autem terrenosq; esse quidem longæuos, non autem indissolubiles, habere & perturbationes animi fermè tales, quales & nos habemus. Vicinitas enim regionis atque naturæ morum affert similitudinem. E duobus primis nihil effluit vnquam: quare nec opus est nutrimento, sed duntaxat cantibus & figuris luminibusq; delectantur, colunturq;, & ita nobis conciliantur, illis præcipuè temporibus, quibus ea sidera regnant, quæ & illi sequuntur. E duobus sequentibus cum effluat aliquid, instaurare necessarium est: sed in quibus nihil est terreum, satis odor facit conciliatq; aromatum atq; florum exhalatioq; liquorum. Postremi dæmones odoribus & vaporibus indigent craßioribus, qui ex sanguine carnibusq; mittuntur, maximè coctis, & à nobis assumptis. Quare si Porphyrio credis, dices hos induxisse nos ad animalia deuoranda: vt ipsi penes nos atq; è visceribus nostris haurirent sugerentq;, sæpe concoctum sibiq; competens ab animalibus alimentum. Est autem eis insita quædam attrahendi sugendiq; facultas, qualis membris inest animalium radicibusq; plantarum. Nos autem eos tali quodam nidore ad nos allicimus: vnde, vt ait Porphyrius, homines ventri dediti vasa fiunt dæmonum immundorum. Quamuis enim dæmones si quo indigent nutrimento, vt ait Iamblichus, id absq; nostra opera sibi paßim suppeditare poßint: Tamen probabile est, posse quasdam illecebras ab homine illis offerri, & incontinentes dæmones incontinentibus hominibus commisceri. Superbi verò superbioribus dæmonibus agitantur. Nam primùm esse in eis superbiam Porphyrius ait: adeò vt nihil vehementius optent quàm supremos à nobis deos existimari, & pro illis maximè coli. atque princeps eorum potißimum id contendat, vt deus primus omnium habeatur: incitare nos ad corporis huius oblectamenta, quibus ipsi in nobis fermè similiter oblectentur: irritare ad contentiones & prælia, quibus & ipsi inter se aliquando conflictantur, & aerem conflictu conturbant, & aßiduo gaudere mendacio: nos autem illis non posse resistere, nisi quatenus superiorum dæmonum inspirationi mentem diligenter exponimus: sobrij castiq; viuimus, ac deo nos suppliciter commendamus: sola enim puritate, sanctimonia, pietate genus humanum à potenti malorum dæmonum incursu defendi. Hinc & Democritus orabat, vt bonos dæmones obuios haberet: vtpote qui vt Plutarchus ait, existimaret multos dæmones esse malos, omnes verò appellabat Idola in aere grãdia inter se emittentia voces, & longæua difficileq; solubilia: Dæmones verò multos esse malos, qui & homines sub prætextu bonorum fallant Iamblichus asserit: sed eos bonorum numinum præsentiam subitò fugere, atq; ita legitimum religiosum non posse decipere. Hæc ab Aegyptijs atq; Caldæis. Proinde Plotinus ait dæmonicas animas iccirco ad corpora procliuiores existere, quoniam in eis materia quædam regnet intelligibilis. Hæc autem nõ solùm est ipsa natura formabilis, hæc enim & superioribus inest, sed intima quædam essentiæ dispositio, in qua nec identitas

alteritatem superat,neq; status motum,neq; natura communis particularem , neq; agendi facultas potentiam pa
tiendi,per quam sanè dispositionem essentia talis tum corpori etiam caduco , tum animi perturbationi videtur ac
commodari.Ob hanc rationem,quod & Iamblichus asserit,dæmones prouidentiam non vt Dij communem habet,
sed singuli ad actiones proprias atq; prouincias.

De origine dæmonum.

VI Quid verò Plotinus in capite sexto dicit,dæmones ex ipsa totius anima generatos , atq; Porphyrius in libro
de abstinẽtia dicit,dæmones ex tota anima pullulasse, ne intelligas substantias ipsas animarum quæ sunt in dæmo
nibus,ex anima mundi creatas:imò verò animam hic totam accipe illam pateram,siue deam,ideamq; communem,
ex qua Timæus præter mundi animam,seorsum sphærarum animas,iterumq; animas dæmonum hominúmue as-
serit esse productas.Nam & Proculus ait in Alcibiade, dæmones à dea viuifica generatos, à qua generantur & a-
nimæ.Vult quoq; Plotinus,& ab ipsa mũdi,& à qualibet anima rationali suam quandã irrationalem animã ema-
nare,quã nominat dæmonẽ.Eiusmodi verò dæmones & si suas sequuntur animas,tamen sub cõmuni quodam influ
xu animæ mũdanæ gignũtur ab eis:nam in illius prouidẽtia est præcipuè,vt ipsius naturæ subseruiãt, totalesq; na
turæ ad dispositionẽ vniuersi complendã.Omnino verò qualescunq; sint dæmones,ideo pendere dicuntur ab anima
mũdi,quoniã eorum animas ipsa mũdi anima,per vitales vires infusas materiæ velut escas corporibus alligat.Inter
hæc intelligibiles deos ponit,id est,ideas & intellectuales cœlestium animas. Item sensibiles deos , scilicet stellas:
post eas dæmones,qui sunt inuisibiles,siue in cælo sunt,siue sub cælo:quamuis ipsam dæmonis appellationem ad eos
qui sub luna sunt,propriè transferant.Corpora dæmonum in superioribus quidem descripsimus,ratione quadam li-
beriore,per quam à plerisque Platonicorum haud longè discederemus.Possumus autem ratione forsitan magis phy
sica dicere,corpora dæmonum sub lunarium plurimùm esse composita. Nam & elementa in globum vnum vndiq;
commiscentur.erit igitur necessariò ignis in eis.Per hunc enim vita motusq; viget.Erit & aer ignis pabulum: nec
solus cum solo,ne subitò dissoluantur.Esto insuper aqua tenuis,nec sine terra subtili,alioquin minimam habebit sub
igne stabilitatem,oportet sanè spiritalia dæmonum corpora sicut & spiritus noster esse admodũ temperata , vt sint
illius vitæ nobilis susceptacula.Oportet igitur in eis tyrannicam ignis voracitatem ita domari, vt & trium nume
ro & horum quidem quantitate maiore vnius tyranni rapacitas refrænetur.Non potest autem terra illic esse mul
ta,nec etiam aqua plurima.Sit ergo quàmplurimus aer,secundo loco humor aqueus tenuissimus,tertio ignis,sed ad-
modum rarus,ne fortè sit edax:quartum teneat subtilissima terra locum. Et quamuis dæmones omnes sint prope-
modum temperati,aliqui tamen temperatissimi sunt:in cæteris autem elementum hoc aut illud,paulò magis excel
lit:Erunt igitur complexiones eorum quinq; fermè sicut & nostræ,temperata videlicet,& quatuor non adeò tem-
peratæ:stellis quidẽ subditæ cõsimilibus,& præsidentes instinctu quopiã naturali hominibus cõplexionis eiusdem.

De amore subsistente, & de intelligentia in nobis æterna.

VII In capite septimo,vbi dicit,Ratio igitur & cætera:intellige pro ratione vim seminariam ab intellectu ani-
mali fluentem in animam,velut patrem in matrem,in qua gignit amorem tum ex copia sua,tum ex quadam ani-
mæ indigentia mixtum.Item amorem ponit perpetuum,tum in intellectu animali ad pulchrum intelligibile con-
templandum,tum in natura ad generabile pulchrum:& vtrunq; amorem esse aliquid arbitratur essentiale atque
subsistens:quoniam ab anima per ipsam essentiam eius existant. Amores autem qui nuper excitare solent, cum nõ
ab ipsa anima simpliciter sint velut agente,sed contingant in eam quasi patiente ab externis & corpore,non subsi-
stentes dæmonésue appellat,sed passiones. Post hæc animaduertes intellectum ipsum omnium communem,atque
intellectum vniuscuiusque proprium inter se longè differre.Rursum potentiam cognoscendi quæ non habet in essen
tia sua ipsum quod cognoscendum est secundum illius essentiam,sed quandam eius imaginem,esse fallacem:certam
verò esse,quæ ipsum in se habet obiectum.quòd si non tanquam imaginarium habet potentia eiusmodi , ipsummet
existit obiectum.Cognitio igitur præfectissima qualis est intellectus,est res ipsæ quæ dicuntur obiecta:imperfectis-
sima verò sicut sensus,nec est quæ sentienda sunt,nec habet,sed ad illa se vertit.Cogitatio verò & si non est illa quæ
cogitat,habet tamen,id est,notiones eorum,siue ex se ipsa propriè,siue ab intellectu suo hauriat pro arbitrio.Si mũ-
dum contempleris intelligibilem,illic non solũ vniuersus intellectus est vniuersum intelligibile, sed etiã in quauis
idea intellectus certus est intelligibile certũ.Præterea intellectus vniuscuiusq; animæ proprius est suũ ipsum intel
ligibile.Differt tamẽ & in hoc ab ipso simpliciter cõmuniq; intellectu:siquidẽ nõ est ipse vniuersum simpliciter in-
telligibile,est enim ipsum suo quodã pacto.Habet igitur intellectus noster vniuersaliũ rerũ intelligẽtiam , similiũq;
amorem: quoniã ipsum vniuersum intelligibile & habet pariter & existit.At quoniã hic existit hoc ipsum non tã
simpliciter quàm suo quodã pacto , id est,nõ prorsus efficacissimo modo:ideo in speciali qualibet notione non omni-
no distinctè cõprehendit singula,quæ mens diuina cõprehendit.Oportet enim intellectũ ad rationẽ se imaginatio-
nemq; cõuertere,vt particularia distinctè cognoscat.Quòd autẽ præter intellectũ cõmunẽ sint & alij nõ solũ discur-
sione,sed statu perpetuò cognoscẽtes à primo distincti,ita confirmari videtur:Intellectus primus cum sit multitudo
prima,meritò est in plures intellectus naturaliter propagabilis:est in eo diuersitatis idea,est etiã identitatis idea,lõ
geq; potentior.Quoniã igitur sub diuersitate in plures intellectus distribuitur discurrentes,meritò & in plures sub
identitate deriuatur stabiliter cognoscẽtes. Sed in ijs inde naturaliter propagatis ita ratio discurrens subnectitur in
telligentiæ stabili,sicut in prima mente ipsa diuersitas vel alteritas idẽtitati subnectitur. Progredi verò
in multitudinem infinitam intelligendo,id est intelligere singula datur intelligentiæ
nostræ rationis adiunctæ imaginationisq; ministerio.Cætera quæ de
amore dijsq; disputantur,in libro de Amore satis
confirmauisse videmur.

ΠΛΩΤΙΝΟΥ

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Γ

ΛΟΓΟΣ Ε.

PLOTINI

ENNEAD. TERTIAE

LIBER V.

ΠΕΡΙ ἔρωτος.

De Amore.

ΠΕΡΙ ἔρωτος, πότερα θεός τις ἢ δαίμων, ἢ πάθος τι τῆς ψυχῆς· ἢ ὁ μὲν θεός τις ἢ δαίμων, τὸ δέ τι καὶ πάθος, καὶ ποιόν τι ἕκαστον, ἐπισκεπτέον τάς τε τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἐπινοίας ἐπιόντας, καὶ ὅσαι ἐν φιλοσοφίᾳ ἐγένοντο περὶ τούτων· καὶ μάλιστα ὅσα ὁ θεῖος Πλάτων ὑπολαμβάνει, * ὃς δὴ καὶ πολλὰ πολλαχῇ τῶν ἑαυτοῦ, περὶ ἔρωτος ἔγραψεν. ὃς δὴ οὐ μόνον ἐν ταῖς ψυχαῖς ἐγγινόμενόν τι πάθος εἴρηκεν εἶναι, ἀλλὰ καὶ δαίμονα φησὶν αὐτὸν καὶ περὶ γενέσεως αὐτοῦ διεξῆλθεν, ὅπως καὶ ὅθεν ἐστὶ γεγενημένος. περὶ μὲν οὖν τοῦ πάθους οὗ τὸν ἔρωτα αἰτιώμεθα, ὅτι ἐγγίνεται ἐν ψυχαῖς ἐφιεμέναις καλῷ τινι συμπλακῆναι, καὶ ὡς ἡ ἔφεσις αὕτη, ἡ μὲν ἐστὶ παρὰ σωφρόνων αὐτῷ τῷ κάλλει οἰκειωθέντων· ἡ δὲ, καὶ τελευτᾶν ἐθέλει εἰς αἰσχροῦ τινος πρᾶξιν, οὐδεὶς ἀγνοεῖ δήπου. ὅθεν δὲ τὴν ἀρχὴν ἑκάτερον, ἐντεῦθεν ἐπισκοπεῖν διὰ φιλοσοφίας προσήκει ἀρχὴν δ᾽ εἴ τις θεῖτο τὴν αὐτοῦ κάλλους πρότερον ἐν ταῖς ψυχαῖς ὄρεξιν, καὶ περίγνωσιν, καὶ συγγένειαν, καὶ οἰκειότητος ἄλογον σύνεσιν, τυγχάνοι ἂν οἶμαι, τοῦ ἀληθοῦς τῆς αἰτίας. τὸ μὲν γὰρ αἰσχρὸν, ἐναντίον καὶ τῇ φύσει καὶ τῷ θεῷ. καὶ γὰρ ἡ φύσις, πρὸς τὸ καλὸν βλέπουσα ποιεῖ· καὶ πρὸς τὸ ὡρισμένον βλέπει, ὅ ἐστιν ἐν τῇ τοῦ ἀγαθοῦ συστοιχίᾳ. τὸ δὲ ἀόριστον, αἰσχρὸν, καὶ τῆς ἑτέρας συστοιχίας· τῇ δὲ φύσει γένεσις, ἐκεῖθεν ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ δηλονότι καὶ τοῦ καλοῦ. ὅτω δέ τις * ἄγεται καὶ ἔστι συγγενὴς, τούτου ὠκείωται καὶ πρὸς τὰς εἰκόνας· εἰ δέ τις ταύτην τὴν αἰτίαν ἀνέλοι, ὅπη τὸ πάθος γίνεται, καὶ δι᾽ ἃς αἰτίας, οὐχ ἕξει λέγειν, οὐδ᾽ ἐπ᾽ αὐτῶν τῶν διὰ μίξιν ἐρώτων. καὶ γὰρ οὗτοι, τίκτειν βούλονται ἐν τῷ καλῷ.

A OPERÆPRECIVM est de amore considerare, vtrũ Deus quidam sit, vel dæmõ, vel passio quædam animæ: an potius partim quidẽ Deus quidam siue dęmon, partim verò sit passio quædã. Præterea quale potissimũ, quidúe horũ quodlibet sit dicendum. Percurrere quoque expedit cũ aliorum hominum hac de re opiniones, B præcipuè philosophicas, tum vel maximè Platonis diuini sentẽtiam, qui multis in locis multa de amore cõscripsit: neque solum passionem quandam animis influentem esse dixit, verumetiam dæmonem appellauit amorem, deq; huius generatione disseruit, quo pacto & vnde sit genitus. Principiò fermè nullus ignorat amatoriam passionem influere animabus concupiscẽtibus pulchro se alicui cõmiscere, appetitumq; eiusmodi partim esse penes temperatos, iam C factos ipsius pulchri domesticos, partim verò in turpem quandam desinere actionem. At vnde affectus vterque proueniat, deinceps philosophicè contemplari debemus. Siquis igitur principium eius ponat, antiquam ipsius pulchri insitam animabus appetitionem, notionem, cognationẽ, & quãdam rationis expertem cognationis perceptionem, is à veritate causæ (vt arbitror) minimè aberrabit: nempe quod turpe est, id naturæ est deoque contrarium. Na-D tura enim pulchrum spectans agit: spectat autem determinatum, quod quidem in boni ordine collocatur, indeterminatũ verò turpe est ordinisque contrarij: sed origo naturę inde dependet à bono atque pulchro. Quisquis autem aliquo delectatur quasi cognato, ad imagines quoque eius quasi affines afficitur: at siquis hác sustulerit causam, deinde qua ratione quásue ob causas passiones amatoriæ oriantur, ex-E plicare non poterit: neque etiam in amoribus veneream poscentibus mistionem. Nam & hi in pulchro quodam procreare percupiunt,

1 De amore illo qui passio quædam est, quid sit, vnde sit, quot habeat species.

quandoquidem dictu perabſurdum eſt, naturá pulchra volentem facere, velle in turpi aliquo generare. At enim illis qui vt hîc generent incitátur, ſufficit quod hîc pulchrum eſt aſſequi. Quod quidem in imaginibus deeſt atque corporibus: ſiquidem principale exemplar ijs minimè adeſt, quod quidem cauſa ipſis eſt pulchri etiam huius amandi. Proinde penes illos qui ab hoc pulchro in ſuperni pulchri reminiſcentiam reuocantur, pulchrũ hoc velut imago diligitur: at penes illos qui minimè recordátur ob ignorantiam paſsionis, noſtra hæc vera pulchritudo cenſetur: ac ſi temperati ſint, inita cum hoc pulchro familiaritas vitio caret. Lapſus verò intemperantium in veneream miſtionem eſt peccatum. Proinde qui puro pulchri amore afficitur, ſola pulchritudine eſt contentus, ſiue recordetur, ſiue non recordetur. Qui autem admiſtam inſuper habet aliá quoque cõcupiſcentiam immortalitatis in re ipſa mortali, pro viribus cõparandæ hîc in generatione perpetua perſeuerentiaque ſempiterna pulchrum quæritat: ac dum ſecundum naturam progreditur, ferit generatque in pulchro, ferens quidem in ſempiternum, in pulchro auté, propter quandam ipſius pulchri cognationem. Etenim ipſum quoq; ſempiternum eſt pulchro cognatum, naturaq; ſempiterna primum pulchrum eſt, & quæ ab ipſa fiunt, pulchra omnia fiunt. Quod igitur generationem non optat, ſufficiens & contentus ipſo pulchro magis eſſe videtur: quod autem appetit generare, pulchrum quidem nititur gignere ob indigentiam quandam: vnde apparet nequaquam ſibi ipſi ſufficere: exiſtimat autem in faciendo, tunc demum pulchrum aliquid ſe facturum, ſi in pulchro genuerit: at verò qui præter legem, præterque naturam generare cõtendunt, à naturali quodam impetu curſum exordiuntur, ſed naturalé tranſgreſsi viam per lubrica delabuntur, prolapſiq; iacent, ignorantes quò amor ducebat eos, & quorſum generationis appetitio tendat. Item qua ratione imagine pulchri ſit vtendum, ignorantes denique ipſum pulchrum. Profectò qui pulchra corpora non commixtionis gratia diligunt, ob id ipſum quòd pulchra ſunt, amant. Rurſus qui amorem ſequuntur miſtum, erga mulieres inquam, quo perpetuitas generatione ſeruetur, neque ab hoc vſquam aberrant, hi pulchritudinem perpetuitatemq; ſimul exoptant, atque temperati ſunt ambo, quamuis alijs præſtantiores alij: & qui prẹſtantiores, partim quidem pulchritudinem hanc noſtram quaſi eis ſufficientem colunt, partim verò pulchritudinem quoq; ipſam, qui ſcilicet recordantur, neque tamen pulchritudinem hanc aſpernantur, vtpote qui exiſtiment hanc eſſe effectum quendam ludumque illius. Hi ergo abſque turpitudine verſantur in pulchro: alij verò per pulchrum in turpe labuntur: appetitus enim boni ſæpe labitur & in malum: atq; hæ quidem ſunt animæ paſsiones.

A ἐπείπερ ἄτοπον βουλομένην τὴν φύσιν καλὰ ποιεῖν, ἐν αἰσχρῷ γεννᾶν βούλεσθαι. ἀλλὰ τοῖς μὲν τῇδε γεννᾶν κινουμένοις, ἀρκεῖ τὸ τῇδε καλὸν ἔχειν. ὅπερ * γάρ ἐστιν ἐν εἰκόσι καὶ σώμασιν, ἐπεὶ μὴ τὸ ἀρχέτυπον αὐτοῖς πάρεστιν, ὅ ἐστιν αἴτιον αὐτοῖς, τοῦ καὶ τοῦδε ἐρᾶν. καὶ εἰς ἀνάμνησιν μὲν ἐκείνου ἀπὸ τοῦδε ἐλθοῦσιν, ἀγαπᾶται τοῦτο ὡς εἰκών· μὴ ἀναμ- B νησθεῖσι δὲ, ὑπ᾽ ἀγνοίας τοῦ πάθους, ἀληθὲς τοῦτο φαντάζεται καὶ σώφροσι μὲν οὖσιν, ἀναμάρτητος ἡ πρὸς τὸ τῇδε καλὸν οἰκείωσις· ἡ δὲ πρὸς μῖξιν ἔκπτωσις, ἁμαρτία. καὶ ὅτῳ μὲν καθαρὸς ὁ τοῦ καλοῦ ἔρως, ἀγαπητὸν τὸ κάλλος μόνον, εἴτε ἀναμνησθέντι, εἴτε καὶ μή. ὅτῳ δὲ μέμικται, καὶ ἄλλη τοῦ ἀθάνατον εἶναι ὡς ἐν θνητῷ ἐπιθυμία, οὗτος ἐν τῷ ἀειγενεῖ καὶ ἀϊδίῳ, τὸ καλὸν ζητεῖ. καὶ κατὰ φύ- C σιν μὲν ἰὼν, σπείρει καὶ γεννᾷ ἐν καλῷ. σπείρων μὲν, εἰς τὸ ἀεὶ, ἐν καλῷ δὲ, διὰ συγγένειαν τοῦ καλοῦ. καὶ γὰρ καὶ τὸ ἀΐδιον, συγγενὲς τῷ καλῷ· καὶ ἡ ἀΐδιος φύσις, τὸ πρώτως τοιοῦτον. καὶ τὰ ἀπ᾽ αὐτῆς τοιαῦτα πάντα. τὸ μὲν οὖν μὴ γεννᾶν ἐθέλον, μᾶλλον αὐταρκέστερον τῷ καλῷ· τὸ δὲ ἐφιέμενον ποιῆσαι, καλόν τι ἐθέλει ποιεῖν ὑπ᾽ ἐνδείας, καὶ οὐκ αὐταρ- D κές· καὶ εἴπερ τοιοῦτον ποιήσει, οἴεται εἰ ἐν καλῷ γεννήσεται, οἳ δ᾽ ἂν * παρὰ τὸν νόμον, καὶ παρὰ τὴν φύσιν ἐθέλωσι γεννᾶν, ἐκ τῆς κατὰ φύσιν πορείας ποιησάμενοι τὰς ἀρχὰς, γενόμενοι παράφοροι, ἐκ ταύτης οἷον ὁδοῦ ὀλισθήσαντες, κεῖνται πεσόντες, οὔτε ἔρωτα γνῶντες ἐφ᾽ ὃ ἦγεν αὐτοὺς, οὔτε ἔφεσιν γεννήσεως, οὔτε χρῆσιν κάλλους εἰκόνος. οὔτε ὅτι ἐστὶ κάλλος * αὐτός. ἀλλ᾽ οὖν, οἵ τε σωμάτων E καλῶν καὶ διὰ μῖξιν ἐρῶντες, ὅτι καλά ἐστιν ἐρῶσιν. εἴτε τὸν λεγόμενον μικτὸν ἔρωτα, γυναικῶν μὲν, ἵνα καὶ τὸ ἀεὶ, μὴ τοιούτων δὲ σφαλλόμενοι. οἱ δὲ * ἄμεινον, σωφρονοῦσι μὲν ἀμφω· ἀλλ᾽ οἱ μὲν, καὶ τὸ τῇδε κάλλος σέβουσιν ἀρκούμενοι· οἱ δὲ κἀκεῖνο, ὅσοι ἀνεμνήσθησαν καὶ οὐκ ἀτιμάζουσιν οὐδὲ τοῦτο. ὡς ἂν καὶ ἀποτέλεσμα ὂν ἐκείνου καὶ παίγνιον. οὗτοι μὲν οὖν περὶ τὸ καλὸν, αἰσχροῦ ἄνευ· οἱ δὲ, καὶ διὰ τὸ καλὸν, F εἰς αἰσχρὸν πέσοντες. καὶ γὰρ ἡ ἀγαθοῦ ἔφεσις, ἔχει εἰς κακὸν τὴν ἔκπτωσιν πολλάκις· καὶ ταῦτα μὲν τῆς ψυχῆς τὰ παθήματα.

* πάρεστιν
* ἐν ταῖς μίξεσι
* αὐτό
* ἀμείνους

II De duplici Venere: de amoribus geminis, qui velut aliquid ſubſiſtens generãtur in Venere.

ΠΕΡΙ δὲ τοῦ, ὃν θεὸν τίθενται, οὐ μόνον οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι, ἀλλὰ καὶ θεολόγοι· καὶ Πλάτων πανταχοῦ, Ἀφροδίτης ἔρωτα λέγων, καὶ ἔργον αὐτῷ εἶναι, καλῶν τε ἔφορον παίδων, G καὶ κινητικὸν τῶν ψυχῶν, πρὸς τὸ ἐκεῖ κάλλος.

CIRCA verò amorem illum in primis videtur philoſophandum, quem Deum affirmát, non ſolùm cæteri: uerùm etiam theologi, atque Plato frequenter amorem Veneris dicens, officiumque illi attribuẽs, vt dux pulchrorum ſit puerorum, inſtigatorq; animarum ad ſuperná pulchritudinem

ἢ καὶ ἐπαύξειν τὴν ἤδη γενομένην πρὸς τὸ ἐκεῖ ὁρμὴν, περὶ τούτου μάλιστα φιλοσοφιστέον. καὶ δὴ καὶ ὅσα ἐν συμποσίῳ εἴρηται παραληπτέον. ἐν οἷς σὺν ἀφροδίτης γενεθλίοις, ἐκ τῆς πενίας καὶ τοῦ * πόρου. ἔοικε δὲ ὁ λόγος, καὶ περὶ τῆς ἀφροδίτης ἀπαιτήσειν τι εἰπεῖν. εἴτ' οὖν ἐξ ἐκείνης, εἴτε μετ' ἐκείνης, γεγονέναι λέγεται ὁ ἔρως. πρῶτον οὖν, τίς ἡ ἀφροδίτη· εἶτα πῶς, ἢ ἐξ αὐτῆς, ἢ σὺν αὐτῆς, ἢ τίνα τρόπον ἔχει τὸ αὐτὸν, τὸ ἐξ αὐτῆς τε ἅμα καὶ σὺν αὐτῇ. λέγομεν δὴ τὴν ἀφροδίτην εἶναι διττήν· τὴν μὲν, οὐρανίαν, οὐρανοῦ λέγοντες εἶναι· τὴν δὲ, ἐκ διὸς καὶ διώνης, τὴν τῶν τῇδε ἐφαπτομένων ἔφορον γάμων· ἀμήτορα δὲ ἐκείνην, καὶ ἐπέκεινα γάμων, ὅτι μὴ δὲ ἐν οὐρανῷ γάμοι. τὴν δὲ οὐρανίαν λεγομένην, ἐκ κρόνου, νοῦ ὄντος ἐκείνου, ἀνάγκη ψυχὴν θειοτάτην εἶναι. εὐθὺς ἐξ αὐτοῦ ἀκήρατον ἀκηράτου μείνασαν ἄνω. ὡς μὴ δὲ εἰς τὰ τῇδε ἐλθεῖν μήτε ἐθελήσασαν, μήτε δυναμένην, ὅτι ἦν φύσεως, μὴ κατὰ τὰ κάτω φῦσαν βαίνειν. χωριστὴν οὖσαν τινὰ ὑπόστασιν, καὶ ἀμέτοχον ὕλης οὐσίαν. ὅθεν αὐτὴν τούτῳ ἠνίττοντο, τῷ ἀμήτορα εἶναι. ἣν δὴ καὶ θεὸν ἄν τις δικαίως, οὐ δαίμονα εἴποι. ἄμικτον οὖσαν, καὶ καθαρὰν ἐφ' ἑαυτῆς μένουσαν· τὸ γὰρ εὐθὺς ἐκ νοῦ πεφυκὸς, καθαρὸν καὶ αὐτὸ, ἅτε ἰσχῦον * μεθ' ἑαυτὸ, τῷ ἐγγύθεν ἅτε καὶ τῆς ἐπιθυμίας οὔσης αὐτῇ, καὶ τῆς ἱδρύσεως πρὸς τὸ γεννῆσαν, ἱκανὸν ὂν κατέχειν ἄνω. ὅθεν οὐ δὲ ἂν ἐκπέσοι ψυχὴ νοῦ ἐξηρτημένη πολὺ μᾶλλον, ἢ ἥλιος ἂν ἔχοι ἐξ αὐτοῦ ὅσον αὐτὸν περιλάμπει φῶς τὸ ἐξ αὐτοῦ, εἰς αὐτὸν συνηρτημένον. ἐφεπομένη δὴ τῷ κρόνῳ, ἢ εἰ βούλει τῷ πατρὶ τοῦ κρόνου οὐρανῷ, ἐνήργησέ τε πρὸς αὐτὸν καὶ ᾠκειώθη, καὶ ἐρασθεῖσα, ἔρωτα ἐγέννησε. καὶ μετὰ τούτου, πρὸς αὐτὸν βλέπει, καὶ ἡ ἐνέργεια αὐτῆς, ὑπόστασιν καὶ οὐσίαν εἰργάσατο. καὶ ἄμφω, ἐκεῖ βλέπει, καὶ ἡ γειναμένη, καὶ ὁ καλὸς ἔρως ὁ γεγενημένος, ὑπόστασις. πρὸς ἄλλο καλὸν ἀεὶ τεταγμένη, καὶ τὸ εἶναι ἐν τούτῳ ἔχουσα μεταξὺ, ὥσπερ ποθοῦντος καὶ ποθουμένου, ὀφθαλμὸς ὁ τοῦ ποθοῦντος, παρέχων μὲν τῷ ἐρῶντι δι' αὐτοῦ τὸ ὁρᾶν τὸ ποθούμενον· προτρέχων δὲ αὐτὸς καὶ πρὶν ἐκείνῳ παρασχεῖν τὴν τοῦ ὁρᾶν δι' ὀργάνου δύναμιν, αὐτὸς πιμπλάμενος τοῦ θεάματος.* πρότερον μὲν, οὐ μὴν ὁμοίως ὁρῶν, τῷ ἐν τῷ στηρίζειν μὲν ἐκείνῳ τὸ ὅραμα, αὐτὸν δὲ καρποῦσθαι τὴν θέαν τοῦ καλοῦ αὐτὸν παραθέουσαν.

[margin: ὀρέξ] [margin: καθ' ἑαυ-] [margin: πρότερος]

ὙΠΟ'ΣΤΑΣΙΝ δὲ εἶναι καὶ οὐσίαν ἐξ οὐσίας, ἐλάττω μὲν τῆς ποιησαμένης, οὖσαν δὲ ὅμως, ἀπιστεῖν οὐ προσήκει. καὶ γὰρ ἡ ψυχὴ ἐκείνη, οὐσία ἦν γενομένη, ἐξ ἐνεργείας, τῆς πρὸ αὐτῆς καὶ ζῶσα, καὶ τῆς τῶν ὄντων οὐσίας,

A tudinem attingendam, aut ſaltem inſtinctũ ad illam iam natũ exaugeat. Huc adducenda ſunt quæcunq; in Platonis conuiuio pertractantur: Vbi ſcribitur in Veneris natalibus amorem ex indigentia copiaq; progenitum. Videtur præterea diſputatio præſens de Venere nonnihil exigere. Vtrum videlicet ex Venere, an potius vnà cum Venere amor natus eſſe dicatur: & primò quidem, quæ nam ſit Venus; deinde quomodò B ſe habeat, an ex ipſa, an ſimul cum ipſa, an potius quodamodo amorẽ habeat ex ſeipſa ſimul, vnaq; cum ipſa progenitum. Dicimus itaq; duplicem eſſe Venerem, alteram quidem cæleſtẽ cæli ſtirpem aſſeuerantes: alteram verò ex Ioue & Dione natam, humanorum cõiugiorum ducem, hæc ipſa quo minus attingentem: at illam ſine matre, & ante coniugia, quoniá nuptiæ in cælo non fiant. Illam ſanè cæleſtem quá ex Saturno, id eſt intellectu genitam dicunt, neceſſe C eſt eſſe animam diuiniſsimam, proximè ab ipſo intellectu inuiolabili inuiolabilẽ natam, ſuperneq; permanentem, vtpote quæ ad hæc mundana deſcendere neq; velit, neq; etiam valeat, propterea quòd ea prorſus natura prædita eſt, quæ ad inferiora non inclinatur: neceſſe inquam eſt, eam eſſe ſubſtantiam quandam ſeparatam & eſſentiam materiæ nullo modo participem. Qua de cauſa ſubobſcurè dixerunt ſine materia eſſe, vbi ſine matre eſſe dixerunt. Quam quidem De D um potius quàm Dęmonem meritò nominare debemus: quippe cũ ſincera puraq; ſit, & in ſeipſa conſiſtens. Quòd enim ex mente proximè naſcitur, ipſum quoq; eſt purum, vtpote quod validiſsimum eſt ſecundũ ſeipſum intellectus ipſius propinquitate, ingenitumq; habeat appetitum ad ſeipſum in genitore ſtabiliendum, genitore inquã potente ipſum ſufficiẽter apud ſuperos detinere: quo fit vt nunquam anima illa decidat, quæ è veſtigio pendet ex mente, idq; munus habet multò magis, quã lumen ſoli cir- E cunfuſum, perpetuò ex ipſo ꝓdeat & referatur in ipſum. Sequens igitur continuò Saturnum, ac ſi velis patrem etiam Saturni cælum, actũ ſuum reflexit ad ipſum, ſeq; illi cõciliauit, & amorem amando progenuit, cumq; hoc ipſo amore ſuſpicit ipſum, atq; huius animæ actus ſubſtantiã eſſentiãq; producit. Tum verò vtrunq; illuc intuetur tũ ipſa genitrix tum genitus pulcher amor, ſubſtãtia quidem ad aliud pulchrũ ſem- F per intenta, habensq; eſſe hoc ipſo in medio ſcilicet inter deſiderantem, atq; deſideratũ. Et profectò deſiderantis eſt oculus præbens quidem amanti, vt per ipſum cernat amatũ, præcurrens autem ipſe, & antequam illi præbeat facultatẽ videndi per inſtrumẽtum, ipſe iam ſpectaculo, ſiue ſpectamine plenus: prior quidẽ, inquã, nõ tamen ſimiliter cõtemplatus, ex eo quòd ſiſtit quidẽ illi ſpectamen, ipſe verò velut fructu veſcitur viſione pulchri ipſi mirificè circunfuſa.

ESSE verò ſubſtantiam eſſentiamq; ab eſ- *III Confirmatio ſuperiorum.*
G ſentia emanantem minorem quidẽ generante, exiſtentem verò ſimul, negare nõ licet. Etenim anima illa eſſentia eſt nata ex actu qui ſuper ipſam eſt, eſſentia inquã viuens, & ab ipſa entiũ

eſſentia pendens, illudq; ſuſpiciẽs, quòd prima eſſentia eſt, vehemẽterq; ſuſpiciẽs. Atqui & primum ipſius ſpectaculũ, vel ſpectamen id ipſum eſt. Quod quidẽ tãquam ſuũ bonũ ſpectat gaudetq; videns, atq; ipſum viſum tale eſt, vt quod intuetur nõ negligenter intueatur, adeò vt ipſa velut voluptate intentioneq; ad ipſũ viſionisq; vehementia aliquid generetur ab ipſa tũ ea, tũ ſpectaculo dignũ: quamobrẽ tum ex eo, quòd intentiſsimè agit circa ſpectaculũ, tũ ex eo q̃d quaſi ab ipſo ſpectaculo defluit, imbutus oculus velut viſio quędam cũ ſimulachro natus eſt amor: qui fortè ob hoc dictus eſt eros, quoniã ab horaſeos, id eſt, viſione ſubſtantiam habet. Quãdo & amor qui paſsio eſt ab hoc habet inſtinctũ: ſiquidem amor qui eſſentia eſt antecedit amorẽ qui non eſt eſſentia: atqui & paſsio eran, id eſt, amare dicitur, ſiquidẽ amor ipſam huius habet, ſimpliciter autẽ amor nõ appellatur. Amor itaq; ſupernæ animæ talis exiſtit, ſuſpiciens ipſe quoq; ſublimia, tanquam animæ illius pediſſequus, atq; ex illa peneſq; illam genitus, deorumq; contẽplatione contentus. Cùm verò animã illã ſeparatã eſſe dicamus: animã inquã primo cælum illuminantẽ, nõ iniuria hunc etiã amorem ſeparatũ eſſe fatebimur. Et ſi animam ipſam maximè cæleſtem eſſe diximus: quemadmodũ optimũ noſtrum eſſe in nobis aſſerimus, attamen ſeparatum etiam affirmamus. Illic ergo tantũm ſit ille amor, vbi eſt inuiolabilis anima. At quoniam oportuit animã etiam mundi huius eſſe, ideo comitatur hanc iam alter amor, qui eſt & huius oculus ex appetitu ſimul atque ipſa natus. Quum autẽ huius mundi ſit hæc Venus, neq; ſolùm anima, neq; ſimpliciter anima, meritò amorẽ rurſus genuit hoc in mundo regnantẽ, qui iam vnà cũ venere coniugia nuptiaſq; attingit. Tum verò quatenus & ipſe deſiderium attingit ſupernũ, eatenus iuuenũ ſurſum prouocat animas, atq; animam ipſam cuius eſt collega, ad ſuperna conuertit, quantũ & illa in eorum memoriam poteſt naturaliter prouocari. Omnis namq; anima bonũ appetit, etiã quæ miſta eſt alicuiuſq; facta: quippe cùm hæc anima deinceps illam ſequatur, emanetq; ab illa.

IIII

Duo amores cuilibet animæ naturaliter inſiti, quaſi duo ſunt amores.

QVÆRI poteſt nunquid anima quælibet amorẽ talem in eſſentia ſubſtantiaq; poſsideat. Fortè verò cũ anima totius habeat amorẽ hunc & conſtituat, nihil prohibet hominum animas habere ſimiliter atq; conſtituere, & inſuper cæterorũ omniũ animalium animas. Forſan hic amor eſt dæmon, quẽ tradũt quẽlibet comitari, ſcilicet eſſentialis vniuſcuiuſq; amor. Hic vtiq; facilè erit, qui cupiditates inſerat naturales, quatenus quælibet anima naturaliter appetit, dum quælibet pro natura ſua cõſentaneũ ſibi gignit amorẽ, quoad dignitatẽ, eſſentiamq; pertinet. Vniuerſa igitur anima amorem habeat vniuerſum, particulares autẽ vnaquæq; ſuum: quatenus autẽ quælibet ſe habet ad vniuerſam ab ea videlicet minimè ſegregata, ſed in ipſa comprehenſa, adeò vt vnà ſint omnes, eatenus & vnuſquiſq; amor ad vniuerſum ſe habet amorem: co

A γασίαν τὸν γεννῶντα δὲ ἐν αἰσθήσει, δηλοῦντες εἶναι τὸν νοητὸν λόγον· τὸ δὲ ἄγονον, τῆς ὕλης μενούσης, τὸ αὐτὸ ἀεί, διὰ τῶν περὶ αὐτὴν ἀγόνων * διδόντες. μητέρα γὰρ πάντων ποιήσαντες ἣν δὴ οὕτως ἐπιφημίζουσι τὴν κατὰ τὸ ὑποκείμενον ἀρχὴν λαβόντες. καὶ ὄνομα τοῦτο θέμενοι, ἵνα * δηλοῖ ἐν ᾧ βούλονται, τὸ πρὸς τὴν μητέρα οὐχ ὅμοιον παντὴ ἐνδείκνυσθαι θέλοντες. τοῖς ὅστις ὁ τρόπος βουλομένοις B ἀκριβέστερον λαβεῖν, καὶ μὴ ἐπιπολῆς ζητοῦσι. πόρρωθεν μὲν, ὅμως δὲ ὡς ἐδύναντο ἐνεδείξαντο, ὡς ἄγονός τε, καὶ οὐ δὲ παντὴ θῆλυς· ἀλλὰ τοσοῦτον μὲν θῆλυς, ὅσον ὑποδέξασθαι. ὅσον δὲ γεννᾶν οὐκ ἔτι. τῷ τὸ πρὸς αὐτὴν κεχωρικὸς, μήτε θῆλυ εἶναι, μήτε γεννᾶν δύνασθαι. ἀποτετμημένον δὲ πάσης τῆς τοῦ γεννᾶν δυνάμεως, ἣ μόνῳ ὑπάρχει τῷ μένοντι ἄρρενι.

* δηλοῦντες.

* δηλῶσιν ὃ βούλονται

MARSILII FICINI IN LIB. SEPTIMVM TERTIAE ENNEADIS, DE ÆTERNITATE ET TEMPORE, COMMENTARIVS.

SVMMMA TOTIVS LIBRI.

Quid æternitas, & vbi sit. Quid sempiternitas. Quid perpetuitas. Quomodo se habeat æternitas ad tempus.

AETERNITATEM Platonici primũ ponunt in prima mẽte: deinde in mentibus alijs, tertiò in corporib. quatenus in eis stabile aliquid reseruatur. Similiter tẽpus primũ in anima prima, deinde in cæteris animab. tertiò in corporib, quatenus in his repitur & motus. Quæritur quidnã in mẽte prima, primoq; ente sit æternitas. Certè ibi sunt quinq; entis genera vel elemẽta, scilicet essentia, motus, status, identitas, & diuersitas. Sunt & rerũ species quæ nominantur ideæ, humanitas atq; similia. Genera quidẽ entis de se inuicẽ minimè prædicantur, ipse nanq; status neq; motus est, neq; est mobilis. Identitas neq; diuersitas est, neq; diuersa. hæc enim opposita sunt. Essentia quoq; ipsa in primo sui signo nullũ habere videtur oppositorum. Ideæ quinetiã de se inuicẽ nõ prædicantur. Nam idea leonis nec est idea hominis, nec humana. Aeternitas autem ita de omnibus quæ ibi sunt prædicantur, vt quodlibet eorum sit æternum. Aeternitas itaq; neque aliquod genus entis est ibi, nec idea quædam. Est enim cunctis commune donũ, cætera verò illic inter se distinguũtur vel secundũ proprietates incõmunicabiles, atq; (vt ita dixerim) singulares sicut inter se ideæ, vel oppositione quadam vt motus & status, identitas & diuersitas. Aeternitas sanè & si cunctis est commune donum, adeò ut etiam ipsi motui, & ipsi diuersitati, & multitudini illic existentibus competat, hæc enim omnia sunt æterna: tamen secundum ipsum statum, ipsam identitatem, ipsam vnitatem præcipuè designatur, à quibus illic & cætera possidẽtur. Neq; putandũ est æternitatẽ esse propriè ipsum statum. In formali enim ratione æternitatis tria præcipue cõtinentur, status scilicet & sempiternitas, quasi dicas ipsum semper. Et identitas siue vnitas, siue (vt ita dixerim) indistãtia. Ipse verò status nõ necessariò hæc in sua ratione cõprehendit. Non cõprehẽdit ipsum semper. Possumus enim cogitare, stare quidẽ aliquid, sed nõ semper. Non cõplectitur necessariò vnitatẽ siue vnum. Potest enim in multitudine permanere. Item motus opponitur statui, non autem opponitur sempiternitati. Quid enim prohibet, quod mouetur, moueri semper? Atqui sempiternitas ipsa & si nõ sola sit tota æternitatis ratio, est tamẽ in illius ratione potissimũ. Cum itaq; motus statui potissimũ opponatur, nõ tamẽ aduersetur sempiternitati, quæ est in æternitate potissimũ: nimirũ nõ est idem penitus æternitas atq; status, qui à cæteris illic quodãmodo discretus est. Aeternitas verò cũctis est æquè cõmunis. Est enim æternitas vigor quidã ipsius essentialis intellectualisq; vitæ, semper quidẽ ipse vigẽs æquè, simulq; sua omnia possidẽs, nec amittẽs sui aliquid, nec nouũ aliquãdo munus acquirẽs. Vigorẽ eiusmodi quæcũq; ibi sunt æquè sibi vẽdicare vidẽtur. Interea meminisse debes sempiternitatẽ simpliciter esse quasi genus aliquod pseuerantiã seu vitã significans, principio fineq; carentem, sub qua duæ sunt species, quarũ prima est æuũ scilicet æternitas, quæ est vita vel perseuerantia infinita, permanẽs simul tota. Secunda perpetuitas siue ipsum tẽpus, scilicet perseuerantia infinita per partes successione progrediens. Vnde vt ait Proculus, vtrumque mensura quædã est: tempus temporalium atq; mobilium, æternitas æternorum. Sed tempus crebra repetitione, & quasi numerando metitur: æternitas autem semel adhibita & coaptata mensurat. Propria æternitatis ratio appellatioq; non tam essentia

essentia vel intelligentia est quàm vita. Est ergo vita: sed quanta? Infinita profectò: vt à parte qualibet temporis differat. Rursum qualis? Certè tota simul, vt à toto tempore differat. Est igitur æuum vita infinita tota simul, & vt breuius complectamur, vita iam infinita: tempus autem vita procedens per infinitum. Ipsum quidem æternitatis esse præsens omnino fixum est velut centrum, ideoq; sufficit vnum. Cum enim nunquam prætereat, non est opus aliquo succedente. Quod verò præsens in tempore dicitur, cum subitò transeat, præsente alio indiget successore, ne tota temporis natura perdatur, quæ ex infinitis sibi inuicem succedentibus momentis paulatim coaceruatur, ideoq; siqua eius essentia est, ea ex esse miscetur atq; non esse, dum præsens inter præteritum futurumq; quæ non sunt interuenit, & vtcunq; potest æmulatur ipsum æui præsens per aliquod iugiter sui præsens, adhibens seipsum ad stabilem æui præsentiam, neq; tamen stabilitur: ideoq; quam non potest consequi permanendo, saltē succedendo consequitur: Vt per plura momenta infinitè procedens se pro viribus ad infinitatē æui fixam simplicemq; adæquet, dum vnum permanens (vt ita dicam) æui momentum velut centrum innumerabilia momēta temporis velut puncta quædam in circumferentia perpetuò percurrentia è conspectu pariter sibi præsentia contuetur, atq; complectitur. Distant quidem inter se extra centrum lineæ atq; puncta, in cētro colliguntur in vnum. Similiter & momenta tēporis, & temporaliū rerū progressiones inter se quidē distāt, sed in æternitate temporis temporaliumq; principio ita rediguntur in vnum, vt vna sit præsentia omnium, & vita eadem, vnusq; conspectus. Inter hæc vbi Plotinus de toto perfecto loquitur, memento omne totúmue quod in arte reperitur atq; natura, esse communem quandam formā post partes singulas ibi sequentē, & ex partibus resultantem. Non est igitur eiusmodi totum per se totum, sed per partes, & per illud quod partes inuicem congregauit: nec igitur est primo totum. Primò itaq; totum est, quod est forma & substantia quædam simplex in se ipsa generans, siquas habitura sit partes. Et quia generat eas, ideo quodāmodo præcedit eas, & quo signo antecedit partes, est penitus indiuidua. Iam verò quoniā indiuidua est, ideo dū partibus se inserit singulis, inserit vbiq; se totam: atq; hoc ipsum est absolutè totum, quod reseruatur in quolibet sui totum. Talis vtiq; diuina mens est ad ideas: talis vniuersa natura vitalis ad semina rerum: talis æternitas mentisq; primæ vita ad omnem sui præsentiam, manens semper in vno atq; ad vnū. In vno quidem sui ipsius esse actuq; præsenti: item ad vnū quod super essentiam est bonū amando, & agendo se conferens. Manens inquā, quoniā quicquid expedit habere, iam habet: manens item per infinitum, neq; tamen ipsa illic infinitudo est quantitas aliqua præter vitam. Cum enim ipsa entis primi vita, quæ primus intimusq; est actus illius, quantitatem quamlibet antecedat: siqua ponatur in ea durationis & perseuerantiæ quantitas, nihil propterea intelligas additum indiuiduæ illius vitæ præsentis simplicitati.

De conformitate intellectus ad æternitatem. Item quid non sit tempus, scilicet quòd non sit duratio in corporali motu, vel mensura similis: aut numerus, aut consecutio comesq; corporei motus.

Vbi Plotinus post disputationem de æternitate profundam descendit ad tempus, considerabis qua ratione probet mentis æternitatem, propterea quòd æterna tangat intelligendo. siquidem intelligere est quodammodo tangere. Cum enim sensus omnes tactu quodam rem percipiant sentiendam, multò magis supremè vires animæ ratio intelligentiaq; cognoscendo tangunt: præsertim quia res penetrant earum intima discernendo, quod non efficit sensus. Atqui & obiecta earum efficacius veniunt ad tangendum: imò nec venire necesse est, quæ nusquam absunt. Cognatio igitur intellectus ad propria & æterna eius obiecta maior est quā cognatio sensus ad sentienda, cognatio inquam intelligentiæ mutua: quatenus enim tangit, tangitur atq; vicissim. Sicut igitur sensus est, agitq; in tempore, sic intellectus in æuo. Ratio verò tanquam media est in vtroque: nam & æterna tangit & temporalia. Medium quidem eiusmodi esse potest. Nam & cælum est in vtroque, per substantiam in æuo, per motum actionēq; in tempore. Debet quinetiam vniuerso eiusmodi medium non deesse, vt inter res supernas quæ tam actione quàm essentia sunt æternæ, atq; inferiores: quæ vtrinq; sunt temporales, sint rationales animæ, per essentiam quidem in æuo, per actionem verò motumq; in tempore. Proinde notabis id admodum placere Platonicis animam rationalem eatenus seipsam accōmodare foris tum his, tum illis gradib. vniuersi, tū æternis, tū temporalibus, tum etiam medijs: quatenus in eosdem intus seipsam expedit gradus sibi quodammodo naturaliter insitos, quemadmodum & corpus nostrum varijs seipsum modis loco cuilibet aptat, prout varijs seipsum figuris modisq; componit. Tempus est aut ipse motus, aut aliquid proprium motionis scilicet vel intimum motionis spatium, vel mensura eius, vel comes. Tempus non esse motum patet, ex eo quòd motus omnis peragitur tempore: quasi aliud quiddam sit tempus in quo motus agitur, aliud ipse motus. Præterea si corpus quod nunc mouetur, paulò post moueri desinat, deinde moueatur iterum, interceptus quidem erit motus, tempus verò non intermissum. Sicutenim cogitamus quamdiu motum fuerit, sic & quamdiu quieuerit: atque eadem perpetuitate temporis tum vices motionum, tum media quies agi mensurarique poterunt, ac si desinat moueri corpus ab alio mobile adhuc superfore tempus saltem in motore per se mobili possumus cogitare, quasi naturam temporis supra motum corporis quærere debeamus. Item in motu velocissimo plurimum est de motu ipsiusq; natura, sed de tempore minimum: in motu tardissimo fit vicissim, quippe cū aliud sit tēpus atq; motus. deniq; propria quidem temporis sunt breuitas atq; longitudo: propria verò motus intentio atq; remissio, quæ declarantur celeritate quadam & tarditate prouentus. Quorum verò propria inter se differunt, discrepant ipsa similiter. Probabilius est igitur tempus esse aliquid ad motum propriè pertinens, quàm ipsum propriè motum. Dices forsan esse spatium, nō quidem loci: quod est extra motū, sed durationis atq; perseuerantiæ, quæ est intima motui: quasi proprium interuallum & ductus tractusq; & progressio motus. Ad hæc obijci duo possunt. Primum quidem totidem esse eiusmodi interualla motibus intima, quot sunt & motus: Tempus autem vnum esse debere mensuram quasi communem, cuius vsu quodam motus omnes quantumcunque inter se diuersos metiri aliter aliterq; possimus. Secundum verò durationem eiusmodi, non aliud videri quàm motum, ipsam scilicet motionis continuitatem, qua sublata non erit motus si factus subitò fuerit. Et profectò hæc est summa proprietas vel natura motus: sicut dimēsio extensa per locū, aut est ipsum corpus, aut corpori maximè propria.

Atqui ipsa duratio motibus intima non est vbique, sed in hoc motu seruatur atque illo. Tempus autem esse cogitamus vbique, atque durationem & perseuerantiam quamlibet motionis tempore metiri solemus. Vnde videtur tempus esse interuallum aliquod mensurale, & præter interuallum proprium motionis, nec tamen ad locale pertinens interuallum. Proinde quæremus de externo eiusmodi interuallo siue ductu, quidnam sit naturaliter in seipso, ante hunc mensurationis effectum. Prius enim in se hoc ipsum quod est debet existere, quàm aliquid metiatur. Quæremus item nunquid metiatur quietem, & quo pacto. Eatenus enim quiescit aliquid, quatenus mouetur & aliud. Tria quædam proposita sunt de tempore ab his qui dicunt tempus esse aliquid motionis: Primum quidem esse spatium durationemq; motus, de quo satis est dictum: Secundum verò esse mensuram quandam durationis eiusmodi: Tertium esse aliquid comitans siue consequens. Sed redeamus nunc ad mensuram, ad quam paulatim modò descendimus, compulimusq; respondere, quidnam sit in se antequam metiatur, & vtrum externa mensura sit, vel intima, & quæcunque sit. quomodo metiatur motum similiter & quietem. Addimus insuper quomodo mensura numeralis esse dicatur, quasi sit ex vnitatibus congregata. Probabilius autem est tempus ob ipsam eius continuitatem simpliciter mensuram quandam appellare quàm numerum. atqui si mensura quædam est, ergo est quantitas quædam qualiscunque sit, siue quantum quiddam motum dimetiens, quatenus cum motu cõcurrit. Hic ergo quæretur qua conditione cum motu concurrat, & cur potius metiatur motum, quàm mensuretur à motu. Solemus enim tantum tempus ex tanta motione metiri, atque deprehendere tempus ex actione non minus quàm è conuerso. Summatim iterum dubitatur, an tempus sit motus ipse quadam magnitudine mensuratus, an potius magnitudo quædam motum metiens, an tertium quiddam. Quòd magnitudine vtatur ad motum dimetiendum, & omnino de hàc ipsa magnitudine mensurali poterit dubitari. Tanta enim est in se, sicut & motus est tantus. Nunquid igitur sicut motus per eam censetur tantus, ita & ipsa per superius aliquid existit tanta? Denique quidnam sit prius quàm metiatur (vt diximus) inuestigare licebit. Similes quædam dubitationes exoriuntur, si tertia de motu opinio admittatur, dicens tempus esse aliquid, quod comitatur motum. Cogimur autem ponere tempus ipsum esse aliquid: etiamsi nullus animus electione vtens metiatur tempore motum. Generat enim anima mundi tempus naturali quodam suo intimoq; motu, nulla ad hoc vtens electione.

Aeternitas est in mente diuina, Tempus in anima mundi, quo agitur mensuraturq; mundi motus.

In mente quidem diuina non est tempus propriè, sed idea quædam temporis velut exemplar conceptum illic ad quandam æui similitudinem, imitantem quidem æuum, sed interim diuersitate degenerantem: tempus autem propriè est in anima mundi, in ipsa eius vegetali natura, & imaginatione rursum quodammodo naturali, assiduè comitante naturam. In hac inquam gemina facultate animæ actio ad generanda & imaginanda mundana, ob debilitatem non simul tota peragitur, sed gradatim modò alia oritur, modò alia ordinata quidem, sed dissimilis, atque nunc ad hæc vertitur: nunc ad illa secundum prius posteriúsue procedens. Processio quidem deinceps secundum gradus eiusmodi, motus est: Continuitas autem & longitudo processionis est tempus. Iam verò si qua ratione longitudo corporis ab ipso corpore differt, eadem differt & tempus à motu. Longitudo inquam motionis à motione. atqui & hæc ipsa longitudo ità se ad æternitatem habet, sicut linea se habet ad punctum: præsertim si fingere liceat, ex quodam puncti motu procedere lineam, punctúmque produci. Putat verò Plotinus, sicut ex virtute cuiuslibet animæ suo quandoque semini insita pullulat corpus proprium: sic ex naturali animæ mundanæ potentia intus afflante materiam, corpus pullulare mundanum, idque in anima velut quodam mundi loco contineri regique, & moueri ad ipsum animæ motum, moueriqué temporaliter, certisque temporum interuallis ad tempus ipsum motionis quæ fit in anima, & ad certa illius temporis interualla: siquidem anima illa per intimum sui motum creauit in seipsa tempus, & vnà cum hoc motu simul & tempore produxit mundum in tempore mobilem. Vnus verò est mundi locus, anima mundi: vnum & vbique tempus: siquidem & anima hæc motum exercet vbique vitalem, sed regitur interea motus quidem mundanus ab ipso animæ suæ motu: hic autem ab intellectu proprio & æterno: ille tandem ab intellectu diuino primaq; ipsius æternitate.

ΠΛΩΤΙΝΟΥ

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Γ.

ΛΟΓΟΣ ζ.

PLOTINI

PHILOSOPHI PLATONICI LIB. VII.

ΠΕΡῚ αἰῶνος καὶ χρόνου.

De æternitate & tempore.

Procemium ad æternitatem & ad tempus.

ΤΟ'Ν αἰῶνα καὶ τὸν χρόνον ἕτερον λέγοντες ἑκάτερον εἶναι, καὶ τὸν μὲν, περὶ τὴν ἀΐδιον εἶναι φύσιν, τὸν δὲ χρόνον περὶ τὸ γινόμενον: καὶ τόδε τὸ πᾶν, αὐτόθεν μὲν, καὶ ὥσπερ ταῖς τῆς ἐννοίας ἀθρωοτέραις ἐπιβολαῖς, ἐναργές τι παρ' αὐτοῖς περὶ αὐτῶν ἐν ταῖς ψυχαῖς ἔχειν πάθος νομίζομεν. λέγοντές τι ἀεὶ * καὶ παρὰ πάντα ὀνομάζομεν. πειρώμενοι μὴν εἰς ἐπίστασιν αὐτῶν ἰέναι, καὶ οἷον ἐγγὺς προσελθεῖν, πάλιν αὖ ταῖς γνώμαις ἀποροῦντες, τὰς τῶν παλαιῶν ἀποφάσεις περὶ αὐτῶν ἄλλος ἄλλας, τάχα δὲ καὶ ἄλλως τὰς αὐτὰς λαβόντες, ἐπὶ τούτων ἀναπαυσόμενοι, καὶ αὔταρκες νομίσαντες, εἰ ἔχοιμεν ἐρωτηθέντες, τὸ δοκοῦν ἐκείνοις λέγειν, ἀγαπήσαντες, ἀπαλλαττόμεθα τοῦ ζητεῖν ἔτι περὶ αὐτῶν. εὑρηκέναι μὲν οὖν τινὰς τῶν ἀρχαίων καὶ μακαρίων φιλοσόφων τὸ ἀληθὲς, δεῖ νομίζειν. τίνες δὲ οἱ τυχόντες μάλιστα, καὶ πῶς ἂν καὶ ἡμῖν σύνεσις περὶ τούτων γένοιτο, ἐπισκέψασθαι προσήκει. καὶ πρότερον περὶ τοῦ αἰῶνος ζητεῖν, τί ποτε νομίζουσιν εἶναι αὐτὸν, οἱ ἕτερον τοῦ χρόνου τιθέντες εἶναι. γνωσθέντος γὰρ τοῦ κατὰ τὸ παράδειγμα ἑστῶτος, καὶ τὸ τῆς εἰκόνος αὐτοῦ, ὃν δὴ χρόνον λέγουσιν εἶναι, τάχα ἂν σαφὲς γένοιτο. εἰ δέ τις πρὸ τοῦ τὸν αἰῶνα θεάσασθαι, τὸν χρόνον ὅς ἐστι φαντασθείη, γένοιτ' ἂν καὶ τούτῳ ἐντεῦθεν ἐκεῖ κατὰ ἀνάμνησιν ἐλθόντι· ᾧ ἄρα ὡμοίωτο ὁ χρόνος θεάσασθαι, εἴπερ ὁμοιότητα οὗτος πρὸς ἐκεῖνον ἔχοι.

ΤΙ'ΝΑ οὖν ποτε χρὴ φάναι τὸν αἰῶνα εἶναι; ἆρά γε τὴν νοητὴν αὐτὴν οὐσίαν, ὥσπερ ἂν εἴ τις λέγοι τὸν χρόνον, τὸν σύμπαντα οὐρανὸν καὶ κόσμον εἶναι; καὶ γὰρ αὖ καὶ ταύτην τὴν δόξαν ἔχοντες φασὶ περὶ τοῦ χρόνου. ἐπεὶ γὰρ *σεμνότατά τι τὸν αἰῶνα εἶναι φανταζόμεθα καὶ νοοῦμεν,* σεμνότατον δὲ τὸ τῆς νοητῆς φύσεως, καὶ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν οὐκ

πκε' ταυτα

ἰταλόν ἰᾶνα ταῖον

A QVVM æternitatē & tempus diuersa inter se esse dicamus, & illam quidē circa naturam sempiternam esse, hoc autē circa id quod fit: idq; vniuersum versari existimamus nos quasi sponte, ex naturaliq; ingenio, & subito quodam intelligentiæ intuitu manifestum quendā circa hæc habere instinctum no-
B stris animis penitus insitum, eadem videlicet de his semper dicentes, passimq; nominantes. At uerò quando conamur propius ad hęc accedere, & absolutius explicare, in dubitationes incidimus, atq; priscorū de his sententias alius alias, forsan verò & aliter easdem accipiētes: in his deniq; immoramur, satis nobis factum existimantes, si interrogati referre antiquorū sententiam valeamus, atq; ita hæc vlterius inuestigare desinimus. Profectò putandum est quos-
C dam antiquorum feliciumq; philosophorum ueritatem adinuenisse. Operæpretium uerò est deinceps inquirere, quinam potissimum ueritatem assecuti fuerint, & qua ratione præcipuè nos quoq; eadem cognoscamus. Prius autem de æternitate quærendum, quidnam ipsam esse censeant, qui diuersam à tempore iudicāt. Cognito nanq; illo quod loco exēplaris habetur, fortè planius illius imago, quod tempus nominant, cognoscetur. Si quis autem antequā con-
D templetur æternitatem, quid sit tempus imaginetur: accidet & hoc forsan huic per reminiscentiam quandam hinc illuc progredienti cui tempus assimilatur agnoscere, siquidē hoc ad æternitatem similitudinem habeat.

QVIDNAM igitur æternitatē esse dicendum? Num fortè intelligibilē ipsam essentiam: quemadmodum siquis tempus esse dicat cœlū totum atq; mundum? Id nanq; de tempore fertur nōnullos existimasse. Cùm enim quiddam
E maximè venerandum æternitatem esse imaginemur atq; intelligamus: maximè verò venerandam esse naturā intelligibilem iudicemus, neq; vtrum horum venerabilius sit, discernere

1 *Quidnam sit æternitas. quòd sit in prima essentia, & sit aliquid eius, nec tamen sit propriè status.*

E

valeamus: & quod his superius est, eiusmodi appellationibus describi non debeat, iure quis forsan naturam intelligibilem æternitatemque pro eodem accipiet. Rursus & mundus intelligibilis & æternitas in seipsis eadē complectuntur. At verò quando altera in altero dicimus, & intelligibilia in æternitate locamus: & quando intelligibile quodlibet enunciamus æternum, quemadmodū in Timæo, vbi scribitur: si exemplaris natura æterna est, in his inquam, æternitatem aliud quiddam esse quàm naturam intelligibilem affirmamus: esse tamē circa illam, vel in illa, vel illi adesse fatemur. Quod aūt vtrunq; iudicatum est venerandum, non necessariò eadem inter se esse demonstrat. Fortè enim horū alterum quòd sit venerandum habet ab altero: quòd rursus additum est ab vtroq; eadem contineri, exponendum est naturam quidem intelligibilem continere sua quælibet, sicut partes: æternitatem verò complecti simul totum, non sicut partem, sed quoniam eiusmodi omnia per ipsam dicūtur æterna. Sed nunquid secundum statum illic existentem iudicare debemus æternitatem, quemadmodùm & hic tempus secundum motum excogitāre cōsueuerunt? Sed meritò quis in primis de æternitate perquiret, vtrū idem esse cum statu dicamus: neq; fortè simpliciter, sed cum statu, qui circa essentiam esse censetur. Si enim cum statu idē est, primò quidem statum non dicemus æternum, sicut neq; æternam æternitatem. Aeternū enim est quod æternitatis est particeps. Deinde quonā pacto motus erit æternus? sic enim foret & stabilis. Præterea status ipsius notio quomodo ipsum semper in se habebit? Dico autem non ipsum semper in tempore, sed quale potius intelligimus, quando dicimus sempiternum. Sin autem in ipso essentiæ statu continetur ipsum semper, fanè reliqua rursus entis genera ab æternitate iā segregabimus. Accedit ad hæc quòd æternitatem nō in statu solùm oportet, sed in vno etiam intelligere: quinetiam indistantiæ munus æternitati seruandū, ne fortè idem omnino sit cum tempore. Status autem qua ratione status est, neq; vnius neq; indistantis in se intelligentiam continet: Proinde de æternitate prædicamus in vno manere. Participat ergo statum, nec ipse status erit.

11 QVID ergo potissimum id ipsum erit, per quod totum diuinum mundum esse dicimus æternū atq; sempiternum? Quidue sempiternitas est? siue idem ipsa quoq; cum æternitate est, siue secundū ipsam extat æternitas. Forsan secundum vnum aliquid æternitatem excogitare debemus, vnū inquam è multis collectum, vel intelligentiam vnam vel naturam, siue quæ illic sunt consequentem, siue simul existentem, siue intus inspectam. Cuncta hæc inquam in illam redacta, vnam quidem existentem, quæ etiam multa sit, multaque posit. Profectò qui potentiam multiplicem contuetur, secundum hoc aliquid quidem quod subiecti vicem habet essentiam nominat, quatenus verò vitam inspicit, nominat motum: deinde & statum, quatenus eodem prorsus modo se habet. Alterum verò & idem qua ratione hæc multa sunt simul vnū. Sic vtiq; componens rursus in vnum, in vnam inquam

Aeternitas est in prima essentia per modum vitæ & status & identitatis, ac re uera est interminabilis uitæ tota simul & perfecta possessio.

A ὅτι σεμνότερον ὁπότερον οὖν τοῦδε ἐπέκεινα, οὐδὲ τοῦτο κατηγορητέον, * εἰς ταὐτὸν αὖ τις οὕτω συνάγοι· καὶ γὰρ αὖ ὅ, τε κόσμος ὁ νοητὸς, ὅτι αἰὼν, περιεκτικὰ ἄμφω καὶ τῶν αὐτῶν· ἀλλ' ὅταν τὰ ἕτερα ἐν θατέρῳ λέγωμεν, ἐν τῷ αἰῶνι κεῖσθαι: καὶ ὅταν τὸ αἰώνιον κατηγορῶμεν αὐτῶν· * ἡ μὲν γὰρ φησὶ τοῦ παραδείγματος φύσις ἐτύγχανεν οὖσα αἰ[ώνιο]ς, ἄλλα τὸν αἰῶ-
B να πάλιν αὖ λέγομεν: εἶναι μέν τοι περὶ ἐκείνην, ἢ ἐν ἐκείνῃ, ἢ παρεῖναι ἐκείνῃ φαμὲν· τὸ δὲ σεμνὸν ἑκάτερον εἶναι, ταυτότητα οὐ δηλοῖ· ἴσως γὰρ αὖ καὶ τῷ ἑτέρῳ αὐτῶν. παρὰ τοῦ ἑτέρου, τὸ σεμνὸν γίνοιτο· ἥ τε περιοχὴ, τῷ μὲν, ὡς μερῶν ἔσται: τῷ δὲ αἰῶνι, ὁμοῦ τὸ ὅλον οὐχ ὡς μέρος: ἀλλ' ὅτι πάντα τὰ τοιαῦτα, οἷα αἰώνια κατ' αὐτὸν, * ἀλλ' ἄρα κατὰ τὴν στάσιν φατέον τὴν ἐκεῖ, τὸν αἰῶνα εἶναι. ὥσπερ ἐν-
C ταῦθα τὸν χρόνον, κατὰ τὴν κίνησιν * φασὶν; ἀλλ' εἰκότως αὖ τις τὸν χρόνον ζητήσειεν, πότερόν τ' αὐτὸν τῇ στάσει λέγοντες, ἢ οὐχ' ἁπλῶς, ἀλλὰ τῇ στάσει τῇ περὶ τὴν οὐσίαν· εἰ μὲν γὰρ τῇ στάσει ταὐτὸν, πρῶτον μὲν, οὐκ ἐροῦμεν αἰώνιον τὴν στάσιν, ὥσπερ οὐδὲ τὸν αἰῶνα αἰώνιον· τὸ γὰρ αἰώνιον τὸ μετέχον αἰῶνος· ἔπειτα ἡ κίνησις, πῶς αἰώνιον; οὕτω γὰρ ἂν, καὶ
D στάσιμον εἴη· εἶτα πῶς ἔχει ἡ τῆς στάσεως ἔννοια ἐν αὐτῇ τὸ ἀεί; λέγω δὲ, οὐ τῷ ἐν χρόνῳ, ἀλλὰ οἷον νοοῦμεν, ὅταν τὸ ἀΐδιον λέγωμεν, εἰ δὲ τῇ τῆς οὐσίας στάσει, ἔξω πάλιν αὖ τὰ ἄλλα γένη τοῦ αἰῶνος ποιήσωμεν· εἶτα τὸν αἰῶνα οὐ μόνον ἐν στάσει δεῖ νοεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐν ἑνί: εἶτα καὶ ἀδιάστατον, ἵνα μὴ ταὐτὸν ᾖ χρόνῳ· ἡ δὲ στάσις οὔτε * τὴν τοῦ ἑνὸς, οὔτε τὴν τοῦ
E ἀδιαστάτου ἔχει ἔννοιαν, ἐν αὐτῇ ἡ στάσις· εἶτα τοῦ μὲν αἰῶνος, κατηγοροῦμεν τὸ μένειν ἐν ἑνί· μετέχοι ἂν οὖν στάσεως ἀλλ' οὐκ αὐτὸ στάσις εἴη.

ΤΙ' ἂν οὖν εἴη τοῦτο, καθὸ τὸν κόσμον πάντα, τὸν ἐκεῖ λέγωμεν αἰώνιον καὶ ἀΐδιον εἶναι; καὶ τί ἡ ἀϊδιότης; εἴτε ταὐτὸν, καὶ εἴτε ἡ αὐτὴ τῷ αἰῶνι, εἴτε κατὰ αὐτὴν αἰών. ἆρα γὰρ καθ'
F ἕν τι δεῖ; ἀλλὰ ἐκ πολλῶν συνηθροισμένην ἵνα νόησιν ἢ καὶ φύσιν, εἴτ' ἀπακολουθοῦσαν τοῖς ἐκεῖ, εἴτε συνοῦσαν, εἴτ' ἐνορωμένην. πάντα δὲ ταῦτα ἐκείνην μὲν μίαν οὖσαν, πολλὰ δὲ δυναμένην καὶ πολλὰ οὖσαν, καὶ ὅγε τὴν πολλὴν δύναμιν εἰσαθρήσας. κατὰ μὲν τοδὶ, * τὸ οἷον συναθροίσας ὑποκείμενον λέγει οὐσίαν. εἶτα κίνησιν οὗτος, καθὸ ζωὴν ὁρᾷ: εἶτα στάσιν τὸ πάντη ὡσαύτως. θάτερον δὲ καὶ ταὐτὸν, ᾗ
G ταῦτα ὁμοῦ ἕν. οὕτω δεῖ ὁ συνθεὶς πάλιν αὖ εἰς

ἓν ὁμοῦ εἶναι ζωὴν μόνην ἐν τούτοις τὴν ἑτερότητα συστείλας, καὶ τῆς ἐνεργείας τὸ ἄπαυστον, καὶ τὸ ταὐτὸν, καὶ οὐδέποτε ἄλλο, καὶ οὐκ ἐξ ἄλλου εἰς ἄλλο νόησιν ἢ ζωὴν, ἀλλὰ τὸ ὡσαύτως καὶ ἀεὶ ἀδιαστάτως, ταῦτα πάντα ἰδὼν, αἰῶνα εἶδεν. ἰδὼν ζωὴν μένουσαν ἐν τῷ αὐτῷ, ἀεὶ παρὸν τὸ πᾶν ἔχουσαν· ἀλλ' οὐ νῦν μὲν τόδε, αὖθις δ' ἕτερον, ἀλλ' ἅμα τὰ πάντα. καὶ οὐ νῦν μὲν ἕτερα, αὖθις δ' ἕτερα· ἀλλὰ τέλος ἀμερές. οἷον ἐν σημείῳ ὁμοῦ πάντων ὄντων, καὶ οὐδέποτε εἰς * ῥεῦσιν προϊόντων· ἀλλὰ μένοντος ἐν τῷ αὐτῷ, ἐν αὐτῷ καὶ οὐ μεταβάλλοντος. ὄντος δὲ ἐν τῷ παρόντι ἀεὶ, ὅτι οὐδὲν αὐτοῦ παρελήλυθεν, οὐδ' αὖ γενήσεται· ἀλλὰ τοῦθ' ὅπερ ἐστὶ, τοῦτο καὶ * ὄντως ὥς τε εἶναι τὸν αἰῶνα, οὐ τὸ ὑποκείμενον· ἀλλὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ, τοῦ ὑποκειμένου, οἷον ἐκλάμπον, κατ' αὐτὴν ἣν ἐπαγγέλλεται περὶ τοῦ μὴ μέλλοντος, ἀλλ' ἤδη ὄντος ταυτότητα. ὡς ἄρα οὕτως καὶ οὐκ ἄλλως. τί γὰρ ἂν καὶ ὕστερον αὐτῷ γένοιτο, ὃ μὴ νῦν ἐστι; μηδ' αὖ ὕστερον ἐσόμενον, ὃ μὴ ἔστιν ἤδη. οὔτε γὰρ ἔστιν ἀφ' οὗ εἰς τὸ νῦν ἥξει. ἐκεῖνο γὰρ ἦν οὐκ ἄλλο, ἀλλὰ τοῦτο· οὔτε μέλλοντος ἔσεσθαι, ὃ μὴ νῦν ἔχει ἐξ ἀνάγκης, οὔτε τὸ ἦν ἕξει περὶ αὐτό. τί γὰρ ἐστὶν ὃ ἦν αὐτῷ, καὶ παρελήλυθεν. οὔτε τὸ ἔσται, τί γὰρ ἔσται αὐτῷ; λείπεται δὴ ἐν τῷ εἶναι τοῦτο ὅπερ ἐστὶν εἶναι. ὃ οὖν μήτε ἦν, μήτε ἔσται, ἀλλ' ἔστι μόνον τοῦτο, ἑστὼς ἔχον τὸ εἶναι, τῷ μὴ μεταβάλλειν εἰς τὸ ἔσται. μηδ' αὖ μεταβεβληκέναι ἐστὶν ὁ αἰών. γίνεται τοίνυν ἡ περὶ τὸ ὂν, ἐν τῷ εἶναι ζωὴ ὁμοῦ πᾶσα, καὶ πλήρης ἀδιάστατος πανταχῇ. τοῦτο δὴ ὃ ζητοῦμεν, αἰών.

*ῥύσιν. *ὄντος.

ΟΥ'Κ ἔξωθεν δὲ συμβεβηκέναι νομίζειν τοῦτον, ἐκείνῃ τῇ φύσει, ἀλλ' ἐκείνην καὶ ἐξ ἐκείνης, καὶ σὺν ἐκείνῃ. ἐνορᾶται γὰρ ἐνοῦσα παρ' αὐτῆς, ὅτι καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὅσα λέγομεν ἐκεῖ εἶναι ἐνυπάρχοντα ὁρῶντες, λέγομεν ἐκ τῆς οὐσίας ἅπαντα, καὶ σὺν τῇ οὐσίᾳ. τὰ γὰρ πρώτως ὄντα, συνόντα δεῖ τοῖς πρώτοις, καὶ ἐν τοῖς πρώτοις εἶναι· ἐπεὶ καὶ τὸ καλὸν ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐξ αὐτῶν καὶ ἡ ἀλήθεια ἐν αὐτοῖς· καὶ τὰ μὲν, ὥσπερ ἐν μέρει τοῦ παντὸς ὄντος. τὰ δὲ ἐν παντὶ, ὥσπερ καὶ τὸ ἀληθὲς τοῦτο πᾶν, οὐκ ἐκ τῶν μερῶν ἠθροισμένον, ἀλλὰ τὰ μέρη γεννῆσαν αὐτὸ, ἵνα καὶ ταύτῃ ὡς ἀληθῶς πᾶν ᾖ. καὶ ἡ ἀλήθεια δὲ, οὐ συμφωνία πρὸς ἄλλο ἐκεῖ, ἀλλ' αὐτοῦ ἑκάστου οὗπερ ἀλήθεια. δεῖ δὴ τὸ πᾶν τοῦτο τὸ ἀληθινὸν εἴπερ ἔσται πᾶν ὄντως, μὴ μόνον εἶναι πᾶν ᾗ ἐστὶ τὰ πάντα· ἀλλὰ καὶ τὸ πᾶν ἔχειν οὕτως, ὥς τε μηδενὶ ἐλλείπειν. εἰ τοῦτο, οὐδ' ἔσται τι αὐτῷ. εἰ γὰρ ἔσται, ἐλλεῖπον ἦν * τούτου. οὐκ ἄρα ἦν πᾶν, παρὰ φύσιν δὲ, τί ἂν αὐτῷ γένοιτο;

*τοῦτο.

A inquam vitam solam, contrahensq; in ipsis alteritatem, & cõtuens interminabilem actionis identitatem, neq; vnquam aliud, neq; ex alio in aliud, intelligẽtiam aut vitam pertranseuntem, sed eodem modo se semper habentem, & procul à distantia consistentem. Cuncta hæc inquã contemplans contemplatur æternitatẽ, videns certè vitam manentem in eodem, totum præsens semper habentem, neq; nunc quidem hoc aliquid, postea verò aliud, sed omnia simul: neq; B nunc quidẽ altera, posterius altera, sed indiuiduum finem. Vbi sicut in puncto simul omnia sunt, nondum in fluxum progredientia, sed ibi in eodem, id est in seipso manente, nec aliquando permutato, sed in præsenti semper cõsistente: quoniam nihil ex eo præterijt, nihil rursus in eo futurum, sed hoc ipsum quod est, semper existit: adeò vt æternitas sit non subiectum, sed quod ex ipso subiecto velut effulget secundum C ipsam identitatẽ quam de possessione non quidem futura, sed iam præsente sibi ipsi vendicat, promittẽs videlicet ita se habere, neq; vnquam aliter habiturum. Quid enim in posterum huic quod nunc non sit, contingat? Neq; rursus futurum aliquando, quod non est in præsentia. Neq; enim est aliquid à quo in præsens quandoq; perueniat. Illud enim nõ aliud quicquam, sed hoc ipsum esset, quod quidem non est futurum, quod nũc ex necessitate non habeat, neq; D circa seipsum habet quod dicitur ipsum erat. Quid enim est quod erat ipsi atque præterijt? Neque rursus accidit quod dicitur erit. Quid enim erit in ipso? Relinquitur igitur in ipso esse, hoc ipsum quod est esse. Quod igitur neque erat, neq; erit, sed est duntaxat: id stabiliter habens esse, propterea quòd neq; mutatur in futurum, neq; est à præterito permutatum, est æternitas. Est itaq; ipsa circa ens in ipso esse vita simul tota & plena, & vbiq; prorsus indistas E æternitas ipsa quam quærimus.

NEQVE profectò putandum est ęternitatem extrinsecus illi naturæ contingere, sed esse illam, atque ex illa, simulq; cum illa. Inspicitur enim ex ipsa penitus insita: quoniam & reliqua omnia quæcunq; dicimus illic esse inspicientes velut intima, dicimus ab essentia & simul cum essentia omnia esse: nam quæ primò sunt consistere oportet primis, & primis inesse, quoniã & pulchrum in ipsis est, atq; ex ipsis: similiterq; F in eis est veritas. Et partim quidẽ totum ipsum est velut in parte, partim verò velut partes in toto, tanquam id reuera sit omne non ex partibus congregatum, sed ipsum partes generans, vt & hac ratione reuera sit omne. Veritas quinetiam illic vigens, non est cõsonantia quædam erga aliud, sed ipsius cuiusq; est propriè, cuius est & veritas. Oportet sanè id omne verum, si modò verè sit omne, non solùm esse omne quatenus est omnia: verùm etiam ipsum omne sic G habere, vt nihil sibi desit. Quod si ita sit, neque erit ei quicquam. si enim erit, hac ex parte prius deficiebat. Non igitur ante hac erat omne. Præter naturam verò huic accidere nihil potest. nisi

III Aeternitas in essentia prima, non accidens, sed ut essentialis proprietas eius: & illa essentia est uerè totum ipsum atque omne. Item quo differat esse æternorum & esse temporalium.

hil enim patitur. Si ergo nihil ipsi fiat, certè ne- A
que futurum est aliquid, neq; erit, neq; fiebat,
aut est factum. A rebus quidem generalibus si
abstuleris ipsum erit, quum in perpetua acqui-
sitione versentur, subitò non esse contingit. Re-
bus autem quæ non sunt tales, si ipsum erit ad-
iunxeris, accidit è sede ipsius esse labi. Manife-
stum enim ex hoc fuerit, ipsum esse non esse il-
lis innatum, si fiat ex eo quod futurum sit, & fa-
ctum fuerit, & sit in posterum faciendum. Vi-
detur enim in rebus generalibus id potissimũ B
essentia esse, scilicet tractus quidam ab ipso esse
ex generationis initio, quousque ad temporis
extrema perueniat, quando nõ sit vlterius, idq;
ipsum quod dicitur, est in eis existere, ac si quis
quicquam ex hoc ductu circuncidat, vita com-
minui: quapropter & esse diminui, & vniuerso
quidem esse eiusmodi oportet quousq; sic erit.
Quamobrem ad ipsum esse futurum natura fe-
stinat, neq; vult quiescere: quippe cùm esse sibi
hauriat, dum aliud quiddã atq; aliud agit, mo- C
ueturq; in orbem quodam essentiæ desiderio.
Itaq; esse nobis in his sic est inuentum. Inuenta
& causa motionis ad semper esse, futuri admi-
niculo properantis. Primis autem rebus atque
beatis neq; desiderium inest futuri: iam enim
totũ sunt, & quicquid habere vitæ debent, iam
totum possident, ideo nihil quærunt, quoniam
his nihil est futurum. neq; igitur illud eis acci-
dit, in quo est futurum. Ipsa igitur absoluta en-
tis essentia & tota, quæ & non discerpatur in D
partes, sed in partibus suis tota sit, & in nullo
deficiat, nihilque sibi desit, & cui nihil omnino
quod non ens dicatur possit accidere. Nõ enim
solùm entia omnia oportet omni totiq; adesse,
sed etiam nihil aliquando non entis accidere.
Hæc inquam proprietas ipsiusq; natura æter-
nitas est, id est æuum. Aeuum enim ab eo quod
est semper, est dictum.

IIII. *Aeterna quadam potentia ipsam contemplamur æternitatem, quæ est infinita quædam uita simul tota.*

I D ità potissimum se habere cognoscitur, E
quando quis mentem ad aliquid adhibens, po-
test de ipso dicere: imò verò cernere ipsum tale,
vt nihil prorsus circa id factum aliquando fue-
rit: alioquin non semper ens existeret, vel non
semper aliquid ens totum. Nunquid iam sem-
piternum est? nisi natura quoq; insit eiusmodi,
vt de eo proculdubio credi possit, ita nec aliter
vlterius se habere adeò, vt si rursum id respexe-
ris, sis tale similiter inuenturus. Quid verò si
quis nunquam ab eius cõtemplatione destite- F
rit, sed assiduè perseuerauerit naturam admi-
ratus, possitq; indefessa quadã natura perseue-
rare, forsan confugiens ipse in æternitatem ibi-
dem sistit pedem, nusquam omnino declinans
vt similis æternusq; sit, dum eo quod in ipso est
æternum, æternitatẽ æternumq; cõtemplatur.
Si igitur quod ita se habet est æternũ, & semper
ens, quod quidem in naturam alteram minimè
labitur, vitam quam habet totã iam possidens,
neq; accepit quicquam, neq; accipit, neque est G
accepturum. quod ita inquam se habet, est pro-
culdubio sempiternum. Sempiternitas autẽ est
talis quędam subiecti constitutio, ex eo & in eo
simul existens: æuum verò, id est æternitas, subiectum vnà cũ eiusmodi cõstitutione ibi micante.

A πάσχει γὰρ οὐδέν. εἰ οὖν μηδὲν αὐτῷ γίνοιτο, οὐδὲ
μέλλει, οὐδ᾽ ἔσται, οὐδὲ ἐγίνετο· τοῖς μὲν οὖν γεννη-
τοῖς εἰ ἀφέλοις τὸ ἔσται ἅτε ἐπικτωμένοις ἀεί,
εὐθὺς ὑπάρχει μὴ εἶναι: τοῖς δὲ μὴ τοιούτοις
εἰ προσθείης τὸ ἔσται, ὑπάρχει τὸ ἐρρεῖν ἐκ
τῆς τοῦ εἶναι ἕδρας. δῆλον γὰρ ὅτι ἦν αὐτοῖς τὸ
εἶναι, οὐ σύμφυτον. εἰ γίγνοιτο ἐν τῷ μέλλειν,
καὶ γενέσθαι, καὶ ἔσεσθαι εἰς ὕστερον. κινδυνεύει
B γὰρ τοῖς μὲν γεννητοῖς ἡ οὐσία εἶναι, τὸ ἐκ τοῦ ἐξ
ἀρχῆς εἶναι τῆς γενέσεως, μέχρι περ ἂν εἰς
ἔσχατον ἥκοι τοῦ χρόνου, ἐν ᾧ μηκέτι ἐστί. τοῦτο
δὴ τὸ ἔστιν εἶναι, καὶ εἴ τις τοῦτο παρέλοιτο, ἠ-
λαττῶσθαι ὁ βίος: ὥστε καὶ τὸ εἶναι, καὶ τῷ
παντὶ δεῖ, εἰς ὅπερ οὕτως ἔσται. διὸ καὶ σπεύ-
δει πρὸς τὸ μέλλον εἶναι. καὶ στῆναι οὐ θέλει
ἕλκον τὸ εἶναι αὐτῷ, ἐν τῷ τι ἄλλο καὶ ἄλλο
ποιεῖν, καὶ κινεῖσθαι κύκλῳ, ἐφέσει τινὶ οὐσίας.
C ὥστε εἶναι ἡμῖν εὑρημένον. καὶ τὸ αἴτιον τῆς
κινήσεως τῆς οὕτως σπευδούσης, ἐπὶ τῷ ἀεὶ εἶναι
τῷ μέλλοντι. τοῖς δὲ πρώτοις καὶ μακαρίοις,
οὐδὲ ἔφεσίς ἐστι τοῦ μέλλοντος: ἤδη γάρ ἐστι
τὸ ὅλον, καὶ ὅπερ αὐτοῖς οἷον ὀφείλεται ζῆν,
ἔχουσι πᾶν, ὥστε οὐδὲν ζητοῦσι, διότι τὸ μέλ-
λον αὐτοῖς οὐδέν ἐστιν. οὐδ᾽ ἄρα ἐκεῖνο ἐν ᾧ τὸ
μέλλον. ἡ οὖν τοῦ ὄντος παντελὴς οὐσία, καὶ
D ὅλη, οὐχὶ ἐν τοῖς μέρεσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ ἐν
τῷ μηδ᾽ ἂν ἔτι ἐλλείψειν, καὶ τῷ μηδὲν ἂν
μὴ ὂν, αὐτῇ προσγενέσθαι. οὐ γὰρ μόνα τὰ ὄντα
πάντα δεῖ παρεῖναι τῷ παντὶ καὶ ὅλῳ, ἀλ-
λὰ καὶ μηδέν, τοῦ ποτὲ μὴ ὄντος. αὕτη ἡ διά-
θεσις αὐτοῦ καὶ φύσις, εἴη ἂν, αἰών. αἰὼν γὰρ
ἀπὸ τοῦ ἀεὶ ὄντος.

ΤΟΥ͂ΤΟ δὲ ὅταν τινὶ προσβαλὼν τῇ
E ψυχῇ, ἔχω λέγειν * περὶ αὐτοῦ: μᾶλλον δὲ *περὶ αὐτῆς?
ὁρᾷν αὐτὸ τοιοῦτον, οἷον μηδὲν περὶ αὐτὸ
ὅλως γεγονέναι. * εἰ γὰρ ἄγει τοῦτο, οὐκ ἀεὶ ὄν, *εἰ γὰρ τινι?
ἢ οὐκ ἀεί τι ὅλον ὄν. ἆρα οὖν ἤδη ἀΐδιον, εἰ
μή, καὶ ἐνυπάρχει αὐτῷ τοιαύτη φύσις
ὡς πίστιν ἔχειν περὶ αὐτοῦ, ὡς οὕτως καὶ μὴ
ἄλλως ἔτι. ὡς εἰ πάλιν προσβάλλοις εὑρεῖν
* τοῦτο. τί οὖν εἰ μὴ δὲ ἀφίσταιτό τις αὐτοῦ *τοιοῦτον?
F τῆς θέας, ἀλλὰ συνὼν εἴη, τῆς φύσεως ἀγα-
σθεὶς, καὶ δυνατὸς τοῦτο πράττειν ἀτρύτῳ φύ-
σει, ἢ δραμὼν καὶ αὐτὸς, εἰς αἰῶνα * ἔσται, καὶ *ἵστα?
οὐκ ἀποκλίνων οὐδαμῇ, ἵν᾽ ᾖ ὅμοιος καὶ αἰώ-
νιος, τῷ ἐν αὐτῷ αἰωνίῳ, τὸν αἰῶνα καὶ τὸ αἰώ-
νιον θεώμενος. εἰ οὖν τὸ οὕτως ἔχον αἰώνιον
καὶ ἀεὶ ὄν, τὸ μὴ ἀποκλῖνον εἰς ἑτέραν φύσιν
κατὰ μηδὲν, ζωὴν ἔχον, ἣν ἔχει πᾶσαν ἤδη,
οὐ προσλαβὸν, οὐδὲ προσλαμβάνον, ἢ προσ-
G ληψόμενον, εἴη ἄν: ἀΐδιον μὲν, τὸ οὕτως ἔχον.
ἀϊδιότης δὲ ἡ τοιαύτη κατάστασις τοῦ ὑπο-
κειμένου, ἐξ αὐτοῦ οὖσα καὶ ἐν αὐτῷ: αἰὼν δὲ,

Quam-

τὸ ὑποκείμενον μετὰ τῆς τοιαύτης καταστάσεως ἐμφαινομένης. ὅθεν σεμνὸν ὁ αἰὼν, καὶ ταὐτὸν τῷ θεῷ, ἡ ἔννοια λέγει: λέγει δὲ τούτῳ τῷ θεῷ, καὶ καλῶς ἂν λέγοιτο ὁ αἰὼν θεὸς, ἐμφαίνων καὶ προφαίνων ἑαυτὸν, οἷός ἐστι τὸ εἶναι ὡς ἀτρεμὲς, καὶ ταὐτὸν. καὶ οὕτω. καὶ τὸ βεβαίως ἐν ζωῇ. εἰ δ' ἐκ πολλῶν λέγομεν αὐτὸν, οὐ δεῖ θαυμάζειν. πολλὰ γὰρ ἕκαστον τῶν ἐκεῖ διὰ δύναμιν ἄπειρον: ἐπεὶ (* τὸ) καὶ τὸ ἄπειρον,* τῷ μὴ ἀνεπιλείπειν. καὶ τοῦτο κυρίως, ὅτι μηδὲν αὐτοῦ ἀναλίσκει. κἂν εἴ τις οὕτως τὸν αἰῶνα λέγοι, ζωὴν ἄπειρον ἤδη τῷ πᾶσαν εἶναι, καὶ μηδὲν ἀναλίσκειν αὐτῆς, τὸ μὴ παρεληλυθέναι, μὴ δ' αὖ μέλλειν, ἤδη γὰρ οὐκ ἂν εἴη πᾶσα: ἐγγὺς ἂν εἴη τοῦ ὁρίζεσθαι. τὸ γὰρ ἑξῆς τῷ πᾶσαν εἶναι, καὶ μηδὲν ἀναλίσκειν, ἐξήγησις ἂν εἴη τοῦ ἄπειρον ἤδη εἶναι.

ΕΠΕΙΔΗ' γὰρ ἡ τοιαύτη φύσις οὕτω παγκάλη καὶ ἀΐδιος περὶ τὸ ἕν. ἀπ' ἐκείνου, καὶ πρὸς ἐκεῖνο, οὐδὲν ἐκβαίνουσα* ἀπ' αὐτῆς. (ἀπ' αὐτοῦ) μένουσα δὲ ἀεὶ περὶ ἐκεῖνο καὶ ἐν ἐκείνῳ, καὶ ζῶσα* καὶ μετ' ἐκεῖνο εἴρηταί τε ὡς ἐγὼ οἶμαι τοῦτο, τῷ Πλάτωνι καλῶς καὶ βαθεῖα τῇ γνώμῃ. καὶ οὐ καλῶς. τοῦτο δὴ* τὸ μὲν ὄντος αἰῶνος ἐν ἑνί: ἵνα μὴ μόνον ᾖ αὐτὸς αὐτὸν εἰς ἓν πρὸς ἑαυτὸν ἄγων,* ἀλλ' ᾖ περὶ τὸ ἓν τοῦ ὄντος ζωὴ ὡσαύτως. τοῦτο ὃ δὴ ζητοῦμεν, καὶ τὸ οὕτω μένον, αἰῶν εἶναι. τὸ γὰρ τοῦτο καὶ οὕτω μένον, καὶ αὐτὸ τὸ μένον ὅ ἐστιν ἐνέργεια ζωῆς μενούσης παρ' αὐτῆς πρὸς ἐκεῖνο, καὶ ἐν ἐκείνῳ, καὶ οὔτε τὸ εἶναι, οὔτε τὸ ζῆν ψευδομένη, ἔχοι ἂν τὸ αἰὼν εἶναι. τὸ γὰρ ἀληθῶς εἶναι ἐστὶ, τὸ οὐδέποτε μὴ εἶναι, οὐδ' ἄλλως εἶναι. τοῦτο δὲ ὡσαύτως εἶναι, τὸ δὲ ἀδιαφόρως εἶναι: οὐκ ἔχει οὖν οὐδὲν, τὸ ἄλλο καὶ ἄλλο. οὐδ' ἄρα διαστήσεις, οὐδ' ἐξελίξεις, * οὐδὲ προάξεις, οὐδὲ παρατενεῖς: οὐδ' ἄρα οὐδὲ πρότερον αὐτοῦ, οὐδ' ἔτι ὕστερον λαβεῖν ἔχεις. εἰ οὖν μήτε πρότερον μήτε ὕστερον, μήτε ὕστερον περὶ αὐτὸ, τὸ δὲ ἐστιν ἀληθέστατα τῶν περὶ αὐτὸ καὶ αὐτό: καὶ οὕτως δὲ, ὅτι ἐστὶν ὡς οὐσία ἢ τὸ ζῆν. πάλιν αὖ ἥκει ἡμῖν τοῦτο ὃ δὴ λέγομεν ὁ αἰών. ὅταν δὲ τὸ ἀεὶ λέγωμεν: καὶ τὸ * οὕτω μὲν ὂν, ποτὲ δὲ μὴ ὂν ἡμῶν ἕνεκα τῆς σαφείας δεῖ νομίζειν λέγεσθαι: ἐπεὶ τό γε ἀεὶ, τάχ' ἂν οὐ κυρίως λέγοιτο, ἀλλὰ ληφθὲν, εἰς δήλωσιν τοῦ ἀφθάρτου, πλανῷ ἂν τὴν ψυχὴν, εἰς ἔκβασιν τοῦ πλείονος. καὶ ἔτι ὡς μὴ ἐπιλείψοντος ποτὲ τόδε ἴσως βέλτιον ἦν μόνον τὸ ὂν λέγειν: ἀλλ' ὥσπερ τὸ ὂν ἀρκοῦν ὄνομα τῇ οὐσίᾳ, ἐπειδὴ καὶ τὴν γένεσιν οὐσίαν ἐνόμιζον, ἐδεήθησαν, πρὸς τὸ

(Marginal variants: * τὸ; ἀπ' αὐτοῦ; ...ἐκεῖνο,; μένοντος; * ἀλλ' ἡ; προσί; ποτὲ μὲν / ποτὲ δὲ)

A Quamobrem venerandum aliquid eſt æuum æternitaſq;, idemq; cum Deo, ſiquidem id inſita dictat intelligentia. Dictat autem idem eſſe huic Deo, quem entis & vitæ nomine nuncupamus. Atqui rectè dici poteſt æuum ſiue æternitas eſſe Deus, fulgens proferenſque in lucem ſeipſum qualis potiſsimum eſt ſecundum eſſe: eſſe inquam, incommutabile penitus atq; idē, & ita firmiter in vita conſiſtens. Neq; verò mirari quiſquam debet, quòd ipſum dicamus ex B multis. Quodlibet enim eorum quæ illic ſunt, multa dicitur ob potentiam infinitam, quando & infinitum ibi dicitur, quia nullo modo deficiat. Et hoc quidem præcipuè, quoniam è ſuo nihil amittat, ac ſiquis æternitatem ita deſcripſerit, ſcilicet vitam iam infinitam, ex eo quòd ſit vniuerſa: nihilq; amittat, cùm nihil vel præterierit, vel ſit futurum, alioquin iam tota non eſſet: is profectò proximè ad definitionem eius C accedet. Quod enim deinceps ſubditur, ſcilicet totam eſſe, nihilque amittere, expoſitio quædam eſt eius quod dicebatur, ſcilicet vita iam infinita.

QVONIAM verò natura talis omni pulchritudine pollēs, atq; ſempiterna circa ipſum vnum extat, ab illo & ad illud, nullo modo ab ipſo digrediens, ſed manens circa illud ſemper, atque in illo, ſecundumq. illud viuens, iccirco D dictum eſt à Platone non temerè, ſed præclarè admodum profundaq; ſententia, ſcilicet æternitas manet in vno: vt videlicet non ſolùm ipſe eam in vnum quod in ipſa eſt redigat, ſed etiam ipſa entis vita circa ipſum vnum ſimiliter ſe reducat. Hoc itaque eſt quod quærimus, quòdue ita permanet eſt æternitas. Id nanque ipſum & ita manens, & hoc ipſum permanēs, quod quidem eſt actus vitæ manentis ex ſeipſa, ad illud, atque in illo, neque in eſſendo, neque in viuen- E do mentitur, abſq; controuerſia eſt æternitas: nam verè eſſe eſt nunquam non eſſe, neque aliter eſſe. Id autē eodem modo eſſe, hoc verò ſine diuerſitate eſſe: aliud igitur aliūdue non habet. Neq; tu igitur in vera eius contemplatione diſtantiam finges, neque extrinſecus explicabis, neque adiunges, neque protendes: neque igitur vel prius, vel poſterius in eo quicquam accipies. Quòd ſi neque prius, neq; poſterius penes ipſum fingi poteſt, ſed ipſum quod dici- F tur eſt veriſsimum, eſt omnium quæ de illo dicuntur, imò eſt id ipſum, atque ita eſt, vt eſſentia ſit & vita. In his inquam nobis ſuccurrit rurſum, quod dicimus æuum. Quando verò dicimus ipſum ſemper: item ipſum non aliquando quidem ens, aliquando verò nō ens, putandum eſt id declarationis gratia dici: quoniam ipſum ſemper fortè non præcipuè dicitur, ſed aſſumptum ad oſtendendū incorruptibile, animum poteſt reddere vagabundum per quen- G dam in plura exitum & prouentum. item ſignificat rem nunquam deficientem. Forſan verò præſtabat id tantùm ens dicere. Verùm quemadmodum ens nomen eſt eſſentiæ ipſi ſufficiens, attamen quia generationem quoque eſſe multi putarunt eſſentiam, opus fuit diſciplinæ

V Aeternitas eſt actus primæ mentis in uno, & circa unum, ſimul totus: atq; eſt ipſiū eſſe præſens tantùm, ſiue ipſum reuerens, in quo quod ipſum ſemper dicitur, neceſſariò continetur.

A gratia ipſum ſemper adiungere. Nõ enim aliud quiddam eſt ens, aliud verò ſemper ens: ſicut neque aliud eſt philoſophus, aliud verò philoſophus verus. Veruntamen quia nonnulli philoſophiam ſimulant, adiunctum eſt philoſophus verus. Sic & enti ipſum ſemper, & ipſi ſemper adiungitur ens, adeò vt dicatur aion, id eſt ſemper ens: vnde dicitur æon, ideſt æuũ: quapropter ſic accipiendum eſt ipſum ſemper cum ente, vt verè ens nobis ſignificet. Profectò colligendum eſt ipſum ſemper ad indiſtantem B potentiam demonſtrandã, quæ præter id quod habet, nullius indigeat, habet autem omne. Omne igitur eſt & ens, atque per omne nullius indigum. Eiuſmodi verò natura non eſt hac quidem ex parte plena, alia verò vacua. Quod enim in tẽpore eſt, quamuis perfectum videatur velut corpus aliquod ſufficiens animæ, per animam eſt perfectum, indigetque alicuius quandoque futuri, vtpote cui tempus illud quo indiget, deſit. Quapropter ſimul cum C illo ſiquando præſens immineat, atque concurrat, imperfectum exiſtens, hac vtique ratione ens æquiuocè perfectum eſſe dicetur. Quod verò tale eſt, vt neque futuro egeat, neque redigatur in tempus aliud menſuratum, neque infinitum & infinitè futurum, ſed quicquid expedit eſſe iam habet, id profectò eſt quod intelligentia noſtra deſiderat: cui quidem eſſe non aduenit ex aliquo tanto, ſed ei adeſt etiam ante quodlibet tantum. Decet enim ipſum D quum neque tantum aliquod ſit, omnino nihil tantum aut tantum attingere, ne vita eius iam diuiſa naturam ipſius penitus indiuiſibilem perdat, ſed ſit tum per vitam, tum per eſſentiam indiuiduum. Quod autem dicitur in Timæo, mundi artifex bonus erat, refert ad intelligentiam vniuerſi, ſignificans in eo quod ponit aliquid ſuper vniuerſum, non intelligendum hoc ex quodam tempore. Quamobrem neque mundum initium aliquod tem- E porale eſſe ſortitum: quippe cum ipſa quæ eſſendi huic eſt cauſa, id quod dicitur, prius adhibeat. Veruntamen poſtquam id declarationis gratia dixerat, dictionem hanc, id eſt ipſum erat redarguit in ſequentibus, quaſi id in rebus æternis non rectè dicatur.

VI Anima per ſuum quid dam æternũ tangit æternitatem, & per temporale tempus. Item quòd ſint opiniones de tempore.

QVÆ hactenus dicimus, nunquid alienis teſtificamur, & tanquam de alienis verba facimus? At enim quomodo id fieri poſſet? Nam F quæ intelligentia in nobis fieri poteſt, niſi tangamus? Et quonam pacto alienis intelligendo poſſemus attingere? Oportet itaque nos æui, id eſt æternitatis participes eſſe. Sed quonam pacto, quum ſimus in tempore? Iam verò qua conditione potiſsimum in tempore, & qua in æternitate liceat eſſe, notum erit planius quum iam quid ſit tempus, fuerit adinuentum. Profectò deſcendendum nobis eſt ab æuo, ad indagationem temporis atque tempus: ibi qui- G dem erat ad ſuperna progreſsio: nunc verò loquimur iam deſcendentes, neque tamen nimium, ſed ita quemadmodum deſcendit & tempus. Principio ſi nihil omnino de tempore ab antiquis beatiſque viris dictum eſſet, oporteret nos ab initio, quod ſequitur deinceps connectentes æuo, dicere quæ de hoc videantur, ſtudentes ipſius

μαθεῖν, καὶ προσθήκης τοῦ ἀεί. οὐ γὰρ ἄλλο μέν ἐστιν ὄν, ἄλλο δὲ τὸ ἀεὶ ὄν: ὥσπερ οὐδ' ἄλλο μὲν φιλόσοφος, ἄλλο δὲ ὁ ἀληθινὸς * ἄλλο δὲ ὅτι τὸ ὑποκείμενόν ἐστι φιλοσοφίαν, ἡ προσθήκη τοῦ ἀληθινοῦ ἐγένετο: οὕτω καὶ τῷ ὄντι, τὸ ἀεί: καὶ τὸ ὄν, τῷ ἀεί. ὥστε λέγεσθαι ἀεὶ ὄν, διὸ ληπτέον τὸ ἀεί, οἷον ἀληθῶς ὂν λέγεσθαι. καὶ συναιρετέον τὸ ἀεὶ εἰς ἀδιάστατον δύναμιν, τὴν οὐδὲν δεομένην οὐδενός, μεθ' ὃ ἤδη ἔχει. ἔχει δὲ τὸ πᾶν. πᾶν οὖν καὶ ὄν. καὶ κατὰ πᾶν οὐκ ἐνδεές. καὶ οὐ ταύτῃ μὲν πλῆρες, ἄλλῃ δὲ ἐλλεῖπον ἡ τοιαύτη φύσις. τὸ γὰρ ἐν χρόνῳ κἂν τέλειον ᾖ ὡς δοκεῖ, οἷον σώματι ἱκανὸν, ψυχῇ τέλειον, δεόμενον καὶ τοῦ ἔπειτα, ἐλλεῖπον τῷ χρόνῳ, οὗ δεῖται. * ἅτε σὺν ἐκείνῳ εἰ παρείη αὐτῷ, καὶ συνθέοι ὂν ἀτελές, ταύτῃ ὂν ὁμωνύμως ἂν τέλειον λέγοιτο. * οὐ τῷδε ὑπάρχειν, μηδὲ τοῦ ἔπειτα δεῖσθαι, μή τι εἰς χρόνον ἄλλον μεμετρημένον, μή τι τὸν ἄπειρον, καὶ ἀπείρως ἐσόμενον: ἀλλ' ὅπερ δεῖ εἶναι, τοῦτο ἔχει: τοῦτό ἐστιν, οὗ ἡ ἔννοια ἐπορέγεται: * ὡς τὸ εἶναι, οὐκ ἐκ τοῦ τοσοῦδε, ἀλλὰ πρὸ τοῦ τοσοῦδε. ἔπρεπε γὰρ αὐτῷ, μηδὲ τοσῷδε ὄντι, ταύτῃ, μηδενὸς ἐφάπτεσθαι τοσοῦδε, ἵνα μὴ ἡ ζωὴ αὐτοῦ μερισθεῖσα, τὸ καθαρῶς ἀμερὲς αὐτοῦ ἀνέλῃ: ἀλλ' ᾖ καὶ τῇ ζωῇ ἀμερές, καὶ τῇ οὐσίᾳ. τὸ δ' ἀγαθὸς ἦν, ἀναφέρει εἰς ἔννοιαν τοῦ παντός: σημαίνων τῷ ἐπέκεινα παντὶ, τὸ μὴ ἀπὸ χρόνου τινός. ὥστε μηδὲ τὸν κόσμον ἀρχήν τινα χρονικὴν εἰληφέναι τῆς αἰτίας τοῦ εἶναι αὐτῷ, τὸ πρότερον * πᾶν ἐχούσης. ἀλλ' ὅμως δηλώσεως χάριν τοῦτο εἰπὼν, μέμφεται ὕστερον, καὶ τούτῳ τῷ ὀνόματι, ὡς οὐδ' αὐτοῦ ὀρθῶς πάντῃ λεγομένου ἐπὶ τῶν τὸν λεγόμενον καὶ νοούμενον αἰῶνα εἰληχότων.

ΤΑΥ͂ΤΑ οὖν λέγομεν, ἆρά γε μαρτυροῦντες ἑτέροις, καὶ ὡς περὶ ἀλλοτρίων τοὺς λόγους ποιούμεθα; καὶ πῶς; τίς γὰρ ἂν σύνεσις γένοιτο, μὴ ἐφαπτομένοις; πῶς δ' ἂν ἐφαψαίμεθα τοῖς ἀλλοτρίοις; δεῖ ἄρα καὶ ἡμῖν μετεῖναι τοῦ αἰῶνος. ἀλλ' ἐν χρόνῳ οὖσι, πῶς; ἀλλὰ πῶς ἐν χρόνῳ, καὶ πῶς ἐν αἰῶνι ἐστὶν εἶναι γνωσθείη ἄν, εὑρεθέντος πρότερον τοῦ χρόνου καὶ τοίνυν καταβατέον ἡμῖν ἐξ αἰῶνος ἐπὶ τὴν ζήτησιν τοῦ χρόνου, καὶ τὸν χρόνον. ἐκεῖ μὲν γὰρ ἦν ἡ πορεία πρὸς τὸ ἄνω: νῦν δὲ λέγομεν ἤδη, * οὐ παντῃ καταβάντες: ἀλλ' οὕτως ὥσπερ κατέβη χρόνος. εἰ μὲν περὶ χρόνου εἰρημένον μηδὲν ἦν τοῖς παλαιοῖς καὶ μακαρίοις ἀνδράσιν, ἐχρῆν τῷ αἰῶνι ἐξ ἀρχῆς συνείραντας, τὸ ἐφεξῆς λέγειν τὰ δοκοῦντα

* ἀλλ' ὅτι τὸ ὑποδυόμενον φιλοσοφίαν, ἡ προσθήκη

* ὥστε

* ὅτῳ δὴ ὑπάρχῃ

* ᾧ τὸ εἶναι

* παρεχούσης.

* οὐ πάντῃ

περὶ αὐτοῦ πειρωμένους, τῇ ἐννοίᾳ αὐτοῦ ἣν κεκτήμεθα, ἐφαρμόζειν τὴν λεγομένην ὑφ' ἡμῶν δόξαν· νῦν δὲ ἀναγκαῖον πρότερον λαβεῖν τὰ μάλιστα ἀξίως λόγου εἰρημένα, σκοποῦντες, εἴ τινι αὐτῶν συμφώνως, ὁ παρ' ἡμῶν ἕξει λόγος. τριχῇ δ' ἴσως διαιρετέον τοὺς λεγομένους περὶ αὐτοῦ λόγους τὴν πρώτην. ἢ γὰρ κίνησις ἡ λεγομένη ἢ τὸ κινούμενον λέγοι ἄν, ἢ κινήσεώς τι τὸν χρόνον. τὸ γὰρ στάσιν, ἢ τὸ ἑστηκὸς, ἢ στάσεώς τι λέγειν, παντάπασι πόῤῥω τῆς ἐννοίας ἂν εἴη τοῦ χρόνου, οὐδαμῇ τοῦ αὐτοῦ ὄντος. τῶν δὲ κίνησιν λεγόντων, οἱ μὲν, πᾶσαν κίνησιν ἂν λέγοιεν: οἱ δὲ, τὴν τοῦ παντός. οἱ δὲ τὸ κινούμενον λέγοντες, τὴν τοῦ παντὸς ἂν σφαῖραν λέγοιεν: οἱ δὲ, κινήσεώς τι, ἢ διάστημα κινήσεως· οἱ δὲ, μέτρον, οἱ δ' ὅλως παρακολουθοῦν αὐτῇ, καὶ ἢ πάσης, ἢ τῆς τεταγμένης.

A ipsius notioni iam partæ opinionem nostram accommodare. Nunc verò necessarium est in primis accipere, quæ maiori cum ratione dicta sunt, considerantes sicui illorum nostra sententia consonet. Ante omnia forsan sententias aliorum de tẽpore debemus in tria membra distinguere. Tempus enim aut ipse motus est, aut id quod mouetur, aut aliquid motionis. Dicere autem tempus esse statũ, vel ipsum B stabile, vel aliquid stationis procul admodum foret ab ipsa temporis notione: quippe quum identitatem minimè patiatur, ideoq; cum statu atque stabili congruere nequeat. Eorum verò qui tempus esse motum opinantur, alij quidem motum omnem esse dicent, alij verò vniuersi motum. Qui autem ipsum mobile esse tempus affirmant, sphæram totius adducent in medium. Proinde qui tempus aiunt esse aliquid motionis, partim interuallum, siue spa- C tium, siue durationem motus: partim mensuram, partim aliquid motum comitãs, siue motum omnem, siue potius ordinatum.

ΚΙΝΗΣΙΝ μὲν, οὐχ οἷόν τε, οὔτε τὰς συμπάσας λαβόντι κινήσεις, καὶ οἷον μίαν ἐκ πασῶν ποιοῦντι, οὔτε τὴν τεταγμένην. ἐν χρόνῳ γὰρ ἡ κίνησις ἑκατέρα ἡ λεγομένη. εἰ δέ τις μὴ ἐν χρόνῳ, πολὺ μᾶλλον ἂν ἀπείη τοῦ χρόνος εἶναι: ὡς ἄλλου ὄντος τοῦ ἐν ᾧ ἡ κίνησις, ἀλλ' οὐ τῆς κινήσεως αὐτῆς οὔσης. καὶ ἄλλων λεγομένων καὶ λεχθέντων ἂν, ἀρκεῖ τοῦτο: καὶ ὅτι κίνησις μὲν ἂν, καὶ παύσαιτο καὶ διαλείποι, χρόνος δὲ οὔ. εἰ δὲ τὴν τοῦ παντὸς κίνησιν μὴ διαλείπειν τις λέγοι, ἀλλὰ καὶ αὕτη εἴπερ τὴν περιφορὰν λέγοι ἐν χρόνῳ τινὶ, καὶ αὕτη περιφέροιτ' ἂν εἰς τὸ αὐτὸ: οὐκ ἐν ᾧ τὸ ἥμισυ ἤνυσται. καὶ ὁ μὲν ἂν, εἴη ἥμισυς: ὁ δὲ, διπλάσιος, κινήσεως τοῦ παντὸς οὔσης ἑκατέρας, τῆς τε εἰς τὸ αὐτὸ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, καὶ τῆς εἰς τὸ ἥμισυ ἡκούσης. καὶ τὸ ὀξυτάτην δὲ καὶ ταχύστην λέγειν τὴν τῆς* ἐξωτάτης σφαίρας κίνησιν, μαρτυρεῖ τῷ λόγῳ: ὥς τι ἕτερον ἡ κίνησις αὐτῆς, καὶ ὁ χρόνος. ταχύστη γὰρ πασῶν δηλονότι τῷ ἐλάττονι χρόνῳ, τὸ μεῖζον καὶ τὸ μέγιστον διάστημα ἀνύειν· τὰ δ' ἄλλα *βραδύτερα τῷ ἐν πλείονι ἂν, καὶ μέρος αὐτοῦ. εἰ τοίνυν μὴ δ' ἡ κίνησις τῆς σφαίρας ὁ χρόνος. σχολῇ γε ἂν ἡ σφαῖρα αὐτὴ, ἣ ἐκ τοῦ κινεῖσθαι ὑπενοήθη χρόνος εἶναι. ἆρ' οὖν κινήσεώς τι; εἰ μὲν διάστημα, πρῶτον μὲν, οὐ πάσης κινήσεως τὸ αὐτὸ, οὐδὲ τῆς ὁμοειδοῦς. θᾶττον γὰρ καὶ βραδύτερον ἡ κίνησις, καὶ ἡ ἐν τόπῳ. καὶ εἶεν ἂν ἄμφω μετρούμεναι αἱ διαστάσεις ἑνὶ ἑτέρῳ, ὃ δὴ ὀρθότερον ἄν τις εἴποι χρόνον. ποτέρας δὴ αὐτῶν τὸ διάστημα χρόνος. μᾶλλον δὲ * τινὸς αὐτῶν, ἀπείρων οὐσῶν. εἰ δὲ τῆς τεταγμένης,

ἔξω ταύτης

βραδύτε-

τίνος

VII
Tempus neq; est motus, neque duratio corporei motus.

TEMPVS quidem esse motum est impossibile: neque si cunctos simul motus accipias, ex cunctis quasi vnum efficiens, neque si motum duntaxat ordinatum: nam motus vterq; fit in tempore. Siquis verò motus dicatur non in tempore fieri, multò longius ab hoc insu- D per aberit, vt sit tempus, quasi aliud quidem sit in quo motus agitur, aliud verò sit ipse motus. Quum verò sint & alia quæ dicantur, dictaque sint, id sufficit, atque sufficiet, quòd videlicet motus desinere potest atque intermitti, tempus verò nequaquam. Siquis autem vniuersi motum dixerit non intermitti, attamen & hic motus si modò circuitum ille dicat, in quodam fit tempore, atq; in idem quandoq; reuertitur: non in eo quidem spatio quo E dimidium eius impletur: & hic quidem motus est dimidius, ille verò duplus, dum videlicet vterque motus est vniuersi, tum qui ab eodem redit in idem, tum qui duntaxat peruenit ad dimidium. Præterea quòd dici solet motum extimæ sphæræ vehementissimum celerrimumque esse, idem quoque confirmat, videlicet aliud esse sphæræ motum, aliud verò tempus. Velocissimus enim omnium est, qui breuiori tempore maius maximumq; spatium F peragit: alij tardiores, qui scilicet tempore longiori, partem eiusdem spatij consequuntur. Si ergo tempus non est motio sphæræ, neq; etiam erit ipsa sphæra: quæ quidem propterea quòd mouetur, existimata est esse tempus. Sed nunquid tempus est aliquid motionis? Profectò si motionis interuallũ esse dicatur, primò quidem obijciemus non idem esse motionis cuiuslibet interuallum, neq; etiam si motus sint vniformes. Velocius enim & tardius motus G etiam qui fit in loco peragitur. Et fieri quidem potest vt vtraq; interualla vno quodam tertio mensurentur, quod rectius admodum quis dixerit esse tempus. Vtrius autem horũ motuum interuallum erit tempus? Imò verò cuiúsnam eorum, quum infiniti sint? Si verò ordinati motus

A ſpatium tempus eſſe putetur, certè neq; omnis quidem eiuſmodi motionis: hæ nanq; multæ ſunt, quo efficietur, vt ſimul etiam multa ſint tempora. Sin autem vniuerſi motus ſpatium, ſiquidem ſpatium quod ineſt motui, quidnam aliud quàm ipſe motus erit? Tantus tamẽ: tantum verò iſtud, vel loco menſurabitur, quoniã ſcilicet tantus eſt locus quem percurrit, & ſpatium quidem id erit: hoc autem nõ tempus, ſed locus erit: vel ſpatium ſiue interuallum dicetur ipſe motus habere ob eius continuitatem, atq; B ex eo quòd non repentè deſierit, ſed perpetuò prorogetur. At verò id nihil aliud erit quàm multitudo, ſiue amplitudo aliqua motionis: ac ſiquis ipſam intuitus motionem, multam eſſe pronũciet, ceu ſiquis calorem eſſe dixerit multum, neq; hic quidem tempus apparet, neque nobis occurrit, ſed motio iterum atque iterum inſtar aquæ iterum iterumq; fluentis. Et interuallum quidẽ in ea perſpectum repetitaq; rurſus effluxio, erit numerus ſicut duitas atq; tri- C nitas: ſpatium verò ſiue interuallum pertinebit ad molem. Sic itaq; & multitudo motionis erit vt denarius, vel tanquã inſpectum velut in mole motionis ſpatium: quod quidem non habet temporis notionem, ſed erit eiuſmodi tantùm in tempore factum: alioquin tempus non erit vbiq;, ſed in motu ſolùm quaſi ſubiecto, accidetq; rurſus tempus dicere motionem. Non enim extra motionem eſt ſpatium, ſiue duratio motionis, ſed eſt motio ipſa non ſimul tota vel D momento peracta. Quando verò dicitur facta non ſubitò, ſi aliquid factum ſubitò fieri dicatur in tẽpore, quæremus, quònam differat non ſubitò factum, ab eo quod ſubitò atq; momento. Nũ fortè differat ex eo quòd agatur in tempore: quamobrem & durans motus, & ipſius duratio ſiue interuallum nõ eſt ipſum tempus, ſed impletur in tempore. Siquis autem motionis interuallum eſſe tempus affirmet, non quidem ipſius proprium motionis, imò ſecundum E quod ipſa extenſionem habet, quaſi cum illo concurrens, nondum tamen quid hoc ſit eſt explanatum. Conſtat enim id eſſe tempus in quo factus eſt motus. Hoc autem erat quod ab initio quærebamus, quidnam exiſtens ſit tempus: quoniam & hoc perinde ſe habet, ac ſiquis interrogatus quid eſt tempus, reſpondeat, interuallum motionis in tẽpore. Quid igitur eſt hoc interuallum? Quod ille appellat tempus, qui hoc extra proprium motionis interuallum po- F nit. Etenim rurſus & qui in ipſo motu temporale collocat interuallum, hic quietis ſpatium vbi nã collocet, dubitabit. Quatenus enim mouebitur aliquid, eatenus quieſcit & aliud: atq; dices vtriuſq; tempus idem fore, quanuis aliter alterum ſpectet & alterũ. Quidnam igitur eſt, quãmue naturam habet hoc interuallum? Locale quidem eſſe nequit, quandoquidem & hoc extrinſecus adeſt.

VIII. Tempus non eſt menſura corporei motus inſita motui, nec ut menſura continua, nec ut numerus.

G CONSIDERANDVM eſt deinceps, qua ratione tẽpus eſſe queat numerus motionis, ſiue mẽſura: quod quidẽ fortè probabilius eſſet ob ipſam continuitatem dicere. Principiò

οὐ πάσης μὲν, οὐδὲ τῆς τοιαύτης. πολλαὶ γὰρ αὗται. ὥστε καὶ πολλοὶ χρόνοι ἅμα ἔσονται. εἰ δὲ τῆς τοῦ παντὸς διάστημα, εἰ μὲν τὸ ἐν αὐτῇ τῇ κινήσει διάστημα, τί ἂν ἄλλο, ἢ ἡ κίνησις ἂν εἴη; τοσήδε μέντοι, τὸ δὲ τοσόνδε τοῦτο, ἤτοι τῷ τόπῳ, ὅτι τοσόσδε ὃν διεξῆλθε, μετρηθήσεται. καὶ τὸ διάστημα τοῦτο ἔσται: τοῦτο δὲ, οὐ χρόνος, ἀλλὰ τόπος. ἢ αὐτὴ ἡ κίνησις τῇ συνεχείᾳ αὐτῆς, καὶ τῷ μὴ εὐθὺς πεπαῦσθαι, ἀλλ' ἐπιλαμβάνειν ἀεὶ, τὸ διάστημα ἕξει. ἀλλὰ τοῦτο, τὸ πολὺ τῆς κινήσεως ἂν εἴη. καὶ εἰ μὲν εἰς αὐτὴν τίς βλέπων, ἀποφανεῖται πολλήν: ὥσπερ ἂν εἴ τις πολὺ τὸ θερμὸν λέγοι, οὐδὲ ἐνταῦθα χρόνος * φανείη. οὐδὲ προσπίπτει. ἀλλὰ κίνησις πάλιν, καὶ πάλιν, ὥσπερ ὕδωρ ῥέον πάλιν καὶ πάλιν, καὶ τὸ * ἐπ' αὐτῷ διάστημα θεωρούμενον. καὶ τὸ μὲν πάλιν καὶ πάλιν ἔσται ἀριθμὸς, ὥσπερ δυὰς, ἢ τριὰς: τὸ δὲ διάστημα τοῦ ὄγκου. οὕτως οὖν καὶ πλῆθος κινήσεως * ἢ οὐ δεκάς. ἢ ὡς τὸ ἐπιφαινόμενον τῷ οἷον ὄγκῳ τῆς κινήσεως διάστημα, ὃ οὐκ ἔχει ἔννοιαν χρόνου: ἀλλ' ἔσται τὸ τοσόνδε τοῦτο γινόμενον ἐν χρόνῳ. ἢ ὁ χρόνος οὐκ ἔσται πανταχοῦ, ἀλλ' ἐν ὑποκειμένῳ τῇ κινήσει. συμβαίνει τε πάλιν αὖ κίνησιν τὸν χρόνον λέγειν. οὐ γὰρ ἔξω αὐτῆς τὸ διάστημα, ἀλλὰ κίνησις οὐκ ἀθρόα. τὸ δὲ μὴ ἀθρόα, εἰ τὸ ἀθρόον ἐν χρόνῳ. τὸ μὴ ἀθρόον τίνι διοίσει τοῦ ἀθρόως, ἢ τῷ ἐν χρόνῳ. ὥστε ἡ διεστῶσα κίνησις καὶ τὸ διάστημα αὐτῆς, οὐκ αὐτὸ χρόνος, ἀλλ' ἐν χρόνῳ. εἰ δὲ τὸ διάστημα τῆς κινήσεως λέγοι τις χρόνον, οὐ τὸ αὐτῆς τῆς κινήσεως: ἀλλὰ παρ' ὃ αὐτὴ ἡ κίνησις τὴν παράτασιν ἔχει, οἷον συμπαραθέουσα, ἐκείνῳ. τί δὲ τοῦτό ἐστιν, οὐκ εἴρηται. δῆλον γὰρ ὅτι τοῦτο ἐστὶν ὁ χρόνος, ἐν ᾧ γέγονεν ἡ κίνησις. τοῦτο δ' οὖν ὃ ἐξ ἀρχῆς ἐζήτει ὁ λόγος, τί ὤν ἐστιν ὁ χρόνος. ἐπεὶ, * ὅμοιόν τι γίνεται καὶ ταυτὸν, οἷον εἴ τις ἐρωτηθεὶς τί ἐστι χρόνος, λέγοι κινήσεως διάστημα ἐν χρόνῳ. τί οὖν ἐστι τοῦτο τὸ διάστημα, ὃ δὴ χρόνον καλεῖς, ὁ τῆς κινήσεως τοῦ οἰκείου διαστήματος ἔξω τιθέμενος. καὶ γὰρ αὖ καὶ ἐν αὐτῇ ὅτι θέμενος τῇ κινήσει τὸ διάστημα, τὴν τῆς ἠρεμίας διάστασιν ποῦ θήσεται ἄπορος ἔσται. ὅσον γὰρ κινεῖταί τι, τοσοῦτον ἂν σταίη καὶ ἄλλο. καὶ εἴποις ἂν τὸν χρόνον ἑκατέρου τὸν αὐτὸν εἶναι, ὡς ἄλλον δηλονότι ἀμφοῖν ὄντα. τί οὖν ἐστι καὶ τίνα φύσιν ἔχει τοῦτο τὸ διάστημα; ἐπείπερ τοπικὸν, οὐχ οἷόν τε, ἐπεὶ καὶ τοῦτό γε ἔξωθέν ἐστιν.

* φανεῖται. * ἐπ' αὐτῷ * ὡς δεκάς. * ὅμοιόν τι γίνεται καὶ αὐτή

ἈΡΙΘΜΌΣ δὲ κινήσεως ἢ μέτρον, βέλτιον γὰρ οὕτω συνεχοῦς, πῶς σκεπτέον. πρῶτον μὲν οὖν καὶ

καὶ ἐνταῦθα, τὸ πάσης ὁμοίως ἀπορητέον ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ διαστήματος τῆς κινήσεως, εἴ τις τῆς πάσης εἶναι *ἐλέγετο. πῶς γὰρ ἄν τις ἀριθμήσειε τὴν ἄτακτον καὶ ἀνώμαλον, ἢ τίς ἀριθμὸς, ἢ μέτρον, ἢ κατὰ τί τὸ μέτρον: εἰ δὲ τῷ αὐτῷ *ἑτέραν καὶ ὅλως πᾶσαν ταχεῖαν βραδεῖαν. ἔσται ὁ ἀριθμὸς καὶ τὸ μέτρον τοιοῦτον. οἷον εἰ δεκὰς εἴη, μετροῦσα καὶ ἵππους καὶ βοῦς: ἢ εἰ τὸ αὐτὸ μέτρον, καὶ ὑγρῶν καὶ ξηρῶν εἴη. εἰ δὴ τοιοῦτον μέτρον, τίνων μέν ἐστιν ὁ χρόνος εἴρηται, ὅτι κινήσεων: αὐτὸς δὲ ὅ ἐστιν, οὔπω εἴρηται: εἰ δὲ ὥσπερ δεκάδος ληφθείσης καὶ ἄνευ ἵππων, ἔστι νοεῖν τὸν ἀριθμόν: καὶ τὸ μέτρον μέτρον ἐστί. φύσιν ἔχον τινὰ, κἂν μή πω μετρῇ: οὕτω *δεῖ ἔχειν, καὶ τὸν χρόνον μέτρον ὄντα, εἰ μὲν τοιοῦτόν ἐστιν ἐφ' ἑαυτοῦ οἷον ἀριθμὸς, τί ἂν τοῦδε τοῦ ἀριθμοῦ τοῦ κατὰ τὴν δεκάδα, ἢ ἄλλου ὁτουοῦν διαφέροι μοναδικοῦ. εἰ δὲ συνεχὲς μέτρον ἐστί, ποσόν τι ὂν, μέτρον ἔσται: οἷον τὸ πηχυαῖον μέγεθος. μέγεθος τοίνυν ἔσται, οἷον γραμμὴ συνθέουσα δηλονότι κινήσει. ἀλλ' αὕτη συνθέουσα, πῶς μετρήσει τὸ ᾧ συνθεῖ; τί γὰρ μᾶλλον ὁποτερονοῦν, θάτερον, καὶ βέλτιον τίθεσθαι καὶ πιθανώτερον, οὐκ ἐπὶ πάσης, ἀλλ' ᾗ συνθεῖ. τοῦτο δὲ συνεχὲς δεῖ εἶναι, ἢ ἐφέξει ἡ συνθέουσα: ἀλλ' οὐκ ἔξωθεν δεῖ τὸ μετροῦν λαμβάνειν: οὐδὲ χωρὶς, ἀλλὰ ὁμοῦ κίνησιν μεμετρημένην. καὶ τί τὸ μετροῦν ἔσται. ἡ μεμετρημένη μὲν ἡ κίνησις ἔσται, μεμετρηκὸς δὲ ἔσται μέγεθος; καὶ πότερον αὐτῶν ὁ χρόνος ἔσται; ἡ κίνησις ἡ μεμετρημένη, ἢ τὸ μέγεθος τὸ μετρῆσαν. ἢ γὰρ ἡ κίνησις ἔσται ἡ μεμετρημένη ὑπὸ τοῦ μεγέθους ὁ χρόνος, ἢ τὸ μέγεθος τὸ μετρῆσαν, ἢ τὸ τῷ μεγέθει χρησάμενον, ὥσπερ τὸ πήχει πρὸς τῷ μετρῆσαι ὅση ἡ κίνησις. ἀλλ' ἐπὶ μὲν πάντων τούτων ὑποθέσθαι ὅπερ εἴπομεν, πιθανώτερον εἶναι, τὴν ὁμαλὴν κίνησιν. ἄνευ γὰρ ὁμαλότητος καὶ προσέτι μιᾶς καὶ τῆς τοῦ ὅλου, ἀπορώτερον, τὸ τοῦ λόγου τῷ θεμένῳ ὁπωσοῦν μέτρον γίνεται: εἰ δὲ δὴ μεμετρημένη κίνησις ὁ χρόνος, καὶ ὑπὸ τοῦ ποσοῦ μεμετρημένη, ὥσπερ τὴν κίνησιν εἰ ἔδει μεμετρεῖσθαι, οὐχ ὑπ' αὐτῆς ἔδει μεμετρῆσθαι, ἀλλ' ἑτέρῳ, οὕτως ἀνάγκη εἴπερ μέτρον ἕξει ἄλλο ἡ κίνησις παρ' αὐτὴν, καὶ διὰ τοῦτο ἐδεήθημεν τοῦ συνεχοῦς μέτρου, εἰς μέτρησιν αὐτῆς, τὸν αὐτὸν τρόπον δεῖ καὶ τῷ μεγέθει αὐτῷ μέτρου. ἵν' ᾖ ἡ κίνησις τοσοῦδε γεγενημένου τοῦ καθ' ὃ μετρεῖται, ὅση μετρηθῇ. καὶ ὁ ἀριθμὸς τοῦ μεγέθους ἔσται τῇ κινήσει παρομαρτοῦντος, ἐκεῖνος ὁ χρόνος, ἀλλ' οὐ τὸ μέγεθος τὸ συνθέον τῇ κινήσει. οὗτος δὲ τίς ἂν εἴη, ἢ ὁ μοναδικὸς, ὃς ὅπως

*λέγοι. *ἑκατέραν *δὴ

A hic quoq; similiter ambigetur atq; de interuallo, vtrum videlicet omnis similiter motus numerum vel mensurā tempus dicere debeamus. Quo enim pacto numerabit quispiam inordinatum inæqualemq; motum, aut quisnam numerus siue mensura: aut secundum quid potissimum sit mensura: sin autem eodem numerabit, metieturue vtrunq; motū omnino quemlibet, siue velocem seu tardum, erit quidem numerus & mensura, ceu si denarius & equos &
B boues pariter metiatur, aut si qua humidorum & siccorum eadem sit mensura. Si itaq; mensura talis est tempus, iam quidem quorū sit tempus est dictum, scilicet motionum. Ipsum verò quid sit, nondū est explicatum. Quod si quemadmodum denarius etiā absq; equis acceptus intelligi potest tanquam numerus, atq; etiam mensura in se est mensura naturam habēs propriam, etiam si nondum metiatur, sic se habere oportet & tempus, cum sit mensura: si inquam
C tale tēpus est in seipso qualis & numerus, quonā ab hoc numero differet qualis est denarius vel alius quilibet ex vnitatibus congregatus? Sin autem mensura quædam continua est, certè quantum aliquid existens, mensura erit velut cubitalis aliqua magnitudo: Erit itaq; magnitudo, velut linea quædam cū motione concurrens. At enim ipsa concurrens quonā pacto id quo cum vna concurrit, metietur? Cur nam potius alterutrum quàm alterutrū metiatur?
D Probabilius autē poneretur non in motu quolibet, sed in eo qui cum cōcurrit. Id autem continuum oportet esse, quatenus & concurrens motus tenorem continuabit: neq; extrinsecus quod metitur, ponere decet, neq; seorsum, sed simul mensuratum motum. Proinde quidnam id erit quod metitur? Nunquid motus quidem mensuratus erit, magnitudo verò mensurans? Et vtrum horum tempus erit? Num mensuratus motus, an potius metiens magnitudo? Pro-
E fectò tempus erit vel motus magnitudine mēsuratus, vel magnitudo mēsurans, vel quiddam tertiū magnitudine vtens, velut cubitali mensura ad metiendū quantus sit motus. At in his omnibus, quod probabilius esse diximus, supponendum est, æqualē scilicet esse motū, absq; æqualitate, atq; etiam vnitate motus etiā ipsius vniuersi, magis profectò quàm motus ea vacillat opinio, quæ tempus quomodocunq; mensuram esse putat. Si autem tempus sit motio
F mensurata, à quanto scilicet mensurata, quemadmodum si oportuit mensurari motum, non à seipso oportuit mensuram assumere, sed ab alio quodam accipere: ita opus est siquam motus pręter seipsum mensuram aliam habeat, atque ob hoc indiguimus mensura continua ad ipsum dimetiendum: ita inquam magnitudini quoque ipsi mensura opus erit, vt motus esse possit quantus fuerit mensuratus: postquam videlicet illud secundum quod mēsuratur, tan-
G tum fuerit aut tantum. Atque ita tempus erit numerus ille magnitudinis comitantis motū, non autem magnitudo ipsa simul cum motu currens. Qualis autem hic numerus sit, nunquid ex vnitatibus constitutus, & quomodo

metia-

metiatur, necessariò dubitandum: quandoqui- A
dem siquis etiam inueniat quomodo, nō tem-
pus inueniet metiens, sed tempus propriè tan-
tùm. id autem nequaquam idem est atq; ipsum
tempus. Aliud namq; est tempus dicere, aliud
tempus tantum enunciare: nam antequā tan-
tum sit, definiendum est, quid hoc ipsum sit,
quod est, & tantū. Sed nunquid numerus mo-
tum extrinsecus metiens erit tempus? Non sic
acceptus, vt denarius vnà cū equis, sed potius
vt denarius in equis. Quis igitur hic numerus B
sit, nō est dictum, qui & antequam metiatur, est
id ipsum quod est, quemadmodum ipse dena-
rius. Nunquid hic est qui secundū prius & po-
sterius motionis discurrēdo metitur? at hic se-
cundum prius atq; posterius metiens, nondū
qualis sit nobis apparuit: Veruntamē quod se-
cundum prius posteriusq; metitur, siue signo
quodā velut puncto, siue quouis alio metiatur,
omnino secundū tempus dimetietur. Erit ergo
tempus id motū metiens per prius atq; poste- C
rius, connexum tempori tempusq; attingens,
quo metiri queat. Aut enim prius posteriusue
secundum locū quis accipit, sicut in principio
stadij atq; sequētibus: aut certè nō locale prius
atq; posterius, sed temporale accipiendum. Est
enim omnino id ipsum quod prius dicitur, tē-
pus desinēs in id quod præsens: quod verò po-
sterius, tempus similiter exordiens à præsenti.
Tēpus igitur aliud est quàm numerus p prius
posteriusue, dimetiēs motionē, nō solùm quā- D
libet, verùm etiā ordinatam. Præterea cur nam,
numero quidē adhibito siue secundū mensura-
tum, siue secundū metiens (potest enim idem
fortè & metiēs & mensuratū esse) at cur inquā
adhibito numero, tēpus erit? Motu verò iā vi-
gente, atq; priori prorsus posteriorię; circa mo
tum prouēniente, nondū erit tempus: perinde
ac siquis dixerit magnitudinem quanta est nō
esse, nisi quis quāta sit magnitudo deprehende-
rit. Item cum tempus sit dicaturq; infinitum, E
quānam conditione erit numerus circa ipsum,
nisi fortè quispiam partē aliquam temporis se-
ligens metiatur: in quo quidem contingit esse,
etiam antequā mensuretur. Quid autē prohi-
bet esse tempus antequā sit anima metiens? nisi
fortè quis generationem eius dixerit ab anima
proficisci. Per ipsam tamen mensurationē nul-
lo modo necessarium est ipsum ab anima fieri.
Existit enim quantū est, etiam si nullus dime-
tiatur. Ad id verò quod dicebatur tempus for- F
sitan esse quod magnitudine vtitur pro mensu-
ra: siquis adducat id esse animam, obijciemus
id nihil ad notionem temporis pertinere.

IX. *Tempus non est aliquid consequens ad motū corporis. Item procemium ad tractandum quid sit tempus.*

DICERE autem tempus esse quandā mo-
tionis consecutionem, non est quid hoc ipsum
sit docere, neque etiam dicere licet, priusquam
quid est quod consequitur, explicetur. illud
enim tempus forsan esse posset. Consideran-
dum verò est de hac ipsa cōsecutione siue prius
fiat, siue posterius, seu simul: si modò talis quæ- G
dam est consecutio. Quomodocunque enim
dicatur, in tempore dicitur: ideoque si id tem-
pus sit, tempus dicetur consecutio motionis in

μετρήσει, ἀνάγκη ἀπορεῖν. ἐπεὶ κἂν τις ἐξεύρῃ ὅπως, οὐ χρόνον εὑρήσει μετροῦντα: ἀλλὰ τοσόνδε χρόνον. τοῦτο δὲ, οὐ ταὐτὸν χρόνῳ. ἕτερον γὰρ εἰπεῖν χρόνον, ἕτερον δὲ τοσόνδε χρόνον. πρὸ γὰρ τοῦ τοσόνδε, δεῖ ὅ τί ποτ' ἐστὶν εἰπεῖν ἐκεῖνο, ὃ τοσόνδ' ἐστίν: ἀλλ' ὁ ἀριθμὸς ὁ μετρήσας τὴν κίνησιν ἔξωθεν τῆς κινήσεως, ὁ χρόνος: οἷον ἡ δεκὰς ἐπὶ τῶν ἵππων, οὐ μετὰ τῶν ἵππων λαμβανόμενος. τίς οὖν οὗτος ὁ ἀριθμὸς, οὐκ εἴρηται: ὃς, πρὸ τοῦ μετρεῖν ἐστὶν, ὅπερ ἐστὶν ὥσπερ ἡ δεκὰς, ἢ οὗτος, ὃς κατὰ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον τῆς κινήσεως, παραθέων ἐμέτρησεν: ἀλλ' οὗτος ὁ κατὰ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον, οὔπω δῆλος ὅς τίς ἐστιν. ἀλλ' οὖν κατὰ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον μετρῶν, εἴτε σημείῳ, εἴθ' ὁπωσοῦν ἄλλῳ, πάντως κατὰ χρόνον μετρήσει. ἔσται οὖν ὁ χρόνος οὗτος ὁ μετρῶν τὴν κίνησιν τῷ προτέρῳ καὶ ὑστέρῳ, ἐχόμενος τοῦ χρόνου καὶ ἐφαπτόμενος, ἵνα μετρῇ. ἢ γὰρ τοπικὸν πρότερον καὶ ὕστερον, οἷον ἡ ἀρχὴ τοῦ σταδίου λαμβάνει, ἢ ἀνάγκη τὸ χρονικὸν λαμβάνειν. ἔστι γὰρ ὅλως τὸ πρότερον καὶ ὕστερον, τὸ μὲν χρόνος, ὁ εἰς τὸ νῦν λήγων: τὸ δὲ ὕστερον, ὃς ἀπὸ τοῦ νῦν ἄρχεται* ἀλλὰ τοῦ νῦν ἀριθμοῦ τοῦ κατὰ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον μετροῦντος τὴν κίνησιν, οὐ μόνον τὴν ἥντινα οὖν, ἀλλὰ καὶ τὴν τεταγμένην ὁ χρόνος. ἔπειτα διὰ τί ἀριθμοῦ μὲν προσγεγενημένου, εἴτε καὶ κατὰ τὸ μεμετρημένον, εἴτε καὶ κατὰ τὸ μετροῦν. ἔστι γὰρ ἂν τὸν αὐτὸν καὶ μετροῦντα, καὶ μεμετρημένον εἶναι. ἀλλ' οὖν διὰ τί ἀριθμοῦ μὲν γενομένου χρόνος ἔσται, κινήσεως δὲ οὔσης καὶ τοῦ προτέρου πάντως ὑπάρχοντος περὶ αὐτὴν, καὶ τοῦ ὑστέρου, οὐκ ἔσται χρόνος. ὥσπερ ἂν εἴ τις λέγοι τὸ μέγεθος μὴ εἶναι ὅσον ἐστὶν, εἰ μή τις τὸ ὅσον ἐστὶ τοῦτο λάβοι. ἀπείρου δὲ τοῦ χρόνου ὄντος καὶ λεγομένου, πῶς ἂν περὶ αὐτὸν ἀριθμὸς εἴη, εἰ μή τις ἀπολαβὼν μέρος τι αὐτοῦ μετροῖ, ἐν ᾧ συμβαίνει εἶναι καὶ πρὶν μετρηθῆναι. διὰ τί δὲ οὐκ ἔσται, πρὶν καὶ ψυχὴν τὴν μετροῦσαν εἶναι; εἰ μή τις τὴν γένεσιν αὐτοῦ παρὰ ψυχῆς λέγοι γίνεσθαι. ἐπεὶ διά γε τὸ μετρεῖν, οὐδαμῶς ἀναγκαῖον εἶναι. ὑπάρχει γὰρ ὅσον ἐστὶ, κἂν μή τις μετρῇ. τὸ δὲ τῷ μεγέθει χρησάμενον πρὸς τὸ μετρῆσαι, τὴν ψυχὴν ἄν τις λέγοι: τοῦτο δὲ, τί ἂν εἴη, πρὸς ἔννοιαν χρόνου;

* ἄλλο τοῦ ἀριθμοῦ

ΤΟ' δὲ παρακολούθημα λέγεται τῆς κινήσεως, τί ποτε τοῦτό ἐστιν, οὐκ ἔστι διδάσκοντος, οὐδὲ εἰρηκέναι, πρὶν εἰπεῖν τί ἐστι τὸ παρακολουθοῦν. ἐκεῖνο γὰρ ἂν ἴσως εἴη χρόνος. ἐπισκεπτέον δὲ τὸ παρακολούθημα τοῦτο, εἴτε ὕστερον, εἴτε ἅμα, εἴτε πρότερον. εἴ περ τί ἐστι τοιοῦτον παρακολούθημα. ὅπως γὰρ ἂν λέγηται, ἐν χρόνῳ λέγεται. εἰ τοῦτο, ἔσται ὁ χρόνος, παρακολούθημα κινήσεως ἐν χρόνῳ. ἀλλ'

ἀλλ᾽ ἐπειδὴ οὐ τί μὴ ἐστι ζητοῦμεν, ἀλλὰ τί ἐστιν, εἴρηταί τε πολλά, πολλοῖς τοῖς πρὸ ὑμῶν, καθ᾽ ἑκάστην θέσιν ἅ εἴ τις διεξίοι, ἱστορίαν μᾶλλον ἂν ποιοῖτο, ὅσον τε ἐξ ἐπιδρομῆς εἴρηταί τι περὶ αὐτῶν: ἔστι δὲ καὶ πρὸς τὴν λέγοντα μέτρον κινήσεως τοῦ παντὸς, ἐκ τῶν ἤδη εἰρημένων ἀντιλέγειν, τά τε ἄλλα ὅσα νῦν περὶ μέτρου κινήσεως εἴρηται. χωρὶς γὰρ τῆς ἀνωμαλίας, πάντα τὰ ἄλλα, ἃ καὶ πρὸς αὐτοὺς ἁρμόσει, εἴη ἂν ἀκόλουθον εἰπεῖν, τί ποτε δεῖ νομίζειν τὸν χρόνον εἶναι.

ΔΕΙ͂ δὴ ἀναγαγεῖν ἡμᾶς αὐτοὺς πάλιν, εἰς ἐκείνην τὴν διάθεσιν, ἣν ἐπὶ τοῦ αἰῶνος ἐλέγομεν εἶναι: τὴν ἀτρεμῆ ἐκείνην, καὶ ὁμοῦ πᾶσαν, καὶ ἄπειρον ἤδη ζωὴν, καὶ ἀκλινῆ πάντη καὶ ἐν ἑνὶ, καὶ πρὸς ἓν ἑστῶσαν. χρόνος δὲ οὔπω ἦν, ἢ ἐκείνοις γε οὐκ ἦν: γεννησόμενον δὲ χρόνον, λόγῳ καὶ φύσει τοῦ ὑστέρου. τούτων δὴ οὖν ἡσυχίαν ἀγόντων ἐν αὐτοῖς, ὅπως δὴ πρῶτον ἐξέπεσε χρόνος, τὰς μὲν μούσας οὔπω τότε οὔσας, οὐκ ἄν τις ἴσως καλοῖ εἰπεῖν τοῦτο. ἀλλ᾽ ἴσως ὃ, εἴπερ ἦσαν καὶ αἱ μοῦσαι τότε. αὐτὸν δ᾽ ἄν τις τάχα τὸν γενόμενον χρόνον, ὅπως ἐστὶν ἐκφανεὶς καὶ γενόμενος. λέγοι δ᾽ ἂν περὶ αὐτοῦ, ὧδέ πως: ὡς πρότερον πρὶν τὸ πρότερον δὴ τοῦτο γεννῆσαι καὶ τοῦ ὑστέρου δεηθῆναι, σὺν αὐτῷ ἐν τῷ ὄντι ἀνεπαύετο, χρόνος οὐκ ὤν: ἀλλ᾽ ἐν ἐκείνῳ, καὶ αὐτὸς ἡσυχίαν ἦγε. φύσεως δὲ πολυπράγμονος καὶ ἄρχειν αὐτῆς βουλομένης, καὶ εἶναι αὐτῆς, καὶ τὸ πλέον τοῦ παρόντος ζητεῖν ἑλομένης, ἐκινήθη μὲν αὐτὴ, ἐκινήθη δὲ καὶ αὐτὸς. καὶ εἰς τὸ ἔπειτα ἀεὶ καὶ τὸ ὕστερον καὶ οὐ ταὐτὸν, ἀλλ᾽ ἕτερον, εἶθ᾽ ἕτερον. κινούμενοι μῆκός τι τῆς πορείας ποιησάμενοι, αἰῶνος εἰκόνα τὸν χρόνον εἰργασάμεθα. ἐπεὶ γὰρ ψυχῆς ἦν τις δύναμις οὐχ ἥσυχος, τὸ δ᾽ ἐκεῖ ὁρώμενον, ἀεὶ μεταφέρειν εἰς ἄλλο βουλομένης, τὸ μὲν ἀθρόον αὐτῇ πᾶν, παρεῖναι οὐκ ἤθελεν: ὥσπερ δ᾽ ἐκ σπέρματος ἡσύχου ἐξελίττων αὐτὸν ὁ λόγος, διέξοδον εἰς πολὺ ὡς οἴεται ποιεῖ: ἀφανίζων τὸ πολὺ τῷ μερισμῷ, καὶ ἀνθ᾽ ἑνὸς ἐν αὐτῷ οὐκ ἐν αὐτῷ τὸ ἓν δαπανῶν, εἰς μῆκος ἀσθενέστερον πρόεισιν: οὕτω δὴ καὶ αὐτὴ κόσμον ποιοῦσα αἰσθητὸν, μιμήσει ἐκείνου κινούμενον κίνησιν οὐ τὴν ἐκεῖ, ὁμοίαν δὲ τῇ ἐκεῖ, καὶ ἐθέλουσαν εἰκόνα ἐκείνης εἶναι, πρῶτον μὲν ἑαυτὴν ἐχρόνωσεν, ἀντὶ τοῦ αἰῶνος τοῦτον ποιήσασα. ἔπειτα δὲ, καὶ τῷ γενομένῳ ἔδωκε δουλεύειν χρόνῳ, ἐν χρόνῳ αὐτὸν πάντα ποιήσασα εἶναι, τὰς τούτου διεξόδους ἁπάσας ἐν αὐτῷ περιλαβοῦσα.

A tempore. At quoniam nequaquam quid nõ ſit, imò verò quid ſit tempus inueſtigamus, dictaq; de hoc multa ſunt ante nos à multis: vnde ſiquis ſingulas opiniones diſcurrat, hiſtoriam ſit potius narraturus: & quatenus percurrendo licet, nonnihil de his eſt dictum: ac licet & dicentem tempus eſſe motionis vniuerſi menſuram ex dictis refellere, & alia inſuper ad diſcuſsionem adducere, quæ modò de motus menſura dicebantur. Præter enim inæqualitatem, B cætera omnia licet adducere, quæ & ad ipſos congruè afferentur: cum inquam res ita ſe habeat, reliquum iam eſt, quid tempus ſit planius explicare.

OPERÆPRETIVM eſt reuocare nos iterum ad naturá illam quam in æuo eſſe in ſuperioribus dicebamus: naturá inquam immutabilem ſimulq; totam, & vitam iam infinitam, prorſus indeclinabilem, & in vno ad vnumque C cõſiſtentem. Tempus autem nondum erat, aut ſaltem non erat in illis, ſecuturum verò ratione quadam poſterioris atq; natura. Supernis itaq; quietem in ſeipſis agentibus, quomodo principio tempus exciderit, ſiquis intelligere cupiat, haud forſan ad hoc explicandum, Muſas quæ fortè nondum erant, opportunè vocabit. Fortaſsis etiam opportunè: ſiquidem tunc etiam erant Muſæ. Et quomodocunque ſit, tempus ipſum iam factum quis forſan inueniat, quaD tenus factum eſt atque iam manifeſtum. Dicat autem de hoc ipſo hunc in modum: Priuſquam ipſum prius oriretur, poſteriorique indigeret, ſimul cum ipſo in ipſo ente cõquieſcebat tempus nondum exiſtens; ſed in illo ipſum quoque quietem agebat. Natura verò quædam in multas pronior actiones, & ſui iuris eſſe ſibique met imperare percupiens, atque eò quod præſens eſt plus aliquid habere ſemper eligens; iam & ipſa quidem agitata eſt, & ſiE mul effluxit tempus deinceps ſemper atque in poſterum, neque per idem; ſed in alterum rurſusque alterum. Nosque ex hoc motu longitudinem quandam proceſsionis effectam excogitantes, tempus iam fingimus æternitatis imaginem. Cum enim eſſet potentia quædam animæ inquieta, volens videlicet quod illic inſpectum eſt transferre ſemper in aliud, non ſuſtinuit totum ſibi collectum ſimul adeſſe: ſed quemadmodum ratio ſeminalis explicans ſeF ipſam ex quodam quieto ſemine, diſcurſionem in plurimum, vt putat, agit: diſperdens interea ipſum quod dicitur plurimum partitione quadam, & pro vno quod in ſe exiſtit expendens conſumensque vnum in ſe ipſo non manens, in debiliorem progreditur longitudinem: ſic & ipſa quam dicebamus animæ natura, mundum fabricata ſenſibilem ſuperioris illius imitatione, agitatum motu, non qui ibi ſit, ſed ſimilis potius motui qui ſit ibi, moG tu inquam affectante imaginem illius referre, primò quidem ſeipſam reddidit temporalem, pro æuo id iam reportans: deinde operi quoq; facto dedit vt tempori iam ſeruiret: quippe cum totum hoc eſſe in tempore compuliſſet, diſcurſiones videlicet huius omnes in ipſo complexa.

x Quid ſit tempus, ſcilicet perſeuerantia quædam in motibus animæ mũdi ad æternitatis imitationem.

In illa enim agitatum, neque enim est alter vniuersi locus quàm anima: nimirũ & in eius tempore est agitatum. Actionem namq; suam adhibens aliam post aliam deincepsq; iterũ aliam, genuit vna cum actione ipsum deinceps consequens, simulque procedit cum cogitatione alia post illam, quod non erat antè, quandoquidem neq; cogitatio talis quicquã fuerat operata. Iam verò vita præsens non est omnino similis præcedenti: simul ergo alia vita, & quatenus alia aliud quoq; nacta est tempus. Distantia itaque vitæ atq; protractio tempus sortita est, perpetuaque prorogatio vitæ sempiternum habet & tempus, & vita præterita tempus habet præteritum. Siquis ergo dicat tempus esse actum animæ in transitorio quodam motu ex alia vita in aliam perpetuò procedentem, forsan non nihil afferre videbitur. Si enim æuum est vita in statu & in eodẽ similiq; habitu permanens, iamq; infinita, atque oportet tempus esse æternitatis imaginem, quemadmodum & hic mundus est mundi illius imago, certè loco vitæ quę illic uiget, alteram oportet uitam hic asferere in quadam animæ mundanę potentia, tanquam illius æquiuocam, & pro intellectuali motu, alicuius partis animæ motum. Item pro identitate habituq; simili atq; manente, vicissim quod non permanet in eodem, sed aliud semper aliudque exequitur: Rursus pro indistanti proprietate atq; vno vnius iam simulachrum in quadã successione cõtinua vnũ possidens: Præterea vice illius quod infinitum est iamq; totum, quod in infinitum, secundum quod deinceps sequitur, perpetuò sese propagat: Denique pro eo quod simul est totum, uicissim quod per partes est futurum, semperq; futurum totũ. Sic enim imitabitur illud quod totum iam existit, collectumq; simul, iamq; immensum, si videlicet vẽlit, esse suum in continua essendi consecutione sortiri. ita namque esse illius potissimum imitabitur. Oportet autẽ nequaquam extra animam tempus accipere, quemadmodum neq; æuum ibi extra ipsum, quod ens appellatur: neq; rursus consecutionem esse, neque posterius quicquam: quemadmodum neque ibi, sed intus inspectum aliquid quod & insit, simulq; fit, sicut illic & æuum.

XI *Confirmatio superiorum.*

CONSIDERANDVM est ex his quæ dicta sunt, tempus esse naturam eiusmodi, scilicet longitudinẽ talis vitę in mutationibus procedentẽ, æqualibus & similibus clam leniterq; progredientibus: longitudinem inquam, continuitatem actionis habentem. Quòd si rursus fingeremus vim eiusmodi quodammodo retrahi, cessareq; ab hac vita, quam nunc agit interminabilem nunquamq; cessaturam, propterea quòd sempiternæ cuiusdam animæ actio est, non ad seipsam, non in seipsa, sed in effectione generationeque versatam: si fingamus inquam eam non amplius operantem, sed actionẽ eiusmodi desinentem, partemq; hanc insuper animæ ad superna, & æuum stabileq; conuersam, quid nam erit vlterius præter æuum? Quid amplius aliud atque aliud, omnibus in vno manentibus? Quid vltra prius aliquid, vel posterius,

A ἐν ἐκείνῃ γὰρ κινούμενος. οὐ γάρ τις αὐτοῦ τοῦδε τοῦ παντὸς τόπος, ἢ ψυχή, καὶ ἐν τῷ ἐκείνης αὖ ἐκινεῖτο χρόνῳ. τὴν γὰρ ἐνέργειαν αὐτῆς παρεχομένη ἄλλην μετ' ἄλλην, εἶθ' ἑτέραν πάλιν ἐφεξῆς, ἐγέννα τε μετὰ τῆς ἐνεργείας τὸ ἐφεξῆς, καὶ συμπροῄει μετὰ διανοίας ἑτέρας μετ' ἐκείνην, τὸ μὴ πρότερον ὄν: ὅτι οὐδ' ἡ διάνοια ἐνεργηθεῖσα ἦν, οὐδ' ἡ νῦν ζωὴ ἡ ὁμοία B τῇ πρὸ αὐτῆς. ἅμα οὖν ζωὴ ἄλλη, καὶ τὸ ἄλλη χρόνον εἶχεν ἄλλον: διάστασις οὖν ζωῆς, χρόνον εἶχε. καὶ τὸ πρόσω ἀεὶ τῆς ζωῆς, χρόνον ἔχει ἀεί: καὶ ἡ παρελθοῦσα ζωή, χρόνον ἔχει παρεληλυθότα· εἰ οὖν χρόνον τις λέγοι ψυχῆς ἐν κινήσει μεταβατικῇ, ἐξ ἄλλου εἰς ἄλλον βίον χρόνον εἶναι, ἆρ' ἂν δοκοῖ τι λέγειν· εἰ γὰρ αἰών ἐστι ζωὴ ἐν στάσει καὶ τῷ αὐτῷ, καὶ ὡσαύτως C καὶ ἄπειρος ἤδη: εἰκόνα δὲ δεῖ τοῦ αἰῶνος τὸν χρόνον εἶναι, ὥσπερ καὶ τόδε τὸ πᾶν ἔχει πρὸς ἐκεῖνο· ἀντὶ μὲν ζωῆς τῆς ἐκεῖ, ἄλλην δεῖ ζωὴν τὴν τῆσδε τῆς δυνάμεως τῆς ψυχῆς, ὥσπερ ὁμώνυμον λέγειν εἶναι, καὶ ἀντὶ κινήσεως νοερᾶς, ψυχῆς τινος μέρους κίνησιν. ἀντὶ δὲ ταὐτότητος καὶ τοῦ ὡσαύτως καὶ μένοντος, τὸ μὴ μένον ἐν τῷ αὐτῷ, ἄλλο δὲ καὶ ἄλλο ἐνεργοῦν· ἀντὶ δὲ ἀδιαστάτου καὶ ἑνός, εἴδωλον τοῦ ἑνός, D τὸ ἐν συνεχείᾳ ἕν: ἀντὶ δὲ ἀπείρου ἤδη, καὶ ὅλου, τὸ εἰς ἄπειρον πρὸς τὸ ἐφεξῆς ἀεί: ἀντὶ δὲ ἀθρόου ὅλου, τὸ κατὰ μέρος ὑπομένον καὶ ἀεὶ ἐσόμενον ὅλον· οὕτω γὰρ μιμήσεται τὸ ἤδη ὅλως καὶ ἀθρόον καὶ ἄπειρον ἤδη, εἰ ἐθελήσει ἀεὶ προσκτώμενον εἶναι ἐν τῷ εἶναι· καὶ γὰρ τὸ εἶναι, οὕτω τὸ ἐκείνου μιμήσεται· δεῖ δέ, οὐκ ἔξωθεν τῆς ψυχῆς λαμβάνειν τὸν χρόνον, ὥσπερ οὐδὲ τὸν αἰῶνα ἐκεῖ ἔξω τοῦ ὄντος. οὐδ' αὖ παρακολούθημα, E οὐδ' ὕστερον, ὥσπερ οὐδ' ἐκεῖ: ἀλλ' ἐνορώμενον, καὶ ἐνόντα, καὶ συνόντα, ὥσπερ κἀκεῖ ὁ αἰών.

ΝΟΗ͂ΣΑΙ δὲ δεῖ καὶ ἐντεῦθεν, ὡς ἡ φύσις αὕτη χρόνος τό, τοιούτου μῆκος βίου, ἐν μεταβολαῖς προϊόν, ὁμαλαῖς τε καὶ ὁμοίαις, ἀψοφητὶ προϊούσαις, συνεχὲς τὸ τῆς ἐνεργείας ἔχον· εἰ δὴ πάλιν τῷ λόγῳ ἀναστρέ F ψαι ποιήσαιμεν τὴν δύναμιν ταύτην, καὶ παύσαιμεν τοῦδε τοῦ βίου ὃν νῦν ἔχει ἄπαυστον ὄντα, καὶ οὔποτε λήξοντα, ὅτι ψυχῆς τινος ἀεὶ οὔσης ἐστὶν ἐνέργεια, οὐ πρὸς αὐτήν, οὐδ' ἐν αὐτῇ, ἀλλ' ἐν ποιήσει καὶ γενέσει· εἰ οὖν ὑποθοίμεθα μηκέτι ἐνεργοῦσαν, ἀλλὰ παυσαμένην ταύτην τὴν ἐνέργειαν, καὶ ἐπιστραφὲν καὶ τοῦτο τὸ μέρος τῆς ψυχῆς πρὸς τὸ ἐκεῖ, καὶ τὸν αἰῶ- G να, καὶ ἐν ἡσυχίᾳ μένον, τί ἂν ἔτι μετὰ αἰῶνα εἴη; τί δ' ἂν ἄλλο καὶ ἄλλο, πάντων ἐν ἑνὶ μενόντων; τί δ' ἂν ἔτι πρότερον, τί δ' ἂν ὕστερον,

aut

ἢ μᾶλλον; ποῦ δ' ἂν ἔτι ψυχὴ ἐπιβάλλοι, εἰς ἄλλο, ἢ ἐν ᾧ ἐστι; μᾶλλον δέ, οὐδὲ τούτῳ. ἀφεστήκει γὰρ ἂν πρότερον, ἵνα ἐπιβάλῃ. ἐπεί, οὐδ' ἂν ἡ σφαῖρα αὐτὴ εἴη, ἣ οὐ πρότερον ὑπάρχει, ἢ χρόνος. ἐν χρόνῳ γὰρ καὶ αὕτη, καὶ ἔστι καὶ κινεῖται. κἂν στῇ ἐκείνης ἐνεργούσης, ὅση ἡ στάσις αὐτῆς μετρήσομεν, ἕως ἐκείνη τοῦ αἰῶνος ἡ στάσις ἐστὶν ἔξω. εἰ οὖν ἀποστάσης ἐκείνης καὶ ἑνωθείσης ἀνῄρηται χρόνος, δηλονότι ἡ ταύτης ἀρχὴ πρὸς ταῦτα κινήσεως, καὶ οὗτος ὁ βίος τὸν χρόνον γεννᾷ. διὸ καὶ εἴρηται, ἅμα τῷδε τῷ παντὶ γεγονέναι, ὅτι ψυχὴ αὐτὸν μετὰ τοῦδε τοῦ παντὸς ἐγέννησεν. ἐν γὰρ τῇ τοιαύτῃ ἐνεργείᾳ, καὶ τόδε γέννηται τὸ πᾶν: καὶ ἡ μὲν χρόνος, ὁ δὲ ἐν χρόνῳ. εἰ δέ τις λέγοι χρόνους λέγεσθαι αὐτῷ, καὶ τὰς τῶν ἄστρων φορὰς, ἀναμνησθήτω ὅτι ταῦτα φησὶ γεγονέναι, πρὸς δήλωσιν καὶ διορισμὸν χρόνου, καὶ τὸ ἡμέτερον ἐναργές. ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἦν τὸν χρόνον αὐτὸν τῇ ψυχῇ ὁρίσαι, οὐδὲ μετρεῖν παρ' αὐτοῖς ἕκαστον αὐτοῦ μέρος, ἀοράτου ὄντος καὶ οὐ ληπτοῦ, καὶ μάλιστα ἀριθμεῖν οὐκ εἰδόσιν, ἡμέραν καὶ νύκτα ποιεῖ, δι' ὧν ἦν δύο τῇ ἑτερότητι λαβεῖν, ἀφ' οὗ ἔννοια φησὶν ἀριθμοῦ. εἶθ' ὅσον τὸ ἀπ' ἀνατολῆς εἰς τὸ πάλιν λαμβάνουσιν, ἦν ὅσον χρόνου διάστημα, ὁμαλοῦ ὄντος τοῦ τῆς κινήσεως εἴδους, ὅτῳ ἐπερειδόμεθα ἔχειν: καὶ οἷον μέτρῳ χρώμεθα τῷ τοιούτῳ, μέτρῳ δὲ, τοῦ χρόνου. οὐ γὰρ ὁ χρόνος αὐτὸς μέτρον. πῶς γὰρ ἂν καὶ μετροῖ, καὶ τί ἂν λέγοι μετρῶν τοσοῦτον εἶναι, ὅσον ἐγὼ τοσόνδε; τίς οὖν ὁ ἐγώ, ἢ καθ' ὃν ἡ μέτρησις. οὐκοῦν ὢν ἵνα μετρῇ, καὶ μὴ μέτρον; ἡ οὖν κίνησις ἡ τοῦ παντὸς μετρουμένη, κατὰ χρόνον ἔσται. καὶ ὁ χρόνος, οὐ μέτρον ἔσται κινήσεως, κατὰ τὸ τί ἐστιν, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκὸς ὤν, ἄλλό τι πρότερον παρέξει δήλωσιν, τοῦ ὁπόση ἡ κίνησις. καὶ ἡ κίνησις δὲ ληφθεῖσα ἡ μία ἐν τοσῷδε χρόνῳ, πολλάκις ἀριθμουμένη, εἰς ἔννοιαν ἀνάξει τοῦ ὁπόσος παρελήλυθεν. ὥς τε τὴν κίνησιν καὶ τὴν περιφορὰν εἴ τις λέγοι τρόπον τινὰ μετρεῖν, τὸν χρόνον ὅσον οἷόν τε, ὡς δηλοῦσαν ἐν τῷ αὐτῆς τοσῷδε, τὸ τοσόνδε τοῦ χρόνου, οὐκ ὂν λαβεῖν οὐδὲ συνεῖναι ἄλλως, οὐκ ἄτοπος τῆς δηλώσεως. τὸ οὖν μετρούμενον ὑπὸ τῆς περιφορᾶς, τοῦτο δέ ἐστι τὸ δηλούμενον, ὁ χρόνος ἔσται, οὐ γεννηθεὶς ὑπὸ τῆς περιφορᾶς, ἀλλὰ δηλωθείς: καὶ οὕτω τὸ μέτρον τῆς κινήσεως, τὸ μετρηθὲν ὑπὸ κινήσεως ὡρισμένης, καὶ μετρούμενον ὑπὸ ταύτης, ἄλλο ὂν αὐτῆς. ἐπεὶ οὖν καὶ εἰ μετροῦν ἄλλο ἦν, καὶ εἰ μετρούμενον ἕτερον, μετρούμενον δὲ καὶ συμβεβηκὸς: καὶ οὕτως ἂν ἐλέγετο ὡσεὶ τὸ μετρούμενον ὑπὸ πήχεως λέγοι τις, τὸ μέγεθος εἶναι, ὅτι ποτ' ἐστὶν ἐκεῖνο μὴ λέγων, μέγεθος ὁρ-

A aut longius? Qua rursus conditione anima vl-
terius se ad aliud conferet? Nisi forsan in id in
quo est. Imò verò neq; in hoc ipsum: alioquin
discessisse prius oportuit, vt in id se cōferre va-
leret: quandoquidē neq; ipsa sphæra esset, quæ
non prius quàm tempus existit. nam hęc quoq;
in tempore est, atq; mouetur: Atq; etiam si stet
operante illa, quantus sit status eius, metiemur
quoad ille æternitatis status exterior perseue-
rat. Si igitur desistente hinc illa prorsusq; vni-
B ta, tempus euestigiò tollitur, constat huius ini-
tium motionis ad hæc, atq; hanc vitam tempus
efficere. Quamobrem dictū est in Timæo tem-
pus simul cum hoc vniuerso factum: quoniam
anima tempus vnà cū hoc vniuerso progenuit.
Nā in eiusmodi actione hoc quoq; vniuersum
est genitum: & hæc quidem tempus est, hoc au-
tem in tempore. Siquis autē dixerit dici etiam
tempora à Platone motus astrorum, meminisse
C debet Platonem dixisse hæc esse facta ad osten-
sionem distinctionemq; temporis, atq; vt men-
sura nobis sit manifestior. Cum enim non lice-
ret animæ tempus ipsum determinare, vel me-
tiri penes se partes singulas temporis inuisibi-
lis atq; incomprehensibilis, præcipuè apud ho-
mines numerandi prorsus ignaros, diem effecit
& noctem per quæ liceret duo quædam ex hac
diuersitate percipere: vnde cogitationem nu-
meri dicit exortam. Deinde percipientes quan-
D tum ab ortu rursus ad ortum peragitur, habere
potuimus quantū temporis spatiū æquali exi-
stente specie motionis: quatenus ad hoc ipsum
velut innixi intuitum figimus, & quasi mensu-
ra vtimur tali quodam, mensura inquam tem-
poris. Non enim tempus ipsum mensura est.
Quo enim modo metiretur, & quidnam dice-
ret metiens? An de aliquo diceret hoc tantum
est, quantum ego sum? Quisnam igitur est qui
dicitur, vel dicit ego? An secundum quem fit
E mensuratio? Non ne igitur in se existit aliquid,
vt metiri queat, neque tamen mensura? Motus
igitur vniuersi mensuratus secundum tempus
erit: ac tempus non erit mensura motus secun-
dum id quod est, sed per accidens, videlicet exi-
stens aliud quiddam prius, quāta sit motio pa-
tefaciet. Tū verò motus vnus acceptus in tan-
to tempore sæpe numeratus, in notitiam ad-
ducet quantum temporis præterierit. Quapro-
pter siquis dixerit motū reuolutionemq; me-
F tiri quodammodo tempus quantū potest, tan-
quam in suo quanto quantum temporis osten-
dentem: quippe cum neque accipi aliter, neque
intelligi valeat, is profectò à decenti declaratio-
ne non aberrabit. Quod igitur à circuitu men-
suratur, id est, declaratur, tempus erit, non ge-
nitum quidem ab ipso circuitu, sed demonstra-
tum. Atq; ita mensura motus esse videtur quod
mensuratum est à motu determinato, mensu-
ratumq; ab ipso tanquā ab eo diuersum: quan-
G doquidem si & mensurans aliud esset, & aliud
vtiq; mensuratum, mensuratum verò per acci-
dens. atque ita dictum fuisset perinde ac siquis
dixerit quod mensuratur à cubito, magnitudi-
nem esse, non dicens tamen quid ipsum sit de-

finiens magnitudinẽ. Rursus velut siquis cum A
nequeat ipsum motum ob naturam eius indeterminatam planius explicare, dicat motũ esse quod mensuratur à loco. Accipiens enim quis locum quem motio pertransiuit, tantam esse motionem dicet, quantus & locus.

XII. Tempus non est reuolutio, sed declaratur ab ea. Item mundus, eiusq; motus agitur ab ipso animæ mundanæ motu.

TEMPVS igitur ipsum reuolutio patefacit, in quo videlicet reuolutio ipsa peragitur. Oportet autem tempus ipsum nõ amplius solum id habere, vt in eo aliquid transigatur, sed etiam atq; prius id ipsum quod est existere, in B
quo mouentur cætera, & quiescunt æqualiter atq; ordinatè, & à quodã ordinato in notitiam emicare, neq; tamen inde fieri, siue quiescente illo, siue etiam agitato, magis attamen agitato: siquidem motus ad notitiam cõsecutionemq; temporis, magis quàm quies conferre videtur, planiusq; patere potest, quantum aliquid motum fuerit, quàm quantũ steterit. Quamobrem eò adducti sunt, vt dicerent tempus esse mensuram motus, pro eo quòd forsan dicere velint, C
motu mensuratum. Proinde adiungendũ quid in se existens motu mensuretur, neq; solùm dicendum quod accidens ei conueniat, & id quidem permutato dicẽdi modo: at forsan illi non permutata ratione dictum ab eis accipi voluerunt: nos autem non intelligimus, sed manifestè dicentibus illis mensuram secundum mensuratum, eorum sensum minimè consecuti sumus. Causa verò ob quam minimè intelleximus, hæc ipsa est: quoniã scriptis suis, quídnam D
in seipso sit tempus, siue mensurans, siue mensuratum denominetur, nequaquam explicant: ac si planè cognoscentibus auditoribusq; suis hæc illi scripserint. Plato autem neque mensurans aliquid, neque mensuratum ab aliquo, essentiam temporis esse dixit, sed ad ipsum patefaciendum, mundi reuolutionem minimum quiddam esse sortitam, ad minimam quandam temporis portionẽ: adeò vt hinc cognosci possit, quale sit tempus & quantum. Volens tamẽ E
eius essentiam indicare, vnà cum cœlo natum inquit, esseque ad æuum imaginem mobilem exemplaris æterni: quoniam non permaneat tempus, vita videlicet non manente, cum qua concurrit atq; conuoluitur. Natum verò vnà cum cœlo dicitur: quoniam eiusmodi vita cœlum facit, vnaque vita cœlum operatur & tempus. Quare si posset eiusmodi vita in vnum omnino conuerti, protinus cessaret & tempus quod hac in vita versatur, cessaret & cœlum ea F
vita priuatum. Si quis autem vitæ inferioris & motionis huius, ipsum prius posteriusúe accipiens, hoc ipsum esse tempus affirmet, asserens hoc aliquid esse, motus autẽ verioris naturam prius posteriusque habentis neget aliquid esse, admodum ridiculus erit: quippe cum motui cuidam inanimato concedat prius atq; posterius, ac præterea penes se tempus habere, motui autem per quem & hic imitatione quadam nascitur minimè id cõcedat: à quo tamẽ ipsum G
prius atq; posterius primò manauit, cũ sit motus efficax per seipsũ: & quemadmodũ actiones suas generat singulas, sic & cõtinuã ꝑducat successionẽ, simulq; cũ genitura transitũ quoq; ef-

A ζόμενος. καὶ οἷον εἴ τις τὴν κίνησιν αὐτὴν οὐ δυνάμενος τῷ ἀόριστον εἶναι δηλῶσαι, λέγοι, τὸ μετρούμενον ὑπὸ τόπου. λαβὼν γὰρ τόπον τίς, ὃν δ' ὑπεξῆλθεν ἡ κίνησις, τοσαύτην ἂν εἶπεν εἶναι, ὅσος ὁ τόπος.

ΧΡΟ'ΝΟΝ οὖν ἡ περιφορὰ δηλοῖ, ἐν ᾧ αὕτη. δεῖ δὲ αὐτὸν τὸν χρόνον, μηκέτι τὸ ἐν ᾧ ἔχειν, ἀλλὰ πρῶτον αὐτὸν εἶναι ὅς ἐστιν, ἐν ᾧ
B τὰ ἄλλα κινεῖται, καὶ ἕστηκεν ὁμαλῶς καὶ τεταγμένως. καὶ παρὰ μέν τινος τεταγμένου, ἐμφαίνεσθαι καὶ προφαίνεσθαι εἰς ἔννοιαν, οὐ μέν τοι γίνεσθαι. εἴ τε ἑστῶτος, εἴτε κινουμένου: μᾶλλον μέν τοι κινουμένου. μᾶλλον γὰρ κινεῖ εἰς γνώρισιν καὶ μετάβασιν ἐπὶ τὸν χρόνον ἡ κίνησις, ἤπερ ἡ στάσις. καὶ γνωριμώτερον τὸ ὁπόσον κεκίνηταί τι, ἢ ὅσον ἕστηκε. διὸ, καὶ κινήσεως ἠνέχθησαν εἰς τὸ εἰπεῖν μέτρον, ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν
C κινήσει μετρούμενον, εἶτα προσθεῖναι τί ὂν κινήσει μετρεῖται, καὶ μὴ κατὰ συμβεβηκὸς γινόμενον περί τι αὐτοῦ εἰπεῖν, καὶ ταῦτα ἐνηλλαγμένως. ἀλλ' ἴσως ἐκεῖνοι οὐκ ἐνηλλαγμένως, ἡμεῖς δὲ οὐ συνίεμεν. ἀλλὰ σαφῶς λεγόντων μέτρον κατὰ τὸ μετρούμενον, οὐκ ἐντυγχάνομεν τῆς ἐκείνων γνώμης. αἴτιον δὲ τοῦ μὴ συνιέναι ἡμᾶς, ὅτι τί ὄν, εἴτε μετροῦν, εἴτε
D μετρούμενον, οὐκ ἐκδηλοῦσι διὰ τῶν συγγραμμάτων, ὡς εἰδόσι καὶ ἠκροαμένοις αὐτῶν γράφοντες. ὁ μέν τοι Πλάτων, οὔτε μετροῦν εἴρηκεν, οὔτε μετρούμενον ὑπό τινος, τὴν οὐσίαν αὐτοῦ εἶναι, ἀλλὰ εἰς δήλωσιν αὐτοῦ, τὴν περιφορὰν ἐλάχιστόν τι εἰλῆφθαι, πρὸς ἐλάχιστον αὐτοῦ μέρος. ὡς ἐντεῦθεν γινώσκειν δύνασθαι, οἷον καὶ ὅσον ὁ χρόνος. τὴν μέν τοι οὐσίαν αὐτοῦ
E δηλῶσαι θέλων, ἅμα οὐρανῷ φησι γεγονέναι, καὶ παράδειγμα αἰῶνος, καὶ εἰκόνα κινητὴν, ὅτι μὴ μένει μηδ' ὁ χρόνος, τῆς ζωῆς οὐ μενούσης ᾗ συνθεῖ καὶ συντρέχει: ἅμα οὐρανῷ δὲ, ὅτι ζωὴ ἡ τοιαύτη καὶ τὸν οὐρανὸν ποιεῖ, καὶ μία ζωὴ, οὐρανὸν καὶ χρόνον ἐργάζεται. ἐπιστραφείσης οὖν ζωῆς ταύτης εἰς ἓν, εἰ δύναιτο, ὁμοῦ καὶ χρόνος πέπαυται ἐν τῇ ζωῇ ὢν ταύτῃ, καὶ οὐρανὸς, τὴν ζωὴν ταύτην οὐκ ἔχων. εἰ δέ τις τῆσδε μὲν
F τῆς ζωῆς καὶ τῆς κινήσεως τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον λαμβάνων χρόνον λέγοι, εἶναι γάρ τι τοῦτο, τῆς δ' ἀληθεστέρας κινήσεως τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον ἐχούσης μὴ λέγοι τι εἶναι, ἀτοπώτατος ἂν εἴη. κινήσει μὲν ἀψύχῳ διδοὺς ἔχειν τὸ πρότερον καὶ ὕστερον καὶ χρόνον παρ' αὐτὴν, κινήσει δὲ καθ' ἣν καὶ αὕτη ὑφέστηκε κατὰ μίμησιν, μὴ διδοὺς τοῦτο, παρ' ἧς καὶ
G τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον πρώτως ὑπέστη, αὐτουργοῦ οὔσης κινήσεως, καὶ ὥσπερ τὰς ἐνεργείας αὐτῆς ἑκάστας γεννώσης, οὕτως καὶ τὸ ἐφεξῆς: καὶ ἅμα τῇ γεννήσει, καὶ τὴν μετά-

βασιν

βασιν αὐτῶν. διατί οὖν ταύτην μὲν τὴν κίνησιν τὴν τοῦ παντὸς, ἀνάγομεν εἰς περιοχὴν ἐκείνης, καὶ ἐν χρόνῳ φαμὲν, οὐχὶ δέ γε καὶ τὴν τῆς ψυχῆς κίνησιν τὴν ἐν αὐτῇ ἐν διεξόδῳ οὖσαν ἀιδίῳ, ἢ ὅτι τὸ περὶ αὐτῆς ἐστιν αἰὼν, οὐ συμπαραθέων, οὐδὲ συμπαρατείνων αὐτῇ. πρώτη οὖν αὐτὴ εἰς χρόνον, καὶ χρόνον ἐγέννησε, καὶ σὺν τῇ ἐνεργείᾳ αὐτῆς ἔχει. πῶς οὖν πανταχοῦ, ὅτι κἀκείνη οὐδενὸς ἀφέστηκε τοῦ κόσμου μέρους, ὥσπερ οὐδ' ἡ ἐν ἡμῖν οὐδενὸς ἡμῶν μέρους. εἰ δέ τις ἐν οὐχ ὑποστάσει ἢ ἐν οὐχ ὑπάρξει τὸν χρόνον λέγοι, δηλονότι ψεύδεσθαι, καὶ τὸ θεὸν αὐτὸν, ὅταν λέγῃ ἦν καὶ ἔσται. οὕτω γὰρ ἔσται καὶ ἦν, ὡς τὸ ἐν ᾧ λέγει αὐτὸν ἔσεσθαι: ἀλλὰ πρὸς τοὺς τοιούτους. ἄλλος τρόπος λόγων, ἐκεῖνο δὲ ἐνθυμεῖσθαι δεῖ πρὸς ἅπασι τοῖς εἰρημένοις, ὡς ὅταν τις τὸν κινούμενον ἄνθρωπον λαμβάνῃ, ὅσον προσελήλυθε, καὶ τὴν κίνησιν λαμβάνει ὅση, καὶ ὅταν τὴν κίνησιν, οἷον τὴν διὰ σκελῶν, ὁρᾷ, τῷ, καὶ τὸ πρὸ τῆς κινήσεως ταύτης ἐν αὐτῷ κίνημα, ὅτι τοσοῦτον ἦν, εἴ γε ἐπὶ τοσοῦτον συνεῖχε τὴν κίνησιν τοῦ σώματος. τὸ μὲν δὴ σῶμα τὸ κινούμενον τὸν τοσόνδε χρόνον, ἀνάξει ἐπὶ τὴν κίνησιν τὴν τοσήνδε (αὕτη γὰρ αἰτία) καὶ τὸν χρόνον ταύτης: ταύτην δὲ, ἐπὶ τὴν τῆς ψυχῆς κίνησιν, ἥ τις τὰ ἴσα διειστήκει. τὴν οὖν κίνησιν τῆς ψυχῆς, εἰς τί. εἰς ὃ γὰρ ἐθελήσει, ἀδιάστατον ἤδη. τοῦτο τοίνυν τὸ πρώτως, καὶ τὸ ἐν ᾧ τὰ ἄλλα: αὐτὸ δὲ, οὐκ ἔτι ἐν ᾧ. οὐ γὰρ ἕξει, τοῦτο τοίνυν τὸ πρώτως, καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς τοῦ παντὸς ὡσαύτως. ἆρ' οὖν καὶ ἐν ἡμῖν χρόνος, ἢ ἐν ψυχῇ τῇ τοιαύτῃ πάσῃ, καὶ ὁμοειδῶς ἐν πάσῃ, καὶ αἱ πᾶσαι μία. διὸ οὐ διασπασθήσεται ὁ χρόνος, ἐπεὶ οὐδ' ὁ αἰὼν ὁ κατ' ἄλλο ἐν τοῖς ὁμοειδέσι πᾶσι.

A ficiat actionum. Cúrnam igitur motum quidem hunc vniuersi reducimus in illius ambitum, & in tempore versari fatemur? Non tamen & motum animæ in se vigentem, perpetuaque discursione progredientem. forsan quia quod super hunc motum extat, æternitas est, neq; concurrens cum motione, neq; simul extendens aut extensa. Primus igitur ille motus respicit tempus & generat, simulq; cum sua possidet actione. Quo igitur modo tempus est
B vbiq;? Quoniá videlicet anima vitaq; illa motusq; vitalis à nulla vsquam múdi parte abest: quemadmodum & talis in nobis vita partem nostri deserit nullam. Si quis autem obijciat tempus in quadam non substantia, siue nó existentia versari, mentiri enim circa ipsum esse, quemadmodum de deo dicitur, métiri nos circa ipsum erat & erit: sic enim erat & erit, vt illud in quo quis dicat ipsum fore, quidnam di-
C cemus? Verùm ad hæc alia quædam ratio disputandi requiritur. Hoc auté animaduertendum est in præsentia ad ea quæ dicta sunt, quòd quádo quis circa hominem qui mouetur considerat quantum processit, quantus quoque sit motus agnoscit, & quando motum velut per crura progressú iudicat, simul motioné ipsam ante hunc progressum in homine cogitat, videlicet fuisse tantam: siquidem in tantú vsq; corporis progressionem regendo cótinuauit. Cor-
D pus quidem motum tanto tempore, rediget in motum propriè tantum. Hæc enim causa est, & in huius tempus, hunc verò motum in ipsum animæ motum, qui secundum æqualia produxerat interuallum. Ipsum itaq; motum animæ in quid potissimú referemus? Certè in quodcunq; referre volueris, in aliquid desines prorsus indistans. Hoc igitur hic existit primò, ipsumq; est in quo cætera continentur: ipsum verò non amplius in alio. Nó enim habere po-
E test quo comprehendatur. Hoc igitur primò regnat. In anima quoque totius similiter se res habet. Num igitur & in nobis est tempus? Forsan in omni anima tali, & vniformiter est in omni, & omnes quodammodo sunt vna. Quapropter non dispergetur tempus: quandoquidem neq; æternitas quæ secundum aliud in vniformibus cunctis existit.

MARSILII FICINI IN LIB. OCTAVVM TERTIAE ENNEADIS, DE NATVRA, ET contemplatione, & vno.

COMMENTARIVS.

SVMMMA TOTIVS LIBRI.

Naturalia fiunt à vita quadam agente per rationes quasi contemplatiuas, sibi infusas ab intellectu diuino.

PHILOSOPHI quondá nonnulli simpliciter naturales, putabant naturalia omnia à qualitate quadam elementali motuq; generari: ac talia prouenire vel talia pro virtute qualitatis, quæ in agente vigeret, & pro efficacia motus inde in materiam desinentis, nec his præesse rationem vllam modò intimæ artis agentem. Plotinus autem corporales qualitates, & motus duci vult ab incorporea forma non subiecta motibus, sed præsidente: quam vocat naturam vniuersalem atque primam. Formam dico substantialem atq; vitalem, quæ nec vlla sit corporum qualitas, vt posit omnes pariter procreare, nec solo impetu motus agat, vt disponere posit omnia moderamine certo: sed agat sua quadam ratione formali, & naturali quadam arte: perinde ac si artificiosa ratio, quæ est accidés in artifice, sit aliquid per se subsistens,

quamuis intra materiam: atq; ita suapte natura agat artificiosè, vt artifex artificiosè agit electione: imò sic naturali arte agat artificiosè, sicut ignis naturali calore naturaliter calefacit. Huic ergo viuæ naturaliq; rationi parent qualitates & motus, vt instrumenta: tametsi absq; motu corporeo, corporeum edit motum, & sine qualitate ignis generat ignem: ac sine manifesto semine passim viuentia generat: vtpote quæ essentiales in se habeat, & viuas omnium rationes: quod satis in theologia nostra probamus, & ita in præsentia breuiter confirmamus. Super nutritionem & augmentum, quæ sunt generationes quædam, est ipsa simpliciter generatio, quæ & in his omnibus reseruatur. Cum igitur hæ generationes quædam, vitarum quarundam uel quorundam viuentium opera sint, nimirum ipsa simpliciter & prima communisq; generatio est opus simpliciter vitæ, vitæq; communis totum regentis mundum. Atq; cum in mole mundi non sint certa vbiq; semina corporalium manifesta, profectò in ipsa totius vita sunt semina, & propriæ rationes seminum rerumq; sensibus apparentium. Natura enim quæ sine electione facit, insita forma facit, & certas vbiq; formas certis necessariò formis, id est, rationibus seminalibus: quibus sanè tanquam principijs atq; regulis motus omnes, qui per se indeterminati sunt, certo quodam tenore definiat, & qualitates quæ toto impetu agunt quicquid agunt, & cohibitæ sunt naturaliter in angustum, librata quadam moderatione ducat ad opus: & id quidem multiforme, vniformi tamen ordine. Nec aliter certum ubiq; finem spectet, in his quæ ipsa non vident finem, quàm ars soleat & cōsilium. Ars hæc viuens atq; naturalis omnes in se secundū actum naturales continet formas, non aliter quàm ars humana possideat artificia. Materia enim quæ in potentia formabili semper ad omnes, non aliter ad actum perducitur omnium, quàm per vitam materiæ quidem præsidentem, sed cognatam in se omnes actu comprehendētem. Natura quidem hæc artifex omnium, neq; materia quadam tali vel tali, neq; ipsa simpliciter materia ad suam indiget existentiam. Ipsa enim materiam quotidie talem reddit, atq; talem, materiamq; expedito mouet imperio. Iam verò nec qualitate hac vel illa materiæ indiget ad suam simpliciter actionem. Potest enim qualitates absq; qualitatibus generare: quippe cum ipsa sit commune principium ad omnes pariter generandas. Ac si generat passim viua sine seminibus manifestis, magis potest qualitates elementales per semina sua tantùm sine elementorum talium ministerio procreare. Quòd si vtitur materia qualitatibus certis affecta, non quidem necessitate eiusmodi qualitatibus vtitur, sed per accidens. Quod sanè confirmatur ab illis qui in generatione resolutionem fieri vsq; ad primam materiam arbitrantur. Proinde memento naturam eiusmodi esse verum generationis vbiq; principium. Forma namq; materialis quia formarum est vltima, formale nihil propriè generat. Quod enim in aliquo genere postremum est, nihil gignit in eo. Est ergo materialis forma non tam generationis principium, quàm affectio quædā materiæ inducta desuper ab occulto principio speciem generante. Quòd autem nihil generet, confirmatur ex eo, quia generatio ad vitam pertinet: hæc autem uita caret: vita verò carere constat ex eo, quoniam oportet essentiam vlterius proficisci quàm vitam: nec tamen usq; ad materiam procedit essentia: siquidem neq; forma. In qualitatem igitur essentia desinit, et id quidem intrinsecus desinit, ergo vita in naturam similiter super materiæ qualitatem. Natura quidem hæc incorporea est. quod enim corporeum est, si mouet quicquam, interea & mouetur, mouetur inquam etiam in substantia. Primum verò mouens est quod substantia permanet, vt perpetuum continuare queat in motu tenorem. Si tamen est motor intimus familiarisq; velut forma quædam, qualis est ipsa natura, oportet dum mouet, etiam quodam pacto moueri per modum quendam potius sui alium atq; alium, non per essentiam aliquando declinantem. Deniq; sicut in quolibet animato nō qualitas elementalis, sed vitalis quædam ratio principium est eorum quæ in corpore fiunt, & super & contra qualitatum eiusmodi modum: sic in vniuerso viuente, idest, mundo, non elementalis qualitas aut motus, tam pulchra, tam diuersa, sed ratio quædam viua dispensat, quam Plotinus ait in seipsa per essentiam permanere, quamuis in affectionem actu aliam vicissim ex affectione mutetur. Neq; à materia dependere pariter, & ab anima, sicut & corporea qualitas: sed ab anima tantùm, velut perennem actum animæ vergentem erga materiam. Ideo qualitatem Plotinus corpoream appellat accidens, quoniā utrinq; dependeat: vitam verò ab anima communicatam corpori, non accidens corporis, neq; rursum animæ accidens, sed essentialem actum animæ, quasi medium inter verum accidēs, veramq; substantiam, quæ vsque ad intellectualem progreditur animam: siquidem virtutem aliquam habet, qua seipsam quodammodo sustineat, & conseruet, & in seipsa proficiat: quo quidem munere omnes intellectuales essentiæ per se & ex se subsistere dici solent. Sed vt ad naturam redeamus, idest, vitam ab anima dependentem, in hac sunt rationes omnes formarum naturalium productrices, ipsaq; in ea ratio quælibet non notio quædam est, ex argumento vel indagine quandoq; concepta: sed essentialis proprietas atq; actus essentiæ non differens ab esse tali quodam atq; tali. Est igitur in natura seminalis quædā ratio, eius quod inde gignitur: quæ quanuis sit actus essentialis naturæ ipsius, ipsumq; suum esse tale: tamen translatione quadam nominatur intuitus non acquisitus aliquando, sed naturaliter illic affixus: non quærens aliquid, sed ab initio possidens: neq; animaduertens in se aliquid, sed quasi stupidus, qualis in attonitis esse solet. ac fortè talis quidam sensus, qualem nonnulli plantis attribuebant. Nam & hæc est communis vniuersi planta per suum quendam quietum substantialemq; sensum sua vita fruens, naturaliaq; concipiens: atq; hunc sine strepitu sensum, id est, sine distractione sui ad aliud Orpheus naturæ tribuit in hymno naturæ. In natura quidem intueri nihil aliud est, quàm esse tale, & tale quiddam facere. Et quoniā quasi quodam intuitu & spectamine facit: ideo quod gignitur in materia, spectaculum dici potest: atq; ita insuper spectamen appellari naturæ, vt solemus in puero dicere: signum hoc huic ingenitum, est quædam concupiscentia & imaginatio matris. Omnino verò neq; in intellectu neq; in natura est vlla cognitio, vel notio, vel intuitus sic ab esse differens, sicut differre solet intuitus, qui consideratio dicitur, qualis est in illis, qui rem ipsam quam spectant, non possident naturaliter. Intellectus autem, & natura quæ à substantia intellectuali dependet, naturaliter possident, imò sunt illa ipsa quæ intuentur & faciunt intuendo: quem quidem essentialem efficacemq; intuitum, appellat seminariam rationem. Primam quidem rationem ponit in ipso simpliciter intellectu: secundā in anima intellectuali, quam primam nominat animam: tertiam in natura, quam secundam animam nominat: quartam in materia, idest, materialem formam. Formæ quidem rerum primæ in ipso sunt intellectu, suntq; ibi contemplationes vel contemplamina quædam. Dicimus autem contemplamina vel spectamina, notiones omnium, siue cōceptus ibidem resultantes interea,

dura

dum intellectus seipsum contemplatur, & spectat. Secundæ uerò formæ ab intellectu contemplante in animam intellectualem naturaliter exprimuntur: suntque hic etiam contemplamenta quædam. Tertiæ imprimuntur hinc in naturam. Quæ cum ex amussim ex contemplationibus exprimantur, sunt & ipsæ contemplationes quædam, ne totiens dixerim contemplamina. Quartæ tandem ex ipsis contemplatiuis naturæ conceptibus concipiuntur in materia mundi. Et quoniam prædictas contemplationes sequuntur ordine quodam, et imitantur ad vnguem, contemplationes quædam nominari possunt. Artificia sanè ad visum spectantia dici solent intelligentiæ quædam ingeniique artificis multo magis soni musici: magis insuper cantus: quoniam cogitationem expreßiorem affectumque viuum secum ferunt, maximè verba siue prolata siue scripta. Formæ igitur naturales in primis id habet, vt & appellentur, & sint intelligentiæ quædam, conceptusque expreßi ipsius intellectualis naturæ, siue naturalis intelligentiæ. Natura enim ipsa rerum artifex, est potestas quædam viua intellectualis animæ, figurans materiam, nõ alienam ut ars, sed suam: neque sicut ars extrinsecus, sed intrinsecus: neque electione tali, sed essentia tali ac sine instrumento, atque semper. Iam verò in hoc natura differt à geometra puluerem figurante: quoniam hæc & intus, & sine instrumento electioneque facit: perinde sicut geometra dum vehementer, et affectu quodam figuras imaginatur, spiritum eius intimum imaginatione mouet, atque figurat. Fingit verò Plotinus quatuor hæc, intellectum, animam intellectualem, naturam, materiam, esse quasi vitra quatuor subinde disposita: ipsasque primi intellectus intelligentias inde velut à sole radios per animam, naturam, materiam pertransire, quasi continua quadam conformitate: vt quodammodo dici poßint ijdem radij, eædemque intelligentiæ in sequentibus & postremis, qui & in præcedentibus esse, sed deinceps gradatim à priori dignitate deficientes. Cum verò contemplatio intellectus primi, atque deinceps contemplatio quædam in anima, & natura naturalium sit principium, nimirum & finis omnium est contemplatio, quam & intellectualia perpetuò poßident, & in eiusmodi fine feliciter conquiescunt, quam & rationalia quærunt, vt in ea quandoque quiescant, quam & sensualia per actum continuum sentiendi pro viribus imitantur, quam & quæ generant omnia, tum in ordine motus, tum in pulchra genituræ forma referre conantur. Denique diuinæ prouidẽtiæ contemplatio ad exactißimam dirigit omnia pulchritudinem, dum in tota dispositione rerum non minus, imò plus ornamento quàm neceßitati consulitur. Ex quo quidem ornamento mirabili mentes excitat ad ipsam diuinæ mentis artem inueniendam, & eiusdem pulchritudinem contemplandam.

De fine intellectualis naturæ. & quòd in cognitione vera idem est cognoscens & cognitum. Et de gradibus vitæ & intelligentiæ, & quòd intellectus primus est omnia, & perfectè totum.

In capite libri quinto sextoque notabis vitæ intellectualis finem esse non simpliciter, & quomodolibet habere bonum, sed bonum habitum intelligere: nam & hoc ipsum ibi est habere, scilicet intelligere. Hæc enim est actio intellectualis naturæ propria, & præcipua ratio poßidendi. Item bonum nobis non sensibile quidem, sed intelligibile esse summum: quoniam hoc solum nobis est intimum, maximeque quietum, idemque est tandem cum ipsa cognoscendi potentia. Præterea memento potentiam cognoscendi in ipso cognitionis actu vnum quodammodo fieri cum obiecto. Et quo magis fit vnum, eo perfectiorem esse cognitionem, atque vicißim: & vbi perfectißima est, imò vbicunque vera, ibi vnum idemque esse re ipsa cognoscentem potentiam atque cognitum. Intellectus igitur & intellectualis omnis essentia sicut est omnia semper actu, ita et actu cuncta semper intelligit. Rationalis verò natura animæ omnia quidem est, sed non semper in actu omnia. Et quatenus actu se confert in aliquam intra se latentium rationem, eatenus fit ipsa ratio, perque hanc intelligit quæ in huius virtute comprehenduntur, & intelligendo fit illa. Summatim re vera cognoscere aliquid non est aliud, quàm hoc ipsum esse vel fieri. Denique cum diuinus artifex ipsa contemplatione sui faciat omnia, & facta prouocet ad seipsum pro viribus imitandum, nimirum omnia contemplatiuum vel contemplabile aliquid appetunt, atque moliuntur, siue intelligendo, siue sentiendo, seu etiam agendo, atque generando. Præterea in cap. 7. cognosces iterum omnem potentiam intellectualem, esse idem cum re intellecta, & in ea intelligere ab esse non discrepare, quia in genere cognitionis est summa: potẽtiam verò rationalem fieri cum re cognita idem, sed intuitum sensus exterioris atque naturæ vergere ad externum: Item primam formam ob summam eius ad motum efficaciam esse primam vitam, & ob efficaciam esse intimam, suique ipsius compotem esse intelligentiam primam. Sicut ergo per omnes rerum gradus procedit forma à prima forma per essentiam facta, sic & vitam intelligentiamque procedere, vt forma quælibet dici queat vita, & intelligentia quædam. Denique intellectum primum sicut vniformis est, propterea quòd sit in eo genere primus: sic & omniformem fieri, propterea quòd contemplando seipsum propter fœcunditatem intelligentiæ sub varijs sese formis concipiat: veruntamen in qualibet forma intra se concepta communem totius agnosci formam: ideoque esse totum quiddam perfecta ratione totum, quia totum conseruetur in singulis: idque habere, quoniam sit vnitißimum, ex eo quòd vnitati diuinæ sit proximum, à qua tamen degenerat. Quoniam in eo rationes rerum formales discrepant inter se ratione formali, perque gradus deriuantur à superiori quodammodo ad inferius, & à meliori similiter ad deterius: conclude in quolibet genere quod est primò totum esse perfectè: & ideo in qualibet sui parte totum: sic ens ipsum, sic ipsa vita, sic intellectus. Quod verò sic est totum, non ita componitur ex suis, velut quod ex partibus essentiam mutuatur: sed ipsa sui essentia esse dat partibus. Atqui eiusmodi totum quod se propagat in sua, quódue in singulis conseruatur, totum dicitur infinitum. Nam infinitè quicquid in eo acceperis, consequuntur & reliqua.

Intellectus etiam primus est necessariò multiplex, & est omnia: igitur ante ipsum est principium omnium, quod non est omnia, sed super omnia.

Hæc in octauo cap. consideranda videntur. Ratio nanque intellectus hæc ipsa est quod moueatur, & illuminetur atque formetur: intelligibilis autem ipsius proprietates oppositæ sunt. Item in ipsa intellectus ratione non necessariò includitur, vt sit ipsum intelligibile: nulla enim neceßitas prohibet esse aliquem intellectum, etiam si intelligatur à nullo, vicißim nec ad ratione intelligibilis necessariò pertinet, quòd intellectus existat. Intellectualis nanque potentia in ambitu obiecti sui comprehendit materialia simul & spiritalia, atque inter hæc continet quæ intelli-

gunt, & quæ non intelligunt. Intellectus igitur atq; intelligibile distinguuntur inter se quadam ratione formali, eiusmodi verò distinctio distinctioni quæ secundum rem appellatur proxima est. Hæc ipsa verò secundum rem distinctio postrema est. illa itaq; forma prima, in qua intellectus cum intelligibi copulatur, non est vnitas simplicissima: non est igitur primum vniuersi principium, quod simpliciter vnum est atq; simplicissimum: quemadmodum quicquid est in aliquo genere primum, in eodem est necessariò simplex. Esse verò intellectum quadam necessitate multiplicem, ideoq; non primum, sic etiam confirmatur: Si intellectus est summa cognitio, habet secum intelligibile coniugatum, scilicet re ipsa idem, quamuis non ratione idem: Itē ipsum quod primo & secundum se intelligibile est, hoc habet & consequenter, vt sit etiam intellectus. Tale enim intelligibile est forma separata subsisteus, ideoq; in se reflexa reportat intelligentiam. Res verò materialis si appellatur intelligibile, talis euadit, quatenus transformatur in aliud, vel per aliud intelligitur consequenter. Cum igitur intellectus atq; intelligibile se inuicem comitentur, adeò vt quod est alterutrum sit & alterum: atq; hæc differūt ratione formali, necessariò intellectus primus est multiplex, neq; summum vniuersi principium. Dubitatur deinceps hunc in modum: principium ipsum quatenus est extra genus intelligentiæ, videtur esse sibimet ignotum: et quatenus super intelligibile genus extat, cognosci nullo modo potest. Respondetur ad hæc: ipsum præstantiore quadam ratione quàm cagnoscendo seipso frui: atq; animam eo frui excellentiore forsan cognitione, quàm intellectuali, vel potius eminentiore quodam pacto, quàm cognoscendo. Non enim intellectus simpliciterq; cognitio in nobis est summū, sed vnitas boniformis, per quam prima fruimur vnitate simul & bonitate: sicut & per luminosum sensum sensibili fruimur luminoso. Sicut ergo qui studet vehementer imaginari, à motu cessat & sensu: & qui penitus intelligere, imaginationē sedat: ita qui optat attingere quod super naturam intellectualem intelligibilemq; existit, omne prorsus intelligibile pertransire debet, & intellectum proprium posthabere, silentiumq; intelligentiæ prorsus imponere, redactus videlicet in aliquid sui primum, per quod fruatur vniuersi primo. Conclude aliud atq; aliud aliter atq; aliter se ipso frui. Corpus quidem animalis frui seipso per sensum, rationem verò non per sensum, sed per melius aliquid semetipsa frui: intellectum quoq; non per aliquem rationis discursum, sed per aliquid eminentius sui ipsius fieri compotem: similiter vnū ipsum atq; bonum per aliquid intelligentia cognitioneq; sublimius se ipso frui. Proinde si ab imperfectis ad perfecta gradatim est ascendendū, certè super imaginationē quæ per aliqua rerum genera tantùm, et longo insuper tempore discurrere solet, ponenda est ratio per omnia discurrens, ac tempore ad hoc indigens breuiore, & vbi est perfectissima, quàm breuissimo. Super hanc intellectus omnia semper sine tempore consecutus: qui si perfectè habet in se videtq; omnia, non habet illa confusa, sed distincta sinceraq;, non intuetur obscura, sed clara discernit atq; distincta. Super hunc igitur hac necessitate multiplicem primum est vniuersi principium, quod neque est duntaxat vnum aliquid omnium: alioqui non haberet ad omnia potestatem, nec omnium principium esse posset: neq; etiam est ita omnia tantùm, vt non sit unum atq; simplex. hoc enim primum est. Vbiq; verò prius est vnitas multitudine, & composito simplex: neq; rursum est & vnum pariter atq; omnia. Si enim hoc ab aliquo concedatur, ita distinguimus: aut est cuncta summatim, aut potius singulatim: si summatim, id est, quod ibi sit vna quædā forma cum multitudine: aut hæc vna forma est ante multitudinem, atq; ita hæc ipsa duntaxat principium est, neq; opus est, ad hoc vt sit principium, ei multitudinē adhibere: aut vna hæc forma est cum multitudine simul: atq; ita non est principium omniū, quandoquidē ante omnia nō existit: aut forma hæc vna post omnia ponitur, quo nihil dictu videtur absurdius. Sin autē accipiatur alterū illud disiunctionis membrū, scilicet quod principiū illud omniū, sit ita omnia, vt de vnoquoq; oculis demonstrato discurrendo per singula, sit verum dicere, hoc est principiū, sequetur vt quodlibet sit principium. Cū verò principiū sit necessariò vnicū, vnica res erit in vniuerso: vel vicissim principia totidē, quot res esse ponuntur.

Ipsum bonum est super essentiam, vitam, intellectum, neq; intellectu potest attingi.

Cum in gradibus viuentium videamus, consummatissimū vitæ gradum esse tandē vitam intellectualem, conijcere possumus, primam in toto rerum ordine simpliciter vitam esse ipsum simpliciter intellectum. Siue igitur vt vitam consideras, est motio quædam ad terminum, ideoq; ad aliud, vt ad bonum: siue vt intellectum accipis, est motus aliquis ad verum, vt ad bonum: utroq; igitur pacto est dependens aliquid, neq; contentum est essentia sua, cuius vita & intellectus existit, sed quærit aliquid essentia melius, id est, ipsum bonum, quod neq; vita secundum formam, neq; intellectu indiget quo annitatur ad bonum: quandoquidē est ipsum bonum, cui nec vlla opus est actione: siquidem omnis actio est ad bonum, circa quod versatur. Quod quidē cum super intellectum & intelligibile prorsus existat, nomina verò ex intellectus conceptione imponi soleant, nullum proprium habet nomen. Appellatur autem bonum, quoniam inde omnia efficiuntur, & facta perficiuntur. Appellatur & vnum, quoniam interea supereminet omnibus, neq; mouetur dum hæc inde procedunt, alioquin nihil alicubi permaneret: neq; diuiditur in partes, alioquin cessaret vnum ipsum: quo sublato mox omnia perderentur: neq; omnino multiplicatur in formas, alioquin ad mistionem vel adiunctionem patiens, non esset amplius vera vnitas et immensa simplicitas. Si per arbores, per animalia, per animam, per mentē processeris, inuenies quod in vnoquoq; horum simplicissimum est maximeq; vnum, esse omnium potentissimum, reliquorumq; principium. Similiter vniuersum ad vnitatem rediges potentissimam, de qua nihil vlterius prædicabis, cum primum concepisti vnitatem ipsam vel bonitatem: alioquin siquid præterea prædicaueris, compones, & minues componendo, reddesq; indigum, & posterius. Noli ergo huic intellectionem addere. Alia enim est ratio intelligentiæ, alia boni. Non enim æquè vtrunq; cuilibet cōuenit. Intelligentia igitur adiuncta bono congeriem conficit, neq; igitur illic adhibebis ideas, quæ concipiuntur intelligentia, differuntq; inter se absolutè ratione formali, præsertim contrariarum rerum oppositarumq; ideæ, quod patet ex ordine vniuersi inde secundum essentiam formamq; geniti. Quæ enim in hoc opificio re ipsa differunt & subiecto, hæc in opifice omniū intellectu absolutè formaliq; differunt ratione: alioquin hic ordo formarum vel inordinato quodam casu consisteret, vel ex materia prorsus informi procederet. Distinctiones verò formales & absolutas adhibere primò Platonici vetant, prohibent etiam post vnitatem vel bonitatem adhibere vitam aut essentiam, quorum nixus non quiescit in se, sed contendit ad bonum. Iubent primùm illud super essentiam atq; esse ponere, sicut materiam quæ ex opposito vltimum est sub essentia, & esse iudicant collocandam: ideoq; sicut in attingenda materia descendendum est sub

omnibus

omnibus intelligentiæ conceptibus qui formales ſunt: ſic ad attingendum illud ſuper omnes eiuſmodi cõceptus eſt aſcendendum: neq; mobili vel multiplici vel formali intelligentiæ actu attingi poſſe putandum, quod ſuper motum multitudinemq; & formam mirabiliter extat.

Ipſum bonum eſt pater, cuius filius eſt intellectus, ſemper à patre plenus, huius autem intellectus eſt imago mundus.

Quemadmodum aliud eſt viſus, aliud verò lumen, ad quod capiendum eſt oculus inſtitutus, etiam ſiquis oculus fingatur ab æterno lumine plenus: ſic aliud eſt intellectus, aliud verò verum ipſum atq; bonum, ad quod naturaliter intellectus annititur: differtq; ab illo, etiam intellectus ipſe, qui propter propinquitatem boni ſemper bono pleniſſimè fruitur: Ipſi itaq; bono ſicut et lumini nihil opus eſt viſu. Iam verò ſi quis poſſet totius mundi viſibilis ornatum totum vno ſimul intuitu contueri, ſupra modum admiraretur, ac velut ex imagine quadam facilius mundum intelligibilem opificem huius ſuſpicaretur, ſed admodum pulchriorem. Rurſum ſiquis conſpiciat illum, in quo nihil informe, nihil deforme, nihil immoderatum, vel vitæ vel intellectus expers, in quo totus ſplendor & in ſplendore puriſſimo totus ordo naturæ facilius coniectaret. quis pater eius, & qua ratione tantum talemq; genuerit filium: intellectum quidem purum, & omnium plenitudinem pater penes ſe generans ab æterno, intellectu plenitudineq; ſuperior.

ΠΛΩΤΙΝΟΥ
ΕΝΝΕΑΔΟΣ Γ,
ΛΟΓΟΣ η.

PLOTINI
ENNEAD. TERTIAE,
LIBER VIII.

ΠΕΡΙ φύσεως καὶ θεωρίας καὶ τοῦ ἑνός.

ΠΑΙΖΟΝΤΕΣ δὴ τὴν πρώτην πρὶν ἐπιχειρεῖν σπουδάζειν, εἰ λέγοιμεν πάντα θεωρίας ἐφίεσθαι, καὶ εἰς τέλος τοῦτο βλέπειν, οὐ μόνον ἔλλογα, ἀλλὰ καὶ ἄλογα ζῶα, καὶ τὴν ἐν τοῖς φυτοῖς φύσιν, καὶ τὴν ταῦτα γεννῶσαν γῆν, καὶ πάντα τυγχάνειν καθ' ὅσον οἷόν τε αὐτοῖς, κατὰ φύσιν ἔχοντα, ἄλλα δὲ ἄλλως, καὶ θεωρεῖν καὶ τυγχάνειν: καὶ τὰ μὲν ἀληθῶς, τὰ δὲ μίμησιν καὶ εἰκόνα τούτου λαμβάνοντα: ἆρ' ἄν τις ἀνάσχοιτο τὸ παράδοξον τοῦ λόγου, ἢ πρὸς ἡμᾶς αὐτοῦ γινομένου κίνδυνος οὐδεὶς ἐν τῷ παίζειν τὰ αὐτῶν γενήσεται. ἆρ' οὖν καὶ ἡμεῖς παίζοντες ἐν τῷ παρόντι θεωροῦμεν, ἢ καὶ ἡμεῖς, καὶ πάντες ὅσοι παίζουσι, τὸ τοῦτο ποιοῦσι, καὶ τούτου γε παίζουσιν ἐφιέμενοι. καὶ κινδυνεύει εἴτε τις παῖς, εἴτε ἀνὴρ παίζει ἢ σπουδάζει, θεωρίας ἕνεκεν ὁ μὲν σπουδάζειν, ὁ δὲ παίζειν: καὶ πρᾶξις πᾶσα, εἰς θεωρίαν τὴν σπουδὴν ἔχειν: ἡ μὲν ἀναγκαία, καὶ ἐπιπλέον τὴν θεωρίαν ἕλκουσα πρὸς τὸ ἔξω, ἡ δὲ ἑκουσίως λεγομένη ἐπ' ἔλαττον μὲν, ὅμως δὲ καὶ αὐτὴ ἐφέσει θεωρίας γινομένη. ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὕστερον: νῦν δὲ λέγομεν περί τε γῆς αὐτῆς, καὶ δένδρων, καὶ ὅλως φυτῶν, τίς αὐτῶν ἡ θεωρία, καὶ πῶς τὰ παρ' αὐτῆς ποιούμενα καὶ γεννώμενα, ἐπὶ τὴν τῆς θεωρίας ἀνάξομεν ἐνέργειαν, καὶ πῶς ἡ φύσις ἣν ἀφάνταστον φασὶ καὶ ἄλογον

De natura, & contemplatione & vno.

A SI antequam agamus ſeriò, quaſi per iocũ dicamus, omnia cõtemplationem appetere, & ad finẽ eiuſmodi vergere, nõ rationalia tantùm animalia, ſed etiam ratione carẽtia: quinetiã naturã plantarũ, & terrã deniq; hæc omnia generantẽ. Itẽ contemplationẽ omnia cõſequi, quatenus naturalis cuiuſq; ha-
B bitus capere poteſt: alia verò aliter cõtemplari & cõſequi, & alia quidẽ reuera, alia verò per imitationẽ imaginemq; attingere: ſi inquã ita dixerimus, nunquid nouũ hoc præter opinionẽ adductũ quiſquam à nobis accipiet? Forſan cũ tale quiddã inter nos & ad nos agatur, periculum nullũ ſubibimus, dũ in re noſtra ludemus. Nunquid & nos iocãtes ludenteſúe in præſentia contemplamur? An fortè & nos, & omnes quicunq; iocãtur & ludũt, hoc agunt, huiusq;
C appetitione iocantur? videturq; ſiue puer aliquis, ſiue vir ludat, aut ſeriò ſtudeat, cõtemplationis gratia hic quidẽ ſtudere, ille verò ludere atq; iocari, tũ quælibet actio ad contemplationem intendere ſtudiũ: & neceſſaria quidẽ actio longius ſpeculationem ad externa protrahere: actio verò liberior breuius quidem educere, ſimul aũt ipſa quoq; ſpeculationis deſiderio fieri. Sed hæc quidẽ opportunius in ſequentibus: nunc verò de terra, & arboribus, & omnino de
D plãtis cõſideremus, quænã horũ ſpeculatio ſit, & quo pacto q̃ inde fiũt atq; gignũtur, in ſpeculationis actionẽ redigere valeamus: deniq; qua ratiõe natura quã imaginatiõis ratiõisq; exper

Proœmium de contemplatione.

tem dicunt, cōtemplationem habeat in seipsa: A & quæ facit par contemplationem, quam ipsa non habet, efficiat, & quo pacto perficiat.

I. Natura in se manens per rationes seminales format materiam sine electione & instrumento.

QVOD igitur hîc neq; manus sint, neque pedes, neq; aliquod instrumentum, vel aduentitium, vel cognatum: materia verò opus sit in qua faciat quámue ponat in specie fermè vnicuiq; constat. Neque verò putandum est, naturam sic suum opus efficere, velut impellendo atq; premēdo. Qualis enim impulsio siue pressura varios omniformesq; colores & figuras ef- B ficere potest: quandoquidem neq; ceræ fictores formatoresq; similes, quos puparios nominant, quosúe intuens aliquid putauerunt naturæ ipsius opificium esse persimile, facere colores possunt, nisi hos aliūde operibus suis adhibeant. Operæpretium erat cōsiderare, quemadmodum in artium eiusmodi tractatoribus oportet intus aliquid permanere, secundum quod permanens per manus opera fabricent: similiter esse tale aliquid in natura, quod qui- C dem sit potestas quædam permanens & absq; manuum ministerio fabricans: permanens inquam tota: non enim indiget alijs quidem velut manentibus, alijs autem quasi motis. Materia namq; est id quod ibi mouetur, in ipsa verò potestate mouetur nihil: alioquin quod mouebitur, non erit primò mouens, neq; id erit ipsa natura, sed ipsum quod in toto consistit immobile. Obijciet aliquis, rationem quidem immobilem permanere, naturam verò esse à ratione D diuersam, atq; moueri. At si totam dicant, similiter erit & ratio: sin autem aliquid eius immobile, hoc ipsum & ratio erit. Etenim speciem oportet hanc esse, non autem ex materia specieq; componi. Quid enim huic opus sit calida frigidaúe materia? siquidem subiecta fabricationi materia id secum affert: siue fit eiusmodi, vel potius etiā prius quàm induat qualitatem, tangitur ratione. Non enim accedere oportet ignem, vt materia fiat ignis, sed rationem. quod E quidem perspicuum est argumētum in animalibus atque plantis, seminales rationes esse omnium effectrices, naturamque existere rationem, quæ velut ipsius prolem alteram generat rationem, dum videlicet subiecto quidem tradit aliquid, permanet tamen interim in seipsa. Ratio igitur secundum formam visibilem extrinsecus edita, vltima iam est, vitaque carens: ideoq; nec potest aliam vlterius facere rationē. At ratio vitam habens penes formæ factorem, F & quasi soror, atq; ipsa eandem potentiam possidens rationem gignit in effectu postremam.

II. Rationes seminales in natura sunt quasi cōtemplatiōes quædam impressæ desuper ab intellectuali contemplatione, & ideo quæ natura fiunt & contemplatione fiūt, & contemplatiōes quædam sunt.

QVONAM igitur modo facit? & faciens quomodo cōtemplationem aliquam, & quam attingit? Profectò si manens agit, & in se manens, atq; est ratio, est vtiq; cōtemplatio. Actio namque fieri secundum rationem solet, diuersa videlicet existens à ratione: ratio verò assistens & præsidens actioni, non est actio. Si igitur non actio est, sed ratio, nimirum est con- G templatio quædam. Iam verò in vniuersa ratione postrema quidem ratio ex cōtemplatione procedit, atq; ita cōtemplatio dicitur, quasi per contemplationem ipsam concepta atque

A εἶναι, θεωρίαν τε ἐν αὐτῇ ἔχει, καὶ ἃ ποιεῖ, διὰ θεωρίαν ποιεῖ, ἣν οὐκ ἔχει, καὶ πῶς.

ΟΤΙ μὲν οὖν οὔτε χεῖρες ἐνταῦθα, οὔτε πόδες, οὔτε τι ὄργανον ἐπακτὸν ἢ σύμφυτον: ὕλης δὲ δεῖ ἐφ᾽ ἧς ποιήσει, καὶ ἣν ἐν εἴδει ποιεῖ, παντί που δῆλον. δεῖ δὲ καὶ τὸ μοχλεύειν ἀφελεῖν, ἐκ τῆς φυσικῆς ποιήσεως. ποῖος γὰρ ὠθισμὸς, ἢ τίς μοχλεία, χρώματα B ποικίλα καὶ παντοδαπὰ, καὶ σχήματα ποιεῖ: ἐπεὶ οὐδὲ οἱ κηροπλάσται, ἢ κοροπλάσται, εἰς οὓς δὴ καὶ βλέποντες ᾠήθησαν, τὴν τῆς φύσεως δημιουργίαν τοιαύτην εἶναι, χρώματα δύνανται ποιεῖν, μὴ χρώματα ἀλλαχόθεν ἐπάγοντες, οἷς ποιοῦσιν. ἀλλὰ γὰρ ἐχρῆν συννοοῦντας, ὡς καὶ ἐπὶ τῶν τὰς τέχνας τὰς τοιαύτας μετιόντων, δεῖ τι ἐν αὐτοῖς μένειν, καθ᾽ ὃ C μένον διὰ χειρῶν ποιήσουσιν, ἃ αὐτῶν ἔργα, ἐπὶ τὸ τοιοῦτον ἀνελθεῖν τῆς φύσεως καὶ αὐτοὺς, καὶ συνεῖναι ὡς μένειν δεῖ καὶ ἐνταῦθα τὴν δύναμιν, τὴν οὐ διὰ χειρῶν ποιοῦσαν, καὶ πᾶσαν μένειν. οὐ γὰρ δὴ δεῖται τῶν μὲν ὡς μενόντων, τῶν δὲ ὡς κινουμένων. ἡ γὰρ ὕλη, τὸ κινούμενον: αὐτῆς δὲ, οὐδὲν κινούμενον: ἢ ἐκεῖνο οὐκ ἔσται, τὸ κινοῦν πρώτως: οὐδὲ ἡ φύσις τοῦτο, ἀλλὰ τὸ ἀκίνητον τὸ ἐν τῷ ὅλῳ. ὁ μὲν δὴ λόγος, D φαίη ἄν τις, ἀκίνητος: αὐτὴ δὲ, ἄλλη παρὰ τὸν λόγον, καὶ κινουμένη. ἀλλ᾽ εἰ μὲν πᾶσαν φήσουσι, καὶ ὁ λόγος: εἰ δέ τι αὐτῆς ἀκίνητον, τοῦτο καὶ ὁ λόγος. καὶ γὰρ εἶδος αὐτὴν δεῖ εἶναι, καὶ οὐκ ἐξ ὕλης καὶ εἴδους. τὸ γὰρ δεῖ αὐτῇ ὕλης θερμῆς ἢ ψυχρᾶς; ἡ γὰρ ὑποκειμένη καὶ δημιουργουμένη ὕλη, ἥκει τοῦτο φέρουσα, ἢ γίνεται τοιαύτη, ἡ μὴ ποιότητα ἔχουσα λογωθεῖσα. E οὐ γὰρ πῦρ δεῖ προσελθεῖν, ἵνα πῦρ ἡ ὕλη γένηται, ἀλλὰ λόγον: ὃ καὶ σημεῖον οὐ μικρὸν τοῦ ἐν τοῖς ζώοις, καὶ ἐν τοῖς φυτοῖς, τοὺς λόγους εἶναι, τοὺς ποιοῦντας. καὶ τὴν φύσιν εἶναι λόγον, ὃς ποιεῖ λόγον ἄλλον γέννημα αὐτοῦ, δόντα μέν τι τῷ ὑποκειμένῳ, μένοντα δ᾽ αὐτόν. ὁ μὲν οὖν λόγος, ὁ κατὰ τὴν μορφὴν τὴν ὁρωμένην, ἔσχατος ἤδη καὶ νεκρὸς, καὶ οὐκέτι ποιεῖν δύναται ἄλλον. ὁ δὲ ζωὴν ἔχων, ὁ τοῦ ποιήσαντος F τὴν μορφὴν ἀδελφὸς ὢν, καὶ αὐτὸς τὴν αὐτὴν δύναμιν ἔχων, ποιεῖ ἐν τῷ γενομένῳ.

ΠΩΣ οὖν ποιῶν, καὶ οὕτος ποιῶν, θεωρίας τινὸς ἂν ἐφάπτοιτο; ἢ εἰ μένων ποιεῖ καὶ ἐν αὐτῷ μένων καὶ ἔστι λόγος, εἴη ἂν αὐτὸς θεωρία. ἡ μὲν γὰρ πρᾶξις, γένοιτ᾽ ἂν κατὰ λόγον, ἑτέρα οὖσα δηλονότι τοῦ λόγου: ὁ μέν τοι λόγος καὶ αὐτὸς ὁ συνὼν τῇ πράξει καὶ ἐπιστατῶν, οὐκ ἂν εἴη G πρᾶξις. εἰ οὖν μὴ πρᾶξις, ἀλλὰ λόγος, θεωρία, καὶ ἐπὶ παντὸς λόγου: ὁ μὲν ἔσχατος, ἐκ θεωρίας. καὶ θεωρία οὕτως, ὡς τεθεωρημένος.

ὁ δὲ περὶ τούτου πᾶς, ὁ μὲν ἄλλος ἄλλως, ὁ μὴ ὡς φύσις ἀλλὰ ψυχή. ὁ δ᾽ ἐν τῇ φύσει καὶ ἡ φύσις. ἆρ᾽ ἄγε καὶ αὐτὸς ἐκ θεωρίας; πάντως μὲν ἐκ θεωρίας: ἀλλ᾽ εἰ καὶ αὐτὸς τεθεωρηκὼς αὐτὸν ἤ πως. ἔστι μὲν γὰρ ἀποτέλεσμα θεωρίας, καὶ θεωρήσαντός τινος. πῶς δὲ αὐτὴ ἔχει θεωρίαν; τὴν μὲν δὲ ἐκ λόγου οὐκ ἔχει: λέγω δ᾽ ἐκ λόγου τὸ σκοπεῖσθαι, περὶ τῶν ἐν αὐτῇ. διατί οὖν, ζωή τις οὖσα καὶ λόγος καὶ δύναμις ποιοῦσα. ἆρ᾽ ὅτι τὸ σκοπεῖσθαί ἐστι τὸ μή πως ἔχειν; εἰ δὲ ἔχει, καὶ διὰ τοῦτο ὅτι ἔχει, καὶ ποιεῖ. τὸ εἶναι αὐτῇ ὅ ἐστι τοῦτό ἐστι τὸ ποιεῖν αὐτῇ. καὶ ὅσον ἐστι, τοῦτό ἐστι τὸ ποιοῦν. ἔστι δὲ θεωρία, καὶ θεώρημα. λόγος γὰρ τῷ οὖν εἶναι θεωρία καὶ θεώρημα καὶ λόγος, τούτῳ καὶ ποιεῖ ᾗ ταῦτά ἐστιν, ἡ ποίησις ἄρα, θεωρία ἡμῖν ἀναπέφανται. ἔστι γὰρ ἀποτέλεσμα θεωρίας, μενούσης θεωρίας: οὐκ ἄλλο τι πραξάσης, ἀλλὰ τῷ εἶναι θεωρία ποιησάσης.

ΚΑΙ εἴ τις δὲ αὐτὴν ἔροιτο τίνος ἕνεκα ποιεῖ, εἰ τοῦ ἐρωτῶντος ἐθέλοι ἐπαΐειν καὶ λέγειν, εἴποι ἄν. ἐχρῆν μὲν μὴ ἐρωτᾶν, ἀλλὰ συνιέναι καὶ αὐτὸν σιωπῇ, ὥσπερ ἐγὼ σιωπῶ, καὶ οὐκ εἴθισμαι λέγειν. τί οὖν συνιέναι; ὅτι τὸ γινόμενόν ἐστι θέαμα ἐμὸν, σιώπησις, καὶ φύσει γινόμενον θεώρημα, καί μοι γινομένῃ ἐκ θεωρίας τῆς ὡδὶ, τὴν φύσιν ἔχειν φιλοθεάμονα ὑπάρχει. καὶ τὸ θεωροῦν μου, θεώρημα ποιεῖ, ὥσπερ οἱ γεωμέτραι θεωροῦντες γράφουσιν: ἀλλ᾽ ἐμοῦ μὴ γραφούσης, θεωρούσης δὲ, ὑφίστανται αἱ τῶν σωμάτων γραμμαὶ, ὥσπερ ἐκπίπτουσαι. καί μοι τὸ τῆς μητρὸς καὶ τῶν γειναμένων ὑπάρχει πάθος. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι εἰσὶν ἐκ θεωρίας, καὶ ἡ γένεσις ἡ ἐμή: ἐκείνων οὐδὲν πραξάντων, ἀλλ᾽ ὄντων μειζόνων λόγων καὶ θεωρούντων αὐτοὺς, ἐγὼ γεγέννημαι. τί οὖν ταῦτα βούλεται; ὡς μὲν ἡ λεγομένη φύσις ψυχὴ οὖσα γέννημα ψυχῆς προτέρας δυνατώτερον, ζώσης ἡσυχῇ ἐν ἑαυτῇ θεωρίαν ἔχουσα, οὐ πρὸς τὸ ἄνω, οὐδ᾽ αὖ ἔτι πρὸς τὸ κάτω: στᾶσα δὲ ἐν ᾧ ἐστιν ἐν τῇ αὐτῆς στάσει, καὶ οἷον συναισθήσει, τῇ συνέσει ταύτῃ καὶ συναισθήσει: τὸ μετ᾽ αὐτὴν εἶδεν ὡς οἷόν τε αὐτῇ: καὶ οὐκέτι ἐζήτησεν, ἀλλὰ θεώρημα ἀποτελέσασα ἀγλαὸν καὶ χάριεν. καὶ εἴτε τις βούλεται, σύνεσίν τινα ἢ αἴσθησιν αὐτῇ διδόναι, οὐχ οἵαν λέγομεν ἐπὶ τῶν ἄλλων, τὴν αἴσθησιν ἢ τὴν σύνεσιν, ἀλλ᾽ οἷον εἴ τις τὴν τοῦ ὕπνου τοῦ ἐγρηγορότος προσεικάσειε. θεωροῦσα γὰρ θεώρημα αὐτῆς, ἀναπαύεται γινόμενον αὐτῇ ἐκ τοῦ ἐν αὐτῇ, καὶ σὺν αὐτῇ μέ-

A percepta. Ratio verò omnis hac superior alia quidem se aliter habet. Et altera non est tanquam natura, sed velut anima: altera verò in natura est, atq; est ipsa natura. Sed nũquid hæc etiam ex cōtẽplatione contingit? Ex contemplatione omnino: sed si ipsa quoque seipsam quodammodo contemplata sit. Est enim contemplationis effectus, & contemplati cuiusdã. Quomodo autem ipsa speculationem habet? Speculationem quidem ex ratione proficiscen-
B tem nō habet: dico autem profectam ex ratione: ipsam videlicet de his quæ in se sunt considerationem. Sed cur nam sua nequaquam cōsiderat, cum sit vita quædã & ratio potentiaq; efficiens? An fortè quia considerare est nondũ habere? Hæc autem si habet, nimirum ex eo quod habet & efficit. Ipsum igitur esse ipsi quod est, id certè est eidem & facere: & quantumcunq; est, id ipsum est & faciens. Est autem contemplatio quędam, & (vt ita dixerim) con-
C templamen. ratio enim est. Quatenus igitur contemplatio est atq; contemplamen & ratio, eatenus facit, qua videlicet ratione hæc existit. Effectio igitur contemplatio quædam esse iam nobis apparuit: nempe est contemplationis effectus, speculatione manente, neque aliud aliterue agente, sed propterea quod ipsa contemplatio sit, faciente.

III. *Plenitudo rationum seminalium in natura est quasi sensus quidam, quo natura & se ipsa fruitur, & spectat res generandas, quæ sũt quædam spectamina ipsius naturæ depẽdentis à speculatione superna.*

SIQVIS autem hanc interroget, cuiús
D nam gratia faciat, si modò interrogantem audire velit & dicere, respondebit: Non oportebat interrogare me, sed te decebat silentio intelligere, quemadmodum & ego sileo, nec eloqui consueui. Quid ergo te oportuit intelligere? hoc inquã in primis, quod gignitur meum spectamen esse, interea me tacente, naturaque genitum contemplamen, meq; ex contemplatione quadam eiusmodi natam nō iniuria naturam habere spectaculi cupidam: proinde id
E quod in me vicẽ contemplantis habet, ita contemplamen efficere, sicut & geometræ speculando describunt: veruntamen non scribente me, sed speculante, hinc lineas corporum velut excidentes interim emanare. Profectò matris meæ genitorumq; in me seruatur affectio: illi namq; ex contemplatione ducunt originem. Generatio quoq; mea à speculatione deducitur. Etenim dum illi nihil agunt, sed rationes sunt maiores, ac se speculãtur, ego genita sum.
F Quorsum hæc? naturam scilicet esse animam prioris animæ geniturã validius viuẽtis, quietam speculationem in se habentem, neq; ad superiora, neq; etiã ad inferiora vergentem. Hæc vtique stans in eo in quo est, videlicet in sui ipsius statu & quasi consensu, per hanc cognitionem consensumque, quod post ipsam est, quoad eius natura fert nouit, neque perquirit vlterius, sed contemplamen iam splendidum gratiosumque perfecit. Ac siquis cognitio-
G nem quandam aut sensum ei tribuere velit, nō qualem in cæteris dicimus sensum vel cognitionem attribuere debet: sed perinde ac siquis somniantis cognitionem cum cognitione conferat vigilantis. Spectamen namque suum contemplans conquiescit: spectamen inquam in ea factum, ex eo quòd in seipsa secumque ipsa per-

maneat, sitque spectamen ipsum quietaq; perspectio, obscurior tamen atque debilior. Altera enim hac est efficacior ad intuitum: hæc autem imago est contemplationis alterius. Hac itaq; ratione quod ab ipsa genitum est prouenit debilissimũ, quoniã debilitata perspectio spectamen debile parit: quandoquidem & homines cum debiliores fiunt ad contemplandum speculationis & rationis vmbram, id est actionem aggredi solent. Cum enim ad contemplandum facultas minimè suppetat, neq; ob debilitatem animæ spectaculum sufficienter percipere valeant, ideoque nec impleantur, cupiant tamen ipsum cernere, confugiunt ad agendum: vt ibi saltem videant, quod discernere mente nõ poterant. Quotiens itaque faciunt, & ipsi videre id volunt, & speculari atque sentire, & alios secum etiam contueri: quando proposita eis est actio, quoad fieri potest, vt ipsi putant: profectò inueniemus vbique effectionem actionemque esse, vel debilitatem contemplationis, vel consequentiam. Debilitatem quidem, vbi præter id quod est actum, nihil habeas: cõsequentiam verò, si aliud super id melius effecto opere habeas quod speculeris. Quis enim cum verum ipsum contueri possit præcipuo quodam studio, ad imaginẽ veri se conferat? Testantur hoc hebetissimi quiq; puerorum, qui cũ ad discendum speculandumq; ineptissimi sint, in artes actionesq; delabuntur.

IIII. *Intellectualis anima mundi plena semper ex diuinorum contemplatione, inde grauida parit naturam similiter fæcundam rationib. quasi speculatiuis, & tali speculatione generat omnia.*

CVM verò iam de natura dixerimus, quo pacto generatio est contemplatio quædam, deinceps ad animam hac superiorẽ pergamus ita dicẽtes: Nempe huius contẽplatio ingeniumq; discendi cupidum, quærendique studiosum, ac præterea stimulus quidam ex his quæ cognouit parturiens iam plenaq; fœcunditas effecit, vt ipsa per totum contemplamen effecta, alterum cõtemplamen efficeret. Quemadmodum ars quoq; facit, quando iã plena est, procreans videlicet alteram quasi artem paruam in puero addiscente, imaginem omnium acquirente, aliter tamen hęc hebente velut obscura debiliaq;, & spectamina quædam ab initio non valentia sibi ipsis patrocinari. Rationalis itaq; pars eius illa superna penes superna impleta semper atq; illustrata ibi permanet: pars verò altera participat eius quæ in prima participatione participauit. procedit enim vita semper ex vita. Nam actus per omnia currit, & nusquam abest: progressa tamen concedit priorem sui partem, vbi quodammodo dereliquit manere. Nã si prorsus amiserit primam, non amplius erit vbique, sed in quod desinit tantùm: neq; tamen æquale est procedens conquiescenti. Si igitur oportet per omnia fieri, neq; restare locũ vbi nõ sit actio eadem, & quod prius est semper est aliud quàm posterius. Procedit autẽ actio ex cõtemplatione vel actione, sed tandem ex contemplatione, quãdo videlicet actio nondũ erat: nã ante contemplationem esse nõ potest: si res inquam ita se habet, necessariũ est debiliorẽ quidem alterã

νειν, καὶ θεώρημα εἶναι. ἡ θεωρία ἄψοφος, ἀμυδροτέρα δέ. ἑτέρα γὰρ αὐτῆς, εἰς θέαν ἐναργεστέρα· ἡ δέ, εἴδωλον θεωρίας ἄλλης. ταύτῃ δὴ καὶ τὸ γεννηθὲν ὑπ' αὐτῆς, ἀσθενὲς παντάπασιν· ὅτι ἀσθενοῦσα θεωρία, ἀσθενὲς θεώρημα ποιεῖ. ἐπεὶ καὶ ἄνθρωποι ὅταν ἀσθενήσωσιν εἰς τὸ θεωρεῖν, σκιὰν θεωρίας καὶ λόγου, τὴν πρᾶξιν ποιοῦνται. ὅτι γὰρ μὴ ἱκανὸν αὐτοῖς τὸ τῆς θεωρίας, ὑπ' ἀσθενείας ψυχῆς λαβεῖν οὐ δυνάμενοι τὸ θέαμα ἱκανῶς, καὶ διὰ τοῦτο οὐ πληρούμενοι, ἐφιέμενοι δὲ αὐτὸ ἰδεῖν, εἰς πρᾶξιν φέρονται, ἵνα ἴδωσιν ὃ μὴ νῷ ἐδύναντο. ὅταν γοῦν ποιῶσι, καὶ αὐτοὶ ὁρᾶν βούλονται αὐτό, καὶ θεωρεῖν καὶ αἰσθάνεσθαι, καὶ τοὺς ἄλλους ὅταν ἡ πρόθεσις αὐτοῖς ὡς οἷόν τι πρᾶξις ᾖ· πανταχοῦ δὴ ἀνευρήσομεν τὴν ποίησιν καὶ τὴν πρᾶξιν, ἢ ἀσθένειαν θεωρίας, ἢ παρακολούθημα. ἀσθένειαν μέν, εἰ μηδέν τις ἔχοι μετὰ τὸ πραχθέν· παρακολούθημα δέ, εἰ ἔχοι ἄλλο πρὸ τούτου κρεῖττον τοῦ ποιηθέντος, θεωρεῖν. τίς γὰρ θεωρεῖν τὸ ἀληθινὸν δυνάμενος προηγουμένως, ἔρχεται ἐπὶ τὸ εἴδωλον τοῦ ἀληθινοῦ· μαρτυροῦσι δὲ καὶ οἱ νωθέστεροι τῶν παίδων, οἱ πρὸς τὰς μαθήσεις καὶ θεωρίας ἀδυνάτως ἔχοντες, ἐπὶ τὰς τέχνας καὶ τὰς ἐργασίας καταφέρονται.

ἈΛΛᾺ περὶ μὲν φύσεως εἰπόντες, ὃν τρόπον θεωρία ἡ γένεσις ἐπὶ τὴν ψυχὴν τὴν πρὸ ταύτης ἐλθόντες λέγομεν, ὡς ἡ ταύτης θεωρία καὶ τὸ φιλομαθὲς καὶ τὸ ζητητικόν. καὶ ἡ ἐξ ὧν ἐγνώκει ὠδίς, καὶ τὸ πλῆρες, πεποίηκεν αὐτὴν θεώρημα πᾶν γενομένην, ἄλλο θεώρημα ποιῆσαι· οἷον ἡ τέχνη ποιεῖ, ὅταν ἑκάστη πλήρης ᾖ, ἄλλην οἷαν μικρὰν τέχνην ποιεῖ ἐν παιδίῳ, ἴνδαλμα ἔχοντι ἁπάντων· ἄλλως μέντοι ταῦτα, ὥσπερ ἀμυδρὰ καὶ οὐ δυνάμενα βοηθεῖν ἑαυτοῖς, θεάματα καὶ θεωρήματα τὸ πρῶτον. τὸ λογιστικὸν οὖν αὐτῆς ἄνω, πρὸς τὸ ἄνω ἀεὶ πληρούμενον καὶ ἐλλαμπόμενον, μένει ἐκεῖ· τὸ δέ, τῇ τοῦ μεταλαβόντος πρώτῃ μεταλήψει μεταλαμβάνον. πρόεισι γὰρ ἀεὶ ζωὴ ἐκ ζωῆς. ἐνέργεια γὰρ πανταχοῦ φθάνει, καὶ οὐκ ἔστιν ὅτου ἀποστατεῖ· προϊοῦσα μέντοι, ἐᾷ τὸ πρότερον τὸ ἑαυτῆς πρόσθεν μέρος, οὐ καταλέλοιπε μένειν. ἀπολιποῦσα γὰρ τὸ πρόσθεν, οὐκέτι ἔσται πανταχοῦ, ἀλλ' ἐν ᾧ τελευτᾷ μόνον· οὐκ ἴσον δὲ τὸ προϊόν, τῷ μείναντι. εἰ οὖν πανταχοῦ δεῖ γίνεσθαι, καὶ μὴ εἶναι, ὅπου μὴ τὴν ἐνέργειαν τὴν αὐτήν. ἀεί τι τὸ πρότερον τοῦ ὑστέρου, ἥκει δὲ ἡ ἐνέργεια, ἐκ τῆς θεωρίας ἢ πράξεως· πρᾶξις δέ, οὔπω ἦν. οὐ γὰρ οἷόν τε πρὸ θεωρίας, ἀνάγκη ἀσθενεστέραν μέν,

μὲν, ἑτέραν εἶναι, πᾶσαν δὲ θεωρίαν: ὥστε τὴν κατὰ τὴν θεωρίαν πρᾶξιν δοκοῦσαν εἶναι, τὴν ἀσθενεστάτην θεωρίαν εἶναι. ὁμογενὲς γὰρ ἀεὶ δεῖ τὸ γεννώμενον εἶναι: ἀσθενέστερον μέν, τῷ ἐξίτηλον καταβαῖνον γίνεσθαι. ἀψοφητὶ μὲν δὴ πάντα, ὅτι μηδὲν ἐμφανοῦς καὶ τῆς ἔξωθεν θεωρίας ἢ πράξεως δεῖται. καὶ ψυχὴ δὲ ἡ θεωροῦσα, καὶ τὸ οὕτως θεωρῆσαν: ἅτε ἐξωτέρω καὶ οὐχ ὡσαύτως τῷ πρὸ αὐτῆς, τὸ μετ' αὐτὴν ποιεῖ: καὶ θεωρία, τὴν θεωρίαν ποιεῖ. καὶ γὰρ οὐκ ἔχει πέρας ἡ θεωρία, οὐδὲ τὸ θεώρημα. διὰ τοῦτο δὲ, ἢ καὶ διὰ τοῦτο πανταχοῦ. ποῦ γὰρ οὐχί, ἐπεὶ καὶ ἐν πάσῃ ψυχῇ τὸ αὐτό. οὐ γὰρ περιγέγραπται μεγέθει: οὐ μὴν ὡσαύτως ἐν πᾶσιν, ὥστε οὐδὲ ἐν παντὶ μέρει ψυχῆς ὁμοίως. διὸ ὁ ἡνίοχος τοῖς ἵπποις δίδωσιν, ὃ εἶδεν: οἱ δὲ λαβόντες, δῆλον ὅτι ὀρέγοιντο ἂν ὧν εἶδον. ἔλαβον γὰρ, οὐ πᾶν: ὀρεγόμενοι δὲ εἰ πράττοιεν, οὗ ὀρέγονται ἕνεκα πράττουσιν. ἦν δὲ θεώρημα καὶ θεωρία ἐκεῖνο.

Ἡ ἄρα πρᾶξις, ἕνεκα θεωρίας καὶ θεωρήματος: ὥστε καὶ τοῖς πράττουσιν, ἡ θεωρία τέλος. καὶ οἷον ἐξ εὐθείας ὃ μὴ ἠδυνήθησαν λαβεῖν, τοῦτο περιπλανώμενοι, ἑλεῖν ζητοῦσι. καὶ γὰρ αὖ ὅταν τύχωσιν οὗ βούλονται, ὃ γενέσθαι ἠθέλησαν, οὐχ' ἵνα μὴ γνῶσιν, ἀλλ' ἵνα γνῶσι. καὶ παρὸν, ἴδωσιν ἐν ψυχῇ, δῆλον ὅτι κείμενον θεατόν. ἐπεὶ καὶ ἀγαθοῦ χάριν πράττουσι: τοῦτο δὲ, οὐχ' ἵνα ἔξω αὐτῶν: οὐδ' ἵνα μὴ ἔχωσιν, ἀλλ' ἵνα ἔχωσι τὸ ἐκ τῆς πράξεως ἀγαθόν. τοῦτο δὲ ποῦ, ἐν ψυχῇ. ἀνέκαμψεν οὖν πάλιν ἡ πρᾶξις εἰς θεωρίαν. ὃ γὰρ ἐν ψυχῇ λαμβάνει λόγῳ οὔσῃ, τί ἂν ἄλλο ἢ λόγος σιωπῶν εἴη. καὶ μᾶλλον, ὅσῳ μᾶλλον. τότε γὰρ καὶ ἡσυχίαν ἄγει, καὶ οὐδὲν ζητεῖ, ὡς πληρωθεῖσα. καὶ ἡ θεωρία ἡ ἐν τῷ τοιούτῳ πιστεύειν ἔχειν εἴσω κεῖται: καὶ ὅσῳ ἐναργεστέρα ἡ πίστις, ἡσυχωτέρα καὶ ἡ θεωρία. ἡ μᾶλλον εἰς ἓν ἄγει, καὶ τὸ γινῶσκον ὅσῳ γινώσκει: ἤδη γὰρ σπουδαστέον, εἰς ἓν τῷ γνωσθέντι ἔρχεται. εἰ γὰρ δύο, τὸ μὲν ἄλλο, τὸ δὲ ἄλλο ἔσται. ὥστε οἷον παράκειται καὶ τὸ διπλοῦν τοῦτο, οὔπω ᾠκείωσεν: οἷον ὅταν ἐνόντες λόγοι ἐν ψυχῇ μηδὲν ποιῶσι. διὸ δεῖ, μὴ ἔξωθεν τὸν λόγον εἶναι, ἀλλ' ἑνωθῆναι τῇ ψυχῇ τοῦ μανθάνοντος, ἕως ἂν οἰκεῖον εὕρῃ. ἡ μὲν οὖν ψυχὴ ὅταν οἰκειωθῇ καὶ διατεθῇ, ὅμως προφέρει καὶ προχειρίζεται. οὐ γὰρ πρώτως εἶχε· καὶ καταμανθάνει, καὶ τῇ προχειρίσει, οἷον

A esse altera, omnem verò contemplationem esse: adeo vt & quæ actio secundũ contemplationẽ videtur esse, nõ aliud sit, quàm debilissima contemplatio quædã. Oportet enim semper quod gignitur quodammodo quidem cõgruere genere, euadere tamen infirmius: quippe cum exile fiat paulatim ipso descensu. Suauiter quidem & quietè procedunt omnia, quoniã contemplatione vel actione extrinsecus apparente non indigent. Anima quidem ipsa è summa B specula contemplatur, & quod ita contemplatur, vtpote quod surgit exterius, neque eodem modo cũ eo quod ante ipsam, certè quod post ipsam efficit: contemplatio certè contemplationem gignit. Neque enim habet terminum contemplatio ipsa vel etiam contemplamen: ob hoc autem & procedit & per cuncta progreditur. Quid enim prohibet, quo minus per omnia diffundatur? quandoquidẽ & in omni C anima idem est contemplamen. Non enim est magnitudine circumscriptum, non tamen in omnibus eodem modo: quapropter neq; modo eodem in qualibet animæ parte. Hinc vtiq; apud Platonẽ animæ auriga quod vidit, equis impertit: hi verò inde accipiũt, vtpote qui quæ viderunt affectant: vniuersum enim non acceperunt. Quod si affectantes agant, eius gratia quod desiderant agent. id autem est contemplamen ipsum atq; contemplatio.

D ACTIO igitur contemplationis contemplaminisque gratia fit: quapropter agentium finis contemplatio est. Nempe quod rectà via consequi non potuerunt, id quasi per ambages capessere moliuntur. idem quoque prouenit, quando quod cupiunt assequuntur: quod quidem adesse volebant. Non ita quidem vt non cognoscant, sed vt agnoscant iam acquisitum, & in anima præsens inspiciant, velut spectandi gratia ibi situm: quoniam & boni gratia sem- E per agunt: Hoc autem non vt extra eos sit positum, & in se minimè habeat, sed vt quod ex actione bonum fit, ipsi possideant. Sed hoc vbi nam? Certè in anima. Quapropter actio rursus in cõtemplationem ipsam relabitur. Quod enim quis anima capit, quæ ratio quædam est, quidnam aliud est, quàm ratio silens? & quo magis ratio, eò magis silens atq; vicissim. Tunc enim & quietem agit, & vtpote plena nihil vl- F tra requirit: atque contemplatio in eiusmodi habitu cõstituta ob ipsam possidendi fiduciam intrinsecus conquiescit. Et quo certior fides, eo quietior contemplatio: quæ quidem potius in vnum redigit animam. Et hac quidem ratione cognoscẽs ipsum quatenus cognoscit (iam enim seriò agendum est) in vnum cum re cognita prouenit. Si enim duo sint, hoc quidem aliud, illud verò aliud erit. Quapropter velut adiacens quiddam esse videbitur: atq; id ipsum duplex nondum veram contraxit familiarita- G tem, velut quando rationes existentes in anima nihil agunt. Quocirca rationem oportet non externum aliquid esse, sed animo addiscentis vniri, quousq; proprium iam inueniat. Anima igitur quando rationi familiaris euadit atque afficitur, simul profert, & expedita iam prodit in actum. Quod enim habebat prius, animaduertit atque ipsa in promptum expeditione, quasi

V. *Quòd finis sit contemplatiua uita. Item quòd in anima sunt rationes rerum, & cum ipsa in eas actiu se profert, tunc re uera cognoscit.*

altera fit à seipsa, & ab illo altera fuisse cognoscitur, & excogitans aspicit aliud, tanquam & ipsa sit aliud: quanquam ipsa etiam ratio est, & tanquam intellectus, sed aliud intuens. Non enim plena est, sed ab eo quod est superius deficit, aspicit tamen & ipsa quiete, quæ profert. Quæ enim non protulit, nondum profert: quæ verò profert, ex defectu quodam in considerationem promit, quod habet animaduertens. At in rebus agendis iam externis quæ intus habet accommodat, atq; ex eo quòd magis possidet quàm natura, possidet & quietius: & ex eo quòd plus habet, speculatiua magis existit. Rursus ex eo quòd non perfectè habet, cupit magis habere prospectæ rei perceptionem, speculationemq; ex considerationis discursione prouenientem. Cum verò priorem reliquerit habitum, & in alia pertransiuerit, deinde regressa iterum contemplatur, parte eius hactenus derelicta: at altera permanens in seipsa minus id efficit. Quamobrem probus animus iam ipsa ratio est effectus, & quod penes seipsum est, alijs quoq; demonstrat: ad seipsum verò visus. Iam enim hic ad vnum est ad collatus & ad quietũ non solùm quoad externa pertinet: sed quoad seipsum, & intus deniq; cuncta.

VI Cõfirmatur quòd omnia fiunt à contemplatione, & ideo sunt contemplationes quæcũq; & quicquid agunt contemplationis gratia faciunt.

QVEMADMODVM igitur partim per se cõstat, partim ratio indicauit: omnia ex contemplatione contemplationesq; sunt, tum verè existẽtia, tum ex his genita, his videlicet contemplantibus, ipsa facta iam contemplamina, vel sensui, vel cognitioni, vel opinioni passim se offerentia. Actiones præterea in cognitionem diriguntur, vt finem: appetitio quoq; affectat cognitionem: Generationes insuper à contemplatione trahentes exordium in speciem, specimenq; aliud definunt fabricandum. & omnino singula causarũ efficientium imitamina passim spectacula speciesq; efficiunt: factæ quoq; substantiæ velut entium imitamina declarant efficientes causas spectare tanquam finem, non effectiones, non actiones, sed opificium ipsum, ad hoc ipsum, vt contuentibus sit spectaculum. Quin etiã cogitationes hoc ipsum videre percupiunt: atq; etiam prius ipsi sensus, quorum finis cognitio est. Rursus ante hæc ipsa natura specimen in se rationemq; possidẽs, aliam præterea generat rationem. Proinde constat, cum ipsa omnium prima in contemplatione consistant, cætera omnia contemplationem ipsam necessariò cupere: siquidẽ finis omnibus propositus est, quod est & principium. Iam verò & quando animalia generant, rationes intus seminales stimulant ad gignendum, idq; totum contemplationis actio est, stimulusq; affectans multas iam species fabricare, variaq; spectacula, & implere rationibus omnia, & quasi perpetuò contueri. Facere enim vt sit aliquid, est speciem quandam efficere, id autem est contemplatione omnia prorsus implere. Præterea errata tum in his quæ gignuntur, tum in his quæ aguntur, nihil aliud esse videntur, quàm contemplantium casus & diuersio quędam ab ipso cõtemplationis obiecto. Artifex quinetiã iners ei similis iudicatur, qui deformes faciat formas.

A ἑτέρα αὐτῆς γίνεται: καὶ διανοουμένη βλέπει, ὡς ἄλλο ὂν ἄλλο: καίτοι καὶ αὐτὴ λόγος ἦν, καὶ οἷον νοῦς, ἀλλ' ὁρῶν ἄλλο. ἔστι γὰρ οὐ πλήρης, ἀλλὰ ἐλλείπει τῷ πρὸ αὐτῆς: ὁρᾷ μέντοι καὶ αὐτὴ ἡσύχως, ἃ προφέρει. ἃ μὲν γὰρ οὐ προήνεγκεν, οὐκέτι προφέρει: ἃ δὲ προφέρει, τῷ ἐλλείπει προφέρει, εἰς ἐπίσκεψιν καταμανθάνουσα, ὃ ἔχει. ἐν δὲ τοῖς πρακτι-

B κοῖς, ἐφαρμόττει ἃ ἔχει, τοῖς ἔξω: καὶ τῷ μὲν μᾶλλον ἔχειν ἢ ἡ φύσις, ἡσυχιωτέρα: καὶ τῷ πλέον, θεωρητικὴ μᾶλλον: τῷ δὲ μὴ τελέως, ἐφιεμένη μᾶλλον ἔχειν τὴν τοῦ θεωρηθέντος καταμάθησιν καὶ θεωρίαν, τὴν ἐξ ἐπισκέψεως, καὶ ἀπολείπουσα δὲ καὶ ἐν ἄλλοις γινομένη: εἶτ' ἐπανιοῦσα, πάλιν θεωρεῖ τῷ ἀπολειφθέντι αὐτῆς μέρει. ἡ δὲ στᾶσα ἐν αὐτῇ, ἧττον τοῦτο ποιεῖ. διὸ ὁ σπουδαῖος λε-

C λόγισται ἤδη, καὶ τὸ παρ' αὐτοῦ πρὸς ἄλλον ἀποφαίνει: πρὸς δὲ αὐτὸν, ὄψις. ἤδη γὰρ οὗτος πρὸς τὸ ἓν, καὶ πρὸς τὸ ἥσυχον, οὐ μόνον τῶν ἔξω, ἀλλὰ καὶ πρὸς αὐτὸν, καὶ πάντα εἴσω.

ὍΤΙ μὲν οὖν ὡς ἀληθῶς πάντα τά τε ὡς ἀληθῶς ὄντα ἐκ θεωρίας, καὶ θεωρία, καὶ τὰ ἐξ ἐκείνων γινόμενα, θεωρούντων ἐκεί-

D νων, καὶ αὐτὰ θεωρήματα: τὰ μὲν αἰσθήσει, τὰ δὲ γνώσει ἢ δόξῃ. καὶ αἱ πράξεις τὸ τέλος ἔχουσιν, εἰς γνῶσιν: καὶ ἡ ἔφεσις, γνώσεως: καὶ αἱ γεννήσεις ἀπὸ θεωρίας, εἰς ἀποτελεύτησιν εἴδους, καὶ θεωρήματος ἄλλου. καὶ ὅλως μιμήματα ὄντα ἕκαστα τῶν ποιούντων, θεωρήματα ποιεῖ, καὶ εἴδη· καὶ αἱ γινόμεναι ὑποστάσεις, μιμήσεις ὄντων οὖσαι, ποιοῦντα δεικνῦσι, τέλος ποιούμενα: οὐ τὰς ποιήσεις, οὐδὲ

E τὰς πράξεις, ἀλλὰ τὰ ἀποτελέσματα, ἵνα θεωρηθῇ. καὶ τοῦτο καὶ αἱ διανοήσεις ἰδεῖν ἐθέλουσι: καὶ ἔτι πρότερον αἱ αἰσθήσεις, αἷς τέλος ἡ γνῶσις. καὶ ἔτι πρὸ τούτων ἡ φύσις τὸ θεώρημα τὸ ἐν αὐτῇ, καὶ τὸν λόγον ποιεῖ, ἄλλον λόγον ἀποτελοῦσα. τὰ μὲν ἦν αὐτόθεν λαβεῖν, τὰ δ' ὑπέμνησεν ὁ λόγος δῆλόν που, ἐπεὶ κἀκεῖνο δῆλον, ὡς ἀναγκαῖον ἦν τῶν

F πρώτων, ἐν θεωρίᾳ ὄντων. καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἐφίεσθαι τούτου, εἴπερ τέλος ἅπασιν ἡ ἀρχή. ἐπεὶ καὶ ὅταν τὰ ζῶα γεννᾷ, οἱ λόγοι ἔνδον ὄντες κινοῦσι: καὶ ἔστιν ἐνέργεια θεωρίας τοῦτο, καὶ ὠδὶς, τοῦ πολλὰ ποιεῖν εἴδη, καὶ πολλὰ θεωρήματα, καὶ λόγων πληρῶσαι πάντα, καὶ οἷον ἀεὶ θεωρεῖν. τὸ γὰρ ποιεῖν εἶναί τι, εἶδός ἐστι ποιεῖν: τοῦτο δέ ἐστι, πάντα πληρῶσαι θεω-

G ρίας. καὶ αἱ ἁμαρτίαι δὲ, αἵ τε ἐν τοῖς γινομένοις, αἵ τε ἐν τοῖς πραττομένοις, θεωρούντων εἰσὶν, ἐκ τοῦ θεωρητοῦ παραφορά. καὶ ὅ γε κακὸς τεχνίτης, ἔοικεν αἰσχρὰ εἴδη ποιοῦντι.

καὶ οἱ ἐρῶντες δὲ ἰδόντων, καὶ πρὸς εἶδος σπευδόντων.

ΤΑΥ͂ΤΑ μὲν, οὕτως. τῆς δὲ θεωρίας ἀναβαινούσης ἐκ τῆς φύσεως ἐπὶ τὴν ψυχήν, καὶ ἀπὸ ταύτης εἰς νοῦν, καὶ ἀεὶ οἰκειοτέρων τῶν θεωριῶν γιγνομένων, καὶ ἑνουμένων τοῖς θεωροῦσι, καὶ ἐπὶ τῆς σπουδαίας ψυχῆς πρὸς τὸ αὐτὸ, τῷ ὑποκειμένῳ ἰόντων τῶν ἐγνωσμένων, ἅτε εἰς νοῦν σπευδόντων: ἐπὶ τούτου δηλονότι ἤδη ἓν ἄμφω οὐκ οἰκειώσει, ὥσπερ ἐπὶ τῆς ψυχῆς τῆς ἀρίστης, ἀλλ' οὐσίᾳ, καὶ τῷ ταὐτὸν, τὸ εἶναι καὶ τὸ νοεῖν εἶναι. οὐ γὰρ ἔτι ἄλλο τὸ δ' ἄλλο. πάλιν γὰρ αὖ ἄλλο ἔσται, ὃ οὐκέτι ἄλλο καὶ ἄλλο. δεῖ οὖν τοῦτο εἶναι ἓν, ὄντως ἄμφω: τοῦτο δέ ἐστι θεωρία ζῶσα, οὐ θεώρημα, οἷον τὸ ἐν ἄλλῳ. τὸ γὰρ ἐν ἄλλῳ ζῶν, τὶ ἐκεῖνο, οὐκ αὐτὸ ζῶν. εἰ οὖν ζήσεταί τι θεώρημα καὶ νόημα, δεῖ αὐτὸ ζωὴν εἶναι, οὐ φυτικήν, οὐδὲ αἰσθητικήν, οὐδὲ ψυχικὴν τὴν ἄλλην. νοήσεις μὲν γάρ πως καὶ ἄλλαι; ἀλλ' ἡ μὲν φυτικὴ νόησις, ἡ δὲ αἰσθητική, ἡ δὲ ψυχική. πῶς οὖν νοήσεις, ὅτι λόγοι. καὶ πᾶσα ζωή, νόησίς τις: ἀλλὰ ἄλλη, ἄλλης ἀμυδροτέρα. ὥσπερ καὶ ζωή, ἡ δὲ ἐνεργεστέρα αὐτή, καὶ πρώτη ζωή. καὶ πρῶτος νοῦς, εἷς. νόησις οὖν ἡ πρώτη ζωή. καὶ ζωὴ δευτέρα, νόησις δευτέρα: καὶ ἡ ἐσχάτη ζωή, ἐσχάτη νόησις. πᾶσα οὖν ζωὴ ἡ τοῦ γένους τούτου, καὶ νόησις: ἀλλὰ ζωῆς μὲν ἴσως διαφορὰς τάχα ἂν λέγοιμεν ἄνθρωποι, νοήσεων δὲ οὐ λέγουσιν: ἀλλὰ τὰς μέν, τὰς δ' ὅλως οὐ νοήσεις. ὅτι ὅλως τὴν ζωήν, ὅ,τι ποτέ ἐστιν οὐ ζητοῦσιν. ἀλλ' ἐκεῖνό γε ἐπισημαντέον, ὅτι πάλιν αὖ ὁ λόγος, πάρεργον ἐνδείκνυται θεωρίας, τὰ πάντα ὄντα. εἰ τοίνυν ἡ ζωὴ ἀληθεστάτη νοήσει ζωή ἐστιν, αὕτη δὲ ταὐτὸν τῇ ἀληθεστάτῃ νοήσει, ἡ ἀληθεστάτη νόησις ζῇ: καὶ ἡ θεωρία, καὶ τὸ θεώρημα τὸ τοιοῦτο, ζῶν καὶ ζωή: καὶ ἓν ὁμοῦ τὰ δύο. πῶς αὖ τὰ πολλὰ τοῦτο ἕν, ἢ ὅτι οὐχ ἓν θεωρεῖ; ἐπεὶ καὶ ὅταν τὸ ἓν θεωρῇ, οὐχ ὡς ἕν. εἰ δὲ μή, οὐ γίνεται νοῦς: ἀλλὰ ἀρξάμενος ὡς ἕν, οὐχ ὡς ἤρξατο ἔμεινεν, ἀλλ' ἔλαθεν ἑαυτὸν πολὺς γενόμενος, οἷον βεβαρημένος. καὶ ἐξείλιξεν αὐτόν, πάντα ἔχειν ἐθέλων, ὡς βέλτιον αὐτῷ μὴ ἐθελῆσαι τοῦτο. δεύτερον γὰρ ἐγένετο: οἷον γὰρ κύκλος ἐξελίξας αὐτὸν γέγονε, καὶ σχῆμα, καὶ ἐπίπεδον, καὶ περιφέρεια, καὶ κέντρον, καὶ γραμμαί. καὶ τὰ μὲν ἄνω, τὰ δὲ κάτω: βελτίω μὲν ὅθεν, χείρω δὲ εἰσί. τὸ γὰρ ἀφ' οὗ, οὐκ ἦν τοιοῦτον, οἷον τὸ ἀφ' οὗ καὶ εἰς ὅ. οὐδὲ αὖ τὸ

A Deniq; amatores ipsi in eorum numero præcipuè sunt, qui inspiciendo versantur, & ad speciem impensius properant.

VII *In cognitione vera cognoscens & cognitũ idẽ est, aut fit idem: Item prima formã est idẽ quod vita, & intelligentia prima, ideóq́ue hæc pariter per cũcta procedunt: Item intellectus necessariò est vniformis atq; omniformis.*

DE his quidem ita sit dictum. Cum verò contemplatio ab ipsa natura se attollat ad animam, & ab hac in mentem, semperq; contemplationes magis propriæ familiaresq; euadant, vniantur contemplantibus, & in anima per virtutem iam perfecta, in idem iam subiecto redi-
B gantur quæ cognoscũtur, vt pote quę ad ipsum properent intellectum: certè in hoc ipso intellectu iam ambo sunt vnum, nõ per acquisitam quandam familiaritatem, vt in anima præstantissima fieri cõsueuit, sed potius per essentiam, atque ex eo quòd idem ibi est esse, atque intelligere. Non enim illic amplius hoc quidẽ aliud, illud verò est aliud: alioquin rursus aliud quiddam erit, in quo nõ vlterius aliud erit & aliud. Oportet igitur in hoc ambo esse reuera vnum:
C id autem est contemplatio viuens, nõ quidem quasi cõtemplamen in alio. Quod enim in alio viuente est, non est seipso viuens. Si ergo viuet aliquod contemplamen, & (vt aiunt) intelligimen, oportet ipsum esse vitam non vegetalem, non sensualem, non animalem aliam (intelligentiæ namq; quodammodo sunt & aliæ) sed hæc quidem vegetalis intelligentia, hæc autem sensualis, alia deniq; animalis. Quo igitur modo intelligentiæ sunt? Quia videlicet sunt ra-
D tiones, & omnis vita est intelligentia quædam, sed alia tenuior alia, sicut & vita. Quæ verò clarior est & validior, vita prima est, & intellectus primus & vnus: intelligentia igitur prima vita quoq; prima est, atq; secunda vita intelligentia quoq; secunda: vita deniq; vltima postrema intelligentia est. Omnis itaq; huius generis vita etiam intelligentia iudicatur: sed vitæ quidem differentias forsan dicere homines possent, intelligentiarum verò non dicunt, sed aiunt alias
E quidem esse intelligentias, alias verò omnino non intelligentias esse, quoniam nullo modo quid ipsa vita sit quærunt. Sed illud præterea significandum: sermonem hunc nostrum rursus velut forte quadam ostendere, res omnes contemplationes existere. Si ergo vita uerissima secundum ipsam intelligẽtiam vita est, hæc autem cum verissima intelligentia idem est, nimirum verissima intelligentia viuit: atq; contemplatio & eiusmodi contemplamen viuens
F est atq; vita, & duo hæc sunt simul vnum. vnũ igitur ens ipsa duo. Qua nam igitur ratione vnum hoc est multa? Fortè quoniam non contemplatur vnum. Nam & quãdo vnum intuetur, non contuetur vt vnum, alioquin non fieret intellectus: sed incipiens quidem vt vnum, non permanet vt incœpit, sed clam quodammodo factus est multiplex, quasi iam grauidus, euoluitq; seipsum volens omnia possidere: cui forsan satius extitisset id minimè ex-
G optare. Ex hoc enim secundus euasit, non aliter quàm circulus seipsum explicans factus est, & figura, & planum quiddam, circumferentiaque, & centrum, ac lineæ, & alia quidem sursum, alia verò deorsum: meliora quidem vnde procedit exordium, reliqua verò deteriora. Illud enim à quo processio fit non erat tale, quale id à quo, & in quod proceditur. Neque rursus illud

à quo ſimul atq; in quod tale erat, quale ipſum à quo tantùm progreſsio inchoatur. Et aliter quidem mens, non vnius alicuius mens, ſed omnis. Omnis verò exiſtens eſt & omnium. Oportet igitur intellectum tum omnia, tum omnium exiſtentem partem quoq; talem habere, vt vnaquæque omne ſit, atque omnia: ſin minus partem aliquam quæ intellectus non ſit, habebit: atque ex his quæ non ſunt intellectus, coaceruabitur, eritque fortuitus quidam aceruus, expectans ab omnibus adminiculum, quò intellectus euadat. Quapropter & ſic eſt infinitus, ac ſi quid ab eo manat intus, non comminuitur, vel quod ab ipſo eſt, quoniam id quoque eſt omnia, vel ille ex quo prodit intrinſecus, quoniam non erat ex pluribus compoſitio.

VIII. In primo intellectu eſt multitudo, et eſt omnia: principium autē omniū non eſt omnia, ſed ſuper omnia.

HIC igitur talis exiſtit, ideoque non primus, ſed eſſe oportet aliquid ipſo ſuperius, cuius gratia ſuperior habitus nobis eſt ſermo, idque propterea, quoniam multitudo ſemper eſt vno poſterior: Hic autem numerus eſt: numeri verò principium eſt vnitas, & talis numeri principium, quod ita eſt vnum. Hic vtique & intellectus eſt, & intelligibile ſimul: itaque ſimul eſt duo. Si autem duo, oportet aliquid ſuper duo hæc accipere: ſed quidnam hoc eſt dicendum? nunquid intellectus tantùm? At cuilibet intellectui eſt intelligibile coniugatum: ac niſi ibi ſit coniugatum, nec etiam intellectus erit. Si igitur nec intellectus, ſed duo hæc effugerit, conſequens erit, vt quod his duobus eſt prius, ſit intellectu ſuperius. Verùm quidnam prohibet hoc eſſe intelligibile tantùm? Id ipſum videlicet quoniam & intelligibile coniugatum ſemper habet & intellectum. Si ergo neque intellectus neque intelligibile coniugatum ſemper habet & intellectum. Si ergo neque intellectus neque intelligibile eſt, quidnam erit? Illud certè à quo intellectus, & cum intellectu ſimul intelligibile. Quid hoc igitur, & quale ipſum excogitabimus? Etenim vel intelligens aliquid erit, vel non intelligens: ſi intelligens, erit & intellectus: ſi non intelligens, ſeipſum etiam ignorabit, nihilque eſſe videbitur venerandum. Non enim ſi dicamus hoc eſſe ipſum bonum atq; ſimpliciſsimum, propterea manifeſtum aliquid & perſpicuũ afferemus: quamuis verum quamdiu non habuerimus, in quo potiſsimum dum de eo loquimur, excogitationis noſtræ figamus intuitum. Præterea cum cognitio aliorum per intellectum & intellectu fiat penes illos, videlicet, qui intelligens aliquid cognoſcere poſſunt, hoc ipſum naturam intellectus exuperans, quo nam intuitu ſimul collecto percipietur? Reſpondebimus ad hæc, videlicet quodam in nobis illius quoad fieri poteſt perſimili. Eſt enim in nobis illius aliquid, vel potius non eſt in rebus aliquid, vbi non ſit, quibus ineſt illius participandi facultas. Profectò vbicunque admoueris aliquid quod poſsit accipere, inde aliquid reportabis: quemadmodum ſiqua vox deſertum quoddam occupet, vel vnà cum deſerto etiam homines. Tunc enim in quacunque parte accommodaueris aures, vocem totam hauries, rurſusque non totam. Quidnam igitur eſt quod intellectum adhiben-

A ἀφ᾽ ȣ̓ καὶ εἰς ὃ, οἷον τὸ ἀφ᾽ ȣ̓ μόνον. καὶ ἄλλως δὲ ὁ νȣ̃ς, ȣ̓χ᾽ ἑνός τινος νȣ̃ς, ἀλλὰ καὶ πᾶς. πᾶς δὲ ὢν, καὶ πάντων. δεῖ οὖν αὐτὸν πάντα ὄντα καὶ πάντων, καὶ τὸ μέρος αὐτȣ̃ ἔχειν πᾶν, καὶ πάντα: εἰ δὲ μὴ, ἕξει τὶ μέρος, ȣ̓ νοῦν: καὶ συγκείσεται ἐξ ȣ̓ νῶν, καὶ σωρός τις συμφορητὸς ἔσται, ἀναμένων τὸ γενέσθαι νȣ̃ς ἐκ πάντων. διὸ καὶ ἄπειρος οὗτος: B καὶ εἴ τι ἀπ᾽ αὐτοῦ, οὐκ ἠλάττωται, ȣ̓́τε τὸ ἀπ᾽ αὐτȣ̃, ὅτι πάντα καὶ αὐτὸ, οὔτε ἐκεῖνος, ὃ ἐξ οὗ, ὅτι μὴ σύνθεσις ἦν ἐκ μορίων.

ΟΥ̓ΤΟΣ μὲν ȣ̓̃ν ȣ̓ τοιȣ̃τος, διὸ ȣ̓ πρῶτος: ἀλλὰ δεῖ εἶναι τὸ ἐπέκεινα αὐτοῦ, οὗπερ χάριν, καὶ οἱ πρόσθεν λόγοι. πρῶτον μὲν, ὅτι πλῆθος ἑνὸς ὕστερον, καὶ ἀριθμὸς δὲ ȣ̓̃τος. C ἀριθμȣ̃ δὲ ἀρχὴ καὶ τοȣ̃ τοιȣ́του, τὸ ȣ̓́τως ἕν, καὶ ȣ̓̃τος νȣ̃ς. καὶ νοητὸν ἅμα, ὥστε δύο ἅμα: εἰ δὲ δύο, δεῖ τὸ πρὸ τοῦ δύο λαβεῖν. τὶ οὖν νȣ̃ς μονόν; ἀλλὰ παντὶ νῷ συνέζευκται τὸ νοητόν. εἰ οὖν δεῖ μὴ συνεζεῦχθαι τὸ νοητὸν, ȣ̓δὲ νȣ̃ς ἔσται. εἰ οὖν μὴ νȣ̃ς, ἀλλ᾽ ἐκφεύξεται τὰ δύο, τὸ πρότερον τῶν δύο τȣ́των, ἐπέκεινα δεῖ νοῦ εἶναι. D τὶ οὖν κωλύει τὸ νοητὸν αὐτὸ εἶναι; ἢ ὅτι καὶ τὸ νοητὸν συνέζευκται τῷ νῷ. εἰ οὖν μήτε νȣ̃ς, μήτε νοητὸν εἴη, ἐξ ȣ̓̃ ὁ νȣ̃ς καὶ τὸ σὺν αὐτῷ νοητὸν φήσομεν. τὶ οὖν τοῦτο, καὶ ποῖον τὶ αὐτὸ φαντασθησόμεθα; καὶ γὰρ αὖ, ἢ νοȣ̃ν ἔσται, ἢ ἀνόητόν τι. νοȣ̃ν μὲν, νȣ̃ς: ἀνόητον δὲ, ἀγνοήσει καὶ ἑαυτό. ὥστε τὶ σεμνόν. ȣ̓δὲ γὰρ εἰ λέγοι μεν τὸ ἀγαθὸν εἶναι, καὶ ἁπλȣ́στατον εἶναι, δηλονότι καὶ σαφὲς ἐρȣ̃μεν τὸ ἀληθὲς, λέγοντες, E ἕως ἂν μὴ ἔχωμεν ἐπί τι ἐρείδοντες τὴν διάνοιαν, λέγομεν. καὶ γὰρ αὖ τῆς γνώσεως, διὰ νȣ̃ τῶν ἄλλων γιγνωμένης καὶ τῷ νῷ, νοȣ̃ντι γιγνώσκειν δυναμένων, ὑπερβεβηκὸς τοῦτο τὴν νοῦ φύσιν, τίνι ἂν ἁλίσκοιτο ἐπιβολῇ ἀθρόᾳ. πρὸς ὃν δεῖ σημῆναι, ὅπως οἷόν τε τῷ ἐν ἡμῖν ὁμοίῳ φήσομεν. ἔστι γάρ τι καὶ παρ᾽ ἡμῖν αὐτοῦ, F ἢ οὐκ ἔστιν ὅπου μὴ ἔστιν, οἷς ἔστι μετέχειν αὐτοῦ. τὸ γὰρ πανταχοῦ παραστήσας, ὁπουοῦν τὸ δυνάμενον ἔχειν, ἔχεις ἐκεῖθεν ὥσπερεὶ φωνῆς, κατεχούσης ἐρημίαν, ἢ καὶ μετὰ τῆς ἐρημίας, καὶ ἀνθρώπους ἐν ὁτῳοῦν τῷ ἐρήμῳ στήσας * οὖς, τὴν φωνὴν κομιῇ πᾶσαν, καὶ αὖ οὐ πᾶσαν. τὶ οὖν ἐστὶν ὃ κομιούμεθα, νοῦν παραστησά-

*ȣ̓̃ς

μενοι; ἢ δεῖ τὸν νοῦν οἷον εἰς τοὐπίσω ἀναχωρεῖν, καὶ οἷον ἑαυτὸν ἀφέντα τοῖς εἰς ὄπισθεν αὐτοῦ ἀμφίστομον ὄντα, κἀκεῖνα εἰ ἐθέλει ἐκεῖνο ὁρᾶν, μὴ πάντα νοῦν εἶναι. ἔστι μὲν γὰρ αὐτὸς ζωὴ πρώτη, ἐνέργεια οὖσα ἐν διεξόδῳ τῶν πάντων· διεξόδῳ δὲ, οὐ τῇ διεξιούσῃ, ἀλλὰ τῇ διεξελθούσῃ. εἴπερ οὖν καὶ ζωή ἐστι, καὶ διέξοδός ἐστι, καὶ πάντα ἀκριβῶς, καὶ οὐχ ὁλοσχερῶς ἔχει. ἁπλῶς γὰρ ἂν καὶ ἀδιαρθρώτως ἔχοι. ἔκ τινος δ' ἀλλ' αὐτὸν εἶναι ἀνάγκη, ὃ οὐκέτι ἐν διεξόδῳ, ἀλλὰ ἀρχὴ διεξόδου· καὶ ἀρχὴ ζωῆς, καὶ ἀρχὴ νοῦ, καὶ τῶν πάντων. οὐ γὰρ ἀρχὴ τὰ πάντα, ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς τὰ πάντα· αὐτὴ δὲ, οὐκέτι τὰ πάντα, οὐδέ τι τῶν πάντων, ἵνα γεννήσῃ τὰ πάντα· καὶ ἵνα μὴ πλῆθος ᾖ, ἀλλὰ τοῦ πλήθους ἀρχή. τοῦ γὰρ γεννηθέντος, πανταχοῦ τὸ γεννῶν ἁπλούστερον. εἰ οὖν τοῦτο νοῦν ἐγέννησεν, ἁπλούστερον νοῦ δεῖ αὐτὸ εἶναι. εἰ δέ τις οἴοιτο αὐτὸ τὸ ἓν καὶ τὰ πάντα εἶναι, ἤτοι καθ' ἓν ἕκαστον τῶν πάντων, ἐκεῖνο ἔσται, ἢ ὁμοῦ πάντα. εἰ μὲν οὖν ὁμοῦ πάντα συνηθροισμένα, ὕστερον ἔσται τῶν πάντων. εἰ δὲ πρότερον τῶν πάντων, ἄλλα μὲν τὰ πάντα, ἄλλο δὲ αὐτὸ ἔσται τῶν πάντων· εἰ δὲ ἅμα καὶ αὐτὸ καὶ τὰ πάντα, οὐκ ἀρχὴ ἔσται. δεῖ δὲ αὐτὸ ἀρχὴν εἶναι, καὶ εἶναι πρὸ πάντων, ἵνα ᾖ μετ' αὐτὸ καὶ τὰ πάντα. τὸ δὲ καθέκαστον τῶν πάντων, πρῶτον μὲν τὸ αὐτὸ ἔσται ὁτῳοῦν, ἔπειτα ὁμοῦ πάντα, καὶ οὐδὲν διακρινεῖ. καὶ οὕτως, οὐδὲν τῶν πάντων, ἀλλὰ πρὸ τῶν πάντων.

Τί δὴ ὄν; δύναμις τῶν πάντων· ἧς μὴ οὔσης, οὐδ' ἂν τὰ πάντα. οὐδ' ἂν νοῦς, ζωὴ ἡ πρώτη καὶ πᾶσα. τὸ γὰρ ὑπὲρ τὴν ζωὴν, αἴτιον ζωῆς. οὐ γὰρ ἡ τῆς ζωῆς ἐνέργεια, τὰ πάντα οὖσα, πρώτη, ἀλλ' ὥσπερ προχυθεῖσα αὐτὴ οἷον ἐκ πηγῆς. νόησον γὰρ πηγὴν, ἀρχὴν ἄλλην οὐκ ἔχουσαν, δοῦσαν δὲ ποταμοῖς πᾶσιν αὐτὴν, οὐκ ἀναλωθεῖσαν τοῖς ποταμοῖς, ἀλλὰ μένουσαν αὐτὴν ἡσύχως· τοὺς δὲ ἐξ αὐτῆς προεληλυθότας, πρὶν ἄλλον ἄλλῃ ῥεῖν, ὁμοῦ συνόντας ἔτι, ἤδη δὲ οἷον ἑκάστους εἰδότας οἷς ἀφήσουσιν αὐτῶν τὰ ῥεύματα. ἢ ζωὴν φυτοῦ μεγίστου διὰ παντὸς ἐλθοῦσαν, ἀρχῆς μενούσης, καὶ οὐ σκεδασθείσης περὶ πᾶν αὐτῆς, οἷον ἐν ῥίζῃ ἱδρυμένης. αὕτη τοίνυν παρέσχε μὲν τὴν πᾶσαν ζωὴν τῷ φυτῷ τὴν πολλήν· ἔμεινε δὲ αὐτὴ οὐ πολλὴ οὖσα, ἀλλ' ἀρχὴ τῆς πολλῆς. καὶ θαῦμα οὐδέν. ἢ καὶ θαῦμα πῶς τὸ πλῆθος τῆς ζωῆς ἐξ οὐ πλήθους ἦν, καὶ οὐκ ἦν τὸ πλῆθος, εἰ μὴ πρὸ τοῦ πλήθους ἦν, ὃ μὴ πλῆθος ἦν. οὐ γὰρ μερίζεται εἰς τὸ πᾶν ἡ ἀρχή. μερισθεῖσα γὰρ, ἀπώλεσεν ἂν καὶ τὸ πᾶν· καὶ οὐδ' ἂν ἔτι ἐγένετο, μὴ μενούσης τῆς ἀρχῆς ἐφ' ἑαυτῆς, ἑτέρας οὔσης.

A adhibentes accipimus? Forsan verò intellectũ oportet velut à tergo se flectere, & cum vtrinq; vultũ habeat, seipsum à tergo relinquere, ac si bonum ipsum sit inspecturus, operam dare ne omnino sit intellectus, neue sit illa quæ intelliguntur omnia. Est enim ipse vita prima, quæ quidem est actus in quadam discursione per omnia: discursione inquam, non quæ discurrat quotidie, sed quæ discursum semper impleuerit. Si igitur vita est atq; discursio, habetque o-B mnia nõ confusè quidem, sed exactissimè: alioquin si indistinctè habuerit, habebit & imperfectè: necesse est illum ab alio dependere, quod quidẽ non amplius in discursu versetur, sed discursionis principiũ sit: principium vitæ, principium mentis, atq; cunctorũ. Principiũ namq; non est omnia, sed omnia potius à principio sunt: ipsum verò neq; omnia est, neq; aliqd omniũ, vt omnia generet, neq; sit multitudo, sed principiũ multitudinis. Eo nanq; quod genitũ C est, vbiq; simplicius est quod generat. Itaque si hoc genuit mentẽ, necessariò est mente simplicius. Siquis autẽ putet ipsum bonũ esse vnũ, & omnia, aut erit omnia secũdum vnumquodq; omniũ singulatim, vel cũcta summatim. Quod si cũcta simul accumulata, omnibus posterius erit. Nam si omnibus prius extiterit, alia quidẽ erunt omnia, aliud verò & ipsum præter cũcta. Sin autem simul ipsum atq; omnia sint, nõ erit initium. Oportet tamẽ ipsum esse principium, D & ante omnia, vt & omnia sint post ipsum. Sin verò dicatur ipsum esse singulatim secundum omnium vnumquodq;, primò quidem quodlibet cuilibet erit idem, deinde cũcta simul, nec vnquam vlla discretio. Atq; ita etiam ipsum nihil est omnium, sed potius super omnia.

QVID ergo est? Profectò potestas omniũ: quæ quidem nisi esset, neq; cætera forent. Neq; enim intellectus esset, qui prima est, omnisque vita. Quod enim super vitam extat, vitæ causa E est. Actus enim vitę, q omnia est, non est ipsum primum, sed ex principio velut fonte profunditur. Cogita fontem principium aliud nõ habentem, fluminibus verò se totum tradentem, nec tamen fluminibus vllis exhaustum, sed in se quietè manentẽ: flumina verò ab ipso fluentia, antequã aliud aliò fluat, adhuc vnà manentia, & quasi iam cognoscentia, quo ab ipsis fluxuri sint riuuli. Aut cogita arboris ingentis vitam, sese per totam arborem propagantẽ, ma-F nente principio, neq; diuiso per totam, sed velut in radice fundato. hoc vtiq; præbet quidem totam arbori vitã atq; multiplicem: ipsum verò manet, nequaquam multiplicatũ, sed multiplicis vitæ principiũ: neq; mirabile est ita esse. Fortè etiam est mirandum quomodo multitudo vitæ ex non multitudine sit, neq; fuisse multitudo posit: nisi ante multitudinem fuerit quod nulla est multitudo. Nam principium in vniuersum nequaquam diuiditur: alioquin si G diuidatur, perdetur protinus vniuersum: neq; vnquam fuisset factum, nisi principium in seipso permaneat, sitque ab hoc toto diuersum.

IX. Principium vniuersi est vnum ipsum super ens, quod neque mouetur, neque diuiditur, neque multiplicatur vllo modo, quando ab eo rerum multitudo procedit.

Quapropter reductio vbiq; fit in vnũ, & in quo libet quidẽ vnũ est ad quod reducitur: atq; hoc vniuersum, in vnũ quod ante ipsum, nõ simpliciter vnũ quoad quis ad ipsum perueniat simpliciter vnum. hoc autẽ nõ vlterius refertur ad aliud. Proinde si ipsum arboris vnũ, id est, principiũ permanẽs, si animalis vnũ, si vnũ animæ, & vnũ insup acceperis vniuersi, accipies vbiq; potentissimum atq; venerandũ: sin autẽ vnum ipsum eorũ quæ verè sunt, id est, principiũ, fontem, potestatẽ acceperis, nunquid diffidemus, nihilq; existere suspicabimur? Certè nihil horũ est, quorũ est principium: est & tale, vt de ipso nihil prædicari queat, non ens, nõ essentia, non vita: propterea quòd super hæc omnia sit. Sin autẽ ipsum esse inde auferẽs illud apprehenderis, protinus obstupesces, & dirigẽs te in illud, & assequens, atq; in ipsius sedibus conquiescẽs vno potissimum simpliciq; intuitu iam cõspicias: cõspicatus aũt, magnitudinẽ eius auspicaberis p illa quæ post ipsum sunt, atq; p ipsum.

X. *Intellectus est inferior bono: atque ita per hunc coniectamus bonum, sicut per hũc mundum conycimus intellectum.*

PRÆTEREA & hac ratione considera, quoniam intellectus est visus quidam: visus inquam videns, ideo est quædã in actum iam profecta potentia. Erit igitur in eo aliud quidẽ materia, aliud verò forma, sicut & visio secundum actum. Materia inquã intelligibilis: siquidẽ & visio secundũ actum duplicẽ habet proprietatẽ. Antè igitur quàm videret, vnũ aliquid erat. Vnum ergo, duo factũ est, & duo vnũ. Visioni quidem ab obiecto sensibili plenitudo, & sua quædã perfectio puenit: mentis verò visui, bonum est id quod implet. Si enim intellectus esset ipsum bonum, quidnam videre, vel omnino agere oporteret? Alia enim circa bonũ & propter ipsum bonũ actionem habent: ipsum verò bonũ nullo penitus indiget: quamobrem nihil ipsi erit præter ipsum. Cũ ergo bonũ pronunciaueris, nihil vlterius addas excogitando. Siquid enim adiũxeris, statim id cui aliquid addidisti, suapte natura declarabis egenũ: iccirco neq; adiũgere debes intelligentiã, ne sic adiungas aliquid alienũ, duoq; reddas, intellectũ scilicet atq; bonũ. Intellectus quidẽ bono, bonum autẽ intellectu non indiget: itaq; mens bonum consequẽs, boniformis fit perficiturq; à bono: dum videlicet species quę est in mẽte, procedit à bono, atq; efficit boniformẽ. Quale verò inspicitur in mẽte ipsius boni vestigiũ, tale quoq; exemplar decet excogitare, existimãtes scilicet veritatẽ eius per impressum in mente vestigiũ. Hoc itaq; vestigium impressum est intellectui, per quod videret, & possideret. Quapropter in intellectu quidem est appetitio, est semper appetens, est semper & consequens: ipsum verò bonum neq; desiderat quicquã. Quid enim desideret? Neq; consequitur aliquid: Nunquam enim desiderauit. Neq; igitur est intellectus: in hoc enim est appetitio, & quædã ad ipsius speciem applicatio. Intellectus sanè pulcher est, omniumq; pulcherrimus in lumine puro splendoreq; simili cõstitutus, entiumq; naturam in se comprehendens: cuius quidem noster hic mundus pulcher, vmbra est & imago: ille verò superior mundus in omni claritate positus est,

A διὸ καὶ ἡ ἀναγωγὴ πανταχοῦ ἐφ' ἕν, καὶ ἐφ' ἑκάστου μέν τι ἕν, εἰς ὃ ἀνάξεις: καὶ τόδε πᾶν, εἰς ἓν τὸ πρὸ αὐτοῦ, οὐχ' ἁπλῶς ἕν, ἕως τις ἐπὶ τὸ ἁπλῶς ἓν ἔλθῃ. τοῦτο δέ, οὐκέτι ἐπ' ἄλλο. ἀλλ' εἰ μὲν τὸ τοῦ φυτοῦ ἕν, τοῦτο δ' ἡ ἀρχὴ μένουσα, καὶ τὸ ζώου ἕν, καὶ τὸ ψυχῆς ἕν, καὶ τὸ τοῦ παντὸς ἓν λαμβάνοι, λαμβάνει ἑκασταχοῦ, τὸ δυνατώτατον καὶ τὸ τίμιον: εἰ δὲ τὸ τῶν κατ' B ἀλήθειαν ὄντων ἓν τὴν ἀρχὴν καὶ πηγὴν καὶ δύναμιν λαμβάνοι, ἀπιστήσωμεν, καὶ τὸ μηδὲν ὑπονοήσωμεν; ἢ ἔστι μὲν μηδὲν τούτων ὧν ἐστιν ἀρχή: τοιοῦτο μέντοι, οἷον μηδενὸς αὐτοῦ κατηγορεῖσθαι δυναμένου, μὴ ὄντος, μὴ οὐσίας, μὴ ζωῆς, τὸ ὑπὲρ πάντα ταῦτα εἶναι. εἰ δὲ ἀφελὼν τὸ εἶναι λαμβάνοις, θαῦμα ἕξεις, καὶ βαλὼν πρὸς αὐτό, καὶ τυχὼν ἐν τοῖς αὐτοῦ ἀναπαυσάμενος, συννόει μᾶλλον τῇ προσ- C βολῇ συνείς: συνορῶν δὲ τὸ μέγα αὐτοῦ, τοῖς μετ' αὐτὸ δι' αὐτὸ οὖσιν.

ἜΤΙ δέ, καὶ ὧδε. ἐπεὶ γὰρ ὁ νοῦς ἐστιν ὄψις τίς, καὶ ὄψις ὁρῶσα, δύναμις ἔσται εἰς ἐνέργειαν ἐλθοῦσα. ἔσται τοίνυν τὸ μὲν ὕλη, τὸ δὲ εἶδος αὐτοῦ, οἷον, καὶ ἡ κατ' ἐνέργειαν ὅρασις. ὕλη δ', ἐν νοητοῖς. ἐπεὶ καὶ ἡ ὅρασις ἡ κατ' ἐνέργειαν, διττὸν ἔχει. πρὶν γοῦν ἰδεῖν, ἓν ἦν. τὸ οὖν D ἕν, δύο γέγονε: καὶ τὰ δύο, ἕν. τῇ μὲν οὖν ὁράσει, ἡ πλήρωσις παρὰ τοῦ αἰσθητοῦ, καὶ ἡ οἷον τελείωσις: τῇ δὲ τοῦ νοῦ ὄψει, τὸ ἀγαθὸν τὸ πληροῦν. εἰ γὰρ αὐτὸς τὸ ἀγαθόν, τί ἔδει ὁρᾶν ἢ ἐνεργεῖν ὅλως. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα, περὶ τὸ ἀγαθόν, καὶ διὰ τὸ ἀγαθὸν ἔχει τὴν ἐνέργειαν: τὸ δὲ ἀγαθόν, οὐδενὸς δεῖται: διό, οὐδὲν ἔσται αὐτῷ, ἢ αὐτό. φθεγξάμενος οὖν τὸ ἀγα- E θόν, μηδὲν ἔτι προσνόει. ἐὰν γάρ τι προσθῇς ὅ, ᾧ προσέθηκας ὁτιοῦν, ἐνδεὲς ποιήσεις: διὸ οὐδὲ τὸ νοεῖν, ἵνα καὶ μὴ ἄλλο, καὶ ποιήσεις δύο, νοῦν, καὶ ἀγαθόν. ὁ μὲν γὰρ νοῦς, τοῦ ἀγαθοῦ: τὸ δ' ἀγαθόν, οὐ δεῖται ἐκείνου: ὅθεν, καὶ τυγχάνων τοῦ ἀγαθοῦ, ἀγαθοειδὲς γίνεται, καὶ τελειοῦται παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ. τοῦ μὲν εἴδους τοῦ ἐπ' αὐτῷ παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ ἥκοντος, ἀγαθοειδῆ ποιοῦντος. οἷον δὲ ἐνορᾶται ἐπ' αὐτῷ ἴχνος τοῦ ἀγαθοῦ. τοιοῦτον, F τὸ ἀρχέτυπον ἐννοεῖν προσήκει, τὸ ἀληθινὸν ἐκείνου ἐνθυμηθέντα, ἐκ τοῦ ἐπὶ τῷ νῷ ἐπιθέοντος ἴχνους. τὸ μὲν οὖν ἐπ' αὐτοῦ ἴχνος αὐτοῦ, τῷ νῷ ἐνορῶντι ἔδωκεν ἔχειν. ὥστε, ἐν μὲν τῷ νῷ, ἡ ἔφεσις, καὶ ἐφιέμενος ἀεί, καὶ ἀεὶ τυγχάνων. οὐδὲ γὰρ ἐφίετο. οὐ τοίνυν οὐδὲ νοῦς. ἔφεσις γὰρ καὶ ἐν τούτῳ, καὶ σύνεσις πρὸς τὸ εἶδος αὐτοῦ. τοῦ δὴ νοῦ καλοῦ ὄντος, καὶ πάντων G καλλίστου ἐν φωτὶ καθαρῷ καὶ αὐγῇ καθαρᾷ κειμένου, καὶ τὴν τῶν ὄντων περιλαβόντος φύσιν, οὗ καὶ ὁ καλὸς οὗτος κόσμος, σκιὰ καὶ εἰκών, καὶ ἐν πάσῃ ἀγλαΐᾳ κειμένου,

ὅτι

ὅτι μηδὲν ἀνόητον, μηδὲ σκοτεινὸν, μηδ᾽ ἄμετρον ἐν αὐτῷ ζῶντος ζωὴν μακαρίαν. θάμβος μὲν ἂν ἔχοι τὸν ἰδόντα καὶ τοῦτον, καὶ ὡς χρὴ εἰς αὐτὸν εἰσδύντα, καὶ αὐτοῦ γινόμενον ἕνα. ὡς δὴ ὁ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ τὸ τῶν ἄστρων φέγγος ἰδὼν, τὸν ποιήσαντα ἐνθυμεῖται καὶ ζητεῖ: οὕτω χρὴ καὶ τὸν νοητὸν κόσμον ὃς ἐθεάσατο καὶ ἐνεῖδε καὶ ἐθαύμασε, τὸν κἀκείνου ποιητὴν. τίς ἄρα ὁ τοιοῦτον ὑποστήσας ζητεῖν, ἢ ποῦ, ἢ πῶς, ὁ τοιοῦτον παῖδα γεννήσας νοῦν κόρον καλὸν, καὶ παρ᾽ αὐτοῦ γινόμενον κόρον; πάντως τοι οὔτε νοῦς ἐκεῖνος, οὔτε κόρος, ἀλλὰ καὶ πρὸ νοῦ καὶ κόρου. μετὰ γὰρ αὐτὸν, νοῦς, καὶ κόρος, δεηθέντα καὶ κεκορέσθαι, καὶ νενοηκέναι. ἃ πλησίον μέν ἐστι τοῦ ἀνενδεοῦς, καὶ τοῦ νοεῖν οὐδὲν δεομένου: πλήρωσιν δὲ ἀληθινὴν καὶ νόησιν ἔχει, ὅτι πρώτως ἔχει. τὸ δὲ πρὸ αὐτῶν, οὔτε δεῖται, οὔτε ἔχει: ἢ, οὐκ ἂν τὸ ἀγαθὸν ἦν.

A vbi nihil intellectu vacans, nihil tenebrosum, nihil immoderatum, sed in seipso beatam agit vitam. Quem si quis aspexerit, protinus obstupescet: præsertim, si quatenus oportet illi seipsum insinuet, iurisque illius euadat. Nempe quemadmodum qui cœlum diligentius suspicit, stellarumq; splendorem impensius côtuetur, protinus auctorem mundi cogitat, atque perquirit: sic oportet & eum qui mundum intelligibilē intuetur, cernit, admiratur, effectorem eius diligenter inquirere: B quis nam ille sit, qui talem mundum intelligibilem genuit: vel vbi, vel quomodo talem genuit filium, intellectum puerum purum atq; formosum, filium inquam à patre plenum. Iā verò pater ille summus, neq; intellectus est, neque filius aut puer, sed intellectu pueroq; superior: nā post ipsum intellectus & puer, alimonia & intelligentia indigens: qui & pximus est ei, quod nulla re indiget, neq; intelligentia eget. Plenitudinē verò C & intelligentiā veram filius habet, quoniā habet primò. Quod verò superius est, neq; indiget, neq; habet: alioquin ipsum nō esset bonū.

MARSILII FICINI IN LIB. IX. TERTIAE ENNEADIS DE OCTO CONSIDERATIONIBVS, COMMENTARIVS.

SVMMA TOTIVS LIBRI.

Propositio prima, quòd mundi auctor sit intellectus primus, ipsius boni filius.

NOVEM præcipuè in hoc libro considerationes apparent. Prima est de auctore mundi: vbi si quis viam Iamblichi Proculiq; sequatur, exponet Timæi dictum illud de opifice mundi, scilicet quot ideas intellectus intelligit in ipso viuente, totidem species cogitauit mundi opifex in mundo disponere. Exponet id inquam ita: Tres scilicet saltem esse diuinas substantias inter principium primum, id est, ipsum bonum atq; mundum. Quarum prima secundum formam suam, essentia sit boni particeps, ac insuper vitæ intellectusq; causa. Secunda verò, secundum formam sit vita, particeps quidem essentiæ: intellectus autem formalis causa. Tertia deniq; per formam sit intellectus, vitæ quidem particeps, & causa mundi. Primum naminabit Cælium, secundum verò Saturnum, tertium deniq; Iouem: Tantoq; superiorem Saturno Cælium, & Ioue Saturnum existimabit, quanto superior priorq; essentia est quàm vita, & vita quàm intellectus. Esse verò essentiam superiorem vita, quatenus amplius se diffundit, & vitam, propter similem amplitudinem esse mentem superiorem. Dicet itaq; intellectum formalem, Iouemq; esse proximum mundi fabrum, intellectuales ideas mundanarum rerum in se habentem: quas quidē ideas acceperit ab intellectu vitali, scilicet à Saturno, in quo ideæ sint intellectuales, & intelligibiles æquè, quas Saturnus habeat ab intellectu essentialis, scilicet ab ipso Cælio, in quo intelligibiles duntaxat sint ideæ. Sic igitur Timæum interpretabitur: Prouidentia Iouis excogitauit tot in mundo species fabricare, quot animaduertit Saturnium intellectum ideas contemplari, in ipso viuēte, id est, in Cælio: qui essentia sit causa vitæ. Apud Plotinum verò non tres substantiæ, sed vna tantùm substantia est illa, quæ nominatur essentia vitaq; prima & intellectus primus. Vita enim prima nihil aliud est quàm intimus perpetuusq; vigor & actus essentiæ formæq; primæ efficacissimæ omnium ad agendum. Primus quoq; intellectus est reflexio quædam in seipsam vitæ primæ potissimum secum ipsa constantis. Illam ergo substantiam Plotinus appellat intelligibile primum, quatenus viua est atq; fœcunda, potestq; in seipsa concipere intellectum, conceptumq; mouere, penitusq; formare. Appellat item hanc substantiam intellectum, quantū spectat ad vitalem eius actionem à se exortam in se reflexam. Appellat rursum cogitatiuum aliquid quodammodo: quoniam statuit, quæ vidit intus distribuere foras. Proinde putat in ordine rerum exoriri motum ante diuisionem, deoq; intellectum prorsus immobilem, motu inquam fluente, non posse in plures intellectus imparticipabiles propagari: genus autem animæ suapte natura mobilis in animas plures multiplicari. Et quoniam genus hoc est intelligentiæ particeps: ideo in hoc intellectum in plures intellectus participabiles propagari, quatenus genus animæ in plures animæ species propagatur. Existimat quoq; intellectum mundi opificem, animam generare, tum ipsam mundi animam, tum reliquas communes sphærarum stellarumq; animas, tum deniq; particulares animas, dæmonum, videlicet atq; hominum. Et quoniam ad genus animæ tanquam mobile, atq; multiplicabile distributio præcipuè pertinet, iccirco vult intellectum illum

ædificatorem mundi, per ipſam mundi animam primò creatam, perq; communes animas collegas eius diſtributiones per gradus ſuos mundanorum animalium peregiſſe.

Propoſitio ſecunda: Quomodo anima poteſt colligere ſe in proprium intellectum, & per hunc intellectu formari diuino. Sunt & in hoc capitulo tres aliæ propoſitiones: duæ de anima, & vna de Deo.

Hactenus conſideratio prima, quæ intellectum mundi opificem declarauit. Secunda verò conſideratio tractat quomodo anima in vniuerſum hunc intellectum transferre ſe poßit, videlicet, ſi anima quemadmodum multiplices ſenſus colligit in vnum imaginationis ſenſum, ſic imaginationes inter ſe longè diuerſas in vnam colligat communem regulam rationis: deinde varios rationis noſtræ diſcurſus ad ſtabilem redigat intelligentiæ normam: intellectu pro viribus tota formetur ſuo, per quem vniuerſo formabitur intellectu totius opifice mundi. Poteſt autem id in gradibus vitæ fieri, quandoquidem fit idem in ipſis ſcientiæ gradibus. Propoſitionibus mille conſtat geometria, & à priori poſterior neceßitate deducitur, ideoq; ſequētes antecedentibus comprehenduntur, omnesq; continentur in prima. Anima quidem noſtra per facultatem rationalem ex potentia transferens ſe in actum, atq; viciſſim, ſi totam geometriam habet, poteſt quidem habere propoſitiones omnes eius potentia quadam atq; habitu, dum aliquam earum habet in actu. Intellectus interea etiam noſter in qualibet conſiderata ſecundum actum, conſiderat per eundem actum, & poßidet omnes. Studendum eſt igitur vt rationalis noſtra facultas pro viribus intellectui ſe conformet. Quo in ſtatu notiones omnes ſequentes eodem actu, quo & primam contueatur in prima. In tertia conſideratione Plotinus exiſtimat mundi animam, quia ſemel atq; potentißimè animalem vitæ formam in ſe complexa ſit totam, & inde totum corpus, locumq; penitus occupauerit, non poſſe vel in ſe mutare vitæ formam, vel extra ſe corpora permutare: ſimiliterq; ſe habere putat ſphærarum & ſtellarum, omniumq; cæleſtium animas, quoniam vniuerſalem ab initio firmiter ſortitæ ſint prouidētiam. Animas verò particulares, particularem nactas prouidentiæ modum, quales ſunt dæmonum plurimum atq; hominum, viciſſitudine quadam explere quodammodo perpetuam illam prouidentiam ſupernorum: & quatenus in ſeipſis de hac vitæ forma mutantur in aliam, eatenus corpora ſedesq; mutare: vnde videntur ad corpus locumq; accedere, mutatione videlicet prius in ſe facta. At mundi corpus accedere videtur ad ipſam mundi animam. Illa enim in habitu ſuo firmiter permanente, corpus hoc ab initio ſic affectum inde viuificatum, ſicut ætheris perſpicua regio, ſemper illuminatur à Sole. Dicuntur autem & particulares animæ deſcendere quandoq; ab anima, ſcilicet mundi: quoniam ab vniuerſali prouidentia formaq; vitæ, quam ſimul cum mundi anima quandoq; poßident, labuntur in propriam. non enim firmiter poſſederunt. In quarta conſideratione animam noſtram in tres diuidit formas, ſcilicet intellectualem, & rationalem, & ratione carentem: putatq; animam quandoq; totam ad intellectualem ſui transferri formam, atq; tunc habitare cum intellectu diuino, quandoq; illinc in ſe deſcendere, id eſt, in formā rationalem huius animæ propriam: quandoq; verò hinc in formam ratione deteriorem: vnde ſimulachrum ſui promit, vitā videlicet communicatam corpori: cui quidem vitæ ſubeſt, & vltimum omnium ſimulachrum, id eſt, materia, quam anima per vegetalem ſui potentiam, prima propinquitate ſua format corporea qualitate, certaq; figura: deinde mox per hanc affectionem quaſi eſcam allicitur naturaliter ad viuificandum corpus hoc, certo iam modo diſpoſitum. In quinta conſideratione ita notabis: Sicut in circulo datur punctum in ſeipſo quod eſt centrum, & punctum in toto ambitu & qualibet eius parte, procedens ab eo quod in ſeipſo eſt, imò quaſi ipſum vel propagatio eius. Itē ſicut eſt vnitas in quolibet numero eiusq; parte fluens ab vnitate quadam extra numerum in ſe ſimpliciter cogitata: ſic in tota rerum eſſentia eſt vnitas quædam eſſentiæ fundamentum, & cuiuſlibet conſeruatio, procedens ab vnitate diuina, ſupereſſentiam in ſe manente, atq; ita implente omnia, quatenus præſentia vbiq; ſua ex ſe procreat vnitatem quandam in qualibet re creanda ſupereſſentialem cuiuſlibet eſſentiæ productricem, atq; ſeruatricem. Iam verò quia vnitas hæc eſt præſtantior quàm eſſentia, conijcimus hanc vbicunq; eſt, præſentia vnitatis diuinæ fieri atq; conſeruari.

De intellectu etiam noſtro, quomodo eſt ſemper in actu.

Sexta conſideratio eſt de anima ſimul atq; mente, hunc in modum: Natura oculi diaphana, id eſt, tralucida, fit potißimum à natura ſolari, & iccirco lumen naturaliter appetit, facileq; impletur lumine ſolis: ſimiliter diaphana in cælo natura proficiſcitur à cæleſti quodam lumine, ſecundum ordinem vniuerſi antecedente diaphanum, emananteq; ab intellectuali lumine. Et confeſtim dum emanat diaphanum producente, productumq; implente, vnde cælum fit quaſi oculus cæleſtis animæ, hoc diaphano ſimul atq; lumine cuncta prouidentis: eodē pacto diuina mens ſuo lumine rationalem generat animam, quaſi materiam ſub illo diaphanam, impletq; illam perpetuo lumine: quo anima ſemper tum ſeipſam intelligit à mente illuminatam, tum mentem ſemper illuminantem. Id autē agit perpetuò intellectus noſter, animæ caput: rationalis verò facultas ad hunc quoq; ſe habet quaſi viſus ad lumen, nō quidem ſemper, ſed aliquando ration aliter intellectum. Quando igitur homo per rationem quodammodo ſeipſum intelligit, ſi modò perfectè intelligit, agnoſcit interea ſe intelligentem eſſe: ergo & intellectualem, qua ſic intelligat ſe habere naturam. Hæc ipſa (vt ita dixerim) intellectualitas, eſt intelligentia quædam, non tam in motu poſita manifeſto, quàm in ſtatu nobis occulto. Quin etiam per rationalem intelligentiā contemplator intelligit in ſe ipſo ante intellectualitatem eſſe vitam atq; eſſentiam, ad quas intellectualitas ipſa poſterius accedit, vt actus: actus inquam ex quadam eſſentiæ vitæq; fœcunditate progenitus. Vnde neceſſe eſt hanc ipſam eſſentiam atq; vitam eſſe in ſe eminentiorem quandam intelligentiam. Probat quidem Plotinus hic animam ex intelligentia ſui noua habere prius æternam ſui ipſius intelligentiam, quæ ſit eſſentia vitaq; fœcunda, ideoq; habere in ſe intelligibilia firma actu ibi perpetuo intellecta, cuius intelligentiæ imago quædam ſit diſcurſio rationis, quando peruenit ad ſummum, vnde & intelligentia nominatur. Nos idem ſic aliter confirmamus: Tria ſunt in ordine rerum ad cognitionem noſtram peruenientia: ſingulare quiddam, id eſt, hic homo, et ſpecies communicata ſingulis, id eſt, homo: item idea hominis ſuper ſingula. Quoniam verò tria hæc eſſentiali quodam ordine à priori in poſterius diſpoſita differunt, vires

quoq;

quoq; propriè cognoscentes hæc, similiter inter se differunt: singulare quidē imaginatio iudicat, speciem verò communem singulis ratio colligit & discernit, ideam autem intellectus agnoscit. Quoniam verò idea longius differt à specie extra quam existit, quàm species ab indiuiduo in quo seruatur, ideo intellectus à ratione longius quàm ratio ab imaginatione distat. Veruntamen intellectus inest animæ: alioquin non posset animus augurari ideas esse per rationem, nisi ratio id ageret per insitam nobis ab intellectu virtutem. Et quia ratio singula resoluit ad vniuersale, & corpus ad incorporeum sine imaginationis nostræ subsidio, imò ea inuita, quæ retrahit ad oppositum: ideo intellectus absq; motu argumentoq; rationis semper intuetur ideas, semper inquam. Nam si non peruenit ad illas imaginatione argumentationeq; noua, aut nunquā peruenit, aut semper habet. Meritò cum anima sit media inter æternitatem atq; tempus (essentia enim eius fixa est, & antecellit motum ab ea dependentem) consentaneum est, vt eius essentiæ fixæ, eo ipso signo, quo præcedit motum, vis actioq; insit prorsus immobilis, & stabiliter intuens: quippe cum hic intuitus ab essentia & virtute stabili ad ideam omnino stabilem vergens: vtrinq; stabilitatem sibi uendicet. Sicut ergo in anima ex eo quod sub æternitate est, conuenit imaginatio mobilis, sic ex eo quod super tempus, competit intellectus immobiliter agens. Actus quidem intellectus omnino immobilis est: actus autem imaginationis omnino mobilis: actus denique rationis est mixtus: neque posset anima esse congruum vniuersi medium, nisi tria hæc in se possideret.

Quomodo Deus est super motum, & statum, & cognitionem. Item de eo quod in actu est, & quod in potentia.

Septima consideratio probat in primo omnium principio nullum esse motum, nedum fluentem, sed nec etiā metaphoricum, qui est actus tendens ad aliud. Non enim tendit in aliud, quod est primum penitus atq; vltimū. Probat nec ibi esse statum, scilicet quietem ad quam tendit motus, oppositam motioni. Omnino verò nec quiescit in alio quod non mouetur ad aliud, neq; propriè quiescit in se quod est ipsa simplicitas. In ea enim eiusmodi distinctio nulla cadit, per quam distingui solet, quiescens, tum à quiete, tum etiam à sede in qua quiescit. Iam verò motus à statu vim habet, dum à stabilitate motiuæ virtutis suum sernat tenorem, status autem ab vnitate. Stare enim nihil est aliud, quàm vnitatem propriam conseruare. Vnitas igitur ipsa & motum antecedit, & statum. Antecedit igitur & actum intelligentiæ, qui motus quidam est à potentia intelligendi ad verum intelligibile tanquam bonum. In omni ergo intelligente, etiam si seipsum intelligat, distinctio talis consideratur, in primo autem nulla est absoluta distinctio. Deniq; alia quidem ratio est existentiæ, alia prorsus intelligentiæ: Non enim quicquid existit, intelligit. Primo quidem principio existentia concedetur: si addatur intelligentia, tum compositio fiet, tum cōstabit existentiam ipsam sibimet ad perfectionem minimè suffecisse: quandoquidem intelligentia indiguerit, per quam tenderet ad profectum. In octaua consideratione notabis conditionem actus formalis potentiæq; formabilis inter se opponi: adeò vt potentia hæc accipiat actum, actus verò qua ratione actus est, potentiam non recipiat. Vbi ergo actus est solus, vt in primo, sempiterna res est: quoniam nulla ibi ad aliam formam potentia latet. Item vbi potentia tota formabilis translata est in naturam formæ, adeò vt forma illic nullo modo ad naturā potentiæ retrahatur, res etiam est sempiterna: præsertim quia potentia illic totum habet actum quantumcunq; potest, cupitq; habere: quales sunt intellectuales essentiæ, ignisq; cælestis. Ignis autem sub cælo inter inferiora perfectius est, quatenus maximè est in actu: quod apparet ex efficacia formæ, & ex motu perpetuo, & quoniam nō tolerat mistionem. Quoniam verò materiam habet sub actu, nec eo contentam, non est semper. Nona consideratione memineris, ipsam intelligentiā non esse bonum ipsum simpliciter, primum atq; vltimum, alioquin esset simpliciter expetenda: nunc autem conditione quadam eligitur. Eligis enim cognoscere, si modò cognoscas bene fæliciterq;, & quod tibi tanquam bonum sit profuturum. Item ipsum bonum non habere sui ipsius agnitionē: tum quia aliud hæc est, aliud ipsum bonum: tum quia si ante agnitionem sibi sufficit, non est addenda: sin minus, non erat ipsum bonum. Quo autem pacto Deus neq; cæcus sit, neq; ignorans: etiam si ei cognitio non addatur: super quam Dionysius quoq; Areopagita eum collocat, in quinta sextáue Enneade opportunius explicabimus.

ΠΛΟΤΙΝΟΥ
ΕΝΝΕΑΔΟΣ Γ,
ΛΟΓΟΣ θ.

PLOTINI
ENNEAD. TERTIAE,
LIBER IX.

Ἐπισκέψεις διάφοροι.

De diuersis considerationibus ad auctorem mundi, & ad ipsum bonum pertinentibus.

1 *Mundi faber est intellectus primus ideas in seipso cōtemplans considerationem vnam continet.*

MENS (vt scribitur in Timæo) ideas in eo quod viuens est, insitas cōtuetur. Hinc mundi artifex cogitauisse dicitur in hoc mundo includere, quæ mens in eo quod viuens siue animal est, contēplatur. Numquid igitur inquit, iam species esse super mentem, easq́; iam existentes, mentem inspicere? Principio igitur ipsum quod viuens vel animal dicitur, quærendum est, num fortè non sit intellectus, sed ab intellectu diuersum. Quod enim contemplatur, est intellectus: Ipsum igitur viuens, non intellectus quidem, sed intelligibile potius nominabimus, dicemusq́; intellectum extra se habere quæ cernit. Quocirca simulachra quædam, non res veras habebit, si modò vera illic existūt. Illic enim & veritatem esse ait, in ipso scilicet ente, vbi ipsum vnumquodq; regnat. Forsan verò quamuis alterum sit vtrumq;, non tamen inter se segregata sunt, sed solùm quatenus aliud, hoc est quàm illud. Deinde nihil prohibet, quantum pertinet ad id quod dicitur, ambo vnum existere, solùm verò per intelligentiam inter se diuisa: siquidem solum ipsum se habet vt ens, idque partim quidem intelligibile, partim etiam & intelligens. Vbi enim dicitur intellectus intuetur ideas, nō significat omnino in alio contueri, sed in seipso intelligibile possidere. An fortè nihil prohibet ipsum intelligibile esse etiam intellectum, sed in statu, vnitate, quiete: naturā verò intellectus inspicientis, intellectum illū in seipso manentem esse actum quendam ab illo manātem, qui suspicit illum? Et dum eum suspicit quasi illū euadere, intellectumque illius existere, quatenus intelligit ipsum: ac dum illum intelligit, ipsum quoq; intellectum & intelligibile aliter esse, propterea quòd imitatur? Hoc igitur est quod excogitat, quæ ibi cernit, in hoc mundo facere animalium genera quatuor. Videtur tamen ibi Plato ipsum excogitātem modo quodam occulto tanquam diuersum à duobus illis inducere: alijs verò videbitur, tria hæc vnum existere, ipsum quod est viuens, & intellectus, & qui excogitat. An fortè sicut in multis, ille proponit aliter, hic verò aliter intelligit esse tria? Iam verò duo dicta sunt: at tertium quidnam est? Quod

ΝΟΥ͂Σ φησιν ὁρᾷ ἐνούσας ἰδέας, ἐν τῷ ὅ ἐστι ζῶον. εἶτα διενοήθη φησὶν ὁ δημιουργὸς ἃ ὁ νοῦς ὁρᾷ ἐν τῷ ὅ ἐστι ζῶον, καὶ τόδε τὸ πᾶν ἔχειν. οὐκοῦν φησὶν ἤδη εἶναι τὰ εἴδη πρὸ τοῦ νοῦ, ὄντα δὲ αὐτὰ νοεῖν τὸν νοῦν: πρῶτον οὖν ἐκεῖνο, λέγω δὲ τὸ ζῶον, ζητητέον εἰ μὴ νοῦς, ἀλλ᾽ ἕτερον νοῦ. τὸ γὰρ θεωροῦν, νοῦς: τὸ τοίνυν ζῶον αὐτὸ, οὐ νοῦς, ἀλλὰ νοητὸν αὐτὸ φήσομεν: καὶ τὸν νοῦν ἔξω φήσομεν αὐτοῦ, ἃ ὁρᾷ ἔχειν. εἴδωλα ἄρα, καὶ οὐ τ᾽ ἀληθῆ ἔχει, εἰ ἐκεῖ τ᾽ ἀληθῆ. ἐκεῖ γὰρ καὶ τὴν ἀλήθειαν φησὶν εἶναι ἐν τῷ ὄντι, οὗ αὐτὸ ἕκαστον. ἢ καὶ ἕτερον ἑκάτερον, οὐ χωρὶς ἀλλήλων, ἀλλ᾽ ἢ μόνον τῷ ἕτερα. ἔπειτα οὐδὲν κωλύει, ὅσον ἐπὶ τῷ λεγομένῳ ἓν, εἶναι ἄμφω, διαιρούμενα δὲ τῇ νοήσει: εἴπερ μόνον ὡς ὄν, τὸ μὲν νοητὸν, τὸ δὲ νοοῦν. ὃ γὰρ καθορᾷ, οὐ φησὶν ἐν ἑτέρῳ πάντως, ἀλλ᾽ ἐν αὐτῷ, τῷ ἐν αὐτῷ τὸ νοητὸν ἔχειν. ἢ τὸ μὲν νοητὸν, οὐδὲν κωλύει καὶ νοῦν εἶναι ἐν στάσει καὶ ἑνότητι καὶ ἡσυχίᾳ. τὴν δὲ τοῦ νοῦ φύσιν, τοῦ ὁρῶντος ἐκεῖνον τὸν νοῦν τὸν ἐν αὐτῷ, ἐνέργειαν τινὰ ἀπ᾽ ἐκείνου, ἣ ὁρᾷ ἐκεῖνον: ὁρῶντα δὲ ἐκεῖνον, οἷον ἐκεῖνον εἶναι νοῦν ἐκείνου, ὅτι νοεῖ ἐκεῖνον. νοοῦντα δὲ ἐκεῖνον, καὶ αὐτὸν νοῦν καὶ νοητὸν ἄλλως εἶναι, τῷ μεμιμῆσθαι. τοῦτο οὖν ἐστι τὸ διανοηθὲν, ἃ ἐκεῖ ὁρᾷ, ἐν τῷ δὲ τῷ κόσμῳ ποιῆσαι ζώων γένη τέσσαρα. δοκεῖ γε μὴν τὸ διανοούμενον ἐπικεκρυμμένως, * ἕτερον ἐκείνων τῶν δύο ποιεῖν: ἄλλοις δὲ δόξει τὰ τρία, ἓν εἶναι: τὸ ζῶον αὐτὸ ὅ ἐστιν, ὁ νοῦς, τὸ διανοούμενον. ἢ, ὥσπερ ἐν πολλοῖς προτείνων ἄλλως, ὁ δὲ ἄλλως νοεῖ τρία εἶναι. καὶ τὰ μὲν δύο εἴρηται: τὸ δὲ τρίτον, τί;

* ἴτιεν

ὃ διενοήθη τὰ ὁρώμενα ὑπὸ τοῦ νοῦ ἐν τῷ ζώῳ κείμενα, αὐτὸ ἐργάσασθαι καὶ ποιῆσαι καὶ μερίσαι. ἢ δυνατὸν τρόπον μὲν ἄλλον, τὸν νοῦν εἶναι τὸν μερίσαντα: τρόπον δὲ ἕτερον, τὸν μερίσαντα, μὴ τὸν νοῦν εἶναι. ᾗ μὲν γὰρ παρ' αὐτοῦ τὰ μερισθέντα, αὐτὸν εἶναι τὸν μερίσαντα: ᾗ δ' αὐτὸς ἀμέριστος μένει, τὰ δ' ἀπ' αὐτοῦ ἐστι τὰ μερισθέντα, ταῦτα δὲ ἐστι ψυχαὶ, ψυχὴν εἶναι τὴν μερίσασαν εἰς πολλὰς ψυχάς. διὸ καὶ φησι, τοῦ τρίτου εἶναι τὸν μερισμόν: καὶ ἐν τῷ τρίτῳ, ὅτι διενοήθη: ὃ, οὐ νοῦ ἔργον ἡ διάνοια, ἀλλὰ ψυχῆς μεριστὴν ἐνέργειαν ἐχούσης ἐν μεριστῇ φύσει.

ΟἿΟΝ γὰρ μιᾶς ἐπιστήμης τῆς ὅλης ὁ μερισμὸς, εἰς τὰ θεωρήματα τὰ καθέκαστα οὐ σκεδασθείσης, οὐδὲ κατακερματισθείσης: ἔχει δὲ ἕκαστον δυνάμει τὸ ὅλον, οὗ τὸ αὐτὸ ἀρχὴ καὶ τέλος: καὶ οὕτω χρὴ παρασκευάζειν αὐτὸν, ὡς τὰς ἀρχὰς τὰς ἐν αὐτῷ, καὶ τέλη εἶναι, καὶ ὅλα: καὶ πάντα εἰς τὸ τῆς φύσεως ἄριστον, ὁ γενόμενος ἔστιν ἐκεῖ. τούτῳ γὰρ τῷ ἀρίστῳ αὐτοῦ ὅταν ἔχῃ, ἅψεται ἐκείνου: ἡ, πᾶσα ψυχὴ, οὐδαμοῦ ἐγένετο. οὐδὲ ἦλθεν. οὐ γὰρ ἦν ὅπου, ἀλλὰ τὸ σῶμα γειτονῆσαν, μετέλαβεν αὐτῆς, διὸ οὐκ ἐν τῷ σώματι. οὐδ' ὁ πλάτων φησί που, ἀλλὰ τὸ σῶμα εἰς αὐτήν. αἱ δ' ἄλλαι ἔχουσιν ὅθεν: ἀπὸ γὰρ ψυχῆς. καὶ εἰς ὃ καὶ κατελθεῖν, καὶ μετελθεῖν: ὅθεν, καὶ ἀνελθεῖν, ἡ δ' ἀεὶ ἄνω ἐν ᾧ πέφυκεν εἶναι ψυχή. τὸ δὲ ἐφεξῆς, τὸ πᾶν: οἷον τὸ πλησίον, ἢ τὸ ὑφ' ἡλίῳ. φωτίζεται μὲν οὖν ἡ μερικὴ, πρὸς τὸ πρὸ αὐτῆς φερομένη. ὄντι γὰρ ἐντυγχάνει. εἰς δὲ τὸ μετ' αὐτὴν, εἰς τὸ μὴ ὄν: τοῦτο δὲ ποιεῖ, ὅταν πρὸς αὐτήν. πρὸς αὐτὴν γὰρ βουλομένη, τὸ μετ' αὐτὴν ποιεῖ εἴδωλον αὐτῆς, τὸ μὴ ὄν. οἷον κενεμβατοῦσα, καὶ ἀοριστοτέρα γινομένη. καὶ τούτου τὸ εἴδωλον τὸ ἀόριστον, πάντη σκοτεινόν. ἄλογον γὰρ, καὶ ἀνόητον πάντη, καὶ πολὺ τοῦ ὄντος ἀποστατοῦν. εἰς δὲ τὸ μεταξύ ἐστιν ἐν τῷ οἰκείῳ, πάλιν δὲ ἰδοῦσα, οἷον δευτέρᾳ προσβολῇ, τὸ εἴδωλον ἐμόρφωσε, καὶ ἡσθεῖσα, ἔρχεται εἰς αὐτό.

ΠΩ͂Σ οὖν ἐξ ἑνὸς πλῆθος; ὅτι πανταχοῦ. οὐ γάρ ἐστιν ὅπου οὐ. πάντα οὖν πληροῖ. πολλὰ οὖν: μᾶλλον δὲ πάντα ἤδη. αὐτὸ μὲν γὰρ εἰ μόνον πανταχοῦ, αὐτὸ ἂν ἦν τὰ πάντα. ἐπεὶ δὲ καὶ οὐδαμοῦ, γίνεται μὲν τὰ πάντα δι' αὐτὸ, ὅτι πανταχοῦ ἐκεῖνος. ἕτερα δὲ αὐτοῦ, ὅτι αὐτὸς οὐδαμοῦ. διατί οὖν αὐτὸς οὐ μόνον πανταχοῦ, ἀλλ'

A Quod deliberauit inſpecta ab intellectu ſpectacula in ipſo viuente poſita, operari, facere, diſtribuere. An fortè poſsibile eſt modo quidem alio intellectum eſſe diſtributorem, alio verò modo diſtributorem non eſſe mentem? Qua enim ratione ab ipſa mente procedunt quæ diuiduntur, ipſam diuidentem eſſe: qua verò ipſa permanet indiuiſa, quæ verò ab ea ſunt, diuiduntur, ipſæ ſcilicet animæ animam eſſe in animas plures diſtributricem. Quamobrem tertij B cuiuſdam inquit eſſe partitionẽ, atq; in tertio, cui aſsignatum eſt cogitationis officium: non autem eſt mentis officium cogitatio, ſed munus animæ partibilem actionem habẽtis in natura partibili.

PROINDE ſicut tota quędam vna ſcientia in propoſitiones ſiue notiones ſingulas diſtribuitur, neque tamen ſecatur, vel in ſegregatas diſtrahitur portiones, ſed habet vnumquodq; in potentia totum, vbi idem eſt principium atque finis: ſic profectò comparare ſeipſum oportet, vt principia ſibi inſita & fines ſint & tota: atq; omnia deniq; in ipſum naturæ optimum redigantur. Quãdo enim vnuſquiſq; hoc ipſum euaſit, iam illic habitat: nempe hoc ipſo ſui optimo, quando ei ſe iam inſinuauit, protinus attingit & illud. Vniuerſa quidẽ anima nuſquam facta eſt, neque progreſſa: neque enim erat quo progredi poſſet: ſed proximum D ei corpus effectum, participauit eam. ideoque anima nõ eſt in corpore: neq; id Plato vſquam dixit: ſed corpus in anima eſt aduectum. Cæteræ verò animæ habent vnde veniant: ab anima enim ipſa veniunt. Habent prætetea ad quod & deſcendant, atq; pertranſeant: habent & vnde regrediantur. Anima verò totius ſuperiorẽ ſemper habitat regionem, vbi quidẽ eſſe ipſius animæ fert natura. Quod verò ſubeſt vniuerſum, ita ſubiecta propinquitate viuificatur, ſiE cut perſpicuum corpus Soli ſubiectum illuminatur. Illuſtratur quidem particularis anima cum ad ſuperius confugit: enti enim ipſi illic occurrit: quando verò labitur ad inferius, in nõ ens delabitur: id verò agit, quando deſcendit in ſemetipſam. Affectans enim ſeipſam ex alto in ſe recipere, quod poſt ipſam ſequitur iam facit, ſuum, videlicet ſimulachrum, quod & non ens appellamus. Quaſi enim delabitur per inane & indeterminata illic euadit. atque ſimulaF chri huius ſimulachrum indefinitum eſt, penituſq; obſcurum. Eſt enim rationalis omnis intellectualiſq; naturæ penitus expers, & ab ipſo ente longiſsimè diſtans. Interea verò quaſi per media domeſticam habitat ſedem: at rurſus inferiora proſpiciens quaſi ſecũdo quodam oculorum iactu ſimulachrum format, & hoc opificio delectata intrat in ipſum.

II Tres continet conſiderationes de anima, quomodo aſcendat ad Deum, & quomodo deſcendat ad corpus.

QVO igitur modo ex vno multitudo progreditur? quoniã ipſum vnum eſt vbiq;. Neq; G enim alicubi tantùm eſt, neque vbi non ſit, locus eſt vllus. Implet igitur omnia. Iam igitur multa: potius autem iam omnia ſpeciesque omnes. Si enim ipſum eſſet vbique tantùm, ipſum eſſet omnia: at quoniam etiam nuſquam eſt, fiunt quidem per ipſum omnia, quoniam eſt vbique: diuerſa verò ab ipſo, quoniam eſt & nuſquam. Cur nam igitur ipſum non ſolùm eſt vbique, ſed

III. Quinq; habet conſiderationes de Deo, quomodo eſt ſuper omnia & in omnibus: & de intellectu ſemper in actu, et quod Deus eſt ſuper intellectum.

A præterea nuſquam ? nempe quia oportet ſuper omnia vnum eſſe. Quamobrem neceſſe eſt ipſum implere & facere cuncta, neque tamen omnia hæc eſſe quæ facit. Tum verò animam ipſam oportet quaſi viſum eſſe, huic autem viſibile eſſe mentem: viſum inquam indeterminatum antequam videat: natum verò ad videndum atque intelligendum, talemque eſſe, vt ad mentem materia ſit. Quando intelligimus nos ipſos, inſpicimus naturam intelligentem: alioquin circa intelligentiam mentire- B mur. Si ergo intelligimus, ipſique nos intelligimus, profectò naturã exiſtentem intellectualem intelligimus. Quamobrem ante hanc intelligentiam altera intelligentia eſt quaſi quieta: nempe & eſſentiæ intellectio eſt, & intellectio vitæ. iccirco ante hanc altera quædam eſt eſſentia videlicet atque vita. Hæc itaq; nouerunt quotcunque ſunt actus. Quòd ſi intellectus ipſi ſunt actus, ſic in intelligendo ſe conſiſtentes, ipſi veri nos intus intelligibile C poſsidemus. Intellectio verò noſtrũm fert imaginem. Primum omnium principium, poteſtas eſt motionis & ſtatus: ideoque ſuper hæc exiſtit. Quòd verò ſecundum eſt, quieſcit circa ipſum, atque mouetur. Ad ſecundum autem pertinet intellectus. Aliud namque exiſtens, ad aliud intelligentiam dirigit: illud verò non habet intelligentiam. Quod enim eſt intelligens, duplex iam eſt, ſeque ipſum intelligit: ob idque etiam eſt egenum, quoniam D non in ſubſtantia, ſed in actu intelligendi proprium habet bonum. Cum eo quod in actu eſt, congruit illud quod ex potentia prodit in actum: quod quidem idem eſt ſemper, quamdiu eſt. Quapropter ſimiliter eſt & perfectum: atque eiuſmodi quiddam corporibus quoque conuenit, velut igni, non poteſt tamen ſemper eſſe, quoniam cum materia eſt. quod autem actus eſt, neque eſt compoſitum, ſemper eſt. Poteſt autem quod actu eſt, idem quoque E ſecundum aliud quiddam in potentia eſſe: ſed neque dij in ſublimi ad entia incumbentes, primum ipſum ſunt: mens autem entia eſt, vbi eſt & motus & ſtatus. Iam verò ipſum primum circa aliquid aliud non verſatur, ſed cætera circa ipſum conquieſcentia permanent, & mouentur. Motus enim appetitio eſt, illud autem nihil appetit. Quid enim appetat quod eſt ſummum ? An igitur neque ſeipſum quidem intelliget? Forſan qua ratione ſeipſum F habet, omnino etiam dicitur intelligere. Fortè etiam potius, non ob id quòd ſeipſum quid habeat, dicitur intelligere, ſed ob id quod ſuſpiciat primùm. Eſt autem hæc actio prima & ipſa intelligentia. Si igitur hæc prima eſt, nullam oportet eſſe priorem. Quod igitur hanc præbet, ſuper hanc exiſtit: poſt illud igitur intelligentia ſequitur. Non enim eſt ipſum primo venerandum, intelligentia. Neque igitur intelligentia quælibet veneranda, ſed duntaxat intellectio boni: itaque ſuper intelligentiam eſt ipſum bonum. An igitur nec etiam ſeipſum animaduertet ? Quid ergo ? Eſt ne bonum antequam ſeipſum animaduertat ? An nondum eſt bonum ? Si enim bonum eſt, iam eſt ante animaduerſionem ipſum bonum: ſi autem animaduerſio facit bonum, non eſt ante hanc ipſum bonum: quapropter

A αὖ πρὸς τούτῳ, καὶ οὐδαμοῦ; ὅτι δεῖ πρὸ πάντων ἓν εἶναι. πληροῦν οὖν δεῖ αὐτὸν, καὶ ποιεῖν πάντα: οὐκ εἶναι τὰ πάντα, ἃ ποιεῖ. τὴν ψυχὴν αὐτὴν δεῖ, ὥσπερ ὄψιν εἶναι, ὁρατὸν δὲ αὐτῇ τὸν νοῦν εἶναι: ἀόριστον, πρὶν ἰδεῖν, πεφυκυῖαν δὲ νοεῖν: ὕλην πρὸς νοῦν. νοοῦντες αὐτοὺς βλέπομεν δηλονότι νοοῦσαν φύσιν, ἢ ψευδοίμεθα ἂν τὸ νοεῖν. εἰ οὖν νοοῦμεν, καὶ ἑαυτοὺς νοοῦμεν, νοερὰν οὖσαν φύσιν νοοῦμεν. B πρὸ ἄρα τῆς νοήσεως ταύτης, ἄλλη ἐστὶ νόησις, οἷον ἥσυχος: καὶ οὐσίας δὲ ἡ νόησις, καὶ ζωῆς νόησις. ὥστε πρὸ ταύτης τῆς ζωῆς καὶ οὐσίας, ἄλλη οὐσία καὶ ζωή. ταῦτα ἄρα εἶδεν, ὅσα ἐνέργειαι. εἰ δὲ νόες αἱ ἐνέργειαι αἱ κατὰ τὸ νοεῖν οὕτως ἑαυτούς, τὸ νοητὸν ἡμεῖς * οἱ ὄντως. ἡ δὲ νόησις ἡ αὐτῶν, τὴν εἰκόνα φέρει. τὸ μὲν πρῶτον, δύναμίς ἐστι κινήσεως καὶ στάσεως, ὥστε C ἐπέκεινα τούτων. τὸ δὲ δεύτερον, ἕστηκέ τε καὶ κινεῖται περὶ ἐκεῖνο, καὶ νοῦς δὲ περὶ τὸ δεύτερον. ἄλλο γὰρ ὂν, πρὸς ἄλλο ἔχει τὴν νόησιν: τὸ δὲ νόησιν οὐκ ἔχει. διπλοῦν δὲ τὸ νοοῦν, καὶ αὐτὸ νοῇ, καὶ ἐλλειπές, ὅτι ἐν τῷ νοεῖν ἔχει τὸ εὖ, οὐκ ἐν τῇ ὑποστάσει. τῷ ἐνεργείᾳ παντὶ τῷ ἐκ δυνάμεως εἰς ἐνέργειαν, ὅ ἐστι ταὐτὸν ἀεί, ἕως ἂν ᾖ. ὥστε καὶ τὸ τέλειον, καὶ τοῖς D σώμασιν ὑπάρχει: οἷον, τῷ πυρί. ἀλλ' οὐ δύναται ἀεὶ εἶναι, ὅτι μεθ' ὕλης. ὃ δ' ἂν ἀσύνθετον ὂν ἐνέργεια ᾖ, ἀεὶ ἐστιν. ἔστι δὲ τὸ αὐτὸ ἐνέργεια ὂν, δυνάμει κατ' ἄλλο εἶναι: ἀλλ' οὐ θεοὶ τὸ πρῶτον ἐπ' ἐκεῖνα ὄντες: ὁ γὰρ νοῦς τὰ ὄντα, καὶ ἔστι κίνησις ἐνταῦθα, καὶ στάσις. περὶ οὐδὲν γὰρ αὐτὸ τὸ πρῶτον. τὰ δὲ ἄλλα, περὶ αὐτὸ ἀναπαυόμενα ἕστηκε, καὶ κινεῖται. ἡ γὰρ κίνησις, ἔφεσις: τὸ δὲ, οὐδενὸς ἐφίεται. τίνος E γὰρ τό γε ἀκρότατον, οὐ νοεῖ οὖν οὐδὲ ἑαυτό; ἢ ᾗ ἔχει ἑαυτὸ, καὶ νοεῖν ὅλως λέγεται: ἢ τῷ ἔχειν ἑαυτὸ, οὐ νοεῖν λέγεται, ἀλλὰ τῷ πρὸς τὸ πρῶτον βλέπειν. ἔστι δὲ πρώτη ἐνέργεια, καὶ αὐτὴ ἡ νόησις. εἰ οὖν αὕτη πρώτη, οὐδὲ μίαν δεῖ προτέραν. τὸ οὖν παρέχον ταύτην, ἐπέκεινα ταύτης: ὥστε, δευτέρα ἡ νόησις μετ' ἐκεῖνο. οὐ δὲ γὰρ τὸ πρώτως σεμνὸν ἡ F νόησις. οὔκουν οὐδὲ πᾶσα, ἀλλ' ἡ τοῦ ἀγαθοῦ: ἐπέκεινα ἄρα νοήσεως, τἀγαθόν. ἀλλ' οὐ παρακολουθήσει αὐτῷ. τί οὖν ἡ παρακολούθησις αὐτῷ, ἀγαθοῦ ὄντος ἢ οὔ; εἰ μὲν γὰρ ὄντος, ἤδη ἐστὶ πρὸ τῆς παρακολουθήσεως τἀγαθόν. εἰ δ' ἡ παρακολούθησις ποιεῖ, οὐκ ἂν εἴη πρὸ ταύτης τὸ ἀγαθόν:

* νόητοι.

ὥς τε οὐδ' αὐτὴ ἔσται, μὴ οὖσα, ἀγαθοῦ. τί οὖν, οὐδὲ ζῇ; ἢ ζῆν μὲν οὐ λεκτέον, εἴπερ ζωὴν δίδωσι. τὸ δὲ παρακολουθοῦν ἑαυτῷ, καὶ τὸ νοοῦν αὐτὸ, δεύτερον· παρακολουθεῖ γὰρ, ἵνα τῇ ἐνεργείᾳ ταύτῃ συνῇ αὐτῷ. δεῖ οὖν εἰ καταμανθάνει αὐτὸ, ἀκαταμάθητον τετυχηκέναι εἶναι αὐτοῦ, καὶ τῇ αὐτοῦ φύσει ἐλλειπὲς εἶναι, τῇ δὲ νοήσει τελειοῦσθαι. τὸ ἄρα κατανοεῖν ἐξαιρετέον. ἡ γὰρ προσθήκη, ἀφαίρεσιν καὶ ἔλλειψιν ποιεῖ.

A pter nec ipſa erit, cum non ſit boni. Quid ergo? An neq; etiam viuit? Fortè non eſt dicendum viuere, ſiquidem ipſum præbet vitam. Quod autem ſeipſum animaduertit atque intelligit, ſecundum obtinet gradũ: Animaduertit enim vt tali quodam actu ſibi ipſi cohæreat. Oportet igitur ſi apprehendit ſeipſum, contigiſſe quodammodo, vt ſe nequaquam apprehenderet, & vt ſuapte natura imperfectum ſit, ſed intelligendo perficiatur. Tollenda igitur ab ipſo B bono ſui ipſius apprehenſio: adiunctio namq; omnis ablationem inducit atq; defectum.

MARSILII FICINI IN LIB. PRIMVM ET SECVNDVM IIII. ENNEADIS, DE ANIMA, COMMENTARIVS.

SVMMMA LIBRORVM.

Intellectus primus eſt eſſentia prima, â quo & in quo ſunt ſemper intellectus alij. Item quomodo anima ſit indiuidua ſimul atque diuidua.

QVONIAM quæ hic Plotinus de anima diſſerit, alibi latius pertractauimus, præſertim in primo, & tertio, & ſeptimo theologiæ libro, ideo hic breuiter attingemus. Generatio ſemper contendit ad eſſe: primò quidem ad eſſe nudum, deinde ad eſſe viuum, poſt hæc ad eſſe quod dicitur ſenſuale, deniq; ad eſſe intellectuale tanquam ſummum, vbi anima intellectualis ad corporis deſcendit commertium. eiuſmodi verò eſt ordo eſſentiæ vel eſſendi in generationis gradibus acquiſitus. Super hunc ordinem extat ordo eſſentiæ in æternis gradibus vniuerſi, in quo ſummum tenet velut principium ipſe ſimpliciter intellectus: à quo intellectus animalis in generatione deſcendens ſummum tenet in toto generationis ordine tanquam finis, non quidem ſimpliciter generatione factus; ſed accommodatus corpori ad prouidentiam totius explendam. Eſt autem ipſe ſimpliciter intellectus vbiq; totus: ſunt & in eo non ſolùm per ideas, verùm etiam per proprias (vt ita dixerim) exiſtentias intellectuales animæ, ſecundũ intellectualem ſibi propriam facultatem, etiam dum ſunt in corpore. Quemadmodum lineæ à centro ad circumferentiam vſq; productæ, non diſcedunt à centro dum attingunt circumferentiam, & radij non relinquentes ſolem interim terrena contingunt: atq; ſicut lineæ radijq; extra prominentes inter ſe loco diſtant, in ipſo tamen principio ſunt loco ſimul: Sic animæ apud nos ſecundum corpora ſitu diſtantes, ibidem ſunt omnes ſecundum intellectum in mente diuina: ſecundum intellectus inquam ſuos, illic inter ſe differentes, ſicut & linearum radiorumq; termini inter ſe ſunt alij, etiam vbi centrum ſolemq; contingunt. Hinc effici vult Plotinus, vt intellectus prophetæ hominiſq; abſtracti, & ſi in Oriente tantùm videatur eſſe, proſpiciat tamen quæ fiunt in Occidente, atq; ex vno quodam loco miraculoſum aliquid agat in alio, & cogitatione affectioneq; ſua clam moueat alios: quia videlicet intellectus omnes in ſe inuicem, & vbique ſunt: quandoquidem ſunt ſemper in ſimplici mente diuina, tota ſemper vbiq; præſente. Qua quidem præſentia & Deus percipiat preces, & homines cum Deo familiariſſimè colloquantur. Eſſe quoq; vult intellectus eiuſmodi familiares hominum dæmones, aſſiduoſq; duces ſingulis ſingulos attributos. Nam externi dæmones fortè non adeò poſſunt ſinguli hominibus ſingulis adhiberi. Cenſet Platonem, vbi ait in Timæo animam componi ex eſſentia quadam indiuidua, itemq; diuidua circa corpora, primam eſſentiam intellexiſſe intellectualem animæ poteſtatem, nunquam ad corpora declinantem: ſecundam verò illam animæ naturam, quæ corpori ſe prorſus accommodat, quæ tamen interim indiuidua dicitur: quoniam & anima corpori copulata quantumcunq; membra corporis inter ſe diſtent, ipſa à ſeipſa non diſtat: quippe cum eadem in quolibet membro ſit tota: ita verò ſe habere vtranq; (vt diximus) animæ facultatem, tum in anima noſtra, tum etiam & in anima mundi. Cæterùm cum dicat intellectum & mundi & hominis omnibus ſui corporis membris eſſe præſentem: itemq; diuinum intellectum partibus mundi cunctis adeſſe, cur non ex hoc ſaltem dicitur ita per corpus eſſe diuiſus, vt anima? quia videlicet intellectus quilibet ſua præſentia nihil tribuit corpori, niſi per animam: vt videatur adeſſe potius, quàm ineſſe. Præterea intellectus æquè ſe habet in qualibet corporis portione, vt videatur penitus indiuiſus: anima verò aliam ſui uim actionemq; in hoc membro, aliam in alio exercet, vitamq; & ſenſum atq; motum per diuerſos gradus corporis ſui membris accommodat, itaque diuiſa quodammodo videtur in corpore. In ſecundo hic de anima libro notabis Endelechiam illam Ariſtotelicam, qua anima dicitur actus & perfectio corporis, accipi poſſe etiam apud Ariſtotelem non ſolùm pro forma, & anima à corpore inſeparabili, ſed etiam pro ea quæ ſit à corpore ſeparabilis. Proinde conſiderabis quod propriè diuiditur, id in ſubſtantia diuidi: quod verò mouetur, poſſe moueri quidem propriè, ſecundũ accidentia eius & qualitates atq; modos, interim tamen ſubſtantia permanere: ideoq; diuiſione potius quàm motu attingi ſubſtantiã, atq; lædi. Cum verò in ipſo rerũ deſcenſu bonum quidẽ exordiatur à ſummo, malumúe à minimo, meritò deſcendendo rẽ propriè mobilem prius quàm propriè diuiſibilẽ reperimus. Igitur ſub intellectu diuino, qui & indiuiduus eſt penitus, & immobilis, inuenimus animã indiuiſibilem quidem, quamuis propriè mobilem: deinde formam qualitatemq; corpoream vndiq; mobilem atq; diuiſam. Demum corpus, quod & huius diuiſionis origo eſt, ac velut iners aliunde mouetur.

Quando

Quando verò animam diuiſibilem dicimus, non propriè, vt de corpore atq; etiam qualitate, ſed impropriè loquimur, intelligentes non quidem ſectam ſecundum corporis ſectiones vt qualitas, ſed accommodatam corpori mobili diuiſoq;, viresq; ſuas, & actus, & dona alijs membris aliter diſtribuere. Notabis interea molem formamq; corpoream, natura ſua penitus diſsipabilem, tum in nobis tum in mundo non poſſe aliter colligari, quàm ab anima, quæ non ſit æquè diuiſa, ſed in qualibet parte ſit tota. Item mundi animam quatenus in ſe multitudinem habet virium atque formarum, quodammodo mobilem eſſe accommodatam ad corpus mundi viuificandum: accommodatam inquam ab ipſa mente diuina immobili quidem omnino, habente tamen multitudinem in ſe formarum, quamuis non vſq; ad minima differentium ibi ſicut in anima differunt. Itē quatenus & in mente diuina primùm, & deinde in anima mundi regnat vnitas, vigetq; ſimplicitas eminens, inde ratione quadam intellectuali ſapienterq; omnia regi. Conclude quinq; hic rerum gradus: Ipſum bonum vnum in ſe tantum eſt, diuina mens, vnum, multa, anima tum mundi, tum noſtra vnum in ſe eſt, atq; multa. Qualitas formaq; corporea quælibet multa in ſe eſt & vnum: corporis ipſa moles non vnum iam ſecundum ſe, ſed multa cenſetur. Reliqua in Theologia (vt diximus) exponuntur.

LIBRORVM QVARTAE ENNEADIS PHILOSOPHI PLOTINI SERIES, MARSILIO FICINO INTERPRETE.

Primus liber de eſſentia animæ ſummatim.
Secundus de eſſentia animæ diſtinctius.
Tertius de dubijs animæ.
Quartus itē de dubijs animę.
Quintus iterū de dubijs animæ, vel de viſione.
Sextus de ſenſu & memoria.
Septimus de immortalitate animæ.
Octauus de deſcenſu animæ in corpora.
Nonus vtrum omnes animæ ſint vna anima.

ΠΛΩΤΙΝΟΥ ΕΝΝΕΑΔΟΣ Δ, ΛΟΓΟΣ Α.

PLOTINI ENNEAD. QVARTAE, LIBER I.

ΠΕΡΙ' οὐσίας ψυχῆς.

De eſſentia animæ ſummatim.

Intellectus primus eſt eſſentia prima, à quo & in quo ſunt ſemper intellectus alij. Item quomodo anima ſit indiuidua ſimul atq; diuidua.

A IN mundo intelligibili regnat eſſentia vera, cuius præſtantiſsimum eſt intellectus: animæ autem & illic adſunt, inde nanque venerunt & hūc in mundum. Ille quidem mundus animas habet B abſque corporibus: hic autem iam corporibus inſitas diuiſasque per corpora. Illic ſanè ſimul eſt intellectus omnis, neque diſcretus neq; diuiſus: ſimul & vno in mundo ſunt animæ, nec ex vllis locorum interuallis diſtantiam patiuntur. Intellectus igitur indiſcretus indiuiſusque eſt ſemper, ſed anima illic quidem indiſcreta indiuiſaque viuit: habet verò naturam diuiſionis cuiuſdam capacem.

ΕΝ τῷ κόσμῳ τῷ νοητῷ ἡ ἀληθινὴ οὐσία. νοῦς, τὸ ἄριστον αὐτοῦ: ψυχαὶ δὲ κἀκεῖ. ἐκεῖθεν γὰρ καὶ ἐνταῦθα. κἀκεῖνος ὁ κόσμος, ψυχὰς ἄνευ σωμάτων ἔχει. οὗτος δὲ, τὰς ἐν σώμασι γινομένας καὶ μερισθείσας τοῖς σώμασιν: ἐκεῖ δὲ ὁμοῦ μὲν νοῦς πᾶς καὶ οὐ διακεκριμένος, οὐδὲ μεμερισμένος. ὁμοῦ δὲ πᾶσαι ψυχαὶ, ἐν ἑνὶ τῷ κόσμῳ, οὐκ ἐν διαστάσει τοπικῇ. νοῦς μὲν οὖν ἀεὶ ἀδιάκριτος, καὶ οὐ μεριστός: ψυχὴ δὲ ἐκεῖ ἀδιάκριτος καὶ ἀμέριστος: ἔχει δὲ φύσιν μερίζεσθαι. καὶ

καὶ γὰρ ὁ μερισμὸς αὐτῆς, τὸ ἀποστῆναι, καὶ ἐν σώμασι γενέσθαι· μεριστὴ οὖν εἰκότως περὶ τὰ σώματα λέγεται εἶναι, ὅτι οὕτως ἀφίσταται, καὶ μεμέρισται. πῶς οὖν καὶ ἀμέριστος; οὐ γὰρ ὅλη ἀπέστη, ἀλλ' ἔστι τι αὐτῆς οὐκ ἐληλυθὸς, ὃ οὐ πέφυκε μερίζεσθαι. τὸ οὖν ἐκ τῆς ἀμερίστου, καὶ τῆς περὶ τὰ σώματα μεριστῆς ταὐτὸν, τῷ ἐκ τῆς ἄνω καὶ κάτω οὔσης, καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἐξημμένης, ῥυείσης δὲ μέχρι τῶνδε, οἷον γραμμῆς ἐκ κέντρου. ἐλθοῦσα δὲ ἐνθάδε, τούτῳ τῷ μέρει ὁρᾷ, ὡς καὶ αὐτῷ τῷ μέρει σώζει τὴν φύσιν τοῦ ὅλου. οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα μόνον μεριστὴ, ἀλλὰ καὶ ἀμέριστος. τὸ γὰρ μεριζόμενον αὐτῆς, ἀμερίστως μερίζεται. εἰς ὅλον γὰρ τὸ σῶμα δοῦσα αὐτὴν, καὶ μὴ μερισθεῖσα, τῷ, ὅλη εἰς ὅλον ἐν παντὶ εἶναι μεμέρισται.

A Eius namq; partitio est, illinc abesse atq; distare, corporibusq; coniungi: quapropter non iniuria esse dicitur circa corpora diuisibilis. Ita enim abest & distat, partitionemq; nonnullam admittit. quodam modo igitur etiam impartibilis est. Nō enim illinc tota discedit, sed etiam superest ipsius aliquid, quod ad inferiora non venit, cuius natura nullam subire potest partitionem. Quod igitur in Timæo dicitur, animã essentia quadam indiuidua & quadã circa cor-B pora diuisibili esse compositam, idem est, atque si diceretur, animam essentia quadam constare, partim quidem apud superos permanente, partim verò ad inferiora vergente, quę quidem simul & inde pendeat, & se interim ad hæc vsq; propaget, non aliter quàm ex centro linea protẽdatur. Ad hæc verò profecta hac insuper parte, euidenter totius seruat naturam: nam & hic non solùm partibilis est, sed etiam impartibilis: siquidem quod in ipsa diuisum in partes dicitur, modo quodam indiuiso est diuisum. Per totum enim se corpus fundens, nec diuisa quidẽ ex eò quod tota est per totum, interim ex eo quod in toto est dicitur esse diuisa.

ΠΛΩΤΙΝΟΥ

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Δ,
ΛΟΓΟΣ Β.

PLOTINI

ENNEAD. QVARTAE,
LIBER II.

ΠΕΡΙ' οὐσίας ψυχῆς, ὃς πρὸ πάντων τῶν περὶ ψυχῆς λόγων ὀφείλει ἀναγινώσκεσθαι.

De essentia animæ.

A THN τῆς ψυχῆς οὐσίαν τίς ποτ' ἐστὶ ζητοῦντες, σῶμα οὐδὲν αὐτὴν δείξαντες εἶναι, οὐδὲ ἐν ἀσωμάτοις αὖ ἁρμονίαν: τό, τε τῆς ἐντελεχείας οὔτε ἀληθὲς οὕτως ὡς λέγεται, οὔτε δηλοτικὸν ὂν τοῦ τί ἐστιν ἀφέντες: καὶ μὴν τῆς νοητῆς φύσεως εἰπόντες καὶ τῆς θείας μοίρας εἶναι, τάχα μὲν ἄν τι σαφὲς εἰρηκότες εἴημεν περὶ τῆς οὐσίας αὐτῆς. ὅμως γε μὴν, προσωτέρω χωρεῖν βέλτιον. τό, τε μὲν οὖν διῃροῦμεν, αἰσθητῇ καὶ νοητῇ φύσει διαστελλόμενοι, ἐν τῷ νοητῷ τὴν ψυχὴν τιθέμενοι. νῦν δὲ, κείσθω μὲν, ἐν τῷ νοητῷ, κατ' ἄλλην δὲ ὁδὸν τὸ προσεχὲς τῆς φύσεως αὐτῆς μεταδιώκωμεν. λέγομεν δὴ, τὰ μὲν, πρώτως εἶναι μεριστὰ, καὶ τῇ αὐτῶν φύσει σκεδαστὰ: ταῦτα δὲ εἶναι, ὧν οὐδὲν μέρος *ταὐτὸν ἐστιν, οὔτε ἄλλῳ μέρει, οὔτε τῷ ὅλῳ: τό, τε μέρος αὐτῶν, ἔλαττον εἶναι δεῖ τοῦ παντὸς καὶ ὅλου. ταῦτα δέ ἐστι, τὰ αἰσθητὰ μεγέθη

ἐστιν.

SI quærẽtes quænam animæ essentia sit, ostenderimus eam neq; corpus esse, neque rursum in rebus incorporeis harmoniã: item qđ dicitur de endelechia, id est, actu quodam perfectioneque corporis prætermiserimus, quasi (vt verba sonant) minimè verum, neq; quid ipsa anima sit declarans. B Præterea si affirmauerimus eam naturæ intelligibilis esse fortisque diuinæ, forsan manifesti nonnihil de huius essentia in medium adduxerimus: attamen operæ pretium est vlterius progredi. Iam igitur per sensibilem & intelligibilem naturam facta sit distributio, animaque ipsa in mundo intelligibili fuerit collocata, in præsentia verò posita quidem sit in eo mundo, sed alia quadam via huius naturæ proprium indagemus. Dicimus itaque alia C quidem esse primò diuisibilia, & suapte natura dissipationi subiecta: talia verò esse, quorum pars nulla idem est vel alteri parti vel toti, & in quibus pars necessariò minor est omni atq; toto. Talia vtiq; sunt sensibiles magnitudines

Necesse est animam esse mediam inter intellectum diuinum & corporis qualitatem. Item animam esse in qualibet corporis parte totam. rursum de gradibus vniuersi.

atque moles, quorum quodlibet proprium occupat locum, neq; possibile est idem simul pluribus in locis existere. Alia verò quædam est essentia vicissim huic opposita nullo modo partitioni subiecta, partium expers, ideoque etiam impartibilis. Interuallum autem neque etiam per excogitationem accipiens, nō indigens loco, rebus nullis inhęrens, vel secundum partes, vel etiam secundū tota, vtpote quæ quasi cunctis simul incumbat rebus: non quidem vt substineatur ab eis, sed quoniā cætera seorsum ab ipsa esse neq; valeant neq; velint, tum essentia eiusmodi semper eodem modo se habet. Commune omniū gradatim sequētium firmamentum, & quasi in circulo centrum, à quo omnes ad circumferentiam lineæ ductæ continuè, nihilominus ipsum conquiescere in se ipso permittunt: habent quidem ab eo generationem atq; esse, punctiq; ipsius participes sunt, quibus omnibus indiuiduum est principium, procedunt tamen aliò, inde interim non disiunctæ. Cum itaq; sit hoc primum indiuisibile, & in ordine intelligibiliū entiumq; principale, ac rursus sit & illud in ordine sensibilium penitus diuisibile, super sensibile quidem & prope ipsum atq; in ipso alia quædam natura est, partibilis quidem, sed non primò sicut corpora, partibilis tamē in corporibus his effecta: adeò vt sectis corporibus, secetur simul & species, quæ illis inest, sit tamen quodammodo tota in qualibet partium diuisarum. Species inquam eadē facta iam plura, quorū quodlibet omnino distat ab alio, quippe cum species facta sit penitus diuisibilis, quales sunt colores & qualitates omnes, omnisq; forma, quæcunq; potest tota in multis simul esse distantibus, nullam habēs partem idem aliquando patientem, quòd patiatur & alia. Quamobrem hoc insuper omnino diuiduum videtur esse ponendum. Præterea vltra naturam illā prorsus indiuisibilem, alia est essentia proxima inde nascens, habens quidē indiuiduū munus ab illa, sed progressione quadam inde facta ad naturam alteram properans media euasit ambarum, naturę scilicet impartibilis atq; primę, rursusq; naturæ partibilis circa corpora & corporibus inhærentis. Neq; omnino ita se habet, vt color & qualitas omnis, quæ quidē multa simul implet, quodammodo existens eadē in molibus corporū multis: attamē qualitas quę in parte alia est, omnino distat à qualitate quæ iacet in alia, quatenus & moles ibi distat à mole. Et quāuis magnitudo sit vna, tamen quod in singulis partibus dicitur idem, nullam prorsus habet ad compatiendum communionem: quoniam hoc ipsum idem alterum est, & alterum. Passio enim quædam est hoc ipsum idem, non tamen & ipsa eademque essentia. Quam verò in hac natura dicimus esse penes impartibilem essentiam, ab ipsaq; procedentem, & essentia est, & corporibus iungitur, circa quæ diuidi hanc quoque contingit: neq; tamen id antè patitur, quàm corporibus seipsam tradat. Quando igitur corporibus adest, quamuis adsit maximo passimque distanti, tamen toti seipsam accommodans vna inte-

A καὶ οἱ ὄγκοι, ὧν ἕκαστον, ἴδιον τόπον ἔχει: καὶ οὐχ οἷόν τε ἅμα ταὐτὸ ἐν πλείοσι τόποις εἶναι, ἡ δὲ ἐστὶν, ἀντιτεταγμένη ταύτῃ οὐσία, οὐδαμῇ μερισμὸν δεχομένη, ἀμερής τε καὶ ἀμέριστος. διάστημά τε οὐδὲν, οὐδὲ δι' ἐπινοίας δεχομένη, οὐ τόπου δεομένη, οὐδ' ἔν τινι τῶν ὄντων γινομένη, οὔτε κατὰ μέρη, οὔτε κατὰ ὅλα, οἷον πᾶσιν ὁμοῦ τοῖς οὖσιν ἐποχουμένη: οὐχ ἵνα ἐν B αὐτοῖς ἱδρυθῇ, ἀλλ' ὅτι μὴ δύναται τὰ ἄλλα ἄνευ αὐτῆς εἶναι: μὴ δὲ θέλει, ἀεὶ * κατὰ ταῦτα ἔχουσα οὐσία, κοινὸν ἁπάντων τῶν ἐφεξῆς, οἷον κέντρον ἐν κύκλῳ, ἀφ' οὗ πᾶσαι αἱ πρὸς τὴν περιφέρειαν γραμμαὶ ἐξημμέναι, οὐδὲν ἧττον ἐῶσιν αὐτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ μένειν. ἔχουσαι παρ' αὐτοῦ, τὴν γένεσιν καὶ τὸ εἶναι, καὶ μετέχουσι μὲν τοῦ σημείου, καὶ ἀρχὴ τὸ ἀμερὲς αὐταῖς. προῆλθον γε μὴν ἐξαψάμεναι αὐτὰς C ἐκεῖ. τούτου δὴ τοῦ πρώτως ἀμερίστου ὄντος ἐν τοῖς νοητοῖς, καὶ τοῖς οὖσιν ἀρχηγοῦ, καὶ αὖ ἐκείνου τοῦ ἐν αἰσθητοῖς μεριστοῦ πάντη, πρὸ μὲν τοῦ αἰσθητοῦ, καὶ ἐγγύς τι τούτου καὶ ἐν τούτῳ, ἄλλη ἐστὶ φύσις. μεριστὴ μὲν, οὐ πρώτως ὥσπερ τὰ σώματα: μεριστή γε μὴν γινομένη ἐν τοῖς σώμασιν. ὥστε διαιρουμένων τῶν σωμάτων, μερίζεσθαι μὲν, καὶ τὸ ἐν αὐτοῖς εἶδος, ὅλον γε D μὴν ἐν ἑκάστῳ εἶναι τῶν μερισθέντων πολλὰ τὸ αὐτὸ γινόμενον. ὧν ἕκαστον πάντη ἄλλου ἀπέστη, ἅτε πάντη μεριστὸν γενόμενον: οἷα χρόαι, καὶ ποιότητες πᾶσαι. καὶ ἑκάστη μορφὴ, ἥτις δύναιτο ὅλη ἐν πολλοῖς ἅμα εἶναι διεστηκόσιν, οὐδὲν μέρος ἔχουσα πάσχον τὸ αὐτὸ, τῷ ἄλλῳ πάσχειν. διὸ δὴ, μεριστὸν πάντη καὶ τοῦτο θετέον. πρὸς δ' αὖ ἐκείνῃ, τῇ ἀμερίστῳ πάν-E τῇ φύσει, ἄλλη ἐξῆς οὐσία ἀπ' ἐκείνης οὖσα, ἔχουσα μὲν, τὸ ἀμέριστον ἀπ' ἐκείνης: προόδῳ δὲ τῇ ἀπ' αὐτῆς ἐπὶ τὴν ἑτέραν σπεύδουσα φύσιν, εἰς μέσον ἀμφοῖν κατέστη. τοῦ τε ἀμερίστου καὶ πρώτου, καὶ τοῦ περὶ τὰ σώματα μεριστοῦ, τοῦ ἐπὶ τοῖς σώμασιν. οὐχ ὅντινα τρόπον χρόα καὶ ποιότης πᾶσα, πολλαχοῦ μέν ἐστιν ἡ αὐτὴ ἐν πολλοῖς σωμάτων ὄγκοις: ἀλλ' ἔστι τὸ ἐν ἑκάστῳ ἀφεστὼς, τοῦ ἑτέρου πάντη, καθόσον καὶ F ὁ ὄγκος τοῦ ὄγκου ἀπέστη. κἂν καὶ τὸ μέγεθος δὲ, ἓν ᾖ. ἀλλὰ τό γε ἐφ' ἑκάστῳ μέρει ταὐτὸν, κοινωνίαν οὐδεμίαν εἰς ὁμοπάθειαν ἔχει: ὅτι τὸ ταὐτὸν, τοῦτο, ἕτερον, τὸ δ' ἕτερόν ἐστι. πάθημα γὰρ τὸ ταὐτὸν, οὐκ οὐσία καὶ αὐτὴ, ἣν δὲ ἐπὶ ταύτῃ τῇ φύσει φαμὲν εἶναι τῇ ἀμερίστῳ προσχωροῦσαν οὐσία, οὐσία τέ ἐστι, καὶ ἐγγίνεται σώμασι. περὶ ἃ καὶ μερίζεσθαι αὐτῇ συμ-G βαίνει, οὐ πρότερον τοῦτο παθούσῃ, πρὶν σώμασιν ἑαυτὴν δοῦναι. ἐν οἷς οὖν γίνεται σώμασι, κἂν ἐν τῷ μεγίστῳ γίνηται καὶ ἐπὶ πάντα διεστηκότι, δοῦς ἑαυτὴν τῷ ὅλῳ, οὐκ ἀφίστα-

ται

* κατὰ ταὐτὰ

ται τοῦ εἶναι μία. οὐχ οὕτως ὡς τὸ σῶμα. ἐν γὰρ τῷ συνεχεῖ τὸ σῶμα ἕν, ἑκάτερον δὲ τῶν μερῶν, ἄλλο· τὸ δ' ἄλλο, καὶ ἀλλαχοῦ.* οὐχ' ὡς ποιότης μία· ἡ δ' ὁμοῦ μεριστή τε καὶ ἀμέριστος φύσις, ἣν δὴ ψυχὴν εἶναι φαμὲν· οὐχ' οὕτως ὡς τὸ συνεχὲς μία, μέρος ἄλλο. τὸ δ' ἄλλο ἔχουσα· ἀλλὰ μεριστὴ μέν, ὅτι ἐν πᾶσι μέρεσι τοῦ ἐν ᾧ ἐστιν. ἀμέριστος δέ, ὅτι ὅλη ἐν πᾶσι. καὶ ἐν ὁτῳοῦν αὐτοῦ ὅλη. καὶ ὁ τοῦτο κατιδών, τὸ μέγεθος τῆς ψυχῆς, καὶ τὴν δύναμιν αὐτῆς κατιδών. εἴσεται ὡς θεῖον τὸ χρῆμα αὐτῆς, καὶ θαυμαστόν, καὶ τῶν ὑπὲρ τὰ χρήματα φύσεων· μέγεθος οὐκ ἔχουσα, παντὶ μεγέθει σύνεστι· καὶ ὡδὶ οὖσα, ὡδὶ πάλιν* αὖ ἐστιν· οὐκ ἄλλῳ, ἀλλὰ τῷ αὐτῷ. ὥστε μεμερίσθαι, καὶ μὴ μεμερίσθαι αὖ. μᾶλλον δέ, μὴ μεμερίσθαι αὐτήν, μὴ δὲ μεμερισμένην γεγονέναι. μένει γὰρ μεθ' ἑαυτῆς ὅλη. περὶ δὲ τὰ σώματά ἐστι μεμερισμένη· τῶν σωμάτων τῷ οἰκείῳ μεριστῷ, οὐ δυναμένων αὐτὴν ἀμερίστως δέξασθαι. ὥς τε εἶναι τῶν σωμάτων πάθημα τὸν μερισμόν, οὐκ αὐτῆς.

Marg.: * οὐ δ' ὡς ποιότης

Marg.: * οὐκ ἔστιν.

ΟΤΙ δὲ τοιαύτην ἔδει* τὴν ψυχὴν φύσιν εἶναι, καὶ τὸ παρὰ ταύτην οὐχ' οἷόν τε εἶναι ψυχήν· οὔτε ἀμέριστον οὖσαν μόνον. οὔτε μόνον μεριστήν, ἀλλὰ ἀνάγκη ἄμφω τοῦτον τὸν τρόπον εἶναι, ἐκ τῶνδε δῆλον. εἴτε γὰρ οὕτως ἦν ὡς τὰ σώματα, ἄλλο. τὸ δὲ ἄλλο ἔχουσα μέρος, οὐκ ἂν τοῦ ἑτέρου παθόντος, τὸ ἕτερον μέρος εἰς αἴσθησιν ἦλθε τοῦ παθόντος· ἀλλ' ἐκείνη ἂν ἡ ψυχὴ οἷον ἡ περὶ τὸν δάκτυλον ὡς ἑτέρα, καὶ ἐφ' ἑαυτῆς οὖσα, ᾔσθετο τοῦ παθήματος. πολλαί γε ὅλως ἦσαν ψυχαί, αἱ διοικοῦσαι ἕκαστον ἡμῶν· καὶ δὴ καὶ τὸ πᾶν τόδε, οὐ μία, ἀλλὰ ἄπειροι χωρὶς ἀλλήλων. τὸ γὰρ τῆς συνεχείας εἰ μὴ εἰς ἓν συντελοίη, μάταιον. οὐ γὰρ δὴ ὅπερ ἀπατῶντες ἑαυτοὺς λέγουσιν, ὡς διαδόσει ἐπὶ τὸ ἡγεμονοῦν ἴασιν αἱ αἰσθήσεις, παραδεκτέον. πρῶτον μὲν γὰρ ἡγεμονοῦν ψυχῆς μέρος λέγειν, ἀνεξετάστως λέγεται. πῶς γὰρ καὶ μεριοῦσι, καὶ τὸ μὲν ἄλλο, τὸ δ' ἄλλο φήσουσι; τὸ δ' ἡγεμονοῦν, πηλίκῳ ποσῷ διαιροῦντες ἑκάτερον· ἢ τίνι διαφορᾷ ποιότητος, ἑνὸς καὶ συνεχοῦς ὄγκου ὄντος; καὶ πότερα μόνον τὸ ἡγεμονοῦν, ἢ καὶ τὰ ἄλλα μέρη αἰσθήσεται; καὶ εἰ μὲν μόνον, εἰ μὲν αὐτῷ προσπέσοι τῷ ἡγεμονοῦντι, ἐν τίνι τόπῳ ἱδρυμένῳ τὸ αἴσθημα, αἰσθήσεται· εἰ δ' ἄλλῳ μέρει τῆς ψυχῆς αἰσθάνεσθαι οὐ πεφυκότι, τόδε τὸ μέρος, οὐ διαδώσει τῷ ἡγεμονοῦντι, τὸ αὐτὸ πάθημα, οὐδ' ὅλως αἴσθησις ἔσται. καὶ αὐτῷ δὲ τῷ ἡγεμονοῦντι, εἰ προσπέσοι, ἢ μέρει αὐτοῦ προσπεσεῖται, καὶ αἰσθομένου τοῦδε, τὰ λοιπὰ οὐκ ἔτι. μάταιον γάρ, ἢ πολλαὶ αἰσθήσεις καὶ ἄπειροι ἔσονται, καὶ οὐχ' ὅμοιαι πᾶσαι· ἀλλ' ἡ μέν, ὅτι πρώτως ἔπαθον ἐγώ, ἡ δ' ὅτι τὸ ἄλ-

Marg.: τὴν ψυχῆς φύσιν

A rim esse non desinit. Neq; ita vnũ est, vt corpus est vnum: corpus enim cõtinuatione quadam vnũ est, partes verò aliud inter se sunt & aliud, & alibi disponuntur: neq; rursus sic vna est, ceu qualitas vna. Profectò natura hæc partibilis simul atque impartibilis, quam esse dicimus animam, nõ sic vna est quasi quoddã continuum, aliam partẽ aliamq; habens, sed partibilis quidem est: quoniã partibus omnibus eius in quo est seipsam communicat: impartibilis autem, B quoniã tota est in omnibus & in qualibet portione ipsius est tota. Quicũq; verò hoc planius inspicit, magnitudinemq; & potestatẽ animæ ritè considerat, intelliget quã diuinus, quamúe mirandus animæ sit thesaurus, atq; naturarum super cæteros thesauros existẽtium: quippe cũ magnitudine vacãs vniuersæ magnitudini adsit, & alicubi existens ibi iterũ non existat, non alio quodã, sed prorsus eodẽ: adeò vt & diuisa sit in partes, & iterũ non diuisa: potius aũt ipsa C neq; diuisa sit neq; diuisa fiat. Manet enim secũ ipsa tota, sed circa corpora dicitur esse diuisa: quippe cũ corpora nequeãt diuisibilitate propria indiuisibiliter eã accipere: quo efficitur, vt partitio nõ animæ qdẽ passio sit, sed corporũ.

QVOD autẽ oporteat talem esse naturam animæ, quodúe præter hanc nequeat esse anima, sed necessariũ sit, animã neq; impartibilem tantùm, neq; partibilem dũtaxat existere, imò oporteat ambo hunc in modũ esse, per hæc nobis D esse poterit manifestũ. Principiò si talis esse, qualia corpora, aliam partem aliamq; habens, profectò parte altera patiẽte pars altera in sensum patientis minimè perueniret: sed illa quidem anima velut quæ est in digito quasi altera & in seipsa existẽs passionem ibi sentiret. Multæ quoq; forẽt animæ nostrûm quemlibet gubernantes. Quinetiam hoc vniuersum non vna quædam anima, sed diuersæ potius inter se & innumerabiles animę regerent. Quod enim de E cõtinuitate aliquis afferat, nisi prorsus conducat, redigaturq; ad vnum, vanũ esse videtur. Nõ enim admittendũ est, quod pleriq; seipsos decipientes aiunt: sensus videlicet ipsos peruenire ad ipsum animæ principale gradatim continuata quadam successione. Primò quidẽ dicere partẽ animæ principalẽ, inconsideratè proponitur: nam quo pacto diuident, & hoc quidẽ aliud, illud verò aliud affirmabũt, & principale aliud potissimũ designabũt? Qua enim quan- F titatis norma vtrunq; discernent, quaúe differentia denotabũt, vbi & qualitas vna est, & cõtinua moles? Præterea vtrũ principale solùm, an & partes alię sentient? Quod si solùm dicãt, ita demũ sentiet, si sensibilis passio occurrerit principali ꝓpria in sede locato: sin autẽ in aliã inciderit animę partẽ sensus expertẽ, pars eiusmodi nõ traducet passionem eandẽ ad principale, nec omnino sensus efficietur. Tum verò si passio accedat ad principale, vel in partem eius G incidet, ideoq; hac sentiente reliquę nequaquã sentient: alioquin fuerit superuacuũ, aut certè multæ innumerabilesq; sensuũ pceptiões erũt atq; dissimiles. Alicubi enim quasi dicetur, eqdẽ primò patior: alibi verò, ego nũc sensi alte-

Marg.: Confirmantur superiora. Itẽ quomodo fiat sensus, & passio, & iudicium.

A rius passionẽ, & vbi potissimum illata sit passio, sensus quilibet ignorabit præter primum: vel forsan pars animę omnis æquè falletur, putans vbi ipsa est, ibidẽ & passionem esse factam. Quòd si nõ principalis solum pars, verùm etiã omnis alia sentit, cùrnam hæc quidem principalis sit, hæc vtrò nequaquam? cùrue oporteat ad illam peruenire sensum? Et quomodo quæ ex multis cõfluunt sensibus velut auribus atq; oculis, vnum quiddam cognoscere poterunt? B Sin autem anima vnum prorsus extiterit, tanquam impartibile prorsus, & vnum in seipso consistens, & omnino multitudinis partitionisq; naturam effugerit, certè corpus nullum apprehensum ab anima animabitur totum: sed anima quasi circa centrum cuiuslibet se stabiliens, residuam prorsus molẽ relinquet inanimatam. Oportet igitur sic vnum & multa, & partibile simul atq; impartibile esse animam: neq; diffidere, quasi impossibile sit, vnũ idemq; C simul multis adesse. Nisi enim hoc admiserimus, natura omnia cõtinens & gubernãs nusquam erit, quæ quidem simul complectitur omnia, & sapientia ducit. Multitudo quidẽ existens, quandoquidẽ & entia multa: vna quinetiam existens, vt vnum sit quod cõtinet: profectò per vnum eius multiplex vitam partibus suppeditat omnibus, per vnum verò eiusdem impartibile ducit etiam sapienter. Quibus verò non inest sapientia, vnum ibi illic principale hoc imitatur. Hoc igitur est quod diuinè, licet D obscurè, dicitur à Platone hũc in modũ: Mundi artifex ex essentia impartibili eodẽq; se modo semper habente, & essentia quę circa corpora fit partibilis, tertiam quandam ex ambabus commiscuit essentiæ speciem. Est igitur anima vnum hunc in modum atq; multa, species autem quæ sunt in corporibus multa simul & vnum, corpora verò multa solùm. deniq; quod supernum est, duntaxat est vnum.

A λης πάθημα ᾐσθόμην· πόθεν ἐγένετο τὸ πάθημα, ἀγνοήσει ἑκάστη, πάρεξ τῆς πρώτης. ἢ καὶ ἕκαστον μέρος ψυχῆς ἀπατήσεται, δοξάζον ὅπου ἐστὶν, ἐκεῖ γεγονέναι. εἰ δὲ μὴ μόνον τὸ ἡγεμονοῦν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὁτιοῦν μέρος αἰσθήσεται, διὰ τί τὸ μὲν, ἡγεμονοῦν ἔσται· τὸ δὲ, οὔ; ἢ τί δεῖ ἐπ' ἐκεῖνο τὴν αἴσθησιν ἀνιέναι. πῶς δὲ καὶ τὰ ἐκ πολλῶν αἰσθήσεων, οἷον ὤτων καὶ B ὀμμάτων, ἕν τι γνώσεται; εἰ δ' αὖ πάντη ἓν ἡ ψυχὴ εἴη, οἷον ἀμέριστον πάντη καὶ ἐφ' ἑαυτοῦ ἕν· καὶ πάντη πλήθους καὶ μερισμοῦ ἐκφεύγει φύσιν, οὐδὲν ὅλον ὅτι ἂν ψυχὴ καταλάβῃ, ἐψυχωμένον ἔσται· ἀλλ' οἷον περὶ κέντρον στήσασα ἑαυτὴν ἑκάστου, ἄψυχον ἂν εἴασε πάντα τὸν τοῦ ζώου ὄγκον. δεῖ ἄρα οὕτως, ἕν τε καὶ πολλὰ καὶ μεμερισμένον καὶ ἀμέριστον ψυχὴν εἶναι· καὶ μὴ ἀπιστεῖν ὡς ἀδύνατον τι αὐτὸ καὶ C ἓν πολλαχοῦ εἶναι. εἰ γὰρ τοῦτο μὴ παραδεχοίμεθα, ἡ τὰ πάντα συνέχουσα καὶ διοικοῦσα φύσις, οὐκ ἔσται· ἥτις ὁμοῦ τε πάντα περιλαβοῦσα ἔχει, καὶ μετὰ φρονήσεως ἄγει· πλῆθος μὲν οὖσα, ἐπεὶ πολλὰ τὰ ὄντα· μία δὲ, ἵνα ᾖ ἓν τὸ συνέχον. τῷ μὲν πολλῷ αὐτῆς ἑνὶ, ζωὴν χορηγοῦσα τοῖς μέρεσι πᾶσι· τῷ δὲ ἀμερίστῳ ἑνὶ, φρονίμως ἄγουσα. ἐν οἷς δὲ μὴ φρόνησις, τὸ D ἓν τὸ ἡγούμενον μιμεῖται τοῦτο. τοῦτ' ἄρα ἐστὶ τὸ θείως ᾐνιγμένον, τῆς ἀμερίστου καὶ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ἐχούσης· καὶ τῆς περὶ τὰ σώματα γινομένης μεριστῆς, τρίτον ἐξ ἀμφοῖν συνεκεράσατο οὐσίας εἶδος. ἔστιν οὖν ψυχὴ, ἓν καὶ πολλὰ οὕτως· τὰ δὲ ἐν τοῖς σώμασιν εἴδη, πολλὰ καὶ ἕν. τὰ δὲ σώματα, πολλὰ μόνον· τὸ δὲ ὑπέρτατον, ἓν μόνον.

MARSILII FICINI IN LIBRVM DE DVBIIS ANIMÆ PRIMVM, COMMENTARIVS.

SVMMA TOTIVS LIBRI.

Quòd animæ nostræ differant ab anima mundi, neq; sint ab ea.

PRIMVS de dubijs animæ liber septem præcipuas cõtinet quæstiones. Prima quærit vtrum animæ nostræ sint ex anima mundi, siue vt partes eius, siue vt quidam effectus ab ea. Secunda, quomodo anima insinuetur corpori, scilicet qua proprietate, quo ordine differẽti, qua lege iustitiæ. Tertia, vtrum anima extra corpus viuens discursu quodam rationis vtatur. Quarta, quo pacto in anima dicatur impartibile aliquid simul, atq; partibile. Quinta, vtrum anima aliquo modo sit in loco, & qua conditione sit in corpore. Sexta, vbi sit anima quando seorsum est à corpore. Septima, vtrum animæ hinc seiunctæ humanarum rerum reminiscantur, & simpliciter de memoria atq; reminiscentia. Suspicabitur fortè aliquis animas nostras esse quasdam mundanæ animæ partes, idq; ex tribus Platonis dictis asseuerabit. Primò quidem quod & in Philebo videtur innuere: quemadmodum corpora nostra mundani corporis partes sunt, sic & animas animæ. Deinde & quod in republica & in Phædro pariter & in Timæo sentire videtur, animas nostras sequi totius mundi circuitum, & inde mores fortunasq; accipere. Postremò quod in Phædro dicit, animam quoq; nostram totius inanimati curam habere. Videtur autem communis hæc cura duntaxat ad mundi animam pertinere. Videtur insuper verisimile, homines intra mundũ genitos vitam à mundo sortiri, & quasdam totius vitæ portiones habere. Hanc equidem suspitionem in Theologia, vbi contra Auerroem agitur pro viribus è medio sustuli. Atq; hic ad eandem similiter extirpandam in primis vnà cum Plotino sic agamus. Præstantior est forma

quàm

quàm materia, & totum partibus: igitur si datur totum materiale, datur & formale totum. Item si totum ex partibus, ergo & totum ex totis. Cum enim vniuersum summa ratione optimeq; sit cõstructum, meritò quicquid optimè se habere ratio vera concludit, iam extat in vniuerso: nam & inde ratio id coniectat. Totum materiale dicitur sicut lignum: nam & si multiplicatur in partes materiali diuisione, non tamẽ multiplicatur in formas. totum formale est arbor: in multas enim diuiditur formas inter se perspicuè differentes. In hoc quoq; toto formali verum inest materiale totum: nam ex eo quòd in formas particulares distinguitur differentes, etiam in materias quodammodo differentes, formis scilicet proprijs differentibus. Cum igitur mundus sit totum absolutissimum, certè & formale totum est, totumq; ex totis. Non erit autem totum ex totis nisi multa sint in eo non solùm differentia formis, sicut in arbore, sed etiam secundum existentiam quoq; disiuncta, & actionibus segregata: sicut cantores in choro, vbi vnusquisq; & communi officio cum cæteris ad idem congruit, & interea proprius est, & sui iuris existit. Oportere autem mundum hunc esse verum totum ex rebus verè totis, non solùm eius perfectio postulat, sed etiam exemplaris imitatio exigit: nam & illud totum est ex totis. Illic enim in vnoquoq; aliter aliterq; sunt omnia: sed in hoc insuper mundo localem quoq; rerum disiunctionem adducit operis huius conditio dimensioni locoq; & motui temporiq; subiecta. Deniq; vbi perfectiores sunt partes, perfectius est & totum. Partes verò perfectiores sunt, quæ existentiam propriam, propriumq; habent officium. Sic ergo & totum magis formale est, vbi partes magis sunt formales. Hæ verò ibi formales magis, vbi magis formis atq; existẽtijs siue substantijs & actionibus distinguuntur. Ad hoc autem vt totum sit vtrè vnum, satis profectò facit ordo cunctorum, vnus ab vno pariter et ad vnum. Ex his apparet non esse probabile hanc mundi machinam vnicam duntaxat habere animam: sed probabilius esse, plures adesse animas, & animalia plura præter mundanam animã, animalq; mundanum. Atqui & in nobis esse propriam animæ nostræ substantiam ab ipsa mundi anima differentem inde conijcimus, quòd proprium noster animus liberumq; possidet arbitrij motum. Qua de re in Theologia de libero disputantes arbitrio satis egimus. Alioquin si pars totius foret, subitò totius impetu raperetur, neq; foret discursionis rationalis & consilij compos, neq; aberrare posset, quandoquidem anima mundi errare non potest. Liberum verò in nobis arbitrium Plato in decimo de Repub. & in Phædro atq; Timæo absq; dubio ponit, & Aristoteles vbiq; confirmat. Omnino verò ponere nostras animas esse partes animæ mundi, nihil aliud est, quàm dicere, hanc animam tuam esse ipsam totam mundi animam, meamq; similiter. Illa enim diuidi nequit in varias portiones, sed tota indiuiduaq; & eadẽ prorsus est simul vbiq;. Cum verò mea nunc & tua inter se omnino repugnent actionibus opinionibusq;, & affectibus, & habitibus, non possunt eadẽ anima eademq; mens existere. Præterea si animus meus est quo quomodo pars animæ mundi, non habet propriã existentiam, nec insuper propriam actionem. Non igitur reflectitur in seipsum, neq; seipsum potest animaduertere, imò & tanquam pars quæpiam angustissima non poterit mundum totum cogitatione complecti, neq; percurrere, neq; super hunc mundum animamq; ipsius aliquid cogitare. Considera corpus humanum: nõ est hoc continua quædam portio machinæ, sed secundum propriam seiunctum est figuram simul & motionem. Cum verò anima, et præstantior sit quàm corpus, & figuræ huius motionisq; origo: nimirum non quasi continua est mundanæ animæ portio, sed substantiam possidet propriam. Iam verò neq; facta est ab ipsa mundani corporis anima: quod enim ipsa facit, mobili facit proprietate: ideoq; mutabilem adeò facit essentiam, vt nequeat immutabile quicquam attingere. Animus verò noster & motum resoluit in statum, & mobilia subijcit immobilibus. Deniq; cum animus noster sit quædam intellectualis essentia, meritò fit propriè ab ipso simpliciter intellectu, à quo nascitur & anima mũdi, quæ & ipsa similiter intellectus quidam est scilicet animalis. Hinc efficitur, vt anima nostra possit similiter atq; anima mundi fieri compos intelligentiæ, & ad illa quæ super mundum sunt æterna consurgere: reliquæ autẽ animæ præter intellectuales, vel exoriri vel pendere à mundi anima possunt.

De duplici anima, & quòd animæ nostræ non sunt partes animæ mundi.

In capite secundo notabis imperfectum quodlibet in quouis genere reducendum esse ad perfectum aliquid in eodem genere positum, per quod reducatur ad perfectum aliquid supra genus: ideoq; animam ratione carentem velut imperfectam, quæ & pars compositi est, & instrumentis addicta corporeis, reducendam esse ad rationalem intellectualemq; animam, sui iuris & in se perpetuò consistentem: idq; faciendum esse tum in nobis, tum in dæmonibus, & stellis, sphærisq;, & mundo. Quæ opinio valde consonat cum Peripateticis, duos in cælis motores ritè locantibus, quorum alter corpori mobili sit coniunctus, vt forma, mobilisq; sit motor: alter autem sit motor quodammodo separatus immutabilisq; & primum motionis principium atq; finis. Proinde Platonici quidam non legitimi, qui dicebant hominum animas esse partes animæ mundi, interea fatebantur ipsam mundi animam esse substantiam indiuiduam, sempiternam, vnam, simplicem, vbiq; totam: & propterea consequenter addebant quamlibet hominis animam esse animæ mundanæ conformem, totamq; simul & eadem attingentem, quæ tangit & anima mundi. His vtiq; positis non possunt animam mundi in nostras ita secare, sicut vel magnitudo quædam in particulas, vel numerus in vnitates diuidi solet. Sic enim illa quæ dicitur totius anima eiusmodi diuisione periret, neq; restaret vna. Non possunt insuper illam in has diuidere, sicut calor totius corporis in partes caloris membrorum diuidi videtur: nam animam illi substantiam esse volunt in corpore non extensam. Atqui calor ipse non propriè secatur, sed dimensio in qua est calor: ideoq; cuiuslibet membri calor ipse communis potius est calor in parte corporis, quàm pars caloris: veruntamen diuisionem per accidens quodammodo patitur, quatenus per extensionem corporis æqualiter est extensus, anima verò non ita. Nam absq; vlla extensione sua dimensioneq; dimensionibus adstat, vt diuisibilia quæq; distantiaq; perfectè connectat in vnum. Neq; possunt rursum distribuere mundi animam sic in nostras, vt scientia tota in suas distribuitur notiones. Nam siue nulla sit præter notiones tota quædam scientia, ita non erit vsquam vna communis anima, siue sit præter illas vna quædam, non erit accommodata mundo, sed eminens. Afferent deniq; sic nostras animas dici animæ mundanæ partes, perinde ac si quis dicat, animam nostram in manu vel pede esse partem totius animæ nostræ. Sic itaq; diuidentes, nihil diuidunt, & omnino diuisionis vocabulo abutuntur. Vna enim eademq; anima membro cuilibet adest vbiq; tota simul, quæ cunctas in se animales potentias habet ubique, quamuis alias per alia membra velut instrumenta actiones exerceat, passiones quidem sunt in membris.

Iudex autem sensibilium passionum tandem vnus est, vnum exhibens de diuersis comparando iudicium, tum imaginatione, tum etiam ratione, sic inquam fit in nobis. Non potest autem omnino similiter fieri, & in mundo, in quo si vnica singulorum esse fingatur anima, poterunt quidem diuersi homines diuersa pati: sicut nunc in quolibet nostrûm instrumenta diuersa, sed vnicum deniq; iudicium adhibebitur, eadem opinio, intelligentia eadem. Hæc enim ad iudicem pertinent passionis expertem: si modò verus sit passionum rerumq; iudex: & ideo extat in se à patientibus quodammodo segregatus, ideoq; vnicus, neq; propter varia instrumenta diuersus. At verò cum contraria in hominibus inter se iudicia sint, propriè nimirum intelligentiæ sunt, propriæ quoq; substantiæ sunt animarũ: siquidem non per instrumenta, sed per intimam substantiæ facultatem officium rationale peragitur.

Multæ sunt præter mundi animam intellectuales animæ, quæ non externis terminis, sed internis inter se distinguuntur.

In capite tertio atq; deinceps quod iterum repetitur, non posse fieri vt anima in mundo sit vnica, rursus ita confirmo. Prouidentia summa totius ad summum vniuersi decorem in ordine consistentem varia rerum genera fore constituit, & innumerabilia iterum indiuidua. Inter hæc verò velut valde distantia diuersas in quolibet genere species esse voluit, amans præ cæteris copiam specierum, velut rerum admodum perfectarum. Quòd si in generibus inferioribus anima ordinem quamplurimum digessit in gradibus specierum, cur non & in natura genereq; animæ parem copiam affectauerit, similemq; graduum ordinem per differentes animarum species disposuerit? quandoquidem & animæ ipsius natura propter conditionẽ eius quodammodo compositam mobilemq; accommodatamq; corporibus multiplicabilis sit, propagabilisq; per corpora. Et ipsa quinetiam natura mẽtis, quæ compositionem aliquam non excludit, imò & includit aliquam, in mentes valeat plurimas deriuari: sed de mirabili mentiũ numero in primo Theologiæ satis est dictum, per quem confirmatus sit & numerus animarum: deniq; solum primum ipsum vniuersi principium propter summam primi simplicitatem, naturarum in se numerum non admittit. Reliqua sub hoc genera rerum, scilicet mentis, animæ, naturæ, corporis, & recipiunt numerum specialem, & iam habent tanquam ad commune totius bonum maximè pertinentem. Nõ potest autem animæ ipsius natura primum tenere in rerum ordine gradum neq; secundũ, sed necessariò tertium: quod nostra satis Theologia probat. Non cogitur itaq; esse vnica, neq; debet rursum, neq; deniq; potest. Præterea cum Plato animam mundi asserat esse semper in corpore, eandemq; semper agere vitam: nostras autem aliquando à corporibus separari, atq; separatas in diuersa proprietate subsistere, & differenti inter se conditione viuere, & secundum electiones proprias sortiri rursum differentia corpora, ac deniq; pro arbitrio dissimiliter viuere, & pro vitæ dissimilitudine discrepantes post obitum sortiri viuendi gradus: quisnam Platonicus animam poterit vnicam suspicari? Enimuerò siquis aliquãdo suspicetur more Auerrois esse vnicum in cunctis hominibus intellectum, nos vtiq; non similiter aduersus eum sicut de anima dubitabimus, nec principaliter obijciemus quonam pacto alius quidem intellectus sit in corpore, alius autem extra corpus: item quomodo in corporibus tam diuersis possint esse omnino consimiles intellectus, vt modò de anima dicebamus. Animæ namq; tanquam declinantes ad corpora præter intimas inter se differentias differunt quoq; per actiones varias circa varia corpora, perq; corporum ipsorum diuersitatem. At si quando intellectus qui separatiores sunt quàm animæ, actionesq; proprias absq; corporeis peragunt instrumentis probaturi simus inter se differre, non ad corporum actionumq; eiusmodi varietatem confugiemus, sed ad diuersas potius intelligentiæ species modosq; intelligendi admodum discrepantes, intellectionesq; & habitus in eodẽ tempore inter se repugnantes, quæ vnico simul intellectui inesse non possint. Sicut enim in primo intellectu differentiam inter multas notiones eius non aliter assignamus, quàm ex formalium intus proprietatum diuersitate: sic assignaturi intellectuum aliorum inter se differentias, eas ex intimis proprietatibus afferemus. Decet enim multas esse mentium & intelligentiæ species, si tam diues est natura corporum mentibus longè deterior, vt multæ sint species metallorũ, plures plantarum, plurimæ animalium: vnde appareat, & dæmonum & mentium qualescunq; sint, esse complurimas. Quinetiam animæ ipsius naturam, quæ indiuisibilis substantia est, perpetuoq; in seipsa subsistens, non decet ita in plures animas distribuere, iterumq; plures in vnam quandoq; confundere, sicut aquam multam partimur in partes, easq; rursus confundimus in eandẽ. Neq; debemus iterum sic vnam in plures animã deriuare, sicut lumen à sole vnum in plura domicilia per fenestras quodammodo distribuimus, paulò pòst in idem penitus resoluendum. Lumen enim visibile accidentis more dependet omnino, nec propriam retinet subsistentiam. Longè verò diuersum est ab hoc luminis intelligibilis intellectualisq; genus, non accidens quidem, sed substantia prorsus absolutissima. Ideoq; si differentes inter se gradus habet, eos non extrinsecus accipit, sicut accidentales formæ, sed intrinsecus, proq; differẽtibus proprietatibus eius multas admittit (vt ita dixerim) subsistentias, easq; specie distinctas in eodem genere seruat confusionis expertes. In hoc sanè intellectualis substantialisq; luminis genere rationales animas collocabis. Et quomodo differant inter se cognosces, neq; vnquam confundantur in vnam viliorum more liquorum: Cognosces necesse tales ad mundi vitam, qualia sunt vestigia quædam vitæ in animalibus ex planta nascentibus: siquidem & vitam vniuersi actione percurrunt, affectuq; transcendunt: neq; finges eas nihilo ab anima mũdi differre, quasi sint quædam propagines eius per mundi corpus: nec alicer anima mea à tua differat, quàm quia differunt inter se corpora, per quæ facta fuerit propagatio: nec aliter vtraq; differat ab anima mundi, quàm quia illa quidem sit radix plantáue prima: hæ verò sint ex illa propagines. Sic enim intellectualis ipsa Socratis anima post obitum in mundi animam (vt fingitur) resoluenda, dum propriam perdiderit existentiam, esse omnino desinet, quãdo accesserit ad esse perfectum. Quod quidem intellectualis natura non patitur: non externis ad distinctionem suam terminis indigens, vt liquores, atq; lumen, sed velut exactior, intimis in species suas & existentias terminis distributa. Probatum satis in Theologia fuerit, rationalem animam quatenus intellectualis est, tantò perfectius se habere, quantò longius seipsam à corpore separauerit: perfectius inquam se habere ad propriam sui substantiam peculiaremq; proprietatem. Cum verò summopere à corpore separetur in obitu, tunc sanè necesse est propriam huius animæ substantiam esse perfectam: vnde fingere liceat nemini, mentes singulas in vnam quandoq; confundi, subitoq; disperdi.

Intel-

Intellectuales animæ non per accidentalia, sed per essentialia propria inter se distinguuntur: & quomodo multæ animæ dicuntur esse vna, atq; ab vna.

Cum enim primus intellectus & essentia prima sit idem, meritò intellectus omnes sunt essentiæ veræ, ideoq; veris inter se differentijs distributæ: id est non per accidens, nec terminis acceptis extrinsecus, vt diuisæ continui partes, & ipsæ inter se moles, & plurimum materiales formæ, sed pro dignitate essentiarum suarum in se subsistentium proprijs intimisq; differētijs & terminis distinguuntur. Verius enim distinguitur hoc ab illo, si discrepet proprietate formali, quàm si materiali diuisione, vel accidente, vel loco. Quilibet igitur intellectus essentiam suam & esse possidet in sua quadam intima prorsus identitate, & (vt ita loquar) alteritate. Identitate inquam prout est simplicissima forma, à sua simplicitate nunquam cadens: alteritate rursum, prout eiusmodi forma per seipsam talem velut per suam proprietatem à re qualibet alia, & à quolibet alio distinguitur intellectu. Quòd si primò & per se distinguitur, permanet semper procul à confusione discretus. Cogita in mente diuina magnā animam, id est ideam animarum intellectualium generalem, in qua conceptæ sint & species animarum: & illa idea quidam intellectus est ibi, & hæ species ibi quidam sunt intellectus. Distinguuntur autem illic inter se ideales intellectus eiusmodi, non quidem existentijs differentibus, (vnica enim hactenus substantia est) sed ratione quadā & proprietate formali. Essentiales autem eiusmodi proprietates si cogitantur extra prodire, distinguuntur subitò magis. distinguuntur igitur existentijs. Adeò enim intus sunt efficaces, vt foras agant non accidentale aliquid, sed substantiam, substantiasq; diuersas pro rationum diuersitate formalium. Substantiæ quidem eiusmodi è proximo prodeuntes ab intellectu primo, intellectuales in primis existunt. Quoniam verò & ipsæ sunt admodum efficaces ad conceptum videlicet intimum, ideo vnaquæq; proprietatem quandam exprimit in se ipsa ex intellectuali iam animalem, magisq; in plura distinctam. Sicut vel à scintilla radius emicat, vel ab intimo imaginationis verbo simpliciore, verbum in prolatione multiplicius iam mobiliusq; producitur. Prodeunt igitur ex vna ideali anima foras animæ multæ, tum mundi, tum etiam aliorum. Quæ etsi differentes substantiæ sunt, sunt tamen inter se quodammodo vnum triplici potissimum ratione, tum quia sub eadē idea cunctæ, tum quia locis & temporibus minimè disiunguntur, tum etiā quoniam per intellectuales suos quælibet apices vno eodemq; secundum actum formantur intellectu diuino, eundemq; cunctæ perpetuò contuentur: mitto quòd ad eundē naturaliter omnes cōferunt vniuersalis prouidentiæ finē.

Quomodo anima quælibet rationalis est omnia, & quomodo differant inter se species rationalium animarum.

Summum omnium principium propter summam tum simplicitatem est super omnia, tum potestatem mox efficit omnia. Intellectus igitur eius filius est primum omne, ideoq; est omne perfectè, & iccirco quælibet eius idea est omnes ideæ. Anima igitur ab idea propria naturaliter & proximè profluens secum contrahit omnia: quælibet igitur intellectualis anima est vniuersum. Id totum rursus confirmo: primum in quolibet genere & simplicissimum ibi est, & ibidem continet omnia. Cum igitur intellectus ipse primus sit prima forma, meritò & vniformis est, & omniformis existit. itaq; omnis rationalis anima quatenus intellectualis est, non solùm forma simplicissima est, sed etiam est omniformis, & omnia: omnia inquam actu, sicut & intellectus ipse est actu omnia. Quatenus autē anima non tam intellectualis iam, quàm animalis euadit, retinet quidem munus idem quo sit adhuc omnia: sed minus perfectè retinens, est iam in potentia vniuersum, & meritò, quando Deus eam rerum mediam collocauit, eam ex omnibus temperauit. Temperauit autem ita diuersas species animarum, vt anima quæ mundi vniuersalis vita foret, ad intellectum semper conuerteretur vniuersalem, atq; vniuersaliter insuper, & insuper attentissimè. Vnde factum est, vt vniuersalem semper totius gereret prouidentiam, atq; hanc potestate mirabili, ideoq; & facilitate mirifica: siquidem potestas omnis venit ex alto. Animæ verò reliquæ post hanc cælestes ad intellectum quidē vniuersum conuerterentur: nec tamen adeò vniuersaliter, nec attentione pari: ideo prouidentiam neq; tam vniuersalem agunt, neq; etiam tam potentem. Inferiores tandem his animæ ita cōstitutæ sunt, vt aliquando ad intellectum se verterent vniuersum: atq; tunc siue magis siue minus vniuersaliter vel attentè: ideoq; aliàs cum vniuersali magis concurrerent prouidentia, aliàs verò minus, minus quoq; potenter. Item vt aliquando non tam ad vniuersum, quàm ad proprium se flecterent intellectum, minusq; perfectæ forent: quandoq; ad rationem, vbi & perfectè minus: interdum ad imaginationem quam plurimum laberentur, deterrimæq; euaderent. denique rationalis anima quando in se explicat vniuersum, ad vniuersalem animæ mundi admittitur prouidentiam: quando verò in se gradatim ab vniuerso munere cadens ad partē muneris sese dirigit, particularem gradatim subit curam, corpusq; proprium magis induit, magisq; laborat.

Respondetur ad dubia, & probatur rationales animas non esse ex anima mundi.

Plato probaturus in Philebo mundum esse animatum: inquit, Vndè nam haberet corpus nostrum, quod ex partibus elementorum componitur, animam, nisi mundus qui ex totis componitur elementis, animam possideret? Id est, intellectus mundi faber non adeò fuit imprudens, vt nobis daturus animam, non daret & mundo: præsertim quia mundi anima per vniuersalem influxum præparatura erat materias animaliū seminales ad animas proprias vndecunq; suscipiendas. Ideo corpus nostrum habet & animam intellectualem non aliunde quàm mundus, id est, ab eodem mundi fabro, & animam sensualem plurimum ab anima intellectuali nostra, conferente ad hoc in primis anima mundi. Timæus quoque rationales animas non ab anima mundi, sed ab eodem auctore, à quo & illam, & ex generibus consimilibus asserit constitutas: neque has esse vel illam, vel partes, vel vires illius, sed esse à Deo in diuersis speciebus gradibusq; dispositas: vnde & has labentes in corpora errantesque introducit & exeuntes, quod animæ mundi contingere nequit. Ait autem in Phædro, quotiens particularis anima, quæ & vniuersum est in potentia extra corpus hoc ad vniuersalem se formam actu cogitando, amandoque conuerterit, hanc quoq; ad vniuersalem mundi prouidentiam admittendam, cælesti videlicet corpore ab initio præditam: siquidem & in corpore caduco philosophus contemplator, ciuilisq; idem pro viribus experitur. Proinde sicubi Plato uidetur innuere, animas sequi cælestem motum, ibidem atque alibi subdit etiam posse non sequi. Probatum est quinetiam,

posse prudentia, arte, moribus cælestium influxibus repugnare. ex quo apparet, si qua in nobis est vita pedissequa corporis, perq; hoc fato seruiens, hanc ab anima etiam mundani corporis posse pendere: sed eam in nobis animam quæ corporeis incitamentis mundanisq; resistit impulsibus, altius quàm à mundo descendere. Atqui & si intra mundum geniti sumus, aliunde tamen animam habemus superiorem, quæ metitur & mundum. Nam & fœtus in aluo aliam accipit animam præter matris animam, & aliunde habet animam quam à matre.

Quomodo animæ differant, & quomodo sint immortales in propria forma restantes, & quomodo anima mundi vbique præsens omnibus conducat ad vitam.

In octauo capite hæc in primis considerabis, ad hoc ipsum vt animæ nostræ tum inuicem, tum etiam cum anima mundi adeò consentiant, quòd consimili sæpe afficiantur instinctu, & impulsus aliquis facilè ab alijs fluat in alias, & particulares animæ clam moueantur ab vniuersali: non est vtiq; necessarium, animas nostras esse ab anima mundi progenitas. Satis enim ad hanc consensionem, & quasi compassionem facit communis ipsa tum animæ mundanæ, tum aliarum ex eadem mente diuina, eademq; generali animarũ idea, similisq; processio. Proinde quatuor præcipuè sunt humanarum differentiæ animarum: differunt quodammodo secundum corporum differentias, quando motus magis minúsue concitatos pro differentia sanguinis bilisue & spiritus habere videntur. Differre dicuntur ex præcedenti vita: si verum sit, hanc animam ad actiones, illam ad contemplationem nunc promptiorem existere: quoniam hæc quidem ante ortum negociosissimam egit vitam, hæc verò prorsus contemplatiuam. Differre quoq; Platonici putant quodammodo specie naturaliter ab initio: siquidem sub eodem genere proximo humanæ sint animæ: differant autem inter se speciliabus quibusdam, & si quàm minimis potest fieri differentijs, quibus à summo quodam gradu per secundum tertiumúe & quartum distribuantur. Differre deniq; putant, quòd quamuis quælibet rationalis anima sit vniuersum, potest tamen libero quodam motu aliter atq; aliter se afficere, prout alia se vertit ad vitam contemplatiuam, alia ad actiuam, alia ad voluptuosam. Et quæ ad contemplandum se cõferunt, aliæ hanc formam contemplationis eligunt, aliæ præ cæteris illam: & quam elegerunt, mox induunt quasi naturam. Quanquam verò anima quæuis est omnia, eiusmodi tamen quasi paritas non efficit animas inter se sine vllo discrimine pares. Est enim in mente prima communis idealisq; animarum ratio, non indiuidualis quidem duntaxat, sed admodum generalis, varios inter se possidens animarum idealium gradus, quorum numerum sequitur par numerus animarum, & similis ordo. Et quemadmodum in mente diuina hæc quidem idea est aliter omnia, & aliter illa: sic anima hæc omnia aliter est quàm illa, & aliter suo vtitur vniuerso. Rationi præterea consentaneum est, composita ex quatuor elementis posse in elementa pura resolui: ac si elementa deteriora nequeant omnino seorsum à præstantioribus esse, saltem alicubi præstantiora seorsum à deterioribus in sua puritate consistere: similiter compositum ex materia formaq; tanquam geminis elementis, resolui quodammodo in materiam puram, & omnino redigi ad formam aliquam per se puram, quæ per se, & in se consistat absq; materia, quamuis materia nequeat procul ab omni forma consistere. Sicut elementum (vt dixi) formale à materiali procul existit, quamuis è conuerso non accidat. in genere formarum eiusmodi intellectuales animæ numerantur. Eiusmodi quidem forma est essentia simplex, esse suum per se possidens in seipsa, in qua & esse suum idem est, atq; essentialis vnitas eius. Contrà verò compositorum essentia sese habet: nempe in hac aliud est essentia simul atq; esse quæ consistunt in multitudine, quàm vnitas, quæ prout est vnitas, multitudinem non admittit: atq; esse ibi sequitur vnionem, quam vnitas antecedit. Quorsum hæc? vt intelligas ipsam animæ formam, cuius esse idem est quod & essentialis vnitas eius, esse prorsus indissolubilem, quemadmodum est indissolubilis vnitas: præsertim quia si esse vbiq; in rebus est per formam, sequitur vt forma simplex in se ipsa subsistens, esse suum semper in seipsa continuet. Præterea si forma simplex nõ mixta materiæ, perdenda sit, in nihilum redigetur: si generanda, ex nihilo generabitur. id autem physica per se ratio non concedit. Est igitur anima sempiterna: præsertim, quia si de aliquo sit fingenda, neq; tamen ex vllo queat materiali, cogetur deus eam eius auctor de sua substantia procreare: vnde cogetur esse mutabilis: præsertim si quando faciat quod antè non fecerat. Hæc ergo Plotinus significat, vt animam asserat sempiternam: quæ quantum affirmanda sint, in Theologia nostra satis est dictum. Inter hæc animaduerte, formas eiusmodi vnamquanq; esse in se vnum quiddam numero ab alijs, non per accidens, sed per se distinctum, per se inquam: quoniam animæ non accipiunt numerum ex numero corporum, vel corporalium qualitatum: quasi vna mundi anima per diuersas affectiones corporum propagetur in multas. Iam verò quælibet anima ita per se subsistit semper vnum numero, sicut in sua essentia suum habet esse, atq; esse suum idem est quod & vnitas eius. Sicut ergo essentia simpliciter animæ tanquam simplex & in seipsa consistens, sempiterna est, sic & quodlibet singulare illius esse: siquidẽ esse suum est solùm in ipsius essentia. Item sicut esse est sempiternum, sic & vnitas quælibet numeralis: siquidem illic idẽ est esse quod & vnum aliquid esse. Non enim per externa, sed per interna distinguitur essentia simplex permanens in seipsa, vt nemini liceat somniare nostras animas personalibus quandoq; dimissis proprietatibus in generalem quandã animam confundendas. Res quidem corporeæ ex materia formaq; compositæ vnitatem speciei perpetuam successione conseruant: vnitatem verò numeralem propriamq; nequaquam. Atqui neq; specialem conseruarent in se vnitatem, nisi ab anima generationis fonte perpetuo hanc haurirent. Anima igitur tanquam longè præstantior vnitatem in seipsa quælibet numeralem propriamq; retinet semper, non solummodo specialem, imò sicut per ipsam composita quæ dissoluuntur, similibus temporibus redeuntibus, similia prorsus & eadem specie reuertuntur: sic anima mutans quodammodo in seipsa formam, velut præstantior corpore, ad eandem numero quandoque redit, & ad idem corpus, eandemq; personam. Posthac vbi quæritur quomodo forma simplex intellectualisq; anima siue mundi siue nostra dicatur aliquando infinita? respondetur, non quia in infinitum diuidi queat, sed quia sine fine vigeat, & vbiq; & semper agere possit. Sic igitur nec anima mundi vel in animas diuiditur infinitas, vel qualitatis corporeæ more distenditur, quatenus moles mundi protenditur, sed vnica permanet: & quantumcunq; corporis ex ea quicquam potest accipere, ipsa vbique integra vegetat. Animæ quoque nostræ sicut non fiunt numero totidem, ex tot

corpo-

corporeis portionibus atq; qualitatibus, sic neq; protenduntur in molem, & more albedinis extenduntur extensa materia: sed & totidem sunt, quot proprietates intimæ, & quantum molis ad earum præparatur influxum, tantum formant in diuiduo quodam & vbiq; toto perpetuoq; vigore. Neq; secatur anima nostra in plures animas, siue propter diuersa mēbra, siue membro quolibet amputato: sicut nec anima mundi ipsa in se vel diuiditur, vel fit plures animæ, partibus inter se mundi diuisis. Hæc enim vna permanens, quantumcunq; disiungatur pars mundi viuens, hæc ab alia tamen tota simul est in vtraq;. Est & in medio propter continuitatem materiæ primæ, imò & essentiæ quintæ, quæ est proprium animæ susceptaculum. Inter hæc si cui Plotinus videtur in plantis & animalibus ex putrefactione genitis, non aliam ponere animam quàm mundanam, tu caue ne facilè id concesseris: id enim ipse videtur in libro de animæ immortalitate refellere. Dices ergo ipsam mundi animam omnibus quidem talibus esse præsentem, neq; cogi hanc ipsam plures fieri animas propter sectiones plures, atq; animantes, sed interea non hanc solam his esse vitam, quamuis ipsa vitas in his generet, atq; animas. Quæ quidem animæ si à Platonicis aliquibus, & ab ipso Plotino alicubi dicantur esse secundum proprias substantias sempiternæ, non tunc primùm ab anima mundi generabuntur, sed vniuersali illius instinctu genitis infundentur. Poterit & aliquis dicere, omnem quidem vitam esse perpetuam, sed animas, si quæ sunt tales, proprio motu carentes, non tam in se quàm in communi post obitum vita subsistere: quæ verò proprios edunt motus, præsertim si liberos, propriam quoq; formam per seipsas perpetuò conseruare. Semper verò memento, præter vitas animantium proprias, subesse cunctos communem vim ex mundi anima vegetalem in arbore mundana totam vbiq; vigentem, quæ et præparet materias proprijs animabus, & tempore certo conseruet, & in vnum viuentia cuncta conciliet. Hunc Pythagorici, referente Sexto Pyrronio, esse dicunt spiritum in modum animæ rebus cunctis infusum, qui homines conciliet cæteris animantibus, conciliatos aliunde numinibus. Hoc iam vigente communiter, accedit in nobis ad fœtum rationalis anima: atque sub hoc communi lumine ipsa deinceps lumē propriæ peculiarisq; vitæ diffundit in corpus, quod & in obitu ipsa secum contrahat proprium, quemadmodum & mundi anima suum, atq; commune conseruat.

Quot modis insinuetur anima corpori, & qualis sit anima mundi, & quomodo faciat mundum, & dimensionem eius, & quomodo sit vbique.

In capite libri nono, vbi secunda incipit quæstio, quomodo insinuatur anima corpori: animaduertes duobus in primis id fieri modis. Nam aut ab incorporeo statu, aut à corpore venit in corpus. Et hoc quidem secundum diuisionis membrum in quatuor iterum membra diuiditur: nempe aut à liquido corpore transit in liquidum, aut à liquido in solidum, aut à solido in aliud solidum, vel à solido rursus in liquidum. Vbi notabis si quando ex Plotini sententia omne corpus exuere possit, excogitari posse semper extra corpus esse victuram. Quod & Plato in Phædone significat: & Porphyrius atque Iamblichus suspicantur. Sin autem, vt ait Proculus, semper est in aliquo corpore, poterunt consequenter fingi vicissitudines corporum sempiternæ. Vt autem cognoscas quomodo anima tua, imò prius quomodo mūdi anima suo insinuetur corpori, cogita in anima mundi vim intellectualem eius, in summo ceu lumē, rationalem in medio vt splendorem, vegetalem in infimo, vt calorem. Præterea circa eius essentiam considera duo. Primum prout ipsa aliud quiddam est quàm illa tria: secundum, prout tribus iam illis est insignita: iam verò quo momento est aliud, quodammodo obscura est, & deformis, & frigida Obscura quidem nondum habens intelligentiæ lucem: deformis item, nondum rationis splendorem possidens: frigida deniq;, non adhuc adepta vegetalis naturæ fomentum. Ex hac ergo essentia sic egena cogita prodire primam mundi materiam prorsus egenam, & omnino tenebrosam, deformemq;, & frigidam: sed interim ab essentia, quatenus tribus iam illis est insignita, contemplare mundi materiam prodeuntem protinus exornari, per intelligentiam quidem formis penitus permanentibus: per rationem verò formis, quæ moueantur stabiliter, per vegetalem deniq; formis, quæ mobiliter moueantur: ita tamen, vt quæ intelligentia rationeq; procedunt, tam naturaliter inde profluant, quàm naturaliter quæ vegetali natura nascuntur. atqui sic anima mundi prædita in mundo formando exemplar præcipuum (vt Timæus innuit) non mobilem, & quasi generabilem spectat naturam vel rationem, si modò sit ratio mobilis, sed intellectualem potius formam omnis generationis expertem, siue sit animalis intelligentia, siue prima. Cogita rursum animam quatenus mobilis est intrinsecus, naturaliter anniti, vt eatenus moueatur extrinsecus. ex hoc ergo nixu materiā iam natam statim longè lateq; protendi, adeò vt ex animæ motu micante foras, dimensio materiæ sit exorta, simul & mundi motus. sic ergo locus inde simul nascitur, atq; tempus. Locus quem habitet anima vegetando: tempus quo locum, id est corpus moueat vegetando. In exemplari primùm intellectuali destinata est idealiter certa tum mundi tum mundanarum dimensio rerum: ad quam sanè destinationem tanta suborta est ad motum formalis efficacia in vegetali natura: quæ pro mensura tali tantam mundo quantitatem exhibet, tantasq; mundanis, quanta simul & quantæ præsignantur in ipsa mentis idea. Potest autem anima per essentiam suam tota simul adesse parti cuilibet mundi tam grandis: quoniam & tantus hic est factus, quantum ipsa processit quæ procedendo fecit. Et ipsa quidem anima neq; dimensio est, neq; qualitas extensa dimensione: sed indiuiduum quiddam, non tanquam aliquis dimensionis terminus alicubi in dimensione signatus, sed inde solutum in se consistens, extra totum quantitatis genus in quodam plus quàm substantiæ genere: molem totam longissimo naturæ virtutisq; supereminens interuallo. Vnde hoc ipso indiuiduo sui totam vndiq; molem possidet, neq; totum possidetur ab ipsa.

Quomodo anima mundi agit in seipsa, atq; ita naturaliter gignit mundum sic omniformem, sicut omniformis est ipsa.

Caput decimum docet quemadmodum summus aer subest lumini, lumen verò Soli, semper tamen simul sunt ab æuo: sic mundi animam intellectui diuino semper, intellectum deniq; bono. Item mundum semper naturaliterq; pullulare ex seminaria suæ animæ potestate, sicut viuens quodlibet ex semine suo. hæc enim inde vim eiusmodi nanciscuntur. Cum verò natura particularis in quolibet viuente non egeat ad motum generationemq; consilio vel machinis vllis, multò minus his vniuersalem egere naturā: hanc insuper facere mouereq; omnia facilitate mirabili.

Cum enim ex ea pendeat tota mũdi moles, eiusq; forma, nihil vſquam ei poſſe reſiſtere: præſertim quia inde omnia ſubſequenti ſerie ita dependent, vt agentia vel leuiſſimo primùm nutu pulſata, mox omnia moueantur, atque ad actionem primi mouentis finemq; conducant. Proinde quæ non viuunt, foras & in alienã tantùm materiã agunt, in ſeipſis verò torpent: quæ verò viuunt, agunt etiam in ſeipſis, aguntq; perpetuò. Anima ergo viuendi principium, mundana præcipuè, agit ſemper atq; potiſſimum in ſeipſa, prout intelligentia eius hinc quidem ſuam rationem format, inde ſuam quoq; naturam. Atqui & ratio naturaliter ſecum ipſa diſcurrit, & omnia turget, geſtitq; ſeminibus rerum omnium, etiam corporum diuinorum: Ex quo quidem intimo rationaliq; per rationes rerum ſeminales motu naſcitur forma rationalis mundi ſimiliter omniformis, forma inquam animæ quamſimillima. Si enim generantia quæ ſequuntur, ſibi ſimilia generare contendunt: nimirũ vniuerſalis & proximus hic mundi genitor mundum ſibi generat quamſimillimum.

De deſcenſu animæ, Dionyſio, Ioue, curriculis vitarum, ordine mundi, conſonantia vniuerſi.

Hic naturam ipſam, id eſt, vegetalem animæ mundanæ potentiam appellat Dionyſium: cuius membra ſunt rationes rerum ſeminales in ipſa natura. Quæ quidem membra quando per generationem quaſi procedunt in materiam, hic magis inter ſe diuiſa, iam à Titanibus, id eſt, dæmonibus genituræ præfectis diſcerpta videntur: quaſi mẽbra Oſyridis, id eſt, viuificæ prouidentiæ dilaniata à Typhone, id eſt, dæmonum geneficorum duce. Animæ igitur in diuino quodam mundo viuentes aliquando per imaginationem, quæ in eis erat vltimum, proſpexerunt formas in materia mundi iacentes, quæ ſunt imagines Dionyſij, eiusq; membrorum in materia quaſi ſpeculo, proſpexerunt verò eas forſan intuendo recto quodam aſpectu in naturam, atq; inde aſpectum in materiam deflectendo. Quorſum verò ſe ita conuertit imaginatio, illuc ſtatim ratio ſe diuertit ab intellectu, et vtraq; nõ aſpiciendo ſolùm, ſed amando. Amor eiuſmodi extitit deſcendendi principium, atq; poſt caſum etiam permanendi: quoniam prouincia hæc indiget aſſidua noſtræ rationis attentione: ſed intellectus interea quem non tangit affectus eiuſmodi, ſe in mundo ſuperiore ſeruauit immotum. Benignitas verò Iouis inſtituit curricula temporum in hac quidem laborioſa vita fore breuia, in vita verò apud ſuperos longa, longiſſima tandem apud ſupremos. Reuertuntur autem animæ noſtræ quandoq; ad animæ mundanæ gradum, vbi prouidentiam eius publicam contemplentur, & facilitate gubernationis propriæ circa corpus tũc ſuum, & circa ſuam prouinciam imitentur. Præterea mundi anima quaſi mundanus Apollo canit quidem in natura, pulſat autem in cælo lyram. In natura rationum omnium euolutio ſtatutis temporibus atq; reuolutio, vniuerſalis eſt concentus ex multis cantibus moduliſq; compoſitus: in cælo ſimiliter perpetua quædam diſpoſitio ſtellarum atq; motionum ſonus eſt Appollineus, ad perpetuam cantus illius concordiã inſtitutus. Siquis igitur diſpoſitionem continuam illius cantus inſpiceret, in ea ſtatim cæleſtes ſonos contueretur, & quaſi iam (vt propriè loquar) audiret. Animæ quinetiam noſtræ progreſſiones ſuas tum in deſcenſu, tum in hac habitatione, tum in aſcenſu quaſi tripudio concordi ſaltantes, cantui mundano ſonoq; coaptant. Cum enim ab eodem patre proficiſcantur, à quo & anima mundi eiusq; germanæ ſint, & prouinciam eius inhabitent, nimirum ad cantum ſonumq; illius ipſæ ſaltant, non impulſæ quidẽ inde, ſed volentes, & naturaliter ſimul atq; libenter ipſæ mundanæ mundanum ordinem æmulantur. Hinc efficitur, vt per cæleſtia progreſſiones humanas, & ſi non vbiq; quaſi per cauſas, ſaltem quaſi per ſigna quædam coniectare quis valeat: præſertim quia vniuerſalis naturæ cæliq; forma exemplari quadam ratione continet quæcunq; geruntur intra mundum, ſiue ab ea ipſa, ſiue à ſeipſis, ſiue quomodolibet aliunde ducantur. Habitant verò animæ aliquando extra cæleſte corpus, aliquando in cæleſti puro, aliquando ſub cæleſti. Et quatenus anima diuerſum intra ſe habitum induit, diuerſam foris induit & figuram: itaq; aliquando in hominem cæleſtem venit, aliquando in aerium, aliàs in terrenum: atq; hic rurſum quatenus minus magisúe inde degenerat, in hominem venit vel diuinum, vel humanum, vel quaſi ferinum. Nempe ita nos Plotini verba emendare ſolemus: Nam rationalem animam bouini corporis, vel ſuilli formam aliquando fieri à Platonicis non eſt receptum, neq; etiam ab ipſo Plotino concedendum erat, cum propoſuiſſet mutationẽ in anima ab imaginatione principium habuiſſe, quæ in eſſentia ſpeciem mutare non poteſt. Tot quidẽ intellectus in humana ſpecie eſſe, quot ſunt & animæ, receptum eſt. Intellectum verò noſtrum in diuinis reſtare felicem, dum rationalis potentia quaſi ad terram præcipitata ſit miſerrima, ab Iamblicho quidem non videtur penitus diſſidere: à Porphyrio tamen Plotini diſcipulo ſpretum eſt: à Proculo reprobatum, dicẽte tantam fore potentiam beatiſſimæ apud Deum mentis, vt vim ſibi contiguam, & ſimillimam rationem ſit interim retentura, quatenus ipſa minimè declinauerit, & in hac vita nos minimè peccaturos. Neq; conſentire videtur ſtomachum infirmiſſimum fore, quamdiu firmiſſimũ iecur extiterit. Subdit Porphyrius, caſum animæ non ab imaginatione vel natura, ſed ab intellectu cæpiſſe: non enim trahi ab inferioribus ſuperiora, ſed vim illam ſuperiorẽ agere pro menſura quadam virtutis ſuæ. itaq; intentionem agendi quandoq; in ea remitti, atq; eatenus intẽdi virtutis inferioris actum, id eſt imaginationis atq; naturæ, cum anima vndiq; ociari non poſſit. contra verò remitti rurſum inferiorum actus, quãdo ſuperiorum actus intenditur. Vbi verò dicit intellectum agere pro menſura virtutis ſuæ, ſic emendandus eſt, vt quando intellectus apud Deum eſt beatus, agat non tam virtute ſua quàm diuina, ſub cuius forma iam agit: itaq; animã ſemel ita beatam putandum eſt nunquã inde diſceſſuram. Cætera illi viderint: nobis verò ſat fuerit narrauiſſe id potius probaturis, quod Theologi noſtri potiſſimum comprobauerint.

Lex, iudicium, iuſtitia vniuerſi ducit intrinſecus animos tum ſponte, tum neceſsitate ad ſuum quenq; terminum.

Sicut aliquis lactucam porrigens allicit anſerem per exteriorem ſenſum, ita Magus ſenſum interiorem allicit per nonnulla ſenſus interioris amica: atq; ita libens hic mouetur, ſicut & anſer ita rurſus diuina prouidentia voluntatem omnemq; affectum animi ad terminum trahit ſibi conuenientem, videlicet, per affectionem certam in animo ſecundum actiones ſuas & electiones iam conceptam, qua & ita volens, & tam vehementer ad terminum iuſtum fertur, ſortemq; competentem, quemadmodum aliquis clam magia raptus. Mouet enim Deus animam

non

non ſolùm interius quàm ars, ſed etiam quàm natura: atq; certis temporibus. ſicut natura ſolet. Animæ igitur ab initio ſponte ſua agentes, & ſic agendo factæ tales: demum ſtatutis à Deo temporibus non ſolùm ſponte, ſed etiam neceſſitate legis intimæ, ad ſortem decretam iuſtè perueniunt. Eſt autē in vniuerſo lex iudicium, iuſtitia. Lex quidem in mente diuina, ipſa ſcilicet rerum omnium diſpoſitio: iudicium in mente animæ mundi, ad diuinæ legis normam ſingula decernente: iuſtitia in voluntate eiuſdem ita volente, & ita ſingula exequente, ſicut iam eſt iudicatum. Animas ergo transfert impuras quidem deorſum, per impuritatem ſuam illuc inclinantem, quemadmodum natura vniuerſalis mouet ad centrum grauia per propriam grauitatem: puras autē ſurſum viciſſim per puritatem ſuam eodem quoq; vergentem, ſicut & natura leuia ſurſum per propriam leuitatem. Hac interim ſummula licet interrpretari quæ Orpheus in tribus hymnis canit de lege, iudicio, iuſtitia Dei: & quæ Plato in quarto Legū imitatus Orpheum de lege diuina iudicioq; definit.

De connexione huius mundi ad ſuperiorem, & Prometheo ſtatuiſq; loquentibus.

Mundanæ ſphæræ intimas habent animas, & propria hinc inprimis vitalia dona: per quas quidē animas, perq; animales dotes, velut per media quædam ſortiuntur intellectualia quædam dona conſequenter ab intellectibus indiuiduis ſuarum ducibus animarum: per quos inſuper nonnulla etiam diuina munera nanciſcuntur ab ipſis diuinæ mentis ideis, quibus (vt Plotinus putat & iamblichus) inſeparabiliter coniuncti ſunt intellectus, vt non mirum ſit, diuinum mundum illum mundo huic vndiq; eſſe prorſus infuſum. Poſt hæc animaduertes naturalē quandam prouidentiam in vitali animæ mundi parte regnantem ſub Promethei cognomento, ex luto, id eſt materia prima ſtatuas, id eſt res naturales effingere, atq; eſſe huic opificio partim quidē alligatam, partim quoq; ſolubilem, nec eſſe hic Epimetheo, id eſt temeritati locum: Item rebus naturalibus non ſolùm vires animales ineſſe, ſed dotes etiam quaſdam intellectuales atq; diuinas, & omnia numina huic opificio aliquid ex ſe conferre: opificio inquam non vniuerſo tantùm, ſed etiam vnicuiq;. Alludit inter hæc Plotinus ſtatuæ fictilis vocem nactæ mentione ad magos præcipuè illos, qui loquentes ſtatuas conſtruebant: in quibus nec propriæ quidē vllæ ſtatuarum animæ, nec ſidera loquebantur, ſed dæmones ab eodem ſidere ducti, ſub cuius imperio ſtatuæ fingebantur. Arbitror etiam in puero illo Regis filio, quo die natus eſt, locuto, vt teſtatur Aly, qui & interfuiſſe ſe dicit, non coniunctionem planetarum quatuor in eius horoſcopo concurrentium formauiſſe verba, nec etiam infantis animam verba vaticiniumq; feciſſe de paterni regni calamitate paulò pòſt ſecuta, ſed dæmonem potius illic fuiſſe locutum: dæmonem inquam Mercurialem. Nam in octauo Libræ gradu horoſcopo, qui & terminus eſt Mercurij, Mercurius ipſe cum Venere, Iouéq; & Marte fertur fuiſſe coniunctus. Sed non licet vlterius in præſentia digredi: imò neq; licet tenorem ab initio librorum exponendorum hactenus cōtinuatum vltra ſeruare. Si enim longa ſimiliter argumenta, imò & commentaria ſeorſumq; ab ipſis Plotini capitibus diſpoſita proſequamur, & confuſa continget interpretatio, & opus excreſcet in immenſum. Satis euagati ſumus: ſatis multa iam diximus. Sat igitur erit deinceps breues quaſdam annotationes, vt in Theophraſto fecimus, Plotini capitibus interſerere.

ΠΛΩΤΙΝΟΥ
ΕΝΝΕΑΔΟΣ Δ,
ΛΟΓΟΣ γ.

PLOTINI
ENNEAD. QVARTAE,
LIBER III.

ΠΕΡῚ ψυχῆς ἀποριῶν πρῶτον.

De dubijs animæ primus.

ΠΕΡῚ ψυχῆς ὅσα ἀπορήσαντας, δεῖ εἰς εὐπορίαν καταστῆναι: ἢ καὶ ἐν αὐταῖς ταῖς ἀπορίαις στάντας, τοῦτο κέρδος ἔχειν, εἰδέναι τὸ ἐν τούτοις ἄπορον, ὀρθῶς ἂν ἔχοι τὴν πραγματείαν ποιήσασθαι. περὶ τίνος γὰρ ἄν τις μᾶλλον τὸ πολὺ λέγων καὶ σκοπούμενος, εὐλόγως ἂν διατρίβοι, ἢ περὶ ταύτης: διά τε πολλὰ καὶ ἄλλα, καὶ ὅτι ἐπ' ἄμφω τὴν γνῶσιν δίδωσιν, ὧν τε ἀρχή ἐστι, καὶ ἀφ' ὧν ἐστι. πειθοίμεθα δὲ ἂν καὶ τῷ τοῦ θεοῦ παρακελεύσματι, αὑτοὺς γινώσκειν, παρακελευομένῳ, περὶ τούτου τὴν ἐξέτασιν ποιούμενοι.

A OPERÆPRETIVM eſt conſiderare vtrum omnes de anima dubitatiōes ſoluendæ ſint, an potius in dubitationibus ipſis lucrū nobis ſit collocandū. Nulla profectò res eſt, de qua diligētius & diutius inueſtigare tractareq;, q̃ de anima debeamus: cùm ob alia multa, tū etiā q̃a ad vtraq; cognoſcenda B conducit, ſcilicet tam ad ea quorū eſt ipſa principiū, quàm ad illa ex quibus efficitur. Sic ergo parebimus Deo præcipiēti: cognoſce te ipſum.

1 *Quàm neceſſaria ſit conſideratio de anima, & quomodo aliqui ſuſpicantur nos viuere duntaxat ex vita mundi.*

Præterea cum cætera omnia perſcrutari inue- A
nireq; ſtudeamus, meritò quidnã ſit hic in no-
bis inueſtigator, in primis inueſtigabimus: præ
ſertim cum id ipſum, quod in ipſis contempla-
tionis ſpectaminibus amabile iocũdumq; eſt,
conſequi exoptemus. Eſt enim & in vniuerſo
intellectu ipſum geminum: Quapropter ratio-
nabiliter in particularibus intellectibus hoc
quidẽ ita magis, illud verò aliter ſe potius ha-
bet. Conſiderandum inſuper erit, quomodo
Deorum ſuſceptacula fiant: verùm id quidem B
opportunius indagabimus, poſtquã quo pacto
anima ſit in corpore, quæſiuerimus. Nunc verò
iterum ad illos regrediamur, qui aiunt noſtras
quoq; animas ex ipſa vniuerſi anima eſſe. Fortè
enim nobis obijcient, non eſſe ſufficiens argu-
mentum, quo minus noſtræ ſint partes illius,
quod dicitur animas noſtras eouſq; procedere,
quouſque anima mundi ſe fundit, quòdue tra-
ditur intellectuales dotes habere perſimiles,
etiam ſi id illi conceſſerint: eſſe nanque dicent C
partes toti plerunq; conformes. Afferent præ-
terea Platonem ipſum in mediũ, quaſi id opi-
nantem, vbi probans animatum eſſe mundum,
inquit: Quemadmodum corpus noſtrum pars
eſt corporis vniuerſi, ſic & animá noſtram eſſe
totius animæ partem. Itẽ quod dicitur, & eui-
denter oſtenditur, ſequi nos totius mundi cir-
cuitum, & inde mores fortunaſq; habere: rur-
ſus nos intra mundum genitos, meritò ab ipſo
continentem animam noſtram accipere. Præ- D
terea quemadmodum vnaquæque pars noſtri
à noſtra anima ſuſcipit, ita & nos ſimili ratione
cum ſimus partes ad totum, ab ipſa totius ani-
ma tanquam partes accipere. Poſtremò quod
ſcribitur, omnis anima totius inanimati curam
habet, idẽ prorſus ſignificare, quaſi pter ipſam
mundi animam nihil vſquam animæ relinqua-
tur. Hæc enim eſt quæ totũ curat inanimatum.

II

Non poteſt animam mundi in plures diuidi partes, ſicut corpora vel dimenſiones et numeri, & corporis qualitates.

AD hæc igitur id primò dicendum, quòd
illi ponentes animas eſſe conformes, propterea E
quòd eadem attingere concedantur: interim
idem commune genus admittentes, clam effi-
ciunt, vt aliæ animæ non ſint partes vnius, ſed
probabilius inferrent vnam eandemque eſſe, &
quamlibet vniuerſam exiſtere: vnam verò effi-
cientes ad aliud quiddam redigent. Quod qui-
dem non huius amplius vel illius, ſed nullius
ipſum exiſtens ſiue mundi, ſiue alterius, ipſum
quidem agit, quicquid & mundi & cuiuslibet
animati vita facere iudicatur. Rectè namque ſe F
habere videtur non omnem animam alicuius
eſſe, quippe cũ eſſentia ſit: ſed extare aliquam,
quæ nullius prorſus exiſtat: eas verò quæcun-
que alicuius eſſe dicuntur, fieri aliquando ſe-
cundum accidens, id eſt alicuius euadere. For-
ſan verò in his accipiendum planius quomo-
do pars dicatur, modum quidem partium in
corporibus apparentem, ſiue vniforme ſit cor-
pus, ſiue difforme, dimittere decet, illud dunta-
xat ſignificantes: quando in corporibus conſi- G
milium partium pars nominatur, ſecundũ mo-
lẽ, non ſecundũ ſpeciem eſſe partẽ, ſicut in albe-
dine poſſumus iudicare. Albedo enim quæ eſt
in parte lactis, non eſt pars albedinis quę in to-

ζητεῖν τε τὰ ἄλλα καὶ εὑρεῖν βουλόμενοι, δικαίως ἂν τὸ ζητοῦν τί ποτ' ἐστὶ τοῦτο ζητοῖμεν, τὸ, τε * ἐραστὸν ποθοῦντες λαβεῖν θεαμάτων. (* ἱερῶν) ἦν γὰρ καὶ ἐν τῷ παντὶ νῷ τὸ διττόν: ὥστε εὐλόγως ἐν τοῖς κατὰ μέρος, τὸ μὲν οὕτως μᾶλλον, τὸ δὲ οὕτως. τὰς δὲ ὑποδοχὰς τῶν θεῶν ὅπως, σκεπτέον: ἀλλὰ τοῦτο μὲν, ὅταν πῶς ἐν σώματι ψυχὴ γίνεται, ζητῶμεν. νῦν δὲ πάλιν ἐπανίωμεν ἐπὶ τοὺς λέγοντας ἐκ τῆς τοῦ παντὸς ψυχῆς, καὶ τὰς ἡμετέρας εἶναι. οὐ γὰρ ἴσως ἱκανὸν φήσουσιν εἶναι, τὸ φθάνειν μέχρι τῶν αὐτῶν καὶ τὰς ἡμετέρας, μέχρις ὧν, καὶ ἡ τοῦ παντὸς ψυχὴ ἔρχεται: μηδὲ τὸ ὁμοίως νοερὸν, καὶ εἰ συγχωροῖεν τὸ ὁμοίως, τοῦ μὴ μόρια αὐτῆς εἶναι. εἶναι γὰρ ὁμοειδῆ, καὶ τὰ μέρη τοῖς ὅλοις. παραθήσονται δὲ καὶ πλάτωνα τοῦτο δοξάζοντα, ὅταν πιστούμενος τὸ πᾶν ἔμψυχον εἶναι λέγῃ: ὡς σῶμα μέρος ὂν τοῦ παντὸς τὸ ἡμέτερον, οὕτω καὶ ψυχὴν τὴν ἡμετέραν, μέρος τῆς τοῦ παντὸς ψυχῆς εἶναι. καὶ τὸ συνέπεσθαι δὲ ἡμᾶς τῇ τοῦ παντὸς περιφορᾷ: καὶ λεγόμενον καὶ δεικνύμενον ἐναργῶς εἶναι, καὶ τὰ ἤθη καὶ τὰς τύχας ἐκεῖθεν λαμβάνοντας, εἴσω τε γινομένους ἐν αὐτῷ ἐκ τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς, τὴν ψυχὴν λαμβάνειν. καὶ ὅπερ ἐπὶ ἡμῶν μέρος ἕκαστον ἡμῶν, παρὰ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς λαμβάνει: οὕτω καὶ ἡμᾶς ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον μέρη πρὸς τὸ ὅλον ὄντας, παρὰ τῆς ὅλης ψυχῆς μεταλαμβάνειν ὡς μέρη. καὶ τὸ ψυχὴ δὲ πᾶσα παντὸς ἐπιμελεῖται τοῦ ἀψύχου, τὸ αὐτὸ τοῦτο σημαίνειν, καὶ οὐκ ἄλλο τι ἔξωθεν ψυχῆς καταλείποντος μετὰ τὴν τοῦ ὅλου. αὕτη γὰρ ἡ τὸ πᾶν ἄψυχον ἐν ἐπιμελείᾳ τιθεμένη.

ΠΡΟ'Σ δὲ ταῦτα, πρῶτον ἐκεῖνο λεκτέον, ὡς ὁμοειδῆ τιθέμενοι τῷ, τῶν αὐτῶν συγχωρεῖν ἐφάπτεσθαι, τὸ αὐτὸ γένος κοινὸν διδόντες, ἔξω ποιοῦσι τοῦ μέρος εἶναι· ἀλλὰ μᾶλλον ἂν τὴν αὐτὴν καὶ μίαν, καὶ ἑκάστην πᾶσαν, δικαιότερον ἂν εἴποιεν: μίαν δὲ ποιοῦντες, εἰς ἄλλο ἀναρτῶσιν. ὃ μηκέτι τοῦδε ἢ τοῦδε, ἀλλὰ οὐδενὸς ὂν αὐτὸ ἢ κόσμου, ἢ τινὸς ἄλλου, αὐτὸ ποιεῖ, ὃ καὶ κόσμου καὶ ὁτουοῦν ἐμψύχου. καὶ γὰρ ὀρθῶς ἔχει μὴ πᾶσαν τὴν ψυχὴν τινὸς εἶναι, οὐσίαν γε οὖσαν: ἀλλ' εἶναι ἢ μὴ, τινός ἐστιν ὅλως· τὰς δὲ ὅσαι τινὸς, γίνεσθαί ποτε κατὰ συμβεβηκός. ἴσως δὲ δεῖ λαβεῖν τὸ μέρος ἐν τοῖς τοιούτοις πῶς λέγεται, σαφέστερον: τὸ μὲν δὴ ὡς σωμάτων μέρος, εἴτε ὁμοειδὲς τὸ σῶμα, εἴτε ἀνομοειδὲς, ἐατέον. ἐκεῖνο μόνον ἐπισημηναμένους, ὡς ἐπὶ τῶν ὁμοιομερῶν, ὅταν λέγηται μέρος, κατὰ τὸν ὄγκον ἐστὶ τὸ μέρος, οὐ κατὰ τὸ εἶδος: οἷον, τὴν λευκότητα. οὐ γὰρ ἡ ἐν τῷ μορίῳ τοῦ γάλακτος λευκότης, μέρος ἐστὶ τῆς τοῦ παν-

τὸς

τοῦ γάλακτος λευκότητος, ἀλλὰ μορίου μέν ἐστι λευκότης: μόριον δὲ, οὐκ ἔστι λευκότητος. ἀμέγεθες γὰρ ὅλως, καὶ οὐ ποσὸν ἡ λευκότης: ἀλλὰ τοῦτο μὲν, οὕτως. ὅταν δὲ ἐπὶ τῶν οὐ σωμάτων λέγωμεν μέρος, ἤ τοι οὕτως ὡς ἐπὶ τῶν ἀριθμῶν λέγοιμεν ἄν, ὡς τὰ δύο τῶν δέκα, (ἔστω δὲ ἐπὶ ψιλῶν μόνων τὸ λεγόμενον) ἢ ὡς κύκλου καὶ γραμμῆς μέρος: ἢ ὡς ἐπιστήμης μέρος, τὸ θεώρημα. ἐπὶ μὲν δὴ τῶν μονάδων καὶ τῶν σχημάτων, ἀνάγκη ὥσπερ ἐπὶ τῶν σωμάτων, ἐλαττοῦσθαί τε τὸ ὅλον, τῷ εἰς τὰ μέρη μερισμῷ, ἐλάττω τὰ μέρη ἕκαστα τῶν ὅλων εἶναι. ποσὰ γὰρ ὄντα, καὶ τὸ εἶναι ἐν τῷ ποσῷ ἔχοντα, οὐ τὸ αὐτὸ ποσὸν ὄντα, μείζω καὶ ἐλάττω ἐξ ἀνάγκης γίνεται. κατὰ δὴ ταῦτα, οὐκ ἐνδέχεται ἐπὶ ψυχῆς τὸ μέρος λέγεσθαι. οὔτε γὰρ ποσὸν οὕτως ὡς δεκάδα τὴν πᾶσαν, τὴν δὲ μονάδα εἶναι, ἄλλα τε γὰρ πολλὰ, καὶ ἄτοπα συμβήσεται, καὶ οὐχ ἕν τι τὰ δέκα. καὶ ἑκάστη αὐτῶν τῶν μονάδων, ἢ ψυχὴ ἔσται, ἢ ἐξ ἀψύχων ἁπάντων ἡ ψυχή. καὶ ὅτι καὶ τὸ μέρος τῆς ὅλης ψυχῆς, συγκεχώρηται, ὁμοιοειδὲς εἶναι. τὸ δὲ ἐπὶ τοῦ συνεχοῦς, οὐκ ἀνάγκη τὸ μέρος, οἷον τὸ ὅλον ἐστὶν εἶναι: οἷον κύκλου, ἢ τετραγώνου: ἢ οὐ πάντα γε τὰ μόρια ὅμοια, ἐφ' ὧν ἔστι λαβεῖν τὸ μέρος: οἷον ἐπὶ τῶν τριγώνων τρίγωνα, ἀλλὰ παραλλάσσοντα, τὴν δὲ ψυχὴν, ὁμοειδῆ τίθενται εἶναι. καὶ ἐπὶ γραμμῆς δὲ τὸ μὲν μέρος ἔχει τὸ γραμμὴ εἶναι, ἀλλὰ τῷ μεγέθει διαφέρει καὶ ἐνταῦθα. ἐπὶ δὲ ψυχῆς, ἡ διαφορὰ τῷ μεγέθει εἰ λέγοιτο τῆς μερικῆς πρὸς τὴν ὅλην, ποσόν τι ἔσται καὶ σῶμα. τὴν διαφορὰν λαμβάνουσα καθὸ ψυχὴ, παρὰ τοῦ ποσοῦ: ἀλλ' ὑπέκειντο πᾶσαι, ὅμοιαι καὶ ὅλαι. φαίνεται δὲ οὐδὲ μεριζομένη οὕτως, ὡς τὰ μεγέθη: οὐδ' ἂν συγχωρήσαιεν δὲ οὐδὲ αὐτοὶ, κατατέμνεσθαι τὴν ὅλην εἰς μέρη: ἀναλώσουσι γὰρ, τὴν ὅλην. καὶ ὄνομα μόνον ἔσται, εἰ μὴ ἀρχή τις ποτε ἦν πᾶσα· ὡς οἴνου μερισθέντος εἰς πολλὰ, ἕκαστον τὸ ἐν ἑκάστῳ ἀμφορεῖ λέγοι μέρος οἴνου τοῦ ὅλου. ἆρ' οὖν οὕτω μέρος, ὡς θεώρημα τὸ τῆς ἐπιστήμης λέγεται. τῆς ὅλης ἐπιστήμης, αὐτῆς μὲν μενούσης, οὐδὲν ἧττον. τοῦ δὲ μερισμοῦ, οἷον προφορᾶς καὶ ἐνεργείας ἑκάστου οὔσης. ἐν δὲ τῷ τοιούτῳ, ἕκαστον μὲν δυνάμει ἔχει τὴν ὅλην ἐπιστήμην. ἡ δέ ἐστιν, οὐδὲν ἧττον ὅλη. εἰ δὴ οὕτως ἐπὶ ψυχῆς τῆς τε ὅλης καὶ τῶν ἄλλων, οὐ καὶ εἴη ὅλη, ἧς τὰ τοιαῦτα μέρη, ἔσται τινὸς, ἀλλ' αὐτὴ ἀφ' ἑαυτῆς: οὐ τοίνυν οὐδὲ τοῦ κόσμου, ἀλλά τις καὶ αὕτη τῶν ἐν μέρει. μέρη ἄρα πᾶσαι μιᾶς, ὁμοειδεῖς οὖσαι. ἀλλὰ πῶς ἡ μὲν κόσμου, ἡ δὲ μερῶν τοῦ κόσμου;

ἈΛΛ' ἆρα οὕτω μέρη ὥσπερ ἂν καὶ ἐφ' ἑνὸς ζώου τις εἴποι, τὴν ἐν τῷ δακτυλίῳ ψυχὴν,

A to lacte, sed partis quidem est albedo, non autẽ pars est albedinis: siquidẽ albedo nõ est quantum aliquid, sed per se omnino magnitudine carens. & id quidem ita se habeat. At quãdo in rebus quæ non sunt corpora, partem dicimus, vel ita vt in numeris accipimus partẽ, sicut binarius dicitur pars denarij (sit autem in numeris tantùm puris id dictum) vel sicut circuli & lineæ pars dici solet, vel tanquã propositio siue notio dici pars scientiæ consueuit. In vnitati-
B bus quidem atq; figuris necessarium est quemadmodum & in corporibus, minui tũ tota ipsa per partes diuisione, tum minores toto partes singulas esse. Hæc enim cũ sint quanta, & suum esse in ipso quanto possideant, non idem quantum existentia, necessariò maiora fiunt atque minora. Hac certè cõditione pars in anima dici non potest. Non enim in ea ita quantum est, vt tota quidem sit ceu denarius, pars verò vt vnitas. Contingent profectò & alia absurda per-
C multa, & proculdubio decem non sunt aliquid vnum. Præterea vel vnaquæque vnitatum erit anima, vel anima ipsa ex cũctis inanimatis constituetur. Accedit ad hæc quòd pars totius animæ concessa est vniformis existere: at in continuo non necessarium est, partem esse talẽ, quale existit & totũ, sicut circuli vel trianguli partes: aut certè nõ omnes particulæ similes sunt, in quibus licet partem accipere, ceu triangulos in triangulis: sed in his accidit peruaria permu-
D tatio. Animam verò vniformem esse fatentur. Item in linea pars quidem habet, vt linea sit, sed hîc quoq; magnitudine differt. Verùm in anima, si differentia magnitudine sumitur, partialis videlicet animæ ad totam animã, quantum quiddam erit & corpus: quippe cum differentiam ipsam qua est anima, à quanto susceperit: at omnes concessæ sunt esse similes atq; totæ. Constat præterea neq; ita esse diuisam, vt magnitudines diuidũtur, neq; illi etiam totam se-
E cari in partes cõfiterentur: alioquin totã ipsam sunt funditus perdituri. Et si qua ab initio fuerat vniuersa, iam nomen erit solùm: ceu siquis vino in multa distributo, quod singulatim est in poculo vini totius dixerit esse partem. Sed nunquid ita pars in anima sumitur, sicut propositio quædam pars totius scientię nuncupatur? Ipsa quidem scientia tota nihilominus integra permanente, partitione verò sic se habente velut prolatio quædam actusq; cuiusq;. In
F hac quidem re, vnumquodq; totam in potentia scientiam habet: hæc verò nihilominus est interea tota. Quòd si hoc pacto pars in anima & vniuersa & cæteris censeatur, profectò anima vniuersa cuius partes aliæ sunt eiusmodi non erit alicuius anima, sed penes se ipsa consistet: neq; igitur erit anima mũdi: sed hæc quoq; erit quædam earũ quæ in parte ponuntur. Partes ergo omnes vnius vniformes penitus existentes. At quomodo hæc quidem mundi ani-
G ma, illa verò partium mundanarum?

III. Nõ licet fingere esse vnicam tantùm in cũctis hominibus mũdi animam, sicut dicimus in cũctis hominis vnius membris esse vnam hominis animam.

SED nunquid ita partes hîc accipiendæ sunt, ac siquis in vno quodam animali dicat animam, quæ est in digito, partem esse totius

animæ, quæ est in toto animali. At verò hic sermo vel nullã efficit animã extra corpus esse, vel omnẽ nõ in corpore, sed extra corpus mũdi illã quæ mũdi anima dicitur. Cõsideratione quidẽ id dignũ est: sed in præsentia quasi per imaginẽ est agendũ. Si enim totius anima omnibus particularibus seipsam præbeat animantibus, atq; ita quælibet, scilicet anima pars dicatur: nam si diuisa esset, nequaquã vnicuiq; se pberet, profectò eadẽ vbiq; tota erit, vna inquã & eadẽ in multis simul existẽs. Sic autẽ nequaquã obtineretur aliã quidẽ animã esse totã, aliã verò partem, in his præsertim quibus eadẽ adsit potentia: quandoquidẽ & vbi aliud alteri officiũ est, aliud verò alteri, velut oculis atq; auribus, nõ aliã animæ partẽ oculo, aliã auribus adesse dicendũ: nam aliorũ est diuisio talis, sed prorsus eandẽ: quãuis alia in vtrisq; potẽtia se exerceat. Sũt enim in vtrisq; omnes, sed propterea quòd differẽtia sunt instrumẽta, differẽtes quoq; apprehensiones fieri est putandũ. Omnes tamen specierũ esse, atq; in speciẽ redigi omnino potentẽ, formari per omnia. Patet verò hoc ex eo etiã quòd necessariũ sit omnia in vnum deniq; peruenire: naturã verò instrumentorũ, per quę peruenitur, constat nõ posse cũcta suscipere: & passiones quidẽ instrumẽtis fieri differẽtes: iudicium verò ab vno eodemq; agi velut iudice, tum quæ dicuntur, tũ quæ aguntur pariter aduertẽte: verùm quod vnũ vbiq;, dictũ est indifferẽtibus etiã actionibus. Quòd si velut sensus duntaxat ibi sint, non licet vnumquodq; ipsorum intelligere, sed potius illã: si autẽ propria intelligentia sit, nimirũ quælibet in se ipsa consistit. Quando verò & rationalis sit anima, atq; ita rationalis dicatur vt tota: qđ dicitur pars, non pars quidẽ totius, imò idem erit omnino.

IIII. Confirmantur superiora, & docetur quomodo fiat distinctio in intellectu, et quomodo debeat in anima fieri, & quomodo aliqui fingant distingui ad tempus animas, iterumq; cõfundi.

QVID ergo dicendum erit, si modò ita sit vna, quãdo quispiam hinc nos percontabitur, primò quidẽ dubitans, nunquid ita possit esse simul in omnibus vnum: deinde quãdo anima in corpore sit, quomodo & alia sit extra corpus? Fortè enim consequens erit, omnẽ in corpore semper esse, præsertim animam vniuersi. Non enim sicut nostra corpus relinquere dicitur, & si nonnulli aiunt hoc quidem derelicturam, non tamen omnino extra corpus fore. At si omnino extra corpus erit, quónã pacto hæc quidem deseret, hæc verò nequaquam, cum sit eadem? In ipso quidem intellectu qui alteritate distinguitur in seipso, secundum partes præcipuè inter se, simul tamen existentes semper, siquidẽ essentia ipsa impartibilis est, nulla vnquam talis incidet dubitatio. At verò in anima, quæ circa corpora dicitur esse partibilis, hoc ipsum qđ dicitur vnũ esse omnes, multis nos dubitationibus implicat: nisi qs ipsum quidẽ vnũ in se ipso firmauerit, in corpus minimè decidens: deinde omnes ab illo tam totius animã quàm alias vsq; ad certum quiddã velut simul existentes, atq; vnã ex eo quòd nullius proprij fiant, esse dixerit. Terminis verò suis suspensas simulq; cõspirãtes penes supna, interim huc & illuc dirigere se atq; porrigere instar luminis:

A μέρος τῆς ἐν τῷ παντὶ ζώῳ ὅλης; ἀλλ' οὗτός γε ὁ λόγος, ἢ οὐδεμίαν ποιεῖ ψυχὴν ἔξω σώματος γίνεσθαι, ἢ πᾶσαν οὐκ ἐν σώματι, ἀλλ' ἔξω τοῦ σώματος τοῦ κόσμου, τὴν τοῦ παντὸς λεγομένην. σκεπτέον δὲ τοῦτο· νῦν δὲ ὡς λέγοι τὸ ἂν κατὰ τὴν εἰκόνα ἐξεταστέον. εἰ γὰρ ἡ τοῦ παντὸς παρέχει αὑτὴν πᾶσι τοῖς ἐν μέρει ζώοις, καὶ οὕτω μέρος ἑκάστη, διαιρεθεῖσα μὲν, οὐκ ἂν αὑτὴν B ἑκάστῳ παρέχοι. ἡ αὐτὴ δὲ πανταχοῦ ἔσται ἡ ὅλη, μία καὶ ἡ αὐτὴ ἐν πολλοῖς ἅμα οὖσα. τοῦτο δὲ οὐκέτ' ἂν τὴν μὲν ὅλην, τὴν δὲ μέρος ἂν εἶναι παράσχοιτο. καὶ μάλιστα, οἷς τὸ αὐτὸ δυνάμεως πάρεστιν. ἐπεὶ καὶ οἷς ἄλλο ἔργον, τῷ δὲ ἄλλο οἷον ὀφθαλμοῖς καὶ ὠσίν· οὐ μόριον ἄλλο ψυχῆς ὁράσει, ἄλλο δὲ ὠσὶ λεκτέον παρεῖναι, (ἄλλων δὲ, τὸ μερίζειν οὕτως) ἀλλὰ τὸ αὐτὸ, κἂν ἄλλη δύναμις ἐν ἑκατέροις ἐνεργῇ. C εἰσὶ γὰρ, ἐν ἀμφοτέραις ἅπασαι· τῷ δὲ τὰ ὄργανα διάφορα εἶναι, διαφόρους τὰς ἀντιλήψεις γίνεσθαι. πάσας μέντοι εἰδῶν εἶναι, εἰς εἶδος πάντα δυνάμενον μορφοῦσθαι. δηλοῖ δὲ καὶ τὸ εἰς ἓν ἀναγκαῖον εἶναι πάντα ἰέναι· τῶν δὲ ὀργάνων, δι' ὧν, μὴ πάντα δύνασθαι δέξασθαι, καὶ τὰ μὲν παθήματα, διάφορα γίνεσθαι τοῖς ὀργάνοις, τὴν δὲ κρίσιν παρὰ τοῦ αὐτοῦ· οἷον D δικαστοῦ, καὶ τοὺς λόγους τοὺς λεγομένους, καὶ τὰ πραχθέντα κατανενοηκότος. ἀλλ' ὅτι ἕν γε πανταχοῦ, εἴρηται καὶ ἐν τοῖς διαφόροις τῶν ἔργων, εἴτε ὡς αἱ αἰσθήσεις. οὐκ ἐνὶ ἕκαστον αὐτῶν νοεῖν, ἀλλ' ἐκείνην. εἰ δ' οἰκεία ἦν ἡ νόησις, ἐφ' ἑαυτῆς ἑκάστη· ὅταν δὲ καὶ λογικὴ ἡ ψυχὴ, καὶ οὕτω λογικὴ ὡς ὅλη λέγεται, τὸ λεγόμενον μέρος τὸ αὐτὸ, ἀλλ' οὐ μέρος ἔσται τοῦ ὅλου.

E ΤΙ' οὖν φατέον εἰ οὕτω μία, ὅταν τις ζητῇ τὸ ἐντεῦθεν; πρῶτον μὲν ἀπορῶν, εἰ οἷόν τε οὕτως ἓν ἅμα ἐν πᾶσιν. ἔπειτα ὅταν ἐν σώματι ᾖ, ἡ δὲ μὴ ἐν σώματι; ἴσως γὰρ ἀκολουθήσει ἀεὶ ἐν σώματι εἶναι, καὶ μάλιστα τὴν τοῦ παντός. οὐ γὰρ ὥσπερ ἡ ἡμετέρα λέγεται, καταλείπειν τὸ σῶμα· καίτοι τινές φασι τόδε μὲν καταλείψειν, οὐ πάντη δὲ ἔξω σώματος ἔσεσθαι. ἀλλ' εἰ F πάντη ἔξω σώματος ἔσται, πῶς ἡ μὲν καταλείψει· ἡ δὲ οὔ, ἡ αὐτὴ οὖσα. ἐπὶ μὲν οὖν τοῦ νοῦ, ἑτερότητι χωριζομένου ἑαυτοῦ κατὰ μέρη, μάλιστα ἀπ' ἀλλήλων· ὄντων δὲ ὁμοῦ ἀεὶ, ἀμέριστος γὰρ ἂν εἴη αὕτη ἡ οὐσία, οὐδεμία τοιαύτη ἂν ἀπορία κατέχοι. ἐπὶ δὲ τῆς ψυχῆς τῆς λεγομένης μεριστῆς εἶναι κατὰ σώματα, τοῦτο τὸ ἓν πάσας, πολλὰς ἂν ἔχοι ἀπορίας· εἰ μή τις G τὸ μὲν ἓν στήσειεν ἐφ' ἑαυτοῦ μὴ πίπτον εἰς τὸ σῶμα· εἶτ' ἐξ ἐκείνου τὰς πάσας. τήν τε τοῦ ὅλου, καὶ τὰς ἄλλας μέχρι τινὸς· οἷον συνούσας καὶ μίαν, τῷ μηδενός τινος γίνεσθαι, τοῖς δὲ πέρασιν αὐτῶν ἐξηρτημένας καὶ συνούσας ἀλλήλαις πρὸς τὰ ἄνω, ὡδὶ καὶ ὡδὶ ἐπιβάλλειν· οἷον φωτὸς

ἤδη

ἤδη πρὸς τῇ γῇ μεριζομένου κατ᾽ οἴκους, καὶ οὐ μεμερισμένου· ἀλλ᾽ ὄντος ἑνὸς, οὐδὲν ἧττον. καὶ τὴν μὲν τοῦ παντὸς ἀεὶ ὑπερέχειν τῷ μὴ δὲ εἶναι αὐτῇ τὸ κατελθεῖν, μὴ δὲ τὸ κάτω, μηδὲ ἐπιστροφὴν τὰ τῇδε: τὰς δ᾽ ἡμετέρας, τῷ τε εἶναι ἀφωρισμένον αὐταῖς τὸ μέρος ἐν τῷδε, καὶ τῇ ἐπιστροφῇ τοῦ προσδεομένου φροντίσεως. τῆς μὲν οὖν ἐοικυίας τῇ ἐμφύτῳ *μεγάλῳ ψυχῇ, ἢ ἀπόνως τὸ φυτὸν καὶ ἀψόφως διοικεῖ, τῆς τοῦ κατωτάτω τοῦ ψυχῆς τοῦ παντός. τοῦ δὲ ἡμῶν ἡμῶν κάτω, οἷον, εἰ εὐλαὶ ἐν σαπέντι μέρει τοῦ φυτοῦ γίνοιντο. οὕτω γὰρ τὸ σῶμα τὸ ἔμψυχον, ἐν τῷ παντί. τῆς δὲ ἄλλης ψυχῆς τῆς ὁμοειδοῦς τῶν ἄνω τῆς ὅλης, οἷον εἴ τις γεωργὸς ἐν φροντίδι τῶν ἐν τῷ φυτῷ εὐλῶν γίνοιτο, καὶ ταῖς μερίμναις περὶ τῷ φυτῷ γίνοιτο. ἢ εἴ τις ὑγιαίνοντα μὲν, καὶ μετὰ τῶν ἄλλων τῶν ὑγιαινόντων ὄντα, πρὸς ἐκείνοις εἶναι λέγοι, πρὸς οἷς ἐστιν ἢ πράττων, ἢ θεωρίαις ἑαυτὸν παρέχων. νοσήσαντος δὲ, καὶ πρὸς ταῖς τοῦ σώματος θεραπείαις ὄντος, πρὸς τῷ σώματι εἶναι, καὶ τοῦ σώματος γεγονέναι.

*μεγάλη

ἈΛΛᾺ πῶς ἔτι ἡ μὲν σὴ, ἡ δὲ τοῦδε, ἡ δὲ ἄλλου ἔσται; ἆρα οὖν τοῦδε μὲν κατὰ τὸ κάτω, οὐ τοῦδε δὲ, ἀλλ᾽ ἐκείνου κατὰ τὸ ἄνω; ἀλλ᾽ οὕτως γε σωκράτης μὲν ἔσται, ὅταν ἐν σώματι καὶ ἡ σωκράτους ψυχή· ἀπολεῖται δὲ, ὅταν μάλιστα γένηται ἐν τῷ ἀρίστῳ. ἢ ἀπολεῖται οὐδὲν τῶν ὄντων, ἐπεὶ κἀκεῖ οἱ νόες οὐκ ἀπολοῦνται, ὅτι μὴ εἰσὶ σωματικῶς μεμερισμένοι εἰς ἓν, ἀλλὰ μένει ἕκαστον, ἐν ἑτερότητι ἔχον τὸ αὐτὸ, ὅ ἐστιν εἶναι. οὕτω τοίνυν καὶ ψυχαὶ ἐφεξῆς καθ᾽ ἕκαστον νοῦν ἐξηρτημέναι, λόγοι νῶν οὖσαι, καὶ ἐξειλιγμέναι μᾶλλον ἢ ἐκεῖνοι, οἷον πολὺ ἐξ ὀλίγου γενόμεναι συναφεῖς τῷ ὀλίγῳ οὖσαι. ἀμερεστέρῳ ἐκείνων ἑκάστῳ μερίζεσθαι ἤδη θελήσασαι, καὶ οὐ δυνάμεναι εἰς πᾶν μερισμοῦ ἰέναι, τὸ ταὐτὸν καὶ ἕτερον σώζουσαι, μένει ἑκάστη ἓν· καὶ ὁμοῦ ἓν, πᾶσαι. εἴρηται δὲ κεφάλαιον τοῦ λόγου, ὅτι ἐκ μιᾶς, καὶ αἱ ἐκ μιᾶς, πολλαὶ κατὰ τὰ αὐτὰ τῷ νῷ, κατὰ τὰ αὐτὰ μερισθεῖσαι, καὶ οὐ μερισθεῖσαι. καὶ λόγος εἷς τοῦ νοῦ ἡ μένουσα, καὶ ἀπ᾽ αὐτῆς λόγοι μερικοὶ καὶ ἄυλοι, ὥσπερ ἐκεῖ.

ΔΙΑΤΊ δὲ ἡ μὲν τοῦ παντὸς ψυχὴ ὁμοειδὴς οὖσα πεποίηκε κόσμον, ἡ δὲ ἑκάστου οὐκ ἔχουσα καὶ αὐτὴ πάντα ἐν ἑαυτῇ; τὸ γὰρ δύνασθαι ἐν πολλοῖς γίνεσθαι ἅμα καὶ εἶναι, εἴρηται· νῦν δὲ λεκτέον. τάχα γὰρ καὶ πῶς τὸ αὐτὸν ἐν ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ, τὸ μὲν τοδί, τὸ δὲ τοδὶ ποιεῖ, ἢ πάσχει. ἢ ἄμφω γνωσθήσεται, ἢ καθ᾽ αὐτό γε τοῦτο ἐπισκεπτέον. πῶς οὖν καὶ διατί κόσμον πεποίηκεν, αἱ δὲ μέρος τι

A quod quidem in terra iam est per domicilia distributum, neq; tamen à seipso disiunctum, sed est nihilominus vnum: & animá vniuersi semper supereminere, propterea quòd non accidat ei descensio neq; degeneratio ad inferius, neq; conuersio ad sequentia: nostras verò minus excellere, ex eo quòd certa pars eis in mundo sit assignata, & ad inferiora se flectant ob naturá corporis cura & sollicitudine indigentem. Iam verò mundi anima per infimam eius partem similis est ingentis arboris animæ, quę sine labo-
B re atque sollicitudine gubernat plantam, id est sicuti in vulneribus vermes oriũtur. Infimum verò animæ nostræ ita se habet, velut si in putrefacta arboris parte pusilla quædam animalia generetur. sic enim se habet animatum corpus in vniuerso. Alia verò anima cõformis sublimi parti animæ vniuersi ita se habet, velut siquis agricola animalibus in planta genitis curandis incumbat, & in planta colenda sollicite-
C tur. Aut fortè siquis dicat, sanum quidem hominem & cum alijs sanis cõcurrentem esse penes illa, quibus seipsum vel agendis vel speculandis addixerit: ægrotantem verò & in curando corpore occupatum, dicat penes corpus ipsum esse, & iam ipsius corporis esse factum.

V *Quomodo intellectus humani profluant ab intellectu diui no inter se distincti, atque ita permaneant, ac totidem in seipsis, & quasi sub se naturas concipiant animales.*

SED qua'nam vlterius ratione hæc quidé tua est, hæc verò huius, illa denique erit illius? An forsan huius quidem est secundũ ipsius infimum, non autem huius, sed illius potius per
D supremum? At verò sic Socrates quidem erit, quando in corpore ipsa Socratis anima fuerit: interibit autē, quando maximè erit in optimo: Sed certè entium nullũ perit: quandoquidem & intellectus ibi non pereunt: quoniam non sunt conditione corporea in vnum secti: sed ibi permanet vnumquodq; in alteritate, seruans ipsum idem, quod ipsius est esse. Sic itaq; deinceps & animæ suspensæ illinc, secundũ quemlibet intellectũ & rationes quędá intellectuum
E existentes, magisq; explicatę quàm illi, quasi iá multum quiddam ex pauco factæ, & contiguæ pauco, impartibiliori illorũ cuilibet diuidi iam velle videntur, neq; tamen ad summum partitionis progredi posse. Seruantes enim ipsum idem simul & alterũ, manet vnaquæq; vnum, & simul vnum cunctæ. Dictum profectò iam est, quantum spectat ad disputationis summá, omnes animas ex vna deduci, ex vna inquam multas eodem tenore cũ intellectu, diuisas eodem ordine, atq; etiam nõ diuisas. Atqui ratio
F vna mētis est anima illa quæ ꝑmanet, & ab ipsa rationes partiales immaterialesq; sicut & ibi.

VI *De differentijs animarum, quatenus magis minúsue cõuertuntur ad intellectũ tam vniuersalem quàm particularē, & quatenus ad vniuersam vel ad vniuersi partem.*

SED cũrnam anima quidē mundi, quæ cõformis dicitur esse cũ alijs, fecit mundũ, anima verò vniuscuiusq; nequaquá? præsertim cum & quælibet in se omnia complectatur? Posse namq; in multis esse simul, iamq; existere dictũ est: nunc verò illud est declarandũ. Fortè enim & quomodo idem in alio atq; alio partim qui-
G dem hoc, partim verò illud aut agit, aut patitur, aut ad vtrunque se habet, ex his cognoscetur. Forsan verò secundum hoc ipsum considerare satius est, quonam pacto & quá ob causam illa fecit mundum. Aliæ verò partem aliquam

mundi gubernant. Fortè nihil mirũ videri debet, homines eadẽ ſcientia præditos, alios quidem pluribus, alios verò paucioribus dominari. Quæret fortè quiſpiam, quam ob cauſam res ita ſe habeat. Reſpondebit & aliquis, eſſe maiorem quoq; differẽtiam animarũ, quatenus hæc quidẽ nõ diſceſsit ab vniuerſa, ſed ibi conquieſcens corpus circa ſe cõtinuit: aliæ verò corpore iam facto, & iam exorſa, dominanteq; earum ſorore anima gradatim nactæ ſunt ſortes, quaſi illa iam his parauerit domicilia. Neq; deeſt alia differentia, per quam hæc quidem vniuerſum ſuſpiciat intellectũ, aliæ verò particulares potius intellectus videlicet vnaquæq; ſuũ. Forſan verò hæ quoq; facere totũ poſſent: verùm cum illa iam fecerit, non datur vlterius his facultas, poſtquam illa primùm iecerit fundamẽta: ſed eodem modo quiuis ambigeret, ſi forte quæuis alia primò fabricauiſſet. Satius autem eſt dicere præcipuam animæ principali ob id potentiã & fabricam cõuenire, quòd magis ſupernis adhæreat. Animabus enim illic attentius incumbentibus potentia maior exoritur. Conſeruantes enim ſeipſas in tuto illic fundamẽto facillimè faciunt: potentiæ namq; maioris eſt, nõ pati in his quæ facit, permanet verò poteſtas ex alto. Manens itaq; in ſeipſa, facit iã conſequenter alijs accedentibus: aliæ autẽ quæ acceſſerũt vel proceſſerunt, in profundũ deceſsiſſe videntur. Fortè quòd in eis plurimũ eſt deorſum tractum, ſecũ traxit & illas, adeò vt per cogitationes etiã deſcendiſſe iam videantur. Quod enim in Timæo dicitur de ſecundo tertioque ordine animarũ, exponendũ eſt, alias quidẽ ſupernis propius inhærere, alias verò diſcedere longius, quemadmodum & apud nos accidit. Nõ enim quælibet animę ſimiliter ad ſuperna ſe habent, ſed aliæ quidẽ ſuperis vniũtur, alię verò deſiderio ꝓpe accedũt, aliæ deniq; minus id aſſequũtur, quatenus eiſdẽ viribus nõ vtuntur. Sed hæ potẽtia vtuntur prima, iſtæ ſecũda, illæ deniq; tertia, cũ tamen vires oẽs vnaquæq; poſsideat.

VII. Reſponſiones ad dubia probantes quòd animæ noſtræ non ſunt ex anima mundi.

DE his dictũ ſit hactenus. Quòd aũt in Philebo dictũ ſuſpicionem inducit, ne fortè animę omnes ſint mundanæ animæ partes, nõ id quidem ſibi vult quod aliquis opinatur, ſed quod tunc ei potiſsimum cõducebat, ſcilicet animatum eſſe mundum. Hoc enim comprobare ſtudens inquit, abſurdũ eſſe cœlum inanimatũ dicere, cũ nos qui corpus mundani corporis partem habemus, animam habeamus. Quo enim pacto pars animã habuiſſet, ſi totũ eſſet inanimatum? Sentẽtia verò Platonis liquet potiſsimum in Timæo: vbi facta iam anima mũdi, deinceps aliæ oriuntur in eadẽ patera: qua & illa commixtæ, eiq; conformes: differentiã verò illarum per ſecundos, tertioſq; gradus aſsignat. Quod autem in Phædro dicitur, omnem animam totius inanimati curam habere: quid mirum? Nam quid aliud corporis naturã gubernat, format, ordinat, facit, niſi anima? Neq; dicendũ eſt, hanc quidẽ naturaliter id facere poſſe: illam verò nequaquã. Vnde ſubdit: Perfecta igitur exiſtẽs anima ipſa, ſcilicet vniuerſi elata ſublimius, neq; immerſa, ſed (vt ita dixerim)

τοῦ κόσμου διοικοῦσιν. ἢ θαυμαστὸν οὐδὲν τοὺς τὴν αὐτὴν ἐπιστήμην ἔχοντας, τοὺς μὲν πλειόνων, τοὺς δὲ ἐλαττόνων ἄρχειν. ἀλλὰ διατί; εἰπεῖν ἂν ἔχοι τις. ἀλλ' ἔστιν εἴποι τις ἂν καὶ ψυχῶν διαφορά, ἢ μᾶλλον καθὸ ἡ μὲν οὐκ ἀπέστη τῆς ὅλης, ἀλλ' ἔσχεν ἐκεῖ οὖσα περὶ αὐτὴν τὸ σῶμα. αἱ δὲ ἤδη ὄντος, οἷον ἀδελφῆς ψυχῆς ἀρχούσης μοίρας διέλαχον. οἷον προπαρασκευασάσης ταύτης αὐταῖς οἰκήσεις. ἔστι δὲ καὶ τὴν μὲν πρὸς τὸν ὅλον νοῦν ἰδεῖν, τὰς δὲ μᾶλλον πρὸς τοὺς αὐτῶν τοὺς ἐν μέρει. τάχα δ' ἂν καὶ αὗται δύναιντο ποιεῖν: τῆς δὲ ποιησάσης, οὐκέτι οἷόν τε καὶ αὐταῖς, πρώτης ἐκείνης ἀρξάσης. τὸ δ' αὐτὸ ἄν τις ἠπόρησε, καὶ εἰ ἡτισοῦν καὶ ἄλλη πρώτη κατεῖχε. βέλτιον δὲ λέγειν, τῷ ἐξηρτῆσθαι μᾶλλον τῶν ἄνω. τῶν γὰρ ἐκεῖ νενευκότων, ἡ δύναμις μείζων. σώζουσι γὰρ αὐτάς, ἐπ' ἀσφαλοῦς ἐκ τοῦ ῥᾷστου ποιοῦσι. δυνάμεως γὰρ μείζονος, μὴ πάσχειν ἐν οἷς ποιεῖ: ἡ δὲ δύναμις ἐκ τοῦ ἄνω, μένει. μένουσα οὖν ἐν αὐτῇ ποιεῖ προσιόντων: αἱ δὲ αὐταὶ προσῆλθον. ἀπέστησαν οὖν εἰς βάθος. ἢ πολὺ αὐτῶν καθελκυσθέν, συνεφελκύσατο καὶ αὐτὰς ταῖς γνώμαις, εἰς τὸ κάτω εἶναι. τὸ γὰρ δευτέρας καὶ τρίτας, τῷ ἐγγύθεν, καὶ τῷ πορρώτερον ὑπονοητέον εἰρῆσθαι: ὥσπερ καὶ παρ' ἡμῖν, οὐχ ὁμοίως πάσαις ψυχαῖς ὑπάρχει, τὰ πρὸς τὰ ἐκεῖ, ἀλλ' οἱ μὲν ἑνοῖντο ἄν, οἱ δὲ βάλλοιεν ἂν ἐγγὺς ἐφιέμενοι. οἷς δὲ ἧττον ἂν ἔχοι τοῦτο, καθὸ ταῖς δυνάμεσιν οὐ ταῖς ἑαυταῖς ἐνεργοῦσιν. ἀλλ' οἱ μὲν τῇ πρώτῃ, οἱ δὲ τῇ μετ' ἐκείνην, οἱ δὲ τῇ τρίτῃ, ἁπάντων τὰς πάσας ἐχόντων.

ΤΑΥΤΑ μὲν οὖν, ταύτῃ. ἀλλὰ τὸ ἐν Φιλήβῳ λεχθέν, παρέχον ὑπόνοιαν μοίρας τῆς τοῦ παντὸς τὰς ἄλλας εἶναι· βούλεται δὲ ὁ λόγος οὐ τοῦτο, ὅ, τις οἴεται, ἀλλ' ὅπερ ἦν χρήσιμον αὐτῷ τότε, καὶ τὸν οὐρανὸν ἔμψυχον εἶναι. τοῦτο οὖν πιστοῦται λέγων, ὡς ἄτοπον τὸν οὐρανὸν ἄψυχον λέγειν. ἡμῶν οἳ μέρος σώματος ἔχομεν τοῦ παντός, ψυχὴν ἐχόντων. πῶς γὰρ ἂν τὸ μέρος ἔσχεν, ἀψύχου τοῦ παντὸς ὄντος; δῆλον δὲ μάλιστα τὸ τῆς γνώμης αὐτοῦ, ἐν Τιμαίῳ ποιεῖ. οὗ γενομένης τῆς ψυχῆς τοῦ παντός, ὕστερον τὰς ἄλλας ποιεῖ: ἐκ τοῦ αὐτοῦ μιγνύων κρατῆρος, ἀφ' οὗ καὶ ἡ τῶν ὅλων, ὁμοειδῆ ποιῶν, καὶ τὴν ἄλλην· τὴν δὲ διαφοράν, δευτέροις καὶ τρίτοις διδούς. τὸ δὲ ἐν τῷ Φαίδρῳ, ψυχὴ πᾶσα παντὸς ἐπιμελεῖται τοῦ ἀψύχου. τί γὰρ ἂν εἴη, ὃ σώματος τὴν φύσιν διοικεῖ, καὶ ἢ πλάττει, ἢ τάττει, ἢ ποιεῖ; ἢ ψυχή. καὶ οὐχ ἡ μὲν πέφυκε τοῦτο δύνασθαι, ἡ δὲ οὔ. ἡ μὲν οὖν τελεία φησίν, ἡ τοῦ παντὸς μετεωροπορούσα, οὐ δῦσα: ἀλλ' οἷον

ἐποχου-

ἐποχουμένη εἰς τὸν κόσμον, ποιεῖ. καὶ εἴ τις ἂν τελεία ᾖ, οὕτω διοικεῖ. ἡ δὲ πτερορρυήσασαν εἰπών, ἄλλην ταύτην παρ' ἐκείνην ποιεῖ· τὸ δὲ συνέπεσθαι τῇ τοῦ παντὸς περιφορᾷ, καὶ ἤθη ἐκεῖθεν κομίζεσθαι, καὶ πάσχειν παρ' αὐτοῦ, οὐδὲν ἂν εἴη σημεῖον τοῦτο, τοῦ μέρη τὰς ἡμετέρας εἶναι. ἱκανὴ γὰρ ψυχὴ καὶ παρὰ φύσεως τόπων, πολλὰ ἀπομάττεσθαι, καὶ ὑδάτων, καὶ ἀέρας, καὶ πόλεων διαφόρων οἰκήσεις, καὶ τῶν σωμάτων αἱ κράσεις. καὶ τι ἔφαμεν ἔχειν ἐν τῷ παντὶ ὄντες τῆς τοῦ ὅλου ψυχῆς, καὶ παρὰ τῆς περιφορᾶς συνεχωροῦμεν τὸ πάσχειν· ἀλλ' ἀντετίθεμεν ἄλλην ψυχὴν πρὸς ταῦτα, καὶ μάλιστα τῇ ἀντιστάσει δεικνυμένην ἄλλην. τὸ δ' ὅτι εἴσω γεννώμεθα ἐν αὐτῷ, καὶ ἐπὶ τῶν μητέρων φαμὲν, ἑτέραν εἶναι, οὐ τὴν τῆς μητρὸς τὴν ἐπιοῦσαν.

ΤΑΥ͂ΤΑ μὲν οὖν, οὕτως ἂν ἔχοι λύσεως. καὶ τοῦ τῆς συμπαθείας, μὴ ἐμποδίζοντος τὸν λόγον. ἐκ γὰρ τῆς αὐτῆς πᾶσαι οὖσαι, ἐξ ἧς καὶ ἡ τοῦ ὅλου, συμπαθεῖς. καὶ γὰρ εἴρηται, ὅτι καὶ μία, καὶ πολλαί· περὶ δὲ τοῦ μέρους πρὸς τὸ ὅλον τῆς διαφορᾶς ὅπως, εἴρηται. εἴρηται δὲ καὶ ὅλως, περὶ διαφορᾶς ψυχῆς· καὶ συντόμως λεγέσθω, ὅτι καὶ παρὰ τὰ σώματα μὲν ἂν γίνοιτο διαφέρειν. καὶ ἐν τοῖς ἤθεσι μάλιστα, καὶ ἐν τοῖς τῆς διανοίας ἔργοις, καὶ ἐκ τῶν προβεβιωμένων βίων. κατὰ γὰρ τοὺς προβεβιωμένους, φησὶ τὰς αἱρέσεις ταῖς ψυχαῖς γίνεσθαι. εἰ δέ τις φύσιν ψυχῆς ὅλως λαμβάνει, καὶ ἐν ταύταις εἴρηνται αἱ διαφοραί, ἐν οἷς καὶ δεύτερα καὶ τρίτα ἐλέγετο. καὶ ὅτι πάντα πᾶσαι· κατὰ δὲ τὸ ἐνεργῆσαν ἐν αὐτῇ ἑκάστη. τοῦτο δὲ τὸ τὴν μὲν ἑνοῦσθαι ἐνεργείᾳ, τὴν δὲ ἐν γνώσει, τὴν δὲ ἐν ὀρέξει. καὶ ἐν τῷ ἄλλην ἄλλα βλέπειν. καὶ ἅπερ βλέπει, εἶναι καὶ γίνεσθαι. καὶ τὸ πλῆρες δὲ ταῖς ψυχαῖς, καὶ τέλειον. καὶ οὐχὶ ταὐτὸν πάσαις, ἀλλ' εἰ ποικίλον τὸ ὅλον σύνταγμα αὐταῖς. εἷς γὰρ πᾶς λόγος πολὺς καὶ ποικίλος, ὥσπερ ζῷον ψυχικὸν, πολλὰς μορφὰς ἔχον. εἰ δὴ τοῦτο, καὶ σύνταξίς ἐστι, καὶ οὐ διέσπασται τὰ ὄντα, ὅλως ἀπ' ἀλλήλων. οὐδὲ τὸ εἰκῇ ἐν τοῖς οὖσιν ὅπου, μηδὲ ἐν τοῖς σώμασι· καὶ ἀριθμόν τινα, ἀκόλουθόν ἐστιν εἶναι. καὶ γὰρ αὖ, ἑστάναι δεῖ τὰ ὄντα, καὶ τὰ αὐτὰ τὰ νοητὰ εἶναι. καὶ ἕκαστον, ἓν ἀριθμῷ εἶναι. οὕτω γὰρ τὸ τόδε. τοῖς μὲν γὰρ τῶν σωμάτων, τῇ φύσει τοῦ καθέκαστον ῥέοντος, ἅτε ἐπακτοῦ τοῦ εἴδους ὄντος. τὸ εἶναι κατεῖδος ἀεὶ ὑπάρχει μιμήσει τῶν ὄντων. τοῖς δὲ ἅτε οὐκ ἐκ συνθέσεως οὖσι, τὸ εἶναί ἐστιν, ἐν τῷ ὅ ἐστιν ἀριθμῷ ἕν, ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ὑπάρχει, καὶ οὔτε γίνεται ὃ μὴ ἦν, οὔτε ὅ ἐστιν οὐκ ἔσται.

A ſupernatans agit in mundū, & quæcunq; perfecta ſit, ſimiliter diſpenſabit. Præterea vbi animam fractis pennis qua ſi ruentē inducit, euidenter eiuſmodi animā aſſerit ab anima mundi eſſe diuerſam. Proinde quod adductum fuit, animas ſequi circuitum vniuerſi, moresq; inde ducere, & inde pati, nullo modo ſignificat noſtras animas eſſe partas. Poteſt enim anima ex natura locorum aquarumq; & aeris, multa cœlitus imminētia propulſare: habitatio quo- B que & vrbana conſuetudo, cōplexionesq; corporum cœleſtibus reſiſtūt influxibus. Ac ſi dixerimus nos incluſos in vniuerſo habere aliquid à mundi anima vitæ, & à cœleſti circuitu pati, induximus tamē econtra, animam quoq; alterā his omnibus reſiſtentem, ipſaq; reſiſtentia ſe eſſe alterā manifeſtè monſtrantem. Ad id verò quod dicitur, nos intra mundum genitos eſſe, reſpōdemus ſimiliter, in aluo materno fœtum aliam habere animā quàm maternam ſci- C licet animam, quæ ingreditur aliunde.

VIII Quomodo animæ differant: & quomodo ſint immortales in propria forma reſtantes: & quomodo anima mundi ad vitam omnibus cōferas.

ATQVE hæc quidem ita nobis ſoluta in præſentia fuerint. Præterea hoc ipſum quòd animæ inter ſe compatiantur, rationes noſtras impedire non debet: nempe cū ex eadē omnes, ex qua mūdi anima profluant, nimirū compatiuntur & inuicem. Iam verò dictū eſt, tum vnā eſſe, tum multas. Dictū quoq; de differētia partis ad totum: dictum deniq; de animę differen- D tia: & nūc ſummatim quoq; dicatur. Dicimus itaq;, præter corporeas differētias animas inter ſe differre, tum in moribus maximè, tum in cogitationis officijs, etiam ex præcedentibus vitę alterius inſtitutis. nam in Republica ſcribitur à Platone, ſecundum vitas antecedētes ab animabus ſequētes eligi vitas. Siquis autē omnino animæ ipſius naturam cōſideret, hîc quoq; poſuit differētias, vbi gradus ſecūdos, tertiosq; diſpoſuit. Prẹterea dictū eſt, omnes animas eſſe E omnia, ſecundum verò quòd operatur in ipſa, quamlibet eſſe: hoc autē eſt, aliā quidē in actione vniri, aliā in cognitione, aliam appetitu: atq; inſuper ex eo differre, quòd alia alię intuentur, & quæ intuentur, eadem ſunt & fiunt. Plenum quoq; munus atq; perfectū cōuenit animabus, neq; tamen omnibus idē, ſed ita ſe habent, ac ſi vniuerſa earum coordinatio varia eſſe dicatur. Vna enim eſt ratio vniuerſa, multiplex atq; varia, velut animal aliquod animale atq; multiforme. Quod ſi ita eſt, & coordinatio eſt, neq; en- F tia ſunt à ſe inuicem penitus diſgregata, neque quicquā temere factū in ipſo entiū ordine alicubi reperitur, neq; etiā in corporibus, iccirco & conſequens eſt extare quendā numerū conſequentem. Nā & cōſiſtere oportet entia, ipſaq; intelligibilia eadē eſſe, & vnumquodq; eſſe numero vnum: ſic enim de vnoquoq; hoc aliquid dicitur. Vbi enim in genere corporū naturaliter fluunt ſingula, vt pote quæ aduentitiā ſpeciem ſortiūtur, nimirum eſſe ſecundū ſpeciem G hîc perpetuum imitatione quadā entium reperitur. At penes entia vtpote quæ non ex compoſitione ſunt, ipſum eſſe eſt in eo quod eſt numero vnum, quod quidē exiſtit etiā ab initio, neq; fit quod antè non erat, neq; quod eſt, non erit:

quoniam & si quid erit, quod ipsa faciat, certè nō ex materia faciet. quod si ita est, oportet aliquid etiam ex seipso essentiale adiūgere. Quapropter hoc ipsum circa illud permutatio erit, si nūc plus facit aut minus. Præterea quæri potest, cur agat nunc, neq; eodem modo semper. Atqui & quod factum est non erit sempiternū, siquidem plus admittit & minus. anima verò tale quiddā posita est. Quomodo igitur infinitum erit, si firmabitur? Forsan potentia infinitum, quoniā infinita est ipsa potentia, non tanquam quę diuidenda sit in infinitum, quādo & Deus non est terminatus. Sic itaq; se habent & animæ: nō enim per terminum alienū est quælibet id quod est velut tanta, sed ipsa quantum vult existit, neq; vnquā adducitur, vt extra hoc ipsum digrediatur, sed profluit quidē per totū, quod ex ipsa ita natura comparatum est, vt per corpora in corpora currat: neq; tamen à seipsa distrahitur, quando inest & indigito manus simul & pede. Sic vtiq; & in vniuerso in quodcunq; percurrit, in alia atq; alia velut parte plātæ. Et secta parte aliqua restat in planta priori, & in eo quod ab ipsa separatum est. Vnū nanq; est vniuersi corpus, & tanquā in vno est ipsius vbiq;. In putrefacto aūt animali, si plura ex ipso animalia oriantur, illa quidem non vlterius totius animalis anima est in corpore: non enim habet tunc sibi proprium susceptaculum, neq; etiam perijt. Quæ verò ex putrefactione apta sunt ad animaliū genituram, partim quidē horum, partim etiam illorum accipiunt animam: quippe cū anima ipsa nusquā desit: cum tamen aliud hāc accipere possit, aliud nequeat, & quæ ita viuentia fiunt, nō cogunt plures animas esse: dependēt enim ab vna, quatenus illa permanet vna. Quemadmodum & in nobis quando aliqua amputantur, pro quibus alia pullulent, ab illis quidē abest anima, his autē sese adhibet, quatenus vna permanet. In vniuerso autē permanet semper vna. Quæ verò in vniuerso sunt, alia q̄dē vitā retinēt, alia verò nequaquā, cū tamē interea eædē perseuerēt ipsius animę vires.

IX *Secūda quæstio: Quot modis insinuetur anima corpori, & qualis sit anima mundi, & quomodo faciat mundum & dimensionē eius, & quomodo sit ubique.*

QVÆRENDVM est præterea quomodo anima insinuetur corpori: non enim minori hoc admiratione & inuestigatione dignum esse videtur. Duplex autē modus est per quem anima corpus ingreditur: vnus quidem fit anima iam coniuncta corpori, atq; vel solida corpora commutante, vel ex corpore aerio siue igneo in terrenū perueniente, quam multi non nominant commutationem corporum, quoniam occultum est vnde insinuatio veniat. Alter verò modus est, quo anima ex incorporeo in corpus quodlibet labitur: quod quidem primum animæ cū corpore cōmertium est. Operæpretium est in primis de hoc lapsu cōsiderare, quænam tunc passio fiat quādo anima pura adhuc omnino à corpore viuens, corporis sibi primùm adsciscit naturam. Forsan verò decens est, à totius anima exordiri, imò & necessariū, de hac ipsa cōsequi veritatē: adeò vt ingressum eius animationemq; corporis planioris doctrinæ gratia inchoare verbis aggrediamur: quandoquidem nullū vnquam fuit tēpus, in quo nō

A ἐπεὶ καὶ ποιοῦντα ἔσται αὐτά, ἐκ μὲν ὕλης οὐκ ἄν. εἰ δὲ καὶ τοῦτο, δεῖ τι καὶ ἐξ αὐτοῦ οὐσιῶδες προσθεῖναι. ὥστε μεταβολὴ περὶ αὐτὸ ἐκεῖνο ἔσται, εἰ νῦν πλέον ποιεῖ, ἢ ἔλαττον. καὶ διατί νῦν, ἀλλ᾽ οὐκ ἀεὶ οὕτως, καὶ τὸ γινόμενον δὲ οὐκ ἀΐδιον, εἴπερ πλέον καὶ ἔλαττον. κεῖται δὲ ἡ ψυχὴ τοιοῦτον. πῶς οὖν ἄπειρον εἰ στήσεται; ἢ τῇ δυνάμει τὸ ἄπειρον, ὅτι ἡ δύναμις ἄπειρος.

B οὐχ᾽ ὡς μερισθησομένης εἰς ἄπειρον, ἐπεὶ καὶ ὁ θεὸς, οὐ πεπερασμένος. καὶ αὗται τοίνυν, οὐ πέρατι ἀλλοτρίῳ ἐστὶν ἑκάστη ὅ ἐστιν, οἷον τοσαύτη: ἀλλ᾽ αὐτή ἐστιν ὅσον θέλει: καὶ οὐ μή ποτε γένηται προϊοῦσα ἔξω αὐτοῦ, ἀλλὰ φθάνει μὲν πανταχοῦ, ὃ πέφυκεν αὐτῆς ἐπὶ τὰ σώματα, εἰς τὰ σώματα φθάνειν: οὐ μὴν διέσπασται ἀφ᾽ ἑαυτῆς ὅταν ᾖ, καὶ ἐν τῷ δακτυλίῳ καὶ ἐν τῷ ποδί. οὕτω δὴ καὶ ἐν τῷ παντὶ, εἰς ὃ ἂν

C φθάνῃ ἐν ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ μέρει φυτοῦ. καὶ ἀποτετμημένου ὥστε εἶναι, καὶ ἐν τῷ ἐξ ἀρχῆς φυτῷ, καὶ τῷ ἀπ᾽ αὐτοῦ τετμημένῳ. ἓν γὰρ τὸ σῶμα τοῦ παντὸς, καὶ ὡς ἐν ἑνί ἐστιν αὐτοῦ πανταχοῦ. καὶ σαπέντος δὲ ζώου, εἰ πολλὰ ζῶα ἐξ αὐτοῦ, ἐκείνη μὲν οὐκέτι ἐστὶν ἡ τοῦ παντὸς ζώου ψυχὴ ἐν τῷ σώματι. οὐ γὰρ ἔχει αὖ, τὸ δεκτικὸν αὐτῆς. οὐ γὰρ ἂν ἀπέθανε. τὰ δὲ ἐκ τῆς φθο-

D ρᾶς, ἐπιτηδείως ἔχοντα πρὸς γενέσεις ζώων, τὰ μὲν τῶνδε, τὰ δὲ τῶνδε ἴσχει ψυχὴν, οὐδενὸς ὄντος ὅτου ἀποστατεῖ. ὄντος δὲ τοῦ μὲν δέχεσθαι, τοῦ δὲ μὴ δέχεσθαι δυναμένου. καὶ τὰ γινόμενα οὕτως ἔμψυχα, οὐ πλείους ἐποίησε ψυχάς. ἐξήρτηται γὰρ τῆς μιᾶς, * ᾗ μένει μία, * ὥσπερ καὶ ἐν ἡμῖν. ἀποτεμνομένων τινῶν, ἄλλων δὲ ἀντ᾽ αὐτῶν φυομένων, τῶν μὲν ἀπέ-

E στη ἡ ψυχή, τοῖς δὲ προσεγένετο, ἕως ἡ μία μένει. ἐν δὲ τῷ παντὶ, μένει ἀεὶ ἡ μία. τὰ δὲ ἐντὸς, τὰ μὲν ἴσχει, τὰ δὲ ἀποτίθεται, τῶν αὐτῶν ψυχικῶν μενόντων.

ἈΛΛᾺ πῶς ἐγγίνεται σώματι ψυχή, ζητητέον τίς ὁ τρόπος καὶ πῶς. οὐχ᾽ ἧττον γὰρ καὶ τοῦτο θαυμάσαι τε καὶ ζητῆσαι ἄξιον. ἐπεὶ τοίνυν διττὸς ὁ τρόπος τῆς εἰς σῶμα ψυχῆς εἰσόδου. ἡ μὲν γὰρ γίνεται ψυχῇ ἐν σώματι οὔσῃ, τῇ

F τε μετενσωματουμένῃ, καὶ τῇ ἐκ σώματος ἀερίνου εἰς γήϊνον γινομένῃ. ἣν δὴ μετενσωμάτωσιν οὐ λέγουσιν εἶναι, ὅτι ἄδηλον τὸ ἀφ᾽ οὗ ἡ εἴσκρισις. ἡ δὲ ἐκ τοῦ ἀσωμάτου εἰς ὁτιοῦν σῶμα: ἣ δὴ καὶ πρώτη ἂν εἴη ψυχῇ, κοινωνία σώματι, ὀρθῶς ἂν ἔχοι ἐπισκέψασθαι περὶ ταύτης, τί ποτέ ἐστι τὸ γινόμενον πάθος, τότε, ὅτε ψυχὴ καθαρὰ οὖσα σώματος πάντη, ἴσχει πε-

G ρὶ αὐτὴν σώματος φύσιν. περὶ μὲν δὴ τῆς τοῦ παντὸς, ἐντεῦθεν γὰρ ἴσως ἄρξασθαι, μᾶλλον δὲ ἀναγκαῖον τυγχάνει. δεῖ δὴ τῷ λόγῳ, τὴν εἴσοδον, καὶ τὴν ἐμψύχωσιν διδασκαλίας, καὶ τοῦ σαφοῦς χάριν γίνεσθαι νομίζειν. ἐπεὶ οὐκ ἦν ὅτε οὐκ

ἐψύχω-

ἐψύχωτο τόδε τὸ πᾶν· οὐδ' ἐν ἦν ὅτε σῶμα ὑφεστήκει, ψυχῆς ἀπούσης. οὐδὲ ὕλη ποτὲ, ὅτε ἀκόσμητος ἦν· ἀλλ' ἐπινοῆσαι ταῦτα χωρίζοντας αὐτὰ ἀπ' ἀλλήλων τῷ λόγῳ, οἷόν τε. ἔξεστι γὰρ ἀναλύειν τῷ λόγῳ καὶ τῇ διανοίᾳ, πᾶσαν σύνθεσιν. ἐπεὶ τό γε ἀληθὲς, ὧδε ἔχει. σώματος μὲν μὴ ὄντος, οὐδ' ἂν προέλθοι ψυχή· ἐπεὶ οὐδὲ τόπος ἄλλος ἐστὶν, ὅπου πέφυκεν εἶναι. προϊέναι δὲ εἰ μέλλοι, γεννήσει ἑαυτῇ τόπον, ὥστε καὶ σῶμα. τῆς δὴ στάσεως αὐτῆς ἐν αὐτῇ τῇ στάσει οἱονεὶ ῥωννυμένης, οἷον πολὺ φῶς ἐκλάμψαν, ἐπ' ἄκροις τοῖς ἐσχάτοις τοῦ πυρὸς, σκότος ἐγίνετο· ὅπερ ἰδοῦσα ἡ ψυχὴ, ἐπείπερ ὑπέστη, ἐμόρφωσεν αὐτό. οὐ γὰρ ἦν θεμιτὸν γειτονοῦντι αὐτῇ, λόγου ἄμοιρον εἶναι· οἷον ἐδέχετο τὸ λεγόμενον ἀμυδρὸν, ἐν ἀμυδρῷ τῷ γενομένῳ. γενόμενος δὴ οἷον οἶκός τις καλὸς καὶ ποικίλος, οὐκ ἀπετμήθη τοῦ πεποιηκότος· οὐδ' αὖ ἐκοίνωσεν αὐτὸν αὐτῇ, ἀλλὰ πανταχοῦ πᾶς ἄξιος ἐπιμελείας νομισθείς. ὠφελίμου μὲν ἑαυτῷ τὸ εἶναι καὶ τῷ καλῷ, ὅσον τοῦ εἶναι δὴ δυνατὸν ἦν αὐτῷ μεταλαμβάνειν· ἀβλαβοῦς δὲ τῷ ἀφεστηκότι. ἄνω γὰρ μένων ἐπιστατεῖ, ἔμψυχος, τῷ τοιούτῳ τρόπῳ ἔχων ψυχὴν οὐχ αὑτοῦ, ἀλλ' αὐτῷ. κρατούμενος, οὐ κρατῶν· καὶ ἐχόμενος, ἀλλ' οὐκ ἔχων. κεῖται γὰρ ἐν τῇ ψυχῇ ἀνεχούσῃ αὐτὸν, καὶ οὐδὲν ἄμοιρόν ἐστιν αὐτῆς, ὡς ἂν ἐν ὕδασι δίκτυον τεγγόμενον ζώῃ, οὐ δυνάμενον δὲ αὑτοῦ ποιεῖσθαι ἐν ᾧ ἐστιν· ἀλλὰ τὸ μὲν δίκτυον ἐκτεινομένης ἤδη τῆς θαλάσσης, συνεκτέταται ὅσον αὐτὸ δύναται. οὐ γὰρ δύναται ἀλλαχόθι ἕκαστον τῶν μορίων, ἢ ὅπου κεῖται εἶναι. ἡ δὲ τοσαύτη ἐστὶ τὴν φύσιν, ὅτι μὴ τοσήδε. ὥστε πᾶν τὸ σῶμα καταλαμβάνειν τῷ αὐτῷ. καὶ ὅπου ἂν ἐκταθῇ ἐκεῖνο, ἐκεῖ ἐστι· καὶ εἰ μὴ εἴη δὲ ἐκεῖνο, οὐδὲν ἂν αὐτῇ εἰς μέγεθος μέλλοι. ἔστι γὰρ ἥτις ἐστί. τοσοῦτον γάρ ἐστι τὸ πᾶν, ὅπου ἐστὶν αὐτή. καὶ ὁρίζεται τῷ ὅσον, εἰς ὅσον προϊὸν, σώζουσαν αὐτὴν, αὐτὸ ἔχει. καὶ τοσαύτη ἐστὶν ἡ σκιὰ, ὅσος ὁ λόγος ὁ παρ' αὐτῆς. ὁ δὲ λόγος τοιοῦτος ἦν, ὡς μέγεθος τοσοῦτον ἐργάσασθαι, ὅσον τὸ εἶδος αὐτοῦ ἐβούλετο μέγεθος ἐργάσασθαι.

ΟΥ'ΤΩ δὲ ἀκούσαντας χρὴ πάλιν ἐπὶ τὸ ἀεὶ οὕτως ἐλθόντας, ὁμοῦ λαβεῖν πάντα ὄντα· οἷον τὸν ἀέρα τὸ φῶς, τὸν ἥλιον, ἢ τὴν σελήνην καὶ τὸ φῶς. καὶ πάλιν τὸν ἥλιον ὁμοῦ πάντα, τάξιν δὲ πρώτων καὶ δευτέρων, καὶ τρίτων ἔχοντα. κἀνταῦθα ψυχὴν ἀεὶ ἑστῶσαν. εἶτα πρῶτα καὶ τὰ ἐφεξῆς, ὡς πυρὸς ἔσχατα εἰς ὕστερον, τοῦ πρώτου ἐκ τοῦ ἐσχάτου νοουμένου πυρὸς, σκιᾶς. εἶτα ἐπιφωτιζομένου ἅμα καὶ τούτου, ὥστε οἷον εἶδος ἐπιθεῖν τῷ ἐπιβληθέντι, πρώτῳ γενομένῳ παντάπασιν ἀμυδρῷ. ἐκοσμεῖτο δὲ κατὰ λόγον ψυχῆς δυνάμει ἐχούσης ἐν αὐτῇ δι' ὅλης δύναμιν κατὰ λόγους

A animaretur hoc vniuersum: neque potuit vnquam absente anima corpus subsistere, neque materia vnquam informis existere valuit. Licet tamen hæc inter se cogitatione quadã verbisq; discernere: Omnem nanq; compositionẽ cogitatione licet verbisq; resoluere. Iam verò ita se veritas habet. Nisi corpus sit, anima nequaquã progredietur: nõ enim est locus alius, vbi se queat naturaliter ꝓpagare. Quòd si progressura sit, ædificabit sibi locum, corpus igitur

B generabit. Cum verò status eius in ipso statu corroboretur, ceu lumẽ plurimum in summis effulgens, interim quasi in ipsis ignis extremis vmbra resultat, quam quidem prospiciens anima, postquàm substitit formauit ipsam. Nefas enim erat, aliquid animæ proximum esse rationis expers: ideoq; in eo quod deinceps factum est, exile nimium & obscurum susceptum est etiam, quòd & vmbratile dicitur. Factus itaque mundus tanquam ædificium quoddã speciosum longeq; varium nõ est separatũ ab effecto-

C re, neq; rursus se illi cõmiscuit, sed totus vbiq; existimatus est cura & diligentia dignus, adeò vt sibi quidem id conducat ad ipsum esse, pulchrumq; esse, quoad poterat esse ipsum participare: auctori verò non commixto hoc idem sit innoxium. In excelsis enim permanens præsidet. Nempe mundus sic est animatus, vt non tã ipsius, quàm ipsi habeat animam: superatus nõ superans, habitus quoq; nõ habens. Iacet enim

D in anima id substinente, neque quicquam in eo animæ ipsius est expers. Quemadmodum in aquis rete quasi madefactum vita, neq; tamẽ potens naturæ ipsius in quo est euadere, sed rete quidẽ extento iam mari simul extenditur, quatenus ipsum potest. Nequit enim vnaquæque partium alibi quàm vbi ponitur esse. Anima verò tanta tamq; ingens est naturaliter, quoniam non determinatur ad tantum: itaq; potest vno quodam eodemq; corpus omne complecti, &

E quacunq; illud extenditur, ibidẽ est & illa. Ac nisi esset illud, nulla animę cura foret ad magnitudinem occupãdam. est nanq; in se quæcunq; est. Tantum enim est vniuersum, quatenus occupat ipsa: & mundo determinatur quantum, inquantum procedẽs ipsum habet ipsam conseruatricem. Tum vmbra tanta est, quanta est & ratio pendens ab anima. Ratio autem talis erat, vt tantam efficeret magnitudinem, quantam species ipsius magnitudinem effici voluit.

F CVM hæc considerauerimus, oportet rursus ad id reuertentes quod semper ita se habet, entia cuncta simul accipere, velut aerem, lumẽ, solem, vel lunam. Et lumen solemq; rursus omnia simul, habentia tamen ordinem primorũ secundorumq; & tertiorum: & hic animã semper consistentem considerare: deinde prima, & quæ deinceps velut ignis vltima in posterius, primo videlicet extremo velut vmbra ignis

G considerato: deinde hoc etiam simul illuminato, adeò vt species quasi superferatur in id adhibitum quod primo factũ erat prorsus obscurum, ipsumq; vestiat. Ornatum verò est secundum rationem, ipsius animæ potestate, habẽtis scilicet per totã seipsam vim, qua per rationes

X *Anima mundi generat mundum nõ electione, sed naturali fæcunditate, plena rationibus, plenã formis similibus rationum.*

exornet: Quemadmodum & in seminibus ra- A tiones fingūt formantq; viuētia quasi exiguos quosdam mūdos. Quicquid attingit animam, sic inde perficitur, prout essentia animæ naturaliter sese habet. Hæc autem facit non aduentitia quadam sententia, nec consilium considerationémue expectans: sic enim non per naturam, sed per artem faceret acquisitam. Nam ars ipsa posterior est, atq; imitatur vmbratilia debiliaq; imitamina, fabricans ludicra quædam paruiq; momenti, multis ad simulachra fingen B da machinis vtēs. Anima verò per ipsam essentiæ potestatem sic est domina corporū, vt hæc non aliter fiant atque disponantur, quàm ipsa perducat: quippe cùm ea etiam quæ ab initio fiunt, ipsius volūtati nequeant reluctari. In rebus nanq; sequētibus ob mutua passim impedimenta sæpe materia sic impeditur, vt formā non recipiat propriam, quam videlicet volebat ratio in paruo quodā seminario delitescens. Ibi verò cū vniuersa etiam forma inde fiat, & quæ C fiunt ordinem simul habeant, nimirū quod efficitur, absq; labore impedimentoq; prouenit pulchrū. Constituta verò sunt in ipso alia quidem Deorum delubra, alia hominum domicilia, alia alijs accōmodata similiter. Quid enim potius debuit ab anima fieri, quàm ea ad quæ facienda vim habet? Ignis namq; proprium est calida facere, & cuiusdam alterius frigefacere: at animæ opus partim quidem ex ipsa in aliud, partim etiam in se ipsa. In rebus quidem inani- D matis quod est ex ipsis, quasi consopitum iacet in eis, quod autem tendit in aliud, potest nititurq; quod inde pati potest, sibi simile reddere. Iam verò id omnibus est commune, ad ipsam sui similitudinem in agēdo contendere: animæ verò opus, & quod est in ipsa vigilās quiddam est, & efficax: & quod tendit in aliud, est persimile. Efficit ergo vt & alia viuant quæcunque per se non viuunt, taliq; vita viuant, quali viuit & ipsa. Hæc igitur viuens in ratione, tradit & E corpori rationē, velut suæ rationis imaginem. Etenim quantum vitæ impartit corpori, vitæ est imago, simulq; formas impartit corporeas quarum possidet rationes. habet autē & Deorum rationes, & omniū. Quapropter hic quoque mundus omnia possidet.

XI. *Magica trahit uim propriè ab anima mundi, Dijsq; mundanis per hæc à superioribus.*

ATQVI mihi videtur veteres sapiētes qui cunq; optabant sibi adesse deos, sacra statuasq; fabricantibus in ipsam vniuersi naturam mentis aciem direxisse, atque inde animaduertisse F naturam animæ vbique ductu facilem admodum pronamq; esse, omniumq; facillimè posse capi, siquis fabricauerit aliquid, quod facilè ab ipsa pati possit, patiendoque portionem aliquam ab ipsa sortiri. Facilè verò patiens est quod qualicunq; modo imitationi aptum est, velut speculum speciem quandā arripere potens. Etenim vniuersi natura omnia mirabili quodam artificio fabricat ad illorum imitationem, quorum in se possidet rationes: cumq; sic G vnumquodq; fiat, certè ratio in materia, quæ secundū rationem materia superiorē formata est, coniuncta est illi Deo, secundum quem genita fuit, & in quem suspexit anima, habuitq;

κοσμεῖν, οἷα καὶ οἱ ἐν σπέρμασι λόγοι, πλάττουσι καὶ μορφοῦσι τὰ ζῶα, οἷον μικρούς τινας κόσμους. ὅ,τι γὰρ ἂν ἐφάψηται ψυχῆς, οὕτω ποιεῖται, ὡς ἔχει φύσεως ψυχῆς ἡ οὐσία. ἡ δὲ ποιεῖ, οὐκ ἐπακτῷ γνώμῃ, οὐδὲ βουλήν, ἢ σκέψιν ἀναμείνασα. οὕτω γὰρ ἄν, οὐ κατὰ φύσιν, ἀλλὰ κατ' ἐπακτὸν τέχνην ἂν ποιεῖ. τέχνη γὰρ ὑστέρα αὐτῆς, καὶ μιμεῖται. ἀμυδρὰ καὶ ἀσθενῆ ποιοῦσα μιμήματα, παίγνια ἄττα, καὶ οὐ πολλοῦ ἄξια. μηχαναῖς πολλαῖς εἰς *εἴδωλον φύσιν προσχρώμενοι. ἡ δὲ οὐσίας, δυνάμει κυρία σωμάτων, εἰς τὸ γενέσθαι τε καὶ οὕτως ἔχειν, ὡς αὐτὴ ἄγει, οὐ δυναμένων τῶν ἐξ ἀρχῆς ἐναντιοῦσθαι τῇ αὐτῆς βουλήσει. ἐν γὰρ τοῖς ὑστέροις ἄλληλα ἐμποδίζοντα, πολλάκις ἀποστερεῖται τοῦ τυχεῖν μορφῆς τῆς οἰκείας, ἣν ὁ λόγος ἐν σμικρῷ θέλει. ἐκεῖ δὲ γινομένης, καὶ τῆς ὅλης μορφῆς ὑπ' αὐτῆς. καὶ τάξιν τῶν γινομένων ἅμα ἐχόντων, ἀπόνως τὸ γινόμενον καὶ ἀνεμποδίστως καλόν ἐστι. κατεσκεύασται δὲ ἐν αὐτῷ, τὰ μὲν θεῶν ἀγάλματα, τὰ δὲ ἀνθρώπων οἰκήματα: τὰ δὲ ἄλλα, ἄλλοις. τί γὰρ ἔδει γίνεσθαι περὶ ψυχῆς, ἢ ὧν τὴν δύναμιν εἰς τὸ ποιεῖν ἔχει; πυρὸς μὲν, γὰρ θερμὰ ποιεῖν: καὶ τὸ ψύχειν, ἄλλου. ψυχῆς δέ, τὸ μὲν ἐξ αὐτῆς, εἰς ἄλλο: τὸ δέ, ἐν αὐτῇ. τοῖς μὲν γὰρ ἀψύχοις, τὸ μὲν ἐξ αὐτῶν, οἷον εὕδει κείμενον ἐν αὐτοῖς: τὸ δὲ εἰς ἄλλο, ὁμοιῶσαι πρὸς αὐτὸ τὸ παθεῖν δυνάμενον. καὶ κοινὸν δὴ τοῦτο, παντὶ ὄντι, εἰς ὁμοίωσιν ἑαυτῷ ἄγειν: ψυχῆς δὲ ἔργον, καὶ τὸ ἐν αὐτῇ ἐγρηγορός τι, καὶ τὸ εἰς ἄλλο ὡσαύτως. ζῆν οὖν καὶ τὰ ἄλλα ποιεῖ, ὅσα μὴ ζῇ παρ' αὐτῶν. καὶ τοιαύτην ζωήν, καθ' ἣν αὐτὴ ζῇ. ζῶσα οὖν ἐν λόγῳ, λόγον δίδωσι τῷ σώματι, εἴδωλον οὗ ἔχει. καὶ γὰρ καὶ εἴδωλον ζωῆς, ὅσον δίδωσι τῷ σώματι· καὶ μορφὰς σωμάτων, ὧν τοὺς λόγους ἔχει. ἔχει δὲ καὶ θεῶν, καὶ πάντων. διὸ πάντα καὶ ὁ κόσμος ἔχει.

*ἀδήλων

ΚΑΙ μοι δοκοῦσιν οἱ πάλαι σοφοί, ὅσοι ἐβουλήθησαν θεοὺς αὐτοῖς παρεῖναι, ἱερὰ καὶ ἀγάλματα ποιησάμενοι, εἰς τὴν τοῦ παντὸς φύσιν ἀπιδόντες, ἐν νῷ λαβεῖν, ὡς πανταχοῦ μὲν εὐάγωγον ψυχῆς φύσις. δέξασθαί γε μὴν ῥᾷστον ἂν εἴη ἁπάντων, εἴ τις προσπαθές τι τεκτήναιτο, ὑποδέξασθαι δυνάμενον μοῖράν τινα αὐτῆς. προσπαθὲς δὲ τὸ ὁπωσοῦν μιμηθέν, ὥσπερ κάτοπτρον ἁρπάσαι εἶδός τι δυνάμενον. καὶ γὰρ ἡ τοῦ παντὸς φύσις, πάντα εὐμηχάνως ποιησαμένη, εἰς μίμησιν ὧν εἶχε τοὺς λόγους, ἐπειδὴ ἕκαστον οὕτως ἐγένετο ἐν ὕλῃ λόγος, ὃς κατὰ τὸν πρὸ ὕλης ἐμεμόρφωτο, συνήψατο τῷ θεῷ ἐκείνῳ καθ' ὃν ἐγένετο· καὶ εἰς ὃν εἶδεν ἡ ψυχή, καὶ εἶχε

ποιοῦσα. καὶ δὴ οὐχ οἷόν τε ἦν, ἄμοιρον αὐτοῦ γενέσθαι. οὐδὲ ἐκεῖνον αὖ κατελθεῖν εἰς τοῦτον. ἦν δὴ νοῦς ἐκεῖνος, ὁ ἐκεῖ ἥλιος. οὗτος γὰρ ἡμῖν γενέσθω, παράδειγμα τοῦ λόγου. ἐφεξῆς δὲ τούτῳ, ψυχὴ ἐξηρτημένη, μένοντος νοῦ, μένουσα. δίδωσι δὴ αὐτὴ τὰ πέρατα αὐτῆς, τὰ περὶ τοῦτον τὸν ἥλιον, τούτῳ τῷ ἡλίῳ: καὶ ποιεῖ διὰ μέσου αὐτῆς κἀκεῖ συνῆφθαι, οἷον ἑρμηνευτικὴ γινομένη τῶν τε ἀπ' ἐκείνου εἰς τοῦτον, καὶ τῶν τούτου εἰς ἐκεῖνον, ὅσον διὰ ψυχῆς εἰς ἐκεῖνον φθάνει. οὐ γὰρ μακρὰν οὐδὲ πόρρω, οὐδενὸς οὐδέν: καὶ αὖ, πόρρω, τῇ διαφορᾷ καὶ τῇ μίξει: ἀλλ' εἶναι ἐφ' ἑαυτοῦ οὐ τόποις: καὶ συνεῖναι, χωρὶς ὄν. θεοὶ δέ εἰσιν οὗτοι, τῷ ἀεὶ μὴ ἀποστατεῖν ἐκείνων. καὶ τῇ μὲν ἐξ ἀρχῆς ψυχῇ προσηρτῆσθαι, τῇ οἷον ἀπελθούσῃ ψυχῇ. ταύτῃ δέ, εἴπερ καὶ εἰσί, καὶ ὃ λέγονται περὶ νοῦν βλέπειν, οὐδαμοῦ ψυχῆς αὐτῆς ἢ σώματος ἐκεῖ βλεπούσης.

ἈΝΘΡΏΠΩΝ δὲ ψυχαί, εἴδωλα αὐτῶν ἰδοῦσαι, οἷον Διονύσου ἐν κατόπτρῳ, ἐκεῖ ἐγένοντο ἄνωθεν ὁρμηθεῖσαι: οὐκ ἀποτμηθεῖσαι οὐδ' αὗται, τῆς ἑαυτῶν ἀρχῆς τε καὶ νοῦ. οὐ γὰρ μετὰ τοῦ νοῦ ἦλθον, ἀλλ' ἔφθασαν μέν, μέχρι γῆς. κάρα δὲ αὐταῖς ἐστήρικται, ὑπεράνω τοῦ οὐρανοῦ. πλέον δὲ αὐταῖς κατελθεῖν συμβέβηκεν, ὅτι τὸ μέσον αὐταῖς ἠναγκάσθη φροντίδος, δεομένου τοῦ εἰς ὃ ἔφθασαν φροντίσαι. Ζεὺς δὲ πατὴρ ἐλεήσας πονουμένας, θνητὰ αὐτῶν τὰ δεσμὰ ποιῶν περὶ ἃ πονοῦνται, δίδωσιν ἀναπαύλας ἐν χρόνοις, ποιῶν σωμάτων ἐλευθερίας, ἵν' ἔχοιεν ἐκεῖ καὶ αὗται γίνεσθαι, οὗπερ ἡ τοῦ παντὸς ψυχὴ ἀεί, οὐδὲν τὰ τῇδε ἐπιστρεφομένη. ὃ γὰρ ἔχει τὸ πᾶν ἤδη, τοῦτο αὔταρκες αὐτῷ καὶ ἔστι, καὶ ἔσται καταλογοῦσα καὶ ἀεί, εἰς ἑστηκότας ἐν χρόνοις περαινόμενον, καὶ κατὰ χρόνους ἀεὶ εἰς τὸ αὐτὸ καθιστάμενον, ἐν μέτροις βίων ὡρισμένων, εἰς συμφωνίαν ἀγόμενα ταῦτα, ἐκείνοις. καὶ κατ' ἐκεῖνα τῶνδε περαινομένων, ὑφ' ἕνα λόγον πάντων τεταγμένων, ἔν τε καθόδοις ψυχῶν καὶ ἀνόδοις, καὶ εἰς τὰ ἄλλα σύμπαντα. μαρτυρεῖ δέ, καὶ τὸ τῆς συμφωνίας τῶν ψυχῶν, πρὸς τὴν τοῦδε τοῦ παντὸς τάξιν οὐκ ἀπηρτημένων, ἀλλὰ συναπτουσῶν ἐν ταῖς καθόδοις ἑαυτὰς καὶ μίαν συμφωνίαν, πρὸς τὴν περιφορὰν ποιουμένων, ὡς καὶ τὰς τύχας αὐτῶν, καὶ τοὺς βίους, καὶ τὰς προαιρέσεις, σημαίνεσθαι τοῖς τῶν ἄστρων σχήμασι. καὶ οἷον μίαν τινὰ φωνήν, οὐκ ἐμμελῶς ἀφιέναι· καὶ τὸ μουσικῶς, καὶ ἐναρμονίως, μᾶλλον τοῦτο εἶναι ἠνιγμένος. τοῦτο δὲ οὐκ ἂν ἦν, μὴ τοῦ παντὸς κατ' ἐκεῖνα ποιοῦντος καὶ πάσχοντος ἕκαστα, ἐν μέτροις περιόδων, καὶ τάξεων, καὶ βίων κατὰ γένη διεξόδων οὓς αἱ ψυχαὶ διεξοδεύουσιν, ὅ τε μὲν ἐκεῖ, ὅ τε

A dum faceret. Proinde neq; posſibile erat hic aliquid fieri diuinitatis expers, neq; rursus illam ad iſta deſcendere. Illa ſiquidem mens ipſa eſt, ceu ſol diuinus qui nobis eſto rationis exemplar: proxima verò huic ſuccedit anima, ſuſpēſa intellectui manenti manens: dat enim hæc terminos ſuos ad ſolem hūc vergentes eiuſmodi ſoli, efficitq; per ſe velut mediam, vt illic iterum ſequentia religentur, velut interpres tum eorū quæ inde huc deducuntur, tum eorū quæ
B hinc illuc reducuntur, quantū per animam recurrit in mentem. Neq; enim longè ſemotum aliquid eſt ab aliquo, ruſuſq; ſemotū per differentiam quandā & miſtionem: ſed eſt in ſeipſo, neq; tamen ſecundum locum, & quodlibet ibi cōſpirat, ſimulq; permanet & diſtinctū. Dij verò hi ſunt, quatenus ab illis nunquā deſtituuntur, atq; animę prodeunti ab initio ſuſpenduntur: animę tamē velut inde hucuſq; ſeſe diffundendo quodammodo iam abeunti. Hac autem
C ratione quatenus & ſunt, & quod reſpicere dicuntur ad intellectū, diuini dicūtur, ipſa videlicet anima non aliò q̄ illuc ſemper ſuſpiciente.

HOMINVM verò animæ ipſorū ſimulachra tanquā Dionyſij proſpiciētes in ſpeculo, illic extiterunt deſuper properantes, neq; tamē à principio ſuo intellectuq; diſiunctæ. Neque enim vnà cum intellectu deſcenderūt, ſed peruenerunt quidē vſq; ad terram: at interim caput earum extat etiā ſuper cœlum. Cōtigit tamen eis iccirco diſcedere longius, quoniā media earum potentia curare diligentius cogitur: quippe cum id ipſum in quod deſcendunt, cultu prorſus indigeat. Iupiter verò pater laborantes animas miſeratus, earū vincula quibus laborāt ſolubilia fabricauit: atq; ita intermiſsiones laborum certis temporum interuallis inſtituit, in quibus liberæ viuerent à corporibus: vt ipſæ quoq; ibi quandoq; forent, vbi eſt mundi anima ſemper, circa hæc ſollicita nunquam.
E Quod enim iam habet mundus, hoc ſibi ſufficit atque ſufficiet ſecundum rationes perpetuò cōſiſtentes in temporibus ritè peractum, perq; certa curricula temporum in idē perpetuò reſtitutum, per menſuras videlicet vitarum definitarum, in quibus hæc vnà cum illis ſecundū illa in illorum cōſonantiam rediguntur. Dum hæc omnia peraguntur ſub vna quadam ratione inuicem ordinata, quantum ad deſcenſus aſcenſuſq; animorum cæteraq; omnia pertinet.
F Quòd autem in animabus cōſonantia ſit ad ordinem vniuerſi, ita tamen, vt non tam dependeant, quàm in deſcendēdo ſeipſas accommodent, vnamq; cōcordiam cum mundana reuolutione conficiant, id nobis argumēto eſſe poteſt, quòd aſtrorum figuris earum fortunæ, vitæ electiones ſignificātur: quòdve dictum eſt, vniuerſum harmonicè concentum vnum edere, & per muſicas cōſonantias id totum potius quàm per alia ab antiquis licet obſcurius, eſt
G deſignatum. Id autem nequaquam ſic ſe haberet, niſi mūdus ſecundū illa faceret patereturq; ſingula in ſtatutis reuolutionum & ordinū, vitarumq; curriculis per diſcurſionum genera, quibus diſcurrunt animę, aliàs quidē illic, aliàs

XII De differentiã animarū deſcenſu. de miſericordia Iouis erga animas. de conſonantia mundi.

verò in cœlo, aliàs autem ad inferiora conuersæ. A Intellectus autem omnis semper est in excelsis, neq; vnquam è sua sede delabitur, sed firmiter omnis in alto cõsistens, nonnihil per animam ad hæc vsq; demittit. Anima verò è proximo magis secundum speciem inde vigentem afficitur, traditq; sequentibus, alia quidem eadem semper conditione, alia verò alias aliter, vagabundam varietatem certo quodam ordine retinens. Descendũt verò nõ semper æqualiter, sed aliquando quidem magis, aliquando B verò minus, etiam si ad idem se conferant genus: proinde ad suum quæq; paratumq; delabitur pro affectionis suæ similitudine. Quatenus enim illic similis huic aut illi iã euasit, deinde fertur hæc quidem in hominem, hæc verò in brutum hoc, aliaq; in aliud.

δὲ ἐν οὐρανῷ. ὅτε δὲ, εἰς τὰς δὲ τοὺς τό πους ἐπιστρεφόμεναι: νοῦς δὲ πᾶς, ἀεὶ ἄνω: καὶ οὐ μήποτε ἔξω τῶν αὐτοῦ γένοιτο, ἀλλ᾽ ἱδρυμένος πᾶς ἄνω, πέμπει τὰ τῇδε διὰ ψυχῆς. ψυχὴ δὲ ἐκ τοῦ πλησίον, μᾶλλον κατὰ τὸ ἐκεῖθεν διάκειται εἶδος: καὶ δίδωσι τοῖς ὑπ᾽ αὐτὴν, ἡ μὲν ὡσαύτως, ἡ δὲ ἄλλοτε ἄλλως ἰσχοῦσα ἐν τάξει τὴν πλάνην. κάτεισι δὲ, οὐκ ἀεὶ τὸ ἴσον: ἀλλ᾽ ὁτὲ μὲν πλέον, ὁτὲ δ᾽ ἔλαττον, κἂν πρὸς τὸ αὐτὸ γένος ἴῃ: κάτεισι δὲ εἰς ἕτοιμον ἑκάστη, καθ᾽ ὁμοίωσιν τῆς διαθέσεως. ἐκεῖ γὰρ ᾧ ἂν ὁμοιωθεῖσα ᾖ, φέρεται: ἡ μὲν εἰς ἄνθρωπον, ἡ δὲ εἰς ζῶον ἄλλη ἄλλο.

Lex diuina animis insita, ducit eos tam sponte quàm necessariò ad terminos affectioni eorum conuenientes.

QVOD igitur de ineuitabili lege diuinoq; iudicio dicitur, sic in natura cõsistit continente atq; imperante, vt vnumquodq; procedat ordine ad quod factum est vnumquodq; simula- C chrum prælectionis affectionisq; principalis. Estq; illa vniuersa animæ species illi congrua & propinqua, erga quod in se cõcepit affectionem, spectatq; ad illud quod tunc mittit quò oportet & introducit, non quidem vt eat tunc in corpus, vel in corpus tale, sed quando præscriptus iam instat terminus, animæ velut vltrò descendunt quò oportet, & intrant. Stat enim sua cuiq; dies. Qua denique imminente, D quasi citante præcone labuntur, corpusq; sibi congruum intrant: atque fermè perinde se habent, ac si Magorum viribus tractibusq; potentibus moueantur, atq; ferantur. Præterea sic se habent, sicut in quolibet viuentis totius perficitur dispensatio, mouens scilicet certo quolibet tempore, atque producens, velut pilos, & barbam, cornuaque similiter: & certo quodam tempore ad talia quædam impetus atq; vigores: item flores in plantis nequaquã antea ger- E minantes, cæteraque in his similiter ordinatis quibusdam regulis distributa. Procedunt autem animæ neq; sponte omnino, neq; compulsæ. Neq; enim sponte procedere ita his tribuitur, quasi consultò dicantur eligere, sed tanquã natura prosiliant, ceu solemus venereas primùm concupiscentias, vel ad honestas aliquas actiones instinctu quodã potius, quàm rationis consilio prouocari. Verùm semper tali cuidam tale quiddam inest fatale: itẽ tali cuidam F hoc momentum, tali verò momentũ illud prouenit fato decretum. Proinde intellectus mundo superior fatale habet illic assiduè permanere, quatenus & huc aliquid inde demittere: tũ verò singula communi subiecta legi gradatim inde mittuntur. Insita nanq; est vnicuiq; norma communis, ipsaq; lex nequaquam accipit ab extrinseco sui muneris absoluendi potentiam, sed ea prorsus conditione tradita est, vt ipsis vtentibus insit eam passim circumferen- G tibus: tum verò quãdo imminet tempus, quod fieri lex ipsa decreuit, agitur tunc ab eis qui intus legem habẽt, adeò vt legem ipsi perficiant: vtpote eos circumagentẽ, & propterea quòd fundatur in eis decreta validius peragentem, quasi suo illos pondere prægrauantem, dum & studiũ stimu-

ΤΟ` γὰρ ἀναπόδραστον καὶ ἡ δίκη, οὕτως ἐν φύσει κρατούσῃ ἰέναι ἕκαστον ἐν τάξει, πρὸς ὃ ἐστὶν ἕκαστον γενόμενον εἴδωλον προαιρέσεως, καὶ διαθέσεως ἀρχετύπου. καὶ ἔστιν ἐκεῖνο πᾶν ψυχῆς εἶδος ἐκείνου παραπλήσιον, πρὸς ὃ τὴν διάθεσιν ἔχει, τὴν ἐν αὐτῇ: καὶ τοῦ τότε πέμποντος καὶ εἰσάγοντος οὐ δεῖ: οὔτε ἵνα ἔλθῃ εἰς σῶμα τότε, οὔτε εἰς τοδί: ἀλλὰ καὶ τοῦ ποτὲ ἐνστάντος, οἷον αὐτομάτως κάτεισι, καὶ εἴσεισιν εἰς ὃ δεῖ: καὶ ἄλλος ἄλλῃ χρόνος. οὗ παραγενομένου, οἷον κήρυκος καλοῦντος, κατίασι: καὶ εἰσέδυ εἰς τὸ πρότερον πρόσφορον σῶμα, ὡς εἰκάσαι τὰ γιγνόμενα, οἷον δυνάμεσι μάγων, καὶ ὁλκαῖς τισιν ἰσχυραῖς, κινεῖσθαί τε καὶ φέρεσθαι: οἷον καὶ ἐφ᾽ ἑνὸς ἑκάστου τελεῖται, ἡ τοῦ ζώου διοίκησις: ἐν χρόνῳ ἕκαστον κινούσης, καὶ γεννώσης, οἷον γενειάσεις καὶ φύσεις κεράτων. καὶ νῦν πρὸς τάδε ὁρμὰς καὶ ἐπανθήσεις, πρότερον οὐκ οὔσας. καὶ περὶ τὰς τῶν δένδρων διοικήσεις, ἐν προθεσμίαις τακταῖς γιγνομένων. ἴασι δὲ οὔτε ἑκοῦσαι, οὔτε πεμφθεῖσαι, οὔτε τὸ ἑκούσιον τοιοῦτον ὡς προελέσθαι, ἀλλὰ ὡς τὸ πηδᾶν κατὰ φύσιν, ἢ πρὸς γάμων φυσικὰς προθεσμίας, ἢ ὡς πρὸς πράξεις τινὲς καλῶν, οὐ λογισμῷ κινούμενοι, ἀλλ᾽ εἱμαρμένον ἀεὶ τῷ τοιῷδε, τὸ τοιόνδε, καὶ τῷ τοιῷδε τὸ νῦν, τῷδε τὸ αὖθις. καὶ ὁ μὲν πρὸ κόσμου νοῦς, εἱμαρμένην ἔχει τὴν τοῦ μένειν ἐκεῖ, ὁπόσον καὶ πέμπειν. καὶ τὸ καθέκαστον τῷ καθόλου ὑποπίπτον νόμῳ, πέμπεται. ἔγκειται γὰρ ἑκάστῳ τὸ καθόλου. καὶ ὁ νόμος οὐκ ἔξωθεν τὴν ἰσχὺν εἰς τὸ τελεσθῆναι ἴσχει, ἀλλὰ δέδοται ἐν αὐτοῖς χρησαμένοις εἶναι, καὶ περιφέρουσιν αὐτόν: κἂν ἐνστῇ καὶ ὁ χρόνος, καὶ ὃ θέλει γενέσθαι γίνεται τότε, ὑπ᾽ αὐτῶν τῶν ἐχόντων αὐτόν: ὥστε αὐτοὺς αὐτὸν τελεῖν, ἅτε περιφέροντας καὶ ἰσχύσαντα, ἐν τῷ ἐν αὐτοῖς αὐτὸν ἱδρῦσθαι. οἷον βρίθοντα εἰς αὐτοὺς, καὶ προθυμίαν

ἐμποιοῦντα, καὶ ὠδῖνα ἐκεῖ ἐλθεῖν, οὗ ὁ ἐν αὐτοῖς ὢν, οἷον ἐλθεῖν φθέγγεται.

ΤΟΥ'ΤΩΝ δὴ γινομένων, φῶτα πολλὰ ὁ κόσμος ἔχων, καὶ καταυγαζόμενος ψυχαῖς, ἐπικοσμεῖται ἐπὶ τοῖς προτέροις, ἄλλους κόσμους, ἄλλον παρ' ἄλλου κομιζόμενος· παρά τε θεῶν ἐκείνων, παρά τε νῶν τῶν ἄλλων, ψυχὰς διδόντων· οἷον εἰκὸς καὶ τὸν μῦθον αἰνίττεσθαι, ὡς πλάσαντος τοῦ προμηθέως τὴν γυναῖκα· ἐπεκόσμησαν αὐτὴν καὶ οἱ ἄλλοι θεοί, γαῖαν ὕδατι φύρειν, καὶ ἀνθρώπου ἐνθεῖναι φωνήν. θεαῖς δ' ὁμοίαν τὸ εἶδος, καὶ ἀφροδίτην τι δοῦναι, καὶ χάριτας· καὶ ἄλλον, ἄλλο δῶρον· καὶ ὀνομάσαι ἐκ τοῦ δώρου, καὶ πάντων τῶν δεδωκότων. πάντες γάρ, τούτῳ ἔδοσαν τῷ πλάσματι, παρὰ προμηθείας τινὸς γινομένῳ. ὁ δὲ προμηθεὺς ἀποποιούμενος τὸ δῶρον αὐτοῦ, τί ἂν σημαίνοι, ἢ τὴν τοῦ ἐν νοητῷ μᾶλλον αἵρεσιν ἀμείνω εἶναι; δέδεται δὲ καὶ αὐτὸς ὁ ποιήσας, ὅτι πως ἐφάπτεται τοῦ γινομένου ὑπ' αὐτοῦ· καὶ ὁ τοιοῦτος δεσμός, ἔξωθεν· καὶ ἡ λύσις, ἡ ὑπὸ ἡρακλέους· ὅτι δύναμις ἐστὶν αὐτῷ, ὥστε καὶ ὡς λελύσθαι. ταῦτα μὲν οὖν, ὅπῃ τις δοξάζει· ἀλλ' ὅτι ἐμφαίνει τὰ τῆς εἰς τὸν κόσμον δόσεως, καὶ προσᾴδει τοῖς λεγομένοις.

Ἴ'ΑΣΙ δὲ ἐκκύψασαι τοῦ νοητοῦ, εἰς οὐρανὸν μὲν πρῶτον· καὶ σῶμα ἐκεῖ προσλαβοῦσαι, δι' αὐτοῦ ἤδη χωροῦσι καὶ ἐπὶ τὰ γεωδέστερα σώματα, εἰς ὅσον ἂν εἰς μῆκος ἐκταθῶσι. καὶ αἱ μὲν ἀπ' οὐρανοῦ εἰς σώματα τὰ κατωτέρω, αἱ δὲ ἀπ' ἄλλων εἰς ἄλλα εἰσκρινόμεναι· αἷς ἡ δύναμις οὐκ ἤρκεσεν ἆραι ἐντεῦθεν, διὰ βαρύτητα καὶ λήθην, πολὺ ἐφελκομέναις ὃ αὐταῖς ἐβαρύνθη. γίγνονται δέ, διάφοροι, ἢ σωμάτων εἰς ἃ ἐνεκρίθησαν παραλλαγαῖς, ἢ καὶ τύχαις, ἢ καὶ τροφαῖς· ἢ αὐταὶ παρ' αὐτῶν τὸ διάφορον κομίζουσιν, ἢ πᾶσι τούτοις, ἢ τισὶν αὐτῶν. καὶ αἱ μὲν τὰ πάντα ὑποπεπτώκασιν εἱμαρμένῃ τῇ ἐνταῦθα, αἱ δὲ ὁτὲ μὲν οὕτως, ὁτὲ δὲ αὑτῶν. αἱ δὲ ὅσα μὲν ἀναγκαῖα, ὑπομεῖναι συγχωροῦσι· δύνανται δὲ ὅσα ἐστὶν αὐτῶν ἔργα, αὐτῶν εἶναι, ζῶσαι κατ' ἄλλην τὴν τῶν συμπάντων τῶν ὄντων νομοθεσίαν, ἄλλο ἑαυτὰς θεσμῷ δοῦσαι, πέπλεκται δὲ αὕτη ἔκ τε τῶν τῇδε λόγων τε καὶ αἰτιῶν πάντων, καὶ ψυχικῶν κινήσεων, καὶ νόμων τῶν ἐκεῖθεν συμφωνοῦσα ἐκείνοις, καὶ ἀρχὰς ἐκεῖθεν παραλαβοῦσα, καὶ συνυφαίνουσα τὰ ἑξῆς ἐκείνοις· ἀσάλευτα μὲν τηροῦσα, ὅσα δύναται σώζειν ἑαυτά, πρὸς τὴν ἐκείνων ἕξιν. τὰ δὲ ἄλλα, ᾗ πέφυκε περιάγουσα, ὡς τὴν αἰτίαν ἐν τοῖς κατελθοῦσιν εἶναι· ὅτι οὕτως ὡς τὰ μὲν ὡδὶ τεθῆναι, τὰ δὲ ὡδὶ κεῖσθαι.

A stimulúq; intrinsecus incutit, quò illuc proficiscátur, quò potissimũ ꝓficisci lex intima dictat.

XIIII. *De connexione huius mũdi per superiorem, & donis deorum descendentibus in opus mundanum.*

QVVM hæc ita se habeāt, mundus hic habens lumina multa, illustratusq; ab animabus exornatur in priores aliter ꝑ priores alios mũdos vel ornatus alium habens ab alio, tum ab illis dijs, tum ab alijs mentibus tradētibus animas. Tale quiddam verisimile est per fabulam indicari dicentem: Postquam Prometheus fœminam effecisset, deos quoq; alios eã adornauisse. B Huc tendit quod ibi traditur, terrã aquæ fuisse permixtam: item figmento illi humanam vocem adhibitam. Præterea speciē deas repræsentantem, tum Venerē & Gratias aliquid impertisse, donumq; aliud alium, nomenq; ex dono donatoribusq; cũctis accepisse Pandoram. Omnes enim hoc figmentum aliquo munere donauerunt: figmentum inquam à prouidentia quadam iam formatum. Quod autem Epimetheus ei donum dederit nullum, quidnam C aliud significat, quàm acceptionē electionēq; doni intelligibilis esse præstantiorem? Ligatus autem est formator ille, quoniam opus suum quodammodo videtur attingere: sed eiusmodi vinculum fit extrinsecus, & ab Hercule soluitur: quoniam ei facultas inest per quam etiam quodammodo fit solutus. Sed hoc quidem pro arbitrio quiuis accipiat. Id verò cõstet, per hæc scilicet dotes desuper in mundum venientes ostēdi. Quocirca his quæ in superioribus dicta D sunt, consonare videntur.

XV. *De animarũ descẽsu, trãsmigratione, differentijs, fato, arbitrio, prouidentia: & quomodo prouidentiæ ordo tanquã latißimus cõnectit sibi fatum pariter & arbitrium.*

PROCEDVNT autem animæ à mũdo intelligibili declinantes, primò quidem in cœlum, ibiq; corpus accipientes per ipsum iam in corpora magis terrena labũtur, quatenus progrediuntur in longum. Et aliæ quidem à cœlo in corpora inferiora atq; vicissim, aliæ verò ab alijs in alia transeunt: quippe quum his facultas nõ suppetat ad se hinc attollendas propter pondus atq; obliuionem, plurimum trahentes E secum, quo grauante per inferiora præcipitentur. Differentes autem inter se animæ fiunt vel ob diuersitatem corporũ quibus insinuantur, vel etiam ob fortunas, vel rursus educationes, vel ipsæ præterea ex seipsis differentiam secum ferunt, & omnino vel per hæc omnia vel per aliqua discrepāt. Proinde aliæ omnino fato hic dominanti succumbunt, aliæ autem tum fato cedunt, tum sui iuris viuunt. Sũt & quæ quotcunq; necessaria sunt, substinenda concedunt: F possunt tamē quæcunq; sunt proprij muneris sibi propria reseruare, viuentes scilicet secundum aliã quandam cõstitutionem legũ cuncta simul entia complectentem, & alteri se regulæ committentes. Contexta verò hęc est ex omnibus quę hîc sunt rationibus atq; causis, itē motibus animarum & legibus inde pendentibus, consonans videlicet illis, & exordia inde suscipiens, & illis consequentia cuncta contexens: tum verò seruãs ea omnia incõcussa, quæcunq; G ad illorum habitum seruare se possunt. Cætera verò qua fert natura ꝓpria circunducens, adeò vt in descendentibus causa sit propterea quòd ita se habēt, vt hæc quidem hîc, atq; ita ponantur, illa verò ibi, & aliter collocentur.

XVI.
Quum mundus supercœlestis atque etiam cœlestis sit ordinatissimus, necessariò ordinatus est etiam sublunaris, in quo quum inferiora homine sint ordinata, ergo multò magis humana. Singula igitur hominibus contingentia iustè diuinitùs dispensantur.

SVPPLICIA igitur quæ iustè inferũtur A iniquis, à tribuenda sunt ordini, prout decet, omnia perducenti. Quotcunq; verò præter iustum bonis accidunt, vt pœnæ, inopiæ, morbi, forsan ob prioris vitæ delicta contingunt. Hæc enim contexuntur, atq; etiam portenduntur, quò fit, vt & ipsa secundum rationem fieri videantur. Nunquid hæc secundum rationes naturales minimè fiunt, neq; inter illa quæ principaliter intenduntur sunt collocanda, sed ex illis potius consequentia? velut si cadente ca- B sa, qui sub ea erat interimatur, qualiscunq; sit: vel si duobus quibusdam ordine quodam motis, aut etiã vno quod offenditur frangatur vel pessundetur. Forsan verò hoc ipsum quod iniustum dicitur, neq; malum est patienti, & ad totius seriem est conducens, fortè neq; iniustũ est, cùm ex antecedẽtibus iustè singula dispensentur. non enim putandum est alia quidẽ ordinẽ inter se habere, alia verò hinc omnino ad placitum licentiamq; deflecti. Si enim secundũ C causas & consequentias naturales, & rationem vnam vnumq; ordinẽ oportet omnia fieri, nimirũ & quæ minora sunt, coordinata esse atq; contexta putandum. Itaq; quod tanquã iniustum ab alio infertur in aliud, ipsi quidẽ agenti est iniustum, neq; est extra causam atq; crimẽ: coordinatum verò in vniuerso nimirum nõ est in hoc iniustum, neq; etiam iniustè infertur in patientem, sed ita decebat. Quòd si bonus est qui patitur, in bonum deniq; desinit quicquid D patitur. Existimandum certè est, communem hunc ordinẽ vniuersi non esse diuinitatis iustitiæq; expertem, sed exactissima quadam ratione quod conuenit vnicuiq; reddere, causas tamen in se, latentes habere, ideoq; ignorantibus occasionem criminandi præbere.

XVII.
Sicut summum aeris primùm omnium ignitur ab infimo ignis, sic cœlum summum corpus primò animatur ab anima, quæ est vltimum diuinorum. Item ipsum bonum est quasi centrum: Mens lumen inde micans atq; permanens: Anima lumen de lumine semouens: Corpus per se opacum illuminatur ab anima, sed animæ in cœlo securæ illuminant, sub cœlo nõ absque cura.

FORSAN verò non est necessarium vel A quodcunq; aliquis intuetur commendare memoriæ, vel illa quæ omnino ex contingenti sequuntur, imaginatione colligere. Item quorũ in animo intelligẽtia cognitioq́; rerum certior insidet, siquádo res eiusmodi sensibus offerantur, nõ necesse est eos intellectuali notitia prætermissa in id quod particulare sensibileq́; obijcitur, intueri, nisi quis opere ipso dispenset aliquid: quod tametsi particulare sit, tamẽ in ipsa notione totius præcipuè includatur. Dico au- B tem de quolibet hoc pacto: Principio non esse necessarium, vt quę videt aliquis, collocet in seipso. Quádo enim nihil interest, vel nullius est apud ipsum momẽti, tunc sensus absq; electione nostra eorum quæ videntur differentia motus, ipse quidẽ solus id patitur: anima verò interim id non excipit intra seipsam: quippe quũ ea ipsa visibilium differẽtia neq; curæ sit nobis, neq; ad necessitatem vel vtilitatem aliá sit collatura. Iam verò quádo quis omino ad seipsum C agit, vel ad alia quædam, tunc rerum eiusmodi præteritarum memoriá minimè retinet, quando neq; præsentium quidem percipit sensum. Quinetiam non est necessarium ea quæ omnino ex contingenti proueniunt, in imaginatione locari: ac si locentur, non ita collocari, vt custodiantur atq; obseruentur: sed eiusmodi rei figuram non afferre consensum, percipere quiuis poterit, si modò quod dicitur, sic acceperit: dico autem hunc in modum: Si nunquá prin- D cipale nobis propositum fuerit, partem aeris hanc in præsentia deinde illam diuidere, dũ loco mouemur, vel etiá magis pertransire: ꝓfectò nunquá in deambulando hoc ipsum obseruantes cogitaremus. Quandoquidẽ nisi præcipuè nobis decretum esset tantùm prorsus certę cuiusdam viæ peragere: liceret autem per aerem nobis percurrere, nunquam curæ nobis foret in quo potissimũ stadio terræ sumus, vel quantum iam spatij peregerimus. Tum verò si mo- E ueri quidem nos oporteret, neq; tamẽ ad tempus propriè tantùm, sed moueri solùm. Itẽ neq; actionem aliam prorsus vllam referre soleremus ad tempus, certè nunquam in memoria tempus aliud aliudq́; excogitaremus. Id verò ex eo patet potissimum, quoniam quando cogitatio vniuersum id quod agitur in se habet, confiditque ita prorsus vt habet effectum iri, haud vlterius singulis quæ fiunt sese adhibet,

Ἢ οὐκ ἀνάγκη, οὔτε ὅσα τις θεωρεῖ ἐν μνήμῃ τίθεσθαι, οὔτε τῶν πάντῃ κατὰ συμβεβηκὸς ἐπακολουθούντων ἐν φαντασίᾳ γίνεσθαι, ὧν τε ἡ νόησις καὶ ἡ γνῶσις ἐναργεστέρα. εἰ ταῦτα αἰσθητῶς γίγνοιτο, οὐκ ἀνάγκη παρέντα τὴν γνῶσιν αὐτῶν, τῷ κατὰ μέρος αἰσθητῷ τὴν ἐπιβολὴν ποιεῖσθαι: εἰ μή τις ἔργῳ οἰκονομοῖ τό τι τῶν ἐν μέρει τῇ γνώσει τοῦ ὅλου B ἐμπεριεχομένων. λέγω δὲ ἕκαστον, ὧδε. πρῶτον μὲν, τὸ μὴ ἀναγκαῖον εἶναι ἃ τις ὁρᾷ, παρατίθεσθαι παρ᾽ αὐτῷ. ὅταν γὰρ μηδὲ διαφέρῃ, ἢ μὴ πρὸς αὐτὸν ἢ ὅλως ἡ αἴσθησις ἀπροαιρέτως τῇ διαφορᾷ τῶν ὁρωμένων κινηθεῖσα: τοῦτο αὐτὴ ἔπαθε μόνη, τῆς ψυχῆς οὐ δεξαμένης εἰς τὸ εἴσω: ἅτε μήτε πρὸς χρείαν, μήτε πρὸς ἄλλην ὠφέλειαν αὐτῆς C τῆς διαφορᾶς μέλλον. ὅταν δὲ καὶ ἡ ἐνέργεια αὐτῷ ἢ πρὸς ἄλλας, ἢ καὶ παντελῶς, οὐκ ἂν ἀνάσχοιτο τῶν τοιούτων παρελθόντων τὴν μνήμην, ὅπου μηδὲ παρόντων γινώσκει τὴν αἴσθησιν. καὶ μὴν ὅτι τῶν πάντῃ κατὰ συμβεβηκὸς γινομένων, οὐκ ἀνάγκη ἐν φαντασίᾳ γίνεσθαι. εἰ δὲ καὶ γίνοιτο, οὐχ ὥστε καὶ φυλάξαι, καὶ παρατηρῆσαι: ἀλλὰ καὶ ὁ τύπος τοῦ τοιούτου, οὐ δίδωσι συναίσθησιν: D μάθοι ἄν τις, εἰ τὸ λεγόμενον οὕτω λάβοι. λέγω δὲ ὧδε: εἰ μηδέποτε προηγούμενον εἴη ται τὸν ἀέρα τόνδε, εἶτα τόνδε τεμεῖν, ἐν τῷ κατὰ τόπον κινεῖσθαι, ἢ καὶ ἔτι μᾶλλον διελθεῖν, οὔτ᾽ ἂν τήρησις αὐτοῦ, οὔτ᾽ ἂν ἔννοια βαδίζουσι γένοιτο. ἐπεὶ καὶ τῆς ὁδοῦ εἰ μὴ ἐγίνετο τὸ τόδε διανύσαι προηγούμενον, δι᾽ ἀέρος δὲ ἦν τὴν διέξοδον ποιήσασθαι, οὐκ E ἂν ἐγένετο ἡμῖν μέλλειν, τῷ ἐν ὅτῳ σταδίῳ γῆς ἐσμὲν, ἢ ὅσον ἠνύσαμεν. καὶ εἰ κινεῖσθαι δὲ ἔδει, μὴ τοσόνδε χρόνον, ἀλλὰ μόνον κινεῖσθαι, μηδ᾽ ἄλλην τινὰ πρᾶξιν εἰς χρόνον ἀνήγομεν, οὐκ ἂν ἐν μνήμῃ ἄλλον ἂν καὶ ἄλλον χρόνον ἐποιησάμεθα. γνώριμον δὲ ὅτι τῆς διανοίας ἐχούσης τὸ πραττόμενον ὅλον καὶ πιστευούσης, οὕτω πάντως πραχθήσεται.

οὐκ

οὐκ ἂν ἔτι προσέχοι γιγνομένοις ἑκάστοις· καὶ μὴν καὶ ὅταν τις τ' αὐτὸν ἀεὶ ποιῇ, μάτην ἂν ἔτι παρατηροῖ ἕκαστα τοῦ τ' αὐτοῦ. εἰ οὖν τὰ ἄστρα φερόμενα τὰ αὑτῶν πράττοντα φέρεται, καὶ οὐχ' ἵνα παρέλθῃ ταῦτα ὅσα * περιέχεται, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῖς, οὔτε ἡ θέα ὧν πάρεισιν. οὔτε τὸ παρελθεῖν: κατὰ συμβεβηκός τε ἡ πάροδος, πρὸς ἄλλοις τε ἡ γνώμη μείζοσι, τά τε αὐτὰ ἀεὶ δι' ὧν διέρχονται ταῦτα, ὅ, τε χρόνος οὐκ ἐν λογισμῷ ὁ ἐν τοσῷδε. εἰ καὶ διῃρεῖτο, οὐκ ἀνάγκη οὔτε τόπων ὧν παρίασιν, οὔτε χρόνων εἶναι μνήμην, ζωήν τε τὴν αὐτὴν ἔχοντα, ὅπου καὶ τὸ τοπικὸν αὐτοῖς περὶ τ' αὐτόν, ὡς μὴ τοπικόν, ἀλλὰ ζωτικὸν τὸ κίνημα εἶναι, ζώου ἑνὸς εἰς αὐτὸ ἐνεργοῦντος: ἐν στάσει μὲν ὡς πρὸς τὸ ἔξω, κινήσει δὲ τῇ ἐν αὐτῷ ζωῇ, ἀϊδίῳ οὔσῃ. καὶ μὴν εἰ καὶ χορείᾳ ἀπεικάσειέ τις τὴν κίνησιν αὐτῶν, εἰ μὲν ἱσταμένῃ ποτέ, ἡ πᾶσα ἂν εἴη τελεία ἡ συντελεσθεῖσα ἐξ ἀρχῆς εἰς τέλος· ἀτελὴς δέ, ἡ ἐν μέρει ἑκάστη. εἰ δὲ τοιαύτη οἵα ἀεί, τελεία ἀεί· εἰ δὲ ἀεὶ τελεία, οὐκ ἔχει χρόνον, ἐν ᾧ τελεσθήσεται, οὐδὲ τόπον. ὥστε οὐδὲ ἔφεσιν ἂν ἔχοι οὕτως, ὥστε οὔτε χρονικῶς, οὔτε τοπικῶς μετρήσει· ὥστε οὐδὲ μνήμη τούτων. εἰ μέντοι αὐτοὶ μὲν ζωὴν ζῶσι μακαρίαν, ταῖς αὐτῶν ψυχαῖς τὸ ζῆν προσεμβλέποντες, τῇ δὲ τῶν ψυχῶν αὐτῶν πρὸς ἓν ταύτῃ τῇ νεύσει, καὶ τῇ ἐξ αὐτῶν εἰς τὸν σύμπαντα οὐρανὸν ἐλλάμψει, ὥσπερ χορδαὶ ἐν λύρᾳ συμπαθῶς κινηθεῖσαι, μέλος ἂν ᾄσειαν ἐν φυσικῇ τινι ἁρμονίᾳ· εἰ οὕτω κινοῖτο ὁ σύμπας οὐρανὸς καὶ τὰ μέρη αὐτοῦ πρὸς αὐτόν, φερόμενος καὶ αὐτός, καὶ ἄλλα ἄλλως πρὸς τὸ αὐτό, ἄλλης αὐτῆς καὶ τῆς θέσεως οὔσης, ἔτι ἂν μᾶλλον ἡμῖν ὁ λόγος ὀρθοῖτο. μιᾶς ζωῆς καὶ ὁμοίας τῆς πάντων ἔτι μᾶλλον οὔσης.

ἀεροίχε-

A Præterea quando quiſpiam idem ſemper agat, fruſtra nimirum ſingula ſui operis obſeruabit. Si ergo ſtellæ dum ferūtur, ſua quædam agunt officia, neq; mouentur, vt hęc ipſa pertranſeant quæ prætergrediuntur: opusq; ipſarum neque eſt aſpicere quæ pertranſeunt, neq; etiam præterire, atq; ipſe tranſitus accidētalis eſt illis, circa maiora interim occupatis: deniq; per eadem ſemper ſimilique tenore diſcurrunt, nimirum apud eas tempus diſcreta quadam mēſura mi-
B nimè computatur, ac etiam ſi diſtinguatur, nō neceſſarium eſt, vel locorum quæ prætereunt, vel temporum memoriam retinere: præſertim quum vitam ſemper eandem penitus habeant, quando & circa eundē locum perpetuò reuoluuntur, adeò vt earum motio non tam localis quàm vitalis eſſe videatur: quippe quū animal vnum agat in ſemetipſum in ſtatu quidē quantum pertinet ad externa, in motu verò per vitā in ipſo propriam peruigentem. Proinde ſiquis
C cœleſtium motum choreæ ſimilem eſſe dicat, ſi modò choreæ aliquando deſinenti, tota quidē progreſsio motionis perfecta erit â principio ad finem vſq; continuata: imperfecta verò vnaquæq; erit in parte dinumerata. Sin autem tali choreæ comparetur, quæ ſempiterna ſit, perfecta ſemper erit. Si autem perfecta ſemper, nō habebit tempus in quo perfecta ſit quandoq; futura, neq; etiam locum. Quapropter neq; ſic etiam appetitum, ideoq; neq; temporali neque
D locali conditione dimetietur: itaq; neq; horum memoria vlla continget. Præterea ea ratione magis etiam nobis ratio confirmabitur, quòd ſcilicet illi vitam agunt beatam in ſui ipſorum animis vitam inſpicientes: atq; ipſa ſuarū animarum ad ipſum vnum cōſpiratione, & à ſe in totum cœlum colluſtratione, tanquam fides in lyra motæ concorditer melodiam in naturali quadam harmonia mirificè concinunt: atq; ita totum cœlū voluitur, partesq; eius ad ipſum,
E agitatur quidē ipſum aliter, & alia aliter, quáuis ad idem: quippe cùm poſitio quoq; illis ſit alia, atq; vita omnium magis etiam vna ſit atq; perſimilis.

Rector mundi Iupiter per vnam ſimplicemq; ſui formam omniformem, virtute infinitam infinitorum effectricem videt, & efficit infinita: non duobus quidem actibus, ſed quo actu videt, eodem efficit, atq; viciſsim. Abſurdum verò foret dictu, eum notitiam rerum ex rebus ipſis colligere: nam per notitiam res antecedentem res efficit, neq; poſſet infinita comprehendere, ſi notitiam ex infinitis aucuparetur: nunc verò nō aliter per vnam ſui formam conſpicit infinita, quàm ſi ſol per vnam ſui lucem radios innumerabiles micantes inde conſpiciat. Cap. IX.

Ὁ δὲ δὴ πάντα κοσμῶν, Ζεύς, καὶ ἐπιτροπεύων καὶ διατιθείς, εἰς ἀεὶ ψυχὴν βασιλικὴν καὶ βασιλικὸν νοῦν ἔχων, καὶ πρόνοιαν ὅπως γίγνοιτο, καὶ γινομένων ἐπιστασίαν, καὶ τάξει διοικῶν, καὶ περιόδους ἑλίττων πολλὰς ἤδη καὶ τελέσας, πῶς ἂν ἐν τούτοις ἅπασι μνήμην οὐκ ἔχει, ὁπόσαι τε ἐγένοντο καὶ οἷαι αἱ περίοδοι· καὶ ὡς ἂν καὶ ἔπειτα γένοιτο, μηχανώμενος καὶ συμβάλλων καὶ λογιζόμενος, μνημονικώτατος ἂν εἴη πάντων, ὅσῳ καὶ δημιουργὸς σοφώτατος. τὸ μὲν οὖν τῶν περιόδων τῆς μνήμης,

A IVPITER autem exornās omnia, & moderans, & diſponens, ſemper animam regiam mentemque regiam poſsidens, & qua ratione vnumquodq; fiat prouidentiam, & in ea quæ fiunt imperium: item ordine ſingula certò diſponens. Præterea circuitus multos euoluens, multosq; inceptos iam ad finē vſq; perducens, cur non in his omnibus memoriam habeat, recordatus ſcilicet quot & quales reuolutiones actę iam fuerint: rurſusq; quemadmodū in poſterum fiát, machinans & conijciens & excogitans, atq; ita maximè omniū memor erit, eoq; magis quo & ſapiētior architectus. Quantū igitur ad ipſam reuolutionū memoriā pertinet,

etiá per seipsum dubitationé affert plurimam, videlicet quantus sit numerus, & vtrum comprehendatur. Si enim definitus sit, temporariú dabit principium vniuerso: sin verò infinitus, non comprehendit ille rector quot eius opera sint, nisi forsan dicatur eú in notitia vitaq; vna semper existere, atq; ita infinitum illic esse, & illic consistere vnum, non quidem per cognitionem extrinsecus incidentem, sed re ipsa consistens: quippe cum ipsum sic infinitum semper maneat simul totum, potius autem comitetur consp iciaturq; non aduentitia notione: nam quemadmodum infinitum suæ vitę cognoscit, sic etiam actionem diffusam per vniuersum infinitam esse præsertim quum sit vna, neque tamen ob hoc ipsum quod ad vniuersum se conferat.

καὶ καθ' αὑτὸ ἂν ἔχοι πολλὴν ἀπορίαν, ὁπόσος ἀριθμὸς εἴη, καὶ εἰ δ' εἴη. πεπερασμένος γὰρ ὤν, ἀρχὴν τῷ παντὶ χρονικὴν δώσει· εἰ δ' ἄπειρος, οὐκ εἰδήσει ὁπόσα τὰ αὐτοῦ ἔργα, ἢ ὅτι ἐν εἰδήσει καὶ μιᾷ ζωῇ ἀεί. οὕτως γὰρ ἄπειρος. καὶ τὸ ἓν οὐ γνώσει ἔξωθεν, ἀλλ' ἔργῳ, συνόντος ἀεὶ τοῦ οὕτως ἀπείρου· μᾶλλον δὲ παρεπομένου καὶ θεωρουμένου, οὐκ ἐπακτῷ γνώσει. ὡς γὰρ τὸ αὐτοῦ ἄπειρον τῆς ζωῆς οἶδεν, οὕτω καὶ τὴν ἐνέργειαν τὴν εἰς τὸ πᾶν μίαν οὖσαν, οὐχ ὅτι εἰς τὸ πᾶν.

Ordo vniuersi qui paulatim euoluitur in materia, simul totus est immutabilisq; in vtroq; Ioue, tú in primo qui est intellectus purus mundi artifex segregatus: tum in Ioue secundo, qui est intellectualis anima, dux mundi coniunctus. Neuter itaq; Iupiter cogitatione discurrit ambiguo more de rebus agendis: præsertim quia anima æterno quodam intuitu suspicit vniuersi ordinem in primo Ioue, tenetq; firmum, totamq; mundi materiam subiectam habet, & intrinsecus eam agitat, ex vna sui vita quasi ex vno cardine cuncta facillimè versans, vt meritò nihil eius actioni resistat, nulla incidat ambiguitas.

Cap. X.

EXORNATOR autem est duplex: nam alterum quidem velut artificem dicimus, alterum verò vt animam vniuersi: & quádo nominamus Iouem, aliquando mundi artificem intelligimus, aliquando verò totius mundi ducé. Profectò ab ipso totius architecto quicquid prius dicitur & posterius, procul segregare debemus, vnicam ipsi & immutabilé temporisq; expertem vitam attribuentes. At mundi vita quę hoc ipsum vt ducat, in se naturaliter habet, inquisitioné adhuc rationemq; videtur exigere: nunquid & ipsa vitam suam in ratiocinatione non habeat, neq; in perquirendo quidnam potissimum sit agendum? Iam enim inuétum ordinatumq; est, quid faciendum sit, non quidem per hæc ipsa quæ ordinátur: quæ enim ordinantur, hæc ipsa sunt quæ gignuntur: quod verò hæc agit, est ordo. Id auté est actio animæ dependentis à sapiétia permanente, cuius quidem imago est ordo, qui viget in anima. Quum verò non permutetur illa, necessarium est hanc quoq; non permutari: nó enim aliquando quidem illuc suspicit, aliquádo verò non suspicit: alioquin si intermiserit, protinus ambiget. Sed enim vna est anima, vnumq; opus. Quod enim ducis vnius obtinet dignitaté, semper exuperat: neq; alias quidem superat, alias superatur: vndená plura illic sint, adeò vt pugna illic oriatur, vel ambiguitas. Iam verò gubernator vnus semper affectat idem: quid enim in causa sit, vt aliud rursusq; aliud concupiscat, ita vt in plura distractus ambigere compellatur? Quinetiá & si existens vna múdi anima quoquo modo permutet, tamen non dubitabit: non enim ex eo quòd mundus multa & partes & oppositiones habet ad partes, ob hoc tamé ambiget quomodo disponatur: neq; enim ab vltimis, neq; à partibus exorditur, sed à primis incipiens, & à primo via quadá ab impedimentis omnino remota, per omnia se diffundit & ornat, atq; ob hoc ipsum dominatur & superat, quoniam ipsa eadem in eodem opere permanet & ad idem: sin autem aliud velit & aliud, vnde nam aliud concupiscet?

ΑΛΛ' ἐπεὶ τὸ κοσμοῦν διττόν· τὸ μὲν ὡς τὸν δημιουργὸν λέγομεν, τὸ δὲ ὡς τὴν τοῦ παντὸς ψυχήν· καὶ τὸν Δία λέγοντες, ὁτὲ μὲν ὡς ἐπὶ τὸν δημιουργὸν φερόμεθα, ὁτὲ δὲ ἐπὶ τὸ ἡγεμονοῦν τοῦ παντός. ἐπὶ μὲν τοῦ δημιουργοῦ, ἀφαιρετέον πάντη τὸ πρόσω καὶ ὀπίσω, μίαν αὐτῷ ἄτρεπτον καὶ ἄχρονον ζωὴν διδόντας. ἡ δὲ τοῦ κόσμου ζωὴ τὸ ἡγούμενον ἐν αὐτῇ ἔχουσα, ἔτι ἐπιζητεῖ λόγον. εἰ οὖν καὶ αὕτη μὴ ἐν τῷ λογίζεσθαι ἔχει τὸ ζῆν, μηδ' ἐν τῷ ζητεῖν ὅτι δεῖ ποιεῖν; ἤδη γὰρ ἐξεύρηται καὶ τέτακται, ἃ δεῖ οὐ ταχθέντα. τὰ γὰρ ταχθέντα, ἦν τὰ γινόμενα· τὸ δὲ ποιοῦν αὐτά, ἡ τάξις. τοῦτο δὲ ψυχῆς ἐνέργεια ἐξηρτημένης μενούσης φρονήσεως, ἧς εἰκὼν ἡ ἐν αὐτῇ τάξις. οὐ τρεπομένης δὲ ἐκείνης, ἀνάγκη μηδὲ ταύτην τρέπεσθαι. οὐ γὰρ ὁτὲ μὲν βλέπει ἐκεῖ, ὁτὲ δὲ οὐ βλέπει· ἀπολειπομένη γὰρ ἂν ἀποροῖ. μία γὰρ ψυχή, καὶ ἓν ἔργον. τὸ γὰρ ἡγεμονοῦν ἓν κρατοῦν ἀεί, καὶ οὐχ ὁτὲ μὲν κρατοῦν, ὁτὲ δὲ κρατούμενον· πόθεν γὰρ τὰ πλείω, ὥστε καὶ γενέσθαι μάχην ἢ ἀπορίαν; καὶ τὸ διοικοῦν, ἐν τῷ αὐτῷ ἀεὶ ἐθέλει. διὰ τί γὰρ ἂν ἄλλο καὶ ἄλλο ἵνα εἰς πλείω ἀπορῇ, καίτοι εἰ καὶ ἓν οὖσα μεταβάλλοι, οὐκ ἂν ἀποροῖ. οὐ γὰρ ὅτι * ἤδη πολλὰ τὸ πᾶν καὶ μέρη ἔχει, καὶ ἐναντιώσεις πρὸς τὰ μέρη, διὰ τοῦτο ἂν ἀποροῖ ὅπως διαθεῖτο. οὐ γὰρ ἀπὸ τῶν ἐσχάτων, οὐδ' ἀπὸ τῶν μερῶν ἄρχεται, ἀλλ' ἀπὸ τῶν πρώτων· καὶ ἀπὸ πρώτου ἀρξαμένη, ὁδῷ ἀνεμποδίστῳ ἐπὶ πάντα εἶσι καὶ κοσμεῖ· * καὶ διὰ τὸ κρατεῖ, ὅτι ἐφ' ἑνὸς ἔργου μένει τοῦ αὐτοῦ, καὶ τ' αὐτ. εἰ δὲ καὶ ἄλλο βούλοιτο, πόθεν τὸ ἄλλο;

* ἢ

* ἐπὶ αὐτ. κρατεῖ.

Deinde

ἀλλ' ὅ,τι χρὴ ποιεῖν, ἀπορήσει. καὶ ἀσθενήσει τὸ ἔργον αὐτῇ, εἰς ἀμφίβολον τοῦ πράττειν ἐν λογισμοῖς ἰούσῃ.

A Deinde sic affecta, quid potius sit agendũ ambiget, atque ita debilitabitur eius officium in agendo, siquidem ratiocinando in agẽdi ambiguum distrahatur.

Qua proportione singulæ naturæ partium singularum in quolibet viuente dependent ab vna quadam viuentis totius natura communi, eadem omnes mundanorũ naturæ ab vna communi totius mundi natura. Sicut ergo viuentis cuiusq; natura in se continens naturaliter seminales partium effectuumq; naturalium rationes nec laborat, neq; consultat in agẽdo, neq; transmutatur, dum diuersa producit, præsertim quoniam agit ex intimis, nec ex multis velut partibus inchoat opus, sed ex vno velut omnium cardine cuncta deriuat: ita neq; natura mundi consultat in opere, vel laborat, vel permutatur: quippe cùm sic ad opus se suum habeat, sicut naturam particularem ad suum se modò dicebamus habere, atq; etiam multò præstantius, præsertim quia instrumẽtum est æternæ infinitæq; sapientiæ ductum semper ad eadem vicissim, eodemq; tenore, totiq; materiæ præsidet. Ars quinetiam quando per habitum naturæ similem deniq; agit sine consultatione, vel electione, vel attentione iam agit: imò uerò si tunc ad attentionem eiusmodi redeat, impeditur sæpius & aberrat, quasi attentio talis non pertineat ad naturã. Cap. XI.

ἜΣΤΙ γὰρ ὥσπερ ἐφ' ἑνὸς ζῴου ἡ διοίκησις· ἡ μέν τις ἀπὸ τῶν ἔξωθεν καὶ μερῶν, ἡ δέ τις ἀπὸ τῶν ἔνδον καὶ τῆς ἀρχῆς. καθάπερ ἰατρὸς μὲν ἔξωθεν ἀρχόμενος, καὶ κατὰ μέρος, ἄπορος πολλαχῇ καὶ βουλεύεται. ἡ δὲ φύσις ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, ἀπροσδεὴς βουλεύσεως: καὶ δεῖ τοῦ παντὸς τὴν διοίκησιν καὶ τὸν διοικοῦντα, ἐν τῷ ἡγεῖσθαι, οὐ κατ' ἰατροῦ ἕξιν εἶναι, ἀλλ' ὡς ἡ φύσις. πολὺ δὲ μᾶλλον ἐκεῖ τὸ ἁπλοῦν, ὅσῳ κατὰ πάντων ἐμπεριειλημμένων ὡς μερῶν ζῴου ἑνός. πάσας γὰρ τὰς φύσεις, κρατεῖ μία· αἱ δὲ ἕπονται, ἀνηρτημέναι καὶ ἐξηρτημέναι, καὶ οἷον ἐκφῦσαι, ὡς αἱ ἐν κλάδοις τῇ τοῦ ὅλου φυτοῦ. τίς οὖν ὁ λογισμός, ἢ τίς ἀρίθμησις, ἢ τίς ἡ μνήμη, παρούσης ἀεὶ φρονήσεως, καὶ ἐνεργούσης, καὶ κρατούσης, καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ διοικούσης. οὐ γὰρ δὴ ὅτι ποικίλα καὶ διάφορα τὰ γινόμενα, δεῖ συνεπόμενον ταῖς τοῦ γινομένου μεταβολαῖς, καὶ τὸ ποιοῦν ἡγεῖσθαι. ὅσῳ γὰρ ποικίλα τὰ γινόμενα, τοσούτῳ τὸ ποιοῦν ὡσαύτως μένον. πολλὰ γὰρ καὶ ἐφ' ἑνὸς ἑκάστου ζῴου τὰ γινόμενα κατὰ φύσιν, καὶ οὐχ ὁμοῦ πάντα. αἱ ἡλικίαι, αἱ ἐκφύσεις ἐν χρόνοις, οἷον κεράτων γενείων, μαζῶν, αὐξήσεις, ἀκμαί: γενέσεις ἄλλων, οὐ τῶν πρόσθεν λόγων ἀπολλυμένων, ἐπιγινομένων δὲ ἄλλων. δῆλον δὲ ἐκ τοῦ καὶ ἐν τῷ γεννωμένῳ αὖ ζῴῳ, τὸν αὐτὸν καὶ σύμπαντα λόγον εἶναι. καὶ δὴ τὴν αὐτὴν φρόνησιν ἄξιον περιθεῖναι, καὶ ταύτην καθόλου εἶναι, οἷον κόσμου φρόνησιν ἑστῶσαν, πολλὴν μὲν καὶ ποικίλην, καὶ αὖ ἁπλῆν ζῴου ἑνὸς μεγίστου. οὐ τῷ πολλῷ ἀλλοιουμένην, ἀλλὰ ἕνα λόγον, καὶ ὁμοῦ πάντα. εἰ γὰρ μὴ πάντα, οὐκ ἐκείνη, ἀλλὰ τῶν ὑστέρων καὶ μερῶν ἡ φρόνησις.

A EST enim gubernatio mundi tanquã animalis vnius, sed hæc ipsa gubernatio animalis partim tractat extrinsecus, atq; partes: partim verò ab intrinseco regit atq; principio. Medicus quidẽ incipiens ab extrinseco, per partesq; procedens, incedit sæpe dubius atq; consultat. Natura verò quum ab intimo ducat principio, consultatione non indiget: oportet autẽ mundi totius gubernationẽ atq; gubernatorem in dispensando non medici, sed naturæ more procedere. B Multò verò magis illic seruari simplicitatem, quo magis ibi intus comprehensa sunt omnia, velut animalis vnius membra: omnes nanq; naturas vna natura cõplectitur, reliquæ verò sequuntur, dependẽtes inde & prodeuntes, atq; ita quasi pullulantes, quemadmodum naturæ ramorum ab ipsa arboris vniuersæ natura. Quænam igitur ratiocinatio, vel numeratio, vel memoria? Cùm adsit sapiẽtia semper & agat & dominetur, atq; semper eodem tenore C gubernet. nõ enim ex eo quòd varia sunt & diuersa quæ fiunt, putandũ est etiam effectorem cum ipsis eorum quæ fiunt mutationibus habere cõmunionem. Quatenus enim varia sunt quæ fiunt, eatenus effector ipse eodem tenore consistit. Multa enim sunt quæ gignuntur in vnoquoq; etiam animalium naturaliter, neque simul omnia. Diuersæ quidem ætates & in certis temporibus germinationes certę, velut cornuum barbæ papillarum: item augmenta cer- D ta floresq; ætatis: rursus præscripta propagatio prolis qua generantur alia, prioribus interim seminarijs rationibus nequaquã deficientibus, sed alijs præterea genitis. Quod quidem ex eo patet, quod in animali inde genito eadẽ seminaria ratio totaq; seruatur. Iam verò operæpretium est asserere, eandem sapientiam hîc vigere, atq; hanc esse vniuersalem, velut mũndi sapientiam consistentem: multam quidem ac variam, rursusq; simplicẽ animalis vnius omniũ E maximi, quæ quidem ex ipsa operum multitudine non euadat varia, sed vna ratio sit simulq; omnia: alioquin nisi sit omnia, nõ erit ipsa, sed potius quædã posteriorum & partium sapientia.

Cogitatio per plura deinceps ordine currens est motus aliquis absoluta notitia carens, atq; ob indigentiam veritatem sapientiamq; appetens consummatã, ideo discursio eiusmodi, vel consultatio, vel electio non pertinet ad mentem vel animam mundi rectricem, possidentem ab æuo habitum sapientiæ plenum, & integram cũ idearum, tum rationum seminalium plenitudinem, qua quidem plenitudine res futuras anticipat in præsentibus, & quibus modis sint futuræ discernit, quarum ipsamet est opifex, sola toti suæ materiæ dominans, nec impedimentis obnoxia: ideoq; nec sollicita, vel ambigua, vel inquirens, sed natura sua omniformi vniuersum sibi conformans. Quum verò hæc ipsa natura sit intelligentia & voluntas, meritò non consilio tractat mundi materias, sed sapientia firmatum naturaliter, tum etiam voluntariè fabricante. Cap. XII.

FORSAN verò quod eiusmodi est quis- A
piam naturę opus esse fatebitur: sed cùm in vni
uerso sapientia sit, necessariò rationis quoq; di-
scursiones & memoriā esse putabit. Verùm id
quidem hominum est, sapere in non sapiendo
ponentium, putantiumq; idē esse inquirere sa-
pientiam atque sapere. Nam ratione discurrere
quidnam aliud est, quàm appetere sapientiam
inuenire, veramq; rationem mentis verè com-
potem? Qui enim ratiocinatur, similis est pul-
santi citharam absolutè pulsationis gratia, atq; B
meditanti ad habitum consequendū, & omni-
no discenti gratia cognoscendi. Ratiocinator
enim id quærit addiscere, quod qui iā habet est
sapiens: quapropter in statu quodā & stabili est
sapientia. Testatur id & ipse ratiocinator: nam
cùm primum inuenit quod optabat, cessat ra-
tiocinari, & in sapientia ipsa positus conquie-
scit. Si igitur ipsum mundi ducem vicem habe-
re discentium arbitremur, nimirū rationis di-
scursiones dubitationesq; illi & memoriā tri- C
buemus, conferenti videlicet præterita cū præ-
sentibus & futuris. Sin autem ita potius se ha-
bere putemus, quemadmodum qui cognoscat
in statu quodam suum terminum possidente,
meritò sapientiam ei potius cōuenire censebi-
mus. Præterea si futura nouit, absurdum enim
esset id negare, cur non etiam quomodo futura
sint teneat? Quòd si quomodo etiā futura sint
nouerit, quidnā amplius opus est ratione per-
uestigare, ac præterita cū præsentibus compa- D
rare? Rursus cognitio futurorum, si modò ei
concedatur adesse, nō vtiq; talis erit, qualis in-
esse vatibus consueuit, sed qualis effectoribus
ipsis certò scientibus ita fore. Id verò est omniū
auctoritatē habentibus, quibus nihil hæsitans,
nihil contingit ambiguum, & quorum senten-
tia cui semel assensis, perpetuò acquiescit. Eadē
igitur illic est sapiētia de futuris, quæ & de præ-
sentibus secundū statum. Id autē est à rationis
inuestigatione remotum, ac nisi futura cogno- E
scat, quæ ipse facturus sit, neq; etiam sciet face-
re, neq; ad aliquid spectās efficiet, sed quod for-
tè inciderit, aget: id verò nihil aliud est quàm
casu facere. Permanet igitur qua ratione faciet:
ac si permaneat qua ratione faciet, certè non fa-
ciet aliter quàm designet, quòd in eo existit
exemplar. vno itaq; tenore & eadem semper fa-
ciet ratione. Non enim nunc quidem aliter, ali-
terùe in posterum, alioquin quidnam prohibe-
bit ab instituto procul errare? Sin autem opus F
ipsum se differenter habebit, non à seipso qui-
dem hanc differētiam possidebit, sed quatenus
seminarijs seruiet rationibus: hæ verò ab ef-
fectore dependent. quapropter opificiū seriem
ipsam sequitur rationum. Effector itaq; nullo
modo cogitur aberrare, aut ambigere, aut nego
cijs laborare, quemadmodum nōnulli opinati
sunt, putātes gubernationem omniū esse labo-
riosam. Profectò laborare in opere disponēdo,
nihil aliud esse videtur, q̄ alienas materias per- G
tractare, id est materias q̄bus minimè domine-
tur: At quādo quis operi dominatur, & sol⁹ im-
perat, quanā re indigeat, nisi seipso & ꝓpria vo
luntate? Id est autē sapiētia ꝓpria: penes enim

A Ἀλλ' ἴσως τὸ μὲν τοιοῦτον, ἔργον φύσεως
ἄν τις εἴποι· φρονήσεως δὲ ἐν τῷ παντὶ οὔσης,
καὶ λογισμοὺς ἀνάγκη καὶ μνήμας εἶναι. ἔστι δὲ
τοῦτο ἀνθρώπων τὸ φρονεῖν, ἐν τῷ μὴ φρονεῖν
τιθεμένων, καὶ τὸ ζητεῖν φρονεῖν, τὸ αὐτὸ τῷ
φρονεῖν νενομικότων. τὸ γὰρ λογίζεσθαι, τί ἄλλο
ἂν εἴη, ἢ τὸ ἐφίεσθαι εὑρεῖν φρόνησιν, καὶ λόγον
ἀληθῆ, καὶ τυγχάνοντα νοῦ τοῦ ὄντος. ὅμοιος γὰρ
B ὁ λογιζόμενος κιθαρίζοντι εἰς κιθάρισιν, καὶ
μελετῶντι εἰς ἕξιν, καὶ ὅλως τῷ μανθάνοντι εἰς
γνῶσιν. ζητεῖ γὰρ μαθεῖν ὁ λογιζόμενος, ὅπερ
ἤδη ἔχων, φρόνιμος: ὥστ' ἐν τῷ στάντι τὸ
φρονεῖν. μαρτυρεῖ δὲ καὶ αὐτὸς ὁ λογισάμενος.
ὅταν γὰρ εὕρῃ ὃ δεῖ, πέπαυται λογιζόμενος, καὶ
ἀνεπαύσατο ἐν τῷ φρονῆσαι γενόμενος. εἰ μὲν
οὖν κατὰ τοὺς μανθάνοντας τὸ ἡγούμενον τοῦ παν-
τὸς τάξομεν, λογισμοὺς ἀποδοτέον καὶ ἀπο-
C ρίας: καὶ μνήμας συμβάλλοντος τὰ παρεληλυ-
θότα, τοῖς παροῦσι καὶ μέλλουσιν. εἰ δὲ κατὰ τὸν
εἰδότα ἐν στάσει ὅρον ἐχούσῃ, νομιστέον αὐτοῦ
εἶναι τὴν φρόνησιν. εἶτα εἰ μὲν οἶδε τὰ κατὰ τὸν
εἰδότα μέλλοντα, τὸ γὰρ μὴ εἰδέναι λέγειν ἄτο-
πον, διὰ τί οὐχὶ καὶ ὅπως ἔσται οὐκ εἰδήσει. εἰ δὲ
εἰδήσει καὶ ὅπως ἔσται, τί ἔτι δεῖ τοῦ λογίζεσθαι,
καὶ τοῦ τὰ παρεληλυθότα πρὸς τὰ παρόντα
D συμβάλλειν; καὶ ἡ γνῶσις δὲ τῶν μελλόντων
εἴπερ αὐτῷ συγχωρεῖται παρεῖναι, οὐ τοιαύτη
ἂν εἴη οἵα τοῖς μάντεσι πάρεστιν, ἀλλ' οἵα αὐ-
τοῖς τοῖς ποιοῦσι τοῖς πεπιστευκόσιν ὅτι ἔσται. τοῦ-
το δὲ τ' αὐτόν, τοῖς πάντα κυρίοις, οἷς οὐδὲν
ἀμφίβολον, οὐδὲ ἀμφιγνοούμενον. οἷς ἄρα
ἄραρεν ἡ δόξα, τούτοις παραμένει. ἡ αὐτὴ ἄρα
καὶ περὶ μελλόντων φρόνησις, οἵα καὶ ἡ περὶ
παρόντων κατὰ τὸ ἑστάναι. τοῦτο δὲ λογισμοῦ
E ἔξω· ἀλλ' εἰ μὴ οἶδε τὰ μέλλοντα ἃ αὐτός, εἰ
ποιήσει, οὐδὲ εἰδήσει ποιῆσαι, οὐ δὲ πρός τι
βλέπων ποιήσει, ἀλλὰ τὸ ἐπελθὸν ποιήσει.
τοῦτο δὲ τ' αὐτόν, τῷ εἰκῇ. μένει ἄρα καθὸ
ποιήσει· ἀλλ' εἰ μένει καθὸ ποιήσει, οὐκ ἄλ-
λως ποιήσει, ἢ ὡς οἷον τὸ ἐν αὐτῷ παράδει-
γμα ἔχει, μοναχῶς ἄρα ποιήσει, καὶ ὡσαύ-
τως. οὐ γὰρ νῦν μὲν ἄλλως, ὕστερον δὲ ἄλλως. ἢ τί
F κωλύει ἀποτυχεῖν. εἰ δὲ τὸ ποιούμενον δια-
φόρως ἕξει, ἀλλ' ἔσχε γε διαφόρως οὐ παρ'
ἑαυτοῦ, ἀλλὰ δουλεῦον λόγοις. οὗτοι δὲ, παρὰ τοῦ
ποιοῦντος. ὥστε ἠκολούθησε τοῖς ἐφεξῆς ὁ λόγος.
ὥστε, οὐδαμῆ τὸ ποιοῦν ἀναγκάζεσθαι πλανᾶ-
σθαι, οὐδ' ἀπορεῖν, οὐδ' ἔχειν πράγματα ὥσπερ
τινὲς ᾠήθησαν δύσκολον εἶναι, τὴν τῶν ὅλων διοί-
κησιν. τὸ γὰρ ἔχειν πράγματα ἦν ὡς ἔοικε, τὸ
G ἐπιχειρεῖν ἔργοις ἀλλοτρίοις: τοῦτο δὲ, ὧν μὴ
κρατεῖ. ὧν δέ τις κρατεῖ καὶ μόνος. τίνος ἂν
οὗτος δέοιτο, ἢ αὑτοῦ, καὶ τῆς αὑτοῦ βουλήσεως;
τοῦτο δὲ τ' αὐτόν, τῆς αὑτοῦ φρονήσεως. τῷ γὰρ
τοιούτῳ,

τοιούτῳ, ἡ βούλησις, φρόνησις. οὐδενὸς ἄρα δεῖ τῷ τοιούτῳ εἰς τὸ ποιεῖν, ἐπειδὴ οὐδ᾽ ἡ φρόνησις ἀλλοτρία· ἀλλ᾽ αὐτὸς οὐδενὶ ἐπακτῷ χρώμενος, οὐδὲ λογισμῷ τοίνυν, οὐδὲ μνήμῃ. ἐπακτὰ γὰρ ταῦτα.

A hunc ita se habentē voluntas est sapientia. Nihil itaq; huic deest ad fabricandū, quando neq; sapientia huic est aduētitia, sed est ipsemet nulla vnquam re aduentitia vtens: igitur neq; ratiocinatione neq; memoria. hæc enim aduentitia sunt.

Mens diuina idearum suarum sigillo imprimit formas animæ mundi adeò vehementer, vt non solùm figuret supremum animæ, id est intelligentiam, sed etiam medium eius, id est imaginationem: & vsq; ad infimum eius, id est naturam formarum notas inurat. Formæ siue rationes rerum seminales in natura sunt vltima quædam vestigia diuinorum, ideo cognitione carent, quamuis vita non careant, aguntq; in materiam sicut ignis, atq; similia, & artificiosè quidem: quoniam sunt viuæ quædam expreßiones diuinæ cuiusdam intelligentiæ, atq; huius verba loquentis: Natura dum agit in materiam, pati dicitur non à materia, sed ab anima. Anima verò non tam patitur à mente quàm se agit ad ipsam.

Cap. XIII.

A ΑΛΛΑ` τί διοίσει τῆς λεγομένης φύσεως ἡ τοιαύτη φρόνησις, ἢ ὅτι ἡ μὲν φρόνησις πρῶτον, ἡ δὲ φύσις ἔσχατον; ἴνδαλμα γὰρ φρονήσεως ἡ φύσις, καὶ ψυχῆς ἔσχατον ὄν, ἔσχατον καὶ τὸν ἐν αὐτῇ ἐλλαμπόμενον λόγον ἔχει. οἷον εἰ ἐν κηρῷ βαθεῖ διικνεῖτο εἰς ἔσχατον ἐπὶ θάτερα, ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τύπος. ἐναργοῦς μὲν ὄντος τοῦ ἄνω, ἴχνους δὲ ἀσθενοῦς ὄντος τοῦ κάτω, ὅθεν οὐδὲ οἶδε, μόνον δὲ ποιεῖ. ὃ γὰρ ἔχει τὸ B ἐφεξῆς διδοῦσα ἀπροαιρέτως τὴν δόσιν τῷ σωματικῷ καὶ ὑλικῷ, ποίησιν ἔχει. οἷον καὶ τὸ θερμανθὲν τῷ ἐφεξῆς ἁψαμένῳ, δέδωκε τὸ αὐτοῦ εἶδος θερμὸν ἐλαττόνως ποιῆσαν. διὰ τοῦτό τοι ἡ φύσις, οὐδὲ φαντασίαν ἔχει. ἡ δὲ νόησις, φαντασίας κρείττων· φαντασία δὲ, μεταξὺ φύσεως τύπου καὶ νοήσεως. ἡ μέν γε οὐθενὸς ἀντίληψιν, οὐδὲ σύνεσιν ἔχει: ἡ δὲ φαντασία, C σύνεσιν ἐπακτοῦ. δίδωσι γὰρ τῷ φαντασθέντι, εἰδέναι ἃ ἔπαθεν: ἡ δὲ γεννᾷ αὐτὴ καὶ ἐνέργεια, ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἐνεργήσαντος. νοῦς μὲν οὖν ἔχει, ψυχὴ δὲ ἡ τοῦ παντὸς ἐκομίσατο εἰς ἀεὶ, καὶ ἐκεκόμιστο. καὶ τοῦτό ἐστιν ἐν αὐτῇ τὸ ζῆν, καὶ τὸ φαινόμενον ἀεὶ σύνεσις νοούσης: τὸ δὲ ἐξ αὐτῆς ἐμφαντασθὲν εἰς ὕλην, φύσις ἐν ᾗ ἵστανται τὰ ὄντα. ἢ καὶ πρὸ τούτου, καὶ ἔστιν ἔσχατα ταῦτα τοῦ νοητοῦ. D ἤδη γὰρ τὸ ἐντεῦθεν τὰ μιμήματα, ἀλλ᾽ ἡ φύσις εἰς αὐτὴν ποιοῦσα καὶ πάσχουσα: ἐκείνη δὲ ἡ πρὸ αὐτῆς καὶ πλησίον αὐτῆς ποιοῦσα, οὐ πάσχει. ἡ δέ τι ἄνωθεν εἰς σώματα, ἢ εἰς ὕλην οὐ ποιεῖ.

A SED quónam eiusmodi sapientia differet à natura? Hoc sanè, quòd sapientia quidem primum, natura verò est vltimum: natura enim sapientiæ imago est. Quumq; postremum animę sit, vltimam quoque in se rationem habet desuper emicantem. Quemadmodum si dum profundior cera imprimitur, vsq; ad alteram eius superficiem penitus figura pertrāseat, vbi quidem figura superior perspicua fit: postrema verò vestigium fit obscurum, ideoq; natura nihil B nouit, sed efficit tantùm: tradens enim absque electione sequēti quod habet, corporeo materialiq; subiecto largitur, talemq; dūtaxat actionem habet. Quemadmodum & calidum proximo suam exhibet speciem debilius calidum reddens. Hanc ob causam imaginationem natura non habet. Intelligentia verò est imaginatione præstantior, sed imaginatio inter naturalem figuram intelligentiamq; est media. Natura enim nullius rei animaduersionē cognitio- C nemque habet: Imaginatio verò rei peregrinæ cognitionem: dat enim imaginanti, vt quæ patitur & agnoscat. Hæc autē ipsa progenies atq; actio ex ipso agente dependet: itaq; mens quidem possidet: anima verò totius semper accipiebat, semperq; accepit, idq; ei viuere est: & quod in ea apparet fulgetq;, semper est ipsius animæ intelligentis agnitio. Quod autē ab ipsa in superficiem materiæ micat, est natura in quā entia desinunt, vel ante ipsam, quæ quidem id- D ipsum præcedit, quod apparet: atque hæc sunt ordinis intelligibilis vltima: iam enim post hęc sunt quædam entium imitamina. At natura in materiam agens interim patitur aliunde. Anima verò hac superior simulq; proxima faciēdo non patitur: mens deniq; supernè consistens in corpora materiāmue non agit.

Natura vniuersalis, id est viuifica quædam virtus animæ mundanæ omnium plena seminum adest corporibus omnibus ex se genitis, non tanquam qualitas quædam his permixta factaq; horum propria sicut calor aeri, sed tanquam actus animæ quodammodo separatus, separabiliterq; præsens, sicut aeri lumen. Natura quidē se habet ad animā sicut lumē ad solē, forma verò materialis ad naturā sicut calor ad lumē ex lumine genitus in materia. Ca. XIIII.

A ΤΑ` δὲ σώματα ὑπὸ φύσεως λεγόμενα γίγνεσθαι, τὰ μὲν στοιχεῖα αὐτὸ τοῦτο τὰ σώματα. τὰ δὲ ζῶα καὶ τὰ φυτὰ, ἆρα οὕτως ὥστε τὴν φύσιν, οἷον παρακειμένην ἐν αὐτοῖς ἔχειν, οἷον ἐπὶ φωτὸς ἔχει; ἀπελθόντος οὐδὲν ὁ ἀὴρ αὐτοῦ ἔχει, ἀλλ᾽ ἔστιν οἷον χωρὶς τὸ φῶς: χωρὶς δὲ ὁ ἀὴρ, οἷον ὁ κιρνάμενος. ἢ οἷον ἐπὶ τοῦ πυρὸς, καὶ τοῦ θερμανθέντος, οὐ

A PROINDE corpora quæ gigni à natura dicuntur, elemēta quidem ex hoc ipso vel hoc ipsum sunt corpora. Animalia verò & plantæ nunquid ad naturam ita se habēt, vt eam quasi adiacentem habeāt in seipsis, quemadmodum & aer habet lumen? quo quidē abeunte, aer nihil luminis retinet, sed seorsum quidē extat lumē, seorsum quoq; remanet aer, quasi permixtio his facta nō fuerit. An potius ita fit, sicut & in igne & calefacto quodā fieri cōsueuit? Nam

abeũte hinc igne, calor aliquis permanet, aliud A quiddam exiſtens præter calorem in igne vigentem, euadensq; iam quædam paſsio calefacti. Profectò formam quidem quam natura præſtat formato, exiſtimandum eſt, alteram quandam præter naturam ipſam ſpeciem eſſe. Reſtat verò quærendum, nunquid etiam aliud quiddam habeat quaſi mediũ inter formatum, ipſamq; naturam. nam quæ potiſsimum differentia ſit inter naturã atq; eam quam in mundo poſuimus ſapientiam, ſatis eſt dictum. B

A ἀπελθόντος μένει τις θερμότης, ἑτέρα οὖσα παρὰ τὴν οὖσαν ἐν τῷ πυρὶ, πάθος τι τοῦ θερμανθέντος. τὴν μὲν γὰρ μορφὴν ἣν δίδωσι τῷ πλασθέντι, ἕτερον εἶδος θετέον παρ' αὐτὴν τὴν φύσιν. εἰ δέ τι ἄλλο παρὰ τοῦτο ἔχει ὅ ἐστιν οἷον μεταξὺ τούτου καὶ αὐτῆς τῆς φύσεως, ζητητέον. καὶ ἥτις μὲν διαφορὰ φύσεως, καὶ τῆς εἰρημένης ἐν τῷ παντὶ φρονήσεως, εἴρηται. B

Actio animæ mundi intima non tempore tranſigitur paulatim, ſed momento tota ſimul impletur. Extima verò, id eſt proceſsio quædam virtutis illinc in mundum, & ipſe mundi actus temporis ſucceſsione peragitur. Ipſa igitur propria huius animæ actio non eſt in tempore, ſed tempus generat in materia. Cap. XV.

ILLVD autem circa hæc omnia quæ modò diximus, dubitari facilè poteſt. A Si enim æternitas quidem eſt circa mentem, tempus autem circa animam: ſiquidem diximus naturã temporis circa animæ actionem verſari, & ab ipſa pendere: quónam modo fieri poteſt, vt diuiſo tempore præteritumq; habente, non ſimul & actio diuidatur, conuerſaq; ad præteritum in anima mundi memoriam faciat? Iam verò in æternitate quidẽ identitatem, in tempore autẽ diuerſitatẽ collocare debemus: alioquin æternitas idem erit & tempus, B ſi modò actionibus animæ mutationem auferamus. An fortè animas quidẽ noſtras quum mutationem admittant, tum aliam, tum indigentiam tanquam in tempore eſſe dicemus? Animã verò totius generare quidem tempus, neq; tamen eſſe in tempore? Sed eſto quidẽ, non ſit in tempore. Quidnam igitur in cauſa eſt, vt ipſa generet tempus, nõ autem æternitatem? Fortè quoniã quæ generat, non ſunt ſempiterna, ſed tempore comprehenſa: C quando neq; ipſæ quidẽ animæ ſunt in tempore, ſed paſsiones earũ qualeſcunq; ſint atq; opera. Sempiternæ nanq; ſunt animæ, atq; tempus poſterius eſt, & quod eſt in tẽpore, minus eſt tempore: oportet enim quod in tempore eſt, à tempore comprehendi, quemadmodũ ille inquit, quo in loco eſt atq; numero.

A ἘΚΕῖΝΟ δὲ ἄπορον πρὸς τὰ νῦν ἅπαντα τὰ εἰρημένα. εἰ γὰρ αἰὼν μὲν περὶ νοῦν, χρόνος δὲ περὶ ψυχήν, ἔχειν γὰρ φαμὲν τῇ ὑποστάσει τὸν χρόνον, περὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἐνέργειαν, καὶ ἐξ ἐκείνης· πῶς οὐ μεριζομένου τοῦ χρόνου, καὶ τὸ παρεληλυθὸς ἔχοντος, μερίζοιτο αὖ καὶ ἡ ἐνέργεια, καὶ πρὸς τὸ παρεληλυθὸς ἐπιστρέφουσα, ποιήσει καὶ ἐν τῇ τοῦ παντὸς ψυχῇ τὴν μνήμην; καὶ γὰρ αὖ ἐν μὲν τῷ αἰῶνι τὴν B ταυτότητα, ἐν δὲ τῷ χρόνῳ τὴν ἑτερότητα τιθέασιν. ἢ ταυτὸν αἰὼν ἔσται, καὶ χρόνος, εἰ καὶ ταῖς τῆς ψυχῆς ἐνεργείαις τὸ μεταβάλλειν οὐ δώσομεν. ἆρ' οὖν τὰς μὲν ἡμετέρας ψυχὰς μεταβολὴν δεχομένας, τήν τε ἄλλην καὶ τὴν ἔνδειαν, οἷα ἐν χρόνῳ φήσωμεν εἶναι: τὴν δὲ τοῦ ὅλου γεννᾶν μὲν χρόνον, οὐ μὴν ἐν χρόνῳ εἶναι; ἀλλ' ἔστω μὴ ἐν χρόνῳ. τί ἐστιν ὃ ποιεῖ, γεννᾶν C αὐτὴν χρόνον, ἀλλὰ μὴ αἰῶνα· ἢ ὅτι ἃ γεννᾷ, οὐκ ἀΐδια, ἀλλὰ περιεχόμενα χρόνῳ. ἐπεὶ οὐδ' αἱ ψυχαὶ ἐν χρόνῳ, ἀλλὰ τὰ πάθη αὐτῶν ἅττα ἐστὶ, καὶ τὰ ποιήματα. ἀΐδιοι γὰρ αἱ ψυχαὶ, καὶ ὁ χρόνος ὕστερος· καὶ τὸ ἐν χρόνῳ, ἔλαττον χρόνου. περιέχειν γὰρ δεῖ τὸν χρόνον τὸ ἐν χρόνῳ, ὥσπερ φησὶ τὸ ἐν τόπῳ καὶ ἐν ἀριθμῷ.

Formæ rerum quæ in materia diſtant inter ſe loco, in anima mundi diſtant differentia tantùm inter ſe formali. Item quæ in materia priora ſunt inter ſe tempore atq; poſteriora, in anima ſolo quodam ordine diſcrepant, quo alijs alia cedunt, potius quàm ſuccedant. Eſt enim anima per eſſentiam omniformem ordo quidam ſpecialis, & firmus futuri ordinis vniuerſi exemplar pariter & effector: & quantum in ſe eſt, efficere poteſt ſimul omnia, ſi materia poſſet ſimul omnia capere. Moueri quidem dicitur anima hæc ad bonum, qua ratione per mediam mentem ad illud appetendo conuertitur: mens verò in bono quieſcere, quoniã nullo ad id medio vtitur: mundus verò circa animam, imò intra animã tempore voluitur. Plotinus in libro de Tempore, & ſi nõ ponit tempus motumq; in anima mundi ſuperiore, ponit tamen in anima eiuſdem inferiore, id eſt in veſtigio ſuperioris atq; natura: nõ quia formas acquirat vllus vel amittat, ſed quia formæ in ea quædã quaſi è ſomno ſtatutis tẽporibus prodeunt in vigiliã. Cap. XVI.

CÆTERVM ſi in ea deſignatum eſt hoc A poſt illud, & prius atq; poſterius ſuorum operum: & ſi ipſa facit in tempore, etiam annuit in futurum. Si autem hoc ita ſe habet, annuit etiã in præteritum: forſan verò potius in his quæ fiunt, & prius eſt & præteritum, in ipſa verò nequaquã, ſed rationes omnes ſimul, vt diximus. Quæ quidem non ſimul ſunt in operibus tempore, quãdo neq; etiam loco ſimul, quamuis in rationibus ſimul loco ſint velut manus & pedes in ſeminario: B in rebus aũt ſenſui patẽtibus

A ἈΛΛ' εἰ αὐτῇ τόδε μετὰ τόδε, καὶ τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον τῶν ποιουμένων· καὶ εἰ ἐν χρόνῳ αὐτὴ ποιῇ καὶ νεύῃ, καὶ πρὸς τὸ μέλλον. εἰ δὲ τοῦτο, καὶ πρὸς τὸ παρεληλυθός· ἢ ἐν τοῖς ποιουμένοις, τὸ πρότερον καὶ τὸ παρεληλυθός. ἐν αὐτῇ δὲ οὐδὲν παρεληλυθὸς, ἀλλὰ πάντες οἱ λόγοι ἅμα, ὥσπερ εἴρηται. εἰ δὲ τοῖς ποιουμένοις, τὸ οὐχ ἅμα. ἐπεὶ οὐδὲ τὸ ὁμοῦ, καί τοι ἐν τοῖς λόγοις τὸ ὁμοῦ, οἷον χεῖρες καὶ πόδες οἱ ἐν λόγῳ· ἐν δὲ τοῖς αἰσθητοῖς B

χωρίς. καί τοι κἀκεῖ ἄλλον τρόπον τὸ χωρίς, ὥστε καὶ τὸ πρότερον ἄλλον τρόπον: ἢ τὸ μὲν χωρὶς εἴποι αὐτὶς ἑτερότητι, τὸ δὲ πρότερον πῶς, εἰ μὴ ἐπιστατεῖ τὸ τάττον. ἐπιστατοῦν δὲ ἐρεῖ τὸ τόδε, μετὰ τόδε. διὰ τί γὰρ οὐχ᾽ ἅμα πάντα ἔσται; ἢ εἰ μὲν ἄλλο τὸ τάττον, καὶ ἡ τάξις, οὕτως ὡς οἷον λέγειν. εἰ δὲ τὸ ἐπιστατοῦν ἡ πρώτη τάξις. οὐκέτι λέγει, ἀλλὰ ποιεῖ μόνον τόδε μετὰ τόδε. εἰ γὰρ λέγει, εἰς τάξιν βλέπων λέγει, ὥστε ἕτερον τῆς τάξεως ἔσται. πῶς οὖν τ᾽ αὐτὸν, ὅτι μὴ ὕλη καὶ εἶδος τὸ τάττον, ἀλλ᾽ εἶδος μόνον, καὶ δύναμις καὶ ἐνέργεια: δευτέρα μετὰ νοῦν ἔσται ψυχή. τὸ δὲ τόδε μετὰ τόδε, ἐν τοῖς πράγμασιν οὐ δυναμένοις ἅμα πάντα. σεμνὸν γάρ τι καὶ ἡ ψυχὴ ἡ τοιαύτη, οἷον κύκλος προσαρμόττων κέντρῳ, εὐθὺς μετὰ κέντρον αὐξηθεὶς, διάστημα ἀδιάστατον. οὕτω γὰρ ἔχει ἕκαστα. * εἰ δὲ τ᾽ ἀγαθόν τις καὶ τὸ κέντρον τάξειε, τὸν νοῦν κατὰ κύκλον ἀκίνητον, ψυχὴν δὲ κατὰ κύκλον κινούμενον ἂν τάξειε. κινούμενον δὲ τῇ ἐφέσει. νοῦς γὰρ εὐθὺς καὶ ἔχει καὶ περιείληφεν, ἡ δὲ ψυχὴ τοῦ ἐπέκεινα ὄντος ἐφίεται. ἡ δὲ τοῦ παντὸς σφαῖρα, τὴν ψυχὴν ἐκείνως ἐφιεμένην ἔχουσα ᾗ πέφυκεν ἐφίεσθαι, κινεῖται. πέφυκε δὲ ᾗ σῶμα τοῦ οὗ ἐστιν ἔξω ἐφίεσθαι: τοῦτο δὲ περιπτύξασθαι καὶ περιελθεῖν πάντῃ ἑαυτῷ, καὶ κύκλῳ ἄρα.

δὲ θᾶτ- τις

A hęc loco seorsum disposita sunt: & si in seminario alia quadā ratione separata dicūtur, ideoq; prius etiā alia ratione. Profectò quod seorsum dicitur, alteritate quadā seorsum esse censebitur: quod autem prius dicitur, quonam pacto? nisi ordinator ipse sic imperet: imperans verò edicet idipsum, scilicet, hoc esto post illud: nam cur non simul omnia erunt? Sed certè si aliud quiddam ordinator esset atq; ordo, sic res agere tur quasi dicendo. Sin autem imperator ipse
B præsidens ordo primus existit, non dicit vltrà, sed facit tantum, hoc post illud efficiēs: si enim dicat, spectās ordinem dicet: quapropter aliud quiddam sic erit præter ordinē. Qua igitur ratione est idem? Quoniam ordinator nō est materia simul atq; species, sed species ipsa duntaxat, atq; potestas & actus secundus post mentem erit anima. Quòd autem dicitur, hoc post illud ipsis operibus accidit habere simul omnia non valentibus. Venerandum enim quid-
C dam est & anima talis, scilicet qualis & circulus centro accommodatissimus statim post centrum adauctus, interuallumque indistans. Sic enim singula disponuntur, ac siquis ipsum bonum pro centro posuerit: mentem verò velut immobilem circulum adhibuerit, sed animam velut mobilem addiderit circulum, motum inquam per appetitum. Mens enim proximè subitoq; bonum habet, atq; concepit: anima verò id quod etiam est superius, appetit. At mundi
D sphæra habens animam ea cōditione appetentem, nimirum qua ratione naturaliter appetere potest, mouetur. Sic verò natura comparatū est, qua corpus valeat naturaliter idipsum extra quod est, appetere: hoc autem est circunfundere sese illi, & vndiq; circuncurrere, quo efficitur, vt moueatur in orbem.

In anima mundi non est ambigua consultatio temporalisq; discursio, quia quod optimum est in ea ab æuo semper cæteris suis viribus dominatur: Est tamen in nostra, quoniam è multis partibus viribusq; nostris nūc vna, nunc alia dominatur. Item quia & ignorantes sumus, tum etiam quoniam plurimis indigemus, tum deniq; quia plurimæ nobis ab externis incidunt passiones, Vis in nobis rationalis & si non est ipsa natura debilis, ac etiam si non sit cæca, tamen ab irrationali aliquando superatur: & quia hæc quieta est, illa verò turbulenta: & quia hæc est vnica, illa verò multiplex. Homo pessimus similis est populari gubernationi pessimæ: minus verò malus, populari minus malæ. Bonus optimatum gubernationi, optimus regno: pessimum forsan diceret aliquis similem esse tyranno.

Cap. XVII.

ἈΛΛᾺ πῶς οὐκ ἐν ἡμῖν οὕτως αἱ νοήσεις αἱ τῆς ψυχῆς καὶ οἱ λόγοι, ἀλλ᾽ ἐνταῦθα ἐν χρόνοις τὸ ὕστερον, καὶ αἱ ζητήσεις ὧδι; ἆρ᾽ ὅτι πολλὰ ἃ ἄρχει καὶ κινεῖται καὶ οὐχ᾽ ἓν κρατεῖ; ἢ ὅτι ἄλλο καὶ ἄλλο πρὸς τὴν χρείαν καὶ πρὸς τὸ παρὸν, οὐχ᾽ ὡρισμένον ἐν αὐτῷ, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἄλλο ἀεὶ καὶ ἄλλο ἔξω; ὅθεν ἄλλο τὸ βούλευμα, καὶ πρὸς καιρὸν, ὅτε ἡ χρεία πάρεστι. καὶ συμβέβηκεν ἔξω τουτὶ, εἶτα τουτί: καὶ γὰρ τῷ πολλὰ ἄρχειν, ἀνάγκη πολλὰς καὶ τὰς φαντασίας εἶναι καὶ ἐπικτήτους, καὶ καινὰς ἄλλος ἄλλῳ: καὶ ἐμποδίους τοῖς αὐτοῦ ἑκάστου κινήμασι καὶ ἐνεργήμασιν. ὅταν γὰρ τὸ ἐπιθυμητικὸν κινηθῇ, ἦλθεν ἡ φαντασία τούτου, οἷον αἴσθησις ἀπαγγελτικὴ καὶ μηνυτικὴ τοῦ πάθους, ἀπαιτοῦσα

A AT quonam modo non etiam in nobis intelligentiæ illæ quæ sunt ipsius animæ, atq; rationes ita se habēt? Sed hîc secundum tempus est posterius, quæstionesque hic oriuntur: An quia multa sunt in nobis quæ dominātur, atq; mouentur, neq; vnicum imperat? An etiā quia aliud atq; aliud ad vsum atque ad præsens succurrit, nō definitum in seipso, sed ad aliud semper atq; aliud extrinsecum pertinens? Itaq; & consiliū aliud, quod & pro temporis opportu-
B nitate, quando necessitas postulat nobis adest. Præterea tum hoc, tū illud extrinsecus accidit: quinetiā ex eo quòd multa dominantur in nobis, necessarium est multas quoq; imaginationes accidere, & peregrinas & nouas alijs circa alia: vnde & alia impedimēto sunt alijs admotionis actionisq; expeditionem. Quando enim vis cōcupiscendi mouetur, suboritur eiusmodi nobis imaginatio, quæ quasi quidā sensus nunciat, desertque passionem: requirens scilicet vt

animus obfecundet cōcupifcentiæ, eiq; ad votum fuppeditet. Tum verò animus fic affectus, neceffariò in controuerfiam trahitur, fiue obfecundet & fuggerat, fiue repugnet: atqui & vis irafcendi irritans ad iniuriam propulfandam, quotiens incitatur, eadem nobis infert. Proinde indigentiæ pafsionesq; corporis varias nobis opiniones inducunt. Rurfus ignoratio bonorum defectusq; inueniēdi, quod in iudicando definiat, vbi animus huc atq; illuc diftrahitur, atq; ex horum commixtione alia refultantia ad idem pertinent, tametfi quod optimum eft in nobis, alia opinatur quàm communis ipfius defectio, opinionumq; diuerfitas. Ab eo autem quod eft optimum, recta ratio in noftrū commune traducta ob hoc ipfum degenerat, quod in ipfo cōmixto debilis iam euadit, cùm tamen fuapte natura nō fit debilis. Sed quemadmodum in plurima concionis turba vel confultor omnium optimus in orando nō perfuadet, fed deteriores potius ex ipfo interturbantium vociferantiumq; numero fuperāt: ille verò fedet quietus, nihil impetrare potens, vtpote qui tumultu deteriorum eft fuperatus: eft enim in quouis deterrimo cōmune quiddam, & ex cunctis coaceruatus homo deterrimæ cuiufdam gubernationis more. In homine autem medio fic fe habet, quafi in ciuitate, in qua quidam aliquàto melius dominatur, vbi profectò popularis quædam gubernatio eft non omnis expers obedientiæ. At in homine etiam meliore vitæ fpecies eft optimatū gubernationi perfimilis: quippe cùm ipfum iam quod in homine cōmune dicitur, aufugiat, melioribusq; obtemperet. In optimo deniq; etiam à communi fe feparante vnus eft princeps, à quo quidem in alia ordo profertur: quafi duplex in nobis fit ciuitas, quarum altera quidem fit fuperior, altera verò fit inferior ad fuperioris fimilitudinem exornata. Dictum eft autem in ipfa quidem anima mundi vnum idemq; femper & fimiliter imperare. In alijs verò fe aliter rem habere, huiusq; rei afsignatæ funt caufæ: fed de his hactenus.

A συνέπεσθαι καὶ ἐκπορίζειν τὸ ἐπιθυμούμενον. τὸ δὲ ἐξ ἀνάγκης ἐν ἀπείρῳ συνεπόμενον, καὶ πορίζον, ἢ καὶ ἀντιτεῖνον γίνεται· καὶ ὁ θυμὸς δὲ εἰς ἄμυναν παρακαλῶν, τοιαῦτα ποιεῖ κινηθείς. καὶ αἱ τοῦ σώματος χρεῖαι καὶ τὰ πάθη, ἄλλα ποιεῖ, καὶ ἄλλα δοξάζει. καὶ ἡ ἄγνοια δὲ τῶν ἀγαθῶν, καὶ τὸ μὴ ἔχειν ὅτι εἴπῃ πάντῃ ἀγομένη, καὶ ἐκ τοῦ μίγματος τούτων ἄλλα· B ἀλλ' εἰ καὶ τὸ βέλτιστον αὐτὸ ἄλλα δοξάζει, ἢ τοῦ κοινοῦ ἡ ἀπορία καὶ ἡ ἀλλοδοξία. ἐκ δὲ τοῦ βελτίστου ὁ λόγος ὁ ὀρθὸς εἰς τὸ κοινὸν δοθείς, τῷ ἀσθενὴς εἶναι ἐν τῷ μίγματι, οὐ τῇ αὐτοῦ φύσει ἀσθενής· ἀλλ' οἷον ἐν πολλῷ θορύβῳ ἐκκλησίας, ὁ ἄριστος τῶν συμβούλων εἰπὼν οὐ κρατεῖ, ἀλλ' οἱ χείρονες τῶν θορυβούντων καὶ βοώντων, ὁ δὲ κάθηται ἡσυχῇ οὐδὲν δυνηθείς, ἡττηθεὶς δὲ τῷ θορύβῳ τῶν χειρόνων. καὶ C ἔστιν ἐν μὲν τῷ φαυλοτάτῳ ἀνδρὶ τὸ κοινόν, καὶ ἐκ πάντων ὁ ἄνθρωπος κατὰ πολιτείαν τινὰ φαύλην. ἐν δὲ τῷ μέσῳ ἐν ᾗ πόλει καὶ * κρεῖττόν τι κρατήσειε δημοτικῆς πολιτείας οὐκ ἀκράτου οὔσης. ἐν δὲ τῷ βελτίονι, ἀριστοκρατικὸν τὸ τῆς ζωῆς φεύγοντος ἤδη τὸ κοινὸν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τοῖς ἀμείνοσι διδόντος. ἐν δὲ τῷ ἀρίστῳ τῷ χωρίζοντι, ἓν τὸ ἄρχον, καὶ παρὰ D τούτου εἰς τὰ ἄλλα ἡ τάξις· οἷον, διττῆς πόλεως οὔσης, τῆς μὲν ἄνω, τῆς δὲ τῶν κάτω, κατὰ τὰ ἄνω κοσμουμένης. ἀλλ' ὅτι γε ἐν τῇ τοῦ παντὸς ψυχῇ τὸ ἓν καὶ τ' αὐτὸν καὶ ὁμοίως· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις ἄλλως, καὶ δι' ἃ, εἴρηται. ταῦτα μὲν οὖν ταύτῃ.

* χρηστόν τι

Sicut ex Sole micat lumen ab eo infeparabile, quod non fit aeris propria qualitas, fed à lumine generatur calor propria iam qualitas aeris: fic ab anima noftra emicat viuificus actus: qui non fit quidem propria corpori qualitas, fed generat vitale aliquid in corpore factum iam corpori proprium. Anima quidem fubftantia eft & vita, actus ille fuus infeparabilis, fubftantiale aliquid eft & viuificum. Qualitas hinc tributa corpori accidentale quiddam eft, & quafi vitale: actum illum appellamus idolum animæ, in quo fenfus eft vegetalisq; natura. Qualitatem verò illam imaginem animæ nominamus & vmbram: ex hac & corpore fit compofitum, in quo voluptates doloresq; funt corporales, quarum pafsionum fenfus ad idolum animamq; perueniunt, pafsiones verò nequaquam. Superior comparatio magis propria fuerit, fi idolum animæ ab anima non feiunctum comparauerimus, radio vifuali ab oculo non difiuncto. Qui fiquando ab oculo rubente processerit, ruborem afpicienti procreabit in oculo, cui fimilem effe dixeris vmbram animæ in corpore refultantem.

Cap. XVIII.

RELIQVVM eft inueftigare, vtrum corpus habeat aliquid in feipfo, atque ita anima præfente viuat, vt iam proprium aliquid in fe pofsideat, an quicquid habet, fit ipfa natura: idque fit quod fe communicat corpori, ipfa fcilicet natura duntaxat. Forfan verò corpus ipfum in quo anima eft atq; natura, non oportet effe tale quale prorfus inanimatum, vel qualis aer illuminatus, fed tanquam calefactus aer: fic vtique animalium plantarumque corpora quafi vmbram animæ in fe habent: itaq; B dolores voluptatesque corporeæ circa corpus tale verfantur. Nobis verò talis corporis cru-

A ΠΕΡΙ' δὲ τοῦ εἰ ἐφ' ἑαυτοῦ τι ἔχει τὸ σῶμα, καὶ παρούσης ζῇ τῆς ψυχῆς ἔχον ἤδη τι ἴδιον, ἢ ὃ ἔχει ἡ φύσις ἐστί. καὶ τοῦτό ἐστι τὸ προσομιλοῦν τῷ σώματι, ἡ φύσις ἢ καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα ἐν ᾧ καὶ ψυχὴ καὶ φύσις οὐ τοιοῦτον εἶναι δεῖ, οἷον τὸ ἄψυχον, καὶ οἷον ὁ ἀὴρ πεφωτισμένος, ἀλλ' οἷον ὁ τεθερμασμένος· καὶ ἔστι τὸ σῶμα τοῦ ζῴου, καὶ τοῦ φυτοῦ δέ, οἷον σκιὰν B ψυχῆς ἔχοντα· καὶ τὸ ἀλγεῖν καὶ τὸ ἥδεσθαι δὲ τὰς τοῦ σώματος ἡδονάς, περὶ τὸ τοιόνδε σῶμά ἐστιν. ἡμῖν δὲ ἡ τούτου ἀλγη-

δὼν

δὼν καὶ ἡ τοιαύτη ἡδονὴ, εἰς γνῶσιν ἀπαθῆ ἔρχεται. λέγω δὲ ἡμῖν τῇ ἄλλῃ ψυχῇ, ἅτε καὶ τοῦ τοιοῦδε σώματος οὐκ ἀλλοτρίου, ἀλλ' ἡμῶν ὄντος. διὸ καὶ * μέλλει ἡμῖν αὐτοῦ ὡς ἡμῶν ὄντος. οὔτε γὰρ τοῦτο ἐσμὲν ἡμεῖς, οὔτε καθαροὶ τούτου ἡμεῖς, ἀλλὰ ἐξήρτηται καὶ ἐγκρέμαται ἡμῶν: ἡμεῖς δὲ κατὰ τὸ κύριον, ἡμῶν δὲ ἄλλως ὅμοιος τοῦτο. διὸ καὶ ἡδομένου καὶ ἀλγοῦντος μέλει, καὶ ὅσῳ ἀσθενέστεροι μᾶλλον καὶ ὅσῳ ἑαυτοὺς μὴ χωρίζομεν. ἀλλὰ τοῦτο ἡμῶν τὸ τιμιώτατον, καὶ τὸν ἄνθρωπον τιθέμεθα, καὶ οἷον εἰσδυόμεθα εἰς αὐτό. χρὴ γὰρ τὰ πάθη τὰ τοιαῦτα, μὴ ψυχῆς ὅλως εἶναι λέγειν, ἀλλὰ σώματος τοιοῦδε καί τινος κοινοῦ καὶ συναμφοτέρου. ὅταν γὰρ ἕν τι ᾖ, αὐτῷ οἷον αὔταρκές ἐστιν, οἷον σῶμα μόνον τί ἂν πάθοι ἄψυχον ὄν. διαιρούμενόν τε γὰρ οὐκ αὐτὸ, ἀλλ' ἡ ἐν αὐτῷ ἕνωσις: ψυχή τε μόνη, οὐδὲ τοῦτο, οὐδὲ τὸ διαιρεῖσθαι. καὶ οὕτως ἔχουσα ἐκφεύγει πᾶν, ὅταν δὲ δύο ἐθέλῃ ἓν εἶναι, ἐπακτῷ χρησάμενα τὸ ἓν ἐν τῷ οὐκ ἐᾶσθαι εἶναι ἕν, τὴν γένεσιν εἰκότως τοῦ ἀλγεῖν ἔχει. λέγω δὲ δύο, οὐκ εἰ δύο σώματα, μία γὰρ φύσις: ἀλλ' ὅταν ἄλλη φύσις, ἄλλῃ ἐθέλῃ κοινωνεῖν καὶ γένει ἄλλῳ, καί τι τὸ χεῖρον λάβῃ παρὰ τοῦ κρείττονος, καὶ ἐκεῖνο μὲν μὴ δυνηθῇ λαβεῖν, ἐκείνου δέ τι ἴχνος· καὶ οὕτω γένηται δύο καὶ ἕν, μεταξὺ γινόμενον τοῦ τε ὃ ἦν, καὶ τοῦ μὴ ὃ ἐδυνήθη ἔχειν ἀπορίαν, ἐγέννησεν αὐτῷ, ἐπίκηρον κοινωνίαν καὶ οὐ βεβαίαν εἰληχὸς, ἀλλ' εἰς τὰ ἐναντία ἀεὶ φερομένην. κάτω τε οὖν καὶ ἄνω αἰωρούμενον, φερόμενον μὲν κάτω, ἀπήγγελε τὴν αὐτοῦ ἀλγηδόνα· πρὸς δὲ τὸν ἄνω, τὴν ἔφεσιν τῆς κοινωνίας.

A ciatus voluptasq; eiusmodi in cognitionē peruenit passionis expertem. Nobis inquá, id est, alteri animæ, quasi corpus eiusmodi non alienum à nobis sit, sed nostrū: quapropter & nobis curæ est, quasi sit nostrum. Neq; enim hoc ipsi sumus, neq; ab hoc nos segregati, sed depēdet ex nobis hoc, nobisq; appendet: nos autem per id quod est principale censemur: nostrum verò simul & hoc est aliter. Quamobrem tum dolore afflicti, tū voluptate permulcti, eiusmo-
B di corporis curam habemus, & quo ipsi debiliores sumus, eo diligentius & curamus, & tantò colimus accuratius, quātò minus ab eo nos segregamus. Sed hoc ipsum quod in nobis est præstātissimum, quo & homines sumus, quasi in corpus tale submergimus. Profectò putandum non est, passiones eiusmodi omnino ad animam pertinere, sed ad corpus tale & commune quiddam atque coniunctum. Quando enim vnum aliquid est duntaxat, quasi sibijpsi
C sufficit. Velut si corpus solum sit atq; inanimatum, quidnam patietur? Si enim diuidatur, nō tam ad ipsum quām ad vnionem quæ in eo est, passio eiusmodi pertinet. Anima quinetiam sola diuisionem passionemq; patitur nullam: & ita se habens, totū hoc aufugit. At verò quotiens duo quædam vnum esse contendunt, atq; ita vnione vtuntur extranea, nimirum sæpe ex eo quòd vnum permanere non permittuntur, doloris initium subeunt. Dico autem duo, non
D si duo in vnū corpora coeant: vna enim in his est natura, sed quando diuersa natura cum diuersa natura alioq; genere commertium inire conatur: & quod deterius est, à meliore aliquid suscipit: neque ipsum quidem potest accipere, sed eius duntaxat vestigium. atq; ita id totum duo est, fitq; vnum, euadens profectò medium inter id quod erat antè, atq; id quod assequi nequit iam in difficultate positum, quippe cum commertium infelix instabileq; inierit, semper
E in diuersa distractum: siquidem sursum vicissim deorsumúe reuoluitur, ac cùm ad inferiora delabitur, suum nunciat cruciatum, & quum aliquantò vergit superius, communionis suscitat appetitum.

Paßio dissolutiua vel voluptas instauratiua nō fit in sensu & anima, sed in corpore per animæ præsentiam quasi vitaliter iam affecto: in sensu autem et anima fit perceptio paßionis illius minimè patiens. Duobus quasi nodis anima cum corpore deuincitur: vnus quidem vergit ad animam, id est viuificus eius actus emicans erga corpus: alter verò declinat ad corpus, id est qualitas ipsa quasi vitalis per hunc actum infusa corpori. Itaq; corpus sic affectum atq; sic alligatum animæ, ad animam pertinet, fitq; nostrum. Id ergo curamus, & quando motio huic incidit dissolutoria vel instauratoria, paßionem hanc sensu percipientes ad ipsam vel vitandam inclinamur, vel prosequendam. Si in anima sentiente fieret peremptoria paßio, & impediretur sensus atq; iudicium, & in quo membro præcipuè sit paßio, non discerneret. Anima enim indiuidua simul est in quolibet tota. Si igitur patiatur ipsa, paßio vbiq; totam animam occuparet.

Cap. XIX.

ΤΟΥΤΟ δὴ τὸ λεγόμενον, ἡδονήν τε εἶναι καὶ ἀλγηδόνα. εἶναι μὲν ἀλγηδόνα, γνῶσιν ἀπαγωγῆς σώματος, ἰνδάλματος ψυχῆς στερισκομένου· ἡδονὴν δὲ γνῶσιν ζώου, ἰνδάλματος ψυχῆς ἐν σώματι ἐναρμοζομένου πάλιν αὖ. ἐκεῖ μὲν οὖν τὸ πάθος, ἡ δὲ γνῶσις τῆς αἰσθητικῆς ψυχῆς, ἐν τῇ γειτονίᾳ αἰσθανομένης, καὶ ἀπαγγειλάσης τὸ εἰς ὃ λήγουσιν αἱ αἰσθήσεις. καὶ ἠλγύνθη μὲν ἐκεῖνο,

A ID igitur est quod traditur de voluptatis dolorisq; natura, vbi dicitur dolorē esse quandam dissolutionis perceptionem, dum videlicet corpus animæ expoliatur imagine, voluptatem verò perceptionem in animali: vbi rursus imago animæ instauratur in corpore, ibi quidem passio est, cognitio verò in anima sensuali videlicet ipsa vicinitate passionem persentiente, eique nuntiante, in quod sensus denique desinunt. Illud quidem est cruciatum:

cruciatum in quá, id est passum, velut in sectio- A ne. Secto quidé corpore, diuisio spectat ad molem: afflictio verò ad molem, quę non solùm sit moles, sed eiusmodi moles. similiter de inflammatione dicendū. Anima verò sentit quasi per contiguam anima duertens vicinitatem. Tota verò passionem sentit ibi nascentem, ipsa quidem minimè patiens. Sentiens nanq; tota, illic esse pronuntiat passionem, vbi percussio fit & dolor. Sin auté pateretur ipsa, cùm tota in vniuerso sit corpore, neq; diceret, neq; renūtiaret, B vbi potissimum passio inferatur: sed pateretur quidem dolorem tota, & vndiq; penitus dolore angeretur, neq; indicaret, neq; declararet locū passionis determinatū, imò verò vbicunq; est, ibi etiam diceret. est autem vbiq;. Nunc verò contra contingit: nam dolet digitus, & dolet homo ob idipsum, quoniá hominis digitus angitur. Dicitur auté homo dolere digitū, quemadmodum & homo glaucus per coloré in oculo glaucum appellatur. Illud itaque quod pati- C tur, etiam cruciatur, nisi quis fortè vna quadá notione cruciatum vnà cum sensu statim consequente comprehendat. Ita verò comprehendens id planè significat, scilicet dolorem esse quodammodo, dolorem non latere sensum: veruntamen nullo modò dicendū, sensum ipsum esse doloré, sed doloris perceptionem: cùm verò cognitio fit nimirū esse passionis expertem, vt & cognoscat planè, & sincerè denūtiet. Nun- D tius enim in passione positus, dum occupatus est passione, vel nihil omnino nuntiat, vel non sanitatis nuntius aduenit.

A λέγω δὲ τὸ ἠλγυνώθη, τὸ πέπονθεν ἐκεῖνο: οἷον ἐν τῇ τομῇ τεμνομένου τοῦ σώματος, ἡ μὲν διαίρεσις κατὰ τὸν ὄγκον: ἡ δὲ ἀνάκτησις κατὰ τὸν ὄγκον, τὸ μὴ μόνον ὄγκον, ἀλλὰ καὶ τὸ τοιόνδε ὄγκον εἶναι. ἐκεῖ δὲ καὶ ἡ φλεγομένη. ᾔσθετο δὲ ἡ ψυχὴ παραλαβοῦσα τὸ ἐφεξῆς, οἷον κεῖσθαι. πᾶσα δὲ ᾔσθετο τὸ ἐκεῖ πάθος, οὐκ αὐτὴ παθοῦσα. αἰσθανομένη γὰρ πᾶσα, ἐκεῖ λέγει τὸ πάθος εἶναι, οὗ ἡ πληγὴ καὶ ἡ ὀδύνη. εἰ δὲ ἦν B καὶ αὐτὴ παθοῦσα ἐν παντὶ ὅλῃ τῷ σώματι οὖσα, οὐκ ἂν εἶπεν οὐδ᾽ ἀνεμήνυσεν ὅτι ἐκεῖ, ἀλλ᾽ ἔπαθεν ἂν τὴν ὀδύνην πᾶσα, καὶ ὠδυνήθη ὅλη· καὶ οὐκ ἂν εἶπεν οὐδὲ ἐδήλωσεν ὅτι ἐκεῖ, ἀλλὰ ὅπου ἐστὶν εἶπεν ἂν ἐκεῖ. ἔστι δὲ πανταχοῦ. νῦν δὲ ὁ δάκτυλος ἀλγεῖ, καὶ ὁ ἄνθρωπος ἀλγεῖ, ὅτι ὁ δάκτυλος ὁ τοῦ ἀνθρώπου· τὸν δὲ δάκτυλον ὁ ἄνθρωπος λέγεται ἀλγεῖν, C ὥσπερ καὶ ὁ γλαυκὸς ἄνθρωπος, καὶ τὸ ἐν ὀφθαλμῷ γλαυκόν. ἐκεῖνο μὲν οὖν τὸ πεπονθὸς ἀλγεῖ, εἰ μή τις τὸ ἀλγεῖν μετὰ τῆς ἐφεξῆς αἰσθήσεως περιλαμβάνοι. περιλαμβάνων δὲ, δηλονότι τοῦτο σημαίνει ὡς ὀδύνη, μετὰ τοῦ μὴ λαθεῖν τὴν ὀδύνην τὴν αἴσθησιν. ἀλλ᾽ οὖν τὴν αἴσθησιν αὐτὴν, οὐκ ὀδύνην λεκτέον, ἀλλὰ γνῶσιν ὀδύνης. γνῶσιν δὲ οὖσαν, ἀπαθῆ εἶναι, D ἵνα γνῷ καὶ ὑγιῶς ἀπαγγείλῃ. πεπονθὼς γὰρ ἄγγελος, σχολάζων τῷ πάθει, ἢ οὐκ ἀπαγγέλλει, ἢ οὐχ ὑγιὴς ἄγγελος.

Sicut in corpore leui est stimulus ad ascensum, in radice ad humorem, in folio ad calorem: sic in corpore per animam quasi vitaliter iam affecto, insurgunt naturalia quædam incitamenta, pro indigentia quidem ad impletionem: pro repletione ad euacuationem, pro alteratione nimia ad oppositam. Natura interim vegetalis quæ vitalem in corpore affectionem genuit & conseruat, patiente tali corpore, laborat dum conatur, & agit intentius circa conseruandam vel instaurandam affectionem in corpore naturalem. Quo quidé conatu dicitur concupiscentia illa quæ exordiebatur in corpore tali, adolescere in naturam. Dum verò natura hæc agit obnixius, peruenit perceptio passionis in sensum, atq; hinc ad imaginationem atq; iudicium.

Cap. XX.

CONSEQVENS est præterea corpo- A rearum cupiditatū principiū fieri ex eo quod ita est commune, & tali quadam natura corporea: neque enim corpori quomodocunq; se habenti attribuendum est initium appetendi & impensius prosequendi. Neq; putandū est animam ipsam affectare salsa vel dulcia, sed potius id quod corpus quidem est: nititur autem non solū corpus esse, sed plus sibi quàm anima vendicat motionum, atq; ob vendicationem eiusmodi in multa transferri compellitur: quapro- B pter ita quidem affectum salsa, ita verò dulcia concupiscit: item humefieri, rursusq; calefieri, quorum nihil sibi curæ futurum est, si solum fuerit. Quemadmodum verò illic ex dolore cognitio nata est, animaque studens ab inferente passionem corpus abducere, vertit in fugam: quod etiam admonuit, quòd primò sustinuit passioné, dum ipsum quoq; in ipsa contractione quodammodo fugeret: ita & hîc sensus quidá perdiscit, & anima quæ propè est, quá vtiq; C naturá dicimus vestigiū vitæ corpori tribuentem. Igitur natura quidé concupiscentiam reportat iam adultá, velut finé concupiscentię in

A ΚΑΙ τῶν σωματικῶν δὲ ἐπιθυμιῶν τὴν ἀρχὴν, ἐκ τοῦ οὕτως κοινοῦ, καὶ τῆς τοιαύτης σωματικῆς φύσεως, ἀκόλουθον * τίθεσθαι. [ἐγγίνεσθαι] οὔτε γὰρ τῷ ὁπωσοῦν ἔχοντι σώματι, δοτέον τὴν ἀρχὴν τῆς ὀρέξεως καὶ προθυμίας, οὔτε τῇ ψυχῇ αὐτῇ ἁλμυρῶν ἢ γλυκέων ζήτησιν. ἀλλὰ ὃ σῶμα μέν ἐστιν, ἐθέλει δὲ μὴ μόνον σῶμα εἶναι, ἀλλὰ καὶ κινήσεις ἐκτήσατο πλέον ἢ αὐτή. καὶ ἐπὶ πολ- B λὰ διὰ τὴν ἐπίκτησιν, ἠνάγκασται τρέπεσθαι: διὸ οὑτωσὶ μὲν ἔχον ἁλμυρῶν, οὑτωσὶ δὲ γλυκέων, καὶ ὑγραίνεσθαι καὶ θερμαίνεσθαι, οὐδὲν αὐτῷ μελῆσαν εἰ μόνον ἦν. ὥσπερ δὲ ἐκεῖ ἐκ τῆς ὀδύνης ἐγίνετο ἡ γνῶσις, καὶ ἀπάγειν ἐκ τοῦ ποιοῦντος τὸ πάθος ἡ ψυχὴ βουλομένη, ἐποίει τὴν φυγὴν, καὶ τοῦ πρώτου παθόντος διδάσκοντος τοῦτο, φεύγοντός πως καὶ αὐτοῦ ἐν τῇ συστολῇ, οὕτως καὶ ἐνταῦθα, ἡ μὲν C αἴσθησις μαθοῦσα καὶ ἡ ψυχὴ ἡ ἐγγὺς, ἣν δὴ φύσιν φαμὲν τὴν δοῦσαν τὸ ἴχνος. ἡ μὲν φύσις τὴν τρανὴν ἐπιθυμίαν, τέλος οὖσαν

τὴν

τῆς ἀρξαμένης ἐν ἐκείνῳ. ἡ δ᾽ αἴσθησις τὴν φαντασίαν, ἀφ᾽ ἧς ἤδει ἢ πορίζει ἡ ψυχὴ, ἧς τὸ πορίζειν, ἢ ἀντιτείνει καὶ καρτερεῖ, καὶ οὐ προσέχει· οὔτε τῷ ἄρξαντι τῆς ἐπιθυμίας, οὔτε τῷ μετὰ ταῦτα ἐπιτεθυμηκότι. ἀλλὰ διατί δύο ἐπιθυμίας, ἀλλ᾽ οὐκ ἐκεῖνο εἶναι τὸ ἐπιθυμοῦν μόνον τὸ σῶμα τὸ τοιόνδε; ἢ εἰ ἔστιν ἕτερος ἡ φύσις, ἕτερον δὲ τὸ σῶμα τὸ τοιόνδε παρὰ τῆς φύσεως γινόμενον· ἔστι γὰρ ἡ φύσις πρὸ τοῦ τὸ τοιόνδε σῶμα γενέσθαι, αὕτη γὰρ ποιεῖ τὸ τοιόνδε σῶμα πλάττουσα καὶ μορφοῦσα, ἀνάγκη μήτε ἄρχειν αὐτὴν τῆς ἐπιθυμίας, ἀλλὰ τὸ τοιόνδε σῶμα τὸ πεπονθὸς τάδι, καὶ ἀλγυνόμενον τῶν ἐναντίων, ἢ πάσχει ἐφιέμενον ἡδονῆς ἐκ τοῦ πονεῖν, καὶ πληρώσεως ἐκ τῆς ἐνδείας. τὴν δὲ φύσιν ὡς μητέρα, ὥσπερ στοχαζομένην τῶν τοῦ πεπονθότος βουλημάτων, διορθοῦν τε πειρᾶσθαι καὶ ἐπανάγειν εἰς αὐτὴν. καὶ ζήτησιν τοῦ ἀκεσομένου ποιουμένην, συνάψασθαι τῇ ζητήσει τῇ τοῦ πεπονθότος ἐπιθυμίᾳ, καὶ τὴν περάτωσιν ἀπ᾽ ἐκείνου πρὸς αὐτὴν ἥκειν. ὥστε τὸ μὲν ἐπιθυμεῖν ἐξ αὐτοῦ εἴποι ἄν τις, πρὸς ἐπιθυμίαν ἴσως, καὶ προθυμίαν: τὴν δὲ ἐξ ἄλλου καὶ δι᾽ ἄλλο ἐπιθυμεῖν· τὴν δὲ ποριζομένην ἢ μὴ, ἄλλην εἶναι.

A tali corpore iam exorsæ. Sensus autē imaginationem, per quā anima iam cuius est prosequi, vel prosequitur atque suggerit, vel repugnat & abstinet: neq; consentit vel exordienti concupiscentiam, vel ei quod post eiusmodi exordiū cōcupiscit. Verùm cur nam duas concupiscentias ponimus, non autem solùm tale quoddam corpus esse quod appetat? Profectò si aliud est natura, aliud verò corpus tale à natura iam effectum: est enim natura antequam tale corpus B efficiatur, cùm ipsa corpus efficiat tale, fingens ipsum atq; formans: necessarium est neq; animam ipsam inchoare cupiditatē, sed tale quoddam corpus quod & patitur talia quædam: & quando dolet, cōtraria eorum quæ patitur appetit: tum ex languore oblectamētum, tum saturitatem ex indigentia. Naturā verò ceu matrem quasi cōiectantem desideria patientis conari, necesse est dirigere, & ad seipsam id reuocare, ac remedia languoribus quæritantem ob C inquisitionem eiusmodi, cum patiētis cupiditate coniungi, atq; ita affectionem hanc ab illo ad animā penetrare. Quamobrem dicet quispiam, corpus quidem tale appetere suapte natura, forsan videlicet quantum spectat ad appetitionis properationisq; incitamentum: Naturam verò ex alio, & propter aliud affectare: at animam vero velut aliam esse quæ vel obsequitur, vel potius aduersatur.

Incitamentum ad concupiscenda oblectamenta corporea non oritur in ipsa animæ virtute concupiscente, sed in corpore tali, id est per animā affecto vitaliter. Id sanè conijcimus: primò, quia cùm in corpore tali sit indigētia simul atq; paßio, meritò appetitus hinc incitantur. Secundò, quoniam quatenus aliter se habet corpus tale pro differentia ætatum, valetudinis, habitus, loci, temporis, eatenus diuersi surrepunt appetitus. Virtus autē concupiscendi in anima permanens non permutatur. Tertiò, quia nonnunquam in tali corpore stimulus aliquis est ad aliquid, ad quod non statim vis ipsa concupiscendi se dirigit. Quartò, si etiam mox ad hoc intenderit, non tamen animus semper hoc admittit. Quintò, surgit sæpe in corpore deprauato stimulus ad aliquid naturæ minimè cōsentaneum, vt ad cinerem comedendum, quod natura corporeæ habitudinis moderatrix non adsciscit, neq; coaptat corpori, neq; sibi: deniq; nec impletur, nec euacuatur, nec quomodolibet alteratur vis ipsa concupiscendi animæ insita eiusue idolo, sed corpus tale. Hinc igitur, non inde appetitus ad talia suscitantur.

Cap. XXI.

ΟΤΙ δὲ τοῦτό ἐστι περὶ ὃ ἡ ἀρχὴ τῆς ἐπιθυμίας, καὶ αἱ ἡλικίαι μαρτυροῦσιν αἱ διάφοροι. ἄλλαι γὰρ παίδων καὶ μειρακίων, καὶ ἀνδρῶν αἱ σωματικαί· ὑγιαινόντων τε καὶ νοσούντων, τοῦ ἐπιθυμητικοῦ τοῦ αὐτοῦ ὄντος. δῆλον γὰρ ὅτι τὸ σωματικὸν, καὶ σῶμα τοιόνδε εἶναι, τρεπόμενον παντοίας τροπὰς, παντοδαπὰς καὶ τὰς ἐπιθυμίας ἴσχειν. καὶ τὸ μὴ συνεγείρεσθαι δὲ πανταχοῦ ταῖς λεγομέναις προθυμίαις τὴν πᾶσαν ἐπιθυμίαν εἰς τέλος τῆς σωματικῆς μενούσης. καὶ πρὸ τοῦ, τὸν λογισμὸν εἶναι μὴ βουλεύεσθαι ἢ φαγεῖν, ἢ πίνειν, ἐπί τι προελθοῦσαν τὴν ἐπιθυμίαν λέγειν, ὅσον ἦν ἐν τῷ τοιῷδε σώματι. τὴν δὲ φύσιν μὴ συνάψασθαι αὐτὴν, μηδὲ προσθέσθαι, μηδὲ βούλεσθαι, ὥσπερ οὐδὲ κατὰ φύσιν ἐχούσης ἄγειν εἰς φύσιν, ὡς ἂν αὐτῇ τὸ παρὰ φύσιν καὶ κατὰ φύσιν ἐπιστατοῦσαν. εἰ δέ τις πρὸς τὸ πρότερον λέγει ἀρκεῖν τὸ σῶμα διάφορον γινόμενον, καὶ διαφόρους τῷ ἐπιθυμητικῷ τὰς ἐπιθυμίας ποιεῖν· οὐκ αὐτάρκες

A ESSE verò corpus tale, circa quod fit principium appetendi, testantur insuper differētes ætates: alij nanq; sunt appetitus corporei puerorum, adolescentum alij, alijq; virorum: item bene vel malè valentiū, dum ipsa concupiscendi virtus eadem interea permanet. Cōstat itaq; corporeum quiddam esse, corpus inquam tale, quod dum modis plurimis permutatur, incitat similiter quamplurimus appetitus. Declaratur idem, quòd non vbiq; in huiusmodi inci- B tamentis simul excitatur omnis concupiscentia, quum tamē corporea incitatio sæpe ad finē vsq; perduret. Præterea quòd & antè quàm ratio id deliberet, sæpe animus nō vult comedere aut bibere, dū ad hæc cōcupiscentia vehemens impellit, quantum est in tali quodam corpore. Quinetiam quòd natura sæpe id ad quod tale corpus incitat vel adsciscit, non adsciscit ipsa, neq; vult in naturæ sedem adducere, quasi oblectamentum eiusmodi naturæ non congruat, C & quasi naturæ ipsius sit statuere quid naturæ consentaneum sit, quid non consentaneum. Siquis autem ad prius illud obijciat, sufficere corpus aliquando factum differens, differentes concupiscentias virtuti concupiscendi suggerere: haudquaquam dicit sufficienter, quantum

spectat ad id quòd aliò patiente, hęc ipsa virtus aliter alterius causa cupiditates habeat differẽtes, quando neq; ipsa est cui ex necessitate suggeritur. Non enim ad ipsam vim concupiscendi pertinet nutriri, vel calefieri, vel humefieri, vel permutari, vel euacuatione leuari, vel saturitate repleri, sed ad tale corpus hæc omnia pertinent.

λέγει πρὸς τὸ ἄλλου παθόντος, ἄλλως αὐτὸ ὑπὲρ ἄλλου διαφόρους ἐπιθυμίας ἔχειν· ὁπότε, οὐδ᾽ αὐτὸ γίνεται τὸ πορίζόμενον. οὐ γὰρ δὴ τῷ ἐπιθυμητικῷ ἡ τροφὴ, ἡ θερμότης καὶ ὑγρότης, οὐδὲ κίνησις, οὐδὲ κούφισις κινουμένου, οὐδὲ πλήρωσις μεστουμένου, ἀλλ᾽ ἐκείνου πάντα.

Terra cùm animalia generet, sitq; animalis mundani membrum & necessarium, & minimè contemnendum, est animal intellectuale atq; diuinum, habetq; sensum: nam in anima vis iudiciaria viget, quæ cõiuncta corpori suo percipit, & indicat sui corporis passiones, id autem est sentire: quanquam Plotinus & multi vnicuiq; elementorum suam tribuunt animam. Poterit tamen aliquis forsan non absurdè dicere, sphæras quidem cælestes, quia & immutabiles sunt, & permanent in seipsis inuicem nõ confusè, animas inter se distinctas habere: elementa verò quoniam compositi gratia instituta sunt, & in seipsis permutantur, & inuicem confunduntur, suntq; in globum vnum redacta, numerisq; competentibus in formam vnam crncorditer colligata, vnicam cunctorum animam possidere, vni eorum materiæ complexioniq; humorum quasi quatuor prorsus accommodatam, vigentem in aere & igne quamplurimum, per hæc in aqua simul atq; terra, cuius virtute vitalem vim composita etiã illa reportent: in quibus elementorum portiones simili quadam ad totum proportione ligantur: in terra quidem & aqua animalia manifesta, in aere verò dæmones habentes corpora connexa similiter, quamuis tenuia nobisq; occulta. *Cap. XXII.*

NVNQVID etiam in plantis aliud quidẽ est quod quasi proprium earũ corporibus inseratur, aliud verò quod suppeditet? Quod in nobis quidem dicitur concupiscendi virtus, in illis verò dicitur vegetalis: forsan verò in terra quidem est eiusmodi virtus, cùm anima sit in ipsa, in plantis autem est quod ab hac virtute procedit. Opportunè verò quispiam prius interrogabit, quænam anima sit in terra, vtrũ ex ipsa vniuersi sphæra quam Plato solam primò animare videtur, velut fulgor aliquis micet in terram: an potius dicendum sit, Platonem terræ animam tribuere qualem stellis: vbi rursus ait, terram esse primam antiquissimamq; deorum omnium qui cœlo clauduntur. Quo enim pacto terra poterit iudicari dea, nisi habuerit animam? Vnde contingit, vt difficile sit inuentu qua res hæc ratione se habeat, atq; maior, vel certè non minor ex Platonis dictis ambiguitas oriatur. Sed certè in primis, quonã pacto sententiam rationi consentaneam inuestigare poterimus? Principiò terram habere animam vegetalem, per ea quæ ex ipsa nascũtur, coniectare quis poterit? Quòd si animalia etiam multa ex terra generari videntur, quidnam prohibet eam esse animal iudicare? Cùm verò tam ingẽs animal sit, neq; exigua quædam mundi portio, cur non etiam habere mentem, atq; ita Deum esse dicamus? Iam verò si quamlibet stellã esse dicimus animal, quid prohibet terram quoq;, cùm sit totius animalis pars animal confiteri? Non enim putandum est eam extrinsecus quidem ab aliena anima contineri, intrinsecus verò animam non habere, quasi ipsa sola animam habere propriam nequeat: cur enim ignea quidem possint, terrenum verò non possit? nempe vtrunq; corpus est, neq; ibi sunt venę, nerui, carnes, sanguis, humor, tametsi terra est maiori admodũ varietate munita, ex omnibusq; corporibus constituitur. Siquis autem obijciat, quòd inepta sit ad motum, id quidẽ dicere quis poterit ex eo duntaxat quòd è loco proprio nõ moueatur. Quæret & aliquis, quomodo terra sentire possit: quæremus & nos similiter, quo pacto sentire possint stellæ. Iam verò neque carnium est sentire, neque omnino tribuendum est

ἘΠῚ δὲ τῶν φυτῶν, ἆρα ἄλλο μὲν τὸ οἷον ἐναπηχηθὲν τοῖς σώμασιν αὐτῶν, ἄλλο δὲ τὸ χορηγῆσαν; ὃ δὴ ἐπιθυμητικὸν μὲν ἐν ἡμῖν, ἐν ἐκείνοις δὲ φυτικόν. ἢ ἐν μὲν τῇ γῇ τοῦτο, ψυχῆς ἐν αὐτῷ οὔσης· ἐν δὲ τοῖς φυτοῖς, τὸ ἀπὸ τούτου. ζητήσειε δ᾽ ἄν τις πρότερον τίς ψυχὴ ἐν τῇ γῇ, πότερα ἐκ τῆς σφαίρας τοῦ παντὸς, ἣν καὶ μόνην δοκεῖ ψυχοῦν πρώτως, Πλάτων οἷον ἐλλάμψιν εἰς τὴν γῆν. ἢ πάλιν αὖ λέγων, πρώτην καὶ πρεσβυτάτην θεῶν, τῶν ἐντὸς οὐρανοῦ· καὶ αὐτῇ δίδωσι ψυχὴν, οἵαν καὶ τοῖς ἄστροις. πῶς γὰρ ἂν θεὸς εἴη, εἰ μὴ ἐκείνην ἔχοι; ὥστε συμβαίνει καὶ τὸ πρᾶγμα, ὅπως ἔχει, ἐξευρεῖν δύσκολον, καὶ μείζω ἀπορίαν, ἢ οὐκ ἐλάττω, ἐξ ὧν εἴρηκεν ὁ Πλάτων γίνεσθαι. ἀλλὰ πρότερον πῶς ἂν εὐλόγως ἔχειν τὸ πρᾶγμα δόξειε; τὴν μὲν οὖν φυτικὴν ψυχὴν ὅς ἔχει ἡ γῆ, ἐκ τῶν φυομένων ἐξ αὐτῆς ἄν τις τεκμαίροιτο· εἰ δὲ καὶ ζῷα πολλὰ ἐκ γῆς γινόμενα ὁρᾶται, διατί οὐ καὶ ζῷον ἄν τις εἴποι αὐτὴν εἶναι; ζῷον δὲ τοσοῦτον οὖσαν καὶ οὐ σμικρὰν μοῖραν τοῦ παντὸς, διατί οὐ καὶ νοῦν ἔχειν φήσειε καὶ οὕτω θεὸν εἶναι; εἴπερ δὲ καὶ τῶν ἄστρων, ἕκαστον, διατί οὐ καὶ τὴν γῆν ζῷον, μέρος τοῦ παντὸς ζῴου οὖσαν; οὐ γὰρ δὴ ἔξωθεν μὲν συνέχεσθαι ὑπὸ ψυχῆς ἀλλοτρίας φατέον, ἔνδον δὲ μὴ ἔχειν, ὡς οὐ δυναμένης καὶ αὐτῆς ἔχειν οἰκείαν. διατί γὰρ τὰ μὲν πύρινα δύναται, τὸ δὲ γήϊνον οὔ; σῶμα γὰρ ἑκάτερον, καὶ οὐκ ἶνες ἐκεῖ, οὐδὲ σάρκες, οὐδ᾽ αἷμα, οὐδὲ ὑγρόν· καίτοι ἡ γῆ ποικιλώτερον, καὶ ἐκ πάντων τῶν σωμάτων. εἰ δ᾽ ὅτι δυσκίνητον τοῦτο πρὸς τὸ μὴ κινεῖσθαι ἐκ τόπου λέγοι τις ἄν, ἀλλὰ τὸ αἰσθάνεσθαι πῶς; πῶς γὰρ καὶ τὰ ἄστρα; οὐ γὰρ δὴ οὐδὲ σαρκῶν τὸ αἰσθάνεσθαι, οὐδ᾽ ὅλως σῶμα δοτέον

animæ

τῇ ψυχῇ, ἵνα αἰσθάνοιτο. ἀλλὰ τῷ σώματι δοτέον ψυχὴν, ἵνα ἢ καὶ σώζοιτο τὸ σῶμα: κριτικῇ δὲ οὔσῃ τῇ ψυχῇ, ὑπάρχει βλεπούσῃ εἰς σῶμα. καὶ τῶν τούτου παθημάτων, τὴν κρίσιν ποιεῖσθαι. τίνα οὖν παθήματα γῆς, καὶ τίνων αἱ κρίσεις; ἔπειτα καὶ τὰ φυτὰ καθόσον γῆς οὐκ αἰσθάνεται. τίνων οὖν αἰσθήσεις; καὶ διά τινων; ἢ οὐ τολμητέον, καὶ ἄνευ ὀργάνων γίνεσθαι αἰσθήσεις; καὶ εἰς τινα δὲ χρείαν τὸ αἰσθάνεσθαι αὐτῇ; οὐ γὰρ δὴ διὰ τὸ, γινώσκειν, ἀρκεῖ γὰρ ἡ τοῦ φρονεῖν ἴσως γνῶσις, οἷς μὴ ἐκ τοῦ αἰσθάνεσθαι γίνεταί τις χρεία: ἢ τοῦτο μὲν, οὐκ ἄν τις συγχωρήσειεν. ἔστι γὰρ καὶ παρὰ τὴν χρείαν, ἐν τοῖς αἰσθητοῖς εἴδησίς τις, οὐκ ἄμουσος. οἷον ἡλίου, καὶ τῶν ἄλλων, καὶ οὐρανοῦ, καὶ γῆς. αἱ γὰρ τούτων αἰσθήσεις, καὶ παρ' αὐτῶν ἡδεῖαι. τοῦτο μὲν οὖν, σκεπτέον ὕστερον. νῦν δὲ πάλιν, εἰ αἱ αἰσθήσεις τῇ γῇ καὶ ζώων τινῶν αἱ αἰσθήσεις, καὶ πῶς. ἢ ἀναγκαῖον πρότερον ἀναλαβεῖν, τὰ ἀπορηθέντα, καὶ καθόλου λαβεῖν· εἰ ἄνευ ὀργάνων ἔστιν αἰσθάνεσθαι, καὶ εἰ πρὸς χρείαν αἱ αἰσθήσεις, κἂν εἰ ἄλλό τι παρὰ τὴν χρείαν γίγνοιτο.

A animæ corpus, vt inde ſentiat, ſed corpori potius anima tribuenda, vt ſit corpus atq; ſeruetur. Profectò cùm anima vim iudiciariā habeat, habet & facultatē per quam dū ſpectat in corpus, de paſsionibus illius valeat iudicare. Quęnam verò paſsiones ſunt terræ? quorumue iudicia? Præterea plantæ quatenus terræ aliquid ſunt, nō ſentiunt. Quorumnam igitur ſunt ſenſus? & per quæ fiunt? An fortè non audendum eſt aſſerere abſq; inſtrumētis fieri ſenſus? Item B ad quem vſum ſenſus terræ conducit? nō enim ad cognitionē: ſufficit enim fortè cognitio quæ conſiſtit in ſapientia, quibus ex actu ſentiendi nulla eſt prouentura vtilitas: an fortè hoc quiſpiam non concesserit? Eſt enim & præter vtilitatem in rebus quæ ſentiuntur, cognitio quædam à Muſis non aliena, velut Solis & ſiderum reliquorum, cœliq; & terræ ſpectaculum: hæc enim ſpectare per ſeipſum etiā eſt iucundum. Hoc igitur in ſequentibus erit cōſiderandum. C In præſentia verò rurſus inueſtigandum, num inſint terræ ſenſus, & quorum animaliū ſit ſentire, & qua id ratione fiat. Forſan verò neceſſarium prius eſt, quæ ſunt dubitata reſumere, & communiter intelligere, nunquid abſq; inſtrumentis ſenſus effici valeat, & nū vtilitatis gratia inſtituti ſint ſenſus, etiā ſiquid aliud ex his accidat præter vſum.

Sentire non eſt ſimpliciter cognoſcere ſenſibilia, ſed per paßiones ſiue impreßiones quaſdā factas vel à rebus ſentiendis prope animam, vel ab anima circa eas. Anima ab omni corpore ſeparata ſicut in ſe viuit, ſic ad ſe conuerſa per formas ſibi inſitas, à diuinis diuina cognoſcit: perq; illa uelut principia comprehendit & ſenſibilia, neq; tamen hoc eſt ſentire: nequit enim ſentire tunc corporalia, quia nullam habet cum eis proportionem, per quam impreßio vlla, vel expreßio inter hanc & illa fiat: ſed quando corpori coniuncta eſt, ſpiritu vtitur vt inſtrumento quodam medio inter eam, atq; externa, proportionem inter vtraque faciente, in quo qualitates vel paßiones extrinſecus uenientes, in ſpeciem ſpiritalem puramq; euadunt animæq; propinquam, adeò vt per hanc anima formas excitet ſenſibilium in ſe latentes: quæ quidem excitatio eſt ſentire. Id verò totum diligentius in libro Theophraſti de anima vnà cum Priſciano & Iamblicho declaramus.

Cap. XXIII.

ΔΕΙ͂ δὴ θέσθαι ὡς τὸ αἰσθάνεσθαι, τῶν αἰσθητῶν ἐστι τῇ ψυχῇ ἢ τῷ ζώῳ ἀντίληψις, τὴν προσοῦσαν τοῖς σώμασι ποιότητα συνιείσης, καὶ τὰ εἴδη αὐτῶν ἀποματτομένης. ἡ τοίνυν μόνη ἐφ' ἑαυτῆς ἀντιλήψεται, ἢ μετ' ἄλλου. μόνη μὲν οὖν καὶ ἐφ' ἑαυτῆς πῶς; ἐφ' ἑαυτῆς γὰρ, τὴν ἐν αὐτῇ καὶ μόνον νόησις. εἰ δὲ καὶ ἄλλων, δεῖ πρότερον καὶ ταῦτα ἐσχηκέναι, ἤτοι ὁμοιωθεῖσαν, ἢ τῷ ὁμοιωθέντι συνοῦσαν· ὁμοιωθῆναι μὲν οὖν ἐφ' ἑαυτῆς μένουσαν, οὐχ οἷόν τε. πῶς γὰρ ἂν ὁμοιωθείη σημεῖον γραμμῇ, ἐπεὶ οὐδὲ ἡ νοητὴ τῇ αἰσθητῇ ἂν γραμμῇ ἐφαρμόσειεν· οὐδὲ τὸ νοητὸν πῦρ, ἢ ἄνθρωπος, τῷ αἰσθητῷ πυρὶ ἢ ἀνθρώπῳ. ἐπεὶ οὐδ' ἡ φύσις ἡ ποιοῦσα τὸν ἄνθρωπον, τῷ γινομένῳ ἀνθρώπῳ εἰς ταὐτόν. ἀλλὰ μόνη, καὶ εἰ οἷόν τε τῷ αἰσθητῷ ἐπιβάλλειν, τελευτήσει εἰς τὴν τοῦ νοητοῦ σύνεσιν, ἐκφυγόντος τοῦ αἰσθητοῦ αὐτὴν, οὐκ ἐχούσης, ὅτῳ αὐτοῦ λάβοιτο. ἐπεὶ καὶ τὸ ὁρατὸν ὅταν ψυχὴ πόρρωθεν ὁρᾷ, κἂν ὅτι μάλιστα εἶδος, εἰς αὐτὴν ἥκῃ ἀρχόμενον τὸ πρὸς αὐτὴν οἷον ἀμερὲς ὄν, λήγει εἰς

A ASSERENDVM eſt itaq; ſenſum circa ſenſibilia eſſe perceptionē in anima vel animali: perceptionē inquam in virtute adhærentem corporibus qualitatem percipiente, ſpeciemq; illorū ſibi quodammodo figurāte. Si ita eſt, vel anima ſola in ſeipſa permanēs ſenſibilia, aut cū alio potius apprehendet: ſola verò & in ſeipſa quonā pacto poterit? Dū enim in ſeipſa viuens, ſimiliter quæ in ſeipſa ſunt percipit, ſolaque intelligentia vtitur. Quòd ſi tunc & alia perci- B pit, oportet prius etiā hæc habuiſſe, ſiue ſimilē his effectam, ſiue congredientē alicui aliquando facto perſimili: ſimilem quidē his eam effici in ſeipſa manentē eſt impoſsibile. Qua enim cōditione ſignū ſimile poſsit lineæ fieri? quando neq; intelligibilis quidem linea ſenſibili lineæ congruere valeat: neq; ignis vel homo intelligibilis, ſenſibili, vel igni vel homini. Siquidem neq; ipſa quidem natura quæ generat hominem, in idem cum homine genito concur- C rere valet. Iam verò ſi anima ſecum ipſa viuens poſsit ſenſibile intueri, inde mox in cognitionem intelligibilis dirigetur, ſubterfugiēte eam ſenſibili, non habentem videlicet quo excipiat ipſum. Quandoquidem & cum anima viſibile quiddā proſpicit eminus, quāuis maximè tanquam ſpecies in animā veniat, tamen quod exorditur penes animam velut impartibile definit in

ſubiectum colorem atq; figuram, quantū id ſit A ibi diſcernens. Non igitur oportet ſola hæc adeſſe, ſcilicet quod extrinſecus eſt, & animam: ſic enim nulla hîc paſsio fieret, ſed oportet tertiū quiddam eſſe, quod ſit paſſurum: id autem eſt quod accipiet formam. Oportet itaq; hoc vnà cum ſenſibili in quadam paſsionis communione & in vna materia conuenire, & hoc quidem pati, aliud verò quiddā cognoſcere paſsionem, talemq; fieri paſsionem, vt ſeruet quidem nonnihil efficientis, non tamen ſit idem. Verùm id B quod patitur tanquam mediū quiddam inter paſsionis auctorem atq; animā, habere paſsionem inter ſenſibile & intelligibile mediā: quod quidem congrua vtrinq; proportione inter ſe extrema conciliet, ſitq; acceptor ſimul & nuntius: quippe cùm commodè reddi poſsit vtriq; conſimile. Cùm enim cognitionis alicuius inſtrumentum ſit, oportet neq; cognoſcenti, neq; cognoſcēdo idem eſſe, ſed facilè admodū vtriq; ſimile fieri, externo quidem obiecto propterea C quòd patiatur, intimę verò virtuti, quia ſpecies quædā ſit eiuſmodi paſsio. Quamobrē ſi rectè loquimur, oportet ſenſus per inſtrumenta corporea fieri: hoc enim & ei conſequens eſt quod diximus, animā ſi omnino ſit extra corpus, nullum ſenſibile percepturam. Inſtrumentum verò neceſſe eſt aut totum corpus eſſe, vel membrum aliquod ad certum opus determinatum, velut in tactu atq; viſu videmus accidere. Tum verò facilè quiuis aſpiciet artificū inſtrumenta D media inter iudicātes atq; iudicata, ſignificantiaq; iudicanti ſubiectarum rerum proprietatem. Regula enim accommodata rectitudini, tum quæ eſt in animo, tum quæ eſt in ligno, recteque in medio poſita iudici dat iudicandi operis facultatem. Alterius verò diſputationis eſſet inquirere, vtrum cōiungere prorſus oporteat inſtrumento id quod eſt iudicandum, an etiam per aliquod medium procul à re ſentienda diſtante fiat ſenſus: ceu ſi ignis ſit procul à E carne, medio nihil patiente: vel ſicut ſi vacuum quiddam ſit mediū inter viſum atq; colorem, nunquid videri poſsit, inſtrumēto pręſente potentiæ. Conſtat autem ſenſum ad animam pertinere in corpore duntaxat viuentem, atq; per corpus expleri.

A τὸ ὑποκείμενον χρῶμα καὶ σχῆμα, ὅσον ἐστὶν ἐκεῖ ὁρώσης. οὐ τοίνυν δεῖ μόνα ταῦτα εἶναι, τὸ ἔξω καὶ τὴν ψυχήν, ἐπεὶ οὐδ' ἂν πάθοι· ἀλλὰ δεῖ τὸ πεισόμενον, τρίτον εἶναι. τοῦτο δέ ἐστι, τὸ τὴν μορφὴν δεξόμενον. συμπαθὲς ἄρα, καὶ ὁμοιοπαθὲς δεῖ εἶναι, καὶ ὕλης μιᾶς· καὶ τὸ μὲν παθεῖν, τὸ δὲ γνῶναι, καὶ τοιοῦτον γίνεσθαι τὸ πάθος, οἷον σώζειν μέν τι τοῦ πεποιηκότος, B μὴ μέντοι ταὐτὸν εἶναι· ἀλλ' ἅτε μεταξὺ τοῦ πεποιηκότος, καὶ ψυχῆς ὄν, τὸ πάθος ἔχειν, μεταξὺ αἰσθητοῦ καὶ νοητοῦ κείμενον· μέσον ἀνάλογον, συνάπτον πως τὰ ἄκρα ἀλλήλοις· δεκτικὸν ἅμα καὶ ἀπαγγελτικὸν ὑπάρχον· ἐπιτήδειον, ὁμοιωθῆναι ἑκατέρῳ. ὄργανον γὰρ ὂν γνώσεώς τινος, οὔτε ταὐτὸν δεῖ τῷ γινώσκοντι εἶναι, οὔτε τῷ γνωσθησομένῳ· ἐπιτήδειον δέ, ἑκατέρῳ ὁμοιωθῆναι· τὸ μὲν ἔξω διὰ τοῦ πα- C θεῖν, τὸ δὲ εἴσω, διὰ τοῦ τὸ πάθος αὐτοῦ εἶδος γίνεσθαι. εἰ δὴ τοίνυν ὑγιὲς λέγομεν, δι' ὀργάνων δεῖ σωματικῶν τὰς αἰσθήσεις γίνεσθαι. καὶ γὰρ τοῦτο ἀκόλουθον, τὸ τὴν ψυχὴν πάντη σώματος ἔξω γινομένην, μηδενὸς ἀντιλαμβάνεσθαι αἰσθητοῦ, τὸ δὲ ὄργανον δεῖ, ἢ πᾶν τὸ σῶμα, ἢ μέρος τι, πρὸς ἔργον τι ἀφωρισμένον εἶναι, οἷον ἐπὶ ἁφῆς καὶ ὄψεως. καὶ τὰ τε- D χνητὰ δὲ τῶν ὀργάνων, ἴδοι τις ἂν μεταξὺ τῶν κρινόντων καὶ τῶν κρινομένων γινόμενα, καὶ ἀπαγγέλλοντα τῷ κρίνοντι, τὴν τῶν ὑποκειμένων ἰδιότητα. ὁ γὰρ κανών, * τῷ εὐθεῖ τῷ ἐν τῇ ψυχῇ καὶ τὸ καὶ τῷ ἐν τῷ ξύλῳ συναψάμενος, ἐν τῷ μεταξὺ τεθείς, τὸ κρίνειν τῷ τεχνίτῃ τὸ τεχνητὸν ἔδωκεν. εἰ δὲ συνάπτειν δεῖ τὸ κριθησόμενον τῷ ὀργάνῳ, ἢ καὶ διά τινος μεταξὺ διε- E στηκότος πόρρω τοῦ αἰσθητοῦ, οἱονεὶ πόρρω τὸ πῦρ τῆς σαρκός, τοῦ μεταξὺ μηδὲν παθόντος· ἢ οἷον εἰ κενόν τι εἴη μεταξὺ ὄψεως καὶ χρώματος, δυνατὸν ὁρᾶν τοῦ ὀργάνου τῇ δυνάμει παρόντος ἑτέρου λόγου. ἀλλ' ὅτι ψυχῆς ἐν σώματι, καὶ διὰ σώματος ἡ αἴσθησις, δῆλον.

* τὸ εὐθύτι

Cùm animam corpori coniunctam neceſſariò conſequatur ſenſus, animæ ſphærarum ſtellarum mundi ſentiunt. Mundus ſentit per aliam ſui partem, uiciſſim partem aliam: item per totum partes. Præterea totius habitudinem quaſi quodam ſui conſenſu ſentit: per ampliſſimam ſphæram præcipuè quaſi per oculum intus omnia contuetur. Si enim tu per oculum tuum, quoniā animatus eſt, & diaphanus atq; lucidus quamplurima vides, ac per radium eius ad cœleſtia procedentem cœleſtia ſuſpicis, cur non & mundus per cœleſtem oculum ſuum viuum, perſpicuum, lucidum, radiosq; ſuos ad omnia diffundentem omnia cernat?

Cap. XXIIII.

SED nunquid vtilitatis ſolius gratia tribu- A tus à natura ſit ſenſus, ita eſt indagandū. Profectò ſi animæ, dū ſola viuit, ſenſus minimè cōuenit, ſed vnà cū corpore adhibentur & ſenſus, nimirū propter ipſum corpus, ex quo & ſenſus prodeūt, ac ꝓpter corporis ſocietatē datus eſt ſenſus: ſiue ex neceſsitate aliqua conſequatur, dum quicquid patitur corpus, modò ſit paſsio vehemens, ad animā vſq; pertranſit: ſiue prouiſum ſit, quo videlicet caueatur, antequā paſsio vſqueadeò inualeſcat vt perdat, vel prius quā B nimis ꝓpinquet, quod paſsionē infert. Quod ſi ita eſt, gratia vſus dati ſunt ſenſus: & ſi enim ad

A ΤΟ' δὲ εἰ τῆς χρείας μόνον ἡ αἴσθησις, ὧδε σκεπτέον. εἰ δὴ ψυχὴ μὲν μόνη, οὐκ ἂν αἴσθησις γίγνοιτο, μετὰ δὲ σώματος αἱ αἰσθήσεις, διὰ σῶμα ἂν εἴη, ἐξ οὗπερ καὶ αἱ αἰσθήσεις, καὶ διὰ τὴν σώματος κοινωνίαν δοθεῖσα, καὶ ἤτοι ἐξ ἀνάγκης ἐπακολουθούσης. ὅτι γὰρ πάσχει τὸ σῶμα, καὶ φθάνει τὸ πάθος μεῖζον ὂν μέχρι ψυχῆς, * ἢ καὶ μεμηχάνηται ὅπως καὶ πρὶν μεῖζον γίνεσθαι τὸ ποιοῦν ὥστε καὶ φθεῖραι· ἢ καὶ πρὶν πλη- B σίον γίνεσθαι φυλάξασθαι. εἰ δὴ τοῦτο, πρὸς χρείαν ἂν εἶεν αἱ αἰσθήσεις. καὶ γὰρ εἰ καὶ πρὸς

* ἢ

γνῶσιν

γνῶσιν τῷ μὴ ἐν γνώσει ὄντι, ἀλλ' ἀμαθαίνοντι διὰ συμφορὰν, καὶ ἵνα ἀναμνησθῇ διὰ λήθην, οὕτω μήτε ἐν χρείᾳ, μήτε ἐν λήθῃ. ἀλλ' εἰ τοῦτο, οὐ περὶ τῆς γῆς ἂν μόνον εἴη σκοπεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ περὶ ἄστρων ἁπάντων. καὶ μάλιστα περὶ παντὸς τοῦ οὐρανοῦ καὶ τοῦ κόσμου. μέρεσι μὲν γὰρ πρὸς μέρη οἷς καὶ τὸ παθεῖν ὑπάρχει, γένοιτο ἂν αἴσθησις, κατὰ τὸν παρόντα λόγον: ὅλῳ δὲ πρὸς αὐτὸ, τίς ἂν εἴη, ἀπαθῶς ἔχοντι πανταχῇ ἑαυτοῦ πρὸς αὐτόν; καὶ γὰρ εἰ δεῖ τὸ μὲν ὄργανον τοῦ αἰσθανομένου εἶναι, ἕτερον δὲ παρὰ τὸ ὄργανον τὸ οὗ αἰσθάνεσθαι ὑπάρχειν, τὸ δὲ πᾶν ὅλον ἐστὶν, οὐκ ἂν εἴη αὐτῷ τὸ μὲν δι' οὗ, τὸ δὲ δι' οὗ ἡ αἴσθησις: ἀλλὰ συναίσθησιν μὲν αὐτοῦ, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς ἡμῶν συναισθανόμεθα, δοτέον: αἴσθησιν δὲ ἀεὶ ἑτέρου οὖσαν, οὐ δοτέον. ἐπεὶ καὶ ὅταν ἡμεῖς παρὰ τὸ καθεστὼς ἀεί τινος τῶν ἐν τῷ σώματι ἀντιλαμβανόμεθα, ἔξωθεν προσελθόντος ἀντιλαμβανόμεθα. ἀλλ' ὥσπερ ἐφ' ἡμῶν οὐ μόνον τῶν ἔξωθεν ἡ ἀντίληψις, ἀλλὰ καὶ μέρη μέρη, τί κωλύει καὶ τὸ πᾶν, τῇ ἀπλανεῖ τὴν πλανωμένην ὁρᾶν, καὶ ταύτῃ τὴν γῆν καὶ τὰ ἐν αὐτῇ βλέπειν; καὶ εἰ μὴ ἀπαθῆ ταῦτα τῶν ἄλλων παθῶν, καὶ ἄλλως αἰσθήσεις ἔχειν. καὶ τὴν ὅρασιν, μὴ μόνον ὡς καθ' αὐτὴν τῆς ἀπλανοῦς εἶναι, ἀλλ' ὡς ὀφθαλμοῦ ἀπαγγέλλοντος τῇ τοῦ παντὸς ψυχῇ, ἃ εἶδε. καὶ γὰρ εἰ τῶν ἄλλων ἀπαθὴς, διατί ὡς ὄμμα οὐκ ὄψεται φωτοειδὲς ἔμψυχον ὄν; ἀλλ' ὀμμάτων φησὶν οὐκ ἐπεδεῖτο. ἀλλ' εἰ ὅτι μηδὲν ἔξωθεν ὑπολέλειπτο ὁρατὸν, ἀλλ' ἔνδον γε ἦν, καὶ ἑαυτὸν οὐδὲν ὁρᾶν ἐκώλυσεν. εἰ δ' ὅτι μάτην ἂν ἦν αὐτὸν ὁρᾶν: ἔστω μὴ προηγουμένως μὲν οὕτως ἕνεκα τοῦ ὁρᾶν γεγονέναι, ἀκολουθεῖν δὲ τῷ οὕτως ἔχειν ἐξ ἀνάγκης. διατί οὐκ ἂν εἴη τοιούτῳ ὄντι σώματι διαφανεῖ.

A notitiam dati sint, nō ei qui cognitionem possideat, ita sunt dati, sed ignaro ob infortunium, & obliuioso, vt quādoq; reminiscatur: sic vtiq; ei qui neque egeat, neque obliuiscatur, minimè fuerint attributi. Verùm si id ita se habeat, non solùm cōsiderandum erit nobis de terra, sed de omnibus stellis, præsertim de toto cœlo atque mundo. Partibus enim ad partes quibus & pati contingit secundum præsentem rationē sensus quoq; cōueniet. Toti verò ad seipsum quīsnam sensus inerit, quum ad seipsum passionis vbiq; sit expers? B etenim si oportet aliud quidē esse sentientis instrumētum, aliud verò præter instrumētum id esse quod sentitur: vniuersum verò est & totum, nimirum non erit in eo aliud quidem per quod efficiatur sensus, aliud verò quod sensu percipiatur. Cæterùm oportet ei cōsensum quidem sui ipsius quendam tribuere, quemadmodum & nos quendā nostri consensum in nobis habemus: sensum verò qui C semper intendatur in aliud, minimè: quoniam & nos quādo præter habitum naturalē aliquid singulatim in corpore nostro percipimus, accedens quiddam ab externis tūc attingimus. Verùm quemadmodum in nobis nō solùm externorum est apprehēsio, verùm parti etiam ergà partem, quidnam prohibet mundum etiā per inerraticam regionem erraticam intueri, perq; hanc prospicere terrā, & quæ in terra sunt contueri? Quòd si hæc differētes ab alijs passiones D habent, nihil prohibet differētes quoq; sensus habere. Præterea visionem inerraticæ regionis non solùm esse secundū seipsam, verumetiam hanc ipsam regionem esse quasi oculū, ea quæ videt totius animæ nuntiantem: & si enim passiones alias nō admittit, quid tamē obstat quo minus videat tanquā oculus, cùm sit lucidum quiddam & animatum? Sed hìc obstare Plato videbitur dicens, cœlum oculis non egere: verùm & si nihil relictū est extra videndū, ideoq; E non eiusmodi indiguit oculis, attamē intus inest quod videatur, nihilque prohibet videre seipsum. At siquis objiciat, non expedire sensum, quia vanū sit seipsum cernere: esto quidem nō ex principali quodam consilio mundus sic viuendi gratia constitutus, sed enim ita natura comparatum, id quoque necessariò cōsequatur: ideoq; nihil obstabit, quin per corpus eiusmodi perspicuum videatur.

Animæ sphærarum stellarumq; & anima mundi humana vident atq; audiunt: sed interim talia se sentire minimè sentiunt, quoniam imaginatio ad quam talis animaduersio pertinet, intentissima semper est ad intelligentiarum notas in se fingendas. Et si sentire se nostra forsan non animaduertunt, tamen precantibus benefaciunt, quaslicunq; sensu & occulto quodam naturæ consensu. Hæc Plotini sententia est inter obiectiones ex textu mendoso. Dicet fortasse quispiam imaginationes cœlestium animarum adeò efficaces esse, vt vel intelligibilium notas deriuent in sensibilia, atq; ita intrinsecus quodammodo sentiant, vel simul ualeant tam sensibilia quàm intelligibilia miris quibusdam modis imaginari.

Cap. XXV.

ΤΟ' ὁρᾶν, ἢ οὐκ ἀρκεῖ εἶναι τὸ δι' οὗ, ἵνα ὁρᾷ, καὶ ὅλως αἰσθάνηται, ἀλλὰ δεῖ τὴν ψυχὴν οὕτως ἔχειν, ὡς νεύειν πρὸς τὰ αἰσθητά. τῇ δὲ ψυχῇ ὑπάρχει ἀεὶ πρὸς τοῖς νοητοῖς εἶναι, καὶ ἂν οἷόν τε ᾖ αὐτῇ αἰσθάνεσθαι, οὐκ ἂν εἴη τοῦτο τῷ πρὸς κρείττοσιν εἶναι, ὁπότε καὶ ἡμῖν σφόδρα πρὸς τοῖς νοητοῖς οὖσιν ὅτε

A FORTE' verò non satis est adesse instrumentum per quod agatur ad hoc vt videat, omninoq; sentiat, sed oportet animam sic se habere, vt quodāmodo sensibilibus annuat. Animę verò ipsi cōuenit, vt semper penes intelligibilia sit, ac si fieri possit, vt sentiat, nō propterea id ei cōueniet, quòd intelligibilibus ipsis incūbat: quando & nos dū impensius intelligendis

A incumbimus, latent interea visiones sensusq; alij: & omnino si intendimus in aliud diligenter, cætera latent. Quinetiã si alia sui parte partem aliã apprehendere studeat, velut si seipsum perspiciat, superuacuum id quidem etiã in nobis erit, ac nisi alicuius gratia id agatur, erit vanum: tum spectare aliud tanquam pulchrum, patientis est atq; indigẽtis. Olfactum verò atq; auditũ, gustumq; liquorũ distractiones quasdam & ductus quosdam animæ circum ad exteriora tendentes quispiam ponat, solem autẽ stellasq; B alias per accidens videre atque audire. Quod si per vtraq; ponat conuerti, non erit absurda positio: verùm si conuertantur, etiam rerum meminerint humanarum: fortè enim absurdum foret, nisi recordentur eorum quibus sedulò benefaciunt: alioquin nisi sint memores quomodo benefacient?

A ἐσμὲν, λανθάνουσι καὶ ὄψεις καὶ αἰσθήσεις ἄλλαι· καὶ πρὸς ἑτέρῳ δὲ ὅλως, τὰ ἕτερα λανθάνει. ἐπεὶ καὶ τῷ μέρει τινὶ μέρους ἀντιλαμβάνεσθαι θέλει, οἷον ἑαυτὸν εἰ καταβλέποι, περίεργον καὶ ἐφ' ἡμῶν, καὶ εἰ μὴ ἕνεκα τινὸς μάτην· ἀλλ' οὔτε ὄψιν ὡς καλοῦ ὁρᾶν πεπονθότος καὶ ἐνδεοῦς. ὀσφραίνεσθαι δὲ καὶ ἀκούειν καὶ γεύεσθαι χυμῶν, περιστάσεις αὐτῆς καὶ B περιελκισμοὺς τῆς ψυχῆς θεῖτο· ἥλιον δὲ καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα, κατὰ συμβεβηκὸς ὁρᾶν καὶ ἀκούειν. εἰ δὲ * δὴ καὶ ἐπιστρέφεσθαι δι' ἄμφω, οὐκ ἄλογος ἡ θέσις. ἀλλ' εἰ ἐπιστρέφοιτο, καὶ μνημονεύσει· ἢ ἄτοπον, ὧν εὐεργετεῖ μὴ μνημονεύειν. πῶς οὖν εὐεργετεῖ, εἰ μὴ μνημονεύει;

* διὰ

Sphæræ mundi stellæq; sensus habent, & preces nostras exaudiunt. Cælestia visum quidẽ habent, etsi specie differentem à nostro visu, generali tamen natura conuenientem, natura scilicet viua, perspicua, lucida. Dicuntur & auditum habere, sed genere quodam ab auditu nostro longè diuersum, quia videlicet audientium exaudientiumq; more sæpe vouentium preces impleant. Inter omnes mundi partes quasi vnius animalis membra dicitur esse communio quædam vel contiguitas, vel cõtinuitas, aut unio, cuius quidem quinq; fundamenta videntur: Primum est vna omnium vbiq; materia. Secundum concordia qualitatum: nam sicut elementa quamuis discordia, quibusdam tamen proximis inter se qualitatibus concordia sunt, sic & rerum omnium gradus siue componantur ex elementis, siue non componantur, quamuis inter se differentes, tamen concordibus vicißim terminis se contingunt. Tertium spiritus vbiq; vnus: nam sicut cœlum vnus est spiritus in excelsis, sic intra cœlum vnus inde spiritus vel cœlestis omnino, vel cœlo simillimus omnibus est infusus, quo & cœlitus regantur omnia, & anima mundi inferioribus quoq; corporibus per spiritum coniungatur, & omnia per hunc viuentiã coalescant: spiritum intellige spiritui nostro consimilem. Quartum est vna natura genitalis omnia fouens per spiritum sequentibus colligata. Quintum anima mundi vbiq; vna per naturam spiritui cæterisq; connexa. Per hanc igitur vnionem fundamentis quinque constantem, vehementißimus quisq; motus siue vouentium peruenit ad cœlestia, siue cœlestium peruenit ad vouentes: præsertim si non solùm anima mundi, sed etiã diuinæ omnes sunt vbiq; præsentes: quamuis alicubi potius actiones suas quandoq; declarent. Quod velle videntur Plotinus Porphyriusq; & Iamblichus. Præsentißimus autem singulis adest primus ipse Deus omnium potentißimus, imperioq; latißimus: anima terræ sensus omnes exercet per spiritum ibi quasi cœlestem & cœlestium radijs illustratum, suæq; naturæ subiectum, & terrena regentem: præterea preces exaudit.

Cap. XXVI.

A COGNOSCVNT & vota nostra velut secundum quendam contactum certamq; habitudinem cunctorum vbiq; contemperatam: eademq; ratione procedunt effectiones. Quinetiam in magorum artibus totum peragitur in contiguum. Hæc autem in viribus quibusdam cõsistunt, se inuicem mutua quadam compassione sequentibus. Si verò id ita se habet, cur non & terram sentire dicamus? Sed quos nam huic sensus attribuemus? Primò quidẽ cur non B tactum? siue parti ad partem, sensu videlicet ad ipsum principale traducto: siue totum ipsum ignem & alia sentiat. Nã & si terrenum corpus ineptum est ad motum, nõ est tamen immobile: sentiet autem non minima quæque, sed magna. Sed cur ista sentiet? Fortè quoniã necesse est præsente hîc anima, motus maximos nõ latere. Obstat verò nihil ob hoc etiam terram habere sensum, vt videlicet quæ ad homines pertinẽt, bene disponat, quatenus scilicet ad ipsam humana officia pertinent. Disponet autem be- C ne quasi quadam compassione, siue consensione: neque prohibet quicquam audire precantes precibusq; annuere, neque tamen quã ipsi conditione solemus. Alijs quoque sensibus vti ad seipsam atque alia velut circa odores atque sapores alijs notos. Fortè olfactu liquorum vti expedit ad animalium prouidentiam atque

A ΓΙ'ΝΟΝΤΑΙ δὲ εὐχῶν γνώσεις, κατὰ οἷον συνάψιν, καὶ κατὰ τοιάνδε σχέσιν ἐναρμοζομένων καὶ αἱ ποιήσεις, οὕτως. καὶ ἐν ταῖς μάγων τέχναις, εἰς τὸ συναφὲς πᾶν. ταῦτα δὲ δυνάμεσιν ἑπομέναις συμπαθῶς. εἰ δὲ τοῦτο, διὰ τί οὐ καὶ τὴν γῆν αἰσθάνεσθαι δώσομεν; ἀλλὰ ποίας αἰσθήσεις; ἢ διὰ τί οὐ πρῶτον ἁφήν; καὶ μέρει μέρους ἀναπεμπομένης ἐπὶ τὸ ἡγού- B μενον τῆς αἰσθήσεως, καὶ τὸ ὅλον πυρὸς καὶ τῶν ἄλλων; καὶ γὰρ εἰ τὸ σῶμα δυσκίνητον, οὔτι γε ἀκίνητον. ἀλλ' ἔσονται αἱ αἰσθήσεις, οὐ τῶν μικρῶν, ἀλλὰ τῶν μεγάλων. ἀλλὰ διὰ τί; ἢ ὅτι ἀνάγκη ψυχῆς ἐνούσης, τὰς κινήσεις τὰς μεγίστας μὴ λανθάνειν. κωλύει δ' οὐδὲν, καὶ διὰ τοῦτο τὸ αἰσθάνεσθαι γίνεσθαι, ἵνα εὖ τίθοιτο τὰ πρὸς ἀνθρώπους, ὅσον εἰς αὐτὴν, τὰ ἀνθρώπων ἀνάκειται. εὖ τίθοιτο δὲ, οἷον συμπαθῶς· καὶ ἀκούειν C δὲ εὐχομένων, καὶ ἐπινεύειν εὐχαῖς, οὐχ ὃν ἡμεῖς τρόπον. καὶ ταῖς ἄλλαις αἰσθήσεσι, παθητὴν εἶναι πρὸς αὑτὴν. καὶ τ' ἄλλα οἷον ὀσμῶν πέρι καὶ τῶν γευστῶν ἄλλοις· ἢ ὅσα ὀσφραντὰ, κατὰ τὰς τῶν χυλῶν ὀσμὰς πρὸς ζώων πρόνοιαν καὶ

cultũ

κατασκευὴν, καὶ ἐπισκευὴν τοῦ σωματικοῦ αὐτῆς. καὶ οὐκ ἀπαιτητέον, ἃ ἐφ' ἡμῶν ὄργανα. οὐδὲ γὰρ πᾶσι ζώοις ταὐτά· οἷον ὦτα οὐ πᾶσι, καὶ οἷς μή ἐστιν, ἀντίληψις ἔστι ψόφων. περὶ δὲ ὄψεως εἰ φωτὸς δεῖ, πῶς; οὐ γὰρ δὴ ἀπαιτητέον ὄμματα. εἰ οὖν τοῦ φυτικοῦ συγχωρουμένου τὴν συγχωρεῖν, ἢ ἐν πνεύματι ὄντος τοῦ φυτικοῦ πρώτως οὕτως ἔχειν, ὄντος πνεύματος, τί χρὴ ἀπιστεῖν, καὶ διαφανὲς εἶναι. μᾶλλον δ' εἴπερ πνεῦμα καὶ διαφανὲς, καὶ ἐλλαμπόμενον παρὰ τοῦ κύκλου, ἐνεργείᾳ διαφανὲς, ὥστε οὐδὲν ἄτοπον οὐδ' ἀδύνατον, ὁρᾶν τὴν ἐν γῇ ψυχήν. καὶ δεῖ καὶ νοεῖν, ψυχὴν οὐ φαύλου σώματος εἶναι, ὥστε καὶ θεὸν εἶναι. πάντως γὰρ, καὶ ἀγαθὴν δεῖ ἀεὶ τὴν ψυχὴν εἶναι.

A culturam: itē ad corporis proprij cultum. Non tamen exigenda sunt talia, qualia in nobis sunt instrumenta. Neq; enim in omnibus animalibus eadem sunt, velut aures non in omnibus, & quę non habēt aures, nihilominus sonos apprehendunt. Visus autem si modò huic lumine opus est, quonam modo terræ aderit? Etsi enim oculi requirendi non sunt, lumen tamen deesse nō debet. At si postquam concessum est, vegetalem inesse naturā, consequenter est con-B cedendum, hanc ipsam naturā esse quasi quendam spiritum, ideoq; illam primò sic se habere. cur nam diffidendū sit, esse rem quoq; perspicuam, cum sit spiritus? Imò verò fatendum, ex eo quòd spiritus est, esse perspicuum, & cum illustretur à circulo, esse actu perspicuum. Quapropter neq; absurdū neq; impossibile putandum est animam terræ videre. Meminisse verò oportet hanc ipsam nō esse vilis cuiusdam corporis animam, ideoq; intelligere esseq; deam: omnino enim oportet animam ipsam bonam semper existere.

Terram habere animam apparet ex plantis lapidibusq; crescentibus, quidē quandiu terræ radicitus inhærent, contrà verò nequaquam. Sicut in animali dentes, vngues, pili, in plantis terræ hærentibus apparet virtutis genitalis effectus: ipsa verò virtus in eis propria nulla videtur esse, alioqui etiam auulsæ per uirtutē propriam pariter coalescerent. Vegetalis igitur ipsa uirtus non tam est propria quàm communis scilicet in anima terræ: item masculina virtus & fœminina, id est, generandi & concipiendi quæ in animalibus sunt discretæ, coniunctæ sunt in plantis, in eodem plantæ corpore. ob hoc duntaxat, quia natura plantæ ita est inserta communi naturæ, sicut plantæ corpus communi corpori. Vis autem masculina & fœminina ad naturam pertinentes coniunctæ sunt in vniuersali natura, quamuis in alijs separatæ. Sicut visus vbi perfectus est vim perspicacem habet cum illuminante coniunctam, similiter intellectus. Sic Orpheus naturam mundanumq; Iouem marem appellat & fœminam, similiterq; Mercurius. Hac ratione aeris animam Iouem, Iunonemq; appellant. Animam terræ non solùm Cererem atq; Vestam, sed etiam Plutonem cum Proserpina coeuntem. Coniunxit verò natura vtrunq; sexum in arborē, quia nequit hæc ad aliam coeundi gratia progredi, quamuis alibi præualeat alter: tūc oportet plantas appropinquare. Cap. XXVII.

Εἰ οὖν τοῖς φυτοῖς δίδωσι τὴν γεννητικὴν, * ἢ αὐτὴν τὴν γεννητικὴν, ἢ ἐν αὐτῇ μὲν ἡ γεννητικὴ, ταύτης δὲ ἴχνος ἡ ἐν τοῖς φυτοῖς, καὶ οὕτως ἂν εἴη ὡς ἡ σὰρξ ἔμψυχος ἤδη· καὶ ἐκομίσατο εἰ ἔχει, καὶ τὴν γεννητικὴν ἐν αὐτοῖς τὰ φυτά. ἐνοῦσα δὲ δίδωσι τῷ σώματι τοῦ φυτοῦ, ὅπερ βέλτιον, ᾧ διαφέρει τοῦ κοπέντος· καὶ οὐκέτι φυτοῦ, ἀλλὰ μόνον ξύλου. ἀλλ' αὐτῷ γε τῷ σωματικῆς γῆς, τί δίδωσιν ἡ ψυχή; οὐ ταὐτὸν δεῖ νομίζειν σῶμα εἶναι, γήϊνον; ἀποτμηθὲν δὲ τῆς γῆς καὶ μένον συνεχὲς, οἷα λίθοι δεικνύουσιν αὐξανόμενοι μὲν, ἕως εἰσὶ συνηρτημένοι, μένοντες δὲ ὅσον ἐτμήθησαν ἀφῃρημένοι· ἕκαστον μὲν οὖν μέρος, ἴχνος ἔχειν δεῖ νομίζειν. ἐπιθεῖν δὲ ἐπὶ τούτῳ τὸ πᾶν φυτικὸν, ὃ οὐκέτι τοῦδέ ἐστιν, ἢ τοῦδε, ἀλλὰ τῆς ὅλης. εἶτα τὴν τοῦ αἰσθητικοῦ φύσιν, οὐκέτι τῷ σώματι συμπεφυρμένην, ἐποχουμένην δέ· εἶτα τὴν ἄλλην ψυχὴν καὶ νοῦν, ἣν δή, ἑστίαν καὶ δήμητραν ἐπονομάζουσιν ἄνθρωποι, θείᾳ φήμῃ καὶ φύσει ἀπομαντευόμενοι, τὰ τοιαῦτα χρώμενοι.

A SI ergo plantis tribuit vim genitalem, vel vim ipsam eis præstat, vel in se quidem eam seruat, eius verò vestigium concedit plantis, atq; ita affecta iam erit planta, vt caro iam animata: & hac conditione plantæ si genitalem qualitatem habent, inde traxerunt. Quum verò insit, præstat plantæ corpori quod est melius, quo videlicet ab eo discrepat, quod est amputatum: neq; planta est vlterius, sed duntaxat est lignū. Ipsi verò terræ corpori quidnam anima ipsius B attribuit? nempe non est putandum idem esse terrenum corpus ab ipso toto decisum, atq; illud quod est toti continuum, quod & lapides ipsi demōstrant, crescentes quandiu terrę quasi radicitus hęrent, qui si eruantur, vlterius minimè augentur: quocirca putandum est vnamquanq; partem quoddā in se habere vestigium. Super hoc autem vniuersum vegetale seipsum diffundere, quod quidem non amplius huius est, aut illius, sed terræ totius: Deinde sensualis C ipsius naturam non vltra commixtam corpori, sed incubantem: Præterea aliam animam atq; mentem, quam quidē Vestam & Cererem nominant homines illi qui oraculo ingenioq; diuino freti, hæc ipsa vaticinantur.

Vegetalis genitalisque natura animæ in complexione humorum imprimit quoddam vitale vestigium, ex quo corpus vitaliter euadit affectum: in quo quidem sic affecto sunt passiones animalis corporeæ perturbationumq; principia. In toto quidem uoluptas corporalis, & dolor in iecore potissimum concupiscendi principium. In præcordijs maximè principium irascendi, ibi enim nutritio viget & generatio, hic autem vigor igneus. Motus autem iracundiæ aut quasi extrinsecus exordiuntur aut intrinsecus. Extrinsecus ira, quando illata foris corpori

paſſione ad primum ſenſus motum feruet vigor igneus, imaginationemq; mouet, & per hanc prouocat rationem. Intrinſecus ira, quando ratio vel imaginatio iniuriam excogitans humorem feruentem incitat. Libido quinetiam procliuitatem habet in corpore, & quandoq; ex ipſo corpore ſeminibus quaſi turgida ſuſcitatur: quandoq; ex primo aſpectu corpore incitato, imaginationemq; mouente vel etiã rationem: aliquando verò ex imaginatione, vel etiam ratione oblectamentum excogitante, corpusq; mouente. Sunt autem concupiſcendi & iraſcendi vires, quaſi germanæ: nam procliues ad libidinem, ſunt etiam propenſiores ad iram, atq; viciſſim, vt non immeritò Martem cum Venere poetæ coniunxerint.

A DE his quidem hactenus ita ſit dictum. Regrediendũ verò iam vnde digreſsi ſumus, atq; de ipſa iraſcendi virtute quærendum, nunquid ſicut principium cupiditatũ, doloresq; & voluptates, non dico quæ ſint ſenſus, ſed paſsiones, poſuimus in corpore certa quadam ratione iam affecto, ſcilicet tanquam viuificato, ſic & initium iraſcendi ponere debeamus? & nunquid omnem iracundiam in toto quodam tali corpore collocare, vel potius in parte quadam corporis velut corde ſic affecto, vel bile, non B quaſi vita carentibus? Item nunquid aliud ſit quod tribuat animale veſtigiũ? vel hîc animoſitas ipſa vnum quiddam ſit non dependens ab altera iraſcendi vel ſentiendi virtute? Ibi quidẽ vis ipſa vegetalis toti corpori præſens imprimit corpori toti veſtigium: itaq; dolere & oblectari toti contingit, principiumq; appetendæ ſaturitatis verſatur in toto. De ipſa verò libidine Veneris nihil eſt definitũ: ſed eſto circa memC bra ad munus eiuſmodi conducentia. Sit vtiq; locus iecoris concupiſcendi principium, quoniam vegetale illic agit quamplurimum: quod quidem iecori totiq; corpori animale præſtat veſtigium: Ibi verò ſit inquam, quoniam ibi incipit actio. Sed de iracundia quæritur, quid ipſa ſit, & quænã anima, & nunquid ab ea circa cor veſtigium imprimatur, vel aliud quiddam motum cõferentem in ipſum cõmune perficiens: aut hic non veſtigium, ſed ipſam excandeſcentiam præbeat. Principiò igitur quidnam ſit ipſa D vis iraſcendi, videtur inueſtigandum. Conſtat verò nos iraſci ſolere, non pro his tantùm quæ corpus patitur, ſed pro his etiam quæ chari nobis homines patiuntur, atq; omnino eorũ cauſa quę indignè, aut nobis aut noſtris inferri putamus: quapropter in ipſa iracundia opus eſſe ſenſu & intelligentia quadam videtur. Itaq; ad hæc aſpiciens aliquis, non ex ipſo vegetali, ſed ex alio quopiam iracundiam ducere originem arbitrabitur. At quando affectiones quaſdam E corporum procliuitas ad iracundiã ſequitur, & quando ſanguine bileq; ferventes, ſunt proniores ad iram: cõtrà verò tardiores, qui bilem ſanguinémue habent frigidiorem. Item bruta vltra corporum compoſitiones ex eo duntaxat quod aliquis læſurus appareat, prorumpunt in iram. Rurſus per hæc aliquis impetum iracundiæ ad corpoream præcipuè qualitatem, idque quod conſtitutionem continet, animalis facilè referet. Et quãdo ijdem homines quum ægroF tant, ad iram propenſiores ſunt quàm quũ bene valent: ſimiliter quando ieiuni iracundiores ſunt quàm ſaturi, patet ad corpus certo modo affectum, iram vel iræ principiũ pertinere, atq; bilem vel ſanguinem quaſi animatũ hos impetus incitare: ideoque tali hoc corpore patiente

Cap. XXVIII.

A QVO igitur modo hæ vires se habēt? Planius enim iterum dicendum est, quid nam differentiæ habeat triangulus ad triangulū comparatus, quidue hic habeat agātue ad illum, & secundū quid hoc agat, & quousq;, postquàm neq; corporibus neq; consilijs cœlestium attribuimus actiones. Non corporibus, quoniā quę fiunt, non corporis tantum esse effectus apparuit: non consilijs, quia nefas esset deos cōsilijs turpia facere. B Ad hanc igitur quæstionem meminisse debemus, nos suprà proposuisse mundum esse animal vnum, cunque tale sit, ipsum oportuisse compatiens sibimet necessario fore: item secundum rationem vitæ eius agi discursum sibimet omnino consentientem: rursus in ipsa vita nihil esse fortuitum, sed concentum vnum atq; ordinem: Præterea figurationes omnes secundum rationem fieri, certisq; singulas numeris: atque animalis mundani partes C vtrasq; quasi choream agentes esse procul dubio quosdam mundi ipsius actus, tum figuras quæ in eo fiunt, & figuratas ipsius partes, tum quæ hæc ipsa sequuntur: Atq; ita & hac ratione vniuersum viuere viresq; suas ad hoc ipsum conferre, quemadmodū se habentes factæ sunt ab eo qui omnia rationibus efficit. Existimandū est præterea figuras esse quasi rationes siue sermones, aut animalis ipsius interualla, modosq; numerosos, & habitus gestusq; animalis D ratione perfectos. Ipsa verò quæ distant & figurantur, esse alia membra: esse quinetiam animalis vires alias seorsum ab electione tanquā animalis ipsius partes: quoniā electionis munus illic quasi accedit extrinsecus, neq; ad animalis huius conducit naturam. Vna enim electionis institutio est animalis vnius, vires autem aliæ eius ad seipsum multæ. Quotcunq; verò in eo electiones sunt, eodem tendunt, quò tendit & vna totius: appetitus enim in his quę in eo sunt aliorum est ad alia. E Accipere enim aliquid aliorum student, pars videlicet alia partem aliam illius scilicet indiga: quin etiam ira quædā naturalis insurgit in aliud, quando aliquid lædit. Tum verò augmentum fit ex alio, & generatio in aliam partium: ipsum verò totum in his etiam hæc quidem agit, sed ipsum bonū ipsum quærit, imò verò suspicit. Hoc igitur & optio recta quæ passiones antecedit exoptat, atq; in idem cum hac ipsa conspirat: quoniā & in his qui ministrant alijs, multa quidē opera ad do- F mini mandata respiciunt: appetitio verò boni eodem modo, quo & dominus ipse spectat. Si ergo Sol & aliæ stellæ in hęc aliquid agunt, existimandum est Solē ipsum superna suspicere: In hoc enim vno exempli causa de alijs dictum

A puta. Interea verò sub ipso terrena calescere hàc cõditione, & si quid deinceps traductione quadam animæ quoad fieri potest: plurima enim illic est anima naturalis: similiter & cœlestia reliqua in hęc agere quasi collustrando vim suam absq; electione præstantia: atq; omnia vnũ aliquid ita figuratum effecta dispositionem aliam rursusq; aliã exhibere, adeò vt ipsæ quoq; figuræ vim habeant. Nam secundũ ipsum quòd ita vel ita se habeat, aliter agit, aliterue agitur: atq; B per ipsa figurata fieri aliquid est putandum: Ad hos enim aliud & ad illos iterum fit & aliud: quandoquidem & figuras secundũ se vires habere in rebus quoq; nostris licet aspicere. Cur enim aliæ quidem figuræ cernentibus sunt terribiles, vbi etiã nihil passi antea fuerint qui terrentur, aliæ verò nihil terrent? Item alios quidem hæ figuræ, alios autẽ illæ perterrefaciunt. Forsan quia in illum qui sic est affectus, figuræ tales agunt, in alium verò aliæ, non potentes in C illud agere, quod nõ est naturaliter huic expositum passioni: quinetiam spectaculũ ita figuratum aspectum ad se trahit, ita verò non trahit eundem. Et enim si quis dixerit pulchritudinẽ esse quod prouocat, objiciemus, cur nam hoc quidem pulchrum hominem hunc, illud verò alliciat illum, nisi differentia figurarũ in se vim habeat? Qua enim ratione fatebimur colores quidem habere vim atq; facere, figuras verò nõ confitebimur? Absurdum enim prorsus dictu D est, esse quidem aliquid in rerum ordine constitutum, nihil tamen habere quod possit: ipsum nanque ens tale est naturaliter vt agat aliquid, vel patiatur. Et quibusdam sanè attribuendum est agere solum, alijs verò vtraq;. Sunt & in subiectis vires vltra figuras, atq; in rebus inferioribus multæ sunt vires, quas neq; calor præstat, neq; frigus: sed substantiæ differentibus prædità qualitatibus, & in specie rationibus conformatæ, virtutisq; iam ipsius naturæ participes: E quales sunt naturæ lapidum, & effectus herbarum multa nobis mirabilia demonstrantes.

A ποιητέον. ποιῆσθαι δὲ παρ' αὐτοῦ, ὥσπερ τὸ θερμαίνεσθαι τοῖς ἐπὶ γῆς, οὕτω καὶ ἔτι μετὰ τοῦτο ψυχῆς διαδόσει ὅσον ἐν αὐτῷ, φυσικῆς ψυχῆς πολλῆς οὔσης. καὶ ἄλλο δὲ ὁμοίως οἷον ἐλλάμπον, δύναμιν παρ' αὐτοῦ ἀπροαίρετον διδόναι. καὶ πάντα δὴ ἕν τι οὕτως ἐσχηματισμένον * γενομένους, τὴν διάθεσιν ἄλλην καὶ ἄλλην αὖ διδόναι, ὥστε καὶ τὰ σχήματα δυνάμεις ἔχειν. B παρὰ γὰρ τὸ οὕτως ἢ οὕτως, ἄλλως καὶ ἄλλως, καὶ δι' αὐτῶν τῶν ἐσχηματισμένων γίνεσθαί τι. παρὰ γὰρ τὸ τούτους ἄλλο, καὶ ἄλλο αὖ παρ' ἄλλους. ἐπεὶ καὶ καθ' αὐτὰ τὰ σχήματα, ὡς δυνάμεις ἔχει, καὶ ἐπὶ τῶν τῇδε αὐτίς ἴδοι. διατί γὰρ τὰ μὲν φοβερὰ τοῖς ὁρῶσι τῶν σχημάτων, μηδέν τι προπεπονθότων τῶν φοβουμένων, τὰ δὲ οὐ φοβεῖ ὀφθέντα; καὶ ἄλλους μὲν τάδι, ἄλλους δὲ τάδι; ἢ ὅτι εἰς μὲν τὸ τοιόνδε τάδι ἐργάζεται, εἰς C δὲ τοῦτον ἄλλα, οὐκ ἂν μὴ δυναμένων εἰς τὸ πεφυκὸς ποιεῖν. καὶ οὑτωσὶ μὲν σχηματισθὲν, ἐκίνησε τὴν ὄψιν· οὑτωσὶ δὲ, οὐ τὸν αὐτόν. καὶ γὰρ εἴ τις λέγοι τὸ κάλλος εἶναι τὸ κινοῦν, διατί τὸν μὲν τοῦτο, τὸν δὲ ἄλλο ἐκίνησε, μὴ τῆς κατὰ τὸ σχῆμα διαφορᾶς τὴν δύναμιν ἐχούσης; διατί γὰρ τὰς μὲν χρόας φήσομεν δύναμιν ἔχειν καὶ ποιεῖν, τὰ δὲ σχήματα οὐ φήσομεν; ἐπεὶ καὶ ὅλως D ἄτοπον εἶναι μέν τι ἐν τοῖς οὖσι, μὴ μέντοι ἔχειν τι ὃ δύναται. τὸ γὰρ ὂν, τοιοῦτον, οἷον ἢ ποιεῖν, ἢ πάσχειν. καὶ ἐν μὲν τοῖς, δοτέον τὸ ποιεῖν. ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων, ἄμφω. καὶ ἐν τοῖς ὑποκειμένοις δὲ δυνάμεις, καὶ παρὰ τὰ σχήματα. καὶ ἐν τοῖς παρ' ἡμῖν εἰσὶ πολλαί, ἃς οὐ θερμὰ ἢ ψυχρὰ παρέχεται, ἀλλὰ γενόμενα ποιότησι διαφόροις, καὶ λόγοις εἰδοποιηθέντα, καὶ φύσεως δυνάμεως μεταλαβόντα, οἷον καὶ λίθων φύσεις, καὶ βοτα- E νῶν ἐνέργειαι, θαυμαστὰ πολλὰ παρέχονται.

* γενόμενα

Sicut vegetalis vita nostra singulis membris, quamuis alijs aliter se impertit, viresq; articulis alias alijs mirabiles inserit: sic multoq; excellentius vna mundi anima omnes licet aliter alias vegetat mundi partes, atq; ipsa innumerabilium mirabiliumq; plena virtutum quasi grauida tumensq; exundat in totum: singula quidẽ, sed præcipuè superiora mundi membra viribus vbiq; mirificis implens: quas nec elementares vires æmulari vllo modo valet, neq; nos effari facilè possumus. Sunt autem eiusmodi vires quasi propriæ propagines quædam animæ mundanæ per corporis vniuersi membra diffusæ, quas quidem vota supplicum operaq; magorum conciliare sibi, & quasi per insitionem quandam inserere, quandoq; possunt.

Cap. XXXVI.

A PROFECTÒ vniuersum hoc quàm plurima est varietate refertum: huic omnes rationes insunt: huic innumerabiles variæq; virtutes: nempe quemadmodum in homine tradũt aliam vim in se oculum cõtinere, aliã verò vim ossa, & diuersa diuersam. Os enim manus hoc hanc habet vim, sed digiti os in pede possidet differentẽ, neq; vlla omnino pars est virtute penitus destituta, quamuis nõ eadem vnaquæq; B pars habeat: id verò nos latet, nisi quis fortè talia diligenter fuerit perscrutatus: Sic certè, atq; multò magis res se habet in mundo: imò verò hæc nostra illorum vestigia sunt. Consentaneum igitur est inexplicabilem inesse mundo atque

A ΠΟΙΚΙΛΩΤΑΤΟΝ γὰρ τὸ πᾶν. καὶ λόγοι πάντες ἐν αὐτῷ, καὶ δυνάμεις ἄπειροι καὶ ποικίλαι: οἷον δὲ φασὶ καὶ ἐπ' ἀνθρώπου, ἄλλην μὲν δύναμιν ὀφθαλμὸν καὶ ὀστοῦν τόδε, τὸ δὶ δ' ἄλλην. χειρὸς μὲν τάδι, καὶ δακτύλου τοῦ ποδὸς, καὶ οὐδὲν μέρος εἶναι ὃ μὴ ἔχει, καὶ οὐ τὴν αὐτὴν δὲ ἔχει· ἀγνοοῦμεν δὲ ἡμεῖς, εἰ μή τις τὰ τοιαῦτα με- B μάθηκεν· οὕτω, καὶ πολὺ μᾶλλον. μᾶλλον δὲ ἴχνος ταῦτα ἐκείνων, ἐν τῷ παντί.

miran-

ἀδιήγητον δὲ καὶ θαυμαστὴν ποικιλίαν εἶναι δυνάμεων, καὶ δὴ καὶ ἐν τοῖς κατ' οὐρανὸν φερομένοις. οὐ γὰρ δὴ ὥσπερ ἄψυχον οἰκίαν μεγάλην ἄλλως καὶ πολλὴν, ἔκ τινων εὐαριθμήτων κατ' εἶδος, οἷον λίθων καὶ ξύλων· εἰ δὲ βούλει καὶ ἄλλων τινῶν εἰς κόσμον, ἔδει αὐτὸ γεγονέναι· ἀλλ' εἶναι αὐτὸ ἐγρηγορὸς πανταχῇ, καὶ ζῶν ἄλλο, ἄλλως· καὶ μηδὲν δύνασθαι εἶναι, ὃ μή ἐστιν αὐτῷ. διὸ καὶ ἐνταῦθα λύοιτο ἂν ἡ ἀπορία, ἢ πῶς ἐν ζώῳ ἐμψύχῳ ἄψυχον; οὕτως γὰρ ὁ λόγος φησὶν, ἄλλο ἄλλως ζῆν ἐν τῷ ὅλῳ· ἡμᾶς δὲ, τὸ μὴ αἰσθητῶς παρ' αὐτοῦ κινούμενον, ζῆν μὴ λέγειν. τὸ δὲ ἐστὶν ἕκαστον ζῶν λανθάνον· καὶ τὸ αἰσθητῶς ζῶν, συγκείμενον ἐκ τῶν μὴ αἰσθητῶς μὲν ζώντων, θαυμαστὰς δὲ δυνάμεις εἰς τὸ ζῆν, τῷ τοιούτῳ ζώῳ παρεχομένων. μὴ γὰρ ἂν κινηθῆναι ἐπὶ τοσαῦτα ἄνθρωπον, ἐκ πάντη ἀψύχων, τῶν ἐν αὐτῷ δυνάμεων κινούμενον. μὴ δ' αὖ τὸ πᾶν οὕτω ζῆν, μὴ ἑκάστου τῶν ἐν αὐτῷ ζώντων τὴν οἰκείαν ζωὴν, κἂν προαίρεσις αὐτοῦ μὴ παρῇ. ποιεῖ γὰρ καὶ προαιρέσεως οὐ δεηθὲν, ἅτε προαιρέσεως ὂν πρεσβύτερον. διὸ καὶ πολλὰ δουλεύει αὐτῶν ταῖς δυνάμεσιν.

A mirandam virtutum varietatẽ, præsertim cœlestibus naturis atq; progressibus. Non enim oportuit vniuersum id esse factum velut ædificium inanimatum, præcipuè ingẽs atq; multiplex, ex quibusdam velut lapidibus atq; lignis & alijs quibuscunq; placet secundum speciem numeratis, congruoq; numero ad mundanum ornamentũ vnà cõstructis, sed esse ipsum vbiq; vigilans, vbiq; viuens, quanuis aliter alibi: neq; quicquam esse posse quod non sit & in eo. Qua-B propter hinc dubitatio illa soluetur, qua quæritur quomodo in viuente penitus animato sit quicquam inanimatum. Sic enim præsens ratio dictat, aliud aliter in toto viuere: nos autem negare id viuere, quod inter hæc non manifestè per se moueri nobis apparet. Tametsi quoduis tale clam viuit: & quod manifestè viuit, ex his componitur, quæ occultè quidem viuunt, mirabiles tamen vires animali huic largiuntur ad vitam. Non enim fieri potest, vt homo ad tot C tantaq; moueatur, si vires suæ, quibus mouetur, sint prorsus inanimes. Impossibile rursus, totum ita viuere, nisi in eo singula propria vita viuant, etiam si nõ insit electio. Nam in agendo electione nõ indiget, vtpote quod electione antiquius est, itaq; sæpe vires partium sequitur.

Sicut membra nostra tam interna quàm externa vires ad actionem atq; motũ habet ab anima nostra, sic omnia mundi membra ab ipsa mundi anima. Mirabiles supra naturam elementarem actiones in lapillis, metallis, herbis, animam esse testantur in mundo, à qua minima quæq; vires vbiq; maximas habeant. Item quòd exiguus ignis tam procul agat, tam facilè cuncta in se absumat, quòd luceat habet ab anima: imò singula quòd aliquid generent. Et ipse ordo motuum atq; formarum ab anima regitur, contrariorumq; connexio, & motus cœlestis machinæ tam ingentis, in quam velut animæ proximã genitalis anima potissimum propagatur: per hanc in ignem, per hunc in aerem, per hunc in cætera. Atqui genitalis hæc mundi vita non electione quasi practica, nec actionis suæ animaduersione in hæc: sed ita naturaliter agit, vt Sol & ignis: imò vt & in nobis anima vegetalis. Naturalis autem actio est antiquior quàm electio practica, quamuis contemplatiua & vniuersalis ipsa excelsæ mentis electio antiquior sit quàm actio naturalis.

Cap. XXXVII.

ΟΥ̓ΔῈΝ οὖν τῷ παντὶ ἀπόβλητον αὐτοῦ, ἐπεὶ καὶ πῦρ, καὶ ὅσα τῶν τοιούτων λεγομένων ποιεῖν, εἴ τις τὸ ποιεῖν αὐτῶν ζητήσειε τί ποτέ ἐστι τῶν νῦν δοκούντων εἰδέναι, ἀπορήσειεν ἂν εἰ μὴ δύναμίν τ' αὐτὴν αὐτοῦ ἀποδοίη ἐν τῷ παντὶ εἶναι, καὶ τοῖς ἄλλοις δὲ, τὸ τοιοῦτον τοῖς ἐν χρήσει λέγοι. ἀλλ' ἡμεῖς, τὰ μὲν συνήθη ὂν τ' ἀξιοῦμεν ζητεῖν, οὔτ' ἀπιστοῦμεν· περὶ δὲ τῶν ἄλλων τῶν ἔξω τοῦ συνήθους δυνάμεων, ἀπιστοῦμέν τε ὡς ἔχει ἕκαστον, καὶ τῷ ἀσυνήθει τὸ θαυμάζειν προστίθεμεν· θαυμάσαντες ἂν καὶ ταῦτα, εἰ ἀπείροις αὐτῶν οὖσιν, ἕκαστόν τις προσφέρων ἐξηγεῖτο αὐτῶν τὰς δυνάμεις. ἔχειν μὲν οὖν ἕκαστον, δύναμίν τινα ἄλογον φατέον ἐν τῷ παντὶ, πλασθὲν καὶ μορφωθὲν, καὶ μετειληφός πως ψυχῆς, παρὰ τοῦ ὅλου ὄντος ἐμψύχου, καὶ περιειλημμένου ὑπὸ τοιούτου, καὶ μόριον ὂν ἐμψύχου. οὐδὲν γὰρ ἐν αὐτῷ, ὅτι μὴ μέρος· ἄλλα δὲ ἄλλων πρὸς τὸ δρᾶν, δυνατώτερα· καὶ τῶν ἐπὶ γῆς καὶ τῶν οὐρανίων μᾶλλον, ἅτε ἐναργεστέρᾳ φύσει χρώμενα, καὶ γίνεσθαι πολλὰ κατὰ τὰς δυνάμεις ταύτας. οὐ τῇ προαιρέσει, ἀφ' ὧν δοκεῖ ἰέναι τὸ δρώμενον. ἔστι γὰρ καὶ ἐν τοῖς προαίρεσιν οὐκ

A NIHIL igitur vniuerso ex suis est reiectum vel destitutũ. Nempe si quis eorum qui nũc videntur sapere de igne vel de alio quouis taliũ, quæ dicimus facere, indagauerit quidnam sit ipsum facere, non prius se à dubitationibus explicabit, quàm vim ipsam efficiendi in singulis agnoscat ex vniuerso, idemq; dicat omnino de omnibus quæ sunt in vsu. At nos de consuetis quidẽ neq; inuestigandũ quicquam, neq; dubi-B tandum esse censemus: de viribus autẽ insolitis dubitamus, quomodo vnaquæq; se habeat, & noua tantùm admiramur: admiraturi similiter quæ nũc cõsueta sunt nobis, si ad hæc ipsa nondum assuefactis, eorũ quispiam vires exponendas adducat in medium. Existimandum igitur vnumquodq; occultã quandã in se vim habere in vniuerso fictũ atq; formatũ, & quodammodo mũdanæ ipsius animæ particeps, ab vniuerso cõprehensum animato animatiq; membrũ: C quippe cũ nihil in eo sit, quod non sit pars eius: alia verò alijs valẽtiora sunt ad agendum, tum quæ in terra sunt, tum quę in cœlo. Et profectò cœlestia omniũ validissima, vtpote quę expressiori natura fruũtur: proinde multa p has vires fieri iudicandũ, nulla electione ad hęc accedẽte, vel in his, quorũ opera sępe fieri electione videtur. Est enim actus eiusmodi viriũ in his quoq;

quæ nullam habent electionẽ: quinetiam neq; vigoris sui traditione vis ipsa naturæ in suum conuertitur actum, etiam si quid ipsius animæ in effectũ à causis traducatur. Gignuntur enim ab animalibus animalia, electione interim hæc minimè faciente: neq; rursus genitore interim comminuto, neq; cõuerso tunc in actum: alioquin ipse electio ipsa foret, si eam haberet velut generationis originem, alioquin ipsa non foret effectrix. Si quod verò animal non habet electionem, multò minus habebit, vt in seipsum conuertatur agendo.

A ἔχουσιν, οὐδὲ ἐπιστραφέντος τῇ δόσει τῆς δυνάμεως, καὶ ψυχῆς τι ἀπ' αὐτῶν ἴῃ. γένοιτο γὰρ ἂν καὶ ζῶα ἐκ ζώου, οὐ τῆς προαιρέσεως ποιούσης: οὐδ' αὖ ἐλαττουμένου, οὐδ' αὖ παρακολουθοῦντος. αὐτὸς γὰρ ἦν ἡ προαίρεσις εἰ ἔχοι, ἢ οὐκ ἦν ἡ ποιοῦσα. εἰ δὲ μὴ ἔχει τι προαίρεσιν ζῶον, ἔτι μᾶλλον τὸ μὴ παρακολουθεῖν.

Intellectualis anima mundi & sphæræ cuiuslibet atq; stellæ subiunctam habet vegetalem vitam suo infusam corpori: per quam non electione, sed naturaliter generãtur, mouenturq; sequentia, & beneficia capacibus conferuntur. Quicquid vsquã ex eiusmodi vita profluit, vitale hinc affluit & beneficum: sed euadit alicubi noxium, vel quia materia non est capax, sicut infirmus ad Solis lumen se habet, atq; calorem: vel quia ex diuersorum mixtione aliud quiddam inde resultat, vt aureum Solis lumen in nube rubrum euadit, & viride atq; fuscum. Vegetalis vita nostra vitæ superius dictæ admodum est cõformis, similiter spiritus noster radijs illius tam occultis quã manifestis omnia penetrantibus. Euadit etiam longè cognatior, quando erga vitam illam vehementer afficimur, consentaneum illi beneficium exoptantes, atq; ita spiritum nostrum in illius radios transferentes amore: præsertim si cantum & lumen adhibemus, odoremq; numini consentaneum, quales Orpheus hymnos mundanis numinibus cõsecrauit. Item cælo incensi thuris odorẽ,ætheri feruentem crocum, stellis aromata, Soli thus & manna, Lunæ & Naturæ aromata, Saturno & Ioui styracem, Neptuno myrrham, Mercurio thus. Spiritus enim per affectum, cantum, odorem, lumen, cognatior effectus numini, vberiorem haurit illinc influxum.

Cap. XXXVIII.

A QVÆCVNQVE igitur nullo mouente ab vniuerso fiunt, ab altera vita eius efficiũtur, atque omnino quotcunq; ab ipso proueniunt: sed quæcunq; alio mouente contingunt, velut votis, siue simplicibus, siue arte cantandi compositis, hæc sanè non in quemlibet superorum, sed in eius quod fit naturam est referendũ. Iam verò quæ tanquã vtilia ad vitam aliumq; vsum conferunt, illorũ muneri attribuenda censentur. Quod quidem munus ex alia maiori parte in minorem aliam transfundatur. B Quòd verò noxium ab illis dicitur in generationes animalium deuenire, id propterea tale est perpendendum, quòd subiectum nequeat, quod salutare est suscipere. Non enim simpliciter quod fit, efficitur: sed in hoc tale, & tali quadam conditione. Tum verò oportet quod patitur, atq; passurum est, subiectam quandam ac certam habere naturam. Multa quoque mistiones ipsæ conficiunt, quolibet prosperum quiddam ad vitã in medium conferente. C Accidet quoq; quiddam alicui etiam non conferentibus suapte natura vtilibus. Atqui & communis omnium ordo nõ præstat vnicuiq; vbiq; quod optat. Multa etiã nos datis adiungimus. Cuncta denique simul contexuntur in vnum, concordiamq; pariunt admirandam: quinetiam ab alijs alia, quamuis à contrarijs prodeunt. Omnia enim animalis vnius sunt membra. Ac si quid eorũ quæ fiunt, ab optimo deficit, quasi non ad finem vsq; formatum, certè non superata materia velut à ge- D nerosο degenerãs, & genorositate priuatum in turpitudinem labitur. Quamobrem alia quidẽ efficiũtur à superis, alia verò à subiecta natura in medium afferuntur, alia deniq; ab ipsismet rebus adduntur.

A ἍΤΕ οὖν ἐξ αὐτοῦ μηδενὸς κινήσαντος, ἐκ τῆς ἄλλης αὐτοῦ ζωῆς γίνεται, καὶ ὅλως ὅσα ἐξ αὐτοῦ, ὅσα τε κινήσαντος ἄλλου, οἷον εὐχαῖς, ἢ ἁπλαῖς, ἢ τέχνῃ ᾀδομέναις, ταῦτα οὐκ εἰς ἐκεῖνον ἕκαστον, ἀλλ' εἰς τὴν τοῦ δρωμένου φύσιν ἀνακτέον. καὶ ὅσα μὲν χρηστὰ πρὸς ζωὴν, ἢ τινὰ ἄλλην χρείαν συμβάλλεται, τῇ δόσει ἀνενεκτέον. ἐξ ἄλλου μέρους μείζονος, εἰς ἔλαττον ἰόν. B ὅτι δ' ἂν δυσχερὲς ἐξ αὐτῶν λέγηται, εἰς τὰς γενέσεις τῶν ζώων ἰέναι. ἢ τὸ μὴ δύνασθαι τὸ εὔχρηστον, δέξασθαι τὸ ὑποκείμενον. οὐ γὰρ ἁπλῶς γίνεται τὸ γινόμενον, ἀλλ' εἰς τὸ δὶ, καὶ ὧδί. καὶ δὴ καὶ τὸ πάσχον, καὶ τὸ πεισόμενον, ὑποκειμένην τινὰ, καὶ τοιάνδε φύσιν ἔχειν. πολλὰ δὲ καὶ αἱ μίξεις ποιοῦσιν, ἑκάστου τὸ εὔχρηστον εἰς τὸ ζῆν διδόντος. γίνοιτο δ' ἂν τῳ καὶ μὴ συμφερόντων, τῶν λυσιτελῶν τὴν φύσιν. C καὶ ἡ σύνταξις ἡ τῶν ὅλων, οὐ δίδωσιν ἑκάστῳ ἀεὶ ὃ βούλεται. πολλὰ δὲ καὶ προστίθεμεν αὐτοὶ, τοῖς δοθεῖσι. πάντα δ' ὅμως εἰς ἓν συμπλέκεται. καὶ θαυμαστὴν τὴν συμφωνίαν ἔχει, καὶ ἀπ' ἄλλων ἄλλα, καὶ ἀπ' ἐναντίων ἴῃ. πάντα γὰρ ἑνός. καὶ εἴ τι δὲ ἐλλεῖπον πρὸς τὸ βέλτιον τῶν γινομένων μὴ εἰδοποιηθὲν εἰς τέλος, μὴ κρατηθείσης τῆς D ὕλης: οἷον ἐλλεῖπον τῷ γενναίῳ, οὗ στερηθὲν πίπτει εἰς αἰσχρότητα. ὥστε τὰ μὲν ποιεῖσθαι ὑπ' ἐκείνων, τὰ δὲ τὴν ὑποκειμένην φύσιν εἰσφέρεσθαι, τὰ δὲ παρ' αὐτῶν προστιθέναι.

Super vegetalem mundi vitam, quæ & natura, & rerum naturalium seminarium appellatur, est intelligentia omnia latius ordinans quàm natura. Ex intentione seminarij est quæcunq; ex ipso nascuntur, formosa nasci efficaciaq; ad motum: præterea solito quodam, & duntaxat naturali ad suum profectum tenore procedere. Quòd ergo deformia debiliaq; contingant ob materialem quandam necessitatem, & alia interimantur ab alijs, impedianturq; solitum peragere ordinem, & crescere, suumq; tempus implere, ac suo vicissim semine alia propagare: id inquam totum

tum ex nulla est intentione naturæ. Neq; igitur id contingens ordinari potest intentione naturæ, cùm sit eius or-
dini inimicum. Ordinandum tamen est, omnia enim sub vno rediguntur in vnum. Per intelligentiam igitur na-
tura superiorem, accidentia eiusmodi in ordinē reuocantur: per eandem arbitrij quoq; liberi motus & effectus pro
meritis ordine disponuntur. anticipantur nostræ preces, vt ait Iamblichus, & implentur, nobis interim liberè ob-
secrantibus, nec diuina voluntate mutata, nec rerum ordinè perturbato. Dispositio itaq; rerum latior est in mente,
quàm in ipsa natura: in mente inquam non solùm prima, sed etiam mundanæ cœlestisq; animæ: dispositionem verò
rerum in mente prima legem Saturni Plato nominat in Politico: eandem in intellectu animali legem appellat Io-
uis in Politico, atq; Legibus: eandem in natura legem fatalem vocat in Politico & Timæo. Quoniam verò vbiq;
firma est ineuitabiliterq; procedit, in Phædro nominat Adrastiæ legem. Tum verò quoniam simul cum lege libe-
ram conseruat efficaciam animorum, in legibus ait, in animis quidem existere principium actionum, in lege verò
terminum: atq; in Phædro Timæoq; legis edictum introducit semper cum conditione quadam hunc in modum: Si
anima perpetrauerit talia quædam, reportet & talia. Quòd autem inquit in Timæo, animas nō prius fatales audi-
uisse leges, quàm vehiculis iungerentur, declarat animas ex se liberas esse, fatum verò ad corpora pertinere. Perti-
net verò fatalis necessitas non solùm ad corpus, sed ad vitā quoq; corpoream. Qualis vtiq; vita in mundano cœlestiq;
corpore latens, non electione libera, sed necessitate fatali vim suam ad inferiora diffundit, quæ quidem uis emicat
inde benefica etiam à Marte, vel Saturno, stellisq; similibus. Potest tamen magus maleficam reddere, non aliter
atq; ille, qui è concauo speculo collectos Solis radios conijcit in oppositum, atq; comburit. Siquis enim decem Saturni
uires mundo nobisq; necessarias atq; sparsas in materijs decem vnà coniunctis cogat in vnum, perdet eum, videlicet
non toleraturum, in cuius pernitiem congregauerit, innocens interim est Saturnus. Venus varias fœcunditatis
conciliationisq; proprietates varijs passim rebus inseruit. Magus igitur materias eligens omnes virium eiusmodi
quomodocunq; capaces, adhibensq; regnante Venere collectas in vnum homini huic & illi, immoderatos inter eos
conflat amores, Venere non peccante. Dotes quoq; Iouis similiter accumulat alijs, Iouio interim animali non aduer-
tente. Iouiale verò animal, & Saturniū, & Venereū appellamus stellæ corpus vegetali virtute viuum: qualia quidē
corpora excogitauit Pythagoras, vbi ait, inuocatos Deos influere nobis quadā necessitate cōpulsos. Ca. XXXIX.

ΣΥΝΤΑΤΤΟΜΕ'ΝΩΝ δὲ ἀεὶ πάντων, καὶ εἰς ἓν συντελούντων πάντων σημαίνεσθαι πάντα. ἀρετὴ δὲ ἀδέσποτον, συνυφαίνεσθαι δὲ καὶ τὰ αὐτῆς ἔργα τῇ συντάξει, ἅτε καὶ τῶν τῇδε ἐκεῖθεν ἐξηρτημένων, τῶν ἐν τῷδε τῷ παντὶ τοῖς θειοτέροις, καὶ μετέχοντος καὶ τοῦδε ἐκείνων. γίνεται τοίνυν τὰ ἐν τῷ παντί, οὐ κατὰ σπερματικούς, ἀλλὰ κατὰ λόγους περιληπτικούς: καὶ τῶν προτέρων, ἢ κατὰ τοὺς τῶν σπερμολόγων λόγους. οὐ γὰρ ἐν σπερματικοῖς λόγοις ἔνι, καὶ τῶν γινομένων παρὰ τοὺς σπερματικοὺς αὐτοὺς λόγους, οὐδὲ τῶν παρὰ τῆς ὕλης εἰς τὸ ὅλον συντελούντων, οὐδὲ τῶν δρωμένων εἰς ἄλληλα παρὰ τῶν γενομένων: ἀλλὰ μᾶλλον ἂν ἐοίκοι ὁ λόγος τοῦ παντός, κατὰ λόγον τιθέντα κόσμον πόλεως καὶ νόμον ἤδη, εἰδότα ἃ πράξουσιν οἱ πολῖται, καὶ δι᾽ ἃ πράξουσι. καὶ πρὸς ταῦτα πάντα νομοθετοῦντος, καὶ συνυφαίνοντος τοῖς νόμοις, τὰ πάθη πάντα αὐτῶν. καὶ τὰ ἔργα, καὶ τὰς ἐπὶ τοῖς ἔργοις τιμὰς καὶ ἀτιμίας πάντων, ὁδῷ οἷον, αὐτομάτῳ εἰς συμφωνίαν χωρούντων. ἡ δὲ σημασία, οὐ τούτου χάριν ἵνα σημαίνῃ προηγουμένως, ἀλλ᾽ οὕτω γιγνομένων σημαίνεται ἐξ ἄλλων ἄλλα. ὅτι γὰρ ἓν καὶ ἑνός, καὶ ἀπ᾽ ἄλλου, γινώσκοιτ᾽ ἄν. καὶ ἀπὸ αἰτιατοῦ δέ, τὸ αἴτιον. καὶ τὸ ἑπόμενον δέ, ἐκ τοῦ προηγησαμένου. καὶ τὸ σύνθετον ἀπὸ θατέρου, ὅτι θάτερον, καὶ θάτερον ὁμοῦ ποιῶν. εἰ δὴ ταῦτα ὀρθῶς λέγεται, λύοιντο ἂν ἤδη αἱ ἀπορίαι. ἥτε πρὸς τὸ * κακῶν δόσις, παρὰ θεῶν γίνεσθαι, τῷ μήτε προαιρέσεις εἶναι τὰς ποιούσας: φυσικαῖς δὲ ἀνάγκαις γίνεσθαι

*κακὸν

A CVM igitur omnia simul ordinata sint semper, ad vnumq; conducāt, nihil mirū est singula indicijs quibusdam significari: sed virtus interea seruit nulli: attamē huius officia vnà cum communi rerum ordine contexuntur: quippe cum quæ hîc sunt, inde dependeant, ab his videlicet quæ his vniuersi rebus diuiniora sunt, atq; id vniuersum particeps sit illorum. Fiunt igitur quæ in mundo fiunt, non secundū rationes duntaxat seminales, sed secundū rationes B alias ampliores, quæ in se comprehendūt vires rationibus seminarijs longè priores. Nō enim in seminarijs rationibus inest quicquā eorum quæ præter ipsas seminarias rationes alicubi fiant, neq; rursus eorū aliquid quæ ex ipsa materia mundo conferri censentur, neq; etiā quicquam eorum quæ â rebus genitis invicem inferuntur: Quin potius ipsa totius ratio rationi similis est ciuitatem aliquam exornāti, legesq; condenti, & certè cognoscenti quæ facturi sint C ciues: quibúsue de causis sint acturi, atq; ad hęc omnia instituta singula disponēti, connectentiq; legibus passiones omnes actionesq; illorū. Præterea merita singularum actionum pręmia passim atq; supplicia, omnibus interim quasi sponte in communem concordiam procedentibus. Significatio verò in natura cōtingit, non quidem huius præcipuè ipsius gratia, vt significatio fiat, sed rebus ita dispositis atq; nascentibus alia significantur ex alijs. nempe quod- D cunq; hîc est, vnum quodammodo inter se est, & vnius. Itaq; ab alio cognoscitur aliud, ab effectu causa, ab antecedente consequens, cōpositum ab alterutro: quoniā alterum simul alterumq; conficit. Si hæc igitur certè dicūtur, dubitationes iam illæ soluentur: & illa quidē inprimis quæ cauendū admonebat, ne fortè cogeremur fateri, Deos mala facere. Huic igitur respondemus primò quidem hæc omnia non electionibus, sed naturalibus necessitatibus fieri

[A] quæcunque inde proueniunt, quasi à partibus transferantur in partes, vitamque sequantur vnius: deinde, multa rebus quæ fiunt, ex ipsismet rebus adiungi: tertiò, quæ dantur desuper, penes ipsos datores singulatim non esse mala, sed in mistione aliud quiddã cõtingere: Quartò non vnicuiusq;, sed totius gratia dari vitam atq; censeri: Quintò, subiectam naturam aliud quidem accipere, aliud verò pati: neque posse vbiq, ab ipso munere superari, vel vim illius propriam retinere.

ὅσα ἐκεῖθεν, ὡς μερῶν πρὸς μέρη, καὶ ἑπόμενα ἑνὸς ζωῇ: καὶ τῷ πολλὰ παρ' αὐτῶν τοῖς γινομένοις προστιθέναι· καὶ τῷ τῶν διδομένων παρ' ἑκάστων, οὐ κακῶν ὄντων ἐν τῇ μίξει γίνεσθαι ἄλλό τι· καὶ τῷ μὴ ἕνεκα ἑκάστου, ἀλλ' ἕνεκα τοῦ ὅλου τὴν ζωήν· καὶ τὴν ὑποκειμένην δὲ φύσιν ἄλλο λαβοῦσαν, ἄλλο πάσχειν. καὶ μηδὲ δύνασθαι κρατῆσαι τοῦ δοθέντος.

Quodlibet animalis membrum vim habet ad portionem nutrimenti propriam attrahendam, & cor ad aromata, iecur ad dulcia, venæ ad sanguinem, ad spiritum arteriæ, ad semen verò testiculi. Sunt & medicinæ quæ certos adsciscant humores, & membra quædam petere videantur. eadem est animalis mundani conditio: in quo passim dispersa sunt, quæ rem hanc aut illam ad se rapere possint, si congregata in vnum admoueantur. Per sua enim retia vel illicia homines, per sua equi, & per propria similiter homines, hi vel illi clam illaqueari possunt: quemadmodum oblectamentis formarum atq; musicæ palam inescantur. Deniq; sicut ferro paleisq; compertum est, quòd trahat magnes, scilicet atq; succinum: sic diligens & fortunatus perscrutator inueniet escam omnibus attrahendis. Singulis enim animalis mundani membris coaguli vis est insita, cõnectens in vnum cuncta viuum, temperatè quidem suapte natura: intemperatè verò quotiens vndiq; cõgregata, in aliquid transferatur, mundo nec patiente interim, neq; peccante. Sunt & differentes in hoc animali vires inter se à natura disiunctæ, quæ frequenter à Mago coniunctæ, & in membrum hoc coniectæ, vel illud violentius agant, atque perdant in his, (vt dixi) non peccante mundo. Nominat Plotinus quatuor, quibus mirabilis insit virtus, scilicet qualitates specierũ occultas, & figuras, concentusq;, & vota: quippe cum qualitates illæ propagines quædam sint virium in vita mundi latentium, & figuræ concentusq; inferiores cœlestium figuras sæpe referant & concentus. Votum verò motus quidam est animæ nostræ vehemens erga numẽ, quod obsecramus: Si contrito sulphure subtilissimum eius puluerem projcias versus ignem, ignis in longum producta flamma se pulueri huic protinus applicabit. Similiter qui stellam obsecrat opportunè paratus ad stellam, spiritum suum projcit in radios stellæ manifestos pariter & ocultos, vbique diffusos atque viuificos, per quos vitalia sibi stellæ munera vendicat. Denique sicut omnes stellæ fixæ connexæ sunt firmamento, sic omnium stellarum numinumq; mundanorum vitæ connexæ sunt vitæ mundanæ, cui & connexa est vita nostra: vt nõ mirum sit, vehementes animæ nostræ motus effusos per communem vitam vbiq; vigentem vsque ad numina mundana producit, vicissimq; motus horum numinum per eandem vitam ad nos vsque deduci. Cap. XXXX.

[A] MAGICOS verò attractus quánã ratione fieri dicemus? Profectò ex cõsensione quadam rerum in patiendo, ac lege quadam naturæ faciente, vt inter similia quidem concordia sit, inter dissimilia verò discordia: item virium multarum varietate in vnum animal cõferentium. Etenim nullo alio machinante multa ritu quodam magico attrahũtur: veraq; vis magicæ est amicitia in vniuerso, rursusq; discordia. Ac primus veneficus (vt ita dixerim) incãtator, est eiusmodi: quæ homines obseruantes, [B] eius inter se philtris veneficijsq; vtuntur: nẽpe ex eo quòd pleraq; se mutuò naturaliter amare facilè possunt, inferuntq; amorem rebus inter se reciprocum, nata est efficacia amatoriæ artis, philtris quibusdam fascinationibusq; vtentis: dum tangẽdas adhibẽt naturas alijs alias conciliantes insitumq; habẽtes amorẽ: animamq; alteri alteram ita copulant, quemadmodũ qui distantes inter se plantas vnà cõiungunt. Præterea figuris vtuntur, vires certas habentibus: [C] se quoq; ipsos ratione quadã propria figurantes clã ad se vires surripiunt, eoq; facilius quod in vno sunt, trahuntq; in vnum: nam si quis ita figuratus esse extra mundũ esse fingatur, neq; traheret quicquam, neq; deduceret illecebris aut modulis, neq; nexibus implicaret. Nũc verò quoniam nõ tanquam ad alienum rapit locũ, vim sortitur, vt rapiat: cognoscit certè qua conditione aliud in eodem viuente trahatur ad aliud. Insita enim traducendi vis est carmini- [D] bus cantibusq;, & certò cuidam sono figuræq;

[A] ΤΑ'Σ δὲ γοητείας πῶς; ἢ τῇ συμπαθείᾳ καὶ τῷ πεφυκέναι συμφωνίαν εἶναι ὁμοίων, καὶ ἐναντίωσιν ἀνομοίων· καὶ τῇ τῶν δυνάμεων τῶν πολλῶν ποικιλίᾳ εἰς ἓν ζῶον συντελούντων. καὶ γὰρ μηδενὸς μηχανωμένου ἄλλου, πολλὰ ἕλκεται καὶ γοητεύεται· καὶ ἡ ἀληθινὴ μαγεία, ἡ ἐν τῷ παντὶ φιλία, καὶ τὸ νεῖκος αὖ. καὶ ὁ γόης ὁ πρῶτος καὶ ὁ φαρμακεὺς οὗτός ἐστιν, ὃν [B] κατανοήσαντες ἄνθρωποι, ἐπ' ἀλλήλοις χρῶνται αὐτοῦ τοῖς φαρμάκοις, καὶ τοῖς γοητεύμασι. καὶ γὰρ, ὅτι ἐρᾶν πεφύκασι· καὶ τὰ ἐρᾶν ποιοῦντα ἐκεῖ πρὸς ἄλληλα, ἀλκὴ ἐρωτικῆς διὰ γοητείας τέχνης γεγένηται· προστιθέντων ἐπαφαῖς, φύσεις ἄλλας, ἄλλοις συναγωγοὺς, καὶ ἐγκείμενα ἐχούσας ἔρωτα, καὶ συνάπτουσι δὲ ἄλλην ψυχὴν ἄλλῃ, ὥσπερ [C] αὖ φυτὰ διεστηκότα ἐξαψάμενοι πρὸς ἄλληλα. καὶ τοῖς σχήμασι δὲ προσχρῶνται δυνάμεις ἔχουσι· καὶ αὐτοὺς σχηματίζοντες ὡδὶ, ἐπάγουσιν ἐπ' αὐτοὺς ἀψοφητὶ δυνάμεις ἐν ἑνὶ ὄντες, εἰ ἐν. ἐπεὶ ἔξω γε τοῦ παντὸς εἴ τις ὑπόθοιτο τὸν τοιοῦτον, οὔτ' ἂν ἕλξοιεν, οὔτ' ἂν καταγάγοι ἐπαγωγαῖς ἢ καταδέσμοις, ἀλλὰ νῦν ὅτι μὴ οἷον ἀλλαχοῦ ἄγει, ἔχει ἄγειν· εἰδὼς ὅπῃ τι ἐν τῷ ζώῳ πρὸς ἄλλο ἄγεται. πέφυκε δὲ καὶ [D] ἐπῳδαῖς τῷ μέλει καὶ τῇ τοιᾷδε ἠχῇ, καὶ τῷ

σχήματι

σχήματι τοῦ δρῶντος. ἕλκει γὰρ τὰ τοιαῦτα· οἷον, τὰ ἐλεεινὰ σχήματα καὶ φθέγματα. ἀλλ' ἡ ψυχή, οὐδὲ γὰρ ἡ προαίρεσις, οὐδ' ὁ λόγος ὑπὸ μουσικῆς θέλγεται, ἀλλ' ἡ ἄλογος ψυχή. καὶ οὐ θαυμάζεται ἡ γοητεία ἡ τοιαύτη· καί τοι φιλοῦσι κηλούμενοι, κἂν μὴ τοῦτο αἰτῶνται, παρὰ τῶν τῇ μουσικῇ χρωμένων. καὶ τὰς ἄλλας δὲ εὐχάς, οὐ τῆς προαιρέσεως ἀκουούσης οἰητέον· οὐ γὰρ οἱ θελγόμενοι ταῖς ἐπῳδαῖς οὕτως. οὐδ' ὅταν γοητεύῃ ὄφις ἀνθρώπους, σύνεσιν ὁ γοητευόμενος ἔχει, οὐδ' αἰσθάνεται· ἀλλὰ γινώσκει ἤδη παθών, ὅτι πέπονθεν, ἀπαθὲς δ' αὐτὸ τὸ ἡγούμενον ἐστίν. ᾧ δ' ηὔξατο, ἦλθέ τι πρὸς αὐτὸν ἐξ ἐκείνου, ἢ πρὸς ἄλλο.

A ipſius agentis: nam talia quædã mirabiliter attrahunt, ſicut flebiles quædam voces & accentus, miſerabileſq; figuræ. Trahitur verò anima, ſed quo pacto? neq; enim electio, neq; ratio, ſed irrationalis anima muſica demulcetur. Et eiuſmodi quidem veneficia animas occupantia nemo miratur, quamuis deliniri ſoleant, etiam ſi id non exigatur à muſicis. Vim quoq; precibus inſitam nequaquam putandum eſt exaudiente cõſilio ad exitum peruenire: qui enim alliciun-B tur carminibus, nõ ita mulcentur. Neq; quando ſerpens aliquis faſcinat hominẽ, hoc ipſum qui faſcinatur intelligit, neq; ſentit, ſed iam paſſus ſe paſſum animaduertit: ipſum verò animæ principale ſic pati nequit. Cui verò votum eſt inſtitutum, peruenit ad ipſum aliquid ex illo, vel rurſus ad aliud.

Qualis eſt in quolibet animali perfecto textura neruorum atq; venarum, talis in mundano eſt animali naturarum contextus, atque vitarum. Sicut ergo motio paßioq; pedis in nobis pertinet ad ceruicem, & ceruicis ad pedem, ſic & in mundano hoc animali motus inferiorum ad ſuperiora proueniunt, atq; viciſsim, & quaſi æqualium ſimiliter ad æqualia. Motus autem omnis venit quidem ſalutaris ex alto, dummodo qualis venit, taliter capiatur, & capi poßit. Neq; diſtantia loci prohibet, quin motus viciſsim vtrinque proueniant, vbi vltra communem texturam res inferior cognatã habet cum ſuperiore proprietatem tam acquiſitam quàm naturalem: ſicut nerui motus in lyra ad neruum alterum peruenit, diſtantem quidem, ſed ſimiliter temperatum. Cap. XLI.

Ὁ δὲ ἥλιος ἢ ἄλλον ἄστρον, οὐκ ἐπαΐει. καὶ γίνεται τὸ κατὰ τὴν εὐχήν, συμπαθοῦς μέρους μέρει γινομένου, ὥσπερ ἐν μιᾷ νευρᾷ τεταμένῃ. κινηθεῖσα γὰρ ἐκ τοῦ κάτω, καὶ ἄνω ἔχει τὴν κίνησιν. πολλάκις δὲ καὶ ἄλλης κινηθείσης, ἄλλη οἷον αἴσθησιν ἔχει κατὰ συμφωνίαν, καὶ τῷ ὑπὸ μιᾷ ἡρμόσθαι ἁρμονίᾳ. εἰ δὲ καὶ ἐν ἄλλῃ λύρᾳ ἡ κίνησις ἀπ' ἄλλης ἔρχεται, ὅσον τὸ συμπαθές, καὶ ἐν τῷ παντὶ τοίνυν μία ἁρμονία, κἂν ἐξ ἐναντίων ᾖ. καὶ ἐξ ὁμοίων δέ ἐστι. καὶ πάντων συγγενῶν, καὶ τῶν ἐναντίων. καὶ ὅσα λωβᾶται ἀνθρώποις, οἷον τὸ θυμοειδές, ἑλχθὲν μετὰ χολῆς, εἰς ἥπατος φύσιν ἦλθεν, οὐχ ὡς λωβησόμενα· οἷον εἰ πῦρ τις ἐκ πυρὸς λαβών, ἔβλαψεν ἄλλο, ὁ μηχανησάμενος, ἢ ἐλθεῖν, ἢ ὁ λαβὼν ἐκεῖνος ποιεῖ. τῷ δεδωκέναι γοῦν τι, οἷον μετατιθέντι ἐξ ἄλλου εἰς ἄλλο, καὶ τὸ ἐληλυθὸς δὲ εἰ μὴ οἷόστε ἐγένετο δέξασθαι εἰς ὃ μετηνέχθη,

A SOL autẽ vel alia quæuis ſtella hoc ipſum nequaquam animaduertit. Conſiſtit verò voti poteſtas in conſenſione quadam partis ad partem cnmpatiendi: quemadmodum in neruo quodam tento contingit, vbi cum infima pars mouetur, mox mouetur & ſumma. Sæpe etiam alio quodã neruo pulſato tremit & alter, quaſi perſentiat ex cõcordia. Idq; potiſsimum, quoniam eadem prorſus contemperati ſunt conſonantia. Quòd ſi ab alia quoq; lyra motus trans-B fertur in aliam, id etiã ex compatiente quadam conſenſione proficiſci putandum. Igitur & in vniuerſo vna eſt harmonia, quamuis ſit ex contrarijs. nam eſt etiam ex ſimilibus omnibusq; cognatis, etiam his quæ contraria ſunt. Proinde quæcunq; nocent hominibus velut animoſitas iracũda vnà cum bile ad iecoris tracta naturam, ita prouenerunt non quaſi hominibus nocitura: quemadmodũ ſiquis ignem ab igne rapiens læſerit aliud, nequaquam machinatus C igne illucuſq; procedere. Forſan verò accipiẽs ille agit, ex eo quòd tradit aliquid quaſi ex alio translatum in aliud. Qũinetiã procedens ignis id agit, vbi ab eo ſubiecto in quod transfertur, capi non poteſt.

Magi quondam multi vitæ præſentis amatores, bonorumq; corporeorum cupidi excogitauerunt corporea ſacrificia, votaq; viuis ſtellarum corporibus, & viuo mundi corpori cõſentanea, vt inde quod optabant, conſequerentur. Ad eadem corporea ſacrificia dedicata ſtellis populum aſſueſeciſſe videntur. Dubitabant ergo nonnulli, vtrum ſtellis ad hoc ipſum opus ſit ſenſu, imaginatione, memoria, electione, vt vota eiuſmodi impleant. Reſpondet Plotinus, non oportere: nam ex viuis mundi corporibus vitalis vigor ſuapte natura deriuatur in alia: qui & in corpora ſpiritus, animas, quando per uotum & cætera competentia ad hauriendum aptius exponuntur, vberius affluit naturali ſcilicet proprioq; influxu, etiam ſi non adſit electio. Sed Plotinus viuis ſtellarum ſphærarumq; corporibus intellectuales earundem animas anteponit à corpore quodammodo ſegregatas, ad quas non perueniat paßio motioq; vlla per corporeas continuata naturas: ideoq; nec hauriantur inde bona eiuſmodi attractu quaſi magico: Idemq; Porphyrius & Iamblichus aſſerunt: qui vnà cum Plotino in illis voluntatem electionemq; collocant: electionem inquam non ab inferioribus perſuaſam, ſed ex ſeipſa ab æuo conſtituentem imitari quidem ſummum Deum, & ſequentibus omnibus prouidere, exaudire ſupplicum preces intellectuali vita imitantiũ intellectuales mundi rectores. In ſacrificijs quidem votisq; corporeis ad corpora mundi directa reportant & eiuſmodi bona homines etiam corpori mancipati: bona verò diuiniora per ſegregatum cultum, viri tantum diuini à diuinis mundi rectoribus. Addit Porphyrius ac Iamblichus hos etiam vltra intellectualia etiam corporalia quædam & externa bona referre,

officio numinum mediorum ſuperioribus numinibus obſequentium, & eorundem tutela ſæpe mala imminentia deuitare. Adiungit aſtrologus Abraham religioſas animas ex applicatione ad Deum cœlo ſuperiorem acquirere poteſtatem, per quam fatalia bona quidem augeant, mala verò minuant. Proponunt Platonici intellectualibus animis mundi rectoribus intellectus puros, his intellectum diuinum, huic patrem eius ipſum bonum: mundanis Dijs ſacrificia corporea conſtituunt, ſuperioribus ſegregatam dedicant ſanctimoniam, primò ſegregatiſsimam. idq; confirmat Apollonius Theaneus. Adorationem præ cæteris eligunt ſuperioribus, & ſupremo deniq; conſecratam. illinc enim bona ampliora referri. De his apud Iamblichum & Porphyrium, quos nuper interpretati ſumus, legere latiſsimè poteris. *Cap. XLII.*

NON igitur opus erit memoria ſtellis ex- A
audiendi voti gratia, cuius cauſa hæc tractauimus, neq; ſenſibus vota illic nũtiantibus: neq; putandũ eſt ſtellas ſic annuere votis, ſicut nonnulli credunt quaſi deliberando, ſed vnà cum ipſo voto aliquid effici, ac etiam ſine voto ab ipſis, qua ratione ipſæ quoq; vnius eiuſdẽ ſunt partes. Iam verò vires etiã abſq; electione ſunt multæ, & ipſæ quidem tum abſq; machinatione, tum ex arte prodeunt in effectum: quemadmodum in vnoquouis animali, vbi aliud ali- B
quid reportat ab alio, & ſeruatur & læditur ex eo quòd ita ſunt naturaliter inſtituta: ideoque artes tum medicorũ, tum incantantium alterũ alteri cogunt ſuæ virtutis aliquid impartiri. Similiter vniuerſum ad partes tum ex ſeipſo munera ſua ſponte diffundit, tum alio attrahente ad aliquam eius partem demittit aliquid ſuis partibus inſitum, & illuc eodem naturali vigore protractum: quippe cum qui exoptat nõ ſit alienus. Si autem qui precatur eſt malus, nihil C
mirum eſt impetrare. nam ex fluminibus praui etiam hauriunt. Præterea quod largitur, quid largiatur ignorat: ſed largitur tantùm. Interea tamẽ munus ipſum cum natura vniuerſi connectitur. Quapropter ſiquis acceperit ex his quæ omnibus expoſita ſunt: non oportet hunc neceſſaria lege ſequi ſupplicium. Non igitur concedendum eſt vniuerſum pati. Fortè verò principale quidem ipſius dicendum eſt expers omnino paſsionis exiſtere. cum verò paſsiones D
eius partibus inferũtur, in illis quidem paſsionem ipſam reſtare: ſed cum nihil huic accidat præter naturam, ipſum nimirum abſq; paſsione manere, quando & ſtellis quantum partes quidẽ ſunt, paſsiones conuenire videntur, ipſæ tamen conſiſtere paſsionis expertes, tum quia electiones eis abſq; paſsionibus inſunt, & corpora naturæq; earum ſunt procul à detrimento: tum etiã quia & ſiquid per animã ſuam ad inferiora traducant, anima interim nõ minui- E
tur, corporaq; eadẽ perſeuerant: ac ſiquid inde ſubterfluit, ſenſu interim nõ aduertẽte delabitur, & ſiquid illis accedit, clam ſimiliter affluit.

A ὭΣΤΕ οὔτε μνήμης διὰ τοῦτο δεήσει τοῖς ἄστροις, οὗπερ χάριν καὶ ταῦτα πραγματεύεται, οὔτε αἰσθήσεων ἀναπεμπομένων· οὔτε ἐπινεύσεις τοῦτον τὸν τρόπον εὐχαῖς, ὡς οἴονταί τινες προαιρετικάς τινας, ἀλλὰ καὶ μετ' εὐχῆς γίνεσθαί τι δοτέον, καὶ εὐχῆς ἄνευ παρ' αὐτῶν ἢ μέρη, καὶ ἑνός. καὶ ὅτι δυνάμεις καὶ χωρὶς προαιρέσεως, πολλαί: καὶ αὗται καὶ ἄνευ μη-
B χανῆς, καὶ μετὰ τέχνης, ὡς ἐν ζώῳ ἑνί. καὶ ἀπολαύει ἄλλο, ἄλλου: καὶ βλάπτεται, τὸ οὕτω πεφυκέναι: καὶ τέχναι καὶ ἰατρῶν καὶ ἐπαοιδῶν, ἄλλο ἄλλῳ ἠναγκάσθη παρασχεῖν τι τῆς δυνάμεως τῆς αὐτοῦ. καὶ τὸ πᾶν δὲ ὡσαύτως εἰς τὰ μέρη δίδωσι, καὶ παρ' αὐτοῦ, καὶ ἑλκύσαντος ἄλλου, εἰς μέρος τι αὐτοῦ κείμενον, τοῖς αὐτοῦ μέρεσι τῷ αὐτῷ φυσικῷ, ὡς μηδενὸς ἀλλοτρίου τοῦ αἰτοῦντος ὄντος. εἰ δὲ κακὸς ὁ αἰ-
C τῶν, θαυμάζειν οὐ δεῖ. καὶ γὰρ ἐκ ποταμῶν ἀρύονται οἱ κακοί. καὶ τὸ διδὸν αὐτοῦ, οὐκ οἶδεν ὃ δίδωσιν: ἀλλὰ δίδωσι μόνον. ἀλλ' ὅμως συντέτακται καὶ δέδοται τῇ φύσει τοῦ παντός. ὥστε εἴ τις ἔλαβεν ἐκ τῶν πᾶσι κειμένων, οὐ δέον ἕπεσθαι αὐτῷ, ἀναγκαίῳ νόμῳ τὴν δίκην. οὔκουν δοτέον τὸ πᾶν πάσχειν. ἢ τὸ μὲν ἡγεμονοῦν αὐτοῦ ἀπαθὲς δοτέον πάντη εἶναι. γι-
D γνομένων δὲ παθῶν ἐν μέρεσιν αὐτοῦ, ἐκείνοις μὲν ἥκειν τὸ πάθος: παρὰ φύσιν δὲ μηδενὸς αὐτῷ ὄντος, ἀπαθὲς τὸ γινόμενον ὡς πρὸς αὐτὸν εἶναι. ἐπεὶ καὶ τοῖς ἄστροις καθόσον μὲν μέρη τὰ πάθη, ἀπαθῆ μέντοι αὐτὰ εἶναι, τῷ τε τὰς προαιρέσεις καὶ αὐτοῖς ἀπαθεῖς εἶναι: καὶ τὰ σώματα αὐτῶν καὶ τὰς φύσεις, ἀβλαβεῖς ὑπάρχειν· καὶ τῷ καὶ εἰ διὰ τῆς ψυχῆς τι διδόασι, μὴ ἐλαττοῦσθαι αὐτοῖς τὴν ψυχήν: καὶ τὰ σώματα αὐτοῖς, τὰ αὐτὰ μένειν: καὶ εἴ τι ὑπεκρεῖ ἀναισθήτως, ἀπιόντος, καὶ τοῦ προσιόντος εἰ πρόσεισι λανθαίοντος.

Magica faſcinatio nititur viribus naturalibus tam cœleſtium quàm inferiorum rerum ſcilicet atq; verborum. Attingit igitur proximè ſpiritum noſtrum, & per hunc non ſolùm humores, ſed etiam vitam irrationalem dependentem etiam ab ipſo mundo: animã verò rationalem natura vitaq; corporea mundi ſuperiorem, & ſolùm à mente diuina pendentem nequit attingere, niſi quatenus cum vita inferiore conſentit. *Cap. XLIII.*

Si quis hunc quidẽ ſuccinea induat veſte, illum verò paleari, ad hunc attrahet illum: ita perſcrutati Magi multa paſsim recondita non naturalia ſolùm, ſed etiã verba quæ vim ſuam eminus effundẽtia trahere valeant. Multa etiam quæ ab his trahi poſsint, & illa quidem viro, hæc autem fœminæ clam adhibentes, fœminam ad virum rapiunt. Admouent etiam quæ ſeiungere poſsint: ſicut & nautæ ſuſpendentes ferrum ita cum magnete librant, vt rapiatur ad Vrſam: atq; viciſsim inficientes allio raptum eiuſmodi ſoluunt. Qua verò ſiderum poſitione quidam opportunius ad hæc vtantur, & quas fingant imagines, quaſúe materias conſlent narrare non expedit: nec etiam

quibus

quibus incantamentis clam alliciant. Verbis quidem præest Mercurius, cantibus verò Phœbus, incantamentis autem Mercurius cum Phœbo cõiunctus: sed vbi & qua ratione iunctus Soli, & quali stellarum aspectu fretus vim præbeat cantionibus: item quo aspectu malefica, quóue benefica præstet incantamenta, docere iustitia vetat. Fortè verò sicut cæteræ materiarum qualitatumq; mixtiones vim nouam adipiscuntur, ita certæ quædã iuncturæ verborum & intra animam conceptæ, & extra animam prolatæ adhuc quasi viuæ vim quandoq; mirabilem consequuntur, vel ex præsenti siderum positura, vel etiam ex ipsius hominis genitura, aut ex singulari quadam animæ potestate adeò vt in effectu verborum hæc ipsa eorum iunctura processioq; in obiectum intenta sit quasi directio & applicatio virtutis intimæ ad externum: quemadmodum prægnantis cupidæ digitus genam signans rei nimium affectatæ nota. Procedit verò in rem distantem incantamenti vigor motu quodam non solùm per aerem sibi similem propagatus, sicut in aqua semel percussa circuli, sed etiã per radios spiritus excantantis, quos quidẽ procul imaginatio vehemens affectusq; iaculatur. Radialis nanq; natura subitò procedit in longũ, secumq; producit vires eiaculantis. Imò verò res omnes infra lunam imitatæ stellas naturæ suæ vires, & quasi vapores quosdã radiorum instar emittunt foras, quibus obiecta etiam distantia pro natura sua bene aut malè frequenter afficiant: idq; facilius quoniam singula eiusdem sunt animalis membra mundani: quod odores ipsi declarant longius & diutius à canibus apibusq; percepti. Mitto, quantam dæmones veneficijs magicisq; operibus adhibeant potestatem, quod sanè in symposio Plato confirmat. Hos etiam Magus cultorq; diligens demulcendo sibi conciliare potest, quemadmodũ & abiectus mimus musicusq; puer Regem illaqueat generosum, & bestiæ quædam hominem quandoq; fascinant. Sicut enim se habet ad hominem bestia, ad virum puer, ita vir magus ad inferiores dæmonas, nobisq; propinquos. Huc forsan tendit illud Albumasar aliorumq; astrologorum scilicet preces vim habere quã plurimam, quãdo caput Draconis medium tenet cœlum, & Iupiter vel in eo sit, vel id aspiciat: lunaq; vel coniuncta sit cum Ioue, vel ab ipso procedens coitum cum ascendentis domino prosequatur: aut ascendentis dominus congressum cum Ioue petat, capitisq; Draconis aspectum. Putant enim sidus eiusmodi vel efficaciam prosperitatemq; spiritui nostro votisq; præbere ad dæmonas Ioui Capitiq; subditos allectandos: si modò cœlestibus his influxibus subiungantur, ex omni genere sensibilium multa tam huic dæmoni, quàm suo illi sideri competentia, quæ & perscrutari laboriosum est, & obseruare periculosum. Tutius verò de hoc Iouiali sidere physicus aliquis opinabitur, spiritum hominis tunc bona cœlestia vehementius affectantis beneficio Iouis cœlestibus bonis largius hauriendis exponi: ad malignos autem spiritus loco mouendos, diuinationemq; per mortuos explendam Ptolemæus in quadripartito conferre putat harmoniam cœlestem quãdo Luna fuerit magisterij domina, colatq; Iouis ædes, Sagittarium scilicet, aut Pisces. Hæc ad Plotinicum illud dicta sint: vbi ait, Magum quodammodo Dæmonas irretire, ac per vniuersum in partes agere, atq; per superiora facilè inferiora mouere. Ego verò suspicor ne fortè dæmones subdoli simulent magicis quibusdam machinis allici vel expelli. Nam Porphyrius & Iamblichus aiunt, per Deum propriè perq; bonos angelos aduersus infimos spiritus imperium nos habere, qui alioquin nos fallere frequenter soleant, atq; lædere. Et quoniam perturbatione tanguntur, quod & Plotinus affirmat, meritò Plotinus vnà cum Porphyrio atq; Iamblicho damnat eam superstitionem, quæ exquisitis illecebris, studeat fallacibus perturbatisq; dæmonibus adulari. Qua verò ratione ex corpore mundi vbiq; viuo, viuisq; tum stellis, tum cæteris mundi partibus, naturali quodã quasi agricolarum medicorumq; more vitales carpere auras valeamus, satis in libro de Vita tertio disputamus. Platonici deniq; adorationem intentißimam sacrificiorum omnium efficacißimam esse putant, præsertim si ad intellectus mundo superiores, scilicet angelos dirigatur, maximè si ad Deum quoq; superiorem: sed ab his similiter, atq; ab hoc nihil impetrari naturali quodam cœlestiq; fauore, cuius motus illucusq; non transit, sed eleuatione quadam coniunctioneq; mentis ad illos. Quæ verò in superioribus de virtute imaginationis fascinationibusq; & de Magia prætermisimus, in Theologia nostra, & libro de Amore, & libro de Vita tertio latius pertractamus.

Cap. XLIII.

ὉΔΈ σπουδαῖος πῶς ὑπὸ γοητείας καὶ φαρμάκων; ἢ τῇ μὲν ψυχῇ ἀπαθὴς εἰς γοήτευσιν, καὶ οὐκ ἄν τι λογικὸν αὐτοῦ πάθοι, οὐδ' ἂν μεταδοξάσειε. τὸ δὲ ὅσον τοῦ παντὸς ἐν αὐτῷ ἄλογον, κατὰ τοῦτο πάθοι ἄν. μᾶλλον δὲ τοῦτο πάθοι ἄν: ἀλλ' οὐκ ἔρωτας ἐκ φαρμάκων, εἴπερ τὸ ἐρᾶν ἐπινεύσεως καὶ τῆς ψυχῆς τῆς ἄλλης, τῷ τῆς ἄλλης παθήματι. ὥσπερ δὲ ἐπῳδαῖς τὸ ἄλογον πάσχει, οὕτω καὶ αὐτὸς ἀντάδων καὶ ἀντεπάδων, τὰς ἐκεῖ δυνάμεις ἀναλύσει: θάνατον δὲ ἐκ τοιούτων ἢ νόσους, ἢ ὅσα σωματικά, πάθοι ἄν. τὸ γὰρ μέρος τοῦ παντὸς, ὑπὸ μέρους ἄλλου ἢ τοῦ παντὸς πάθοι ἄν, αὐτὸς δὲ ἀβλαβής. τὸ δὲ μὴ εὐθύς, ἀλλ' ὕστερον, οὐκ ἀποστατεῖ φύσεως: δαίμονες δὲ, οὐκ ἀπαθεῖς οὐδ' αὐτοὶ τῷ ἀλόγῳ. μνήμας δὲ καὶ αἰσθήσεις, τούτοις οὐκ ἄτοπον διδόναι:

A QVÆRENDVM videtur quo pacto vir probus magicis subduci machinis nec nõ medicamentis possit: Fortè per ipsam animam illaqueari non potest, neq; vis ipsa rationalis patitur, adeò vt hinc mutetur opinione. Quantũ verò irrationale huic inest ex vniuerso, per hoc pati potest. imò verò hoc ipsum propriè potest pati: sed non id solùm quando quis amoribus irretitur ex philtris: siquidem amor ipse viget & feruet, anima videlicet altera cõsentiente alterius animæ passioni. B Quemadmodum verò carminibus incantantiũ pars irrationalis passionem subit: sic & ipse decãtator vicissim atq; recantator vires ibi resoluit: Proinde verò mortem ex his, aut languores, vel quælibet corporis detrimenta absque controuersia patietur. Pars enim vniuersi ab alia parte, vel ab ipso toto facilè patitur, ipse verò quisque sui iuris existens viuit indemnis. Quòd autem non subitò, sed post certum tempus quod patitur suscipiat C passionem nõ ab ipso naturæ ordine alienum: dæmones verò neq; ipsi quidem in parte sua irrationali sunt passionibus liberi. Memoriã quinetiam atq; sensus his attribuere, nõ erit absurdũ:

A tum verò demulceri eos naturaliter, atq; deduci, & exaudire vocantes. Dæmones inquam inter alios rebus humanis propinquiores, eoque magis erga nos affici, quò & propinquiores existunt. Quicquid enim aliqua cognatione se habet ad aliud, aliquando illaqueatur ab alio. Id enim ad quod ita se habet, quasi magicorum ritu captat atq; subducit: solùm verò quod tantùm seipsum spectat, irretiri rapiq; non potest. Quamobrem omnis actio vitaq; actiua omnis illaqueatur & trahitur: fertur enim ad illa quæ B prouocant & deliniunt. Hinc illud poeticum: *Magnanimi enim Erechthei populus vultu formosissimus est.* Verùm quidnam passus aliquis censetur certò modo ad aliud se habere? Profectò tanquam tractus nō magorum artibus, sed arte naturæ mirabiliter seducētis, aliudq; cum alio valde conciliantis atq; iungentis non quidem loco, sed adhibitis ab initio philtris.

A καὶ θέλγεσθαι φυσικῶς ἀγομένους, καὶ κατακούειν καλούντων τοὺς αὐτῶν ἐγγυτέρω, τῶν τῇδε, καὶ ὅσῳ πρὸς τὰ τῇδε. πᾶν γὰρ τὸ πρὸς ἄλλο, γοητεύεται ὑπὸ ἄλλου. πρὸς ὃ γάρ ἐστιν ἐκεῖνο, γοητεύει καὶ ἄγει αὐτό: μόνον δὲ τὸ πρὸς αὐτὸ ἀγοήτευτον. διὸ καὶ πᾶσα πρᾶξις, γεγοήτευται. καὶ πᾶς ὁ τοῦ πρακτικοῦ βίος. κινεῖται γὰρ πρὸς ταῦτα, ἃ θέλγει αὐτόν. B ὅθεν καὶ τὸ εὐπρόσωπος γὰρ ὁ τοῦ μεγαλήτορος ἐρεχθέως δῆμος. τί γὰρ παθὼν τὶς πρὸς ἄλλο ἔχει; ἢ ἑλκόμενος οὐ μάγων τέχναις, ἀλλὰ τῆς φύσεως τῆς ἀπάτης δούσης, καὶ συναψάσης ἄλλο πρὸς ἄλλο, οὐ τοῖς τόποις, ἀλλ' οἷς ἔδωκε φίλτροις.

Vita contemplatiua libera est: actiua ministra actionum & rerum atque fortunæ: voluptuosa serua corporis. *Cap. XLIIII.*

Cum mens rerum contemplandarum formas ingenitas habeat, ipsaq; met fit ipsæ formæ, meritò quatenus in his contemplandis natiua voluptate se versat, eatenus libera secum habitat. Qui verò corpus & externa curiosè colit, corpori hominibus fortunæ seruit. Actio atq; passio inter se opponuntur. Omnis igitur motus noster qui incitamentum ex corporea humanaq; passione habuit, passio quædam est & seruitus. Deniq; natura ipsa vitaq; mundi quasi maga imagines ipsius boni, veri, pulchri vbiq; fingit, velut escas, quibus animas huic mundo per voluptatem, auaritiam, inanem gloriam deditas fallit, & quasi mancipia detinet atq; trahit.

A SOLA itaq; contemplatio reliqua est, quæ ritu magico subduci non possit: nullus enim attrahitur ad seipsum. Vnus namque existit, ipseq; est id ipsum spectaculum quod speculatur atq; ratio non seducta: sed quod ritè agendum est, id agit, suiq; ipsius vitam & opus agit. Illic autem nō agit animus quod suum est, neq; ratio præbet exordium, sed initium ibi ab irrationali parte traditur, regulæq; agendi sunt à passione propositæ. In appetitu procreationis curaq; liberorū manifestus apparet attractus: B similiterq; in omnibus quæ suauitate quadam alliciunt appetentes. Actiones quoq; tum quæ per iram absq; ratione mouentur, tum quæ incitantur cupiditate, ciuilis quoque gubernationis auiditas & studium imperandi, significant dominanai cupiditatem nobis incitatam iam incitare. Tum verò studia imperandi huc potissimū tendentia, ne iniuriæ nobis ab alijs inferantur, à metu ducunt originem: quæ autem vt ipsi plus alijs reportemus, à cupiditate C ducuntur. Quæ denique necessitati vtilitatiq; seruiunt, naturæ indigentiam implere conantes, planè ostendūt ipsam naturæ vim nos studio viuendi prorsus conciliantem. Siquis autem objiciat actiones circa honesta versantes non esse magico ritu deductas, alioquin contemplationem quoque pulchrorum tali quadam conditione subduci: respondendum est, si quis actiones honestas sequatur vt necessarias, D spectās videlicet aliud quiddam verè pulchrū, hunc nequaquam magicis modis illaqueari. Nouit enim necessitatem, neque ad id quod nostris inest actionibus aspicit, neque ad alia huic vita dirigitur: nisi fortè per partem ipsius irratio-

A ΜΟΝΗ δὲ λείπεται ἡ θεωρία, ἀγοήτευτος εἶναι, ὅτι μηδεὶς πρὸς αὐτὸν γεγοήτευται, εἷς γάρ ἐστι. καὶ τὸ θεωρούμενον αὐτός ἐστι, καὶ ὁ λόγος οὐκ ἠπατημένος: ἀλλ' ὃ δεῖ, ποιεῖ. καὶ τὴν αὐτοῦ ζωὴν, καὶ τὸ ἔργον ποιεῖ: ἐκεῖ δὲ, οὐ τὸ αὐτοῦ, καὶ οὐχ ὁ λόγος τὴν ὁρμὴν, ἀλλ' ἀρχὴ καὶ τοῦ ἀλόγου, αἱ τοῦ πάθους προτάσεις. τέκνων μὲν γὰρ ἐπιμέλειαι, καὶ B πρὸς γάμον σπουδαὶ, φανερὰν τὴν ὁλκὴν ἔχουσιν: ὅσα τε τοὺς ἀνθρώπους δελεάζει, ἡδέα γινόμενα ταῖς ἐπιθυμίαις. πράξεις δὲ, αἱ μὲν διὰ θυμὸν ἀλόγως κινοῦνται: αἱ δὲ αἱ ἐπιθυμίαις, ὡσαύτως. πολιτεῖαι δὲ καὶ ἀρχῶν ὀρέξεις, τὸ φίλαρχον τὸ ἐν ἡμῖν ἔχουσι προκαλούμενον. καὶ αἱ μὲν γινόμεναι ὑπὲρ τοῦ μὴ παθεῖν, ἀρχὴν ἔχουσι τὸν φόβον: αἱ δ' ὑπὲρ τοῦ πλείονος, τὴν ἐπι- C θυμίαν. αἱ δὲ τῶν χρειωδῶν χάριν, τὴν τῆς φύσεως ἔνδειαν ζητοῦσαι ἀποπληροῦν, φανερῶς ἔχουσι τὴν τῆς φύσεως βίαν, πρὸς ζῆν οἰκειώσασαν. εἰ δέ τις λέγει τὰς πράξεις τῶν καλῶν ἀγοητεύτους εἶναι, ἢ καὶ τὴν θεωρίαν καλῶν οὖσαν γοητεύεσθαι λεκτέον: εἰ μὲν ὡς ἀναγκαίας καὶ τὰς καλὰς λεγομένας πράξεις πράττοι, ἄλλο τὸ ὄντως καλὸν D ἔχων, οὐ γεγοήτευται. οἶδε γὰρ τὴν ἀνάγκην, καὶ οὐ πρὸς τὸ τῇδε βλέπει, οὐδὲ πρὸς ἄλλα ὁ βίος, ἀλλὰ τῇ τῆς φύσεως τῆς

ἀνθρωπίνης βίᾳ, καὶ τῇ πρὸς τὸ ζῆν τῶν ἄλλων ἢ καὶ αὐτοῦ οἰκειώσει. δοκεῖ γὰρ εὔλογον ἴσως, μὴ ἐξάγειν ἑαυτὸν διὰ τὴν οἰκείωσιν, ὅτι οὗτος ἐγοητεύθη, εἰ δὲ τὸ ἐν ταῖς πράξεσιν ἀγαπήσας καλὸν τὰς πράξεις αἱρεῖται, ἀπατηθεὶς τοῖς ἴχνεσι τοῦ καλοῦ, γεγοήτευται, τὸ περὶ τὰ κάτω καλὸν διώκων. ὅλως γὰρ ἡ περὶ τὸ ἐοικὸς τῷ ἀληθεῖ πραγματεία καὶ ὁλκὴ εἰς αὐτὸ πᾶσα ἠπατημένου, ἐξ ἐκείνων τῶν ἐπ' αὐτὰ ἑλκόντων. τοῦτο δὲ, ἡ τῆς φύσεως γοητεία ποιεῖ. τὸ γὰρ οὐκ ἀγαθὸν ὡς ἀγαθὸν διώκειν ἑλχθέντα τῷ ἐκείνου εἴδει ἀλόγοις ὁρμαῖς, τοῦτό ἐστιν, ἀγομένου ὅπου μὴ ἤθελεν οὐκ εἰδότος. τοῦτο δὲ τί ἄν τις ἄλλο, ἢ γοητείαν εἴποι; μόνος οὖν ἀγοήτευτος, ὃς ἑλκόμενος τοῖς ἄλλοις αὐτοῦ μέρεσι, τούτων οὐδὲν ἀγαθὸν εἶναι λέγει, ὧν ἐκεῖνα λέγει: ἀλλὰ μόνον ὃ οἶδεν αὐτός, οὐκ ἠπατημένος, οὐδὲ διώκων, ἀλλ' ἔχων, οὐκ ἂν ἕλκοιτο οὐδαμοῦ.

A irrationalem vi quadam humanæ naturæ, & naturali familiaritate nos cum vita vel aliorum vel nostra conciliante, hic irretitus esse dicatur. Videtur enim fortè rationale non educere seipsum è vita ob quandam cum vita necessitudinem nobis maximè propriam, qua penitus occupamur: Sin autem vir rebus gerendis deditus ipsa pulchritudine rerum eiusmodi sit contentus, ideoq; eligat actiones, hic iam deceptus ipsius pulchri vestigijs quasi veneficijs B est irretitus: vnde pulchritudinem rebus inferioribus insitam studiosè prosequitur. Omnino enim negociatio omnis circa id quod est simile vero, tractusq; ad hoc ipsum omnis, est quidam raptus ingenij ab his decepti ad se rapientibus. Id verò ipsa naturæ magica subductio facit. Sequi enim velut ipsum bonum quod non est ipsum bonum, dum quis specie ipsius allicitur, impetuq; irrationali prorumpit, passio quædam est ingenij clam quò nole- C bat attracti. Hoc autem quidnam aliud præter raptum quendam magicum esse dicemus? Solus ergo maleficijs eiusmodi minimè rapitur, qui per alias sui partes tractus nihil talium affirmat bonum, quæ illis bona videntur: sed solùm quod ipse nouit, neque deceptus, neque sequens, sed iam possidens. Hic itaq; nusquam trahitur.

Homo non solùm tanquam mundi pars quædam fataliter agit, patiturq; multa, sed etiam substantiam habet propriam naturaliter quidem, partim superioribus, partim inferioribus cognatam: ac libero motu potest insuper affectionem & habitum induere tam cum superioribus quàm cum inferioribus congruentem.

Eiusmodi habitus fit animo tandem quasi natura, cuius instinctu sub diuino iudicio fertur in sortem atque locum aut superis, aut inferis competentem. Cap. XLV.

ἘΚ δὴ τῶν εἰρημένων ἁπάντων ἐκεῖνο φανερὸν, ὅτι ὡς ἕκαστον τῶν ἐν τῷ παντὶ ἔχει φύσεως καὶ διαθέσεως, οὕτω τοι συντελεῖ εἰς τὸ πᾶν, καὶ πάσχει καὶ ποιεῖ. καθάπερ ἐφ' ἑκάστου ζώου ἕκαστον τῶν μερῶν ὡς ἔχει φύσεως καὶ κατασκευῆς, οὕτως πρὸς τὸ ὅλον συντελεῖ καὶ ὑπουργεῖ, καὶ τάξεως καὶ χρείας ἠξίωται. δίδωσι δὲ τὸ παρ' αὐτοῦ, καὶ δέχεται τὰ παρὰ τῶν ἄλλων, ὅσων αὐτοῦ δεκτικὴ ἡ φύσις, καὶ οἷον συναίσθησις παντὸς πρὸς πᾶν. καὶ εἰ ἕκαστον δὲ τῶν μερῶν καὶ ζῶον ἦν, εἶχεν ἂν καὶ ζώου ἔργα, ἕτερα ὄντα τῶν τοῦ μέρους. καὶ δὴ κἀκεῖνο ἀναφαίνεται, ὅπως τὸ καθ' ἡμᾶς ἔχει, ὡς ποιοῦντες τι καὶ ἡμεῖς ἐν τῷ παντὶ, οὐ μόνον ὅσα σῶμα πρὸς σῶμα καὶ πάσχον αὖ τὰ τοιαῦτα ἔτι, καὶ τὴν ἄλλην αὐτῶν φύσιν εἰσφερόμεθα συναφθέντες τοῖς συγγενέσιν, οἷς ἔχομεν πρὸς τὰ συγγενῆ τῶν ἔξω· καὶ δὴ καὶ ψυχαῖς ἡμῶν, καὶ διαθέσεσι, συναφεῖς γινόμενοι μᾶλλον δὲ ὄντες πρό τε τὰ ἐφεξῆς, ἐν τῷ δαιμονίῳ τόπῳ. καὶ τὰ ἐπέκεινα αὐτῶν, οὐκ ἔστιν ὅπως λανθάνομεν, ὁποῖοί τινες ἐσμέν. οὐ τοίνυν οὐδὲ τὰ αὐτὰ πάντες δίδομεν, οὐδὲ τ' αὐτὸν δεχόμεθα. ὃ γὰρ μὴ ἔχομεν, πῶς ἂν μεταδοίημεν ἄλλῳ οἷον ἀγαθόν; οὐδ' αὖ τῷ μὴ

A EX omnibus quæ dicta sunt manifestum est, quicquid comprehenditur vniuerso singulatim quemadmodum natura dispositioneque præditum est, sic ad vniuersum conducere facereq; & pati. Sicut & in quolibet animali vnaquæq; pars quemadmodum se natura affectioneque habet, ita confert ad totum atque subministrat, & tali quodam ordine vsuq; censetur. Tradit præterea ex se aliquid, & ab alijs accipit pro capacitate naturæ, ac velut consen- B sus quidam toti inest ad totum, ac si pars quælibet esset animal, haberet vtiq; animalis opera à partis ipsius operibus differentia. Proinde id quoque constat qualis sit nostra conditio: quemadmodum scilicet nos quoq; in vniuerso aliquid facimus, non solùm quæ corpus erga corpus facit & patitur, verùm etiam alteram quandam nostram in medium naturam adducimus, copulati per cognata nobis insita cognatis extrinsecus existentibus: nempe ani- C mabus affectionibusq; nostris efficimur: imò verò sumus contigui tum rebus infra nos proximè in loco dæmonico positis, tum rebus superioribus. Cumque sic affecti simus, nimirum quales simus latêre non potest: Igitur neque omnes eadem exhibemus, neque accipimus eadem. Quod enim non possidemus, quónam pacto præstare possumus alijs ceu bonum? Rursusque natura nequaquam

A boni capace quonam modo bonum aliquid capiemus? Prauitatem igitur suam quisq; adhibens & quisnam sit deprehenditur, & pro natura sua in id quod habet impellitur, tum apud nos, tum hinc in locũ alium profectus similem quodam tractu naturæ. Vir autem probus accipit, dat, permutatur alia ratione, singulis videlicet translatis quò decet tractibus naturæ quibusdam quasi funibus. Tam mirabilẽ vniuersum hoc potestatem habet & ordinem, in quo quidem silenti quodam occultoq; iussu & B via iustè omnia dispensantur sub diuino iudicio, cuius sententiam nulli prorsus licet effugere: quam quidem malus intelligit nullus, sed fertur tantùm inscius in quam potissimum decet partem vniuersi transferri. At vir bonus & nouit, & quò oportet accedit, & antequam accedat, præsentit vbi post accessum sibi necessariò sit habitandũ, bonaq; spe viuit, se quandoq; cum dijs ipsis habitaturum. In paruo quidem animali paruę quoq; sunt mutationes partium C & consensus exigui, neq; in eo partes ipsæ sunt animalia, nisi fortè in nonnullis ad breue. At in eo animali in quo tam ingentia sunt interualla, & quodlibet suorum inclinationem & permutationem quandã subit, animaliaq; insunt multa, necessarium est motus translationesq; esse maiores. Videmus profectò solem, lunam, stellas omnes ordine certo transferri, situmq; mutare. Non igitur dissonat rationi animas quoq; ab alio loco ad alium transmutari, non D eundem semper seruantes morem, ordinatas denique & vt affectionibus suis conuenit congrua proportione dispositas: dũ videlicet aliæ vicem quasi capitis obtinent, aliæ verò pedum, vicem inquam cõgruam vniuerso. habet enim & hoc differentias ad melius atq; deterius. Siqua verò anima neq; quod hîc est melius eligit, neq; inquinatur deteriore, ad locũ alium commutatur, & purum quem elegerat quandoque consecutura. Punitiones verò animarum tales E sunt, quales partium ægrotarũ, vbi aliæ fomentis alligantur, aliæ circunciduntur, vel expurgantur, aliæ qualitatibus permutantur, vt sanum sit totum, singulis vbi expedit ritè dispositis. Sanitas enim totius spectatur in primis, hoc obligato, illo potius qualitatibus permutato, alio autem hinc expulso quasi hîc languente, illuc verò translato, vbi minimè langueat.

A δεκτικῷ ἀγαθοῦ, ἀγαθόν τι κομιούμεθα. τὴν οὖν αὐτοῦ τις κακίαν συνάψας, ἐγνώσθη τε ὅς ἐστι· καὶ κατὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν ὤσθη, εἰς ὃ ἔχει. καὶ ἐνταῦθα καὶ ἐντεῦθεν ἀπαλλαγεὶς, εἰς ἄλλον τοιοῦτον τόπον φύσεως ὁλκαῖς. τῷ δὲ ἀγαθῷ, αἵτε λήψεις, αἵτε δόσεις, καὶ αἱ μεταθέσεις, ἄλλαι: ὥσπερ ἐκ μηρίνθων ὁλκαῖς τισι φύσεως μετατιθεμένων. οὕτω θαυμα- B στῶς ἔχει δυνάμεως καὶ τάξεως, τόδε τὸ πᾶν. γινομένων ἁπάντων ἀψόφῳ κελεύθῳ κατὰ δίκην, ἣν οὐκ ἔστι φυγεῖν οὐδενί. ἧς ἐπαΐει μὲν ὁ φαῦλος οὐδέν. ἄγεται δὲ οὐκ εἰδὼς, οἷ δεῖ ἐν τῷ παντὶ φέρεσθαι. ὁ δ' ἀγαθὸς, καὶ οἶδε. καὶ οὗ δεῖ, ἄπεισι. καὶ γινώσκει πρὶν ἀπιέναι, οὗ ἀνάγκη αὐτῷ ἐλθόντι οἰκεῖν. καὶ εὔελπίς ἐστιν, ὡς μετὰ θεῶν ἔσοιτο. ἐν μὲν γὰρ ὀλίγῳ ζώῳ, σμικραὶ τῶν μερῶν αἱ μεταβολαὶ C καὶ συναισθήσεις. καὶ οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ τὰ μέρη ζῶα εἶναι, εἰ μή που ἐπὶ βραχὺ ἔν τισιν. ἐν δὲ τῷ ἐν ᾧ διαστάσεις τε τοσαῦται, καὶ ἕκαστον τῶν ἐν αὐτῷ χάλασιν ἔχει, καὶ ζῶα ἐστὶ πολλὰ, τὰς κινήσεις δεῖ καὶ τὰς μεταστάσεις, μείζους εἶναι. ὁρῶμεν δὲ καὶ ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα, ἐν τάξει μετατιθέμενα, καὶ μετακινούμενα. οὐ τοίνυν ἄλογον, οὐδὲ τὰς ψυ- D χὰς μετατίθεσθαι, μὴ τὸ αὐτὸ ἀεὶ ἦθος σωζομένας, ταττομένας δὲ ἀνάλογον ὧν ὃν ἔπαθον. καὶ ποιοῦσι τάξιν, οἷον κεφαλῆς. τὰς δὲ, οἷον λαβούσας πρὸς τὸ πᾶν σύμφωνον. ἔχει γὰρ καὶ αὐτὸ διαφορὰς, πρὸς τὸ ἄμεινόν τι καὶ χεῖρον. ἣ δ' αὖ μήτε τὸ ἄμεινον τὸ ἐνταῦθα αἱρῆται, μήτε τοῦ χείρονος μετέχουσα ᾖ, ἄλλον τόπον καὶ καθαρὸν ἠλλάξατο, τοῦτον ὃν εἵλετο λαβοῦσα. αἱ δὲ κολάσεις ὥσπερ νε- E νοσηκότων μερῶν, τῶν μὲν, ἐπὶ στύψεις φαρμάκοις, τῶν δὲ ἐξαιρέσεις, ἢ καὶ ἀλλοιώσεις, ἵνα ὑγιαίνῃ τὸ πᾶν ἑκάστου διατιθεμένου οὗ δεῖ. τὸ δ' ὑγιεινὸν, τοῦ παντὸς ἀλλοιουμένου· τοῦ δὲ ἐξαιρουμένου ἐντεῦθεν, ὡς ἐνθαδὶ νοσοῦντος, οὗ δὲ μὴ νοσήσει τιθεμένου.

ΠΛΟ-

ΠΛΩΤΙΝΟΥ

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Δ, ΛΟΓΟΣ Ε.

PLOTINI

ENNEAD. QVARTAE, LIBER V.

ΠΕΡΙ ψυχῆς ἀποριῶν τρίτον, ἢ περὶ ὄψεως.

De dubijs animæ, vel de visione.

SENTIRE est percipere corporea singulatim per instrumenta corporea. In perceptione sensuali deprehendimus externorum corporum qualitates aut actus vsq; ad animã, vel circa animam quodammodo peruenire, necnon quandoq; vim actumq; animæ ad corporea se porrigere. Quod quidem fieri nullo modo posset, nisi anima proportionem quandam ad hæc haberet: hanc verò non habet nisi ipsa per vim vegetalem suo quodã pacto formet manifestum corpus & præcipuè spiritum: atq; ita sibi cõformet, vt vis eius actusq; per hoc suum corpus quasi instrumentũ ad externa quandoq; se porrigat, & externorum motus ad hoc veniendo quodammodo videantur ad animam peruenisse. Deniq; vt visus percipiat rem videndam, non opus est foris corpore medio quasi ad videndum necessariò adiuuante: satis enim per se visus oculusq; natura paratus est vt versetur circa luminosum, atq; hoc vicißim circa visum. Corpus verò medium siquidem opacum est impedit: sin diaphanum, hoc tantùm habet, vt visioni nõ obstet sicut solet opacum, absq; hoc ergo fortè videbitur.

Cap. I.

ΕΠΕΙ δὲ ὑπερεθέμεθα σκέψασθαι, εἰ μηδενὸς ὄντος μεταξὺ ἔστιν ὁρᾶν, οἷον ἀέρος ἢ ἄλλου τινὸς τοῦ λεγομένου διαφανοῦς σώματος, νῦν σκεπτέον. ὅτι μὲν οὖν διὰ σώματός τινος δεῖ τὸ ὁρᾶν, καὶ ὅλως τὸ αἰσθάνεσθαι, εἴρηται. ἄνευ μὲν γὰρ σώματος πάντη ἐν τῷ νοητῷ τὴν ψυχὴν εἶναι. τοῦ δὲ αἰσθάνεσθαι ὄντως * ὄντος ἀντιλήψεως οὐ νοητῶν, ἀλλὰ αἰσθητῶν μόνον δεῖ, πως τὴν ψυχὴν συναφῆ γενομένην τοῖς αἰσθητοῖς, διὰ τῶν προσομοίων κοινωνίαν τινὰ πρὸς αὐτὰ γνώσεως ἢ παθήματος ποιεῖσθαι; διὸ, καὶ δι' ὀργάνων σωματικῶν ἡ γνῶσις. διὰ γὰρ τούτων οἷον συμφυῶν, ἢ συνεχῶν ὄντων, οἷον εἰς ἕν πως πρὸς αὐτὰ τὰ αἰσθητὰ ἰέναι, ὁμοπαθείας τινὸς οὕτω πρὸς αὐτὰ γινομένης. εἰ οὖν δεῖ συναφήν τινα πρὸς τὰ γινωσκόμενα γίνεσθαι, περὶ μὲν τῶν, ὅσα ἀφῇ τινι γινώσκεται, τί ἄν τις ζητοῖ; περὶ δὲ τῆς ὁράσεως, εἰ δὲ καὶ περὶ τῆς ἀκοῆς ὕστερον. ἀλλὰ περὶ τοῦ ὁρᾶν εἰ δεῖ τι μεταξὺ εἶναι σῶμα τῆς ὄψεως καὶ τοῦ χρώματος. ἢ νύτοι κατὰ συμβεβηκὸς ἂν τὸ μεταξὺ σῶμα, συμβάλλεται δὲ οὐδὲν πρὸς ὅρασιν τοῖς ὁρῶσιν. ἀλλ' εἰ πυκνὰ μὲν ὄντα τὰ σώματα, ὥσπερ τὰ γεηρά,

A QVONIAM verò inuestigare cõstituimus, nunquid videre posimus, si nihil sit mediũ, ceu aer aliúdue perspicuum corpus inter oculũ atq; id quod est videndum, operæpretium est hoc ipsum in præsentia prosequi. Principio quod per corpus aliquod oporteat videre & omnino sentire iam dictum
B est: nam animá absq; corpore prorsus in mundo intelligibili viuere. Cũ verò sentire sit percipere non quidem intelligibilia, sed sensibilia tantùm, oportet animam factam quodammodo contiguam sensibilibus, per quædá iam sibi familiaria communionem quandá ad hæc cognitionis vel pasionis inire. quapropter & per instrumẽta corporea eiusmodi cognitio fit. Per hæc enim quasi cognata siue continua, quasi in vnum quodammodo ad ipsa sensibilia oportet
C accedere, compasione quadam ad ipsa ita iam facta. Quòd ergo necessarium sit contactum quendam ad illa quæ cognoscenda sunt fieri, nimirum quantũ spectat ad ea, quæ tactu quodam percipiuntur, nemo forsitan ambigat, de visione verò magis ambiguum. At vtrum idem in audiendo necessarium sit, in sequentibus indagabimus. Nẽpe in præsentia de visu tractandum est, nunquid oporteat medium quiddam corpus esse inter visum atque colorem? For-
D tè verò corpus ex contingenti medium incidit, sed confert nihil videntibus ad videndum. At si corpora quo densiora sunt ceu terrena, eo

magis impediunt visionem, quo verò tenuiora sunt media facilius peruidemus: poterit aliquis media hæc ad videndū conferentia dicere, aut si non conferentia, saltem non obstantia visioni. hæc autem aliquis obstantia dixerit. Sed nunquid medium corpus passionem prius accipiat, & quasi formetur, est quærendum. Signum verò huius aliquis afferat, quòd si quis ante faciem nostram sit, vel penes colorē aspiciens etiam videt, id ipsum verò ad nos vsq; minimè perueniret, nisi passio quædā medio fuisset illata: sed fortè non necessarium est pati medium, dum quod passioni naturaliter est expositum, velut oculus patitur: aut si tūc medium patitur, aliud quiddam patitur: quandoquidē neq; calamus medius inter piscem illum stupefacientem nomine Narcem, atq; manū patitur, quòd manus ipsa patitur: tametsi hic quoque nisi calamus in medio situs, & seta siue capillus esset, manus minimè pateretur. Fortè etiā hoc est ambigendum: nam si intra rete sit piscator, patietur & stupefiet. Videtur autem hic sermo ad illas quæ dictæ sunt compassiones se cōferre: nempe si hoc tale ab hoc tali naturaliter vicissim pati potest, ex eo quòd similitudinē ad ipsum quandam habet, nō propterea quòd inter hæc medium est, patitur si dissimile fuerit: aut certè idem minimè patietur. Quod si ita se habet, multò magis vbi nullū sit medium patietur quod est naturaliter obnoxium passioni: tametsi medium tale fuerit, vt & ipsum aliquid patiatur.

κωλύει ὁρᾶν· ὅσῳ δὲ λεπτότερα ἀεὶ τὰ μεταξὺ, μᾶλλον ὁρῶμεν: συνεργὰ αὐτίς τοῦ ὁρᾶν, τὰ μεταξὺ θείη: ἢ οὐ συνεργὰ, οὐ κωλυτικά. ταῦτα δὲ κωλυτικὰ αὐτίς εἴποι. ἀλλ' εἰ τὸ πάθος πρότερον τοῦ μεταξὺ παραδέχεται, καὶ οἷον τυποῦται. σημεῖον δὲ, τὸ, εἰ καὶ ἔμπροσθέν τις ἡμῶν ἔσται ἢ πρὸς τὸ χρῶμα βλέπων, κἀκεῖνον ὁρᾶν, πάθους ἐν τῷ μεταξὺ μὴ γινομένου, οὐδ' ἂν εἰς ἡμᾶς τοῦτο ἀφικνοῖτο· ἢ οὐκ ἀνάγκη τὸ μεταξὺ πάσχειν, εἰ τὸ πεφυκὸς πάσχειν ὁ ὀφθαλμὸς πάσχει· ἢ εἰ πάσχει, ἄλλο πάσχει. ἐπεὶ οὐδ' ὁ κάλαμος ὁ μεταξὺ τῆς νάρκης καὶ τῆς χειρὸς, ὃ πάσχει ἡ χείρ: καὶ μὴν κἀκεῖ εἰ μὴ μεταξὺ ὁ κάλαμος εἴη καὶ ἡ θρὶξ, οὐκ ἂν πάθοι ἡ χείρ. ἢ τοῦτο μὲν καὶ αὐτὸ, ἀμφισβητοῖτο ἄν. καὶ γὰρ εἰ ἐντὸς δικτύου γίνοιτο ὁ θηρευτής, πάσχειν λέγεται τὸ ναρκᾶν· ἀλλὰ γὰρ κινδυνεύει ὁ λόγος, ἐπὶ τὰς λεγομένας συμπαθείας ἰέναι. εἰ δὲ τοδὶ ὑπὸ τοῦδὶ πέφυκε πάσχειν συμπαθῶς, τῷ τινὰ ὁμοιότητα ἔχειν πρὸς αὐτὸ, οὐκ ἂν τὸ μεταξὺ ἀνόμοιον ὂν πάθοι. ἢ τὸ αὐτὸ οὐκ ἂν πάθοι· εἰ τοῦτο, πολλῷ μᾶλλον μηδενὸς ὄντος μεταξὺ. πάθοι ἂν τὸ πεφυκὸς πάσχειν, καὶ τὸ μεταξὺ τοιοῦτον ᾖ, οἷον αὐτὸ καὶ παθεῖν τι.

Inter visum atq; visibile medium per se necessarium est lumen, vel cōmune externumq;, vel proprium, siue oculi seu obiecti natura valde lucentis: corpus autem non adeò necessarium inter hæc medium est. Visio fit potißimum, quia vel radius ab oculo visualis proficiscitur ad visibile, vel à visibili iam luminoso nonnihil procedit ad visum, vel vtroq; simul pacto, & omnino quoniam tam oculus, quàm visibile ita in natura mundi viuente sunt disposita, vt proprietatem habeant inuicem valde conformem, per quam à se inuicem facilè moueantur, agantq; mutuò, vel patiantur. Corpus igitur nec est per se necessarium ad emicantem ex oculo radium sustinendum, atq; perferendum, qui sine sustentaculo in rectum profluit naturaliter: nec ad lumen ita vehendum, siue sit lumen obiecti, siue sit alienum: nec etiā ad compaßionem inter visibile visumq; complendam: satis enim per se mutuæ sunt exposita passioni. deniq; nec necessarium est aerem medium ab obiecto colorari, figurariq; modo ceræ, per quam paßionem visus subinde similiter patiatur: alioquin ad cernendum non oporteret oculum ad obiectum ipsum conuertere procul positum. Satis enim foret oculum attingi à contigua nobis parte aeris iam formata. Omnino verò spiritales sub lumine visibilium species peruenientes ad oculum absq; aeris paßione perueniunt. *Cap. II.*

SI ergo sic visio fiat, vt visus ipsius lumen cū lumine medio coniungatur vsque ad sensibile, oportet hoc medium esse lumen, atq; suppositio hęc medium id requirit: sin autē subiectum corpus coloratum aliquo modo medium afficit atq; permutat, quidnam prohibet permutationem eiusmodi statim ad oculum peruenire, etiam si nullum mediū interuenerit? Siquidem nunc necessariò quòd interuenit, ob hoc ipsum quòd interuenit, prius quàm oculus permutatur. Proinde qui dicūt per quandā visus ipsius effusionem nos videre, nulla ratione adducuntur ad medium afferēdum, nisi fortè metuant, ne radius ipse decidat: sed radius naturam habet luminis, lumen autē rectè diffunditur. Qui autem insistentiam quandam in causa visionis assignāt, medio prorsus egebunt. At verò assertores simulachrorū affirmantes ea per vacuum pertransire, expeditum exigunt locū, ne peruenire prohibeatur. Quapropter si multò minus impediētur, vbi nullū sit mediū, nimirū præsentē suppositionē in cōtrouersiā minimè trahēt.

ΕΙ' μὲν οὖν τοιοῦτόν ἐστι τὸ ὁρᾶν, οἷον τὸ τῆς ὄψεως φῶς συνάπτειν πρὸς τὸ μεταξὺ φῶς μέχρι τοῦ αἰσθητοῦ, δεῖ μεταξὺ τοῦτο εἶναι τὸ φῶς· καὶ ἡ ὑπόθεσις αὕτη, τὸ μεταξὺ τοῦτο ζητεῖ. εἰ δὲ τροπὴν ἐργάζεται τὸ ὑποκείμενον σῶμα κεχωρισμένον, τί κωλύει τὴν τροπὴν εὐθὺς πρὸς τὸ ὄμμα ἰέναι, μηδενὸς ὄντος μεταξὺ; εἰ γὰρ νῦν ἐξ ἀνάγκης ὅτι ἐστὶ, τρέπεταί πως τὸ τῶν ὀμμάτων πρόσθεν κείμενον. καὶ οἱ ἐκχέοντες δὲ τὰς ὄψεις, οὐκ ἂν ἔχοιεν ἀκολουθοῦν, τὸ πάντως μεταξύ τι εἶναι· εἰ μὴ φοβοῖντο μὴ πέσοι ἡ ἀκτίς. ἀλλὰ φωτός ἐστι, καὶ τὸ φῶς εὐθυπορεῖ. οἱ δὲ τὴν ἔνστασιν αἰτιώμενοι, δέοιντο ἂν πάντως τοῦ μεταξὺ. οἱ δὲ τῶν εἰδώλων προστάται, διὰ τοῦ κενοῦ λέγοντες διϊέναι, χώραν ζητοῦσιν ἵνα μὴ κωλυθῇ. ὥστ' εἰ ἔτι μᾶλλον οὐ κωλύσει τὸ μηδὲν εἶναι μεταξὺ, οὐκ ἀμφισβητοῦσι τῇ ὑποθέσει.

ἴσω

ὅσοι δὲ συμπαθείᾳ τὸ ὁρᾶν λέγουσιν, ἧττον μὲν ὁρᾶν φήσουσιν, εἴ τι μεταξὺ εἴη· ἢ κωλύοι ἢ ἐμποδίζοι, καὶ ἀμυδρὰν ποιεῖ τὴν συμπάθειαν· μᾶλλον δὲ ἀκόλουθον λέγειν, ποιεῖν πάντως ἀμυδράν, καὶ τὸ συγγενὲς ᾖ καὶ αὐτὸ πάσχον. καὶ γὰρ εἰ σῶμα συνεχὲς ἐν βάθει ἐκ προσβολῆς πυρὸς καίοιτο, ἀλλὰ τὸ ἐν βάθει αὐτοῦ τῇ προσβολῇ τοῦ πρόσθεν ἧττον ἂν πάσχοι. ἀλλ' εἰ ζῴου ἑνὸς μόρια εἴη συμπαθῆ, ἆρ' ἂν ἧττον πάθοι ὅτι μεταξύ τί ἐστιν; ἢ ἧττον μὲν ἂν πάθοι, σύμμετρον δ' ἂν εἴη τὸ πάθος ὅσον ἐβούλετο ἡ φύσις. κωλύοντος τὸ ἄγαν τοῦ μεταξύ· εἰ μή που τοιοῦτον εἴη τὸ διδόμενον, ὥστε ὅλως τὸ μεταξὺ μὴ πάσχειν, ἀλλ' εἰ συμπαθὲς τῷ ἓν ζῷον εἶναι, καὶ ἡμεῖς πάσχομεν, ὅτι ἐν ἑνὶ καὶ ἑνός. πῶς οὐ δεῖ ὅταν τοῦ πόρρω αἴσθησις ᾖ, συνέχειαν εἶναι, ἢ τὴν κατὰ συνέχειαν καὶ τὸ μεταξύ, διὰ τὸ τὸ ζῷον δεῖν συνεχὲς εἶναι; τὸ δὲ πάθος κατὰ συμβεβηκὸς συνεχοῦς, ἢ πᾶν ὑπὸ παντὸς φήσομεν πάσχειν. εἰ δὲ τόδε μὲν ὑπὸ τοῦδε, ἄλλο δὲ ὑπ' ἄλλου οὐ τὸ αὐτό, οὐκ ἂν δέοι τόπος τοῦ μεταξὺ πανταχοῦ. εἰ οὖν ἐπὶ ὄψεως λέγοι τις δεῖσθαι, διὰ τί φατέον; ἐπεὶ οὐδὲ πανταχοῦ φαίνεται τὸ δι' ἀέρος ἰὸν πάσχειν, ποιοῦν τὸν ἀέρα. ἀλλ' ἢ μόνον διαιρεῖν· οἷον, λίθος εἰ ἄνωθεν πίπτοι, τί ἄλλο; ἢ οὐχ ὑπομένει ὁ ἀήρ; ἐπεὶ οὐδὲ τῇ ἀντιπεριστάσει εὔλογον, κατὰ φύσιν οὔσης τῆς φορᾶς· ἐπεὶ οὕτω καὶ τὸ πῦρ ἄνω, τῇ ἀντιπεριστάσει. ἀλλ' ἄτοπον. φθάνει γὰρ τὸ πῦρ τῇ αὐτοῦ κινήσει ταχεία οὔσῃ, τὴν ἀντιπερίστασιν τοῦ ἀέρος. εἰ δ' ὑπὸ τοῦ τάχους ταχύνεσθαί τις τὴν ἀντιπερίστασιν φησίν, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκὸς ἂν γίνοιτο, οὐκ εἰς τὸ ἄνωθεν· ἐπεὶ καὶ ἀπὸ τῶν ξύλων ἡ ὁρμὴ πρὸς τὸ ἄνω, οὐκ ὠθούντων. καὶ ἡμεῖς δὲ κινούμενοι, τέμνομεν τὸν ἀέρα, καὶ οὐχ ἡ ἀντιπερίστασις ὠθεῖ· πληροῖ δὲ μόνον ἐφεπόμενος, τὸ παρ' ἡμῶν κινούμενον. εἰ οὖν τοῖς σώμασι διΐσταται τοῖς τοιούτοις μηδὲν παθών, τί κωλύει καὶ ἄνευ διαστάσεως συγχωρεῖν παριέναι, τοῖς εἰς ὄψιν εἴδεσιν; εἰ δὲ μηδὲ πάρεισιν ὡς ἐν ῥοῇ τὰ εἴδη, τίς πάσχειν ἀνάγκη; καὶ δι' αὐτοῦ τὸ πάθος πρὸς ἡμᾶς, τῷ προπαθεῖν ἰέναι. εἰ γὰρ τῷ προπαθεῖν τὸν ἀέρα ἡ αἴσθησις ἡμῖν, οὐκ ἂν πρὸς αὐτὸ βλέποντες, τὸ ὁρώμενον εἴδομεν, ἀλλ' ἐκ τοῦ παρακειμένου ἔσχομεν ἂν τὴν αἴσθησιν, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ θερμαίνεσθαι. ἐκεῖ γάρ, οὐ τὸ πόρρωθεν πῦρ, ἀλλ' ὁ ἀὴρ ὁ παρακείμενος θερμανθεὶς, θερμαίνειν δοκεῖ. ἁφὴ γὰρ τοῦτο. ἐν δὲ τοῖς ὁράμασιν, οὐχ ἁφή: ὅθεν οὐδ' ἐπιτεθὲν τῷ ὄμματι τὸ αἰσθητόν, ὁρᾶν ποιεῖ:

A Præterea quicunq; compaſsione quadam fieri aſſerunt viſionē, minus vtiq; videre nos dicent ſiquod medium interciderit: propterea quod hoc prohibebit impedietq; imperfectionē dũ minorem reddet compaſsionē: imò verò consentanea ratione dicere poſſumus, medium ipſum etiam ſi cognatum ſit, atq; etiā patiens, compaſsionem tamē illam debiliorem facere. Nam & ſi corpus cōtinuum in profundo ex acceſſu ignis vratur, tamē pars eius poſita in pro-
B fundo acceſsione ſuperioris partis minus vtiq; patietur. Verùm ſi animalis vnius partes viciſſim compatientes ſint, nunquid patientur minus, quia nōnihil ſit medium? Fortè patientur minus: nempe mediocris euadet paſsio quatenus natura voluerit: Quippe cum mediũ interpoſitum inhibeat paſsionis exceſſum, niſi fortè alicubi tale ſit quod infertur, vt medium nullo modo id pati queat. Cæterùm ſi totum propterea eſt compatiens quod eſt vnum animal, atq;
C nos ideo patimur, quoniam in vno vniuſq; ſumus, cur nō oporteat quando ſentitur aliquid procul poſitum, ineſſe continuitatem? Fortè continuitatem quidē & medium ipſum oportet alicubi intereſſe, quia neceſſe ſit animal eſſe continuum, paſsio verò per accidens eſt continui: alioquin omne ab omni pati fatebimur. Tum verò ſi hoc quidem ab hoc, aliud verò ab alio patitur, neque patitur idem, non erit opus vbiq; medio. Quòd ſi in viſione ſaltem aliquis
D opus eſſe dixerit, rationem aſsignare debebit: quandoquidem non vbiq; apparet quod procedit per aerem inferre aeri paſsionē, ſed diuidere tantùm: ceu cum lapis cadit deſuper nihil aliud aeri videtur accidere, niſi quod cadentem nō ſubſtinet lapidem. Neq; enim veriſimile eſt, lapidem cadere per quendam circunfuſi aeris ſubingreſſum, cũ deſcēſus ei ſit naturalis, quoniam ſic & ignis aſcenderet per ſimilem aeris ſubingreſſum, quod dictu eſt abſurdum. Ignis
E enim motus ſui velocitate præcurrit aerē ſuccedentem. Quòd ſi quis dicat ipſa velocitate etiam aeris accelerari ſucceſſum, attamē ſecundum accidens id eueniet, neq; propriè ſurſum, quoniam & à lignis impetus ſit in altum, nullo impellente creſcentibus. Atqui & nos euntes diuidimus aerē, neq; tunc circumfuſi aeris ſucceſsio nos impellit, ſed ſubſequens tantùm aer quod nos vacuũ reddimus, implet. Si ergo aer per corporum eiuſmodi motũ diſtantiam in-
F ter ſuas partes admittit, nihil aliud interea patiens, quid nam prohibet etiam abſq; diſtantia concedere ſpeciebus tranſitum ad aſpectum? Sin autem neq; perueniunt quidē velut quodam fluxu ſpecies, quænam neceſsitas pati cogit? Atq; per ipſum ad nos vſq; pâſsionē, ex eo quòd ille paſſus antea fuerit, peruenire? Si enim ex eo quòd aer antea patiatur, ſenſus efficeretur, certè non aſpiciendo ad ipſum viſibile cerneremus, ſed è proxima nobis aeris parte
G ſenſum reportaremus, quemadmodum in calefactione contingit. In hac enim non remotus ignis, ſed proximus calefactus aer calefacere nos videtur. Sed enim paſsio hæc ad tactum pertinet, in viſione autem non fit tactus: ideo neque ſenſibile impoſitum oculis efficit viſionem:

sed illuminari medium necessarium est, forsan A quoniam aer est tenebrosus. Ac nisi esset obscurus, forsan lumine non egeret. quod enim tenebrosum est, cum impediat visionẽ, oportet lumine superari. Fortè verò & ob hoc ipsum res videnda proximè admota visui, nequaquã cernitur, quoniam secum affert quandam tum sui ipsius, tum aeris vmbram.

ἀλλὰ φωτισθῆναι δεῖ τὸ μεταξύ, ἢ ὅτι σκοτεινὸν ὁ ἀήρ. μὴ ὄντος δὲ τούτου σκοτεινοῦ, οὐδ' ἂν ἐδέησε φωτὸς ἴσως. τὸ γὰρ σκοτεινὸν, ἐμπόδιον τοῦ ὁρᾶν, δεῖ κρατηθῆναι τῷ φωτί. τάχα δὲ ἂν καὶ προσαχθὲν τῇ ὄψει, οὐχ ὁρᾶται, ὅτι σκιὰν φέρει τὴν τοῦ ἀέρος καὶ τὴν αὐτοῦ.

Inter visum atq; visibile non est necessarius aer medius ad hoc ipsum propriè, vt forma obiecti imprimatur deinceps per partes aeris succedendo, vnde tandem imprimatur & oculo. Ratio ad hoc prima paulò superius assignata est. Sequuntur duæ, quarum vna est eiusmodi: Quando nocte profunda igniculum longissimè distantem cernimus, non est putandum ex igniculo formã continuatis aeris partibus gradatim imprimi. Non enim potest hunc ita pingere, nisi & easdem partes illuminet, nec tamen illuminat eas: alioquin alia quoq; multa in recto hoc spacio cerneremus. Ratio altera talis est: Si aer modo quodam suo, id est corporeo, à persona vidẽda pingatur, sequetur vt exigua illa pars aeris pupillæ proxima & æqualis, id duntaxat minimum de persona tota quod præfert, ostendat oculo: nũc autem in qualibet aeris portiuncula totum videmus obiectum. Deniq; aer nihil patitur ab illa specie, si qua mittitur ab obiecto, sicut neq; patitur ab ipso lumine, per quod mittitur: ab ipso inquam, qua ratione lumen. Sic enim momento adest & abest, neq; remanet illuminante subtracto, & est vbiq; totum. Ex quo apparet lumen neq; fieri propriam aeris qualitatẽ, nec esse reuera corporeum. Proinde incorporeum hoc non tam prouenit ex corpore quàm vita mundi. Nam & quando ad longissimum spatium scintillam vides, exiguum locustæ sonũ audis: & animalia quædam audiunt minima quæq;: item apes & formicæ mellita olfaciunt remotissima: conchæ quinetiam distantia gustant: & torpedo piscis per longam sæpe virgam stupefacit te quasi tangens, nõ est existimandum: præsertim in superioribus à minimo quoq; obiecto longissimum spatium frangi, & materialiter affici: sed interuenire nescio quid quodammodo spiritale, quod per tam longum spatium agat in sensum, id est actum quendam specialem ab ipsa specie rei sentiendæ prouenientem. A specie inquam, non tam quia in materia sit, quàm quia à spirituali viuaq; dependet idea. Actum quoq; specialem inquam, & spiritalem, siue hic intra nos fiat in instrumẽto sensus, vt in tactu atq; gustu, siue etiam extra nos in aere, vt circa visum, auditum, olfactum: siue etiam à visu proueniat in obiectum: qui sanè actus in omnibus sentiendis fit vbique inter passionem etiam materialem ab obiecto in aere factam circa sensus inferiores. Fit igitur opportunè tunc virtute quadam vitæ communis, cuius beneficio cuncta ligante tam facilè à rebus distantibus & mouetur sensus, & corpus conforme procul patitur à conformi. Quod etiã apparet in magia: & cælestia aliaq; multa vires suas impartiunt remotissimis: denique vita mundi communis ita sensum hunc cum hoc sensibili temperat, vt agente sensibili, moueatur sensus & agat, sicut in lyra dum mouetur hæc corda, statim & contemperata mouetur: & te clamante, paries conclamat sic expositus. De superioribus diligentius in commentarijs Theophrasti tractamus.

Cap. III.

A MAXIMVM verò argumentum est, non propterea cerni sensibiliũ formas quia iam aer illorum species per cõtinuatam traductionem patiendo susceperit, quòd sub obscura nocte ignis & sidera, horumq; formæ cernũtur: Neq; afferet quispiã in aere tenebroso impressas species sic ad oculum vsq; cõtinuari, alioquin non essent tenebrę vbi ignis illuminando suam speciem traderet. Quando etiam sub profundis tenebris occulentibus stellas & ignem horumq; lumen prorsus impedientibus, interim ex specula facibusq; prospicitur ignis, atque ex turri- B bus quæ signa nauibus exhibent. Siquis autem in his quoq; ignem trãsire dicat, repugnans videlicet sensui, oportebit etiam minima quæq; interim in aere cerni, neq; duntaxat ignem. Si ergo tenebris in medio prohibentibus, tamen quod est vltra tenebras peruidemus, multò magis vbi nullum sit medium discernemus. Sed hìc aliquis fortasis instabit, asserẽs vbi nullum C sit medium videri nihil, non quidem ex eo propriè quia desit medium: sed quoniam animalis compassio ad hæc ipsa prorsus auferatur, consensioq; partium inter se in eo quòd vnum totum sit consistens. Videtur enim ob id sensus quomodocunq; fieri: quoniam vniuersum hoc animal sibimet vbiq; compatitur. Nisi enim foret tale, quonam pacto aliud ab alijs etiã remotissimis vires acciperet? Hoc itaq; cõsideratione dignum est: Si alter esset mundus, alterumq;

A ΜΕΓΙΣΤΟΝ δὲ μαρτύριον τοῦ μὴ διὰ τοῦ ἀέρος παθόντος, τὸ εἶδος τοῦ αἰσθητοῦ ὁρᾶν, καὶ τὰς τούτων μορφάς, ὥσπερ διαδόσει, τὸ νύκτωρ ἐν σκότῳ, πῦρ τε καὶ τὰ ἄστρα ὁρᾶσθαι, καὶ τὰς τούτων μορφάς. οὐ γὰρ δὴ φήσει τις ἐν τῷ σκοτεινῷ τὰ εἴδη γινόμενα, οὕτω συνάψασθαι· ἢ οὐκ ἂν ἦν σκότος, τοῦ πυρὸς ἐλλάμψαντος τὸ αὐτοῦ εἶδος. ἐπεὶ καὶ πάνυ πολλοῦ σκότους ὄντος, B καὶ κεκρυμμένων καὶ τῶν ἄστρων καὶ τοῦ πυρὸς, καὶ τοῦ φωτὸς τοῦ παρ' αὐτῶν μὴ ἐλλάμποντος, ἐκ τῶν φρυκτωρειῶν ὁρᾶται τὸ πῦρ, καὶ ἐκ τῶν πύργων τῶν ναυσὶ σημαινόντων. εἰ δὲ καὶ διιέναι τις λέγοι καὶ ἐν τούτοις τὸ πῦρ, ἐναντιούμενος τῇ αἰσθήσει, ἐχρῆν τὴν ὄψιν τοῦ ἀμυδροῦ τοῦ ἐν τῷ ἀέρι, ποιεῖσθαι τὴν ἀντίληψιν· οὐκ ἐκείνου αὐτοῦ, οἷόν ἐστιν ἐναργές. εἰ δὲ μεταξὺ * σκότους ὄντος ὁρᾶται τὸ ἐπέκεινα, πολλῷ μᾶλλον μηδενός. ἀλλ' ἐκείνῳ C αὖτις ἐπιστήσειε, μὴ τῷ μεταξὺ μηδενὶ οὐκ ἔσται ὁρᾶν· οὐχ ὅτι μηδέν ἐστι μεταξύ, ἀλλ' ὅτι ἡ συμπάθεια τοῦ ζώου ἀναιρεῖται πρὸς αὐτά, καὶ ἡ πρὸς ἄλληλα τῶν μερῶν τῷ ἓν εἶναι. τούτῳ γὰρ ἔοικε καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι ὁπωσοῦν εἶναι, ὅτι συμπαθὲς τὸ ζῷον τόδε τὸ πᾶν ἑαυτῷ. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο, πῶς ἂν ἄλλο ἄλλου τῆς δυνάμεως μετελάμβανε, καὶ μάλιστα τῶν πόρρω; τοῦτο δὴ ἐπισκεπτέον, εἰ ἄλλος κόσμος ἦν καὶ ἄλλο

* [illegible]

ζῷον

ζῶον, μὴ συντελοῦν πρὸς τοῦτο, καὶ ὄψις ἦν ἐπὶ τοῖς νώτοις τοῦ οὐρανοῦ, εἰ ἐθεάσατο ἐκεῖνον ἐκ διαστήματος συμμέτρου, ἢ οὐδὲν ἂν εἴη πρὸς ἐκεῖνον τοῦτο; ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὕστερον. νῦν δέ, κἀκεῖνο αὖ τις μαρτύραιτο, εἰς τὸ μὴ τῷ πάσχειν τὸ μεταξὺ, τούτῳ τὸ ὁρᾶν γίνεσθαι. εἰ γὰρ δὴ πάσχοι τὸ τοῦ ἀέρος, σωματικῶς δήπουθεν ἀνάγκη πάσχειν: τοῦτο δέ ἐστιν οἷον ἐν κηρῷ τύπον γίνεσθαι, μέρος δὴ δεῖ τοῦ ὁρατοῦ, καθ' ἕκαστον μόριον τυποῦσθαι, ὥστε καὶ τὸ συναφὲς τῇ ὄψει μόριον τοσοῦτον, ὅσον καὶ ἡ κόρη τὸ καθ' αὑτὸ μόριον τοῦ ὁρατοῦ δέχοιτο ἄν. νῦν δὲ πᾶν τε ὁρᾶται. καὶ ὅσοι ἐν τῷ ἀέρι, κατά γε τὸ κατ' ἀντικρὺ, ἔκ τε πλαγίων, ἐπὶ πολὺ ὁρῶσιν, ἐγγύς τε καὶ κατόπιν οὐκ ἐπιπροσθούμενοι. ὥστε ἕκαστον μόριον τοῦ ἀέρος, ὅλον οἷον τὸ πρόσωπον τὸ ὁρώμενον ἔχειν. τοῦτο δέ, οὐ κατὰ σώματος πάθημα, ἀλλὰ κατὰ μείζους καὶ ψυχικὰς, καὶ ζώου ἑνὸς συμπαθοῦς ἀνάγκας.

A animal cum hoc nostro nullam habens communionem, esset; visus aliquis in cœli dorso, nunquid eiusmodi visus ex spatio moderato mundum alterum sit visurus, an potius nullũ huic futurum sit ad illum in agẽdo vel patiendo commercium? Sed de hoc tractabitur in sequentibus. Nunc verò id insuper aliquis afferre poterit testimonium, probans nõ propterea fieri visionem, quia medium patiatur: nempe si patitur aer, necessarium est conditione corpo- B rea pati, id autẽ est velut in cera imprimi figurã: Sic igitur visibilis obiecti pars certa in certa parte aeris figurabitur: Itaq; pars aeris cõtigua visui tanta, quanta pupillarem figuræ ipsius visibilis pro quantitate propria accipiet atq; tradet. Nunc autẽ & videtur totum, & quotcunq; sunt in aere tum ex directo positi, tum etiam ex obliquo ad longum vident, stantes etiam inter se à tergo, modò ne alij vndiq; alijs obstent. Ex quo apparet quamlibet aeris particulam totũ C velut vultum in se inspectum habere. Id autem non fit corporeæ passionis conditione, imò secundũ maiores & animales, & animalis vnius vbiq; sibimet compatientis necessitates.

Si quod medium necessarium est inter visum atq; visibile, id quidem nõ corpus est, sed lumen, vel natiuum oculo siue visibili, vel alienum. Confert autem ad videndum non passio medij oculiq;, sed actio quædam atq; lumẽ. Tres hic de visu tangit opiniones: Vna putat animam ita per radios visuales sicut per capillos sese propagare, vel manus: atq; ita sensibile tangere, & id quidem absq; reflexione. Secunda, animam nõ propagari per radios, sed eos quasi virgas extendere ad obiectum, eosq; ad animam inde reuerberari. Tertia, lumẽ figurari ab obiecto, atq; ita figuratum ad oculos peruenire. Circa primam ludit, secundam deridet, tertiam reprobat: & vbiq; tandem id molitur, tantam esse compatiendi conformitatem inter visum atq; visibile, vt satis circa se vicissim moueantur & agant, etiam si nulla passio contingat in medio, sicut neq; patitur medium, vel saltem non tale quiddam patitur, quando tremente hac chorda altera contremiscit, oscitante hoc, oscitat ille, & imaginante aliquid amicissimo, imaginatur interdum idem & alter amicus.

Cap. IIII.

ΑΛΛΑ' τὸ συναφὲς τοῦ ὄψεως φῶς, πρὸς τὸ περὶ τὴν ὄψιν καὶ μέχρι τοῦ αἰσθητοῦ πῶς; ἢ πρῶτον μὲν, τοῦ μεταξὺ ἀέρος οὐ δεῖται, εἰ μὴ ἄρα τὸ φῶς, οὐκ ἂν ἀέρος ἄνευ λέγοιτο. οὕτω δὲ τοῦτο μεταξὺ, κατὰ συμβεβηκὸς: αὐτὸ δὲ φῶς ἂν εἴη μεταξὺ οὐ πάσχον, οὐδ' ὅλως πάθους ἐνταῦθα δεῖ: ἀλλ' ὅμως τοῦ μεταξὺ. εἰ δὲ τὸ φῶς οὐ σῶμα, οὐ σώματος. καὶ δὴ οὐ πρὸς τὸ ὁρᾶν ἁπλῶς δέοιτο ἂν τοῦ φωτὸς τοῦ ἀλλοτρίου, καὶ μεταξὺ ἡ ὄψις, ἀλλὰ πρὸς τὸ πόρρω ὁρᾶν. τὸ μὲν οὖν εἰ τὸ φῶς γένοιτο ἄνευ τοῦ ἀέρος, ὕστερον: νῦν δὲ ἐκεῖνο σκεπτέον. εἰ μὲν γὰρ τὸ φῶς τοῦτο τὸ συναφὲς, ἔμψυχον γίνεται, καὶ ἡ ψυχὴ δι' αὐτοῦ φερομένη, καὶ ἐν αὐτῷ γιγνομένη· ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ ἔνδον, ἐν τῷ ἀντιλαμβάνεσθαι δήπουθεν ὅπερ ἐστὶν ὁρᾶν, οὐδὲν ἂν δέοιτο τοῦ μεταξὺ φωτὸς, ἀλλ' ἁφῇ ἔσται ἐοικὸς τὸ ὁρᾶν, τῆς ὁρατικῆς δυνάμεως ἐν φωτὶ ἀντιλαμβανομένης, πάσχοντος οὐδὲν τοῦ μεταξὺ, ἀλλὰ γίνεται τῆς ὄψεως φορὰ ἐκεῖ. οὐ δὴ ζητητέον. πότερα τῷ διάστημά τι εἶναι, ἐκεῖ δεῖ πορευθῆναι τὴν ὄψιν, ἢ τῷ * σώματι εἶναι ἐν τῷ διαστήματι; καὶ εἰ μὲν τὸ σῶμα ἐν τῷ διαστήματι εἶναι τὸ εἶργον, εἰ ἀφαιρεθείη, τοῦτο ὄψεται: εἰ δ' ὅτι διάστημα ἁπλῶς, ἀργὴν δεῖ ὑποθέσθαι τὴν τοῦ ὁρατοῦ φύσιν, καὶ οὐδὲν δρῶσαν ὅλως. ἀλλ' οὐχ οἷόν τε.

*ά τι

A SED contiguum visionis lumen quomodo se habet ad lumen visioni propinquum, & vsq; ad sensibile? Fortè aere quidem non indiget medio, nisi forsan lumen absq; aere non dicatur: sic autem medium hoc est secundum accidens. Ipsum verò lumen est medium minimè patiens, & omnino hîc non opus est passione, sed fortè duntaxat medio. quòd si lumen nõ sit corpus, nõ est opus corpore medio. Atqui fortè dixerit aliquis, non ad ipsam simpliciter vi- B sionem alieno opus esse lumine atq; medio, sed ad hoc ipsum duntaxat, vt longinqua cernantur. Vtrum igitur lumen absq; aere possit esse nec ne, in sequentibus perquiremus. Nunc autem hoc in primis inuestigemus. Profectò si lumen hoc cõtiguum visui sit animatum, & anima per ipsum fertur, & in ipso viget quemadmodum & in intimo, nimirum in percipiendo quoquo modo quale est videre lumine medio non egebit, sed visio similis erit tactui, virtute C videlicet videndi in lumine percipiente, dum medium nihil patitur, sed illac visus ipse perfertur. Vbi sanè quærendum est, nunquid ex eo quòd illic est interuallum, oporteat procedere visum, an ex eo quòd in interuallo sit corpus? Ac siquidẽ ex eo quòd corpus in interuallo sit, si obstaculũ hoc auferatur, perspicietur: sin aũt ex eo quòd simpliciter ibi sit interuallũ, visibilis ipsius naturã oportet supponere ociosam, & omnino nihil agentẽ. Sed enim hoc fieri neq;t:

A tactus enim non ſolùm nuntiat atque tangit, quòd aliquid ſit propinquum, ſed etiam quaſi paſſus tangibilis ipſius nuntiat differentias, ac niſi quid obſtiterit, id etiã ſentiat è longinquo. Simul enim medius aer atque nos percipimus ignem, non expectãtes ipſi quoad aer antè fuerit calefactus. Magis ergo corpus calefit ſolidũ, quàm aer: quapropter per aerem potius, quàm propter aerem incaleſcit. Si igitur ſenſibile ad agendum vim habet, hoc autẽ ad patiendum, B vel etiam quomodocunq; viſus, cur nam alio indigeat medio, in quod vim habeat ad agendum? Id enim nihil aliud foret, quàm impedimento aliquo indigere. Iam verò quando ſolis lumen accedit, non prius oportet aerem, deinde nos, ſed ſimul illuminari. Et prius quã propinquet viſui, ſæpe dum etiam adhuc eſt alibi, nos videre contingit, quaſi aer minimè patiatur: dum videlicet medium quidem hoc nihil eſt paſſum, & lumen nondum profectum, ad quod adhibere viſum oportet. Et profectò penes C hanc ſuppoſitionem difficile fuerit cauſam aſsignare, ob quam & quomodo nocte ſtellas ignemq; cernamus. Sin autem manet quidem anima in ſeipſa, indiget autẽ lumine, velut virga per quam ſe porrigat, oportebit violentam fore perceptionem ſecundum quandam porrecti luminis reuerberationem, atq; ſenſibilem colorẽ qua ratione color eſt, habere reflectendi virtutem. ſic enim per medium tactus efficientur. Præterea & prius appropinquauit nullo D tunc interueniente medio. Sic enim deinde per medium attingere facit cognitionẽ, quaſi memoria quadam fiat & quodã potius argumento, nunc verò non fit ita. Verùm ſi lumen ſenſibili propinquãs oportet pati, deinceps verò id totum vſque ad viſum continuata traductione procedere, eadẽ nobis ſuppoſitio fiet, atq; illa, quæ tradebat mediũ prius à ſenſibili permutari & affici, aduerſus quam alibi diſputauimus.

A οὐ γὰρ μόνον ἡ ἁφὴ ὅτι ἐγγύς τι, λέγει καὶ ἅπτεται· ἀλλὰ τὰς τοῦ ἁπτοῦ πάσχουσα, ἀπαγγέλλει διαφορὰς, καὶ εἰ μὴ διείργοι τι, καὶ τοῦ πόῤῥω ᾔσθετο. ἅμα γὰρ ὁ ἀὴρ ὁ μεταξὺ καὶ ἡμεῖς πυρὸς αἰσθανόμεθα, οὐκ ἀναμείναντες θερμανθῆναι ἐκεῖνον. μᾶλλον γοῦν τὸ σῶμα θερμαίνεται τὸ στερεὸν, ἢ ὁ ἀὴρ· ὥστε δι' αὐτοῦ μᾶλλον, ἀλλ' οὐ δι' αὐτό. εἰ οὖν ἔχει δύναμιν εἰς τὸ B δρᾷν, τὸ δὲ εἰς τὸ πάσχειν, ἢ καὶ ὁπωσοῦν ἡ ὄψις, διὰ τί ἄλλου δεῖται μέσου εἰς ὃ δύναται πρὸς τὸ ποιῆσαι; τοῦτο γὰρ ἐμποδίου ἐστὶ δεῖσθαι. ἐπεὶ καὶ ὅταν τὸ φῶς προσίῃ τὸ τοῦ ἡλίου, οὐ πρότερον δεῖ τὸν ἀέρα, εἶτα καὶ ἡμᾶς· ἀλλ' ἅμα καὶ πρὶν ἐγγὺς τῆς ὄψεως γενέσθαι, πολλάκις ὄντος ἀλλαχοῦ, ὡς μὴ παθόντος τοῦ ἀέρος ἡμᾶς ὁρᾷν, μεταξὺ ὄντος τοῦ μὴ πεπονθότος· καὶ τοῦ φωτὸς μήπω ἐληλυθότος, πρὸς ὃ δεῖ τὴν C ὄψιν συνάψαι. ἐπεὶ καὶ τὸ τῆς νυκτὸς ὁρᾷν τὰ ἄστρα, ἢ ὅλως πῦρ, χαλεπὸν ταύτῃ τῇ ὑποθέσει ἀποδοῦναι. εἰ δὲ μένει μὲν ἡ ψυχὴ ἐφ' ἑαυτῆς, φωτὸς δὲ δεῖται ὥσπερ βακτηρίας πρὸς τὸ φθάσαι, ἔδει τὴν ἀντίληψιν βίαιον καὶ ἀντερειδόντος εἶναι, καὶ τεταμένου τοῦ φωτὸς· καὶ τὸ αἰσθητὸν τὸ χρῶμα * ἢ χρῶμα, ἀντιτυποῦν καὶ αὐτὸ εἶναι.. οὕτω γὰρ διὰ μέσου αἱ D ἁφαί. εἶτα καὶ πρότερον ἐγγὺς γέγονε, μηδενὸς μεταξὺ ὄντος τότε. οὕτω γὰρ ὕστερον τὸ διὰ μέσου ἅπτεσθαι, ποιεῖ τὴν γνῶσιν οἷον τῇ μνήμῃ, καὶ ἔτι μᾶλλον συλλογισμῷ. νῦν δὲ οὐχ οὕτως. ἀλλ' εἰ παθεῖν δεῖ τὸ πρὸς τὸ αἰσθητὸν φῶς, εἶτα διαδοῦναι μέχρι ὄψεως, ἡ αὐτὴ γίνεται ὑπόθεσις, τῇ ἀπὸ τοῦ αἰσθητοῦ, τὸ μεταξὺ πρότερον τρεπούσῃ: πρὸς ἣν ἤδη, καὶ ἐν ἄλλοις ἠπόρηται.

Si qua materialis paſsio à rebus ſentiendis affertur in mediũ, quia nimium diuerſa eſt ab incorporea natura ſenſus, ideo & ſæpe ſua vehementia confundit ſenſum, & nunquã eſt accommodata cauſa ſentiendi: niſi præter illam ſuboriatur ſpiritale aliquid vel in medio, vel ſaltem in inſtrumento ſenſus. Id quidem ſpiritale accommodatum ſenſui etiam apparet in voce. Quod enim vbiq; totum circa vocem à multis eodem momento percipitur, ſignificaturq; ſpiritale quiddã eſſe videtur. Tale verò aliquid circa quemlibet ſenſum non corporea cauſa generat, ſed procreat ipſa mundi vita in ſubiecto tunc opportunè diſpoſito. Eſt autem hoc adeò cognatum ſenſui, vt cum primùm id circa ſenſum viget actu, ipſe quoq; ſenſus ipſius actus circa id ſimul expergiſcatur: Quemadmodũ alijs hominibus alius præcipuè concentus eſt amicus, & alius alios ad cantum excitat, atq; tripudium. Quòd autem ad actum huius obiecti ſenſibilis ſtatim hic ſenſus agat, conficit eadem vbiq; vita mundi, hoc potiſsimum cũ illo contemperans ſimulq; mouens: ſicut ad talis humoris motum mouetur & imaginatio talis, atq; viciſsim. Item ad varios Lunæ motus habitusq; variè mouentur & afficiuntur humores: Ad motum ſulphuris mouetur & flamma: Quorſum intendis dextrum oculum, intenditur & ſiniſter.

Cap. V.

A CÆTERV'M nunquid circa ſenſus auditus concedendum eſt aerem quidẽ pati primum motũ, & deinceps aerem proximum ab aere primùm ſonante, ſimiliterq; aerem vſque ad auditum gradatim idem pati, atq; ſic ad ſenſum peruenire? An potius ſecundum accidens in his medium patitur, ob id videlicet quod interuenit? Quòd ſi inde tollatur, ſemelq; fiat ſonus, duobus inter ſe corporibus concurrentibus, ſenſum in nobis huius protinus excitari.

ΠΕΡΙ` δὲ τοῦ ἀκούειν ἆρα ἐνταῦθα συγχωρητέον, πάσχοντος τοῦ ἀέρος τὴν κίνησιν τὴν πρώτην, τὸν παρακείμενον ὑπὸ τοῦ τὸν ψόφον ποιοῦντος, τῷ τὸν μέχρι ἀκοῆς ἀέρα πάσχειν τὸ αὐτὸ, οὕτως εἰς αἴσθησιν ἀφικνεῖσθαι; ἢ κατὰ συμβεβηκὸς μὲν, τὸ μεταξὺ τῷ παρεῖναι ἐν μέσῳ. ἀναιρεθέντος δὲ τοῦ μεταξὺ, ἅπαξ δὲ γινομένου τοῦ ψόφου, οἷον συμβαλλόντων δύο σωμάτων, εὐθέως ἀπαντᾷ πρὸς ἡμᾶς τὴν αἴσθησιν

ἢ καὶ

ἢ καὶ δεῖ μὲν ἀέρος τὴν πρώτην τοῦ πληττομένου, τὸ δ᾽ ἐντεῦθεν ἤδη ἄλλως τὸ μεταξύ. ἐνταῦθα μὲν γὰρ δοκεῖ κύριος εἶναι ὁ ἀὴρ τοῦ ψόφου· μὴ γὰρ ἂν μηδὲ τὴν ἀρχὴν γίνεσθαι ψόφον δύο σωμάτων συρραγέντων, εἰ μὴ ὁ ἀὴρ πληγεὶς ἐν τῇ ταχείᾳ συνόδῳ αὐτῶν καὶ ἐξωσθεὶς, πλήξας ἔδωκε τῷ ἐφεξῆς μέχρις ὤτων καὶ ἀκοῆς. ἀλλ᾽ εἰ ὁ ἀὴρ κύριος τοῦ ψόφου, καὶ τούτου κινηθέντος, ἡ πληγή, παρὰ τί ἂν εἶεν, αἱ διαφοραὶ τῶν φωνῶν καὶ τῶν ψόφων; ἄλλο γὰρ ἠχεῖ χαλκὸς πρὸς χαλκὸν, ἢ πρὸς ἄλλο, ἄλλο δὲ ἄλλο· ὁ δὲ ἀὴρ εἷς, καὶ ἡ ἐν αὐτῷ πληγή· οὐ γὰρ μόνον τῷ μεγάλῳ, καὶ τῷ μικρῷ διαφοραί. εἰ δ᾽ ὅτι πρὸς ἀέρα γινομένη πληγὴ ψόφον ἐποίησεν, οὐχ ᾗ ἀὴρ φωνή, φατέον. τό τε γὰρ * φωνεῖ, ὅταν στάσιν λάβῃ στερεοῦ σώματος, πρὶν χυθῆναι μένων, ὥσπερ στερεόν τι. ὥστε ἀρκεῖ τὰ συγκρούοντα, καὶ τὴν σύρρηξιν, καὶ ταύτην τὴν πληγὴν εἶναι τὸν ψόφον, εἰς αἴσθησιν ἐλθοῦσαν. μαρτυρεῖν δὲ καὶ τοὺς ἔνδον ἤχους τῶν ζώων, οὐκ ἐν ἀέρι, ἀλλὰ συγκρούσαντος καὶ πλήξαντος ἄλλο ἄλλου· οἷον καὶ ὀστῶν κάμψεις, καὶ πρὸς ἄλληλα παρατριβομένων, ἀέρος μὴ ὄντος μεταξύ· καὶ πρίσεις. ἀλλὰ μὲν περὶ τούτου * ἠπορήσθω, ὁμοίου ἤδη καὶ ἐνταῦθα τοῦ ζητήματος γινομένου· ὅπερ ἐλέγετο ἐπὶ τῆς ὄψεως εἶναι συναισθήσεώς τινος ὡς ἐν ζώῳ, καὶ τοῦ κατὰ τὴν ἀκοὴν πάθους ὄντος.

φωνή,

έσθω,

A Fortè verò opus quidē est pulsato aere ab initio, quod verò deinceps sequitur, aliter se habet mediū. Hîc enim videtur aer dominus esse soni: quippe cum neq; ab initio fieri queat collisorum inter se corporum sonitus, nisi aer in veloci eorum concursu percussus atq; excussus eiusmodi pulsum succedenti aeri tradat vsque ad aures auditum: verùm si aer soni dominus est, huiusq; agitati pulsus est, quærendum erit secundum quid potissimum differētiæ vocum B sonorumq; perpendātur. Aliter enim sonat æs ęre percussum, aliter alio, aliter alia corpora inter se collidentia. Aer autem vnus est, vnaq; in eo pulsatio: non enim solùm per magnum atq; paruum horum differentię perpenduntur. Sin autem asseueretur vocis soniq; auctoritas penes aerem, propterea quòd pulsus illatus aeri sonum reddat, respondendum est, non qua ratione aer est, id effici. Tunc enim resonat, quando statū solidi corporis adipiscitur antè quàm C effundatur, manens quasi quiddam solidum: Quapropter sufficiūt hic ea quæ mutuò se collidunt, dicendumque est collisionem pulsationemq; eiusmodi esse sonū ad sensum vsq; peruenientem. Huic verò sententiæ argumēto videntur esse soni qui in animalium interioribus fiunt, non in aere, sed parte animalis alia aliam collidente: quales sunt quædam ossium flexiones, attritionesq; mutuæ, aere nullo interueniente. item disruptiones quędam & sectiones. D Sed de hoc quidē ita sit dubitatum, cuius quæstio similis est quæstioni de visu superiori. Et profectò de illa atque de hac dicendum est vim sentiendi consistere in compassione quadam consensioneq; mutua rerum, tanquam in eodem viuente manentium.

Lumen non ab illuminato, sed ab illuminante dependet: similiter vita omnis nō ab animato, sed ab anima pendet tanquam proprius actus & regitur, etiam si omne foris defuerit substentaculum. Primum corpus est cœlestis ignis: prima huius qualitas est lumen: ideo vsq; adeò perfecta est, vt per modum actus potius quàm ociosæ qualitatis existat. Actus quidem tam efficax, vt per omnia se se porrigat à fonte proprio non disiunctus. Appellatur & ignis eiusmodi color, qui vsquequaq; diffusus, colores omniū aciosos suscitat, atq; circunfundit. Præterea in quocunq; sub cœlo corpore præualet igneus quidam vigor cœlesti similis: emicat & inde lumen, quasi familiaris color. Sub præsentia Solis lumen calefacit aerem: Calefactio quidem vtroq; indiget, scilicet & præsentia Solis, & aere. Hæc verò calefactio competens medium est inter lumen atq; calorem: Calor sanè potest etiam sine præsentia luminis in aere superesse. Ergo lumen sine aere penes Solē existere potest: sed calor quidem à lumine relictus in aere non multo tempore superest, quoniam est alienus: lumen verò circa Solem semper, quia proprium. Proprium enim inseparabile est. Alicuius certè proprium est lumen, non diaphani per se quidem obscuri: ergo Solis ipsius, corporisq; solaris. Et meritò sicut est forma quædam in ordine rerum in seipsa cōsistens, quædam alio substentata, sic & actus est duplex: Alter quidem formæ duntaxat agentis, alter insuper iacens in patiente. Lumen verò nō fieri propriam diaphani qualitatem, alibi diximus, quia neq; suscipitur paulatim, neq; etiam retinetur, neq; simul cum hoc inficitur vel mouetur, neque confunduntur inter se lumina, neque igitur cum cæteris qualitatibus commiscentur. Non confundi apparet ex eo quòd si tribus luminibus corpus vnicum opponatur, tres in oppositum vmbræ resultant: quoniam tria ibidem lumina sunt distincta. Præterea si tribus candelis opponatur ingens tabula, in cuius medio sit foramen, tria lumina in oppositum inde resiliunt: aliud quidem in rectum, alia duo è transuerso se inuicem intersecantia, nō confusa. Similiter mentes & animæ coniunctæ inuicem minimè confunduntur. Lumen meritò neq; subiecto capitur, neque commiscetur alicubi, quoniam omne lumen cœlestis luminis est imago: illud verò animæ cœlestis est actus. Sicut enim verbum emittitur ab anima velut actus imaginationis extra porrectus, in quo tria sunt, aer, motus, significatio: sic à luce intellectuali cœlestis animæ per omnia efficacissimus actus effunditur, in quo tria sunt, lumen, calor, vis occulta: & aliquò peruenit lumen, quò non calor, & è conuerso. Vis autem in hoc actu occulta, quæ in eo potissimum est, per omnia transit, facitq; mirabilia, non formaliter calefaciendo, vel palàm illuminando, sed speciales inferendo virtutes.

Cap. VI.

ΕἸ δὲ καὶ τὸ φῶς γίνοιτο ἂν μὴ ὄντος ἀέρος, οἷον ἡλίου ὄντος ἐν ἐπιφανείᾳ τῶν σωμάτων, ἐπιλάμποντος, τοῦ μεταξὺ

A RELIQVVM est indagare, nunquid lumen futurum sit alicubi, si non sit aer: velut si Sol in corporum superficie fulgeat, sed mediū

ſit prorſus vacuum. Quod quidem nűc ſecun- A
dum accidĕs illuminatur, ex eo quòd medium
hoc corpus interuenire cőtingit. An fortè pro-
pter ipſum aerem patientem & alia pati, natu-
ramq; luminis exiſtere propter ipſum aerem,
cuius quidĕ paſsio quædam ſit? cùmq; ſit eius
paſsio, nimirum nő fore niſi & patiens aer exi-
ſtat. Sed enim lumen nő eſt aeris ipſius primò,
neq; qua ratione eſt aer. Eſt enim & vniuſcu-
iuſq; corporis ignei atq; ſplĕdidi, lapillorumq;
ſimilium color ſplĕdidus: ſed hoc ipſum quod B
ab illo colorem eiuſmodi poſſidente manat in
aliud, nű erit? Si aliud hoc minimè fuerit: pro-
fectò ſi qualitas eſt duntaxat, & qualitas alicu-
αὐτῇ συμπαθής. ἐκ δὲ ἀμερῶν, σῶμα οὐδὲ μέγεθος ἂν γένοιτο. καὶ μὴν, εἰ ἁπλοῦ ὄντος τοῦ σώματος, τὸ μὲν ὅσον ὑλικὸν, παρ' αὐτοῦ ζωὴν ἔχειν, οὐ φήσουσιν. ὕλη γὰρ, ἄποιον: τὸ δὲ κατὰ τὸ εἶδος τεταγμένον ἔχειν τὴν ζωήν. εἰ μὲν οὐσίαν φήσουσι τὸ εἶδος τοῦτο εἶναι, οὐ τὸ συναμφότερον, θάτερον δὲ τούτων ἔσται ἡ ψυχή: ὃ οὐκέτ' ἂν σῶμα. οὐ γὰρ ἐξ ὕλης καὶ τοῦτο. ἢ πάλιν, τὸν αὐτὸν τρόπον ἀναλύσωμεν. εἰ δὲ πάθημα τῆς ὕλης ἀλλ' οὐκ οὐσίαν φήσουσιν εἶναι, ἀφ' οὗ τὸ πάθημα καὶ ἡ ζωὴ εἰς τὴν ὕλην ἐλήλυθε, λεκτέον αὐτοῖς. οὐ γὰρ δὴ ἡ ὕλη αὑτὴν μορφοῖ, οὐδὲ αὑτῇ ψυχὴν ἐντίθησι. δεῖ ἄρα τι εἶναι, τὸ χορηγὸν τῆς ζωῆς. εἴτε τῇ ὕλῃ ἡ χορηγία, εἴθ' ὁτῳοῦν τῶν σωμάτων, ἔξω ὂν, καὶ ἐπέκεινα σωματικῆς φύσεως ἁπάσης. ἐπεὶ, οὐδ' ἂν εἴη σῶμα, οὐδὲν ψυχικῆς δυνάμεως οὐκ οὔσης. ῥεῖ γὰρ, καὶ ἐν φορᾷ αὐτοῦ ἡ φύσις. καὶ ἀπόλοιτ' ἂν ὡς τάχιστα, εἰ πάντα σώματα εἴη: κ' ἂν εἰ ὄνομα ἑνὶ αὐτῶν, ψυχήν τις θεῖτο. ταὐτὰ γὰρ ἂν πάθοι τοῖς σώμασι τοῖς ἄλλοις, ὕλης μιᾶς οὔσης αὐτοῖς. μᾶλλον δὲ οὐδ' ἂν γένοιτο, ἀλλὰ στήσεται ἐν ὕλῃ τὰ πάντα, μὴ ὄντος τοῦ μορφοῦντος αὐτήν. τάχα δ' ἂν οὐδ' ἂν ἡ ὕλη τὸ παράπαν εἴη: λυθήσεταί τι καὶ τόδε τὸ ξύμπαν, εἴ τις αὐτὸ πιστεύσειε σώματος συνέρξει, διδοὺς αὐτῷ ψυχῆς τάξιν μέχρι τῶν ὀνομάτων ἀέρι καὶ πνεύματι σκεδαστοτάτῳ, καὶ τῷ ἑνὶ εἶναι ἔχοντι οὐ παρ' αὐτοῦ. πῶς γὰρ τεμνομένων τῶν πάντων σωμάτων, ὁτῳοῦν τις ἀναθεὶς τόδε τὸ πᾶν οὐκ ἄνοητόν τι καὶ φερόμενον εἰκῇ ποιήσει. τίς γὰρ τάξις ἐν πνεύματι δεομένῳ παρὰ ψυχῆς τάξεως, ἢ λόγος, ἢ νοῦς; ἀλλὰ ψυχῆς μὲν οὔσης, ὑπουργὰ ταῦτα πάντα αὐτῇ εἰς σύστασιν κόσμου, καὶ ζώου ἑκάστου, ἄλλης παρ' ἄλλου δυνάμεως εἰς τὸ ὅλον συντελούσης: ταύτης δὲ μὴ παρούσης ἐν τοῖς ὅλοις, οὐδὲν ἂν εἴη ταῦτα, οὐχ' ὅτι ἐν τάξει.

Stoici & Epicurei animam esse spiritum suspicabantur, id est, subtilißimum corpus: Illi quidem potius igneum, hi verò magis aerium: & vtrique non quemlibet spiritum, sed certa quadam proprietate affectum, animam nominabant.

Cap. IIII.

Hæc ipsa certa proprietas & quodammodo incorporea corporeę excellentior non à corpore generatur, sed à substantia penitus incorporea, quæ potius anima iudicabitur: Quæ quidem cum ad oppositas in corpore qualitates & motiones tam edendas quàm regendas æquè se habeat, meritò neq; certum aliquod corpus vel corporeum est, neq; ex corpore quodam corporibúsue dependet.

IPSI etiam naturæ corporeæ assertores veritate compulsi fatentur atq; testantur, oportere speciem quandam rerum ad animam pertinentem pręcedere corpora corporibus cunctis præstantiorem, quando spiritum intelligentiæ compotem, & ignem intellectualem adducunt in medium, quasi gradus ipse naturæ summus absq; igne atq; spiritu in ordine rerum esse non

ΜΑΡΤΥΡΟΥ͂ΣΙ δὲ καὶ αὐτοὶ ὑπὸ τῆς ἀληθείας ἀγόμενοι, ὡς δεῖ τι πρὸ τῶν σωμάτων εἶναι κρεῖττον αὐτῶν ψυχῆς εἶδος, ἔννουν τὸ πνεῦμα, καὶ πῦρ νοερὸν τιθέμενοι, ὥσπερ ἄνευ πυρὸς καὶ πνεύματος, οὐ δυναμένης τῆς κρείττονος μοίρας ἐν τοῖς οὖσιν εἶναι

εἶναι, τόπον δὲ ζητούσης εἰς τὸ ἱδρυθῆναι, δέον ζητεῖν ὅπου τὰ σώματα ἱδρύσουσιν· ὡς ἄρα δεῖ ταῦτα ἐν ψυχῆς δυνάμεσιν ἱδρύσθαι. εἰ δὲ μηδὲν παρὰ τὸ πνεῦμα τὴν ζωὴν καὶ τὴν ψυχὴν τίθενται, τί τὸ πολυθρύλητον αὐτοῖς πῶς ἔχον, εἰς ὃ καταφεύγουσιν ἀναγκαζόμενοι, τίθεσθαι ἄλλην παρὰ τὰ σώματα φύσιν δραστήριον. εἰ οὖν οὐ πᾶν μὲν πνεῦμα ψυχὴ ὅτι μυρία πνεύματα ἄψυχα, τὸ δὲ πὼς ἔχον πνεῦμα φήσουσι τὸ πὼς ἔχον τοῦτο καὶ ταύτην τὴν σχέσιν. ἢ τῶν ὄντων τι φήσουσιν, ἢ μηδέν: ἀλλ᾽ εἰ μὲν μηδέν, πνεῦμα ἂν εἴη μόνον. τὸ δὲ πὼς ἔχον, ὄνομα καὶ οὕτως συμβήσεται αὐτοῖς. οὐδὲ ἄλλο οὐδὲν εἶναι λέγειν, ἢ τὴν ὕλην καὶ ψυχὴν: καὶ θεόν, καὶ ὀνόματα πάντα. ἐκεῖνο δὲ μόνον. εἰ δὲ τῶν ὄντων ἡ σχέσις, καὶ ἄλλο παρὰ τὸ ὑποκείμενον καὶ τὴν ὕλην, ἐν ὕλῃ μέν: ἄυλον δὲ αὐτό, τῷ μὴ πάλιν συγκεῖσθαι ἐξ ὕλης. λόγος ἂν εἴη τις, καὶ οὐ σῶμα, καὶ φύσις ἑτέρα. ἔτι δὲ καὶ ἐκ τῶνδε, οὐχ ἧττον φαίνεται ἀδύνατον ὂν τὴν ψυχὴν εἶναι σῶμα ὁτιοῦν. ἢ γὰρ θερμόν ἐστιν, ἢ ψυχρόν, ἢ σκληρόν, ἢ μαλακόν, ἢ ὑγρόν τι ἢ πεπηγός: μέλαν τε ἢ λευκόν, καὶ πάντα ὅσαι ποιότητες σωμάτων ἄλλαι ἐν ἄλλοις καὶ εἰ μὲν θερμὸν μόνον, θερμαίνει: ψυχρὸν δὲ μόνον, ψύξει καὶ κοῦφα ποιήσει, τὸ κοῦφον, προσγινόμενον καὶ παρόν: καὶ βαρυνεῖ τὸ βαρύ, καὶ μελανεῖ τὸ μέλαν: καὶ τὸ λευκόν, λευκὸν ποιήσει. οὐ γὰρ πυρὸς τὸ ψύχειν, οὐδὲ τοῦ ψυχροῦ θερμὰ ποιεῖν: ἀλλ᾽ ἥγε ψυχή, καὶ ἐν ἄλλοις μὲν ζώοις ἄλλα, τὰ δ᾽ ἄλλα ποιεῖ. καὶ ἐν τῷδε αὐτῷ τὰ ἐναντία. τὰ μὲν πηγνῦσα, τὰ δὲ χέουσα: καὶ τὰ μὲν πυκνά, τὰ δὲ ἀραιά, μέλανα, λευκά, κοῦφα, βαρέα. καίτοι, ἐνδεῖ ποιεῖν κατὰ τὴν τοῦ σώματος ποιότητά τε τὴν ἄλλην, καὶ δὴ καὶ χρόαν. νῦν δὲ πολλά.

A posſit, & locum quendam quo ſtabiliatur naturaliter exigat, cũ deceret potius locum quærere vbi corpora collocarent: quippe cum hæc reuera ſint ipſis animę viribus collocanda. Proinde ſi vitam & animam nihil aliud eſſe dicant præter ſpiritum ceu ventum, quærendũ eſt ab eis, quidnam ſibi velit illud apud eos tritum, quando ſcilicet dicunt: anima eſt ſpiritus certo modo ſe habens. Ad id enim confugere ſolent, B quotiens naturam aliam præter corpora efficacem introducere compelluntur. Si ergo non omnis ſpiritus eſt anima, quoniam innumeri ſpiritus ſint inanimes, ſed ſpiritus quidam certo modo ſe habens, interrogabimus vtrũ quod dicitur certo modo ſe habens, & eiuſmodi habitudo res aliqua ſit, an nulla. Si enim res nulla ſit, certè ſolus extabit ſpiritus. Quod verò adiungitur ſe habens, nomen erit ſolũm. Ex quo efficietur, vt nihil aliud præter materiam eſſe concedant: animam verò & deum, & ſimilia C omnia eſſe duntaxat nomina fateantur, ſed reuera tantùm corpus exiſtere. Sin autẽ habitudo illa res quædam eſt, & aliud quiddã præter ſubiectum atq; materiam, quod quidem ſit in materia, ſit tamẽ immateriale, propterea quòd ex materia rurſus non componatur, certè non erit corpus, ſed altera prorſus natura & ratio quædam. Pręterea non minus ex his apparebit animam corpus eſſe non poſſe: ſic enim aut calidum eſſet aut frigidum, aut durum aut molle, D aut compactum aut fluidum atq; laxum: item vel nigrũ vel album ſimiliterq; de cæteris corporum qualitatibus proponetur. Et profectò ſi calidum tantùm eſt, calefacit ſolum, ſi frigidũ, frigefacit tantùm: ſi leue, ſolum eleuat redditq; leuia vbicunq; adeſt: ac ſi graue grauat, ponderoſaq; facit. Similiter nigrum nigra, & album alba propriè parit. Neq; enim ignis eſt frigefacere, neq; frigidi calefacere. Verùm anima tum in alijs animalibus alia facit & alia, tum in eo- E dem contraria parit: partim quidem cogens, partim verò fundẽs atq; liquefaciens: Item alia denſa, alia rara, alba, nigra, leuia, grauia pariter efficit: tametſi non alia per aliam, ſed vnũ duntaxat ſecundum qualitatem corporis vnam fieri oporteret, atque colorem ſimiliter. nunc verò multa pariter affert.

Anima motus effectusq; omniformes tam vegetali virtute per rationes ſeminales quàm electione profert. Et corpus certo quodam ordine ad certum auget terminũ, permanetq; ipſa interea eadem. Item tota anima eſt in quaslibet vel ficta portione animæ, vel vera corporis portione. Totaq; virtus animæ in qualibet ſeminis gutta ſeruatur.

Hæc autẽ munera ad molem vel qualitatẽ corpoream pertinere nõ poſſunt, Anima igitur eſt incorporea. Cap. V.

ΤΑΣ δὲ δὴ κινήσεις, πῶς διαφόρους ἀλλ᾽ οὐ μίαν, μιᾶς οὔσης παντὸς σώματος κινήσεως. εἰ δὲ τὰς μὲν προαιρέσεις, τοὺς δὲ λόγους αἰτιάσονται, ὀρθῶς μὲν τοῦτο, ἀλλ᾽ οὐ σώματος ἡ προαίρεσις, οὐδὲ οἱ λόγοι διάφοροί γε ὄντες, ἑνὸς ὄντος καὶ ἁπλοῦ τοῦ σώματος. καὶ οὐ μεστὸν αὐτὸ τοιοῦτό γε λόγου, ἢ ὅσος δέδοται αὐτῷ παρὰ τοῦ ποιήσαντος, θερμὸν αὐτὸ ἢ ψυχρὸν εἶναι. τὸ δὲ καὶ ἐν χρόνοις αὔξειν, καὶ μέχρι ποσοῦ μέτρου, πόθεν ἂν τῷ σώματι αὐτῷ γένοιτο ᾧ προσῆκεν αὔξεσθαι, αὐτῷ δὲ ἀμοίρῳ τοῦ αὔξειν εἶναι, ἢ ὅσον παραληφθείη ἂν ἐν ὕλης

A MOTVS autem quònam pacto nõ vnum tantùm, ſed differentes aſſerere poterunt, cum vna corporis vniuſcuiuſq; ſit motio? Si autem cauſas motionum partim quidẽ ad electiones, partim verò ad rationes referãt ſeminales, rectè quidem hoc ipſum aſſeuerabunt. Sed neq; corporis propria eſt electio, neq; rationes præſertim cum differẽtes ſint, corpus autẽ hîc vnum ſit atq; ſimplex, neq; corpus omnino rationis eiuſmodi cõpos eſſe queat, niſi quantũ ſibi cõ- B ceſſum eſt ab eo quod reddit ipſum calidũ aut frigidũ. Augere verò certis tẽporibus & ad certum terminũ, quãnã virtute cõueniet corpori? Cui quidem naturaliter cõuenit augeri, augere verò nequaquam, niſi fortè quantum in mole

materiæ simul adsummitur, velut ministrans A ei quod per ipsum perficit augmétum. Etenim si anima corpus existens augeat, necesse est ipsam quoq; pariter augeri, quadam scilicet corporis similis adiunctione: si modò tanta penitus euasura sit, quantum quod augetur ab ea: tum verò quod adiungitur, aut anima erit, vel inanimatum corpus. Ac si anima sit, quærendum erit, vndénam & quomodo ingrediatur, & qua conditione admoueatur. Sin auté quod adiungitur inanimatũ sit, quónam modo hoc B animabitur, & præcedenti consentiet, venietq; in vnum, & priori animæ in opinionibus congruet. Ac non potius hæc anima velut peregrina ignorabit ea quæ altera nouit. Et quemadmodũ altera nostra patitur moles, partim quidem ab ea defluet, partim etiam influet, nihilq; in nobis idem penitus permanebit. Quonam igitur pacto in nobis erit memoria, & agnitio propriorum nunquam eadem vtentibus anima? C Præterea si anima corpus est, sicut natura corporis consueuit, in plures distribuitur partes, quarum nulla idem est atq; totum. Si ergo anima tanta quædam fuerit magnitudo, quæ si minor aliquanto fuerit, non vlterius futura sit anima, certè sicut & omne quantum, per quandam partium detractionem ex priori essentia permutabitur. Siquid autem eorum quæ magnitudine protenduntur, aliquando comminutum mole, interim idem permaneat qualitate, profectò qua ratione corpus est, & quan- D tum iam euasit alterum, qualitate verò quę differt à quantitate, idem seruare interea potest. Quid ergo dicent, qui animam corpus esse putant? Nunquid quamlibet animæ parté in eodem viuétis corpore esse animam perinde atq; tota est, fatebuntur? ac rursus partis vniuscuiusq; partem? Quòd si id fateantur, nihil vtiq; magnitudo ad essentiam animæ conferebat: tametsi cóferre oportuit, vbi anima sit quantum quiddam: veruntamen totum ipsius animę hìc E erit vbiq;: quod corpori conuenire non potest, scilicet vt queat idem totum simul in pluribus esse, atq; pars idem penitus esse valeat, quod & totum. Sin autem partium quamlibet animam esse negét, certè ex inanimatis apud illos componetur. Præterea si hunc in modum vniuscuiusque animæ magnitudo definita erit, neque consequenter ad vtrunq; tracta, siue ad maius, siue ad minus, erit amplius anima. Quãdo igitur ex vno coitu vnoque semine fœtus gemini F procreantur: vel quemadmodũ in cæteris animalibus etiá plures concipiũtur, semine videlicet in plures particulas distributo, vbi vnumquodq; est totum, cur non euentus eiusmodi eos qui discere volũt admoneat? vbi pars idem est atq; totum, hoc ipsum in essentia sua conditionem quantæ molis excedere, ipsumq; oportere esse prorsus à quantitate semotum. Nam ita duntaxat idé permanere potest quãto quouis subtracto, vtpote cui nihil opus sit quanti- G tate vel mole: quippe cum eius essentia aliud quiddam prorsus existat. Anima igitur quantitatis est expers, rationesq; similiter.

A ὄγκῳ, ὑπηρετοῦν τῷ δι' αὐτοῦ τὴν αὔξιν ἐργαζομένῳ. καὶ γὰρ εἰ ἡ ψυχὴ σῶμα οὖσα αὔξει, ἀνάγκη καὶ αὐτὴν αὔξεσθαι, προσθήκῃ δηλονότι ὁμοίου σώματος, εἰ μέλλοι εἰς ἴσον ἰέναι τῷ αὐξομένῳ ὑπ' αὐτῆς. καὶ ἢ ψυχὴ ἔσται τὸ προστιθέμενον, ἢ ἄψυχον σῶμα. καὶ εἰ μὲν ψυχὴ, πόθεν καὶ πῶς εἰσιούσης, καὶ πῶς προστιθεμένης. εἰ δὲ ἄψυχον τὸ προστιθέ- B μενον, πῶς τοῦτο ψυχώσεται, καὶ* τὸ πρόσθεν ὁμογνωμονήσει, καὶ ἓν ἔσται, καὶ τῶν αὐτῶν δοξῶν τῇ πρόσθεν μεταλήψεται. ἀλλ' οὐχ' ὥσπερ ξένη ψυχὴ αὕτη ἐν ἀγνοίᾳ ἔσται, ὧν ἡ ἑτέρα οἶδε, καὶ ὥσπερ ὁ ἄλλος ὄγκος ἡμῶν. τὸ μέν τι ἀπορρεύσεται αὐτοῦ, τὸ δέ τι προσελεύσεται. οὐδὲν δὲ ἔσται τὸ αὐτό. πῶς οὖν ἡμῖν αἱ μνῆμαι. πῶς δὲ ἡ γνώρισις, οἰκείων οὐδέ ποτε τῇ αὐτῇ ψυχῇ χρωμένων. καὶ μὴν C εἰ σῶμά ἐστι, φύσις δὲ σώματος μεριζομένη εἰς πλείω, ἕκαστον τῶν μερῶν μὴ τὸ αὐτὸ εἶναι τῷ ὅλῳ. εἰ οὖν τὸ τοσόνδε μέγεθος ψυχὴ, ὃ ἐὰν ἔλαττον ᾖ, ψυχὴ οὐκ ἔσται. ὥσπερ πᾶν ποσὸν, ἀφερέσει, τὸ εἶναι τὸ πρόσθεν ἠλλάξατο. εἰ δέ τι τῶν μέγεθος ἐχόντων τὸν ὄγκον ἐλαττωθὲν, τῇ ποιότητι ταὐτὸν μένοι, ἡ μὲν σῶμα, ἕτερόν ἐστι, καὶ ἡ ποσόν. τῇ δὲ ποιότητι ἑτέ- D ρᾳ τῆς ποσότητος οὔσῃ, τὸ ταὐτὸν ἀποσώζειν δύναται, τί τοίνυν φήσουσιν οἱ τὴν ψυχὴν σῶμα εἶναι λέγοντες. πρῶτον μὲν περὶ ἑκάστου μέρους τῆς ψυχῆς τῆς ἐν τῷ αὐτῷ σώματι, πότερον ἕκαστον ψυχὴν οἵα ἐστὶ καὶ ἡ ὅλη. καὶ πάλιν τοῦ μέρους τὸ μέρος. οὐδὲν ἄρα τὸ μέγεθος συνεβάλλετο, τῇ οὐσίᾳ αὐτῆς. καίτοι ἔδει γε ποσοῦ τινος ὄντος. ἀλλὰ καὶ ὅλον πολλαχῆ, ὅπερ σώματι παρεῖναι, ἀδύνατον ἐν E πλείοσι τὸ αὐτὸ ὅλον εἶναι. καὶ τὸ μέρος, ὅπερ τὸ ὅλον ὑπάρχειν. εἰ δὲ ἕκαστον τῶν μερῶν οὐ ψυχὴν φήσουσιν. ἐξ ἀψύχων ψυχὴ αὐτοῖς ὑπάρξει. καὶ προσέτι, εἰ ψυχῆς ἑκάστης τὸ μέγεθος ὡρισμένον ἔσται. οὐδ' ἐφ' ἑκάτερα. ἢ ἐπὶ τὸ ἔλαττόν γε ἢ ἐπὶ τὸ μεῖζον, ψυχὴ οὐκ ἔσται. ὅταν τοίνυν ἐκ συνόδου μιᾶς καὶ ἑνὸς σπέρματος δίδυμα γίνηται γεννήματα, ἢ καὶ F ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις πλεῖστα τοῦ σπέρματος εἰς πολλοὺς τόπους μεριζομένου, οὗ δὴ ἕκαστον, ὅλον ἐστί. πῶς οὐ διδάσκει τοῦτο τοὺς βουλομένους μανθάνειν, ὡς ὅπου τὸ μέρος τὸ αὐτό ἐστι τῷ ὅλῳ, τοῦτο ἐν τῇ αὐτοῦ οὐσίᾳ τὸ ποσὸν εἶναι ὑπερβέβηκεν. ἄποσον δὲ εἶναι αὐτὸ δεῖ ἐξ ἀνάγκης. οὕτω γὰρ ἂν μένοι τὸ αὐτὸ τοῦ ποσοῦ κλεπτομένου, ἅτε μὴ μέλον αὐτῷ G ποσότητος καὶ ὄγκου, ὡς ἂν τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἑτέρον τι οὔσης. ἄποσον ἄρα ἡ ψυχὴ καὶ οἱ λόγοι.

*τῷ

Necesse

Neceſſe eſt diuerſa per ſenſus varios influentia ad intimum & vnum indiuiduumq; ſenſum redigi omnia inter ſe comparantem.

Cap. VI.

Niſi ad indiuiduum deniq; colligantur, non poterunt comparari per iudicium prorſus eundem: colligi verò ibi ſic apparet, quoniam colliguntur fermè ſimiliter in pupilla. Senſus hic intimus neq; diuidi ad ſenſibilium diuiſionem poteſt, neq; quantitate illis æquari, neq; eſſe humidus, alioquin ceſſaret memoria: neq; durus, periret namq; docilitas. Et omnino ſi ſit corporeus, formæ ibi rerum ſe inuicem impedient atq; confundent.

ΟΤΙ δὲ εἰ σῶμα εἴη ἡ ψυχή, οὔτε τὸ αἰσθάνεσθαι, οὔτε τὸ νοεῖν, οὔτε τὸ ἐπίστασθαι, οὔτε ἀρετή, οὔτέ τι τῶν καλῶν ἔσται, ἐκ τῶνδε δῆλον. εἴ τι μέλλει αἰσθάνεσθαί τινος, ἓν αὐτὸ δεῖ εἶναι, καὶ * τῷ αὐτῷ παντὸς ἀντιλαμβάνεσθαι. καὶ εἰ διὰ πολλῶν αἰσθητηρίων πλείω τὰ εἰσιόντα εἴη, ἢ πολλαὶ περὶ ἓν ποιότητες, κἂν δι' ἑνὸς ποικίλον, οἷον πρόσωπον. οὐ γὰρ ἄλλο μὲν ῥινός, ἄλλο δὲ ὀφθαλμῶν, ἀλλὰ ταὐτὸν ὁμοῦ πάντων. καὶ εἰ τὸ μὲν δι' ὀμμάτων, τὸ δὲ δι' ἀκοῆς, ἕν τι δεῖ εἶναι εἰς ὃ ἄμφω. ἢ πῶς ἂν εἴποι ὅτι ἕτερα ταῦτα, μὴ εἰς τὸ αὐτὸ ὁμοῦ τῶν αἰσθημάτων ἐλθόντων. δεῖ τοίνυν τοῦτο ὥσπερ κέντρον εἶναι. γραμμὰς δὲ συμβαλλούσας ἐκ περιφερείας κύκλου, τὰς πανταχόθεν αἰσθήσεις πρὸς τοῦτο περαίνειν, καὶ τοιοῦτον τὸ ἀντιλαμβανόμενον εἶναι ἓν ὄντως. εἰ δὲ διεστὼς τοῦτο γένοιτο, καὶ οἷον γραμμῆς ἐπ' ἄμφω τὰ πέρατα αἰσθήσεις προσβάλλοιεν, ἢ συνδραμεῖται εἰς ἓν καὶ αὐτὸ πάλιν, οἷον τὸ μέσον ἢ ἄλλο. τὸ δὲ ἄλλο, ἑκάτερον ἑκατέρου αἴσθησιν ἕξει. ὥσπερ ἂν εἰ ἐγὼ μὲν ἄλλου, σὺ δὲ ἄλλου αἴσθοιο. καὶ εἰ ἓν εἴη τὸ αἴσθημα, οἷον πρόσωπον, ἢ εἰς ἓν συναιρεθήσεται ὅπερ καὶ φαίνεται, (συναιρεῖται γὰρ καὶ τὰ ἐν αὐταῖς ταῖς κόραις.) ἢ πῶς ἂν τὰ μέγιστα διὰ τούτων ὁρῷτο. ὥστε, ἔτι μᾶλλον τὸ ἡγεμονοῦν ἰόντα. οἷον * ἀμφῆ νοήματα γίγνεσθαι. καὶ ἔσται ἀμερὲς τοῦτο. ἢ μεγέθει ὄντι τούτῳ, συμμερίζοιτο ἄν. ὥστε, ἄλλο ἄλλου μέρος, καὶ μηδένα ἡμῶν ὅλου τοῦ αἰσθητοῦ τὴν ἀντίληψιν ἴσχειν. ἀλλὰ γὰρ, ἕν ἐστι τὸ πᾶν. πῶς γὰρ ἂν καὶ διαιροῖτο; οὐ γὰρ δὴ τὸ ἴσον τῷ ἴσῳ ἐφαρμόσει, ὅτι οὐκ ἴσον τὸ ἡγεμονοῦν παντὶ αἰσθητῷ. κατὰ πηλίκα οὖν ἡ διαίρεσις. ἢ εἰς τοσαῦτα διαιρεθήσεται, καθόσον ἂν ἀριθμοῦ ἔχοι εἰς ποικιλίαν, τὸ εἰσιὸν αἴσθημα. καὶ ἕκαστον δὴ ἐκείνων τῶν μερῶν τῆς ψυχῆς ἆρα καὶ τοῖς μορίοις αὐτοῦ αἰσθήσεται. ἢ ἀναίσθητα τὰ μέρη τῶν μορίων ἔσται. ἀλλὰ ἀδύνατον. εἰ δὲ ὁτιοῦν παντὸς αἰσθήσεται, εἰς ἄπειρα διαιρεῖσθαι τοῦ μεγέθους πεφυκότος, ἀπείρους καὶ αἰσθήσεις καθ' ἕκαστον αἰσθητὸν συμβήσεται γίγνεσθαι ἑκάστῳ. οἷον τοῦ αὐτοῦ ἀπείρους ἐν τῷ ἡγεμονοῦντι ἡμῶν εἰκόνας. καὶ μὴν σώματος ὄντος τοῦ αἰσθανομένου, οὐκ ἂν ἄλλον τρόπον γένοιτο τὸ αἰσθάνεσθαι, ἢ οἷον ἐν κηρῷ ἐνσημανθεῖσαι ἀπὸ δακτυλίων σφραγῖδες. εἴτ' οὖν εἰς αἷμα, εἴτ' οὖν εἰς ἀέρα, τῶν αἰσθητῶν ἐνσημαινομένων. καὶ εἰ μὲν ὡς ἐν σώμασιν ὑγροῖς, ὅπερ καὶ εὔλογον, ὥσπερ εἰς ὕδωρ συγχυθήσεται, καὶ οὐκ ἔσται μνήμη. εἰ δὲ μένουσιν οἱ τύποι, ἢ οὐκ ἔστι

* τὸ αὐτὸ

* ἀμφὶ

A QVOD autē ſi anima corpus ſit, neq; ſentire nobis dabitur, neq; intelligere, neque ſcire, neq; virtus omnino, neq; quicquam egregium nobis inerit, ex his apparebit: ſiquidem enim ſentire quicquā debet, vnum eſſe ipſum oportet, & vno quodam eodemq; omne percipere. Et ſi per plura ſenſuum inſtrumēta ingrediantur plura, vel multę circa vnum ſint qualitates, ac etiam per vnum videatur variū aliquid ceu vultus. non enim aliud quidē videt nares, aliud B autem oculos, ſed idē cuncta ſimul. Ac ſi aliud per oculos penetret, aliud per auditum, vnum tamen oportet eſſe ad quod perueniunt vtraq;: alioquin nō poſſet animus horum inter ſe differentiam iudicare, niſi intentiones ſenſuum ſenſibiliumq; in vnū æquè confluerent. Oportet igitur hoc eſſe quaſi cētrum, ſenſus verò ſingulos vndiq; non aliter ad hoc ipſum quàm lineas à circumferentia ad centrum vſq; protendi, atq; vim eiuſmodi cuncta comprehenden- C tem, reuera vnū aliquid eſſe. Nam ſi diuiduum aliquid eſſet, & quaſi ad extrema lineæ vtraq; intentiones ſenſuum pertinerent, aut rurſus in vnum idemq; concurrerent quaſi medium, aut aliud ibi eſſet, & aliud, atq; alterū alterius tantùm haberet ſenſum: ceu ſi ego aliud ſentiā, tu verò ſentias aliud, etiam ſi vnū ſit ſpectaculum ceu vultus, aut potius in vnum congregabuntur. Quod & apparet: congregantur enim & in pupillis, alioquin non poſſent per eas maxima D quæq; videri. Quamobrem quæ ad ipſum animæ principale proueniunt, multò magis velut notiones quædam ſunt indiuiduæ: ideoque id quoq; erit indiuiſibile: alioquin ſi habeat magnitudinem vnà cū re ſenſibili diuidetur. Itaq; pars alia ſentiet aliam, nihilq; in nobis ſentiendam rem totam percipiet. At enim vnum eſt id totum: quo enim pacto diuidi poteſt? Nam ſi diuidatur, nequit tanquā æquale æquali prorſus accommodari: quoniā principale noſtrum E cum omni re ſentienda æquale eſſe non poteſt. In quot igitur diuiſio fiet? nunquid in tot ſecabitur, in quot partes numero quod incidit ſenſibile diſtribuitur? & quælibet partium animæ particula ſentiet idem? An fortè particulæ partium ſenſu carebūt? At verò id fieri nequit. Sin autem quodlibet totum ſentiat, cum magnitudo diuidi queat in infinitum, nimirum innumerabiles quoq; ſenſus circa vnūquodq; ſenſibile in vnoquoq; contingent, quaſi innume- F rabiles in principali noſtro rei eiuſdē ſint imagines. Præterea ſi corpus ſit quod ſentit, non alio modo ſentire continget, quàm ſi quædam ab annulo in cera imprimātur imagines, ſiue in ſanguine, ſiue in ære quodam ſenſibilia imprimantur. Ac ſi tanquā in corporibus humidis, quod & probabile eſt, certè tanquam in aqua confundentur imagines, neque memoria erit vlla. Quòd ſi figuræ permaneant, aut nō licebit

alias ibi fingi prioribus permanentibus, ideoq; sensus alij minimè fient: aut si fiant alij, priores protinus delebũtur. quapropter memoria iam cessabit. Si autẽ possumus meminisse, ac præter alia sentire rursus & alia, prioribus nequaquã impediẽtibus, impossibile est animã esse corp⁹.

A ἄλλους ἐνσημαίνεσθαι ἐκείνων κατεχόντων, ὥστε ἄλλαι αἰσθήσεις οὐκ ἔσονται, ἢ γινομένων ἄλλων, ἐκεῖνοι οἱ πρότεροι ἀπολοῦνται, ὥστε οὐδὲν ἔσται μνημονεύειν. εἰ δὲ ἔστι τὸ μνημονεύειν, καὶ ἄλλων αἰσθάνεσθαι ἐπ' ἄλλοις, οὐκ ἐμποδιζόντων τῶν πρόσθεν, ἀδύνατον τὴν ψυχὴν σῶμα εἶναι.

Principalis sensus passionum iudex passiones cuiuslibet membri subitò percipit, in qua particula membri sint distinctè discernit, huc oculos manusq; statim admouet. Id autem efficere non valeret, nisi esset vbiq; totus. Non est ergo corporeus.

Cap. VII.

IDEM præterea ex dolore dolorisq; sensu declarari potest, vtpote quãdo quis dicitur dolere digitum: tunc dolor quidem est in digito, sensum verò doloris circa ipsum animæ principale contingere fatebuntur, vbi pars quædam spiritus animati dolet, principale verò id percipit, atq; anima tota idem tunc quodammodo patitur. Quonam igitur modo id accidit? Respondebunt arbitror, successoria quadam traductione, dum videlicet primò patitur spiritus animalis circa digitum, atque hinc deinceps ad partem continuam, rursusq; ad aliam traducitur passio, donec ad principale perueniat. Necessarium est igitur, si primò patiens sensit, aliũ sensum esse secundi, si modò per successionem quandam sensus amplificatur: tertij quoq; patientis tertiũ esse sensum, multosq; sensus atq; innumeros in eodẽ dolore contingere, ipsumq; principale postremò sentire suam dũtaxat passionẽ. Et profectò singulos sentiendi actus non passionem quidẽ digiti persentire, sed eam quæ sequitur citra digitũ: vt puta tarson digito proximam, percipere sequentẽ mox post digitum passionem: partem verò remotiorem, passionẽ quoq; remotiorem, multosq; dolores accidere. Tunc certè principale nõ passionem quæ premit digitum, sed propriam sentiet, feretq; de hac sola iudicium cæteris omnino dimissis, digitum dolere prorsus ignorans. Si ergo sensus passionis eiusmodi per successionem fieri nequit, & corpus cum sit moles non id habet, vt in eo patiente alio id persentiat aliud: in omni enim magnitudine hoc quidem aliud est, illud rursus est aliud, nimirum oportet quod sentit esse tale, vt ipsum vbiq; sibi ipsi sit idem. Id autem assequi ad aliud quiddam in ordine rerum pertinet potius quàm ad corpus.

A ἼΔΟΙ δ' ἄν τις καὶ ἐκ τοῦ ἀλγεῖν, καὶ ἐκ τῆς τοῦ ἀλγεῖν αἰσθήσεως, τὸ αὐτὸ τοῦτο. ὅταν δάκτυλον λέγηται ἀλγεῖν ἄνθρωπος, ἡ μὲν ὀδύνη περὶ τὸν δάκτυλον, δήπουθεν. ἡ δ' αἴσθησις τοῦ ἀλγεῖν, δηλονότι ὁμολογήσουσιν, ὡς περὶ τὸ ἡγεμονοῦν γίγνεται. ἄλλου δὴ ὄντος τοῦ πονοῦντος μέρους, τοῦ πνεύματος τὸ ἡγεμονοῦν αἰσθάνεται. καὶ ὅλη ἡ ψυχὴ τὸ αὐτὸ πάσχει. πῶς οὖν τοῦτο συμβαίνει, διαδόσει φήσουσι. παθόντος μὲν πρώτως τοῦ περὶ τὸν δάκτυλον ψυχικοῦ B πνεύματος, μεταδόντος δὲ τοῦ ἐφεξῆς. καὶ τούτου ἄλλῳ, ἕως οὗ πρὸς τὸ ἡγεμονοῦν ἀφίκοιτο. ἀνάγκη τοίνυν εἰ τὸ πρῶτον πονοῦν ᾔσθετο, ἄλλην τὴν αἴσθησιν τοῦ δευτέρου εἶναι, εἰ κατὰ διάδοσιν ἡ αἴσθησις. καὶ τοῦ τρίτου, ἄλλην. καὶ πολλὰς αἰσθήσεις καὶ ἀπείρους, περὶ ἑνὸς ἀλγήματος γίγνεσθαι. καὶ τούτων ἁπασῶν τὸ ὕστερον, τὸ ἡγεμονοῦν * αἰσθάνεσθαι. καὶ τῆς ἑαυτοῦ παρὰ ταύτας. τὸ δὲ ἀληθὲς ἑκάστην ἐκείνων, μὴ τοῦ ἐν τῷ δακτύλῳ ἀλγήματος, ἀλλὰ τὴν μὲν ἐφεξῆς τῷ δακτύλῳ, ὅτι ὁ ταρσὸς ἀλγεῖ. τὴν δὲ τρίτην, ὅτι ἄλλο τὸ πρὸς τὸ ἄνωθεν. καὶ πολλὰς εἶναι ἀλγηδόνας τό, τε ἡγεμονοῦν, μὴ τοῦ πρὸς τῷ δακτύλῳ ἀλγήματος αἰσθάνεσθαι, ἀλλὰ τοῦ πρὸς αὐτῷ. καὶ τοῦτο γινώσκειν μόνον, τὰ δ' ἄλλα χαίρειν ἐᾶν, μὴ ἐπιστάμενον ὅτι ἀλγεῖ ὁ δάκτυλος. εἰ τοίνυν κατὰ διάδοσιν οὐχ οἷόν τε τὴν αἴσθησιν τοῦ τοιούτου γίγνεσθαι, μὴ δὲ σώματος ὄγκου ὄντος, ἄλλου παθόντος ἄλλου γνῶσιν εἶναι. παντὸς γὰρ μεγέθους τὸ μὲν ἄλλο, τὸ δὲ ἄλλο ἐστί, δεῖ τοιοῦτον τίθεσθαι τὸ αἰσθανόμενον, οἷον πανταχοῦ αὐτὸ ἑαυτῷ, τὸ αὐτὸ εἶναι. τοῦτο δὲ ἄλλῳ τινὶ τῶν ὄντων, ἢ σώματι ποιεῖν προσήκει.

* [illegible]

Intelligentia frequenter attingit & penetrat incorporea, formasq; separat à corporibus, Fit igitur absq; corpore: intellectus ergo non est corporeus.

Cap. VIII.

Cum indiuisibile non aliter quàm per indiuisibile possit attingi, intellectus attingens indiuidua est indiuiduus: & vbi separatis se coniungit, est à corpore separatus: & quando cõiuncta separat, maximè separatũ se esse declarat.

QVOD autem anima si corpus quoquo modo sit, intelligere nequeat, per hæc nobis est demonstrandum. Profectò si sentire est animam vtentem corpore percipere sensibilia, intelligere non erit per corpus apprehendere: alioquin idem futurum est intelligere atq; sentire. Si ergo intelligere est absq; corpore comprehendere, multò prius oportet ipsum quod intellecturum est, non esse corpus. Præterea si sensibilium sensus est, consequenter intelligibilium est intellectio. Quòd si non omnino receperint, erunt tamen intelligibilium

A ὍΤΙ δὲ οὐδὲ νοεῖν οἷόν τε εἰ σῶμα ἡ ψυχὴ ὁτιοῦν εἴη, δεικτέον ἐκ τῶνδε. εἰ γὰρ τὸ αἰσθάνεσθαί ἐστι, τῷ σώματι προσχρωμένην τὴν ψυχὴν ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν αἰσθητῶν, οὐκ ἂν εἴη καὶ τὸ νοεῖν, τὸ διὰ σώματος καταλαμβάνειν. ἢ ταὐτὸν ἔσται τῷ αἰσθάνεσθαι. εἰ οὖν τὸ νοεῖν ἐστι τὸ ἄνευ σώματος ἀντιλαμβάνεσθαι, πολὺ πρότερον δεῖ μὴ σῶμα αὐτὸ τὸ νοῆσον εἶναι. B ἔτι εἰ αἰσθητῶν μὲν ἡ αἴσθησις, νοητῶν δὲ ἡ νόησις. εἰ δὲ μὴ βούλονται, ἀλλ' οὖν ἔσονταί γε καὶ νοητῶν

τινων

τινῶν νοήσεις, καὶ ἀμεγέθων ἀντιλήψεις. πῶς οὖν μέγεθος ὄν, τὸ μὴ μέγεθος νοήσει. καὶ * τῷ μεριστῷ, τὸ μὴ μεριστὸν νοήσει, ἢ μέρει τινὶ, ἀμερεῖ αὐτοῦ. εἰ δὲ τοῦτο, οὐ σῶμα ἔσται τὸ νοῆσον. οὐ γὰρ δὴ τοῦ ὅλου χρεία πρὸς τὸ θιγεῖν. ἀρκεῖ γὰρ καθ' ἕν τι. εἰ μὲν οὖν συγχωρήσονται τὰς πρώτας νοήσεις ὅπερ ἀληθές ἐστιν εἶναι τῶν πάντη σώματος καθαρωτάτων, αὐτὸ ἑκάστου ἀνάγκη, καὶ τὸ νοοῦν σώματος καθαρὸν, ὂν, ἢ γινόμενον γιγνώσκειν. εἰ δὲ τῶν ἐν ὕλῃ εἰδῶν τὰς νοήσεις φήσουσιν εἶναι, ἀλλὰ χωριζομένων γε τῶν σωμάτων γίγνονται, τοῦ νοῦ χωρίζοντος. οὐ γὰρ δὴ μετὰ σαρκῶν ἢ ὅλως ὕλης ὁ χωρισμὸς κύκλου, καὶ τριγώνου, καὶ γραμμῆς, καὶ σημείου. δεῖ ἄρα καὶ τὴν ψυχὴν σώματος αὐτὴν ἐν τῷ τοιούτῳ χωρίσαι. δεῖ ἄρα, μὴ δὲ αὐτὴν σῶμα εἶναι. ἀμέγεθες δὲ οἶμαι καὶ τὸ καλὸν καὶ τὸ δίκαιον, καὶ ἡ τούτων ἄρα νόησις. ὥστε καὶ προσιόντα, τῷ ἀμερεῖ αὐτῆς ὑποδέξεται, καὶ ἐν αὐτῇ ἐν ἀμερεῖ κείσεται. πῶς δ' ἂν καὶ σώματος ὄντος τῆς ψυχῆς, ἀρεταὶ αὐτῆς, σωφροσύνη καὶ δικαιοσύνη, σωζομένης καθ' ὅσον ἂν αὐτοῦ μεταλαμβάνῃ.

τὸ μεριστὸν,

A quorundam intellectiones, & indiuisibilium apprehẽsiones in nobis. Quonam igitur pacto intellectus si fuerit magnitudo, intelliget quod est à magnitudine liberum, & cum natura diuidua indiuiduum apprehendet? An fortè parte quadam ipsius indiuisibili? quod quidem si ita sit, id ipsum quod intelligit, nõ erit corpus. Nõ enim opus est toto ad attingendum: nam satis est vno quodam attingere. Si ergo concedent primas intelligẽtias, quod & verùm est, esse re- B rum à corpore prorsus absolutarum, scilicet ipsius vniuscuiusq;, vt dici solet, abstracti, necessarium est naturam quoq; intelligentem eatenus intelligere, quatenus vel est, vel fit à corpore libera. Si autem intelligẽtias dixerint versari circa formas materiæ adhærentes, fatebuntur tamen eas tunc duntaxat intelligi, quando à corporibus segregantur, intellectu scilicet segregante. Non enim cum his carnibus ipse homo, vel omnino cum materia ipse circulus & C triangulus lineaq; & signũ, eo ipso quo à mente segregantur gradu consistunt: quamobrem animum quoq; necesse est seipsum à corpore in hoc habitu seuocare. oportet igitur neq; ipsam corpus existere. Profectò ab omni magnitudine exemptum est ipsum pulchrũ, ipsumq; iustum, similiterq; horum intelligentia. Quapropter accedẽtia nobis impartibili quodam animi apprehendentur, atque in hoc ipso impartibili sita manebunt. Denique si anima corpus sit, non video quomodo temperantia & iustitia virtutes eius sint, quæ & hanc eatenus seruent, quatenus capiuntur ab ipsa.

Essentia corporea tanquam imperfecta dependet ab incorporea perfecta, quæ quidem cum ex seipsa primoq́; sit & viuat, semper est & viuit, in cuius genere anima continetur. *Cap. IX.*

Anima quoniam in genere diuinorum est vltima, ideo cum caducis videtur inire commertium, ex quo optimus eius habitus intermittitur. At quoniam in diuinorum genere comprehenditur, naturam assiduè seruat, seq́; potest in dignitatem pristinam reuocare.

ΗΔΕ ἑτέρα φύσις, ἡ παρ' αὐτῆς ἔχουσα τὸ εἶναι πᾶν τὸ ὄντως ὂν, ὃ οὔτε γίγνεται, οὔτε ἀπόλλυται, ἢ τὰ πάντα οἰχήσεται, καὶ οὐκ ἂν ὕστερον γένοιτο τούτου ἀπολωλότος, ὃ παρέχει αὐτοῖς σωτηρίαν, τοῖς τε ἄλλοις, καὶ τῷδε τῷ παντὶ, διὰ ψυχῆς σωζομένῳ καὶ κεκοσμημένῳ. ἀρχὴ γὰρ κινήσεως, ἥδε χορηγοῦσα τοῖς ἄλλοις κίνησιν, αὕτη δὲ ἐξ ἑαυτῆς κινουμένη, καὶ ζωὴν τῷ ἐμψύχῳ σώματι διδοῦσα: αὕτη δὲ παρ' ἑαυτῆς ἔχουσα ἣν οὔποτε ἀπόλλυσιν, ἅτε παρ' ἑαυτῆς ἔχουσα. οὐ γὰρ δὴ πάντα ἐπακτῷ ζωῇ χρῆται, ἢ εἰς ἄπειρον εἶσιν: ἀλλὰ δεῖ τινα φύσιν πρώτως ζῶσαν εἶναι, ἣν ἀνώλεθρον καὶ ἀθάνατον εἶναι δεῖ ἐξ ἀνάγκης, ἅτε ἀρχὴν ζωῆς καὶ τοῖς ἄλλοις οὖσαν. ἔνθα δὴ καὶ τὸ θεῖον ἅπαν καὶ τὸ μακάριον ἱδρύσθαι δεῖ, ζῶν παρ' αὐτοῦ: πρώτως ὂν, καὶ ζῶν πρώτως, μεταβολῆς κατ' οὐσίαν, ἄμοιρον· οὔτε γινόμενον, οὔτε ἀπολλύμενον. πόθεν γὰρ καὶ γένοιτο, ἢ εἰς τί ἀπόλοιτο; καὶ εἰ δεῖ ἐπαληθεύειν τὴν τοῦ ὄντος προσηγορίαν αὐτὸ, οὐ ποτὲ μὲν εἶναι, ποτὲ δὲ οὐκ εἶναι δεήσει. ὡς καὶ τὸ λευκὸν αὐτὸ τὸ χρῶμα, οὐ ποτὲ μὲν λευκὸν, ποτὲ δὲ

A OMNINO verò necesse est alteram quandam esse naturam præter corpora, quæ esse habeat ex seipsa, taleq; esse omne quod verè ens iudicatur, quod quidẽ neq; fit, neq; perit: alioquin cætera omnia dilabentur, neq; gignentur iterum, si quãdo eiusmodi natura perierit: quæ profectò his omnibus salutem præbet, & ipsi etiam vniuerso seruato per animam atq; exornato. Hæc enim motus principium est, alijs exhibens motionẽ, mouens interim semetipsam, B & vitam animato corpori præstans: ipsa verò ex se ipsa possidens, amissura nunquam, vtpote quæ hanc habeat à seipsa. Non enim omnia peregrina vtũtur vita, alioquin in infinitum progressio fiet: sed oportet naturã quandam existere primò viuentem, quam incorruptibilem immortalemq; esse necessarium est: vtpote quę alijs sit vitæ principium. Hoc sanè in gradu omne diuinum atque beatum oportet consistere, ex seipso viuens atque existens, primò exi- C stens, primoq; viuens, mutationis secundum essentiam expers, neque oriens, neq; occidens. Nam vnde nascatur, vel in quod resoluatur, ac si oportet veram huic ipsius entis appellationem inesse, non debet alias quidem esse, alias verò non esse: quemadmodum color ipse per se albus, non tum quidem albus est, tum verò

non albus. Si autem ipsum album esset ipsum ens, nimirum vnà cum eo quod album est, esset & semper. nunc verò solùm hoc habet, vt sit album. At illud cui ens ipsum adsit ex seipso primoque ens, proculdubio semper existit. Hoc itaq; primò ens semperq; ens, nō decet vita carere instar lapidis aut ligni: sed oportet esse viuens, puraq; vita frui: quantum videlicet ipsius manet tantum. Quod autem ex ipso miscetur deteriori, impedimentum quidem subire ad optima, neque tamen naturam suam amittere, sed antiquum habitum, quādo recurrit in sua, quandoq; resumere.

οὐ λευκόν. εἰ δὲ καὶ ὂν ἦν τὸ λευκόν, μετὰ τοῦ λευκὸν εἶναι ἦν ἂν ἀεί. ἀλλὰ μόνον ἔχει τὸ λευκόν, ᾧ δ᾽ ἂν τὸ ὂν ᾖ παρόν, παρ᾽ αὐτοῦ καὶ πρώτως ὂν ἀεὶ ἔσται. τοῦτο τοίνυν τὸ ὂν πρώτως καὶ ἀεὶ ὄν, οὐχὶ νεκρὸν ὥσπερ λίθον ἢ ξύλον, ἀλλὰ ζῶν εἶναι δεῖ. καὶ ζωῇ καθαρᾷ κεχρῆσθαι, ὅσον ἂν αὐτοῦ μένῃ μόνον. ὃ δ᾽ ἂν συμμιχθῇ χείρονι, ἐμπόδιον μὲν ἔχειν πρὸς τὰ ἄριστα, οὔτι γε μὴν τὴν αὑτοῦ φύσιν ἀπολωλέναι, ἀναλαβεῖν δὲ τὴν ἀρχαίαν κατάστασιν, ἐπὶ τὰ αὑτοῦ ἀναδραμόν.

Duæ sunt mentium diuinarum dotes. Vna quidem claritas intellectus omnia cernens: altera verò optimus vitæ habitus. Eiusmodi dotes maximè consequitur animus, quando seipsum ab omni labe corporea segregans reuertitur in seipsum. Ex quo apparet eum esse diuinis mentibus natura cognatum. Cap. X.

Duo sunt apud nos argumenta diuinitatis. Alterum prophetia: alterum prodigiosorum operum demonstratio. Quicunq; verò diuina hæc munera reportarūt, ex hoc vno duntaxat officio hæc sibi vendicauisse videtur, quòd animam à corpore reuocauerint ad seipsam. Vnde constat ipsam animæ naturam per se esse cū diuinitate coniunctam.

ANIMAM verò cognatam esse diuinioris sempiternæq; naturæ ex eo patet, quòd non sit corpus, vt nobis est demonstratum: neq; figuram habeat, neq; colorem, neq; molē vel qualitatem vllo pacto tractabilem. Idē præterea per hæc licet ostendere. Profectò cum nobis constet, omne diuinum vereq; ens vita frui bona atq; sapiente: considerandum est deinceps de anima nostra, qualis potissimū sit natura. Accipiamus verò animam nondum in corpore irrationales concupiscentias, & iras concipientem, perturbationesq; alias admittentem: sed quæ hæc expulerit omnia: neque cum corpore commertium habeat vllum, nisi quātum summa cogat necessitas. Quę quidem anima nobis proculdubio patefaciet, vitia & mala ipsius animæ additamenta quædam esse, & ab extrinseco nobis iniecta: nempe purificato iam animo inesse comperiuntur optima, scilicet sapientia & reliqua virtus, tanquam familiaria. Si ergo tale quiddam est anima, quoties reuertitur in se ipsam, quidnam obstat, quo minus in gradu sit eius naturæ, quam diuini omnis sempiterniq; esse fatemur. Sapientia enim veraq; virtus cum diuinæ res sint, non possunt alicui vnquam vili mortalique inesse naturæ, sed necesse est tale quiddam esse diuinum: quippe cum compos sit diuinorum ob cognationem quandā communionemq; substantiæ. Quamobrē quicunq; nostrûm sic estaffectus, exiguo quodam secundum animam à supernis distare videtur: in hoc videlicet duntaxat cedēs, quod est in corpore. Quapropter si vel omnes homines, vel plurimi talibus essent præditi animis, nullus adeò foret incredulus, vt aliquando diffideret, animæ nostræ naturam esse penitus immortalem. Nunc verò cum homines animam in plurimis deprehendant vitijs inquinatam, nimirum neq; rem diuinam neq; immortalem esse facilè iudicant. Oportet autem naturam vniuscuiusq; cōsiderare ad ipsum eius purum respicientes. Nā quod adiunctum est, cognitionem eius cui est additū semper impedire solet. Considera igitur auferendo: imò verò ille ipse qui aufert, seipsum intueatur, seque immortalem esse facilè credet:

ὍΤΙ δὲ τῇ θειοτέρᾳ φύσει συγγενὴς ἡ ψυχὴ καὶ τῇ ἀϊδίῳ, δῆλον μὲν ποιεῖ, καὶ τὸ μὴ σῶμα αὐτὴν δεδεῖχθαι καὶ μὴν οὐδὲ σχῆμα ἔχει, οὐδὲ χρῶμα. ἀναφής τε. οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐκ τῶνδέ ἐστι δεικνύναι. ὁμολογουμένου δὴ ἡμῖν παντὸς τοῦ θείου καὶ τοῦ ὄντως ὄντος, ζωῇ ἀγαθῇ κεχρῆσθαι καὶ ἔμφρονι, σκοπεῖν δεῖ τὸ μετὰ τοῦτο ἀπὸ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς, οἷόν ἐστι τὴν φύσιν. λάβωμεν δὲ ψυχήν, μὴ τὴν ἐν τῷ σώματι, ἐπιθυμίας ἀλόγους καὶ θυμοὺς προσλαβοῦσαν, καὶ πάθη ἄλλα ἀναδεξαμένην, ἀλλὰ τὴν ταῦτα ἀποτριψαμένην, καὶ καθόσον οἷόν τε μὴ κοινωνοῦσαν τῷ σώματι. ἥτις καὶ δῆλον ποιεῖ ὡς προσθῆκαι τὰ κακὰ τῇ ψυχῇ, καὶ ἄλλοθεν. καθηραμένῃ δὲ αὐτῇ, ἐνυπάρχει τὰ ἄριστα φρόνησις, καὶ ἡ ἄλλη ἀρετή, οἰκεῖα ὄντα. εἰ οὖν τοιοῦτον ἡ ψυχὴ ὅταν ἐφ᾽ ἑαυτὴν ἀνέλθῃ, πῶς οὐ τῆς φύσεως ἐκείνης, οἵαν φαμὲν τὴν τοῦ θείου καὶ ἀϊδίου παντὸς εἶναι. φρόνησις γὰρ καὶ ἀρετὴ ἀληθὴς θεῖα ὄντα, οὐκ ἂν ἐγγένοιτο φαύλῳ τινὶ καὶ θνητῷ πράγματι, ἀλλ᾽ ἀνάγκη θεῖον τὸ τοιοῦτον εἶναι, ἅτε θείων μεστὸν αὐτῷ διὰ συγγένειαν, καὶ τὸ ὁμοούσιον. διὸ καὶ ὅστις τοιοῦτος ἡμῶν, ὀλίγον ἂν παραλλάττοι τῶν ἄνω τῇ ψυχῇ αὐτῇ. μόνον τοῦτο, ὅσον ἐστὶν ἐν σώματι ἐλαττούμενος. διὸ καὶ εἰ πᾶς ἄνθρωπος τοιοῦτος ἦν, ἢ πλῆθός τι τοιαύταις ψυχαῖς κεχρημένον, οὐδεὶς οὕτως ἦν ἄπιστος, ὡς μὴ πιστεύειν τὸ τῆς ψυχῆς αὐτοῖς πάντῃ ἀθάνατον εἶναι. νῦν δὲ πολλαχοῦ λελωβημένην τὴν ἐν τοῖς πλείστοις ψυχὴν ὁρῶντες, οὔτε ὡς περὶ θείου, οὔτε ὡς περὶ ἀθανάτου χρήματος διανοοῦνται. δεῖ δὲ τὴν φύσιν ἑκάστου σκοπεῖσθαι, εἰς τὸ καθαρὸν αὐτοῦ ἀφορῶντα. ἐπείπερ τὸ προστεθέν, ἐμπόδιον ἀεὶ πρὸς γνῶσιν τοῦ ᾧ προσετέθη γίγνεται. σκόπει δὴ ἀφελών, μᾶλλον δὲ ὁ ἀφελὼν ἑαυτὸν ἰδέτω, καὶ πιστεύσει ἀθάνατος εἶναι,

ὅταν

A ὅταν ἑαυτὸν θεάσηται ἐν τῷ νοητῷ, καὶ ἐν τῷ καθαρῷ γεγενημένον. ὄψεται γὰρ νοῦν ὁρῶντα οὐκ αἰσθητόν τι, οὐδὲ τῶν θνητῶν τούτων, ἀλλ' ἀϊδίῳ τὸ ἀΐδιον κατανοοῦντα. πάντα τὰ ἐν τῷ νοητῷ κόσμῳ, καὶ αὐτὸν νοητὸν καὶ φωτεινὸν γεγενημένον. ἀληθείᾳ καταλαμπόμενον, τῇ παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ, ὃ πᾶσιν ἐπιλάμπει τοῖς νοητοῖς ἀλήθειαν. ὡς πολλάκις αὐτῷ δόξαι τοῦτο δὴ καλῶς εἰρῆσθαι. B χαίρετε, ἐγὼ δ' ὑμῖν θεὸς ἄμβροτος. πρὸς τὸ θεῖον ἀναβὰς, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸ ὁμοιότητα ἀτενίσας εἰ δ' ἡ κάθαρσις ποιεῖ ἐν γνώσει τῶν ἀρίστων εἶναι, καὶ αἱ ἐπιστῆμαι ἔνδον οὖσαι ἀναφαίνονται: αἳ δὴ, καὶ ὄντως ἐπιστῆμαί εἰσιν. οὐ γὰρ δὴ ἔξω που δραμοῦσα ἡ ψυχὴ, σωφροσύνην καθορᾷ καὶ δικαιοσύνην, ἀλλ' αὐτὴ παρ' αὐτῇ ἐν τῇ κατανοήσει ἑαυτῆς, καὶ τοῦ ὃ πρότερον ἦν, ὥσπερ C ἀγάλματα ἐν αὐτῇ ἱδρυμένα ὁρῶσα, οἷα ὑπὸ χρόνου ἰοῦ πεπληρωμένα. καθαρὰ ποιησαμένη, οἷον εἰ χρυσὸς ἔμψυχος εἴη. εἶτα ἀποκρουσάμενος ὅσον γεηρὸν αὐτῷ ἐν * αἰνοίᾳ. πρότερον ἑαυτοῦ ὂν, ὅτι μὴ χρυσὸν ἑώρα. τότε δὴ αὐτὸν ἤδη τοῦ χρήματος θαυμάσειεν, ὁρῶν μεμονωμένον: καὶ ὡς οὐδὲν ἄρα ἔδει αὐτῷ κάλλους ἐπακτοῦ, ἐνθυμοῖτο αὐτὸς κρατιστεύων, εἴ τις αὐτὸν ἐφ' ἑαυτοῦ ἐῴη εἶναι.

* ἀνοίᾳ.

A quando scilicet se ipsum in mundo intelligibili puroque loco perspexerit habitantem. Cernet enim intellectum videntem, nõ sensibile quicquã, neq; ex his mortalibus aliquid, sed vi sempiterna sempiternum ritè considerantem: & omnia in mundo intelligibili, seq; ipsum intelligibilem luciduumq; effectum: veritate videlicet illustratum: quæ quidẽ ab ipso bono coruscat: quod intelligibilia omnia veritate collustrat. Iã igitur huic animo dictum illud valde cõueniet: B Valete vos. Ego verò immortalis iã Deus profectus ad diuinũ: diuinæ similitudini totus incumbo. Si ergo purificatio ipsa efficit, vt animus optima quæq; cognoscat: nimirum scientiæ latentes intus effulgẽt, quæ & reuera scientiæ sunt. Anima enim non extra currens temperantiam perspicit & iustitiam: sed penes seipsam in sui ipsius animaduersiõe, eiusq; quod prius erat agnitione, velut diuinas imagines in se sitas iam intuetur, quas antè per tempus ru- C bigine obsitas iam ritè detersit: velut si aurum fortè animatũ foret, & quia terra obsitum, ideo non se intuens aurum, seipsum penitus ignoraret: aliquãdo verò à se terram excutiens, cernensq; purũ, seipsum admiraretur, cognosceretq; non sibi opus esse extrinseca pulchritudine, optimè secum agi putans, si quis ipsum in se tantùm manere permittat.

Corpus animatum ipsius animæ beneficio habet, vt ex se quodammodo moueatur. Igitur anima potissimum habet idem: igitur & vitam ex se habet: igitur & in se à corpore non dependentem: semper ergo viuit etiam à corpore separata. *Cap. XI.*

Animam ex se & in se moueri, viuereq; etiã sine corporis sustentaculo apparet, præterea maximè quando contra inclinationes corporis sese mouet. & quando se ad incorporea transfert. siquod verò accidentale vitæ vestigium corpori est impressum, redigendum est ad substantialem animæ vitam in se existentem, sicut calor vel pallor nubis ad lumen: atqui vt lumen ad solem, sic anima refertur ad mentem.

A ΠΕΡΙ' τοιούτου χρήματος τίς ἂν ἀμφισβητοίη νοῦν ἔχων, ὡς οὐκ ἀθάνατον: ᾧ πάρεστι μὲν ἐξ ἑαυτοῦ ζωὴ, ἣν οὐχ οἷόν τε ἀπολέσθαι. πῶς γὰρ οὐκ ἐπίκτητόν γε οὖσαν, οὐδ' αὖ οὕτως ἔχουσαν, ὡς τῷ πυρὶ ἡ θερμότης πάρεστι. λέγω δὲ οὐχ' ὡς ἐπακτὸν ἡ θερμότης τῷ πυρὶ, ἀλλ' ὅτι εἰ καὶ μὴ τῷ πυρὶ, ἀλλὰ τῇ ὑποκειμένῃ τῷ πυρὶ ὕλῃ. ταύτῃ γὰρ καὶ διαλύεται τὸ πῦρ. B ἡ δὲ ψυχὴ, οὐχ' οὕτω τὴν ζωὴν ἔχει, ὡς ὕλην μὲν οὖσαν ὑποκεῖσθαι, ζωὴν δὲ ἐπ' αὐτῇ γινομένην τὴν ψυχὴν ἀποδεῖξαι. ἢ γὰρ οὐσία ἐστὶν ἡ ζωὴ, καὶ ἔστιν οὐσία ἡ τοιαύτη παρ' αὐτῆς ζῶσα, ὅπερ ἐστὶν ὃ ζητοῦμεν ἡ ψυχὴ, καὶ τοῦτο ἀθάνατον ὁμολογοῦσιν, ἢ ἀναλύσουσιν ὡς σύνθετον. καὶ τοῦτο πάλιν, ἕως ἂν εἰς ἀθάνατον ἔλθωσι παρ' αὐτοῦ κινούμενον. (ᾧ μὴ θέμις θανάτου μοῖραν δέχεσθαι.) ἢ πάθος C ἐπακτὸν τῇ ὕλῃ λέγοντες τὴν ζωὴν, παρ' ὅτου τοῦτο τὸ πάθος ἐλήλυθεν εἰς τὴν ὕλην. αὐτὸ ἐκεῖνο ἀναγκασθήσονται ὁμολογεῖν ἀθάνατον εἶναι, ἄδεκτον ὂν τοῦ ἐναντίου ᾧ ἐπιφέρει. ἀλλὰ γάρ ἐστι μία φύσις, ἐνεργείᾳ ζῶσα.

A NEMO igitur sanæ mentis rem talem intuitus dubitabit, quin sit immortalis, cui ex se inest vita, quæ interire non potest: quo enim pacto interibit, cum non sit aduentitia? neque ita se habeat, vt calor ad ignem? Non equidem hoc ideo dico quòd calorem igni aduentitium esse putem, sed quia calor non igni, sed materiæ ignis insit. Ob hoc itaq; dissoluitur ignis, anima verò nõ sic habet vitam, vt ibi quidem materia sit subiecta, vita verò illi accedens declaret B animam: aut enim essentia est ipsa vita, atq; est essentia talis ex seipsa viuens, quod quidem est id quod quærimus, anima: idque sanè esse immortale confitebuntur: aut resoluent velut cõpositũ, idq; rursus quousq; ad immortale perueniant, seipsum mouens, quod nefas est mortem subire: aut si fortè vitam esse dicãt affectionem quandam materiæ accidentem, illud tandem à quo talis affectio tradita est materiæ, fateri immortale cogentur: quippe cùm contra- C rium eius quod affert, suscipere nequeat, sed re vera est vna natura actu viuens.

Anima nostra mundi animã motu rerumq; intelligẽtia imitans sempiterna est, sicut & illa præsertim: quoniã dum reuocando se ad intima sui res intelligit, declarat absolutas rerũ formas sibi ingenitas se habere. *Cap. XII.*

Deniq; cũ anima sit forma simplex, indiuidua, nõ alligata materiæ, neq; dissolui potest, neq; diuidi, neq; disperdi.

A ΕΤΙ εἰ πᾶσαν ψυχὴν φήσουσι φθαρτὴν, πάλαι ἂν ἔδει πάντα ἀπολωλέναι:

A PROINDE si omnẽ animam esse caducã dicãt, iandiu oporteret omnia fuisse deperdita:

sin autem aliam quidem animam esse caducam, A aliam verò nequaquam, ceu vniuersi animam immortalem, nostram verò mortalem: differentiæ huius causa illis est assignanda. Vtraque sanè motionis principium est, & vtraque ex seipsa viuit, atque eodem attingit eadem, intelligens tum quæ in cœlo sunt, tunc quæ supra cœlum, & omne quod secundum essentiam est, & quid perquirens, & denique vsque ad summum principium omnium proficiscens. Præterea ex eo quod per seipsam ex notionibus intimis quod ipsum vnumquodque sit, inuenit, quondam scilicet reminiscentiæ munere, constat animam ante corpus B viuere, scientijsque sempiternis vtentem ipsam esse pariter sempiternam. Accedit ad hæc quod omne solubile cùm ex compositione susceperit esse, hac conditione naturaliter dissolui potest, qua est & compositum. Anima verò vnus est & simplex actus, & natura in viuendo consistens, non igitur hac ratione poterit interire. Sed nunquid diuisa quandoque in partes & dissipata peribit? At anima vt demonstratum est, neque moles C est, neque quantum quicquam. Num forte permutata, & (vt dici solet) alterata perdetur? Verùm alteratio quidem cùm interimit, speciem aufert relicta materia. Hæc autem est compositi passio. si ergo nullo ex his modo corrumpi potest, incorruptibilem esse necessarium est.

A εἰ δὲ τὴν μὲν τὴν δ' οὔ, οἷον τὴν τοῦ παντὸς ἀθάνατον εἶναι, τὴν δ' ἡμετέραν μή, λεκτέον αὐτοῖς τὴν αἰτίαν. ἀρχὴ γὰρ κινήσεως ἑκατέρα, καὶ ζῇ παρ' αὑτῆς ἑκατέρα. καὶ τῶν αὐτῶν τῷ αὐτῷ ἐφάπτεται, νοοῦσα τά, τε ἐν τῷ οὐρανῷ, τά τε οὐρανοῦ ἐπέκεινα. καὶ πᾶν ὅ ἐστι κατ' οὐσίαν ζητοῦσα. καὶ μέχρι τῆς πρώτης ἀρχῆς ἀναβαίνουσα. ἥ τε δὴ παρ' αὐτῆς ἐκ τῶν B ἐν αὐτῇ θεαμάτων κατανόησις αὐτὸ ἑκάστου, καὶ ἐξ ἀναμνήσεως γιγνομένη, πρὸ σώματός τε αὐτῇ δίδωσι τὸ εἶναι. καὶ ἀϊδίοις ἐπιστήμαις κεχρημένην, ἀΐδιον καὶ αὐτὴν εἶναι. πᾶν τε τὸ λυόμενον σύνθεσιν εἰληφὸς, ταύτῃ διαλύεσθαι πέφυκεν, ᾗ συνετέθη. ψυχὴ δὲ μία καὶ ἁπλῆ ἐνέργεια οὖσα ἐν τῷ ζῆν φύσις, οὐ τοίνυν ταύτῃ φθαρήσεται. ἀλλ' ἆρα μερισθεῖσα, κερματιζομένη ἀπόλοιτ' ἄν. ἀλλ' οὐκ C ὄγκος τις οὐδὲ ποσόν, ὡς ἐδείχθη ἡ ψυχή; ἀλλ' ἀλλοιωθεῖσα ἥξει εἰς φθοράν. ἀλλ' ἡ ἀλλοίωσις φθείρουσα, τὸ εἶδος ἀφαιρεῖ, τὴν δὲ ὕλην ἐᾷ. τοῦτο δὴ συνθέτου πάθος. εἰ οὖν κατὰ μηδὲν τούτων οἷόν τε φθείρεσθαι, ἄφθαρτον εἶναι ἀνάγκη.

Anima nostra & si est in genere diuinorum, tamen quia in eo genere vltimum tenet gradum, meritò descendit in corpus, & id quidem caducum, ad diuinum gradum iterum reuersura. Cap. XIII.

Natura intellectus longè diuersa est à corpore: agit enim in seipsa fugiens interim à corporeis. Igitur inter puros intellectus & corpora sunt naturæ habentes partem quidem intellectualem, partem etiam animalem, id est ad corpora sibi conformanda vergentem. Sunt in his tres gradus: nam in animis quidem cælestibus intellectuale superat animale: in nostris verò vicissim: in dæmonicis æquè se habent, nihil ergo mirum est animam nostram quamuis diuinam in corpus mortale descendere, quando in seipsa descendit ad tertia, id est sub intellectu per rationem, & imaginationem ad potentiam vegetalem.

CVM igitur ipsum intelligibile sit separa- A tum, qua nam ratione anima procedit in corpus? Quoniam quantum intellectus est solus passionis expers in gradu intelligibilium intellectualem solùm vitam habens, semper ibi permanet. Non enim inest impetus vllus nec appetitus: quod autem appetitum adhibet, proximè deinceps intellectum illum comitans, appetitus adiunctione quasi iam longè progreditur, atque exornare appetens ad exemplar eorum, quæ in in- B tellectu nouit, ac velut inde prægnans, atque parturiens affectat facere, & denique fabricat. Hoc itaque studio seipsam anima circa sensibile pertrahens iam gubernat, ac dum vna cum communi vniuersorum anima gubernacula gerit, collega eius viuens in communi totius gubernatione, tanquam extrinsecus præsidet superans gubernatum. At cùm gubernare partem affectat, iam gubernat sola, eique infusa in quo viuit, non tota neque omnis ipsa fit corporis, sed interim aliquid possidet extra corpus: igitur neque etiam C huius intellectus est passioni subiectus. Hæc autem aliàs quidem in corpore, aliàs autem viuit extra corpus, nempe impetu quodam exorditur à primis, & ad tertia vsque progressa descendit ad nostra quodam intellectus actu: dum intellectus ipse permanet in seipso, intereaque per animam pulchris omnia complet, exor-

A ΠΩΣ οὖν τοῦ νοητοῦ χωριστοῦ ὄντος, ἡ δὲ εἰς σῶμα ἔρχεται; ὅτι ὅσος μὲν νοῦς μόνος ἀπαθὴς ἐν τοῖς νοητοῖς, ζωὴν μόνον νοερὰν ἔχων, ἐκεῖ ἀεὶ μένει. οὐ γὰρ ἔνι ὁρμή, οὐδ' ὄρεξις. ὃ δ' ἂν ὄρεξιν προσλάβῃ, ἐφεξῆς ἐκείνῳ τῷ νῷ ὂν τῇ προσθήκῃ τῆς ὀρέξεως, οἷον πρόεισιν ἤδη ἐπὶ πλέον, καὶ κοσμεῖν ὀρεγόμενον καθὰ ἐν νῷ, εἶδεν ὥσπερ κυοῦν ἀπ' αὐτῶν. καὶ B ὠδῖνον γεννῆσαι, ποιεῖν σπεύδει καὶ δημιουργεῖ. καὶ τῇ σπουδῇ ταύτῃ περὶ τὸ αἰσθητὸν τεταμένη. μετὰ μὲν πάσης τῆς τῶν ὅλων ψυχῆς, ὑπερέχουσα τοῦ διοικουμένου εἰς τὸ ἔξω. καὶ τοῦ παντὸς συνεπιμελουμένη. μέρος δὲ διοικεῖν βουληθεῖσα, μονουμένη. καὶ ἐν ἐκείνῳ γιγνομένη, ἐν ᾧ ἐστιν. οὐχ ὅλη, οὐδὲ πᾶσα τοῦ σώματος γινομένη, ἀλλά τι καὶ ἔξω σώματος ἔχουσα. οὐκοῦν οὐδὲ ὁ ταύτης νοῦς, ἐμπα- C θὴς αὕτη δὲ ὁτὲ μὲν ἐν σώματι, ὁτὲ δὲ σώματος ἔξω. ὁρμηθεῖσα μὲν ἀπὸ τῶν πρώτων, εἰς δὲ τὰ τρίτα προελθοῦσα. εἰς τὰ ἐπὶ τάδε, νοῦ ἐνέργεια νοῦ μένοντος ἐν τῷ αὐτῷ. καὶ διὰ ψυχῆς, πάντα καλῶν πληροῦντος.

ἀθανά- καὶ διακοσμοῦντος ἀθανάτου, *διὰ θανάτου. εἴπερ ἀεὶ καὶ αὐτὸς ὢν ἔσται, δι' ἐνεργείας ἀπαύστου.

A exornator immortalis per animam immortalem: siquidem ipse quoq; semper existens per actum incessabilem cuncta dispensat.

Omnes animæ proprias immortalesq; vitas habent. Cap. XIIII.

Quicquid vitæ ab anima nostra in nostrum corpus emicat, abeuntem hinc animã comitatur. Quod verò in fœtu vitale cælitus impressum fuerat, cælitus conseruatur, circa quod & noster animus hinc impurus emigrans amore se versat, purus verò relinquit.

ΠΕΡΙ` δὲ τῆς τῶν ἄλλων ζώων ψυχῆς. θηρίων ὅσαι μὲν αὐτῶν σφαλεῖσαι καὶ μέχρι *θηρείων ἧκον σωμάτων, ἀνάγκη καὶ ταύτας ἀθανάτους εἶναι. εἰ δὲ ἔστιν ἄλλό τι εἶδος ψυχῆς, οὐκ ἄλλοθεν ἢ ἀπὸ τῆς ζώσης φύσεως δεῖ καὶ ταύτην εἶναι, καὶ αὐτὴν οὖσαν ζωῆς τοῖς ζώοις αἰτίαν. καὶ δὴ καὶ τὴν ἐν τοῖς φυτοῖς. ἅπασαι γὰρ ὡρμήθησαν ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἀρχῆς, ζωὴν ἔχουσαι οἰκείαν. ἀσώματοί τε καὶ αὗται καὶ ἀμερεῖς, καὶ οὐσίαι. εἰ δὲ τὴν ἀνθρώπου ψυχὴν τριμερῆ οὖσαν τῷ συνθέτῳ λυθήσεσθαι, καὶ ἡμεῖς φήσομεν τὰς μὲν καθαρὰς ἀπαλλαττομένας, τὸ προσπλασθὲν ἐν τῇ γενέσει ἀφήσειν. τὰς δὲ τούτῳ συνέσεσθαι ἐπὶ πλεῖστον. ἀφειμένον δὲ τὸ χεῖρον, οὐδὲ αὐτὸ ἀπολεῖσθαι, ἕως ἂν ᾖ ὅθεν ἔχει τὴν ἀρχήν. οὐδὲν γὰρ ἐκ τοῦ ὄντος ἀπολεῖται.

A QVÆRITVR prӕterea de anima etiã animalium reliquorum. Et profectò quæcunq; inter eas tales sunt, vt à superioribus degenerantes vsq; ad brutorũ corpora sint prolapsæ, hæ quoq; necessariò sunt immortales: si autem est alia quædam animæ species, oportet hãc insuper non aliunde pendere, quàm à natura viuente: quippe cum ipsa etiam animalibus vitæ sit causa. similiter & plantarum animã se oportet habere. Omnes enim ab eodem principio B processerunt propriam habentes vitam, atque hæ quoque sunt incorporeæ indiuisibilesq; & essentiæ. Si autem oporteat animam hominis existentem trimembrem cõposito solui, & nos dicemus animas quidẽ quæ purę abeunt, quod adiunctum in generatione fuerat dimissuras: alias autem concretam eiusmodi labem longis temporum curriculis abstersuras. Dimissum verò id quod est deterius dicemus, neq; ipsum quidem perdi, quandiu sit vnde ducit originem. Nihil enim ex eo quod ens censetur, vnquam disperditur.

Animæ defunctorum nostra hæc memoriter tenent, sentiunt, curant, malefaciunt, benefaciunt. Cap. XV.

Quandiu corpus habent qualecunq; vel aerium, vel ætherium, proprios habẽt & sensus: sin omne corpus exuant eminentia quadam intelligentiæ ad singula discernenda vti pro sensibus iudicantur. Nam & imaginatio præsertim perfecta sensus præfert, & ratio imaginationem agit, atq; sensus, & intellectus rationem atq; sequentia modo quodam præstantiore.

Α` μὲν οὖν πρὸς τοὺς ἀποδείξεως δεομένους ἐχρῆν λέγεσθαι, εἴρηται. ἃ δὲ καὶ πρὸς τοὺς δεομένους πίστεως αἰσθήσει κεκρατημένης, ἐκ τῆς ἱστορίας τῆς περὶ τὰ τοιαῦτα πολλῆς οὔσης ἐκλεκτέον, ἔκ τε ὧν οἱ θεοὶ ἀνεῖλον, κελεύοντες μῆνιν ψυχῶν ἠδικημένων ἱλάσκεσθαι. τιμάς τε νέμειν τεθνηκόσιν, ὡς ἐν αἰσθήσει οὖσι, καθὰ καὶ πάντες ἄνθρωποι ποιοῦσιν, εἰς τοὺς ἀπεληλυθότας. πολλαὶ δὲ ψυχαὶ πρότερον ἐν ἀνθρώποις οὖσαι, σωμάτων ἔξω γινόμεναι, οὐκ ἀπέστησαν τοῦ εὐεργετεῖν ἀνθρώπους· αἳ δὴ καὶ μαντεῖα ἀποδειξάμεναι, εἴς τε τὰ ἄλλα χρῶσαι ὠφελοῦσι, καὶ δεικνύουσι δι' αὐτῶν, καὶ περὶ τῶν ἄλλων ψυχῶν, ὅτι μὴ εἰσὶν ἀπολωλυῖαι.

A HACTENVS dicta sunt, quę ad illos qui demonstrationem exigunt dicenda erant, quæ verò opportunè dicenda sint illis, qui fide quadam sensu permista potius indigent eligenda sunt ex historia quæ eiusmodi rebus abundat: præsertim ex his quę dij oraculis mandauerũt, iubentes indignationem animorum qui iniuria quondam sunt affecti placari, meritosq; honores reddi defunctis, tam quam talia sentientibus, quemadmodũ & omnes erga defunctos B obseruant. Animæ præterea multæ, quę quondam vitam egerũt humanam, deinde à corpore segregatæ non destiterunt beneficijs humanũ genus afficere: quæ profectò vaticinijs & oraculis, tum ad alia nobis conferunt, tum etiam per seipsas demonstrant nec aliorum animas extinctas esse.

Desideras Magnanime Laurenti breuem tandem longæ disputationis summam, disputationis inquam de immortalitate, & in Theologia, & in præsentia in longum iam productæ. Desiderabat & idem noster ille Bernardus, cùm Veneti senatus hic orator, nos ac de re latißimè disputantes audiret. Bernardus inquam Bembus, vir apprimè doctus, doctorumq; patronus atq; meus in sidere genioq; frater. Tibi igitur atq; illi pariter hæc erit summa quatuor distincta capitibus: primò quidem, quòd anima rebus caducis dominari potest, incitamentisq; corporeis repugnare: secundò, quòd multa à corporibus separata frequenter excogitat, siue res ipsas attingat per se separatas, siue separet ipsa: tertiò quòd naturaliter æterna desiderat, ac sæpe æternorum fiducia negligit temporalia: quartò, quòd æternum colit Deum vitæ sempiternæ gratia Tota deniq; religio naturalis homini firmißimum immortalitatis est fundamentum.

ΠΛΩΤΙΝΟΥ

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Δ,

ΛΟΓΟΣ Η.

PLOTINI

ENNEAD. QVARTAE,

LIBER VIII.

ΠΕΡΙ τῆς εἰς τὰ σώματα καθόδου τῆς ψυχῆς.

De animæ deſcenſu in corpora.

Animæ noſtræ intellectuales in corpus deſcendunt per naturam viuificam intelligẽtiæ ſuæ ſubiunctam & corpus naturaliter adſciſcentem ſicut flamma ſulphur: ſimiliter & cæleſtium intellectuales animæ corporibus ſuis per eiuſmodi medium copulantur. *Cap. I.*

VOLVIT Deus ad ſui intellectus exemplar in qualibet mundi ſphæra & in cælo & infra cælum animalia quædam intellectualia fore: ac ne intellectus quaſi per violentiam forent ad corpora protrahendi per naturam animalem, id eſt vegetalem eis adnatam quaſi plantam, corporibus libenter adſciſcendis conciliauiſſe videtur.

SÆPE quidem experrectus è corpore ad me ipſum, & extra cætera poſitus, intraque me receptus pulchritudinẽ intueor admirandã: ideoq; tunc confido quammaximè ſortis me eſſe præſtãtioris: quippe cum vitam tunc optimam agam, & in idem cum diuinitate conſpirem, in qua etiam ſitus ad illam peruenio actionẽ, per quam meipſum ſuper omne aliud intelligibile iam cõſtituam. A B Verùm poſt hanc in diuinitate quietem in ratiocinationem ex mẽte delapſus, ambigo equidem, quonam pacto in pręſentia quoq; deſcendã, & quomodo mihi quandoq; anima corpori ſeipſam inſinuauerit, quippe cum talis ſit, qualis apparuit per ſeipſam, quàuis in corpore viuat. Heraclitus igitur nobis id præcipit diligẽter inquirere, atq; ipſe neceſſarias quaſdam viciſſitudines à contrarijs in contraria ponit, & iter ab alto tractat ad infima: in qua quidem cõmutatione nonnulla requies videatur, quaſi intolerabilis defatigationis ſit in eiſdẽ perpetuò laborare, atq; ſeruire: ſed in his pertractandis quaſi fingens per ſimilitudines quaſdã peruagari videtur negligens ſuam nobis ſententiã aperire, adeò vt apud eũ forſan iterum ſit quærendum, quemadmodum & ipſe perquirẽs inuenerit. Empodocles pręterea cũ dixerit legem extare conſtituentẽ, animas quę peccauerũt ad hæc noſtra corruere, atq; ipſe ſic à deo profugus furioſæ diſcordiæ crediturus atque ſeruiturus, tantũ (vt arbitror) pertractauit, quantũ Pythagoras ſectatoresq; illius tũ de hoc, tum de pleriſq; alijs per inuolucra quædã ſignificauerũt. C D

A ΠΟΛΛΑ΄ΚΙΣ ἐγειρόμενος εἰς ἐμαυτὸν ἐκ τοῦ σώματος, καὶ γινόμενος τῶν μὲν ἄλλων ἔξω, ἐμαυτοῦ δὲ εἴσω, θαυμαστὸν ἡλίκον ὁρῶν κάλλος, καὶ τῆς κρείττονος μοίρας πιστεύσας τότε μάλιστα εἶναι ζωήν τε ἀρίστην B ἐνεργήσας, καὶ τῷ θείῳ εἰς ταὐτὸν γεγενημένος, καὶ ἐν αὐτῷ ἱδρυθεὶς εἰς ἐνέργειαν * ἐλθὼν ἐκείνην, ὑπὲρ πᾶν τὲ ἄλλο νοητὸν ἐμαυτὸν ἱδρύσας, μετὰ ταύτην τὴν ἐν τῷ θείῳ στάσιν, εἰς λογισμὸν ἐκ νοῦ καταβὰς, ἀπορῶ πῶς ποτε καὶ νῦν καταβαίνω, καὶ ὅπως ποτέ μοι ἔνδον ἡ ψυχὴ γεγένηται τοῦ σώματος, τοῦτο οὖσα οἷον ἐφάνη καθ' ἑαυτὴν, καί περ οὖσα ἐν σώματι. ὁ μὲν γὰρ ἡράκλειτος ὃς ἡμῖν C παρακελεύεται ζητεῖν τοῦτο, ἀμοιβάς τε ἀναγκαίας τιθέμενος ἐκ τῶν ἐναντίων, ὁδόν τὲ ἄνω καὶ κάτω εἰπὼν, καὶ μεταβάλλον ἀναπαύεται. καὶ κάματός ἐστι τοῖς αὐτοῖς μοχθεῖν, καὶ ἄρχεσθαι εἰκάζειν ἔδωκεν, ἀμελήσας σαφῆ ἡμῖν ποιῆσαι τὸν λόγον. ὡς δέον ἴσως παρ' αὐτῷ ζητεῖν, ὥσπερ καὶ αὐτὸς ζητήσας εὗρεν. ἐμπεδοκλῆς τὲ εἰπὼν ἁμαρτανούσαις νόμον D εἶναι ταῖς ψυχαῖς πεσεῖν ἐνταῦθα, καὶ αὐτὸς φυγὰς θεόθεν γενόμενος ἥκειν πίσυνος μαινομένων ἔικει, τοσοῦτον παρ' ἐγύμνου, ὅσον καὶ πυθαγόρας οἶμαι καὶ οἱ ἀπ' ἐκείνου ᾐνίττοντο, περί τε τούτου, περί τε πολλῶν ἄλλων.

* ἐλθὼν

τῷ δὲ παρ' ἐμοῦ, καὶ διὰ ποίησιν οὐ σαφεῖ εἶναι. λείπεται δὲ ἡμῖν ὁ θεῖος πλάτων, ὃς πολλά τε καὶ καλὰ περὶ ψυχῆς εἶπε. περί τε ἀφίξεως αὐτῆς πολλαχῇ εἴρηκεν ἐν τοῖς αὐτοῦ λόγοις, ὥστε ἐλπίδα ἡμῖν εἶναι λαβεῖν παρ' αὐτοῦ σαφές τι. τί οὖν λέγει ὁ φιλόσοφος οὗτος, οὐ ταὐτὸν λέγων πανταχῇ φανεῖται, ἵνα αὔτις ἐκ ῥαδίας τὸ τοῦ ἀνδρὸς βούλημα εἶδεν, ἀλλὰ τὸ αἰσθητὸν πᾶν πανταχοῦ ἀτιμάσας, καὶ τὴν πρὸς τὸ σῶμα κοινωνίαν τῆς ψυχῆς μεμψάμενος, ἐν δεσμῷ τε εἶναι, καὶ τεθάφθαι ἐν αὐτῷ τὴν ψυχὴν λέγει, καὶ τὸν ἐν ἀπορρήτοις λεγόμενον λόγον μέγαν εἶναι, ὃς ἐν φρουρᾷ τὴν ψυχὴν φησὶν εἶναι. καὶ τὸ σπήλαιον αὐτῷ, ὥσπερ ἐμπεδοκλεῖ τὸ ἄντρον. τόδε τὸ πᾶν δοκῶ μοι λέγουσιν ὅπου γε λύσιν τῶν δεσμῶν καὶ ἄνοδον ἐκ τοῦ σπηλαίου τῇ ψυχῇ φησὶν εἶναι, τὴν πρὸς τὸ νοητὸν πορείαν. ἐν δὲ φαίδρῳ πτερορρύησιν, αἰτίαν τῆς ἐνταῦθα ἀφίξεως. καὶ περίοδοι αἱ τὴν ἀνελθοῦσαν, πάλιν φέρουσι τῇδε. καὶ κρίσεις δὲ καταπέμπουσιν ἄλλας ἐνταῦθα, καὶ κλῆροι, καὶ τύχαι, καὶ ἀνάγκαι. καὶ ἐν τούτοις ἅπασι μεμψάμενος τὴν τῆς ψυχῆς ἄφιξιν πρὸς σῶμα, ἐν τιμαίῳ περὶ τοῦδε τοῦ παντὸς λέγων, τόν τε κόσμον ἐπαινεῖ, καὶ θεὸν λέγει εἶναι εὐδαίμονα. τήν τε ψυχὴν παρὰ ἀγαθοῦ τοῦ δημιουργοῦ πρὸς τὸ ἔννουν, τόδε τὸ πᾶν εἶναι δεδόσθαι. ἐπεὶ δὴ ἔννουν μὲν αὐτὸ ἔδει εἶναι, ἄνευ δὲ ψυχῆς οὐχ' οἷόν τε εἶναι τοῦτο γενέσθαι. ἥ τε οὖν ψυχὴ ἡ τοῦ παντὸς, τούτου χάριν εἰς αὐτὸ παρὰ τοῦ θεοῦ ἐπέμφθη. ἥ τε ἑκάστου ἡμῶν, πρὸς τὸ τέλεον αὐτὸ εἶναι. ἐπειδὴ ἔδει ὅσον ἐν νοητῷ κόσμῳ, τὰ αὐτὰ ταῦτα γένη ζώων, καὶ ἐν τῷ αἰσθητῷ ὑπάρχειν.

A Sed hic quoque propter poeſim euaſit obſcurior. Reliquus verò nobis eſt Plato diuinus, qui & alia multa præclaraq; de anima tradidit, & de aduentu eius ad noſtra in libris ſuis multa diſſeruit: ita vt ſperare poſsimus nos ab eo manifeſti aliquid accepturos. Quid ergo hic philoſophus ait? Profectò non idem vbique videtur dicere, vt facilè aliquis ſenſum eius percipere valeat. Principio ſenſibile totū vbiq; contemnit, & commertium animæ cum corpore damnat,
B aſſerens eam hîc includi vinculis, & in corpore eſſe ſepultam: item arcanum illud oraculum veneratur, quo traditur animam hîc in cuſtodia quadā & carcere ſitam eſſe. Rurſus ſpelunca apud Platonē, ſicut & antrum apud Empodoclem, vniuerſum hoc (vt arbitror) nobis ſignificat. Vbi etiam ſolutionem ex vinculis & aſcenſum è ſpelunca in anima eſſe inquit ipſam ad intelligibile progreſsionē. In Phædro quinetiam alarum ſiue pennarum caſum, ſiue iactu-
C ram cauſam eſſe deſcēſionis ad hæc arbitratur: vbi & circuitus quidā animam illuc profectā, iterum ad hæc noſtra retorquent: alias itē animas iudicia huc diuina demittunt, & ſortes, & Fortunæ atq; Neceſsitates: deniq; in his omnibus aduentum animæ ad corpus criminari videtur. Verùm in Timæo de hoc vniuerſo diſputans, & mundum laudat, & deum appellat beatum: animamq; ab opifice bono huic ideo traditam eſſe, vt mundus poſſet intellectualis
D euadere: quando intellectualem quidem hunc oportebat eſſe, ſed abſq; anima mundanū corpus intellectum aſſequi non valebat. Igitur & ipſa totius anima hanc ob cauſam à Deo infuſa eſt vniuerſo, & vniuſcuiuſq; noſtrū anima ſimiliter ad ipſam deniq; totius mundi perfectionem. Oportebat enim quot ſunt in mundo intelligibili, totidem ſimiliaq; animalium genera in mundo ſenſibili contineri.

Coniunctio animæ cum corpore, & ſi eſt ſecundum quandam animæ naturam, atq; etiam ad vniuerſi perfectionem, tamen duplici ratione animis noſtris obeſt, quia & intelligētiam quodammodo impedit, & animum perturbationibus implet: animis verò cæleſtibus hæc impedimenta non accidunt. Cap. II.

Quoniam per naturam genitalem coniunctio cum corpore naturalis eſt animæ, ideo cæleſtes animæ, quæ hac ſola potentia vtuntur ad corpus in habitu naturali feliciq; conſiſtunt. Cum enim earum corpora nec diſſoluenda, nec externis paſsionibus ſubdita, nec vllius egena ſint, facilè per ſolam animæ ſuæ vim genitalem reguntur, atque mouentur. Nec earum contemplationem tranquillitatemq; impediunt: animis verò noſtris contraria ratione accidit, & contrarium: datur tamen reditus ad ſuperna, ſiquidem quandoq; fit ad ſuperna conuerſio. Ad inferiora verò labi Porphyrius ait, quando animus quaſi ager iam deprauatur, vt qui multis annis produxerit triticum, reddat deniq; pro tritico lolium, id eſt ſolitus notiones intellectuales edere, iam ferat imaginales. Tunc è radicibus animæ pullulat, inquit vegetalis actus quaſi germen: per quod in corpus iam porrectum anima corpori ſe conglutinat. Porphyrius hic animarum lapſum caſui dæmonum ab Hebræis introducto facit ſimilem, vitio videlicet intelligentiæ vel voluntatis effectum, vnde ſequuta ſit concupiſcentia demens. Quod etiam de dæmonibus diſputans Dionyſius ait: qui ibi videtur dæmonas animalia ponere, ſicut & Baſilius plurimiq; Græci theologi putauerunt: tum verò ſi verum ſit illud Damaſceni, vltimos tantùm angelos cecidiſſe, atq; euaſerint animalia, valde ſimilis erit Platonicus animarum lapſus dæmonibus, apud Hebræos Chriſtianosq; cadētibus. Proinde vbi apud Plotinum atq; Proculum legis, particulares animas agere particulares viciſsitudines, tum ad ſuperiora, tum ad inferiora, ne intelligas animā tuam infinita corpora mutaturam: finitæ nanq; ſunt & paucæ vnius animæ mutationes in anno mundi magno, atq; in anno ſequenti, vt aiunt, eadem penitus retexuntur. Præterea nec oportet omnem animam omnes induere ſpecies, nec quamlibet animam pariter aſcendere vel deſcendere. Sunt enim (vt Platonicè loquar) inter animas hominum differentiæ quædam quodammodo ſpeciales, ſicut in ſtellis, quæ videntur aſpectu conſimiles: differuntq; inter ſe animæ noſtræ, non ſicut pyrum à pomo perſico, ſed ſicut à pyro pyrum. Sunt ergo determinati ſingulis pro natura progreſſus. Excellentiores igitur animæ aſcendunt quidem altius, minusúe deſcendunt: deteriores verò vi-

cissim. Humanas dico animas, & ad corpora tantùm humana descendere, sic enim opinionem Platonicam moderamur, quæ erit insuper moderatior, si ab Hebræis accipiatur, existimantibus ter solùm animam in hominem deuenire, postremò semper fore vel miseram, vel beatam.

A DVM igitur apud Platonem de anima nostra perquirimus, necessariò contingit nobis simul omnino de anima perscrutari, quanā ratione sic natura instituta sit, vt esset cū corpore commertium habitura. Item de natura mundi, qualem potissimum hunc asserere debeamus, in quo anima posita est res dispēsatura corporeas, siue sponte seu coacta, siue alia quadā conditione. Quærendum etiam de harum rerum effectore rectè ne, an aliter, & vtrum præstātius B agat, an sicut animæ nostræ, quas forsan oportuit deteriora corpora gubernaturas interius penetrare per illa, si modò superare cōtinereq; debeant: quippe cū vnumquodq; corpus dissipetur, locumq; repetat propriū, sed in ipso toto omnia propria in sede naturaliter collocentur. Præterea corpora nostra plurimā sollicitamq; prouidentiam exigunt, quibus multa alienaq; incidunt: quibus semper opus est multis: quibus in summa difficultate & discrimine positis C omni opus est patrocinio. Corpus verò mundi cum sit perfectum, plenum sibi sufficiens, nihil vnquā patiens præter naturā, quasi iussu quodam breui & facili regitur: atq; vt anima naturaliter instituta est velle, ita se semp habet, neq; cupiditatibus incitatur, neque perturbationibus vllis afficitur: nihil enim discedit, nihil rursus accedit. Quamobrem animā quoq; nostrā inquit Plato, siquando cum illa perfecta viuat, ipsam quoq; fore perfectā, seq; ipsam per subli- D mia collaturam, totumq; mundū gubernaturam. Quando enim inde nō absit, neq; se prorsus immergat corporibus, neq; sit alicuius, tūc eam quoq; velut animę mundanæ collegā, vniuersum æqua facilitate recturam: quasi non sit animæ malū quomodocunq; præbere corpori essendi, & bene essendi potentiā. Nō enim prouidentia omnis in deterioribus dispēsandis inhibet interim prouidentē in optimo statu perseuerare. Duplex sanè in vniuerso prouidentia E est, cōmunis & propria: & cōmunis quidē iussu quodam à sollicitudine libero, regioq; imperio cuncta cōponit: propria verò singulatim iā opera quadā, vt ita dixerim, manuaria opificiū attrectando, opificem ipsum opificij cōditione implet, atq; cōtaminat. Cùm verò anima diuina, eo quo dixi modo, totū cœlū semper gubernare dicatur, supereminens quidē quod deterius est, vim autē vltimā huic intus infundens, nō poterit quispiam causari Deū, quasi totius F animā in ipso deteriori posuerit. Iā verò & hæc ipsa anima naturali munere priuatur nunquā, ab æuo id ipsum possidens, semperq; similiter habitura. Quod quidem huic præter naturam ipsius esse nō potest: quippe cum huic assiduè semper adsit, neq; inceperit vnquā. Stellarum quoq; animas eodē modo ad corpus habere se dicit, quo & totius animā: nam & harū corpora animæ discursionibus admouet: vbi certè stellis etiam decentem seruat felicitatem. Cum G enim duo quædam sint, propter quæ potissimum commertium animæ ad corpora culpari

A ΩʹΣΤΕ ἡμῖν συμβαίνει, περὶ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς, παρ' αὐτοῦ μαθεῖν ζητήσασιν, ἐξ ἀνάγκης ἐφάπτεσθαι, καὶ περὶ ψυχῆς ὅλως ζητῆσαι, πῶς ποτε κοινωνεῖν σώματι πέφυκε. καὶ περὶ κόσμου φύσεως, οἷόν τινα δεῖ αὐτὸν τίθεσθαι. ἐν ᾧ ψυχὴ ἐνδιαιτᾶται ἑκοῦσα, εἴτε ἀναγκασθεῖσα, εἴτε τις ἄλλος τρόπος. καὶ περὶ ποιητοῦ δὲ, εἴτε ὀρθῶς, εἴτε ὡς ἡμέτεραι B ψυχαὶ οὖσαι ἴσως ἃς ἔδει σώματα διοικούσας χείρω, δι' αὐτῶν εἴσω πολὺ δῦναι, εἴπερ ἔμελλον κρατήσειν. σκεδασθέντος μὲν ἂν ἑκάστου, καὶ πρὸς τὸν οἰκεῖον τόπον φερομένου. ἐν δὲ τῷ παντὶ πάντα ἐν οἰκείῳ κατὰ φύσιν κεῖται. πολλῆς δὲ καὶ ὀχλώδους προνοίας δεομένων, ἅτε πολλῶν τῶν ἀλλοτρίων αὐτοῖς προσπιπτόντων, ἀεί τε ἐνδείᾳ συνεχομένων, καὶ πάσης βοηθείας ὡς ἐν πολλῇ δυσχερείᾳ δεομέ- C νων. τὸ δὲ τέλεόν τε ὂν ἱκανὸν καὶ αὔταρκες, καὶ οὐδὲν ἔχον αὐτῷ παρὰ φύσιν, βραχέος οἷον κελεύσματος δεῖται. καὶ ὡς πέφυκεν: ψυχὴ ἐθέλειν, ταύτῃ καὶ ἀεὶ ἔχει. οὔτε ἐπιθυμίας ἔχουσα, οὔτε πάσχουσα. οὐδὲν γὰρ ἄπεισιν, οὐδὲ πρόσεισι. διὸ φησὶ καὶ τὴν ἡμετέραν εἰ μετ' ἐκείνης γένοιτο τελέας, τελεωθεῖσαν καὶ αὐτὴν, μετεωροπορεῖν, καὶ πάντα τὸν κόσμον διοικεῖν, ὅτε D μὴ ἀφίσταται εἰς τὸ μὴ ἐντὸς εἶναι, τῶν σωμάτων, μηδὲ τινὸς εἶναι, τό τε καὶ αὐτὴν ὥσπερ τὴν τοῦ παντὸς συνδιοικήσειν ῥᾳδίως τὸ πᾶν. ὡς οὐ κακὸν ὂν ψυχῇ ὁπωσοῦν σώματι παρέχειν, τὴν τοῦ εὖ δύναμιν; καὶ τοῦ εἶναι. ὅτι μὴ πᾶσα πρόνοια τοῦ χείρονος, ἀφαιρεῖ τὸ ἐν τῷ ἀρίστῳ τὸ προνοοῦν μένειν. διττὴ γὰρ ἐπιμέλεια παντὸς, τοῦ μὲν καθόλου κελεύσει κοσμοῦντος ἀπράγμονι ἐπιστασίᾳ βασιλικῇ. τὸ δὲ κα- E θέκαστα ἤδη αὐτουργῷ τινι ποιήσει, συναφῇ τῇ πρὸς τὸ πραττόμενον, τὸ πρᾶττον τοῦ πραττομένου τῆς φύσεως ἀναπιμπλᾶσα. τῆς δὲ θείας ψυχῆς τοῦτον τὸν τρόπον τὸν οὐρανὸν ἅπαντα διοικεῖν ἀεὶ λεγομένης, ὑπερεχούσης μὲν τῷ κρείττονι, δύναμιν δὲ τὴν ἐσχάτην εἰς τὸ εἴσω πεμπούσης, αἰτίαν μὲν ὁ θεὸς, οὐκ ἂν ἔτι λέγοιτο ἔχειν, τὴν τοῦ τὴν ψυχὴν τοῦ παντὸς, ἐν χεί- F ρονι πεποιηκέναι. ἥ τε ψυχὴ, οὐκ ἀπεστέρηται τοῦ κατὰ φύσιν, ἐξ ἀϊδίου τοῦτ' ἔχουσα, καὶ ἕξουσα ἀεὶ, ὃ μὴ οἷόν τε παρὰ φύσιν αὐτῇ εἶναι. ὅπερ διηνεκῶς αὐτῇ ἀεὶ ὑπάρχει, οὔποτε ἀρξάμενον. τάς τε τῶν ἀστέρων ψυχὰς τὸν αὐτὸν τρόπον πρὸς τὸ σῶμα ἔχειν λέγων, ὥσπερ τὸ πᾶν. ἐντίθησι γὰρ καὶ τούτων τὰ σώματα, εἰς τὰς τῆς ψυχῆς περιφορὰς. ἀποσώζοι ἂν, καὶ τὴν περὶ G τούτους πρέπουσαν εὐδαιμονίαν. δύο γὰρ ὄντων, δι' ἃ δυσχεραίνεται ἡ ψυχῆς πρὸς σώματα

κοινω-

κοινωνία: ὅτι τε ἐμπόδιον πρὸς τὰς νοήσεις γίγνεται, καὶ ὅτι ἡδονῶν καὶ ἐπιθυμιῶν καὶ λυπῶν πίμπλησιν αὐτήν. οὐδέτερον τούτων ἂν γένοιτο ψυχῇ, ἥτις μὴ εἰς τὸ εἴσω ἔδυ τοῦ σώματος. μὴ δέ τινός ἐστι, μὴ δὲ ἐκείνου ἐγένετο, ἀλλ' ἐκεῖνο αὐτῆς ἐστί τε τοιοῦτον, οἷον μή τέ τινος δεῖσθαι, μή τέ τινι ἐλλείπειν. ὥστε μὴ δὲ τὴν ψυχὴν ἐπιθυμιῶν πίμπλασθαι ἢ φόβων. οὐδὲν γὰρ δεινὸν μή ποτε περὶ σώματος προσδοκήσῃ τοιούτου. οὔτέ τις ἀσχολία νεῦσιν ποιοῦσα κάτω, ἀπάγει τῆς κρείττονος καὶ μακαρίας θέας, ἀλλ' ἔστιν ἀεὶ πρὸς ἐκείνοις, ἀπράγμονι δυνάμει τόδε τὸ πᾶν κοσμοῦσα.

A solet, tum quia intelligentiã impedit, tum quia voluptatibus, libidinibus, doloribus, obruit animum, neutrum profectò incommodum accidit animæ, quæcunq; neq; corporis penetralibus se prorsus immerserit, neque sit alicuius, neq; euaserit corporis, sed vicissim animæ corpus, quod quidem tale sit, vt neq; re vlla indigeat, neq; defectum alicubi patiatur: quocirca neq; animam concupiscentijs timoribusq; inficiat. Nihil enim incommodi, nihil discriminis B tali corpori occurrit animo metuendum: neq; occupatio prorsus vlla ad inferiora declinans, à sublimi beataq; contemplatione detorquet: imò verò eiusmodi anima semper diuinis incumbit, facultate interim nequaquam sollicita, nec operosa moderans vniuersum.

Quoniam omnis natura præter primam simplicißimam infinitã multiplicabilis est, ideo in genere intellectuali multi sunt intellectus: in genere animali multæ sunt animæ: in ordine animarum multæ sunt intellectuales: quales sunt cœlestes, dæmonicæ, nostræ.

Cap. III.

Animæ nostræ præter intellectum in mundo intelligibili semper agentem, habent rationem, imaginationem, sensum, vim vegetalem, quas sanè vires officijs proprijs quandoq; oportet vti. His autem vtuntur in corpore: itaq; consentaneum est eas in corpora quandoq; descendere.

ΠΕΡΙ` δὲ τῆς ἀνθρωπείας ψυχῆς, ἣ ἐν σώματι πάντα λέγεται κακοπαθεῖν καὶ ταλαιπωρεῖν, ἐν ἀνίαις καὶ ἐπιθυμίαις, καὶ φόβοις καὶ τοῖς ἄλλοις κακοῖς γιγνομένη, ᾗ καὶ δεσμὸς τὸ σῶμα καὶ τάφος, καὶ ὁ κόσμος αὐτῇ σπήλαιον καὶ ἄντρον, ἣν τινα γνώμην οὐ διάφωνον ἔχει ἐκ τῶν αἰτιῶν, οὐ τῶν αὐτῶν τῆς καθόδου, νῦν λέγομεν. ὄντος τοίνυν παντὸς νοῦ ἐν τῷ τῆς νοήσεως τόπῳ, ὅλου τε καὶ παντὸς, ὃν δὴ κόσμον νοητὸν τιθέμεθα, ὄντων δὲ καὶ τῶν ἐν τούτῳ περιεχομένων νοερῶν δυνάμεων καὶ νόων τῶν καθέκαστα. οὐ γὰρ εἷς νοῦς μόνος, ἀλλ' εἷς καὶ πολλοί, πολλὰς ἔδει καὶ ψυχὰς, καὶ μίαν εἶναι. καὶ ἐκ τῆς μιᾶς, τὰς πολλὰς διαφόρους. ὥσπερ γὰρ ἐκ γένους ἑνὸς εἴδη τὰ μὲν ἀμείνω, τὰ δὲ χείρω: καὶ τὰ μὲν νοερώτερα, τὰ δ' ἧττον ἐνεργείᾳ τοιαῦτα. καὶ γὰρ ἐκεῖ ἐν τῷ νῷ, τὸ μὲν νοῦς, περιέχων δυνάμει τ' ἄλλα, οἷον ζῷον μέγα. τὰ δ' ἐνεργείᾳ ἕκαστον, ἃ δυνάμει περιεῖχε θάτερον, οἷον εἰ πόλις ἔμψυχος ἦν περιεκτικὴ ἐμψύχων ἄλλων, τελειοτέρα μὲν πόλεως καὶ δυνατωτέρα, οὐδὲν μὴν ἐκώλυε τῆς αὐτῆς φύσεως εἶναι καὶ τὰς ἄλλας. ἢ ὡς ἐκ τοῦ παντὸς πυρὸς, τὸ μὲν μέγα, τὰ δὲ πυρὰ μικρὰ εἴη. ἔστι δὲ ἡ πᾶσα, ἡ τοῦ παντὸς πυρὸς. μᾶλλον δὲ, ἀφ' ἧς καὶ ἡ τοῦ παντός. ψυχῆς δὲ ἔργον τῆς λογικωτέρας, νοεῖν μὲν, οὐ τὸ νοεῖν δὲ μόνον. τί γὰρ ἂν καὶ νοῦ διαφέροι. προσλαβοῦσα γὰρ τῷ νοερὰ εἶναι, καὶ ἄλλο, καθὸ τὴν οἰκείαν ἔσχεν ὑπόστασιν, νοῦς οὐκ ἔμεινεν. ἔχει τε ἔργον καὶ αὐτὴ, εἴπερ καὶ πᾶν ὃ ἐὰν ᾖ, τῶν νοητῶν. βλέπουσα δὲ πρὸς μὲν τὸ πρὸ ἑαυτῆς, νοεῖ: εἰς δὲ ἑαυτὴν, σώζει ἑαυτήν.

A IN præsentia verò sermo nobis est de anima nostra, quæ fertur in corpore mala omnia pati, miseramq; vitam ducere, doloribus, cupiditatibus, timoribus, cæterisq; malis oppressa, cui corpus vinculum est, atq; sepulchrum: cui mundus est spelunca & antrum. Quæ quidem sententia de anima vtraq; diuersa sentiens, veritati non dissonat, cum nõ sit in vtraq; eadem ratio descendẽdi: principio cum sit intellectus B omnis in ipso intelligentiæ loco, totusq; & omnis, quem mundum intelligibilem arbitramur: item cum sint ibidem comprehensæ vires intellectuales intellectusq; singuli: non enim vnus solus est intellectus, sed vnus & multi, nimirum multas quoq; animas vnamq; oportuit esse, multasq; ex vna inter se differentes, sicut ex vno quodam genere species, partim quidem præstãtiores, partim verò deteriores, & partim magis intellectuales, partim minus actu tales. Etenim illic in mente hoc quidẽ est intellectus C alia omnia potẽtia comprehendens, velut animal ingens: alia verò actu sunt vnumquodq;, quæ potentia alterum comprehendit: velut si qua ciuitas animata foret cõplectens alias animatas, perfectior quidem & potẽtior esset ipsa ciuitatis communis anima, nihil tamen prohiberet, alias quoq; animas ciuitatum eiusdẽ esse naturæ: vel sicut si ex vniuerso igne, alius quidem magnus sit ignis, alij verò parui. Est enim ipsa omnis essẽtia ignis videlicet vniuersi: imò D verò à qua & omnis ignis essentia est. Opus autem animæ quæ rationalior est, certè est intelligere, neq; tamẽ intelligere solum, alioqui quo differat ab intellectu non video, sed præter id quod intellectualis est, assumens insuper aliud, secundum quod propriam sortitur naturã non permanet intellectus. Habet autẽ opus & ipsa, siquidem quicquid in entium ordine numeratur, propriũ opus habet. Iã verò suspiciens anima ad id quod ipsa superius est, intelligit: respiciens autem in seipsam, seruat profectò seipsam.

At verò ad id quod inferius est iam vergens ex- A ornat ipsum, & gubernat, & regit: fieri sanè nõ poterat, vt in mundo intelligibili omnia conquiescerẽt: quippe cum aliud deinceps aliudq; effici posset, quod quidem cõtinuè minus euaderet, necessariò tamen exoriretur, quamdiu quod superius est, consistat.

εἰς δὲ τὸ μετ' αὐτὴν, ὃ κοσμεῖ τε καὶ διοικεῖ, καὶ ἄρχει αὐτοῦ. ὅτι μὴ δὲ οἷόν τε ἦν στῆναι τὰ πάντα ἐν τῷ νοητῷ, δυναμένου ἐφεξῆς ἄλλου καὶ ἄλλου γίνεσθαι: ἐλάττονος μὲν, ἀναγκαίου δὲ εἶναι, εἴπερ καὶ τὸ πρὸ αὐτοῦ.

Intellectus diuinus impreßit intellectui nostro omniformem vniuersi formam, quæ facilè in rationem vacantem inde subrutilat. Quando igitur ratio ad eam penitus se conuertit, secumq; rapit imaginationem, in eodem statu quo & mundi anima permanet. *Cap. IIII.*

Id est simili diuinorum contemplatione fruitur, & interim cœlum habitans ad vniuersalem mundi gubernationem intuitum conuertit similiter & affectum. At quando ratio vnà cum imaginatione, vniuersali mundi forma neglecta, particularem quandam diligentius intuetur, & amat ardentius, iamq; & vegetalis ipsa natura eandem prorsus affectat, tunc anima facta iam angustior corpus ascißcit angustum, paßionibusq; subiectum. Hinc igitur curis innumerabilibus sollicitata vexatur.

OPORTET itaq; singulas animas appe- A titu vtentes intellectuali in ipsa ad auctorem suum conuersione, habentes quinetiam facultatem ad sequentia dispensanda, quemadmodum lumen desuper quidẽ Soli suspensum, sed interim se inferioribus sine inuidia porrigens: oportet inquam illas indemnes illæsasq; seruari, quatenus vnà cum anima tota in mundo intelligibili vitã agunt. In cœlo prętereà vnà cum tota quasi collegas similiter gubernare, sicut & reges alij vnà cum ipso rege omniũ congregati B ceu collegæ vnà cum ipso cuncta componunt, nec ipsi quidem è sedibus regijs descendentes, tunc enim in eodem cum ipso rege sunt statu. Cùm verò animę ab ipso toto ad id deueniunt, vt pars quædam iam suiq; iuris euadant, quasi iam redeat res vna cũ alio gerere, singulæ tunc se ad propria reuocãt. Quando itaq; id diutius talis animus agit, fugiens totum, & inde discrepantia quadam iam seiunctus, nec vlterius intelligibile suspicit, pars aliqua iam euadens, ni- C mirum solus relinquitur, & veluti destitutus fit impotens, negocijsq; distrahitur. Nam parti cuidam est addictus, dum segregatus à toto vni cuidam se mancipat, omne reliquum fugiens: & profectus conuersusq; ad vnicum illud à totis omnibusq; concussum, sic itaq; à toto degenerat, & proprium quiddam circa illa quæ vndiq; incidunt distractus curat, contrectans colensq; externa: nec solum assistens corpori, sed intra valde progressus. Hinc igitur sicut dici- D tur, animus pennis abiectis siue confractis alligatur in corpore, postquam ab incolumi innoxioq; habitu melioris prouinciæ gubernandæ longius aberrauit: qualis quidem habitus penes ipsam totius animam ante vigebat. Quod verò ante hoc est, omnino melius contingebat animo ad ipsum refugienti. Quamobrem deuinctus est animus scilicet delapsus ab alto, & inde compedibus alligatus, & agendo sensibus vtens, propterea quòd prohibetur ab initio vti E mente: fertur quoq; sepultus esse, & conditus in spelunca. At cum ad intelligentiã se conuertit, solui ex vinculis iudicatur, altiusq; ascendere, quando videlicet ex quodam reminiscentiæ munere ad entia cõtemplanda facit exordium, habet tamen nihilominus aliquid interea supereminens. Animæ igitur necessariò vtranq; vicissim vitam experiuntur, tum superiorem illam, tum rursus inferiorem alternè ducentes:

ΤΑ'Σ δὴ καθ' ἕκαστα ψυχὰς, ὀρέξει μὲν νοερᾷ χρωμένοις, ἐν τῇ ἐξ οὗ ἐγένοντο πρὸς αὐτὸ ἐπιστροφῇ, δύναμιν δὲ καὶ εἰς τὸ ἐπὶ τάδε ἐχούσας, οἷάπερ φῶς, ἐξηρτημένον μὲν κατὰ τὰ ἄνω ἡλίου, τῷ δὲ μετ' αὐτὸ οὐ φθονοῦν τῆς χορηγίας. ἀπήμονας μὲν εἶναι μετὰ τῆς ὅλης μενούσας ἐν τῷ νοητῷ, ἐν οὐρανῷ δὲ μετὰ τῆς ὅλης συνδιοικεῖν ἐκείνῃ. οἷα οἱ βασιλεῖ τῷ πάντων κρατοῦντι συνόντες, συνδιοικοῦσιν ἐκείνῳ οὐ καταβαίνοντες, οὐδ' αὐτοὶ ἀπὸ τῶν βασιλείων τόπων. καὶ γὰρ εἰσὶν ὁμοῦ ἐν τῷ αὐτῷ τότε, μεταβάλλουσαι δὲ ἐκ τοῦ ὅλου εἰς τὸ μέρος τε εἶναι καὶ ἑαυτῶν. καὶ οἷον κάμνουσαι τῷ σὺν ἄλλῳ εἶναι, ἀναχωροῦσιν εἰς τὸ αὐτῶν ἑκάστη. ὅταν δὴ τοῦτο διὰ χρόνων ποιῇ, φεύγουσα τὸ πᾶν, καὶ τῇ διακρίσει ἀποστᾶσα καὶ μὴ πρὸς τὸ νοητὸν βλέπει, μέρος γενομένη, μονοῦταί τε καὶ ἀσθενεῖ, καὶ πολυπραγμονεῖ, καὶ πρὸς μέρος βλέπει, καὶ τῷ ἀπὸ τοῦ ὅλου χωρισμῷ ἑνός τινος ἐπιβᾶσα, καὶ τὸ ἄλλο πᾶν φυγοῦσα, ἐλθοῦσα καὶ στραφεῖσα εἰς τὸ ἓν ἐκεῖνο πληττόμενον ὑπὸ τῶν ὅλων καὶ πάντων, τοῦ τε ὅλου ἀπέστη, καὶ τὸ καθέκαστον μετὰ περιστάσεως διοικεῖ. ἐφαπτομένη ἤδη καὶ θεραπεύουσα τὰ ἔξωθεν, καὶ παροῦσα καὶ δῦσα αὐτοῦ πολὺ εἰς τὸ εἴσω. ἔνθα καὶ συμβαίνει αὐτῇ τὸ λεγόμενον πτερορρυῆσαι, καὶ ἐν δεσμοῖς τοῖς τοῦ σώματος γενέσθαι, ἁμαρτούσῃ τοῦ ἀβλαβοῦς τοῦ ἐν τῇ διοικήσει τοῦ κρείττονος, ὃ ἦν παρὰ τῇ ψυχῇ τῇ ὅλῃ. τὸ δὲ πρὸ τοῦ ἦν παντελῶς ἄμεινον ἀναδραμούσῃ. εἴληπται οὖν πεσοῦσα, καὶ πρὸς τῷ δεσμῷ οὖσα, καὶ τῇ αἰσθήσει ἐνεργοῦσα, διὰ τὸ κωλύεσθαι τῷ νῷ ἐνεργεῖν καταρχὰς, τεθάφθαι τε λέγεται, καὶ ἐν σπηλαίῳ εἶναι. ἐπιστραφεῖσα δὲ πρὸς νόησιν, λύεσθαί τε ἐκ τῶν δεσμῶν, καὶ ἀναβαίνειν, ὅταν ἀρχὴν λάβῃ ἐξ ἀναμνήσεως θεᾶσθαι τὰ ὄντα. ἔχει γάρ τι ἀεὶ οὐδὲν ἧττον ὑπερέχοντι. γίγνονται οὖν οἷον ἀμφίβιοι ἐξ ἀνάγκης, τόν τε ἐκεῖ βίον τόν τε ἐνταῦθα, παρὰ μέρος βιοῦσαι.

& diu-

πλεῖον μὲν τὸν ἐκεῖ, αἳ δύνανται πλέον τῷ νῷ συνεῖναι. τὸν δὲ ἐνθάδε πλεῖον, αἷς τὸ ἐναντίον ἢ φύσει ἢ τύχαις ὑπῆρξεν. ἃ δὴ ὑποδεικνὺς ὁ πλάτων ἠρέμα, ὅτε διαιρεῖ αὐτὰ ἐκ τοῦ ὑστέρου κρατῆρος καὶ μέρη ποιεῖ. τότε καὶ φησὶν ἀναγκαῖον εἶναι εἰς γένεσιν ἐλθεῖν, ἐπείπερ ἐγένοντο μέρη τοιαῦτα. εἰ δὲ λέγει σπεῖραι τὸν θεὸν αὐτὰς, οὕτως ἀκουστέον, ὥσπερ ὅταν καὶ λέγοντα, καὶ οἷον δημηγοροῦντα ποιῇ. ἃ γὰρ ἐν φύσει ἐστὶ τῶν ὅλων, ταῦτα καὶ ἡ ὑπόθεσις γεννᾷ τε καὶ ποιεῖ, εἰς δεῖξιν προάγουσα ἐφεξῆς, τὰ ἀεὶ οὕτω γιγνόμενά τε καὶ ὄντα.

A & diutius quidē vitam superiorem agunt, quæ plus possunt cum mente versari: diutius verò ducunt inferiorem, quibus contrarium vel natura vel fortunis acciderit. Quæ quidem Plato clàm significans, quādo animarum exordia ex secunda patera diuidit, facitq; iam partes, tunc quoq; ait necessarium fore in generationem labi, postquam tales factæ sunt partes. Vbi verò ait, Deū animas serere, sic est nobis intelligendum, sicut quādo loquentem, & quasi concio- B nantem Deum ipsum inducit. Quæ enim in communi rerum natura sunt, hæc ipsa tractandi conditio gignit, & facit ordine quodam succedente declarans, quę ita semper fiunt, & quæ ita consistunt.

De animæ descensu Empedoclis, Heracliti, Platonis dicta consentiunt. *Cap. V.*

Anima quoniam diuina est, in hac regione caduca sæpe conuertitur ad diuina: & quoniam est vltimum diuinorum, per instinctum affectumq; naturalē venit in corpus, ideo voluntate venit scilicet naturali, insuper electione quadam venit & necessitate, quoniam diuina lege necessarium est, animas quæ sic affectæ sunt, sic eligunt è vestigio deuenire. Sponte veniunt, velut ad bonum, nō sponte interim incidunt & in malum. Venire huc animas, ad ordinem pertinet vniuersi, ad exercitationem inferiorum animæ virium, ad mali peritiam, peccantes animæ leuius, commutatione puniuntur ex feliciore homine in hominem felicem minus, vel infelicem. Peccantes verò grauius vexantur etiam à dæmonibus, quod Mercurius & Orpheus Iamblicusq; confirmant. Vir puerum atrocitate vultus personatisq; terriculamētis facilè terret. Saturni Martisq; influxus atræ bilis vel croceæ motibus imaginationes vexant: Saturnij quidam, Martijq; dæmones horrendis imaginationibus suis quasi vultibus personatis imaginationes peccantium miserabiliter agitant: possunt quin etiam eas humorum motibus affligere.

ΟΥ τοίνυν διαφωνεῖ ἀλλήλοις, ἥ τε εἰς γένεσιν φθορᾶς, ἥ τε εἰς τελείωσιν κάθοδος τοῦ παντός. ἥ τε δίκη, τό τε σπήλαιον. ἥ τε ἀνάγκη. τό, τε ἑκούσιον. ἐπείπερ ἔχει τὸ ἑκούσιον ἡ ἀνάγκη. καὶ τὸ ἐν κακῷ τῷ σώματι εἶναι. οὐδ' ἡ ἐμπεδοκλέους φυγὴ ἀπὸ τοῦ θεοῦ καὶ πλάνη, οὐδ' ἁμαρτία ἐφ' ᾗ ἡ δίκη. οὐδ' ἡρακλείτου ἀνάπαυλα ἐν τῇ φυγῇ. οὐδ' ὅλως τὸ ἑκούσιον τῆς καθόδου, καὶ τὸ ἀκούσιον αὖ. πᾶν μὲν γὰρ ἰὸν ἐπὶ τὸ χεῖρον, ἀκούσιον. φορᾷ γε μὴν οἰκείᾳ ἰὸν πάσχον τὰ χείρω, ἔχειν λέγεται, τὴν ἐφ' οἷς ἔπραξε δίκην. ὅταν δὲ ταῦτα πάσχειν καὶ ποιεῖν ᾖ ἀναγκαῖον, ἀϊδίως φύσεως νόμῳ, τὸ δὲ συμβαῖνον εἰς ἄλλου του χρείαν, καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ ὑπὲρ αὐτὸ, αὐτὸν, θεὸν εἴ τις λέγοι καταπέμψαι, οὐκ ἂν ἀσύμφωνος οὔτε τῇ ἀληθείᾳ, οὔτε ἑαυτῷ ἂν εἴη. καὶ γὰρ ἀφ' ἧς ἀρχῆς ἕκαστα, εἰ καὶ τὰ μεταξὺ πολλὰ καὶ τὰ ἔσχατα εἰς αὐτὴν ἀναφέρεται. διττῆς δὲ τῆς ἁμαρτίας οὔσης, τῆς μὲν ἐπὶ τῇ τοῦ κατελθεῖν αἰτίᾳ, τῆς δὲ ἐπὶ τὸ ἐνθάδε γενομένην κακὰ δρᾶσαι, ἡ μέν ἐστιν αὐτὸ τοῦτο ὃ πέπονθε, κατελθοῦσα· τῆς δὲ τὸ ἔλαττον, εἰς σώματα ἄλλα δῦναι. καὶ θᾶττον ἐκ κρίσεως τῆς κατ' ἀξίαν ὃ δὲ θεσμῷ θείῳ γιγνόμενον, διὰ τοῦ τῆς κρίσεως ὀνόματος δηλοῦται. τὸ δὲ τῆς κακίας ἄμετρον εἶδος, μείζονος καὶ τῆς δίκης ἠξίωται, ἐπιστασίᾳ τιννυμένων δαιμόνων. οὕτω τοι καί περ οὖσα θεῖον καὶ ἐκ τῶν τόπων τῶν ἄνω, ἐντὸς γίνεται τοῦ σώματος. καὶ θεὸς οὖσα ὁ ὕστερος, ῥοπῇ αὐτεξουσίῳ καὶ αἰτίᾳ δυνάμεως, καὶ τοῦ μετ'

A NON igitur inter se dissentiunt, animas in generationem ferri, atq; eas ad perfectionē vniuersi descendere: item sub iudicio pœna atque spelunca. Rursus necessitas & spontanea motio: quandoquidē necessitas secum habet etiā voluntarium. Præterea quod dicitur, animam in malo esse dum est in corpore, neq; repugnat insuper Empedoclis fuga illa errorque à Deo, neq; quòd peccauerit animus vnde iudicialis pœna sequatur: neque rursus Heracliti in fuga B requies: neq; omnino voluntaria descendendi conditio, rursusq; inuolūtaria. Quicquid enim deuenit ad deterius, nō sponte peruenit ad hoc ipsum, motione tamen propria vadens & interea deteriora patiens, dicitur pro his quæ fecit, merita reportare: quando quidem hæc pati & facere sit necessariū lege naturæ perpetuæ sempiterna. Si quis autē dicat, quòd in alterius cuiusdam contingit vsum, descendens scilicet ab ipso superiore, id ipsum à Deo mitti, is neq; ve- C ritati neq; sibi dissonare cēsebitur. A' quo enim principio ducuntur singula, in idem vel extrema, quamuis multa sint media, referūtur. Cum verò duplex sit peccatum, & alterum quidē in ipsa causa descendendi, alterū verò dum in hoc vitę statu delinquitur, illud fanè est hoc ipsum, quod est perpessa descendens. In hoc autem id minus est, scilicet alia ingredi corpora, atque id quidem ocyus ex iudicio pro dignitate cēsente: quod vtiq; instituto factum diuino, per iu- D dicij nomen significatur. Species verò improbitatis immoderatior maiori supplicio digna perpenditur, quadam scilicet punientium dæmonum præfectura. Sic igitur anima quamuis diuinum quiddam sit, regionibusq; superioribus oriūda, in corpus tamē immergitur. Cūq; Deus quidam sit posterior voluntaria quadam inclinatione & causa potestatis, & posterioris

exornandi gratia, huc ita descendit: ac si citò A hinc aufugerit, nullo hinc affecta detrimēto ob id potissimum iudicatur, quòd in notitiā mali peruenit, maliq; ipsius cognouit naturā: item vires suas produxit in lucem, & opera effectionesq; declarauit: quę quidem omnia si in habitu semper incorporeo cōquiescerent, & frustra forent, nunquā scilicet in actum suum prouenientia, & animam ipsam laterent quæ possidet, nunquam scilicet emicantia neque procedentia in effectum: siquidem vbique actio po- B tentiam patefacit, alioquin prorsus occultam & obscuram, nec existentem quidem, non verè sic existentem. Iam verò vnusquisq; nūc admiratur intrinseca propter externorum varietatem, dum qualia sint illa coniectat, per hęc quæ inde admodū varia pulcherrimaq; proueniūt.

A αὐτὴν κοσμήσει, ὧδε ἔρχεται. καὶ μὲν θᾶττον φύγῃ, οὐδὲν βέβλαπται. γνῶσιν κακοῦ προσλαβοῦσα, καὶ φύσιν κακίας γνοῦσα. τάς τε δυνάμεις ἄγουσα αὐτῆς εἰς τὸ φανερὸν, καὶ δείξασα ἔργα τε καὶ ποιήσεις, ἃ ἐν τῷ ἀσωμάτῳ ἠρεμοῦντα, μάτην τε ἂν ἦν εἰς τὸ ἐνεργεῖν ἀεὶ, οὐκ ἰόντα, τήν τε ψυχὴν αὐτὴν ἔλαθεν ἂν ἃ εἶχεν, οὐκ ἐκφανέντα, οὐδὲ πρόοδον λα- B βόντα. εἴπερ πανταχοῦ ἡ ἐνέργεια τὴν δύναμιν ἔδειξε, κρυφθεῖσαν ἂν ἁπάντῃ: καὶ οἷον ἀφανισθεῖσαν, καὶ οὐκ οὖσαν, μηδέποτε ὄντως οὖσαν. νῦν μὲν γὰρ θαῦμα ἔχει τῶν ἔνδον ἕκαστος, διὰ τῆς ποικιλίας τῶν ἔξω. οἷόν ἐστιν, ἐκ τοῦ τὰ γλαφυρὰ ταῦτα δρᾶσαι.

Anima venit in corpus non solùm infirmitate quadam in diuinis vltra consistere nō valente, sed etiam potestate naturæ fœcundæ pullulantis in germen: forma nanq; corporea est animæ fœcundæ propago. Cap. VI.

Simili quadam fœcunditate primum bonum in mentem exuberat omniformem: hæc in similem mundi animam: hæc in mundum similiter omniformem. Item causæ omnes in effectus vbiq; suos. deniq; superiorum prouidentiam imitatus animus ad inferiora se transfert quodam studio prouidendi.

SI igitur oportet nō solum existere vnum, A alioqui absconderentur omnia formā illo propriam non habētia, neq; ens vllum prorsus extaret, illo scilicet in se consistente: neq; horum entium multitudo foret ab vno natorum, nisi sequentia deinceps inde progrederentur, quæ quidem animarum ordinē sortiuntur. Oportet etiā similiter animas non tantum ipsas existere, sed etiam effectus earum perspicuè apparere: siquidem vnicuiq; naturæ hoc inest, vt sequens aliquid faciat, explicetq; in lucem, velut B ex semine quodam indiuisibili, & principio in finem sensibilem procedente, dum scilicet semper quod prius est, manet in propria sede: quod verò sequitur, procreatur ex potentia ineffabili, quantum superioribus insit, quam sterilem permanere nō decuit quasi inuidia cohibitam generare, sed procedere semper, quousque ad vltimū quantū fieri potest cuncta progrediantur, causa scilicet virtutis inexhaustæ munera sua per omnia diffundētis, neq; patientis quic- C quam sui expers alicubi circunspicere. Neque enim est aliquid quod prohibeat vnumquodq; particeps fore boni, quatenus sua cuiusq; natura cōpos esse possit. Siue igitur semper fuit natura materiæ, impossibile erat eam cū esset nequaquam participare, quòd omnibus bonum, quantum vnumquodq; capere potest, abundè suppeditat: siue materiæ ortus præcedentibus causis est necessariò cōsecutus: neq; sic quidem oportuit eam munerū expertem esse ob ipsam D eius imbecillitatem, qua censetur antequā munere in eā desuper descendere cogitetur: quando scilicet in se ipso maneret tantum, quod velut gratis & esse largitur. Demonstratio igitur eorum quæ in mūdo intelligibili optima sunt, est potissimum, quod est in sensibili mūdo pulcherrimum, declaratio inquam, tum potestatis illorum, tum etiam bonitatis. Nempe sic semper omnia connectuntur, tum quæ intelligibilia, tumq; sensibilia iudicantur: & illa quidem E per se existentia, hæc autem illorum participatione esse semper accipientia, naturamq; intelligibilem pro viribus imitantia.

A ΕἼΠΕΡ οὖν δεῖ μὴ ἓν μόνον εἶναι, ἐκέκρυπτο γὰρ ἂν πάντα, μορφὴν ἐν ἐκείνῳ οὐκ ἔχοντα. οὐδ᾽ ἂν ὑπῆρχέ τι τῶν ὄντων, στάντος ἐν αὑτῷ ἐκείνου. οὐδ᾽ ἂν τὸ πλῆθος ἦν ἂν τῶν ὄντων, τούτων τῶν ἀπὸ τοῦ ἑνὸς γεννηθέντων, μὴ τῶν μετ᾽ αὐτὰ τὴν πρόοδον λαβόντων, ἃ ψυχῶν εἴληχε τάξιν. τὸν αὐτὸν τρόπον, οὐδὲ ψυχὰς ἔδει μόνον εἶναι, μὴ τῶν δι᾽ αὐτὰς γενομένων φανέντων. εἴπερ ἑκάστῃ φύσει τοῦτο B ἔνεστι, τὸ μετ᾽ αὐτὴν ποιεῖν, καὶ ἐξελίττεσθαι. οἷον σπέρματος, ἔκ τινος ἀμεροῦς ἀρχῆς, εἰς τέλος τὸ αἰσθητὸν ἰούσης, μένοντος μὲν ἀεὶ τοῦ προτέρου ἐν τῇ οἰκείᾳ ἕδρᾳ, τοῦ δὲ μετ᾽ αὐτὸ οἷον γεννωμένου ἐκ δυνάμεως ἀφάτου, ὅση ἦν ἐν ἐκείνοις, ἣν οὐκ ἔδει στῆσαι οἷον περιγράψαντα φθόνῳ, χωρεῖν δὲ ἀεὶ, ἕως εἰς ἔσχατον μέχρι τοῦ δυνατοῦ τὰ πάντα ἥκει, αἰτίᾳ δυνά- C μεως ἀπλέτου ἐπὶ πάντα παρ᾽ αὐτῆς πεμπούσης, καὶ οὐδὲν περιιδεῖν ἄμοιρον αὐτῆς δυναμένης. οὐ γὰρ δὴ ἦν ὃ ἐκώλυεν ὁτιοῦν ἄμοιρον εἶναι φύσεως ἀγαθοῦ, καθόσον ἕκαστον οἷόν τε ἦν μεταλαμβάνειν. εἴτ᾽ οὖν ἦν ἀεὶ ἡ τῆς ὕλης φύσις, οὐχ οἷόν τε ἦν αὐτὴν μὴ μετασχεῖν, οὔσαν τοῦ πᾶσι τὸ ἀγαθὸν καθόσον δύναται ἕκαστον χορηγοῦντος. εἴτε ἠκολούθησεν ἐξ ἀνάγ- D κης ἡ γένεσις αὐτῆς τοῖς πρὸ αὐτῆς αἰτίοις, οὐδ᾽ ὡς ἔδει χωρὶς εἶναι ἀδυναμίᾳ πρὶν εἰς αὐτὴν ἐλθεῖν στάντος, τοῦ καὶ τὸ εἶναι. οἷον ἐν χάριτι δόντος. δεῖξις οὖν τῶν ἀρίστων ἐν νοητοῖς, τὸ ἐν αἰσθητῷ κάλλιστον, τῆς τε δυνάμεως, τῆς τε ἀγαθότητος αὐτῶν. καὶ συνέχεται πάντα εἰς ἀεί. τά τε νοητῶς τά τε αἰσθητῶς ὄντα. τὰ μὲν παρ᾽ αὐτῶν ὄντα, τὰ δὲ μετοχῇ τούτων, τὸ εἶναι εἰς ἀεὶ λαβόντα. μιμούμενα τὴν νοη- E τὴν καθόσον δύναται φύσιν.

Sicut

Sicut aer inter ignem aquamúe medius, illinc quidem igneus, hinc verò ſit aqueus, ac viciſſim ad vtraq; fertur: ſic animus ad diuina ſe habet atq; caduca. *Cap. VII.*

Omnia corpora ſui aliquid inferioribus largiuntur, ſed cœleſtia quidem nihil interim accipiunt à ſequentibus, elementaria verò dando viciſſim quoq; recipiunt, ſimiliter cœleſtes animæ inferioribus prouidentes, inde nequaquam inficiuntur. Dæmonicæ verò quædam, atq; noſtræ, dum perficiunt corpora, quodammodo inficiuntur inde, propter curioſiorem prouidentiam, circa prouinciam duriorem, ſed loci malignitas & mundi ſuperioris felicitatem commemorat, & admonet illum vehementius affectare.

ΔΙΤΤΗ͂Σ δὲ φύσεως ταύτης οὔσης, τῆς μὲν νοητῆς, τῆς δὲ αἰσθητῆς, ἄμεινον μὲν ψυχῇ ἐν τῷ νοητῷ εἶναι, ἀνάγκη γε μὴν ἔχει καὶ τοῦ αἰσθητοῦ μεταλαμβάνειν τοιαύτην φύσιν ἐχούσῃ. καὶ οὐκ ἀγανακτητέον αὐτὴν ἑαυτῇ, εἰ μὴ πάντα ἐστὶ τὸ κρεῖττον, μέσην τάξιν ἐν τοῖς οὖσιν ἐπισχοῦσαν. θείας μὲν μοίρας οὖσαν, ἐν ἐσχάτῳ δὲ τοῦ νοητοῦ οὖσαν, ὡς ὅμορον οὖσαν τῇ αἰσθητῇ φύσει. διδόναι μέν τι τούτῳ τῶν παρ' αὐτῆς, ἀντιλαμβάνειν δὲ καὶ παρ' αὐτοῦ, εἰ μὴ μετὰ τοῦ αὐτοῦ ἀσφαλοῦς διακοσμεῖ. προθυμίᾳ δὲ πλείονι, εἰς τὸ εἴσω δύοιτο, μὴ μείνασα ὅλη μεθ' ὅλης. ἄλλως τε καὶ δυνατὸν αὐτῇ πάλιν ἐξαναδῦναι ἱστορίαν, ὧν ἐνταῦθα εἶδέ τε καὶ ἔπαθε προσλαβούσῃ καὶ μαθούσῃ. οἷον ἄρα ἐστὶν ἐκεῖ εἶναι. καὶ τῇ παραθέσει τῶν οἷον ἐναντίων, οἷον σαφέστερον τὰ ἀμείνω μαθούσῃ. γνῶσις γὰρ ἐναργεστέρα τ' ἀγαθοῦ, ἡ τοῦ κακοῦ πεῖρα: οἷς ἡ δύναμις ἀσθενεστέρα, ἢ ὥστε ἐπιστήμῃ τὸ κακὸν πρὸ πείρας γνῶναι. ὥσπερ δὲ ἡ νοερὰ διέξοδος κατάβασίς ἐστιν εἰς ἔσχατον τὸ χεῖρον. οὐ γὰρ ἔνι εἰς τὸ ἐπέκεινα ἀναβῆναι, ἀλλ' ἀνάγκη ἐνεργήσασαν ἐξ ἑαυτῆς, καὶ μὴ δυνηθεῖσαν μεῖναι ἐφ' ἑαυτῆς, φύσεως δὲ ἀνάγκῃ καὶ νόμῳ μέχρι ψυχῆς ἐλθεῖν, τέλος γὰρ αὐτῇ τοῦτο. ταύτῃ δὲ τὸ ἐφεξῆς, παραδοῦναι αὐτὴν πάλιν ἀναδραμοῦσαν. οὕτως καὶ ψυχῆς ἐνέργεια, τὸ μὲν μετ' αὐτὴν τὰ τῇδε, τὸ δὲ πρὸ αὐτῆς ἡ θέα τῶν ὄντων. τῶν μὲν παρὰ μέρος καὶ χρόνῳ γιγνομένου τοῦ τοιούτου, καὶ ἐν τῷ χείρονι γιγνομένης ἐπιστροφῆς πρὸς τὰ ἀμείνω. τῇ δὲ λεγομένῃ τοῦ παντὸς εἶναι, τὸ μηδ' ἐν τῷ χείρονι ἔργῳ γεγονέναι. ἀπαθεῖ δὲ κακῶν οὔσῃ θεωρίᾳ τε περινοεῖν τὰ ὑπ' αὐτήν, ἐξηρτῆσθαί τε τῶν πρὸ αὐτῆς ἀεί, ὃ ἅμα δυνατόν. καὶ ἄμφω λαμβανούσῃ μὲν ἐκεῖθεν. χορηγούσῃ δὲ ἅμα ἐνταῦθα, ἐπείπερ ἀμήχανον ἦν, καὶ τούτων ἐφάπτεσθαι ψυχῇ οὔσῃ.

A CVM verò duplex ſit natura, & altera quidem intelligibilis, altera verò ſenſibilis, ſatius eſt animæ in ipſa intelligibili viuere: neceſſariū tamen eſt eam cum eiuſmodi natura ſit prædita, ſenſibilem quoq; naturam participare, neq; grauiter ferre debet, ſi non omnino eſt ipſum optimum: quippe cum medium in rebus obtineat ordinem, & diuinæ quidem ſortis ſit particeps, in poſtremo autem gradu intelligibilis naturæ poſita, velut affinis naturæ ſenſibili, ſic B naturaliter inſtituta, vt de ſuis aliquid huic exhibeat, recipiat etiam hinc quoq; nonnihil, niſi propria integritate ſeruata gubernet, ſed affectu ſtudioq; plurimo naturæ inferioris ingrediatur interna, neq; cū tota anima tota permaneat. Veruntamē poteſt viciſsim hinc aſſurgere peritiam eorum quę hîc cognouit paſſaq; eſt reportans, vnde didicerit quàm beata ſit apud ſuperos habitatio, & quaſi contrariorum comparatione tanquam planius meliora perceperit. C Cognitio enim boni perſpicacior prouenit experientia mali, præſertim vbi iudicium infirmius eſt, quàm vt abſq; experientia mali ſcientiam cōſequatur. Quemadmodum verò intellectualis diſcurſio quædam ad vltimum deteriusq; deſcenſio eſt, nō enim ſuperius progredi licet, ſed neceſſarium eſt ex ſeipſa agentē, neq; potentem in ſeipſa quieſcere, neceſsitate naturæ legeq; ad animam vſq; procedere. Hîc enim ei terminus eſt, & hac conditione ſua ſequentiD bus tradere, rurſusq; recurrere: ſic animæ quoque actio eſt, tum ad ſequētia corporea gubernando, tum ad præcedentia ipſa videlicet entiá contemplando. Expletur autem hoc in pleriſq; animis quadam viciſsitudine temporū, ac tandem conuerſio à deterioribus ad meliora contingit: animæ verò quæ dicitur vniuerſi, cōuenit proculdubio, vt nunquam deteriori opere occupetur, neq; mala ſubeat, ſed quæ ſequuntur excelſa contemplatione proſpiciat, & inteE rim ſuperioribus ſemper incumbat. Quod quidē ſimul in ea poteſt impleri, muneris vtriuſq; compote, accipiente quidem deſuper, inferioribus verò ſuppeditante: fieri namq; non poterat, cū ſit anima, quin ſe ad vtraq; propagaret.

Cum animus noſter vires & actus cœleſtibus animis conſimiles habeat, probabile eſt ſaltē intellectum noſtrum ſicut & illorū circa diuina ſemper agere, ſicut natura vegetalis in nobis circa corporea verſatur aſsiduè. Ca. VIII.

Verùm ſicut actiones vegetales noſtræ nos latent, ſic & intellectuales noſtræ nobis plurimum ſunt occultæ, nec motus vllus in parte vegetali ſenſu concupiſcentia factus patet nobis, niſi ad imaginationem, & per hanc ad rationem vſq; perueniat: ſimiliter nec actus intelligentiæ ſe patefacit, niſi in rationem vacantem quandoq; ſubrutilet, perq; hanc ad imaginationem ſimiliter vacuam trāsferatur, vbi fieri ſolet animaduerſio. Cœleſtes animæ obedientia ſibi corpora ſolo tum naturæ inſtinctu, tum mentis nutu facillimè regunt: noſtræ verò imaginationem quoq; & rationem circa corpus id occupant, eiuſmodi prouidentiam exigens: ideo conſtitutum eſt diuinitus, vt quandoq; hinc abeuntes ad cœleſtia reuertantur.

A PROINDE si decet præter aliorum opinionem, quod mihi planè videtur, apertè pronuntiare, anima quoq; nostra nō vniuersa corpus ingreditur, sed est ipsius aliquid in mundo intelligibili semper, aliquid autem in mundo sensibili: quod quidē si superet, imò verò si superetur atq; perturbetur, nō permittit nos interim persentire, quæ suppremum ipsum animæ contemplatur. Tunc enim quod intelligitur, in nos descendit, quando ad sensum quendam peruenit descendendo. B Non enim quicquid circa quamlibet animæ partē fit agnoscimus priusquam ad totam perueniat animam, ceu concupiscentia vigēs in ipsa concupiscendi natura, tunc demum à nobis cognoscitur, quando virtute quadam intima sentiendi vel etiam cogitandi, vel vtraq; hoc ipsum animaduertimus. Omnis enim anima habet aliquid, & inferius erga corpus, & superius erga mentem: & tota quidem atq; totius anima sua erga corpus parte totum regit, & id quidem absq; labo- C re, vtpote quæ admodum supereminet: quoniā neq; rationis discursione, quemadmodū apud nos id ibi prouenit, sed ipso potius intellectu, sicut & ars consultare non solet. Illa enim per infimam sui partem totū prorsus exornat, sed animæ particulares atque partis habent ipsæ quoque aliquid supereminens, occupatæ verò sunt nimiū ipso sensu, multorumq; perceptione incidentium cōtra naturam affligentiumq; D & vndiq; perturbantium: quippe cum id quod ab eis curatur pars quędam sit, & indigens atq; deficiens multisq; alienis aduersisq; circunfusa. Affectat quoq; multa illecebrisq; plurimis irretitur, & ipsa voluptate decipitur. Quod verò superius est, nullo prorsus nouo oblectamento pulsatur, similemque vitam semper agit.

A ΚΑΙ εἰ χρὴ παρὰ δόξαν τῶν ἄλλων τολμῆσαι τὸ φαινόμενον λέγειν σαφέστερον, οὐ πᾶσα οὐδ' ἡ ἡμετέρα ψυχὴ ἔδυ, ἀλλ' ἔστι τι αὐτῆς ἐν τῷ νοητῷ ἀεί. τὸ δὲ ἐν τῷ αἰσθητῷ, εἰ κρατεῖ, μᾶλλον δὲ εἰ κρατοῖτο καὶ θορυβοῖτο, οὐκ ἐᾷ αἴσθησιν ἡμῖν εἶναι, ὧν θεᾶται τὸ τῆς ψυχῆς ἄνω. τότε γὰρ ἔρχεται εἰς ἡμᾶς τὸ νοηθὲν, ὅταν εἰς αἴσθησιν ἥκῃ καταβαῖνον. οὐ γὰρ B πᾶν ὃ γίνεται περὶ ὁτιοῦν μέρος ψυχῆς γινώσκομεν, πρὶν ἂν εἰς ὅλην τὴν ψυχὴν ἥκῃ. οἷον καὶ ἐπιθυμία, ἐν τῷ ἐπιθυμητικῷ μένουσα, γινώσκεται ἡμῖν, ἀλλ' ὅταν τῇ αἰσθητικῇ τῇ ἔνδον δυνάμει, ἢ καὶ διανοητικῇ ἀντιλαβώμεθα, ἢ ἄμφω. πᾶσα γὰρ ψυχὴ ἔχει τι καὶ τοῦ κάτω πρὸς τὸ σῶμα, καὶ τοῦ ἄνω πρὸς νοῦν. καὶ ἡ μὲν ὅλη, καὶ ὅλου, τῷ αὐτῆς μέρει C πρὸς τὸ σῶμα τὸ ὅλον κοσμεῖ, ὑπερέχουσα ἀπόνως. ὅτι μὴ δὲ ἐκ λογισμοῦ ὡς ἡμεῖς, ἀλλὰ νῷ, ὡς ἡ τέχνη οὐ βούλεται τὸ κάτω αὐτῆς κοσμοῦντος τοῦ ὅλου. αἱ δ' ἐν μέρει γινόμεναι καὶ μέρους, ἔχουσι μὲν καὶ αὗται τὸ ὑπερέχον. ἄσχολοι δὲ τῇ αἰσθήσει καὶ ἀντιλήψει πολλῶν ἀντιλαμβανόμεναι τῶν παρὰ φύσιν, καὶ λυπούντων, καὶ ταραττόντων. ἅτε οὗ ἐπιμελοῦνται μέρους, καὶ ἐλλιποῦς, καὶ D πολλὰ ἔχοντος τὰ ἀλλότρια κύκλῳ, πολλὰ δὲ ὧν ἐφίεται, καὶ ἥδεται δὲ, καὶ ἡδονὴ ἠπάτησε. τὸ δὲ ἔστι καὶ ἀνήδονον ὂν, τὰς προσκαίρους ἡδονάς· ἡ δὲ διαγωγὴ ὁμοία.

PLO-

ΠΛΩΤΙΝΟΥ ΕΝΝΕΑΔΟΣ Δ, ΛΟΓΟΣ Θ.

PLOTINI ENNEAD. QVARTAE, LIBER IX.

ΕΙ πᾶσαι αἱ ψυχαὶ μία.

Vtrum omnes animæ vna sint anima.

Plotini sententia est, mundum vnam habere propriam sibi animam, & animalia omnia suas propriasque habere.

Cap. I.

Nisi mundus haberet vnam, non esset compositum perfectum vereque vnum, nec reliquæ in mundo animæ ordine inter se facilè conuenirent: item nisi nos proprias haberemus, affectio passioque & actio animalis in vno, mox ad omnes vniuersumque pertineret. Plotinus exercitaturus ingenium circa opinionem ponentem vnicam in cunctis animam, ludit vltrò citroque, aliud interea moliens.

Ἆρ' ὥσπερ ψυχὴν ἑκάστου μίαν φαμὲν εἶναι, ὅτι πανταχοῦ τοῦ σώματος ὅλη πάρεστι, καὶ ἔστιν ὄντως τὸν τρόπον τοῦτον μία, οὐκ ἄλλο μέν τι αὐτῆς ὡδί, ἄλλο δὲ ὡδὶ τοῦ σώματος ἔχουσα, ἔν τε τοῖς αἰσθητικοῖς, οὕτως ἡ αἰσθητική. καὶ ἐν τοῖς φυτικοῖς δὲ ὅλη πανταχοῦ ἐν ἑκάστῳ μέρει, οὕτως καὶ ἡ ἐμὴ καὶ ἡ σὴ μία, καὶ πᾶσαι μία. καὶ ἐπὶ τοῦ παντὸς ἡ ἐν πᾶσι μία. οὐχ ὡς ὄγκῳ μεμερισμένη, ἀλλὰ πανταχοῦ ταὐτόν. διὰ τί γὰρ ἡ ἐν ἐμοὶ μία, ἡ δ' ἐν τῷ παντὶ οὐ μία. οὐ γὰρ ὄγκος οὐδὲ ἐκεῖ, οὐδὲ σῶμα. εἰ μὲν ἐκ τῆς τοῦ παντὸς καὶ ἡ ἐμὴ καὶ ἡ σή, μία δὲ ἐκείνη, καὶ ταύτας δεῖ εἶναι μίαν. εἰ δὲ καὶ ἡ τοῦ παντὸς καὶ ἡ ἐμὴ ἐκ ψυχῆς μιᾶς, πάλιν αὖ πᾶσαι μία. αὕτη τοίνυν τίς ἡ μία, ἀλλὰ πρότερον λεκτέον εἰ ὀρθῶς λέγεται τὸ μίαν τὰς πάσας, ὥσπερ ἡ ἑνὸς ἑκάστου. ἄτοπον γὰρ εἰ μία ἡ ἐμὴ καὶ ἡ ὁτουοῦν ἄλλου. ἐχρῆν γὰρ ἐμοῦ αἰσθανομένου, καὶ ἄλλου αἰσθάνεσθαι: καὶ ἀγαθοῦ ὄντος, ἀγαθὸν ἐκεῖνον εἶναι. καὶ ἐπιθυμοῦντος ἐπιθυμεῖν. καὶ ὅλως ὁμοπαθεῖν ἡμᾶς τε πρὸς ἀλλήλους, καὶ πρὸς τὸ πᾶν. ὥστε ἐμοῦ παθόντος, συναισθάνεσθαι τὸ πᾶν. πῶς δὲ καὶ μιᾶς οὔσης, ἡ μὲν λογική, ἡ δὲ ἄλογος: καὶ ἡ μὲν ἐν ζῴοις, ἡ δὲ ἐν φυτοῖς ἄλλη: πάλιν δὲ εἰ μὴ αἰσθησόμεθα ἐκείνως, τό τε πᾶν ἓν, οὐκ ἔσται. μία τε ἀρχὴ ψυχῶν, οὐχ εὑρεθήσεται.

A

NVNQVID quemadmodum vniuscuiusq; animam vnam esse dicimus, quoniam vbiq; tota est in corpore, ac reuera hoc pacto est vna, neque tamen alia pars eius hîc, alia ibi est in corpore, tum in his quæ sentiunt, sic est anima sensualis, tum in plantis tota vbiq; in qualibet parte similiter: ita & mea

B

& tua vna anima est, & omnes denique anima vna, atq; in vniuerso, quæ in cunctis vna, non tanquã distributa per molem, sed habens vbiq; idem. Cur enim anima quidẽ mea vna est, quæ verò in mundo, non sit vna? Neq; enim moles ibi est, neque corpus, sicut nec est in mea. Profectò si ex ipsa mundi totius anima & mea est & tua, illa verò vna est, has quoq; oportet vnã esse: si autem tum anima mundi tum mea sunt ex vna, rursus sunt omnes vna. Quærendum

C

est igitur quænam potissimum sit hęc vna. Sed prius inuestigandum est, num rectè dicatur, omnes animas esse vnam, sicut vna est sua cuiusq; anima: absurdũ namq; est vnam esse animam meam & animam cuiuscunq;. Nam si vna esset, oporteret vtiq; me sentiente, alium quoq; sentire, ac me bene viuente, alium bene viuere, & appetente me, appetere: atque omnino nos tum inter nos, tum cum ipso toto vndiq; passionibus conuenire, vsq; adeò vt patiente me,

D

cõsentiat vniuersum. At quonam modo, si vna omnino sit anima, alia quidem rationalis est, irrationalis alia? item alia in animalibus, in plantis alia? sed rursus nisi ponamus vnam, neque vniuersum erit vnum, neque vnum inuenietur principium animarum.

Concessurus re vera Plotinus animas esse distinctas, non facilè cedit rationi iam dictæ, scilicet passionem animalis vnius mox in aliud vniuersumq; transituras. *Cap. II.*

Dici mallet animalium corpora, neq; sibi inuicem, neq; toti continua, distinctas animas postulare. Item vbi tota prorsus animalis virtus congregatur in vno, hanc ipsam animam summum in animali genere possidentem, meritò passiones defectusq; in animalibus apparentes ipsam in se minimè perpessuram.

A PRINCIPIO quidem si vna sit mea alteriusq; anima, non statim sequetur vt vtræq; cũ vtroq; sit idem. nam idem in alio existens atq; alio, non easdem in vtroq; passiones habebit: sicut & homo idẽ in me moto, & in te non moto: in me quidem moto mouetur, in te verò nõ moto quiescet: neq; absurdum neq; prӕter opinionem est, quod in me est & te, idem esse: neq; necessarium est me sentiente alium quoq; passionem eandem prorsus habere: si quidem nec in eodem corpore manus alterius passionẽ alB tera sentit, sed anima quæ est in toto. Quòd si tu meam passionem sis cogniturus, vnũ quiddam ex ambobus corpus oportebit esse conflatum. Sic enim coniunctæ vtraq; sentiet idem. Meminisse verò decet, multa interdum latere totum, eorum etiam quæ in vno eodemq; corpore fiunt, eoq; magis quo maiorẽ corpus habet molem, quemadmodum in cætis vastioribus, beluisq; similibus dicitur euenire: in quibus patiente parte, nullus toti propter motio- C nis exiguitatem incidit sensus. Quapropter nõ necessarium est vno quodam patiente perspicuum forma mox inde sensum toti omniq; cõtingere. At compati quidem nõ est ab surdum, neq; negandum: sensualem verò formationem fieri nõ est necessarium. Proinde animam eandem in me quidem habere virtutem, sed in altero vitium, non est mirandum: siquidem nec est impossibile idem aliquid in alio moueri, in alio conquiescere. Non enim sic vnam esse dici- D mus, tanquam multitudinis omnis prorsus expertem: id sanè natura sibi præstantior vendicat, sed vnam simul multitudinemq; dicimus, participemq; esse tum naturæ huius quæ circa corpora fit partibilis, tum illius quæ indiuidua permanet: vnde rursus vnam esse animam consequatur. Quemadmodum verò passio quæ in me parti contigit, non necessariò totum occupat, sed quę accidit principali, diffunditur quodammodo & ad partem: sic quæ ab vniuerso ad E vnumquemq; deueniunt, manifestiora contingunt, quippe cum singula toti compatiantur. Quæ verò nobis accidũt, vtrum ad totum mox pertineant, est nobis occultum.

ΠΡΩ͂ΤΟΝ μὲν, οὐκ εἰ ἡ ψυχὴ μία ἡ ἐμὴ καὶ ἡ ἄλλου, ἤδη καὶ τὸ συναμφότερον τῷ συναμφοτέρῳ, ταὐτόν. ἐν ἄλλῳ γὰρ καὶ ἐν ἄλλῳ ταὐτὸν ὂν, οὐ τὰ αὐτὰ πάθη ἕξει ἐν ἑκατέρῳ. ὡς ἄνθρωπος ὁ ἐν ἐμοὶ κινουμένῳ. ἐν ἐμοὶ γὰρ κινουμένῳ, καὶ ἐν σοὶ μὴ κινουμένῳ· ἐν ἐμοὶ μὲν κινούμενος, ἐν σοὶ δὲ ἑστὼς ἔσται. καὶ οὐκ ἄτοπον, οὐδὲ παραδοξότερον, τὸ ἐν ἐμοὶ καὶ σοὶ ταὐτὸν εἶναι. οὐδὲ ἀνάγκη αἰσθανομένου ἐμοῦ, καὶ ἄλλον πάντη τὸ αὐτὸ πάθος ἔχειν. οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τοῦ ἑνὸς σώματος, τὸ τῆς ἑτέρας χειρὸς πάθημα, ἡ ἑτέρα ᾔσθετο, ἀλλ' ἡ ἐν τῷ ὅλῳ. εἰ δὴ ἔδει τὸ ἐμὸν γινώσκειν καὶ σὲ, ἕν τι ἐξ ἀμφοῖν ὂν, συνημμένον σῶμα ἐχρῆν εἶναι. οὕτω γὰρ συναφθεῖσαι ἑκατέρα, ᾔσθετο ταὐτόν. ἐνθυμεῖσθαι δὲ προσήκει τὸ πολλὰ λανθάνειν τὸ ὅλον, καὶ τῶν ἐν ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ σώματι γιγνομένων. καὶ τοσούτῳ ὅσον ἂν μέγεθος ἔχῃ τὸ σῶμα πολύ. ὥσπερ ἐπὶ κητῶν λέγεται μεγάλων. ἐφ' ὧν παθήματός τινος περὶ τὸ μέρος ὄντος, τῷ ὅλῳ αἴσθησις διὰ σμικρότητα τοῦ κινήματος, οὐδὲ μία προσέρχεται. ὥστε οὐκ ἀνάγκη διάδηλον τύπῳ τὴν αἴσθησιν τῷ ὅλῳ, καὶ παντὶ εἰσαφικνεῖσθαι, ἑνός τινος παθόντος. ἀλλὰ συμπάσχειν μὲν, οὐκ ἄτοπον, οὐδ' ἀπογνωστέον. τύπωσιν δὲ αἰσθητικὴν, οὐκ ἀναγκαῖον γίγνεσθαι. ἀρετὴν δὲ ἐν ἐμοὶ ἔχειν, κακίαν δὲ ἐν ἑτέρῳ, οὐκ ἄτοπον. εἴπερ καὶ κινεῖσθαι ἐν ἄλλῳ καὶ ἐν ἄλλῳ ἑστάναι ταὐτὸν, οὐκ ἀδύνατον. οὐδὲ γὰρ οὕτως μίαν λέγομεν, ὡς πάντη πλήθους ἄμοιρον. τοῦτο γὰρ τῇ κρείττονι φύσει δοτέον. ἀλλὰ μίαν καὶ πλῆθος λέγομεν. καὶ μετέχειν τῆς φύσεως, τῆς περὶ τὰ σώματα μεριστῆς γινομένης, καὶ τῆς ἀμερίστου αὖ, ὥστε πάλιν εἶναι μίαν. ὥσπερ δὲ ἐπ' ἐμοῦ τὸ γινόμενον περὶ τὸ μέρος πάθος, οὐκ ἀνάγκη κρατεῖν τοῦ ὅλου, ὃ δ' ἂν περὶ τὸ κυριώτερον γεγένηται φέρει τι εἰς τὸ μέρος, οὕτω τὰ μὲν ἐκ τοῦ παντὸς εἰς ἕκαστον σαφέστερα μᾶλλον, ὁμοπαθούντων πολλαχοῦ τῷ ὅλῳ. τὰ δὲ παρ' ἡμῶν, ἄδηλον εἰ συντελεῖ πρὸς τὸ ὅλον.

Ludit adhuc Plotinus noster. *Cap. III.*

Verùm sicut mutuus hominum amor vnionem significat animarum, sic & perpetua diraq; inter se odia diuersitatem. Non enim minus dissidet homo ab homine, & animal quoduis ab animali, quàm ignis ab aqua, neq; minus ergo distinguitur. Magicus verò raptus magna ex parte confictus est, & quas habeat causas in superioribus declarauimus. Alibi diximus formalem rei cuiusdã rationem esse in essentias plures multiplicabilem excepta causa prima: igitur sicut ratio formalis corporis, qualitatis, naturæ in plura corpora, naturas, qualitates distincta est, sic & animæ intellectusq; & animas intellectusq; plures. Tum verè si anima excellentior formaliorq; est quàm qualitas, certè prouidentia diuina constitutum est, esse multos animarum gradus, sicut & qualitatum formaliter inter se distinctos, non sicut hic calor ab illo subiecti causa, sed sicut calor à frigore, siccitas ab humore. quod & Plotinus in fine capituli iam innuit, vbi ait intellectus esse multos, atq; sensus ipsos iudiciales simul esse cum intellectibus, id est cum intellectualibus animis. Significat verò disputationem hanc annuere, vnam esse in cunctis corporibus animam, non rationalem quidẽ, sed vegetalem sensus cuiusdam confusi participem: verumtamen rationalẽ quamlibet animam posse corpus suum vita irrationali formare, si non sit ab anima mundi formatum.

A ΚΑῚ μὴν ἐκ τοῦ ἐναντίου φησὶν ὁ λόγος συμπαθεῖν ἀλλήλοις ἡμᾶς, καὶ συναλγοῦντας ἐκ τοῦ ὁρᾶν, καὶ διαχεομένους, καὶ εἰς τὸ φιλεῖν ἑλκομένους κατὰ φύσιν. μή ποτε γὰρ τὸ φιλεῖν διὰ τοῦτο, εἰ δὲ καὶ ἐπῳδαὶ, καὶ ὅλως μαγεῖαι συνάγουσι, καὶ συμπαθεῖς πόρρωθεν ποιοῦσι, πάντως τοι διὰ ψυχῆς μιᾶς. καὶ λόγος δὲ ἠρέμα λεχθεὶς, διέθηκε τὸ πόρρω. καὶ κατακούειν πεποίηκε τὸ διεστὼς ἀμήχανον * ὅσον τόπον, ἐξ ὧν ἔστι τὴν ἑνότητα μαθεῖν ἁπάντων, τῆς ψυχῆς μιᾶς οὔσης. πῶς εἰ ψυχὴ μία, ἡ μὲν λογικὴ, ἡ δὲ ἄλογος. καί τις καὶ φυτική. ἢ ὅτι τὸ μὲν ἀμέριστον αὐτῆς, κατὰ τὸ λογικὸν τακτέον, οὐ μεριζόμενον ἐν τοῖς σώμασι. τὸ δὲ μεριζόμενον περὶ σώματα ἓν μὲν ὂν, καὶ αὐτὸ περὶ δὲ τὰ σώματα μεριζόμενον, παρεχόμενον τὴν αἴσθησιν πανταχοῦ, ἄλλην δύναμιν αὐτῆς θετέον. τὸ, τε πλαστικὸν αὐτῆς, καὶ ποιητικὸν σωμάτων, δύναμιν ἄλλην. οὐχ ὅτι δὲ πλείους αἱ δυνάμεις. οὐ μία. καὶ γὰρ ἐν τῷ σπέρματι πλείους αἱ δυνάμεις, καὶ ἕν. καὶ ἐξ ἑνὸς τούτου πολλὰ ἕν. διατί οὖν οὐ πανταχοῦ πᾶσαι. καὶ γὰρ ἐπὶ τῆς μιᾶς ψυχῆς πανταχοῦ λεγομένης εἶναι, ἡ αἴσθησις οὐκ ἐν πᾶσι τοῖς μέρεσιν ὁμοία. ὅ, τε λόγος, οὐκ ἐν ὅλῳ. τό, τε φυτικὸν. καὶ ἐν οἷς μὴ αἴσθησις. καὶ ὅμως εἰς ἓν ἀνατρέχει, ἀποστάντος τοῦ σώματος. τὸ δὲ θρεπτικὸν εἰ ἐκ τοῦ ὅλου ἔχει, καὶ ἐκείνης. διατί οὖν οὐ καὶ παρὰ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς τὸ θρεπτικὸν. ὅτι τὸ τρεφόμενον, μέρος τοῦ ὅλου. ὃ καὶ παθητικῶς αἰσθητικὸν. ἡ δὲ αἴσθησις, ἡ ἐκκρίνουσα μετὰ νοῦ ἑκάστου, ᾗ οὐδὲν ἔδει πλάττειν, τὸ ὑπὸ τοῦ ὅλου τὴν πλάσιν ἔχον. ἐπεὶ κἂν ἐποίησεν αὐτὴν, εἰ μὴ ἐν τῷ ὅλῳ τούτῳ ἔδει αὐτὸ εἶναι.

*ἴσον τό-πον

A PROINDE ratio dictat, nos ex opposito mutuis inuicem passionibus affici, ipsosq; aspectu misericordia tangi, atq; diffundi, rapiq; naturaliter ad amandum. & profectò cõsideratione dignum est, nũ inter nos hic amor mutuus oriatur. Iam verò si carmina quædã veneficiaq; magica plures in vnum rapiunt, passionemq; communem habitantibus, etiam procul incutiunt, id totum omnino per animã vnam confici posse videtur: atqui & sermo submissa voce B prolatus longè remotum afficit, cogitq; exaudire, quod interuallo etiam longissimo distat, ex quibus licet cunctorũ intelligere vnionem, velut per vnã animam conspirãtium: sed quonam pacto si vna est anima, alia quidem rationalis est, irrationalis alia, & alia vegetalis? Fortè quoniam quod in anima impartibile est, virtuti rationali est tribuendũ in corporibus minimè distributæ: quod autem est circa corpora distributum ipsum quoq; vnum existens, sed C diuisum per corpora, & sensum exercẽs vbiq;, ponendum est aliam esse animę partem: deniq; partem aliã per id quod corpora effingit & facit: neq; verò anima minus vna est, ex eo quòd plures ibi sint vires. Nã & in semine vires sunt plures, & semen vnum, atq; ex hoc vno multa sunt vnum: sed cúrnam non vbiq; sunt omnes. Atqui & in anima quæ in quolibet vna esse dicitur, sensus non in omnibus partibus est per similis, & ratio non est in toto, & vegetalis vir- D tus inest, quibus sensus ipse non adest, & simul in vnum corpore seiuncta recurrunt. Si autem vim nutriendi à toto habet, atq; ab illa, cur non igitur ab anima quoque nostra nutriendi vim habet? Quoniam quod nutritur pars est vniuersi, quod passiua quadam cõditione sensuale cẽsetur: sensus verò ipse iudicialis est cũ quolibet intellectu, cui non opus fuit formare qđ ab vniuerso formatur. Nã & formauisset vtiq; nisi oportuisset in toto hoc formãte cõnumerari.

Opinionem dicentem cunctis inesse animam numero vnam iam respuit: tangit verò dicentem esse vnam specie distinctam numero, atq; singulas esse deriuatas ex vna diuisa. *Cap. IIII.*

Hanc quoq; refutat: nam anima est substantia incorporea, indiuidua, in se consistens. Nõ potest igitur vna communis anima in plures deriuari, sicut vel continuum in partes, vel albedo in plures albedines diuisione cõtinui, vel sicut ex vno sigillo plures in multis ceris fiunt impreßiones.

A ΤΑΥ͂ΤΑ μὲν οὖν εἴρηται, ὡς μὴ θαυμάζειν τὴν εἰς ἓν ἀναγωγήν. ἀλλὰ γὰρ ζητεῖ ὁ λόγος, πῶς μία. ἆρα γὰρ ὡς ἀπὸ μιᾶς, ἢ μία αἱ πᾶσαι. καὶ εἰ ἀπὸ μιᾶς μεριζομένης ταύτης, ἢ μενούσης μὲν ὅλης, ποιούσης δὲ παρ' αὐτῆς οὐδὲν ἧττον πολλὰς, καὶ πῶς ἂν μένουσα οὐσία, πολλὰς ποιοῖ ἐξ αὑτῆς. λέγομεν οὖν συλλήπτορα ἡμῖν γενέσθαι θεὸν παρακαλέσαντες, ὡς δεῖ μὲν εἶναι μίαν πρότερον, εἴπερ πολλαί. καὶ ἐκ ταύτης, B τὰς πολλὰς εἶναι εἰ μὲν οὖν σῶμα εἴη, ἀνάγκη μεριζομένου τούτου, τὰς πολλὰς γίγνεσθαι. ἄλλην πάντη οὐσίαν, τὴν δὲ ἄλλην γιγνομένην. καὶ ὁμοιομεροῦς οὔσης, ὁμοειδεῖς πάσας γενέσθαι, εἶδος ἓν ταὐτὸν φερούσας ὅλον, τοῖς δὲ ὄγκοις ἑτέρας. καὶ εἰ μὲν κατὰ τοὺς ὄγκους εἶχον τοὺς

A HÆC igitur ideo dicta sunt, ne quis miretur ipsam ad vnum reductionem. sed enim disputãdi ratio exigit, quonã modo sit vna, nunquid omnes sint vna tanquam procedentes ab vna, an ipsæ omnes penitus vna? Quod si tanquam ab vna, nunquid illa diuisa, vel tota quidem permanente, sed nihilominus multas ex se faciente: tum verò quomodo essentia manẽs ex seipsa multas efficiat. Dicamus igitur diuino in primis auxilio inuocato, oportere profectò B vnam prius existere: siquidem multæ sint animæ, atq; ex hac vna procedere multas. Si ergo hęc vna sit corpus, necessariũ est hac diuisa fieri multas, & aliam omnino essentiam sic aliamq; fieri, ac si similibus sit partibus constituta: conformes quoq; fieri cunctas, speciem vnam eandemq; ipso toto ferẽtes, molibus verò diuersas. Quòd si secundum subiectas moles hoc ipsum

habeant, vt sint animæ, alias inter se esse: si autē A secundum formā id potius habeant, vnam specie animas esse. Hoc autem est vnam eandemq; inesse multis corporibus animā, & ante vnam hanc insitam multis, rursus aliam esse in multis non existētem: à qua quæ in multis est vna, dependet, tanquā simulachrum passim delatum vnius existentis in vno: quemadmodum si ex vno quodam sigillo multæ cæræ figura eadem imprimerētur. illo igitur modo in multa signa dispensaretur. Si autem secundo modo res se B habet, incorporeum quidē aliquid anima est: ac si passio quædam sit, nihil mirum erit, qualitatem vnam ex vna quadam factam multis inesse. Ac si secundū vtrunq; simul iunctum anima iudicetur, nihil id mirum fuerit. nunc verò animam tum incorpoream esse, tum etiam essentiam arbitramur.

A ὑποκειμένους, τὸ ψυχὰς εἶναι, ἄλλας ἀλλήλων εἶναι. εἰ δὲ κατὰ τὸ εἶδος, μίαν τῷ εἴδει ψυχὰς εἶναι. τοῦτο δέ ἐστι, τὸ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐν πολλοῖς σώμασι ψυχὴν ὑπάρχειν. καὶ πρὸ ταύτης τῆς μιᾶς τῆς ἐν πολλοῖς, ἄλλην αὖ εἶναι μὴ ἐν πολλοῖς. ἀφ' ἧς ἡ ἐν πολλοῖς μία, ὥσπερ εἴδωλον οὖσα πολλαχοῦ φερόμενον, τῆς ἐν ἑνὶ μιᾶς. οἷον ἐκ δακτύλου ἑνὸς, πολλοὶ κηροὶ B τὸν αὐτὸν τύπον ἀπομαξάμενοι φέροιεν. ἐκείνως μὲν οὖν ἀνηλίσκετο ἂν εἰς πολλὰ σημεῖα. ὡς δὲ τὸ δεύτερον, ἀσώματον μὲν ἡ ψυχὴ ἐγίνετο. καὶ πάθημα μὲν ὄν, θαυμαστὸν οὐδὲν εἶχε, μίαν ποιότητα γινομένην ἐξ ἑνός τινος, ἐν πολλοῖς εἶναι. καὶ εἰ κατὰ τὸ συναμφότερον δὲ ἡ ψυχὴ, θαυμαστὸν οὐδέν. νῦν δὲ ἀσώματόν τι αὐτὸ τιθέμεθα καὶ οὐσίαν.

Animæ quamuis per essentias inter se distinctæ sint, omnes tamen quodammodo vna sunt anima tribus videlicet modis. *Cap. V.*

Primò quia omnibus præest vna animarum generalis idea, & tota singulis inest: Secundò quia quælibet anima est forma penitus omniformis, ideo quælibet anima cæteras complectitur animas. Differt tamen hæc ab illa, quoniam sub differenti actu proprietateque hæc & illa sunt omniformes, sicut conueniunt & differunt propositiones inter se geometricæ. Tertiò quia omnes in eodem puncto esse possunt, sicut lumina imaginesque colorum absque confusione. Non esse vnicam in singulis animam aut mentem, satis in Theologia probauimus. Hæc ergo tibi sit summa. Caue susp iceris suspicari Plotinum non distingui inter se essentias animarum: id enim omnibus eius libris, & huius etiam fini aduersaretur: quinetiam disputationem propriam fecit in hac enneade contra eos qui animam esse vnicam opinantur. Sed memento Plotinum vbique conari omnia quantum fieri potest, ad vnum quiddam redigere, seruata interim proprietate naturæ. Ad vnum quiddam dico, id est ad communionem affectionis actionisque & passionis: vt concors in vniuerso harmonia seruetur, & traductio virtutis & actionis mutuò, facileque per singula fiat: quod quidem fieri non posset, nisi singulæ animæ quamuis seruata essentiæ distinctione contineantur & regantur ab vna, fermè sicut virtutes omnes membrorum à virtute cordis, & à ceruice nerui. Adducit igitur multa ad vnionem eiusmodi signa, quæ vt tanquam validissima confirmet: concedere videtur etiam tanti vigoris videri posse, vt valeant adduci non solùm ad talem vnionem, sed ad maiorem etiam suspicandam: quasi dicat: si posset quispiam per hæc signa suspicari vnionem essentiæ, quod tamen ego non probo, multò magis nos possumus per eadem signa vnionem inter animas affectionis & actionis consensionisque & compassionis asseuerare.

QVO'NAM igitur modo vna in multis A essentia? aut enim vna in omnibus tota, aut à tota vnaq; sunt multæ, illa manente. Illa igitur vna est: multæ verò ad hanc referuntur vt vnā, dantem se multitudini, rursusq; non dantem. Sufficit enim omnibus exhibere seipsam, & nihilominus vna perseuerare. Potest enim in omnia simul, & ab vnoquoq; nō omnino seiungitur. idē ergo seruatur in multis. Neq; in hoc diffidere quisquam debet: nam scientia quoq; tota est & partes eius, adeò vt tota permaneat, B & partes ab ipsa. Item semen est totum & partes ab eo in quas naturaliter diuidi potest, & vnaquæq; totum, manetq; totum nihilo alicubi diminutum. Materia verò diuisionis præbet occasionem: attamen omnia vnū. Sed in scientia quidem dicit aliquis, partē non esse totum: sed hic quoq; actu quidē pars est quod præ cæteris est expromptū, quatenus vsus exigit, idq; alijs est præpositum. Sequuntur tamen & reliqua potentia quadā ibi latentia, suntq; in parte C omnia, & fortè hac cōditione ipsa tota dicitur: pars autem ibi quidē tanquam actu, sed simul omnia Est igitur præsto paratum quicquid aggredi expedireq; velis. In ipsa verò parte inest quod dicimus præparatum, sed esse in potentia

A ΠΩΣ οὖν οὐσία μία ἐν πολλαῖς. ἢ γὰρ ἡ μία ἐν πᾶσιν ὅλη, ἢ ἀπὸ ὅλης καὶ μιᾶς αἱ πολλαί, ἐκείνης μενούσης. ἐκείνη μὲν, οὖν μία. αἱ δὲ πολλαὶ εἰς ταύτην ὡς μίαν, δοῦσαν ἑαυτὴν εἰς πλῆθος, καὶ οὐ δοῦσαν· ἱκανὴ γὰρ πᾶσι παρασχεῖν ἑαυτὴν, καὶ μένειν μία. δύναται γὰρ εἰς πάντα ἅμα, καὶ ἑκάστου οὐκ ἀποτέτμηται πάντη. τὸ αὐτὸ οὖν ἐν πολλοῖς, μὴ δ' ἤδη τις ἀπιστείτω. καὶ γὰρ ἡ ἐπιστήμη ὅλη, καὶ τὰ μέρη αὐτῆς, ὡς B μένειν τὴν ὅλην, καὶ ἀπ' αὐτῆς τὰ μέρη, καὶ τὸ σπέρμα ὅλον. καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὰ μέρη, ἐν οἷς πέφυκε μερίζεσθαι καὶ ἕκαστον ὅλον. καὶ μένει ὅλον, οὐκ ἠλαττωμένον τὸ ὅλον. ἡ δ' ὕλη ἐμέρισε, καὶ πάντα ἕν. ἀλλ' ἐν τῇ ἐπιστήμῃ εἴποι τις ἂν, τὸ μέρος οὐχ ὅλον. ἢ κἀκεῖ ἐνεργείᾳ μὲν μέρος τὸ προχειρισθὲν, οὗ χρεία, καὶ τοῦτο προτέτακται. ἕπεται μέν τοι καὶ τὰ ἄλλα, C δυνάμει λανθάνοντα. καὶ ἔστι πάντα ἐν τῷ μέρει. καὶ ἴσως ταύτῃ, ἡ ὅλη λέγεται. τὸ δὲ μέρος, ἐκεῖ μὲν, οἷον ἐνεργείᾳ ἅμα πάντα. ἕτοιμον οὖν ἕκαστον, ὃ προχειρίσασθαι θέλεις. ἐν δὲ τῷ μέρει τὸ ἕτοιμον. ἐνδυνάμει τοῦ δέ,

δὲ, οἷον πλησιάσαν τῷ ὅλῳ. ἔρημον δὲ τῶν ἄλλων θεωρημάτων, οὐ δεῖ νομίζειν. εἰ δὲ μὴ ἔσται, οὐκέτι τεχνικὸν· οὐδὲ ἐπιστημονικὸν, ἀλλ᾽ ὥσπερ ἂν καὶ εἰ παῖς λέγοι. εἰ οὖν ἐπιστημονικὸν, ἔχει δυνάμει καὶ τὰ πάντα. ἐπιστήσας γοῦν ὁ ἐπιστήμων, ἐπάγει τὰ ἄλλα οἷον ἀκολουθίᾳ. καὶ ὁ γεωμέτρης δὲ ἐν τῇ ἀναλύσει δηλοῖ. ὥστε τὸ ἓν ἔχει τὰ πρὸ αὐτοῦ πάντα, δι᾽ ὧν ἡ ἀνάλυσις. καὶ τὰ ἐφεξῆς δὲ, ἃ ἐξ αὐτοῦ γίνεται. ἀλλὰ ταῦτα διὰ τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν, ἀπιστεῖται. καὶ διὰ τὸ σῶμα, ἐπισκοτεῖται. ἐκεῖ δὲ φανὰ πάντα, καὶ ἕκαστον.

A iudicatur, quatenus toti cohæret. Nec existimandũ est, notionem hãc quam dicimus scientiæ partem, esse aliarũ vacuam notionum: alioquin nõ erit notio quædã artificiosa, nec scientiæ propria, sed perinde ac si puer aliquis fortè loquatur. Si ergo scientiæ accommodata est, omnes potentia possidet. Sciens itaq; vir cum propensior ad hæc incumbit, vno quodã inprimis posito, deinceps per consequentiam quandam reliqua quoq; producit. Hinc & Geome-B tra in ipsa resolutione declarat, vnumquodque præcedentia in se cuncta cõplecti, per quæ agitur resolutio, complecti etiã consequentia, quæ inde quodam ordine deducuntur. Verùm hæc ob debilitatem nostram non creduntur, & mole corporis obscurantur: illic autem clara omnia sunt, ac etiam vnumquodq; perspicuum.

LIBRORVM QVINTAE ENNEADIS PLOTINI PHILOSOPHI SERIES, MARSILIO FICINO INTERPRETE.

Liber primus, De tribus principalibus substantijs.
Secundus, De generatione & ordine eorum quę sunt post primum.
Tertius, De cognoscentibus substãtijs, & de eo quod superius est.
Quartus, Quomodo à primo sit quod est post primũ: atq; de vno.
Quintus, Quòd formæ intelligibiles & intelligibilia nõ sunt extra intellectum: atq; de ipso bono.
Sextus, Quòd quod est superius ente non intelligit, & quid sit primò intelligens, & quid secundò.
Septimus, Vtrum singulariũ sint ideæ.
Octauus, De intelligibili pulchritudine.
Nonus, De intellectu & ideis (& ente.

ΠΛΩΤΙΝΟΥ
ΕΝΝΕΑΔΟΣ Ε,
ΛΟΓΟΣ Α.

PLOTINI
ENNEAD. QVINTAE,
LIBER I.

ΠΕΡΙ` τῶν τριῶν ἀρχικῶν ὑποστάσεων.

De tribus principalibus substantijs, habentibus principij rationem.

Anima in patria sub ipsa mentis diuinæ forma potius quàm sua viuit & agit sicut corpus nunc sub animæ forma: sed cum primum confert se ad viuendum agendumq; sub propria forma per discursionem scilicet rationalem, deinceps prolabitur paulatim in discursionem imaginalem, & actionem sensualem atq; vegetalem, vt iam quasi sub forma corporea viuat. *Cap. I.*

Hinc postremò contingit, vt se corpoream opinetur, ac de sua diuinitate diffidens diuina nec quærat vnquã nec vereretur.

ΤΙ'ΠΟΤΕ ἄρα ἐστὶ τὸ πεποιηκὸς τὰς ψυχὰς πατρὸς θεοῦ ἐπιλαθέσθαι, καὶ μοίρας ἐκεῖθεν οὔσας, καὶ ὅλως ἐκείνου, ἀγνοῆσαι καὶ ἑαυτὰς καὶ ἐκεῖνον; ἀρχὴ μὲν οὖν αὐταῖς τοῦ κακοῦ, ἡ τόλμα, καὶ ἡ γένεσις, καὶ ἡ πρώτη ἑτερότης, καὶ τὸ βουληθῆναι δὲ,

A QVIDNAM in causa est, vt animæ quæ diuinæ sortis sunt, Deiq; omnino, tamen Dei patris obliuiscantur, ignorantes & se ipsas, & illum? Principium igitur mali est ani-B mis audacia, generatio, prima diuersitas, & quia volunt sui

A iuris esse. Postquam igitur libertate hac siue licentia delectari cœperunt, fretæ plurimum suo quodã ex se ipsis mouendi munere, & iter contrarium ineuntes, factæq; iã remotissimæ, iam seipsas illinc exortas esse prorsus ignorant: velut pueri statim nati à parẽtibus segregati, procul q; diutius educati, & se & parẽtes ignorant. Cum igitur neq; patrem neq; seipsas videant, suiq; generis ignorantia se paruifaciant, honorantes alia, & quicquid occurrit magis quàm se admirantes, atq; stupidę hinc & admirabundæ B pendentes, nimirum se iàm longissimè proiecerunt, disiunxeruntq; à patre atq; seipsis, dum scilicet ea à quibus nimium auersæ sunt, parui facerent. Quamobrem extrema diuinitatis inscitia ex inferiorũ honore suiq; ipsius contemptu animæ videtur accidere. Simul enim prosequitur, admiraturq; aliud, & interim confitetur se admirantem & prosequentem hoc ipso deteriorem esse. Cum igitur deteriorẽ seipsam rebus nascentibus occidentibusque existimet, C ideoq; abiectissimum quiddam maximeq; caducum omnium quę honorat esse se putet, meritò neq; Dei naturam, neq; potentiam animo concipit. Quapropter geminum ad eos qui sic affecti sunt, sermonem habere debemus, si modò conuersuri eos simus ad opposita quædam atq; prima, & vsq; ad summum vnumq; & primum denique reducturi. Quisnam igitur est vterq; ? Alter profectò qui demõstrat quam ob causam anima nunc inferiora hęc honoret, quã D rem alibi longè percurrimus: alter verò qui docet atq; commemorat quàm generosa stirpe sit animus procreatus, & quanta præditus dignitate. Qui certè sermo prior est quàm ille, atque declaratus declarabit & illum, de quo sanè nũc est dicendum. Proximè enim hic ad naturam eius quod quærimus videtur accedere, atq; illi opportunè præponitur. Ipsum enim qđ quærit est anima, cui profectò cognoscendum est, quid existens iam ipsa in se perquirat, vt discat E inprimis, num ipsa vim habeat ad talia quædã inuestiganda, & nunquid eum habeat oculum quo perspicere valeat, & omnino nũ hæc conueniat indagare. Si enim aliena nobis sunt, cur nam hæc indagemus? Sin autem cognata, meritò decet, expeditq; perquirere, & potest quandoq; animus inuenire.

A ἑαυτῶν εἶναι τῷδε αὐτεξουσίῳ. ἐπειδήπερ ἐφάνησαν ἡσθεῖσαι, πολλῷ τῷ κινεῖσθαι παρ' αὐτῶν κεχρημέναι. τὴν ἐναντίαν δραμοῦσαι, καὶ πλείστην ἀπόστασιν πεποιημέναι, ἠγνόησαν καὶ ἑαυτὰς ἐκεῖθεν εἶναι. ὥσπερ παῖδες εὐθὺς ἀποσπασθέντες ἀπὸ πατέρων, καὶ πολὺν χρόνον πόῤῥω τραφέντες, ἀγνοοῦσι καὶ ἑαυτοὺς καὶ πατέρας. οὔτ' οὖν ἔτι ἐκεῖνον, οὔτε ἑαυτὰς B ὁρῶσαι, ἀτιμάσασαι ἑαυτὰς ἀγνοίᾳ τοῦ γένους, τιμήσασαι τ' ἄλλα, καὶ πάντα μᾶλλον ἢ ἑαυτὰς θαυμάσασαι, καὶ πρὸς αὐτὰ ἐκπλαγεῖσαι, καὶ ἀγασθεῖσαι, καὶ ἐξηρτημέναι τούτων, ἀπέῤῥηξαν ὡς οἷόν τε ἑαυτάς, ὧν ἀπεστράφησαν ἀτιμάσασαι. ὥστε συμβαίνει τῆς παντελοῦς ἀγνοίας ἐκείνου, ἡ τῶνδε τιμὴ, καὶ ἡ ἑαυτῶν ἀτιμία εἶναι αἰτία. ἅμα γὰρ διώκεται ἄλλο, καὶ θαυμάζεται. καὶ τὸ θαυμάζον καὶ διῶ- C κον, ὁμολογεῖ χεῖρον εἶναι. χεῖρον δὲ αὐτό τι θέμενον, γιγνομένων καὶ ἀπολλυμένων. ἀτιμότατόν τε καὶ θνητότατον πάντων ὧν τιμᾷ ὑπολαμβάνον, οὔτε θεοῦ φύσιν, οὔτε δύναμιν ἄν ποτε ἐν θυμῷ βάλοιτο. διὸ δεῖ διττὸν γίνεσθαι τὸν λόγον, πρὸς τοὺς οὕτω διακειμένους. εἴπερ τις ἐπιστρέψοι αὐτούς, εἰς τὰ ἐναντία καὶ τὰ πρῶτα, καὶ ἀνάγοι μέχρι τοῦ ἀκροτάτου καὶ ἑνός, καὶ D πρώτου. τίς οὖν ἑκάτερος, ὁ μὲν δεικνὺς τὴν αἰτίαν τῶν νῦν ψυχῇ τιμωμένων, ὃν ἐν ἄλλοις δίιμεν ἐπιπλέον. ὁ δὲ διδάσκων καὶ ἀναμιμνήσκων τὴν ψυχὴν, οἷον τοῦ γένους καὶ τῆς ἀξίας. ὃς πρότερός ἐστιν ἐκείνου, καὶ σαφηνισθεὶς κἀκεῖνον δηλώσει. περὶ οὗ νῦν λεκτέον. ἐγγὺς γὰρ οὗτος τοῦ ζητουμένου, καὶ πρὸ ἔργου πρὸς ἐκεῖνον. τὸ γὰρ ζητοῦν ἐστι ψυχή. καὶ τί ὂν ζητεῖ, γνωστέον αὐτῇ, ἵνα αὐτὴν πρότερον μάθῃ, εἰ E δύναμιν ἔχοι τοῦ τοιαῦτα ζητεῖν. καὶ εἰ ὄμμα τοιοῦτον ἔχοι, οἷον ἰδεῖν, καὶ εἰ προσήκοι ζητεῖν. εἰ μὲν γὰρ ἀλλότρια, τί δεῖ; εἰ δὲ συγγενῆ, καὶ προσήκει καὶ δύναται εὑρεῖν.

Quanta sit mundanæ animæ dignitas, ostendit ex eo quòd nisi in mundo sit ipsa, mundus nihil aliud quàm materia quædam informis erit. Cap. II.

Anima rerum formas gignit, motiones omnium & actiones ipsa citat, vitam omnibus inserit & progressum, est vbiq; tota, nutu regit: atq; ita se habet ad mundanum corpus accedens, sicut sol exoriens ad aerem tenebrosum. Similes anima nostra vires, similemq; fermè dignitatem habet, præsertim si corporeis sordibus expurgata redierit in seipsam.

A COGITARE debet in primis omnis anima, animam ipsam animalia omnia effecisse inspirantem eis vitam: fecisse inquam viuentia omnia quæ nutrit tellus, & quæ mare, quę in aere sunt, & quæ in cœlo stellę diuinæ. Anima solem, anima ingẽs hoc cœlũ exornauit, ordineq; perpetuo ducit, existẽs profectò natura quædã ab his diuersa, quæ ornat, quæ mouet, quibus suggerit vitam. ideoq; necesse est his omnibus esse præstantiorem: quippe cũ hæc & oriantur,

A ΕΝΘΥΜΕΙΣΘΩ τοίνυν πρῶτον ἐκεῖνο πᾶσα ψυχὴ, ὡς αὐτὴ μὲν ζῷα ἐποίησε πάντα, ἐμπνεύσασα αὐτοῖς ζωήν. ἅ τε γῆ τρέφει, ἅ τε θάλασσα, ἅ τε ἐν ἀέρι, ἅ τε ἐν οὐρανῷ ἄστρα θεῖα. αὐτὴ δὲ, ἥλιον· αὐτὴ δὲ τὸν μέγαν τοῦτον οὐρανὸν, καὶ αὐτὴ ἐκόσμησεν. αὐτὴ δὲ ἐν τάξει περιάγει, φύσις οὖσα ἑτέρα ὧν κοσμεῖ, καὶ ὧν κινεῖ, καὶ ἃ ζῆν ποιεῖ, καὶ τούτων ἀνάγκη εἶναι τιμιωτέραν. γιγνομένων τούτων,

καὶ

καὶ φθειρομένων, ὅταν αὐτὰ ψυχὴ ἀπολείπῃ, ἢ χορηγῇ τὸ ζῆν. αὐτὴ δὲ οὖσα ἀεὶ, τῷ μὴ ἀπολείπειν ἑαυτήν. τίς δὴ τρόπος τῆς χορηγίας τοῦ ζῆν, ἔν τε τῷ σύμπαντι ἔν τε τοῖς ἑκάστοις, ὧδε λογιζέσθω. σκοπείσθω δὲ τὴν μεγάλην ψυχὴν ἄλλη ψυχὴ, οὐ σμικρὰ ἀξία τοῦ σκοπεῖν γενομένη, ἀπαλλαγεῖσα ἀπάτης, καὶ τῶν γεγοητευκότων τὰς ἄλλας, ἡσύχῳ τῇ καταστάσει. ἥσυχον δὲ αὐτῇ ἔστω, μὴ μόνον τὸ περικείμενον σῶμα, καὶ ὁ τοῦ σώματος κλύδων, ἀλλὰ καὶ πᾶν τὸ περιέχον. ἥσυχος μὲν, γῆ· ἥσυχος δὲ, θάλασσα, καὶ ἀὴρ, καὶ αὐτὸς οὐρανὸς ἀμείνων. νοείτω δὲ πάντοθεν εἰς αὐτὸν ἑστῶτα. ψυχὴν ἔξωθεν. οἷον εἰσρέουσαν καὶ εἰσχυθεῖσαν, καὶ πάντοθεν εἰσιοῦσαν καὶ εἰσλάμπουσαν. οἷον σκοτεινὸν νέφος ἡλίου βολαὶ φωτίσασαι, λάμπειν ποιοῦσι, χρυσοειδῆ ὄψιν ποιοῦσαι, οὕτω τοι καὶ ψυχὴ ἐλθοῦσα εἰς σῶμα οὐρανοῦ, ἔδωκε μὲν ζωὴν, ἔδωκε δὲ ἀθανασίαν. ἤγειρε δὲ, κείμενον. ὁ δὲ κινηθεὶς κίνησιν ἀΐδιον ὑπὸ ψυχῆς ἔμφωνος ἀγούσης, ζῷον εὔδαιμον ἐγένετο. ἔσχε τε ἀξίαν οὐρανὸς ψυχῆς εἰσοικισθείσης, ὢν πρὸ ψυχῆς σῶμα νεκρὸν, γῆ καὶ ὕδωρ, μᾶλλον καὶ σκότος ὕλης καὶ μὴ ὄν. καὶ ὃ στυγέουσιν οἱ θεοί φησί τις. γένοιτο δ' ἂν φανερωτέρα αὐτῆς καὶ ἐνεργεστέρα ἡ δύναμις καὶ ἡ φύσις, εἴ τις ἐνταῦθα διανοηθείη ὅπως περιέχει καὶ ἄγει ταῖς αὐτῆς βουλήσεσι τὸν οὐρανόν. παντὶ μὲν γὰρ τῷ μεγέθει τούτῳ ὅσος ἐστὶν ἔδωκεν ἑαυτήν. καὶ πᾶν διάστημα καὶ μέγα καὶ μικρὸν ἐψύχωται: ἄλλου μὲν, ἄλλῃ κειμένου τοῦ σώματος: καὶ τοῦ μὲν ὡδὶ, τοῦ δὲ ὡδὶ ὄντος, καὶ τῶν μὲν ἐξ ἐναντίας, τῶν δὲ ἄλλων ἀπάρτησιν ἀπ' ἀλλήλων ἐχόντων. ἀλλ' οὐχ ἡ ψυχὴ οὕτως. οὐ δὲ μέρει αὐτῆς ἑκάστῳ κατακερματισθείσῃ μορίῳ ψυχῆς, ζῆν ποιεῖ, ἀλλὰ τὰ πάντα ζῇ τῇ ὅλῃ. καὶ πάρεστι πᾶσα πανταχοῦ τῷ γεννήσαντι πατρὶ ὁμοιωμένη. καὶ κατὰ τὸ ἓν, καὶ κατὰ τὸ πάντη. καὶ πολὺς ὢν ὁ οὐρανὸς, καὶ ἄλλος ἄλλῃ, ἕν ἐστι τῇ ταύτης δυνάμει καὶ θεός ἐστι. διὰ ταύτην ὁ κόσμος ὅδε. ἔστι δὲ καὶ ἥλιος θεὸς, ὅτι ἔμψυχος. καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα. καὶ ἡμεῖς, εἴπερ τι, διὰ τοῦτο, νέκυες γὰρ κοπρίων ἐκβλητότεροι. τὴν δὴ θεοῖς αἰτίαν τοῦ θεοῖς εἶναι, ἀνάγκη πρεσβυτέραν θεὸν αὐτῶν εἶναι. ὁμοειδὴς δὲ καὶ ἡ ἡμετέρα. καὶ ὅταν ἄνευ τῶν προσελθόντων σκοπῇς λαβὼν κεκαθαρμένην, εὑρήσεις τὸ αὐτὸ τίμιον ὃ ἦν ψυχή. καὶ τιμιώτερον παντὸς, τοῦ ὃ ἂν σωματικὸν ᾖ. γῆ γὰρ πάντα. κἂν πῦρ δὲ ᾖ, τί ἂν εἴη τὸ καῖον αὐτοῦ. καὶ ὅσα ἐκ τούτων σύνθετα. κἂν ὕδωρ αὐτοῖς προσθῇς, κἂν ἀέρα. εἰ δ' ὅτι ἔμψυχον, διωκτὸν ἔσται, τί παρεὶς τις ἑαυτὸν, ἄλλον διώκει. τὴν δὲ ἐν ἄλλῳ ψυχὴν ἀγάμενος, σεαυτὸν ἄγασαι.

A quando anima ſuppeditat vitam, & occidant quãdo deſtituit: ipſa verò ſit ſemper, propterea quòd nunquã deſerit ſemetipſam. Quis autem modus ſit vitæ ſuppeditandæ tũ vniuerſo, tum ſingulis animãtibus, ita potiſsimùm cogitetur. Cõſideret itaq; ingentem animam alia quædã anima non paruam in cõſiderando dignitatem adepta, à deceptione videlicet libera, & ab his omnibus quæ cæteras animas faſcinare cõſueuerunt: ideoq; in habitu quodam quietiſsimo

B conſtituta, nõ ſolùm verò quieſcat illi circumfuſum corpus corporisq; procella, verùm etiã quicquid extrinſecus ambit, vndiq; conquieſcat. Torpeat ergo terra, & mare, aerq;, & cœlũ. Excogitet mox in torpentẽ eiuſmodi molem vndiq; animã extrinſecus influentẽ penitusq; infuſam, & omnia penetrantem, nec aliter illuſtrantem, quàm ſolis radij obſcuram caliginem illuminare ſoleãt, nubesq; ſæpe aſpectu aureas reddere: ſic itaq; anima cœleſte corpus ingreſſa

C dedit vitã, dedit immortalitatẽ, torpens protinus excitauit. Hoc autẽ motu perpetuo agitatum ſapientis animæ ductu, beatum animal eſt effectum, omnemq; cœlũ adeptus eſt dignitatem, cũ primùm inhabitauit anima, cùm prius eſſet corpus vita vacuũ, terra ſcilicet atq; aqua: imò verò materiæ tenebroſitas, atque non ens: quódue (vt inquit ille) dij odio habẽt. Fiet autem clarior atq; perſpectior vis animæ atq; natura, ſiquis in his animaduertat, quemadmodũ

D ipſa ſua volũtate cœlũ complectatur & ducat. Omni namq; huic moli quantacunq; eſt, tradidit ſemetipſam. Vnde totũ hoc interuallũ tum magnum, tum paruum eſt animatũ, vbi corporis aliud atq; aliud eſt alibi ſitum: & hoc quidẽ ſic, illud verò aliter eſt diſpoſitũ: & alia ex oppoſito ſita, alia verò connexa, inuicẽq; pendentia. At anima nõ ita ſe habet. Nõ enim in partes particulasq; diuiſa vitã inſerit ſingulatim: ſed omnia ſe tota viuificat, totaq; vbiq; adeſt, ſimi-

E lis effecta patri, tum ſecundũ ipſum vnum, tum ſecundum quandã per omnia amplitudinẽ. Et profectò cœlum & ſi multiplex aliudq; ſit alibi, eſt tamen animæ ipſius potentia vnũ. Iam verò propter ipſam hic mũdus eſt Deus: Sol quoq; Deus eſt, quoniam animatus, ſtellæq; ſimiliter omnes. Nos quoq; quicquid habemus egregij, ob hoc ipſum duntaxat habemus. Orbati nãq; anima ſterquilinio abiectiores eſſe dicũtur. Neceſſarium verò eſt animã ipſam quandoquidẽ

F dijs, vt dij ſint cauſa eſt, antiquiorẽ ijs Deũ exiſtere: conformis quoq; huic eſt & noſtra. Itaq; ſi quando abſq; adiunctis eam conſideraueris, puram inſpiciens, inuenies profectò idẽ ipſum quod eſt anima venerandũ, omniq; corporeo admodũ pretioſius. Etenim ſine ipſa anima forte terra ſint omnia. Ac ſi interſit, & ignis, quidnam erit vehemẽtia eius adurens? & quæcunq; ex his cõpoſita fuerint: tametſi aquam his aeremq; addideris, nondum tamen nactus fueris

G aliquid venerandũ. Quod ſi ex eo quòd animetur, proſecutione dignum corpus euadet, cur quæſo teipſum, id eſt animũ tuũ dimittis, aliud verò quicquam proſequeris? Sed age animam ipſam admiratus in alio, admirare te ipſum.

Facultas noſtra rationalis tanquã mobilis & ab ocio migrans in actum atq; viciſſim dependet ab intellectu noſtro ſtabiliter ſemperq; agente: atq; hic tanquam proprius animæ particularisq; dependet ab intellectu communi in ſe ipſo ſimpliciter conſiſtente. Cap. III.

Intellectus noſter ſe habet ad rationem, & intellectus communis ad noſtrum, ſicut lumen ad aerem, formaq; ad materiam. Sed ratio quidem quotidie formatur ab intellectu noſtro, noſter autem à communi ſemper formatus eſt, ſemper illuminatus. Intellectus igitur communis excellentiam ex ipſa intellectus animalis præſtantia poſſumus coniectare.

CVM igitur anima ſit res tam veneranda A
tamq; diuina, confiſus iam tali quodam vehi-
culo ad Deum te acceſſurum, hoc ipſo ad illum
iam aſcende. Neq; enim es longius vagaturus:
nam neq; ſunt intermedia multa. Sume itaq;
quod eſt huius diuini diuinius, vicinitatem in-
quam animæ ad ſupernum, poſt quod vicinum
& à quo eſt anima. Et ſi enim tãta res ſit, quan-
tam ratio demonſtrauit, imago tamen quędam
eſt intellectus ipſius: quemadmodum verbum
in prolatione verbi exiſtentis in animo. Sic er- B
go & anima mẽtis eſt verbum, & tota eſt actus
atq; vita, quam producit in alterius exiſtentiã:
velut altera quidem eſt in igne caliditas, altera
quam ignis exhibet alteri. Oportet autem illic
accipere non effluentem duntaxat, ſed partim
quidem in ipſo manentem, partim etiam ſub-
ſequentem. Quamobrem cum anima ſit ab in-
tellectu, intellectualis exiſtit, intellectusq; ip-
ſius animæ in diſcurſione verſatur: tũ verò hu-
ius perfectio rurſus ab intellectu, velut à patre, C
atq; iterum nutritore: ſiquidẽ hanc primò non
omnino perfectam, ſi cum ipſo cõferatur, pro-
creauerit. Itaque tum hæc ipſa ſubſtantia eſt à
mẽte, tum actu ratio, & quaſi intellectuale ver-
bum, dum mens ipſi perſpicitur: quando enim
intuetur mentem, tunc quę intelligit agitq;, in-
tus habet & propria, haſq; ſolas appellare de-
cet animæ actiones, quæcunque intellectuales
ſunt, atq; domeſticæ: quæ verò deteriores ſunt,
aliunde proueniunt, ſuntq; talis animæ paſſio- D
nes. Intellectus igitur diuiniorem inſuper effi-
cit animam, tum quia pater eſt, tum quia ſem-
per adeſt: non enim interuenit medium præter
id quod alterum inter ſe ſunt, & alterum: ita ta-
men vt ſubſequatur anima & ſuſcipiat, intel-
lectus autem ſit tanquam ſpecies. Pulchra verò
eſt & intellectus ipſius materia: quippe cũ ſit intellectuale quiddã & ſimplex. Quam igitur excel-
lens ſit intellectus, ex hoc quoq; cõſtat, quòd excellentior eſt quã anima re admodũ excellente.

ΟΥ̓́ΤΩ δὴ τιμίου καὶ θείου ὄντος χρήματος τῆς ψυχῆς, πιστεύσας ἤδη τῷ τοιούτῳ θεὸν μετιέναι. μετὰ τοιαύτης αἰτίας ἀνάβαινε πρὸς ἐκεῖνον. πάντως που οὐ πόρρω βαλεῖς. οὐδὲ πολλὰ τὰ μεταξύ. λάμβανε τοίνυν τοῦ θείου τούτου θειότερον τὸ τῆς ψυχῆς πρὸς τὸ ἄνω γειτόνημα, μεθ᾽ ὃ καὶ ἀφ᾽ οὗ ἡ ψυχή. καίπερ γὰρ οὖσα χρῆμα οἷον ἔδειξεν ὁ λόγος, εἰκών τίς ἐστι νοῦ. οἷον λόγος ὁ ἐν προφορᾷ, λόγου τοῦ ἐν ψυχῇ, οὕτω τοι καὶ αὐτὴ λόγος νοῦ. καὶ ἡ πᾶσα ἐνέργεια. καὶ ἣν προΐεται ζωὴν, εἰς ἄλλου ὑπόστασιν. οἷον πυρὸς, τὸ μὲν ἡ συνοῦσα θερμότης, ἡ δὲ ἣν παρέχει. δεῖ δὲ λαβεῖν ἐκεῖ, οὐκ ἐκρέουσαν, ἀλλὰ μένουσαν μὲν τὴν ἐν αὐτῷ, τὴν δὲ ἄλλην ὑφισταμένην. οὖσα οὖν ἀπὸ νοῦ, νοερά ἐστι. καὶ ἐν λογισμοῖς ὁ νοῦς αὐτῆς. καὶ ἡ τελείωσις ἀπ᾽ αὐτοῦ πάλιν. οἷον πατρὸς ἐκθρέψαντος, ὃν οὐ τέλειον ὡς πρὸς αὐτὸν ἐγέννησεν. ἥ τε οὖν ὑπόστασις αὐτῇ, ἀπὸ νοῦ. ὅ, τε ἐνεργείᾳ λόγος, νοῦ αὐτῇ ὁρωμένου. ὅταν γὰρ ἐνίδῃ εἰς νοῦν, ἔνδοθεν ἔχει, καὶ οἰκεῖα, ἃ νοεῖ καὶ ἐνεργεῖ. καὶ ταύτας μόνας δεῖ λέγειν ἐνεργείας ψυχῆς, ὅσα νοερῶς, καὶ ὅσα οἴκοθεν. τὰ δὲ χείρω, ἄλλοθεν. καὶ πάθη ψυχῆς τῆς τοιαύτης. νοῦς οὖν ἐπὶ μᾶλλον θειοτέραν ποιεῖ, καὶ τῷ πατὴρ εἶναι, καὶ τῷ παρεῖναι. οὐδὲν γὰρ μεταξὺ, ἢ τὸ ἑτέροις εἶναι, ὡς ἐφεξῆς μέν τοι καὶ ὡς τὸ δεχόμενον. τὸ δὲ ὡς εἶδος, καλὴ δὲ καὶ ἡ νοῦ ὕλη, νοειδὴς οὖσα καὶ ἁπλῆ. οἷον δὲ ὁ νοῦς, καὶ τ᾽ αὐτῷ μὲν τούτῳ δῆλον. ὅτι κρείττων ψυχῆς, τοιᾶσδε οὔσης.

Mundus cum ſit ab intellectu diuino, certè totus eſt in eo. Et quoniam ille eſt ens, vita, intellectus perfectiſſimo modo, ideo quicquid mundanum eſt in eo, perfectum eſt, atq; eſt ens, & vita, & intellectus. Cap. IIII.

Partes temporis pertinentes ad mundana referuntur ad totum tempus, quod paſſiuè eſt in mundo: atq; hoc ad tempus quod in anima eſt actiuè, & illud ad ipſam diuinæ mentis æternitatem: in ipſa tamen mente differunt interſe quadam ratione formali intelligere atq; intelligi. Item quod intelligit & quod intelligitur, ſubſtantia tamen conueniunt. Ibi rurſum intelligere ipſum metaphoricè eſt moueri, intelligi verò quaſi mouere atq; ſtare. Cum igitur incellectus ille & omniformis ſit, & differentiam in ſe aliquam, & quaſi compoſitionem habeat, meritò redigendus eſt ad ſuperius aliquid ſimpliciſſimum.

COGNOSCERE idẽ præterea per hęc A
aliquis poterit, ſiquis mundum hũc ſenſibilem
admiretur, intuitus magnitudinẽ eius & pul-
chritudinem, motusq; ordinẽ ſempiterni: item
deos in ipſo partim quidem conſpicuos, par-
tim verò latentes: dęmones quoq; & animalia,
& omnes deniq; plantas, mox ad ipſum mundi

ἼΔΗ δ᾽ ἄν τις καὶ ἐκ τῶνδε, κόσμον αἰσθητὸν τόνδε εἴ τις θαυμάζοι, εἴς τε τὸ μέγεθος καὶ τὸ κάλλος καὶ τὴν τάξιν τῆς φορᾶς τῆς ἀϊδίου ἀποβλέπων. καὶ θεοὺς τοὺς ἐν αὐτῷ. τοὺς μὲν ὁρωμένους, τοὺς δὲ καὶ ἀφανεῖς ὄντας. καὶ δαίμονας, καὶ ζῶα, φυτά τε πάντα, ἐπὶ τὸ ἀρχέτυπον αὐτοῦ,

αὐτοῦ, καὶ τὸ ἀληθινώτερον ἀναβάς. κἀκεῖ πάντα ἰδέτω νοητά. καὶ παρ' αὐτῷ ἀΐδια, ἐν οἰκείᾳ συνέσει καὶ ζωῇ. καὶ τούτων τὸν ἀκήρατον νοῦν προστάτην, καὶ σοφίαν ἀμήχανον, καὶ τὸν ὡς ἀληθῶς ἐπὶ κρόνου βίον. θεοῦ κρόνου καὶ νοῦ ὄντος. πάντα γὰρ ἐν αὐτῷ τὰ ἀθάνατα περιέχει, νοῦν πάντα, θεὸν πάντα, ψυχὴν πᾶσαν, ἑστῶτα ἀεί. τί γὰρ ζητεῖ μεταβάλλειν εὖ ἔχων. ποῦ δὲ μετελθεῖν, πάντα παρ' αὐτῷ ἔχων. ἀλλ' οὐδὲ αὔξειν ζητεῖ, τελειότατος ὤν. διὸ καὶ τὰ παρ' αὐτῷ πάντα τέλεια, ἵνα πάντῃ ᾖ τέλειος, οὐδὲν ἔχων ὅ, τι μὴ τοιοῦτον. οὐδὲν ἔχων ἐν αὐτῷ, ὃ μὴ νοεῖ· νοεῖ δὲ οὐ ζητῶν, ἀλλ' ἔχων. καὶ τὸ μακάριον αὐτῷ, οὐκ ἐπίκτητον, ἀλλ' ἐν αἰῶνι πάντα. καὶ ὁ ὄντως αἰὼν ὃν μιμεῖται χρόνος περιθέων ψυχήν, τὰ μὲν παριεὶς, τοῖς δὲ ἐπιβάλλων. καὶ γὰρ ἄλλα καὶ ἄλλα αὖ περὶ ψυχήν. ποτὲ γὰρ σωκράτης, ποτὲ δὲ ἵππος. ἕν τι ἀεὶ τῶν ὄντων. ὁ δὲ νοῦς πάντα, ἔχει οὖν ἐν τῷ αὐτῷ πάντα ἑστῶτα ἐν τῷ αὐτῷ. καὶ ἔστι μόνον, καὶ τὸ ἔστιν ἀεί, καὶ οὐδαμοῦ τὸ μέλλον. ἔστι γὰρ καὶ τότε, οὐδὲ τὸ παρεληλυθός. οὐ γάρ τι ἐκεῖ παρελήλυθεν, ἀλλ' ἐνέστηκεν ἀεί. ἅτε τὰ τοιαῦτα ὄντα. οἷον ἀγαπῶντα ἑαυτά, οὕτως ἔχοντα. ἕκαστον δὲ αὐτῶν, νοῦς καὶ ὄν ἐστι. καὶ τὸ σύμπαν, πᾶς νοῦς. καὶ πᾶν ὄν. ὁ μὲν οὖν νοῦς, κατὰ τὸ νοεῖν ὑφιστὰς, τὸ ὄν. τὸ δὲ ὄν, τῷ νοεῖσθαι τῷ νῷ διδὸν τὸ νοεῖν καὶ τὸ εἶναι. τοῦ δὲ νοεῖν αἴτιον ἄλλο, ὃ καὶ τῷ ὄντι. ἀμφοτέρων οὖν ἅμα, αἴτιον ἄλλο. ἃ μὲν γὰρ ἐκεῖνα, καὶ συνυπάρχει καὶ οὐκ ἀπολείπει ἄλληλα. ἀλλὰ δύο ὄντα, τοῦτο τὸ ἓν ὁμοῦ νοῦς. καὶ ὂν, καὶ νοοῦν, καὶ νοούμενον. ὁ μὲν νοῦς, κατὰ τὸ νοεῖν· τὸ δὲ ὄν, κατὰ τὸ νοούμενον. οὐ γὰρ ἂν γένοιτο τὸ νοεῖν, ἑτερότητος μὴ οὔσης. καὶ ταὐτότητος δέ. γίνεται οὖν τὰ πρῶτα νοῦς, ὄν, ἑτερότης, ταὐτότης. δεῖ δὲ καὶ κίνησιν λαβεῖν καὶ στάσιν. καὶ κίνησιν μὲν, εἰ νοεῖ. στάσιν δέ, ἵνα τὸ αὐτό. τὴν δὲ ἑτερότητα, ἵν' ᾖ νοοῦν καὶ νοούμενον. ἢ ἐὰν ἀφέλῃς τὴν ἑτερότητα, ἓν γενόμενον σιωπήσεται. δεῖ δὲ καὶ τοῖς νοηθεῖσιν, ἑτέροις πρὸς ἄλληλα εἶναι. ταὐτὸν δέ, ἐπεὶ ἐν ἑαυτῷ. καὶ κοινὸν δέ τι, ἐν πᾶσι. καὶ ἡ διαφορὰ, ἑτερότης. ταῦτα δὲ πλείω γενόμενα, ἀριθμὸν καὶ τὸ ποσὸν ποιεῖ. καὶ τὸ ποιὸν δὲ, ἡ ἑκάστου τούτων ἰδιότης, ἐξ ὧν ὡς ἀρχῶν τἄλλα.

A huius principium & exemplar mundumq; veriorem prorſus aſcendat: ibique intelligibilia cuncta conſpiciat, ac penes ipſum ſempiterna in propria intelligentia atq; vita horumq; omnium præſidem intellectum prorſus intemeratum, & inæſtimabilem ſapientiam, & reuera vitam auream ſub Saturno: nẽpe Saturnus ipſe intellectus eſt prorſus immaculatus. Omnia enim in ſe immortalia comprehẽdit, intellectũ omnem, deum omnem, animã omnem, & hæc
B omnia penitus cõſiſtentia. Quid enim permutare quærat, cũ bene ſe habeat? quóue pertranſire, cum penes ſe cuncta poſsideat? Sed neque exigit incremẽtum, cũ ſit perfectiſsimus. Quapropter & quæcunq; ſunt apud ipſum perfecta ſunt, vt ſit omnino perfectus, nõ habens quod non ſit tale: neq; quicquam in ſe habens quod non intelligat: intelligit autem nõ quærendo, ſed poſsidendo. Neq; peregrinam habet felicitatẽ, ſed omnia habet in æuo. atq; vera eſt æter-
C nitas quam imitatur tempus circa animam ſeſe verſans, alia quidem dimittens, alia verò attingẽs. Etenim alia rurſusq; alia ſunt circa animã. Nam aliquando Socrates, aliquando equus, & vnum aliquid ſemper eorum quæ ſunt, intellectus autem omnia. Habet igitur in eodẽ omnia conſiſtentia in eodẽ, atq; eſt duntaxat, ſemperq; præſens, neq; vllo modo futurũ. Eſt enim iam tunc quicquid eſſe poteſt, neq; habet præteritum. Non enim ibi quicquam præterijt, ſed
D ibi cuncta in præſenti conſiſtunt: vtpote quæ ſunt ſemper eadem, tanquam quæ præſenti habitu ſunt contenta: proinde quodlibet illorum eſt intellectus atq; ens. Et vniuerſum omnis eſt intellectus, enſq; omne: intellectus quidẽ, propterea quòd intelligit, atq; ita ens ſibi vẽdicat: ens autẽ, propterea quòd intelligitur, atq; hoc ipſum quod intelligitur, intelligere & eſſe exhibet intellectui. Intelligendi verò cauſa aliud eſt: quod quidem enti quoq; cauſa eſt eſſendi:
E amborũ igitur ſimul aliud cauſa eſt. Ipſa enim & ſimul exiſtunt, & nunquam ſe mutuò deſerunt. Sed cum duo ſint hoc ipſum vnum ſimul eſt intellectus, & ens, & intelligens ſimul & intellectum. Intellectus quidem quatenus intelligit, ens autẽ quatenus intelligitur. Non enim eſſe poſſet actus intelligendi, niſi eſſet (vt ita loquar) alteritas, atq; identitas. Sunt ergo prima intellectus, ens, alteritas, & identitas. Oportet autem motum quoq; ſtatumq; adiungere: Et
F motum quidẽ, ſi intelligit, ſtatũ verò vt idem: ſed alteritatem, vt ſit intelligens atq; intellectũ: alioquin ſi diuerſitatem hanc abſtuleris, vnum iam prorſus euadens ſilebit omnino. Oportet autem quæ intelligũt & quæ intelliguntur inter ſe ſic eſſe diuerſa, eſſe quoque idem, quatenus in eodem, & commune vnum aliquod omnibus. Atqui differentia ipſa alteritas eſt. Hæc autem dum plura fiunt, numerum quantitatemq; faciunt, ac denique tale aliquid vniuſcuiuſq; horum proprietas efficit, ex quibus velut principijs cætera quoq; proficiſcuntur.

Pythagorici fingũt in quadam quaſi proceſsione ipſius vnius oriri binarium, in quodam binarij termino ternarium ſuboriri, ſimiliterq; deinceps: Platonici ſimiliter de prima eſſentia iudicant. *Cap. V.*

Hæc enim cum perfectiſsimè ſit, ideoq; ſimiliter viuat vitali quodam quaſi motu progreditur intus. Cum verò progreſsio ſit oppoſita regreſsioni vel termino, nimirũ aliunde, & id quidem deſuper habet vt regrediatur, vel ter-

minetur: sicut cœlum vt moueatur, habet ab anima: vt in orbem, habet ab intellectu, vel anima iam intellectuali. Terminatur autem vitalis ille actus in intellectum, & hunc clarissimum omniformemque, vigore scilicet interim accepto diuinitus, sicut & oculus natiuo quodam nixu aspicit, sed virtute luminis fit actu videns atque formatus. Denique cum in ipso intellectu primo seipsum intelligente ratio quidem formalis ipsius intelligentis sit quasi procedentis atque formabilis, ratio autem intellectui sit quasi terminantis atque formantis: ideoque inter se opponantur, meritò ibi est numerus aliquis, non accidentalis ille quidem, sed prorsus essentialis. Est & illic numerus idearum ratione formali inter se differentium, si modò per eas intelliguntur & fiunt formæ rerum re ipsa inuicem discrepantium. ideo intellectus adeò multiplex à principio dependet penitus simplicissimo.

A HIC itaq; Deus plurimus in anima hac existit rebus eiusmodi copulata, nisi fortè hinc velit abire. Propinquans ergo ipsi & quasi vnum effecta ita perquirit: Quisnam igitur ille est qui hûc genuit? qui simplex & antè eiusmodi multitudinē: qui auctor huic est, vt & sit, sitq; multiplex: qui procreat numerum. Numerus enim non est primus. Nam ante duitatem est ipsum vnum: secundum verò duitas quę ab vno facta, ipsum habet definitorem. ipsa verò suapte natura est quiddā indefinitum. B Quando verò definita est, iam est numerus. numerus autē vt essentia: nam & anima quoq; numerus est. Non enim moles sunt prima naturæ, neq; magnitudines vllæ. Crassa enim hæc posteriora sunt, quæ sensus existimat entia. Iam verò nec in seminibus hoc ipsum humidum est quod dignū æstimatione censetur, sed quod sensibus nō apparet. id autem numerus est atq; ratio. Qui ergo numerus illic dicitur atq; etiam duitas, intellectus est & rationes quædam: C sed indefinita quidem duitas est quatenus subiecto consideratur: numerus autem qui ex ipsa est atq; vno, iam est species vnusquisq;, quasi sic intellectus ipsius essentia per species in eo factas formata iam fuerit. Formatur autē alio quidem modo ab ipso vno, alio autem à se ipso, velut visio quę est iam actu videns. Est enim intelligentia visio videns, & ambo vnum.

A ΠΟΛΥ͂Σ οὖν οὗτος ὁ θεὸς ἐπὶ τῇ ψυχῇ τῇδε ὑπάρχει, ἐν τούτοις εἶναι συναφθείσῃ, εἰ μὴ ἀποστατεῖν ἐθέλοι. πελάσασα οὖν αὐτῷ, καὶ οἷον ἓν γενομένη, ζητεῖ. τίς οὖν ὁ τοῦτον γεννήσας, ὁ ἁπλοῦς, καὶ ὁ πρὸ τοιούτου πλήθους. ὁ αἴτιος τοῦ καὶ εἶναι, καὶ πολὺν εἶναι τοῦτον, ὁ τὸν ἀριθμὸν ποιῶν. ὁ γὰρ ἀριθμὸς, οὐ πρῶτος. καὶ γὰρ πρὸ δυάδος τὸ ἕν. δεύτερον δὲ δυάς. καὶ B παρὰ τοῦ ἑνὸς γεγεννημένη, ἐκεῖνο ὁριστὴν ἔχει. αὕτη δὲ ἀόριστον παρ' αὐτῆς. ὅταν δὲ ὁρισθῇ, ἀριθμὸς ἤδη. ἀριθμὸς δὲ, ὡς οὐσία. ἀριθμὸς δὲ, καὶ ἡ ψυχή. οὐ γὰρ ὄγκοι τὰ πρῶτα, οὐδὲ μεγέθη. τὰ γὰρ παχέα ταῦτα, ὕστερα. ἃ ὄντα ἡ αἴσθησις οἴεται. οὐδὲ ἐν σπέρμασι δὲ τὸ ὑγρὸν τὸ τίμιον, ἀλλὰ τὸ μὴ ὁρώμενον, τοῦτο δὲ ἀριθμὸς καὶ λόγος. ὁ οὖν ἐκεῖ λεγόμενος ἀριθμὸς καὶ ἡ δυὰς, λόγοι καὶ νοῦς. ἀλλὰ ἀόριστος μὲν ἡ δυὰς, C τῷ οἷον ὑποκειμένῳ λαμβανομένη. ὁ δὲ ἀριθμὸς ὁ ἐξ αὐτῆς καὶ τοῦ ἑνὸς, εἶδος ἕκαστος. οἷον μορφωθέντος τοῖς γενομένοις εἴδεσιν ἐν αὐτῷ. μορφοῦται δὲ ἄλλον μὲν τρόπον παρὰ τοῦ ἑνὸς, ἄλλον δὲ παρ' αὐτοῦ, οἷον ὄψις ἡ κατ' ἐνέργειαν. ἔστι γὰρ ἡ νόησις, ὅρασις ὁρῶσα ἄμφω τὸ ἕν.

Deus summus absque vllo voluntatis vel naturæ motu diuinum generat intellectum tanquam verbum suum, sola alteritate quadam à patre differens: Intellectus similiter immobilis verbum suum generat ipsam scilicet mundi animam. *Cap. VI.*

Si primum principium esset vllo modo mutabile, omnino mutaret omnia. Item si fingatur per motum quasi medium generare mentis substantiam, motum tandem generabit sine motu accidēs tam imperfectum, vt sit accidentium omnium imperfectissimum, cum partes in se suas simul possidere nunquam possit. Itaque ratio dictat sine eiusmodi accidente perfectissimam illam à Deo substantiam generari, cum agentia partim natura, partim voluntate faciant, & in primo agente omnis agendi facultas cōtineatur, & quæ in sequentibus sunt diuisa in primo sint vnita: nimirum Deus voluntate res facit pariter atque natura. idemque in eo natura est atque voluntas. Ab illo igitur nec per voluntatem nec per naturam mutato emicat intellectus quasi lumē, & cum primum emicat naturali quodam instinctu vergens ad patrem, idearum splendore repletur. Euadit igitur intellectus hinc absolutè formatus: similiter ad intellectum diuinum anima mundi se habet. Notabis orationē tunc efficacissimam fore, quando animus ad intellectum suum omnino se reuocans, solùm se offert soli Deo, ad solum videlicet illum amore flagrans.

A QVOMODO igitur videt? quidue videt? Et quomodo prorsus extitit & processit ab illo, vt & videat? Nunc enim necessitatem ipsam per quā hæc fiant animus tenet. Affectat autem iterum intelligere, quod etiā inter antiquos sapientes est diuulgatum, quonam pacto ex vno existente tali, quale dicimus vnū ipsum existere, habuerit vnumquodq; substantiā, siue multitudo, siue duitas, siue numerus: neque illud in seipso quieuerit, sed tanta illinc effluxerit multitudo, quanta conspicitur quidem in B

ΠΩ͂Σ οὖν ὁρᾷ, καὶ τίνα, καὶ πῶς ὅλως ὑπέστη καὶ ἐξ ἐκείνου γέγονεν, ἵνα καὶ ὁρᾷ. νῦν μὲν γὰρ τὴν ἀνάγκην τοῦ εἶναι ταῦτα, ἡ ψυχὴ ἔχει. ἐπιποθεῖ δὲ τὸ θρυλλούμενον δὴ τοῦτο, καὶ παρὰ τοῖς πάλαι σοφοῖς, πῶς ἐξ ἑνὸς τοιούτου ὄντος, οἷον λέγομεν, τὸ ἓν εἶναι, ὑπόστασιν ἔσχεν ὁποιοῦν, εἴτε πλῆθος, εἴτε δυὰς, εἴτε ἀριθμὸς, ἀλλ' οὐκ ἔμεινεν ἐκεῖνο ἐφ' ἑαυτοῦ. τοσοῦτον δὲ πλῆθος ἐξερρύη, ὃ ὁρᾶται μὲν ἐν

τοῖς οὖσιν. ἀνάγειν δὲ αὐτὸ πρὸς ἐκεῖνο ἀξιοῦμεν. ὧδε οὖν λεγέσθω. θεὸν αὐτὸν ἐπικαλεσαμένοις. οὐ λόγῳ * γεγωνῷ, ἀλλὰ τῇ ψυχῇ ἐκτείνασιν ἑαυτοὺς εἰς εὐχὴν πρὸς ἐκεῖνον, εὔχεσθαι τὸν τρόπον τοῦτον δυναμένους, μόνους πρὸς μόνον. δεῖ τοίνυν θεατὴν ἐκείνου ἐν τῷ εἴσω οἷον νεῷ ἐφ᾽ ἑαυτοῦ ὄντος, μένοντος ἡσύχου ἐπέκεινα ἁπάντων, τὰ οἷον πρὸς τὰ ἔξω ἤδη ἀγάλματα ἑστῶτα, μᾶλλον δὲ ἄγαλμα τὸ πρῶτον ἐκφανθὲν, θεᾶσθαι πεφηνὸς τοῦτον τὸν τρόπον παντὶ τῷ κινουμένῳ. δεῖ τι εἶναι, πρὸς ὃ κινεῖται. μὴ ὄντος δὲ ἐκείνῳ μηδενὸς, μὴ τιθώμεθα αὐτὸ κινεῖσθαι. ἀλλ᾽ εἴ τι μετ᾽ αὐτὸ γίνεται. ἐπιστραφέντος ἀεὶ ἐκείνου πρὸς αὐτὸ, ἀναγκαῖόν ἐστι γεγονέναι. ἐκ ποδῶν δὲ ἡμῖν ἔστω γένεσις ἡ ἐν χρόνῳ, τὸν λόγον περὶ τῶν ἀεὶ ὄντων ποιουμένοις. τῷ δὲ λόγῳ τὴν γένεσιν προσάπτοντας αὐτοῖς, αἰτίας καὶ τάξεως αὐτοῖς ἀποδώσει. τὸ οὖν γινόμενον ἐκεῖθεν, οὐ κινηθέντος φατέον γίγνεσθαι. εἰ γὰρ κινηθέντος αὐτοῦ τι γίγνοιτο. τρίτον ἀπ᾽ ἐκείνου τὸ γιγνόμενον μετὰ τὴν κίνησιν ἂν γίγνοιτο, καὶ οὐ δεύτερον. δεῖ οὖν ἀκινήτου ὄντος, εἴ τι δεύτερον μετ᾽ αὐτὸ, οὐ προσνεύσαντος οὐδὲ βουληθέντος, οὐδὲ ὅλως κινηθέντος ὑποστῆναι αὐτό. πῶς οὖν καὶ τί δεῖ νοῆσαι περὶ ἐκεῖνο μένον, περίλαμψιν. ἐξ αὐτοῦ μὲν. ἐξ αὐτοῦ δὲ μένοντος, οἷον ἡλίου τὸ περὶ αὐτὸ λαμπρὸν, ὥσπερ περὶ θέον. ἐξ αὐτοῦ ἀεὶ γεννώμενον μένοντος. καὶ πάντα τὰ ὄντα ἕως μένει, ἐκ τῆς αὐτῶν οὐσίας ἀναγκαίαν τὴν περὶ αὐτὰ πρὸς τὸ ἔξω αὐτῶν, ἐκ τῆς παρούσης δυνάμεως, δίδωσιν αὐτῶν ἐξηρτημένην ὑπόστασιν, εἰκόνα οὖσαν οἷον ἀρχετύπων ὧν ἐξέφυ. πῦρ μὲν, τὴν παρ᾽ αὐτοῦ θερμότητα, καὶ χιὼν, οὐκ εἴσω μόνον τὸ ψυχρὸν κατέχει. μάλιστα δὲ, ὅσα εὐώδη μαρτυρεῖ τοῦτο. ἕως γάρ ἐστι, πρόεισί τι ἐξ αὐτῶν, περὶ αὐτὰ, ὧν ἀπολαύει ὑποστάντων ὁ πλησίων. καὶ πάντα δὲ ὅσα ἤδη τέλεια γεννᾷ, τὸ δὲ ἀεὶ τέλειον, ἀεὶ καὶ ἀΐδιον γεννᾷ. καὶ ἔλαττον δὲ ἑαυτοῦ γεννᾷ. τί οὖν χρὴ περὶ τοῦ τελειοτάτου λέγειν, μηδὲν ἀπ᾽ αὐτοῦ. ἢ τὰ μέγιστα μετ᾽ αὐτόν. μέγιστον δὲ μετ᾽ αὐτὸν νοῦς, καὶ δεύτερον. καὶ γὰρ ὁρᾷ ὁ νοῦς ἐκεῖνον, καὶ δεῖται αὐτοῦ μόνου. ἐκεῖνος δὲ τούτου, οὐδέν. καὶ τὸ γεννώμενον ἀπὸ κρείττονος νοῦ, νοῦν εἶναι. καὶ κρείττων ἁπάντων ὁ νοῦς, ὅτι τἄλλα μετ᾽ αὐτόν: οἷον καὶ ἡ ψυχὴ, λόγος νοῦ. καὶ ἐνέργειά τις, ὥσπερ αὐτὸς ἐκείνου. ἀλλὰ ψυχῆς μὲν, ἀμυδρὸς ὁ λόγος. ὡς γὰρ εἴδωλον νοῦ, ταύτῃ καὶ εἰς νοῦν βλέπειν δεῖ. νοῦς δὲ ὡσαύτως πρὸς ἐκεῖνον,

* γεγωνῶτα

A ordine rerum, reducendam verò cenſemus ad illud. Sic itaq; dicendū nobis eſt, Deum ipſum inuocantibus, non oratione quidem ad aures pertinente, ſed animo ſe ipſum ad Deum voti gratia impenſiſsimè reuocante: quippe cū hac tantùm cōditione vouere precariq; poſsimus, ſi ſoli accedamus ad ſolum. Oportet igitur Dei cōtemplatorem in ipſo penetrali velut templo quodam, intra ſeipſum inquā tranquillè quie- B ſcere ſuper omnia prorſus extantem, ibiq; velut ſtatuas extra vniuerſum conſtitutas, imò verò ſtatuam primò effulgentem, hoc modo quo naturaliter inſpici poteſt, inſpicere. Circa omne quod mouetur oportet aliquid eſſe ad quod moueatur: nam ſi nihil eiuſmodi fuerit, moueri minimè affirmabimus: ſed ſiquid poſt efficiens ipſum fiat, id omne ipſo ſemper ad ſe conuerſo effici neceſſarium eſt. Procul eſto nūc à nobis generatio temporalis, verba de ſempi- C ternis inpræſentia facientibus: & ſi quando inter loquendum generationē eis attribuamus, ratione cauſæ ordiniſq; cuiuſdam generationem in medium adducētibus. Quod igitur inde gignitur, dicendum eſt ſuperiore non agitato gigni: alioquin ſi moto illo aliquid generetur, certè id quod gignitur, non ſecundum, ſed tertium erit ab illo poſt motum. Quamobrem neceſſarium eſt, cum illud ſit prorſus immobile, ſiquid ſecundū poſt ipſum naſcitur, id profectò illo neq; annuente, neq; voluntate decer- D nente, neq; vllo pacto cōmoto ſubſiſtere. Quónam igitur pacto quidue nobis eſt circa illud ſtabile cogitandum? Lumen vndique circumfuſum ex ipſo dependens, ex ipſo inquam penitus quieſcente, ceu fulgorē circa ſolem, quaſi circumcurrentem, ex ipſo ſemper manēte progenitum. Iam verò res omnes quatenus naturaliter perſeuerant, ex ipſa ſui eſſentia præſenteq; virtute neceſſarium circa ſe foras naturam E producunt ab ipſis dependentem, quę quidem imago ſit velut exemplaris ſcilicet virtutis illius vnde manauit. Ignis quidem ex ſe foras emittit calorem, nix quoq; frigus non intrinſecus tantùm cohibet, ſed & alijs exhibet: præcipuè verò id res odoratæ teſtantur. Quamdiu enim ſunt, nonnihil ab eis circum effunditur. cuius inde fit particeps quod eſt propinquum. Atqui quæcunq; perfecta iam ſunt, aliquid generant. Quod autē ſemper eſt perfectum, ſem- F pet gignit & ſempiternum, minus autem genitum genitore. Quidnam igitur de perfectiſsimo eſt dicendum? Nunquid nihil prodit ab eo, an potius ab eo prodeunt quæ omnium maxima ſunt poſt ipſum? Maximū verò poſt ipſum eſt intellectus, atq; ſecundum. Inſpicit enim intellectus illud, ſoloq; illo indiget: illud verò primum hoc minimè indiget. Oportet profectò quod fit ab eo quod eſt mēte melius, eſſe mentem: melius verò omnium quæ fiunt eſt intel- G lectus, quoniam alia ſunt poſt ipſum. Iam verò & anima mētis eſt verbum & actus quidam, ſicut mens eſt Dei verbum. Verùm obſcurum eſt animæ verbum. Quatenus enim eſt imago mentis, hoc ipſo ei aſpiciendum eſt in mentem: eadem ratione Deum ſuſpicit mens imago Dei,

vt ita sit intellectus: videt verò Deum minimè inde separata: sed quoniam est post ipsum, nihilq; est medium, quemadmodū nihil medium est inter animam atq; mentem. Omne verò genitum appetit genitorem, in cuius consecutione sit contentum, præcipuè autem quando soli sunt genitor atq; genitus. At vbi quod genuit est omnium optimum, necessariò genitum ipsi cohæret vsq; adeò, vt alteritate (vt ita dixerim) quadam solùm videatur inde secretum.

A ἵνα ᾖ νοῦς. ὁρᾷ δὲ αὐτὸν, οὐ χωρισθεὶς, ἀλλ' ὅτι μετ' αὐτὸν. καὶ μεταξὺ οὐδέν. ὡς οὐδὲ ψυχῆς καὶ νοῦ. ποθεῖ δὲ πᾶν τὸ γεννῆσαν. καὶ τοῦτο ἀγαπᾷ, καὶ μάλιστα ὅταν ὦσι μόνοι, τὸ γεννῆσαν καὶ τὸ γεγεννημένον. ὅταν δὲ καὶ τὸ ἄριστον ᾖ τὸ γεννῆσαν, ἐξ ἀνάγκης σύνεστιν αὐτῷ, ὡς τῇ ἑτερότητι μόνον κεχωρίσθαι.

Quemadmodum intellectualis anima dependet ab intellectu puro, qui nō est anima: ita & hic intellectus emanat ab ipso bono quod non est intellectus, sed supereminet intellectum. *Cap. VII.*

Intellectus hic primò quidem à patre manat, tanquam essentia viuens, mox verò naturaliter illuc aspiciens intellectus euadit. Intellectus enim est ipsa substantialis visio ex aspectu siue affectu naturali resultans. huius quidem pater est ipsum simpliciter vnum. Hic autem vnum essentiale siue vitale, vbi uidetur esse binarius, sed aspectu addito iam ternarius. In ternario est par & impar omnisq; numerus. Similiter hic per aspectum siue affectum naturalem iam ternarius, simul numerus omnis efficitur. Aspiciendo enim siue naturaliter asciscendo corroboratur à patre: confirmatus viuentem essentiam suam iam comprehendit in qua fœcunda viget virtus essentiarū omnium genitrix. Sic igitur in seipso in formas omnium se deriuat, dum suam hanc intelligendo in se explicat potestatem. Effectus est igitur omniformis, & omnia fomento patris: qui cum nulla rerum forma definiatur, meritò vel nihil agit quod dictu nefas, aut pariter omnia, dum ex se vno super omnia existente vnum generat omniforme. Hic Cœlio genitus, Saturnus est appellatus, cōceptus suos ipse deglutiens à Rhea, id est natura et materia segregatos. Huius filius Iupiter mundi anima filios, id est formas generat in natura, atq; per hanc ad materiam postremò producit.

IMAGINEM verò illius esse dicimus intellectū. Oportet enim apertius explicare. A Primò quidem oportere id genitum esse, seruareq; multa in se genitoris, similitudinemq; talē fermè ad ipsum habere, qualem lumē habet ad solem: genitorem verò illum non esse mentem. Quomodo igitur gignit mentem? Quia videlicet genitum conuersione quadam ad genitorem inspicit: hæc autē ipsa visio est intellectus. Quod enim percipit aliud vel sensus est, vel intellectus. B Comparari verò solet sensus quidem lineæ, quòd verò reliquum est in cognoscendo circulo. Verùm eiusmodi circulus est quasi partibilis, ipsum verò non ita se habet: Fortè verò hic quoq; est vnum, sed vnum potestas omniū. Quorū igitur est potestas, hæc ab ipsa potestate velut partita intelligentia cōspicit, alioquin intellectus minimè foret: quandoquidē & ipse per se habet iam velut potestatis suæ cōsensum animaduertentem quantū valeat, in quo quidem sua cōsistit essentia. C Ipse igitur per seipsum & definit esse sibimet potestate quadam ab illo prorsus accepta: vbi sanè animaduertitur essentiam esse velut partem quandam vnam eorum quæ sunt illius atq; ex illo, & corroborari ab illo, ab eodemq; & ex eodē perfici in essentiam. Videt autem inde seipsum velut partibili quodam ex impartibili, tum viuere, tum intelligere, ac prorsus omnia: quoniam ille nihil est omniū. Ob hoc enim ab illo fiunt omnia, quoniam illud vna quadā forma minimè circumscribitur. D Illud enim vnum est duntaxat, intellectus autem in ordine rerum est omnia. Ob hoc itaq; illud nihil est eorū quæ sunt in mente, sed ex ipso cuncta in rerum ordine manant: quamobrem hæc essentiæ sunt. Determinata enim iam sunt, & vnumquodque habet iam velut formam: ipsum verò ens non est quasi in quodam

ΕἸΚΟ΄ΝΑ δὲ ἐκείνου λέγομεν εἶναι τὸν νοῦν. δεῖ γὰρ σαφέστερον λέγειν. πρῶτον μὲν, ὅτι δεῖ πως εἶναι ἐκεῖνο τὸ γεννώμενον, καὶ ἀποσώζειν πολλὰ αὐτοῦ. καὶ εἶναι ὁμοιότητα πρὸς αὐτὸ, ὥσπερ καὶ τὸ φῶς τοῦ ἡλίου: ἀλλ' οὐ νοῦς ἐκεῖνο. πῶς οὖν νοῦν γεννᾷ, ἢ ὅτι τῇ ἐπιστροφῇ πρὸς αὐτὸ ἑώρα. ἡ δὲ ὅρασις αὕτη, νοῦς. τὸ γὰρ καταλαμβάνον ἄλλο, ἢ αἴσθησις ἢ νοῦς. αἴσθησιν γραμμὴν καὶ τὰ ἄλλα. ἀλλ' ὁ κύκλος τοιοῦτος, οἷος μερίζεσθαι. τοῦτο δὲ, οὐχ οὕτως. ἢ καὶ ἐνταῦθα ἓν μέν. ἀλλὰ τὸ ἓν, δύναμις πάντων. ὧν οὖν ἐστι δύναμις, ταῦτα ἀπὸ τῆς δυνάμεως, οἷον σχιζομένη ἡ νόησις καθορᾷ. ἢ οὐκ ἂν ἦν νοῦς. ἐπεὶ καὶ παρ' αὐτοῦ ἔχει ἤδη, οἷον συναίσθησιν τῆς δυνάμεως, ὅτι δύναται οὐσίαν. αὐτὸς γοῦν δι' αὐτὸν. καὶ ὁρίζει τὸ εἶναι αὐτῷ, τῇ παρ' ἐκείνου δυνάμει. καὶ ὅτι οἷον μέρος ἕν τι τῶν ἐκείνου, καὶ ἐξ ἐκείνου ἡ οὐσία, καὶ ῥώννυται παρ' ἐκείνου, καὶ τελειοῦται εἰς οὐσίαν παρ' ἐκείνου, καὶ ἐξ ἐκείνου. ὁρᾷ δὲ αὐτὸ ἐκεῖθεν, οἷον μεριστῷ ἐξ ἀμερίστου. καὶ τὸ ζῆν καὶ τὸ νοεῖν. καὶ πάντα, ὅτι ἐκεῖνος μηδὲν τῶν πάντων. ταύτῃ γὰρ πάντα ἐξ ἐκείνου, ὅτι μή τινι μορφῇ κατείχετο ἐκεῖνος. μόνον γὰρ ἓν ἐκεῖνο. καὶ ὁ μὲν πάντα ἐν τοῖς οὖσιν ἂν ἦν. διὰ τοῦτο ἐκεῖνο, οὐδὲν μὲν τῶν ἐν τῷ νῷ. ἐξ αὐτοῦ δὲ πάντα ἐν τοῖς οὖσιν ἂν ἦν. διὸ καὶ οὐσίαι ταῦτα. ὥρισται γὰρ ἤδη, καὶ οἷον μορφὴν ἕκαστον ἔχει: τὸ δὲ ὂν, δεῖ οὐκ ἐν

ἀορίστῳ οἷον θεωρεῖσθαι, ἀλλ' ὅρῳ πεπῆχθαι καὶ στάσει. στάσις δὲ τοῖς νοητοῖς, ὁρισμὸς καὶ μορφή. οἷς καὶ τὴν ὑπόστασιν λαμβάνει, ταύτης τοι γενεᾶς. ὁ νοῦς οὗτος, ἄξιος νοῦ τοῦ καθαρωτάτου, μὴ ἄλλοθεν ἢ ἐκ τῆς πρώτης ἀρχῆς φῦναι. φύμενον δὲ ἤδη, τὰ ὄντα σὺν αὐτῷ γεννῆσαι. πᾶν μὲν, τὸ τῶν ἰδεῶν κάλλος. πάντας δὲ, θεοὺς νοητούς. πλήρη δὲ ὄντα ὧν ἐγέννησε, καὶ ὥσπερ καταπιόντα πάλιν τῷ ἐν αὐτῷ ἔχειν, μὴ δὲ ἐκπεσεῖν εἰς ὕλην. μὴ δὲ τραφῆναι παρὰ τῇ ῥέᾳ, ὡς τὰ μυστήρια. καὶ οἱ μῦθοι οἱ περὶ θεῶν αἰνίττονται, κρόνον μὲν θεὸν σοφώτατον πρὸ τοῦ * δία γενέσθαι, ἃ γεννᾷ πάλιν ἐν ἑαυτῷ ἔχειν. ᾗ καὶ πλήρης, καὶ νοῦς ἐν κόρῳ. μετὰ δὲ ταῦτα φασὶ δία γεννᾶν κόρον, ἤδη ὄντα. ψυχὴν γὰρ γεννᾷ νοῦς, νοῦς ὢν τέλειος. καὶ γὰρ τέλειον ὄντα, γεννᾶν ἔδει. καὶ μὴ δύναμιν οὖσαν τοσαύτην ἄγονον εἶναι. κρεῖττον δὲ οὐχ οἷόν τε ἦν εἶναι, οὐδ' ἐνταῦθα τὸ γεννώμενον. ἀλλ' ἔλαττον ὄν, εἴδωλον εἶναι αὐτοῦ. ἀόριστον μὲν, ὡσαύτως· ὁριζόμενον δὲ ὑπὸ τοῦ γεννήσαντος, καὶ οἷον εἰδοποιούμενον. νοῦ δὲ γέννημα, λόγος τις καὶ ὑπόστασις τὸ διανοούμενον. τοῦτο δ' ἐστὶ, τὸ περὶ νοῦν κινούμενον. καὶ νοῦ φῶς, καὶ ἴχνος ἐξηρτημένον ἐκείνου. κατὰ θάτερα μὲν, συνηγμένον ἐκείνῳ. καὶ ταύτῃ ἀποπιμπλάμενον, καὶ ἀπολαῦον. καὶ μεταλαμβάνον αὐτοῦ, καὶ νοοῦν. κατὰ θάτερα δὲ ἐφαπτόμενον, τῶν μετ' αὐτό. μᾶλλον δὲ γεννῶν καὶ αὐτὸ, ἃ ψυχῆς ἀνάγκη εἶναι χείρονα. περὶ ὧν, ὕστερον λεκτέον. καὶ μέχρι τούτων τὰ θεῖα.

* Δίος

A quodam indefinito considerandum, sed termino quodam statuq; firmatum. Status autem in rebus intelligibilibus determinatio est atq; forma, quibus suã substantiam sortiũtur. Hic igitur huius generis intellectus purissimæ mẽtis appellatione dignus, nõ aliũde quàm ex primo principio nasci est iudicandus: atq; hunc iam genitũ cuncta secum simul entia genuisse, vniuersam pulchritudinem idearum, intelligibiles Deos omnes. Existimandum præterea hũc esse B plenum omnium quę progenuit, & quasi genita protinus absorbentem: propterea quòd in se omnia complectatur, neq; in materiam labi sinat, neq; nutriri apud Rheam, quemadmodum mysteria fabulæq; de dijs fingũt, Saturnũ quidem sapientissimum Deum ante Iouem genitum: quæ generat in seipso iterũ cohibere: quatenus sic & plenus sit & purus cum plenitudine intellectus. Post hæc tradũt generare Iouem puerum iam existẽtem, id est purum atq; vegetum, C & quasi iam saturum. Animam enim generat intellectus, intellectus inquam perfectus existens. Quando enim perfectus sit, oportet & generare, potentiamq; tantam nõ esse sterilem. Sed hîc quoq; quod gignitur genitore melius esse non poterat. Cùm verò foret minus, fore & illius imaginẽ indefinitam quoq; similiter: sed definiri à generante atq; formari. Progenies verò mentis ratio quædam est, cuius substãtia in excogitando consistit: id autem est, quod circa D intellectum sese versat, intellectusq; ipsius lumen est atque vestigium semper inde dependens: inde quidem illi coniunctum, atque ita repletum & fruens, & compos eius atq; intelligens: inde verò vicissim sibi subdita tangens: imò verò generans: quæ quidem necessarium est anima deteriora contingere: de quibus in sequentibus est dicendum. Hucusq; tandem diuina procedunt.

Ex Platonis Parmenidisq; verbis probatur ipsum bonum, & simpliciter vnum, esse superius ipso ente, atq; intellectu, quod est vnum multa appetitq; bonum. Item intellectum diuinũ esse superiorem anima mundi: quoniam hæc est vnum & multa quasi iam magis diuisa, atq; per participationem est intellectus. Cap. VIII.

ΚΑΙ διὰ τοῦτο καὶ τὰ πλάτωνος τριττά, τὰ πάντα περὶ τὸν βασιλέα. φησὶ γὰρ, πρῶτα. καὶ δεύτερον, περὶ τὰ δεύτερα. καὶ περὶ τὰ τρίτα, τρίτον. λέγει δὲ καὶ τοῦ αἰτίου εἶναι πατέρα. αἴτιον μὲν, τὸν νοῦν λέγων. δημιουργὸς γὰρ ὁ νοῦς, αὐτῷ. τοῦτον δέ φησι, τὴν ψυχὴν ποιεῖν, ἐν τῷ κρατῆρι ἐκείνῳ. τοῦ αἰτίου δὲ νοῦ ὄντος, πατέρα φησὶ τἀγαθὸν, καὶ τὸ ἐπέκεινα νοῦ, καὶ ἐπέκεινα οὐσίας. πολλαχοῦ δὲ τὸ ὂν καὶ τὸν νοῦν, τὴν ἰδέαν λέγει. ὥστε πλάτωνα εἰδέναι ἐκ μὲν τἀγαθοῦ τὸν νοῦν, τὴν ἰδέαν· ἐκ δὲ τοῦ νοῦ, τὴν ψυχήν. καὶ εἶναι τοὺς λόγους τούσδε, μὴ καινοὺς, μὴ δὲ νῦν. ἀλλὰ πάλαι μὲν εἰρῆσθαι μὴ ἀναπεπταμένως. τοὺς δὲ νῦν λόγους, ἐξηγητὰς ἐκείνων γεγονέναι. μαρτυρίοις πιστωσαμένοις τὰς δόξας ταύτας παλαιὰς εἶναι, τοῖς αὐτοῦ τοῦ πλάτωνος γράμμασιν. ἥπτετο μὲν οὖν καὶ παρμενίδης πρότερον τῆς τοιαύτης δόξης, καθόσον εἰς ταὐτὸ συνῆγεν ὂν καὶ νοῦν· καὶ τὸ ὂν, οὐκ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς ἐτίθετο. τὸ γὰρ αὐτὸ νοεῖν ἐστι

A HAC de causa apud Platonem omnia circa omnium regẽ triplici ordine disponũtur, præcipuè verò per prima: secunda deinde circa secundum: tertia deniq; circa tertium. Tum verò dicit esse & causæ patrem: causam quidem intellectum appellans: nam mundi artifex apud Platonem est intellectus: hũc verò ait animam in illa patera procreare. Cum verò causa sit intellectus, patrem appellat ipsum bonũ, & quod intellectu est essentiaque superius. Sæpe etiam B ipsum ens atq; intellectũ appellat ideam. Quapropter apud Platonẽ cognoscere licet ex ipso quidem bono mentem atq; ideam, ex mẽte verò animam. Atqui sermones eiusmodi non esse nouos, neq; nuper inuẽtos, sed quondã dictos fuisse licet non explicatos: præsentes verò sermones esse velut interpretes antiquorum, idq; testimonijs comprobari, afferẽtibus opiniones eiusmodi esse priscas, quòd ex ipsis quoq; Platonis libris liceat cõiectare. C Parmenides igitur prior opinionẽ eiusmodi attigit, vbi in idẽ ens intellectũq; reduxit: atq; ens ipsũ in rebus sensibilibus minimè collocauit, dicens, intelligere

atq; eſſe idem prorſus exiſtere, idq; immobile, A tametſi adiungat illic intelligere. Omnem ſanè corpoream inde ſuſtulit motionem, vt eodem ſemper modo permaneat, comparat inſuper ſphęræ globo, quoniam cuncta in ſe inuoluta complectitur: & quoniam intelligẽtia non petitur ab extrinſeco, ſed in ſeipſo perficitur. Vbi verò in libris ſuis vnum nominat, attingit cauſam, quaſi vnum hoc deprehenſum ſit eſſe multa. Parmenides autem loquens apud Platonẽ, exactius inter ſe diſtinguit primũ ipſum B vnum, quod & præcipuè vnum eſt ſolumque vnum: item ſecundum vnum multa nominat: tertium deniq; vnum atq; multa. Hic itaq; ſic tres dictas confirmat naturas.

τε καὶ εἶναι λέγων, καὶ ἀκίνητον δὲ λέγει τοῦτο. καίτοι προστιθεὶς τὸ νοεῖν, σωματικὴν πᾶσαν κίνησιν ἐξαίρων ἀπ᾽ αὐτοῦ, ἵνα μένῃ ὡσαύτως. καὶ ὄγκῳ σφαίρας ἀπεικάζων, ὅτι πάντα ἔχει περιειλημμένα. καὶ ὅτι τὸ νοεῖν οὐκ ἔξω, ἀλλ᾽ ἐν ἑαυτῷ. ἓν δὲ λέγων ἐν τοῖς ἑαυτοῦ συγγράμμασιν, αἰτίαν εἶχεν ὡς τοῦ ἑνὸς τούτου πολλὰ εὑρισκομένου. ὁ δὲ παρὰ πλάτωνι παρμενίδης ἀκριβέστερον λέγων, διαιρεῖ ἀπ᾽ ἀλλήλων τὸ πρῶτον ἓν, ὃ κυριώτερον ἕν. καὶ δεύτερον ἓν, πολλὰ λέγων. καὶ τρίτον ἓν καὶ πολλά. καὶ σύμφωνος οὕτως, καὶ αὐτός ἐστι ταῖς φύσεσι ταῖς τρισίν.

Anaxagoras, Heraclitus, Empedocles, Ariſtoteles vnà cum Platone conſentiunt, primum omnium principium eſſe vnum atq; ſimpliciſſimum. *Cap. IX.*

Quòd enim omnia in mundo, quanuis diuerſa, in vnam totius formam, vnumq; finem, effectumq; ordine certo conſpirent, inde prouenit, quòd omnia ſunt, & ducuntur ab vno: cunctaq; vnum imitantur, & appetunt. Si poſito vno quodam principio, primò omnium æquè ponatur & alterum æquè primum omnium, & ſuperflua erit alterius huius poſitio, & contingenter hoc etiam principium appellabitur, cum nulla aſsignari ratio poſsit, quare hoc alterum etiam principium ſit, vel illud primò poſitum. Non enim quia neceſſarium ſit, non quia hoc ſit ab illo, non quia hoc & illud ſint ab vno quodam tertio: Omnino contingens, & temeraria, & diuulſa, & impoſſibilis eſt multitudo quæ non eſt ab vno.

ANAXAGORAS autẽ vbi mentem pu- A ram miſtioniſq; expertem adducit, ipſe quoq; ſimplex ponit primum vnumq; ſeparatum, exactam verò diſcuſsionẽ antiquitatis cauſa prætermiſit. Heraclitus præterea nouit vnũ intelligibile ſempiternum: corpora namq; fieri ſemper inquit & fluere. Proinde apud Empedoclẽ diſcordia quidem diuidit: in ipſa verò concordia vnum ſignificatur. Iã verò & ipſe id poſuit incorporeum: Elementa verò vicem materiæ obtinent. Ariſtoteles autem poſterius ipſum B quidẽ primum intelligibile dicit & ſeparatum: ſed vbi intelligere ſeipſum affirmat, viciſsim facit eſſe non primum. Profectò & vbi alia quoq; multa intelligibilia producit in medium, totidem numero, quot & in cœlo ſunt ſphæræ, vt ſingula ſphæras ſingulas moueant, aliter intelligibilia quàm Plato diſponit, & cum probabilem non habeat rationẽ, adducit neceſsitatem. Inſtabit & aliquis, nunquid recta ſic ratione dicatur inquirẽs: Rationabilius eſſe dicẽs, omnes C ſphæras ordineſq; rerum ad coordinationem vnam mutuò conferentes, ad vnum ſimul primumq; cõſpicere. Interrogabit & aliquis, nunquid intelligibilia multa apud Ariſtotelem ex vno primo ſint, an potius in rebus intelligibilibus multa principia ſint? Ac ſi ex vno ſunt omnia, cõgruenti quadã proportione comparabuntur, perinde atq; in rebus ſenſibilibus inter ſe ſphærę ſe habẽt: alia ſcilicet aliã complectente, & vna tandẽ extrinſecus velut dominã con- D tinente. Quamobrem primũ ibi reliqua comprehendet, mundusq; intelligibilis erit. Tũ verò quemadmodũ hîc ſphæræ vacuæ non ſunt, ſed prima quidem ſtellarum plena, ſingulæ verò ſequentes ſtellas ſingulas poſsidẽt: ſic & ibi mouentia illa, multa in ſeipſis habebunt, verioraq; cœleſtibus illic omnia erunt. Sin autem vnumquodq; in numero intelligibilium eſt, æquè principium certè per contingentiam quandam principia erunt. Et quæri poterit, quã ob cauſam conſpi-

ἈΝΑΞΑΓΌΡΑΣ δὲ νοῦν καθαρὸν καὶ ἀμιγῆ λέγων, ἁπλοῦν καὶ αὐτὸς τίθεται τὸ πρῶτον, καὶ χωριστὸν τὸ ἕν. τὸ δ᾽ ἀκριβὲς, δι᾽ ἀρχαιότητα παρῆκε. καὶ ἡράκλειτος δὲ τὸ ἓν οἶδεν ἀΐδιον, καὶ νοητόν. τὰ γὰρ σώματα γίγνεται ἀεὶ καὶ ῥέοντα. τῷ δὲ ἐμπεδοκλεῖ, τὸ νεῖκος μὲν διαιρεῖ. ἡ δὲ φιλία τὸ ἕν, ἀσώματον δὲ καὶ αὐτὸς τοῦτο. τὰ δὲ στοιχεῖα ὡς ὕλη. ἀριστοτέλης δὲ ὕστερον, χωριστὸν μὲν τὸ πρῶτον καὶ νοητόν. νοεῖν δὲ αὐτὸ ἑαυτὸ λέγων, πάλιν αὖ οὐ τὸ πρῶτον ποιεῖ. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα νοητὰ ποιῶν, καὶ τοσαῦτα ὁπόσαι ἐν οὐρανῷ σφαῖραι, ἵν᾽ ἕκαστον ἑκάστην κινῇ, ἄλλον τρόπον λέγει τὰ ἐν τοῖς νοητοῖς, ἢ πλάτων, τὸ εὔλογον οὐκ ἔχων, ἀνάγκην τιθέμενος. ἐπιστήσειε δ᾽ ἄν τις καὶ εὐλόγως, εὐλογώτερον γὰρ πάσας πρὸς μίαν σύνταξιν συντελέσας, πρὸς ἓν καὶ τὸ πρῶτον βλέπειν. ζητήσειε δ᾽ ἄν τις τὰ πολλὰ νοητὰ, εἰ ἐξ ἑνός ἐστιν αὐτῷ τοῦ πρώτου, ἢ πολλαὶ, αἱ ἐν τοῖς νοητοῖς ἀρχαί. καὶ εἰ μὲν ἐξ ἑνὸς, ἀνάλογον δηλονότι ἕξει, ὡς ἐν τοῖς αἰσθητοῖς αἱ σφαῖραι. ἄλλης ἄλλην περιεχούσης, μιᾶς δὲ τῆς ἔξω κρατούσης. ὥστε περιέχοι ἂν κἀκεῖ τὸ πρῶτον. καὶ κόσμος νοητὸς ἔσται. καὶ ὥσπερ ἐνταῦθα αἱ σφαῖραι οὐ κεναὶ, ἀλλὰ μεστὴ ἄστρων ἡ πρώτη, αἱ δὲ ἔχουσιν ἄστρα, οὕτω κἀκεῖ τὰ κινοῦντα πολλὰ ἐν αὐτοῖς ἕξει. καὶ τὰ ἀληθέστερα ἐκεῖ. εἰ δ᾽ ἕκαστον ἀρχὴ, κατὰ συντυχίαν αἱ ἀρχαὶ ἔσονται. καὶ διὰ τί ἔσονται,

καὶ πρὸς ἓν ἔργον τὴν τοῦ παντὸς οὐρανοῦ συμφωνίαν ὁμονοήσει. πῶς δὲ ἴσα πρὸς τὰ νοητὰ καὶ κινοῦντα, τὰ ἐν οὐρανῷ αἰσθητά. πῶς δὲ καὶ πολλὰ οὕτως, ἀσώματα ὄντα, ὕλης οὐ χωριζούσης. ὥστε τῶν ἀρχαίων οἱ μάλιστα συνταττόμενοι αὐτοῖς, Πυθαγόρου καὶ τῶν μετ' αὐτὸν καὶ Φερεκύδου δέ, περὶ ταύτην μὲν ἔσχον τὴν φύσιν: ἀλλ' οἱ μὲν ἐξειργάσαντο ἐν αὐτοῖς αὐτῶν λόγοις, οἱ δὲ οὐκ ἐν λόγοις, ἀλλ' ἐν ἀγράφοις ἐδείκνυον συνουσίαις, ἢ ὅλως ἀφεῖσαν.

A cõſpirent in vnum, & ad opus vnum, communem ſcilicet totius cœli conſentiant harmoniã. Item quonã pacto quæ in cœlo ſenſibilia ſunt, illis ſint æqualia numero. Denique quomodo multa ita ſint, cum ſint incorporea, neq; materia vlla diſcernat. Quamobrem quicunq; veterum Pythagoram ſectatoreſq; eius, & Pherecydem ſuoſq; ſimiliter ſecuti ſunt, circa naturam eiuſmodi ſtudioſè verſati videntur: ſed alij quidem ſua in libris ſenſa poſteris reliquerunt, alij B verò nõ in ſcriptis, ſed in viua vocis conſuetudine tradidère, aut penitus dimiſerunt.

Subſtantiam animæ ratiocinantis eſſe à corpore ſeparabilem apparet, quoniam ratiocinari poteſt etiam abſq; inſtrumento corporeo: idq; deprehendimus tum quando in cõſilijs concludit & eligit contra incitamenta corporea, tum etiam quando in ſpeculando formas vel ſeparatas attingit, vel non ſeparatas ipſa ſeparat. Cap. X.

ΟΤΙ δὲ οὕτω χρὴ νομίζειν ἔχειν, ὡς ἔστι μὲν τὸ ἐπέκεινα ὄντος τὸ ἕν, οἷον ἤθελεν ὁ λόγος δείκνυσθαι, ὡς οἷόν τε ἦν περὶ τούτων ἐνδείκνυσθαι. ἔστι δὲ ἐφεξῆς, τὸ ὂν καὶ νοῦς. τρίτη δὲ ἡ τῆς ψυχῆς φύσις, ἤδη δέδεικται. ὥσπερ δὲ ἐν τῇ φύσει τριττὰ ταῦτά ἐστι τὰ εἰρημένα, οὕτω χρὴ νομίζειν καὶ παρ' ἡμῖν ταῦτα εἶναι. λέγω δέ, οὐκ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς. χωριστὰ γὰρ ταῦτα. ἀλλ' ἐπὶ τοῖς αἰσθητῶν ἔξω, καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον τὸ ἔξω. ὥσπερ κἀκεῖνα τοῦ παντὸς οὐρανοῦ ἔξω, οὕτω καὶ τὰ τοῦ ἀνθρώπου. οἷον λέγει Πλάτων, τὸν εἴσω ἄνθρωπον. ἔστι τοίνυν καὶ ἡ ἡμετέρα ψυχή, θεῖόν τι, καὶ φύσεως ἄλλης, ὁποία πᾶσα ἡ ψυχῆς φύσις· τελεία δέ, ἡ νοῦν ἔχουσα. νοῦς δὲ ὁ μὲν λογιζόμενος, ὁ δὲ λογίζεσθαι παρέχων. τὸ δὴ λογιζόμενον τοῦτο τῆς ψυχῆς, οὐδενὸς πρὸς τὸ λογίζεσθαι δεόμενον σωματικοῦ ὀργάνου. τὴν δὲ ἐνέργειαν ἑαυτοῦ ἐν καθαρῷ ἔχον, ἵνα καὶ λογίζεσθαι καθαρῶς οἷόν τε ᾖ, χωριστὸν καὶ οὐ κεκραμένον σώματι, ἐν πρώτῳ νοητῷ τις τιθέμενος, οὐκ ἂν σφάλλοιτο. οὐ γὰρ τόπον ζητητέον οὗ ἱδρύσομεν, ἀλλ' ἔξω τόπου παντὸς ποιητέον. οὕτω γὰρ τὸ καθ' αὑτὸ καὶ τὸ ἔξω, καὶ τὸ ἄϋλον. ὅταν μόνον ᾖ, οὐδὲν ἔχον παρὰ τῆς σώματος φύσεως. διὰ τοῦτο καὶ ἔτι ἔξωθέν φησιν ἐπὶ τοῦ παντὸς τὴν ψυχὴν περιέβαλεν, ἐνδεικνύμενος τῆς ψυχῆς τὸ ἐν τῷ νοητῷ μένον. ἐπὶ δὲ ἡμῶν ἐπικρύπτων, ἐπ' ἄκρᾳ εἴρηκε τῇ κεφαλῇ. καὶ ἡ παρακέλευσις δὲ τοῦ χωρίζειν, οὐ τόπῳ λέγεται. τοῦτο γὰρ φύσει κεχωρισμένον ἐστίν. ἀλλὰ τῇ μὴ νεύσει, καὶ ταῖς φαντασίαις, καὶ τῇ ἀλλοτριότητι τῇ πρὸς τὸ σῶμα. εἴπως καὶ τὸ λοιπὸν ψυχῆς εἶδος ἀναγάγοι τις καὶ συνενέγκαι πρὸς τὸ ἄνω, καὶ τὸ ἐνταῦθα αὐτῆς ἱδρυμένον. ὃ μόνον ἐστὶ σώματος δημιουργὸν καὶ πλαστικόν, καὶ τὴν πραγματείαν περὶ τοῦτο ἔχον.

A IAM verò demonſtratum eſt oportere ſuper ens eſſe vnum, quale deſiderabat ratio demonſtrare, quantum ſcilicet de rebus talibus demonſtrari poſsit: eſſe autẽ poſt ipſum vnum ens atq; intellectum: tertio deniq; loco naturã animæ. Quemadmodũ verò in ipſa natura tria hæc ſunt, quæ diximus, ſic quoq; exiſtimandũ eſt, hæc nobis ineſſe. Dico autem non in rebus, quæ ſenſibus offeruntur. ſeparata enim hæc ſunt, de quibus in præſentia loquimur, ſed de B rebus quæ ſenſuum vires excedũt, extraq; eos ſunt, eodemq; modo extra, ſicut & illa in vniuerſo naturæ ordine omnino ſunt extra cœlũ: ſic itaq; tria quædam ſunt in homine, in homine inquam, quẽ Plato interiorem nominat hominem. Eſt igitur noſtra inſuper anima diuinũ quiddam, alteriuſq; naturæ, qualis eſt vniuerſa natura animæ: perfecta verò eſt, quæ mentem habet, ſed mens altera quidem in ratiocinando verſatur, altera vim ratiocinandi ſuppeditat. C Hanc vtiq; ratiocinandi virtutem animę nullo prorſus inſtrumẽto corporeo ad diſcurſionem propriam indigentem, ſed actionẽ ſuam in puro quodam gradu ſeruantem, vt & purè poſsit ratiocinari: Siquis ſeparatam neq; miſtam corpori & in primo illo rerum ſcilicet intelligibili gradu locauerit, minimè aberrabit. Non enim quærendus nobis eſt locus vbi ponamus, ſed extra locum omnem vis talis conſtituenda. Sic enim duntaxat habere poteſt, quod dicitur per D ſe exiſtere, atque agere & extrinſecus & ſupra materiam, quando ſola fuerit à corporea natura nihil penitus habens. Hanc ob cauſam Plato in Timæo Deum, inquit, mũdi animam etiam extra mundum circumfudiſſe, oſtendens vim animæ in ipſo intelligibili permanentem. De anima quoq; noſtra in Phædro ait, tum condere caput intra cœlum, tum extra cœlum caput attollere. Atqui cum in Phædone potiſsimum E & Theetheto ſeparare animam iubet à corpore, non loco præcipit ſegregare. quod enim ita ſeparatũ eſt, naturaliter eſt ſeiunctum: ſed monet, ne corpori animus annuat, neq; imaginationi conſentiat, neq; ob commertium corporis alienetur à mente, coneturq; ſiquo pacto valeat ſubditam ſibi animæ ſpeciem vnà ſecum ad ſuperiora perducere: Quòdue ex ipſa hic eſt ſitum, quod quidem ſolùm corporis eſt opifex atq; formator, aſsiduéq; ad hoc ipſum incumbit.

Sicut in vniuerso ipsum vnum est superius intellectu, & hic superior anima, sic in anima nostra ipsa animæ vnitas est eminentior eius mente, hæc altior ratione. *Cap. XI.*

Satis in Theologia & primis Plotini libris ipsum vnum enti & hoc animæ præposuimus. Item ostendimus in animis sicut in lineis esse suam vnitatem quasi signum quo Deum vniuersi vnitatem, quasi centrum attingere possint. Præterea notiones rerum cõmunes artiumq; regulas stabiles mentibus nostris semper inesse, per quas de similibus pro arbitrio ratiocinari possumus.

A CVM igitur animus de iustis pulchrisq; cõsultet, inquiratq;, nũm hoc sit iustum, nunquid hoc sit pulchrum, necessarium est, stabile quiddam iustum esse similiterq; pulchrum, vnde ratiocinatio in animo ducat exordium: alioquin discurrere nunquã posset. Ac si animus interdũ circa hæc discurrit, alias verò minimè oportet non naturam quidem hanc discurrentem, sed mentẽ in nobis esse, quæ iustũ pulchrumq; semper habeat. B Adesse præterea mentis principium & causam atq; Deum, illo quidem nullo modo partibili, sed penitus consistente, non in loco inquam manẽte, sed in seipso atq; interim in multis quoq; considerari in singulis eorum quæ capere possunt ipsum velut aliud quiddã præter ipsa, quemadmodum & centrum est in seipso. Habent autem singula quæ sunt in circulo signum in centro suum, & lineę huic punctum proprium adhibent. Tali enim quodam eorum quæ nobis insunt, nos quoq; diuinum C tangimus, congredimur, copulamur: eatenus illic innitimur, atque figimur, quatenus nos illuc intentione conferimus.

A ΟΥ̓ΣΗΣ οὖν ψυχῆς τῆς λογιζομένης περὶ δικαίων καὶ καλῶν, καὶ λογισμοῦ ζητοῦντος εἰ τοῦτο δίκαιον, καὶ εἰ τοῦτο καλὸν, ἀνάγκη εἶναι καὶ ἑστώς τι δίκαιον, ἀφ᾽ οὗ καὶ ὁ λογισμὸς περὶ ψυχὴν γίνεται, ἢ πῶς ἂν λογίσαιτο. καὶ εἰ ὅτε μὲν λογίζεται περὶ τούτων ψυχὴ, ὅτε δὲ μὴ, δεῖ τὸν λογιζόμενον, ἀλλ᾽ ἀεὶ ἔχοντα τὸ δίκαιον, νοῦν ἐν ἡμῖν εἶναι. εἶναι δὲ καὶ τὴν νοῦ ἀρχὴν, καὶ αἰτίαν καὶ θεὸν. B οὐ μεριστοῦ ἐκείνου ὄντος, ἀλλὰ μένοντος ἐκείνου, καὶ οὐκ ἐν τόπῳ μένοντος. ἐν πολλοῖς αὖ θεωρεῖσθαι, καθ᾽ ἕκαστον τῶν δυναμένων δέχεσθαι. οἷον ἄλλον αὐτὸν. ὥσπερ καὶ τὸ κέντρον ἐφ᾽ ἑαυτοῦ ἐστιν. ἔχει δὲ καὶ ἕκαστον τῶν ἐν τῷ κύκλῳ σημεῖον ἐν αὐτῷ. καὶ αἱ γραμμαὶ τὸ ἴδιον προσφέρουσι πρὸς τοῦτο. * τῷ γὰρ τοιούτῳ τῶν ἐν ἡμῖν, καὶ ἡμεῖς ἐφαπτόμεθα καὶ σύνεσμεν, καὶ ἀνηρτήμεθα: ἐνιδρύμεθα δὲ, C οἳ ἂν συννεύωμεν ἐκεῖ.

* τὸ γὰρ τοιοῦτο

Et si intellectus noster circa diuina semper agit, non tamen animaduertimus: quoniam ratio & imaginatio nobis ad opposita diuinorum & varia distrahuntur. *Cap. XII.*

A CÆTERVM cur nam talia tantaq; possidentes, nequaquã animaduertimus nos hæc habere, sed plurimum seorsum à talibus actionibus ocium agimus? Sunt & multi qui circa hæc nihil vnquam agunt. Illa quidem in actionibus suis assiduè perseuerant, intellectus scilicet, & quod superius intellectu in seipso semper: sic quoq; & anima vim habet immobilem, siue perpetuò mobilem. Neque verò quicquid est in anima propterea iam sentitur, peruenit B sanè in nos, quando ad sensum vsq; procedit: at quando agẽs in nobis quodlibet actionẽ suam non traducit in ipsam sentiendi virtutẽ, nondum per totam animam se actio eiusmodi propagauit. quare nondũ agnoscimus, vtpote qui vnà cum sentiendi virtute sumus id quod sumus, neq; pars animæ quædam solùm, sed vniuersa potius anima sumus. Iam verò vnumquodq; in nobis animatũ quamdiu viuit, tandiu per seipsum munus efficit proprium: sed C tunc demũ id nobis cõtingit agnoscere, quando mutua quædã fit traductio, & inde animaduersio prouenit. Oportet igitur siquando ita præsentia nobis animaduersuri simus, vim ipsam animaduersoriam ad interiora conuertere, operamq; dare, vt ibi tota prorsus intendat: perinde ac siquis affectans vocem vnã præ cæteris haurire, à cæteris se vocibus segreget, ad vocemque omnium optatissimam attentior porrigat aures, quando propinquet. Sic itaque hìc oportet dimissis omnibus quæ sensibus instrepunt, perq; sensus animum interpellant, nisi quantũ extrema cogat necessitas, vim ipsam animæ animad-

A ΠΩ͂Σ οὖν ἔχοντες τὰ τηλικαῦτα, οὐκ ἀντιλαμβανόμεθα, ἀλλ᾽ ἀργοῦμεν ταῖς τοιαύταις ἐνεργείαις τὰ πολλά. οἱ δ᾽ οὐδ᾽ ὅλως ἐνεργοῦσιν. ἐκεῖνα μὲν ἔστιν ἐν ταῖς αὐτῶν ἐνεργείαις ἀεί. νοῦς καὶ τὸ πρὸ νοῦ ἀεὶ ἐν ἑαυτῷ. καὶ ψυχὴ δὲ τὸ ἀεικίνητον οὕτως. οὐ γὰρ πᾶν ὃ ἐν ψυχῇ, ἤδη αἰσθητόν· ἀλλὰ ἔρχεται εἰς ἡμᾶς, ὅταν εἰς αἴσθησιν ἴῃ. ὅταν δὲ ἐνεργοῦν ἕκαστον μὴ μεταδιδῷ τῷ αἰσθανομένῳ, B οὔπω δι᾽ ὅλης ψυχῆς ἐλήλυθεν. οὔπω οὖν γιγνώσκομεν ἅτε μετὰ τοῦ αἰσθητικοῦ ὄντες, καὶ οὐ μόριον ψυχῆς, ἀλλ᾽ ἡ ἅπασα ψυχὴ ὄντες. καὶ ἔτι ἕκαστον τῶν ψυχικῶν ζῶων ἀεὶ, ἐνεργεῖ ἀεὶ καθ᾽ αὑτὸ τὸ αὑτοῦ. τὸ δὲ γνωρίζειν, ὅταν μετάδοσις γένηται καὶ ἡ ἀντίληψις. δεῖ τοίνυν εἰ τῶν οὕτω παρόντων ἀντίληψις ἔσται, καὶ τὸ ἀντιλαμβανόμενον εἰς τὸ εἴσω ἐπιστρέφειν, κἀκεῖ * ποιεῖ τὴν προσο- C χὴν ἔχειν. ὥσπερ εἴ τις ἀκοῦσαι ἀναμένων ἣν ἐθέλει φωνὴν, τῶν ἄλλων φωνῶν ἀποστὰς, τὸ οὖς ἐγείρει πρὸς τὸ ἄμεινον τῶν ἀκουστῶν, ὁπότε ἐκεῖνο προσέλθοι, οὕτω τοι καὶ ἐνταῦθα δεῖ τὰς μὲν αἰσθητὰς ἀκούσεις ἀφέντα. εἰ μὴ καθόσον ἀνάγκη τὴν τῆς ψυχῆς

* ποιεῖν

εἰς τὸ ἀντιλαμβάνεσθαι δύναμιν φυλάττειν καθαρὰν καὶ ἔτοιμον, ἀκούειν φθόγγων τῶν ἄνω.

A animaduertendis ſuperioribus aptiorē puram penitus conſeruare, audiendisq́ ſupernis vocibus paratiſsimam.

Trinitatem hanc principiorum maximè Platonicam & Zoroaſtricam cõfirmat Trinitas Chriſtianorũ. Ipſum enim bonum includit paterna fœcunditas, intellectum intellectualis ipſa filij emanatio, animam proceſſio ſpiritus per voluntatis modum, & quaſi motum vitalem. Præterea firmamentum refert ipſum bonum fœcunditate ſiderum, intellectum Saturnus à generatione remotus & alienus, animam Iupiter generationi fauens, mundũ Mars diſcordem iam atq; pugnacem. Rurſus bonum Sol, intellectum Mercurius inceſſu Soli proximus, animam Venus cupida genituræ, mundum hunc Luna varia in ſe iam atq; mutabilis. Iterum bonum ignis, intellectum aer perſpicuus & ſerenus, animam aqua humorem generationi ſuppeditans, mundũ terra ex omnibus iam commiſta. Deniq; ſingulatim fœcunda cuiuſq; eſſentia bonũ, firma eſſentiæ virtus intellectum, inclinatio, motio, actio animam. Summatim circa animam, memoria fœcunda bonum, rationis diſcurſus intellectum, imaginatio & affectus animam. Nihil ergo certius hac trinitate principiorum, quia nihil maioribus & pluribus teſtimonijs confirmatum, meritò vniuerſum principiorum ſuorum imaginem repræſentat.

ΠΛΩΤΙΝΟΥ

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Ε,

ΛΟΓΟΣ Β.

PLOTINI

ENNEAD. QVINTAE,

LIBER II.

ΠΕΡῚ γενέσεως καὶ τάξεως, τῶν μετὰ τὸ πρῶτον.

De generatione & ordine eorum quæ ſunt poſt primum.

Sicut vnitas principium numerorum non eſt numerus, & ſignum principium continui non eſt continuum, & lux principium caloris colorumq; non eſt calor atq; colores: ſic ipſum bonum entium principium nõ eſt ens aliquod, aut entia: ergo nec vita nec intellectus. *Cap. I.*

NON enim continendo hæc omnia in ſe prius quaſi prægnans ſubinde parit, ſicut intellectus, anima, natura: ſed ſimpliciter ſupereminendo creat, ſicut vnitas, ſignum, ſiue centrum, lux. Quod autem ex ipſo bono proximè procreatur, quantum ex illo manente ſtatim hoc exiſtit, ens efficitur: quantum ſubitò vergit naturaliter, & quaſi mouetur ad illud, fit viuens: quantum mox corroboratum inde, quaſi circulo quodam conuertitur in ſeipſum, intellectus euadit. Similiter ex intellectu manente anima intellectualis exiſtit: ex hac autem non manente, ſed per potentiam diſcurſiuam ab intellectu intelligibilibusq; diſtracta ad imaginabilia et ſenſibilia, profluit in actum eius imago, vita videlicet quędã rationis expers, ſenſu & vegetali potentia prædita. Inter hæc quod ſequitur tandiu perſeuerat, quamdiu quod ſuperius extat. Anima noſtra in eodẽ corpore eodemq; tempore agit plantam, quibus in membris tantùm vegetat: agit brutum, in quibus inſtrumentis ſolùm ſentit: agit hominem, interim ratiocinando: agit dæmonem, aut Deum ſimul, intelligendo. Idem rurſus homo diuerſis temporibus, quanuis ſub humana perſona varios eiuſmodi mores exercet. In ſpecie quoq; humana nonnulli quaſi plantæ vitam degunt, alij vt bruta, alij vt homines, nonnulli tanquã dij, vel dæmones. Quicunq; igitur dixerint, noſtras animas quæ habitum huius, vel illius vitæ iam obduxerunt, reuerſuras mox in hominem vel aerium vel terrenum, quaſi ſimiliter victurum, probabilius opinabuntur, quàm ſi humanam ſpeciem licentius in bruta permutauerint, aut plantas. Tanta enim permutatio & apud naturam impoſſibilis eſt, & apud iuſtitiam ſuperuacua.

ΤΟ' ἓν πάντα, καὶ οὐδὲ ἕν. ἀρχὴ γὰρ πάντων οὐ πάντα, ἀλλ᾽ ἐκείνου πάντα. ἐκεῖ γὰρ οἷον ἐνέδραμε. μᾶλλον δὲ οὔπω ἐστὶν, ἀλλ᾽ ἔσται.

A IPSVM vnum eſt omnia, rurſusq́ nullum eſt ex omnibus. Principiũ namq; omnium nõ eſt omnia, ſed illo quidem modo eſt vniuerſa, quòd ibi quaſi cũcta cõcurrunt: imò verò nondum quidẽ ſunt, ſed erunt.

A Quo igitur modo ex vno simplici, in quo varietas apparet nulla, vel cuiuscunq; duplicitas siue forma, multitudo procedit? Forsan quia nihil erat in ipso, iccirco ex ipso sunt omnia: atq; vt ens ipsum fiat, ob hoc ipsum vnum non est ens, sed ens progenies eius est, primaq; genitura: nempe cum sit perfectum, propterea quòd nihil quærat, neque habeat aliud, neque egeat, nimirũ exuberauit, exuberantiaq; ipsius aliud procreauit. Quod verò inde factum est, in ipsum conuersum est, & impletum: taleq; euasit, vt respiceret in seipsum, intellectusq; prodiret. B Atqui status quidem ipsius erga illud ens effecit: aspectus autem ad seipsum fecit mentem. Quando igitur incumbit erga seipsum vt cognoscat, simul intellectus atque ens euadit: Sic itaque ens, quemadmodum & ille similia facit secundum potentiam profusionis quamplurimam: species autem ipsius hæc quoq; est, quemadmodum ipsum ex ipso antè profudit. C Atq; hic ex essentia actus est anima, id vtiq; ex illo manente facta: etenim intellectus superiore manente est effectus. Hæc autem non permanendo facit, sed simulachrum cõmota producit. Suspiciens itaque illuc vnde manauit, impletur: progressa verò in motum alium & oppositum, suũ efficit simulachrum, ideſt sensum in animalibus, naturamq; in plantis. nihil autem à suo superiore segregatur, atq; diuiditur. D Quamobrem hominis quoque anima progredi ad plantas vsq; videtur. Modo enim quodam illucusq; progreditur, quoniam & ipsius est quod est in plantis: non tamen vniuersa est in plantis, sed illis insinuata sic inest, quoniam eatenus ad inferiora processit, substantiam aliam processione curaq; deterioris efficiens: quoniam & quod hoc superius est ab intellectu dependens, intellectum permittit in seipso quiescere.

A πῶς οὖν ἐξ ἁπλοῦ ἑνός, οὐδὲ μιᾶς ἐν ταὐτῷ φαινομένης ποικιλίας, οὐ διπλόης ἡστινοσοῦν; ἢ ὅτι οὐδὲν ἦν ἐν αὐτῷ, διὰ τοῦτο ἐξ αὐτοῦ πάντα, καὶ ἵνα τὸ ὂν ᾖ, διὰ τοῦτο αὐτὸς οὐκ ὄν, γεννητὴς δὲ αὐτοῦ. καὶ πρώτη οἷον γέννησις αὕτη. ὂν γὰρ τέλειον τῷ μηδὲν ζητεῖν μηδὲ ἔχειν, μηδὲ δεῖσθαι, οἷον ὑπερερρύη. καὶ τὸ ὑπερπλῆρες αὐτοῦ, πεποίηκεν ἄλλο. τὸ B δὲ γενόμενον, εἰς αὐτὸ ἐπεστράφη καὶ ἐπληρώθη. καὶ ἐγένετο πρὸς αὐτὸ βλέπον. καὶ νοῦς οὗτος. καὶ ἡ μὲν πρὸς ἐκεῖνο στάσις αὐτοῦ, τὸ ὂν ἐποίησεν. ἡ δὲ πρὸς αὐτὸ * θέα, τὸν νοῦν. ἐπεὶ οὖν ἔστι πρὸς αὐτὸ ἵνα ἴδῃ, ὁμοῦ νοῦς γίγνεται καὶ ὄν. οὕτως οὖν ὢν οἷον ἐκεῖνος, τὰ ὅμοια ποιεῖ, δύναμιν προχέας πολλήν. εἶδος δὲ καὶ τοῦτο αὐτοῦ, ὥσπερ αὐτὸ αὐτοῦ πρότερον προέχεε. καὶ αὕτη ἐκ τῆς οὐσίας ἐνέργεια C ψυχῆς, τοῦτο μένοντος ἐκείνου γενομένη. καὶ γὰρ ὁ νοῦς, μένοντος τοῦ πρὸ αὐτοῦ ἐγένετο. ἡ δέ, οὐ μένουσα ποιεῖ, ἀλλὰ κινηθεῖσα ἐγέννα εἴδωλον. ἐκεῖ μὲν οὖν βλέπουσα ὅθεν ἐγένετο, πληροῦται. προελθοῦσα δὲ εἰς κίνησιν ἄλλην καὶ ἐναντίαν, γεννᾷ εἴδωλον αὐτῆς, αἴσθησιν καὶ φύσιν τὴν ἐν τοῖς φυτοῖς. οὐδὲν δὲ τοῦ πρὸ αὐτοῦ ἀπήρτηται, οὐδ' ἀποτέτμηται. D διὸ καὶ δοκεῖ καὶ ἡ ἀνθρώπου ψυχή, μέχρι φυτῶν φθάνειν. τρόπον γάρ τινα φθάνει, ὅτι αὐτῆς τὸ ἐν φυτοῖς. οὐ μὴν πᾶσα ἐν φυτοῖς: ἀλλὰ γιγνομένη ἐν φυτοῖς, οὕτως ἐστίν. ὅτι ἐπὶ τοσοῦτον προέβη εἰς τὸ κάτω, ὑπόστασιν ἄλλην ποιησαμένη, τῇ προόδῳ καὶ προθυμίᾳ τοῦ χείρονος: ἐπεὶ καὶ τὸ πρὸ τούτου, τὸ νοῦ ἐξηρτημένον, μένειν τὸν νοῦν ἐφ' ἑαυτοῦ ἐᾷ.

** θέα.*

Singulis hominibus intellectus proprij præsunt: ab his manant potentiæ animæ gradatim inferiores, inter quas sequens vbiq; seruatur in antecedente, fermè sicut splendor in radio, radius in luce, lux in natnra Solis. Cap. II.

Atqui intellectus, vnde omnes ordine animæ vires effluunt, quodammodo est, & quodammodo non est omnes. Anima tandem omnesque vires eius, quoniam certis loci limitibus nec extenduntur, neq; circumscribuntur, facilè sunt vbiq;.

A PROCESSIO itaque fit à principio ad postremum, & interea vnumquodque semper propriam sedem retinere permittitur: quod verò fit, alium sortitur ordinem, & hunc quidem deteriorem: veruntamen vnumquodque illi demum euadit idem, quod & sequitur quousq; prosequitur. Quando igitur anima plantæ inferitur, aliud quidem est velut pars quædam in planta, quod videlicet temerarium maximè atque demens est, & huc vsque digressum: B quando verò insinuatur bruto, tunc sentiendi potestas dominata perduxit: at quando ingreditur hominem, tunc vel omnino in natura rationali motio præualet, vel ab intellectu processio quædam, vtpote quę propriam habet mentem, voluntatemq; ex seipsa intelligendi, vel omnino mouendi. Iam verò vicissim nobis conuertere licet, quando quis in planta vel

A ΠΡΟΕΙΣΙΝ οὖν ἀπ' ἀρχῆς εἰς ἔσχατον, καταλειπομένου ἀεὶ ἑκάστου ἐν τῇ οἰκείᾳ ἕδρᾳ. τοῦ δὲ γεννωμένου, ἄλλην τάξιν λαμβάνοντος τὴν χείρονα, ἕκαστον μέντοι ταὐτὸν γίνεται, ᾧ ἂν ἕπηται ἕως ἂν ἐφέπηται. ὅταν οὖν ψυχὴ ἐν φυτῷ γίνηται, ἄλλο ἐστὶν οἷον μέρος τὸ ἐν φυτῷ, τὸ τολμηρότατον καὶ ἀφρονέστατον. καὶ προεληλυθὸς μέχρι τοσούτου. ὅταν δ' B ἐν ἀλόγῳ, ἡ τοῦ αἰσθάνεσθαι δύναμις κρατήσασα ἤγαγεν. ὅταν δὲ εἰς ἄνθρωπον, ἢ ὅλως ἐν λογικῷ ἡ κίνησις, ἢ ἀπὸ νοῦ, ὡς νοῦ οἰκεῖον ἐχούσης, καὶ παρ' αὐτῆς βούλησιν τοῦ νοεῖν ἢ ὅλως κινεῖσθαι. πάλιν δὴ ἀναστρέφομεν, ὅταν φυτοῦ,

ἢ τὰ παραφυόμενα, ἢ κλάδων τῶν ἄνω τις τέμῃ, ἡ ἐν τούτῳ ψυχὴ ποῦ ἀπελήλυθεν, ἢ ὅθεν. οὐ γὰρ ἀποστᾶσα τόπῳ. ἐν οὖν τῇ ἀρχῇ. εἰ δὲ τὴν ῥίζαν διακόψειας, ἢ καύσειας, ποῦ τὸ ἐν τῇ ῥίζῃ; ἐν ψυχῇ, οὐκ εἰς ἄλλον τόπον ἐλθοῦσα, ἀλλὰ κἂν ἐν τῷ αὐτῷ ᾖ. ἀλλ' ἐν ἄλλῳ εἰ ἀναδράμοι. εἰ δὲ μή, ἐν ἄλλῃ φυτικῇ. οὐ γὰρ στενοχωρεῖται. εἰ δ' ἀναδράμοι, ἐν τῇ πρὸ αὐτῆς δυνάμει. ἀλλ' ἐκείνη ποῦ; ἐν τῇ πρὸ αὐτῆς. ἡ δὲ μέχρι νοῦ. οὐ τόπῳ. οὐδὲν γὰρ ἐν τόπῳ ἦν. ὁ δὲ νοῦς πολὺ μᾶλλον οὐκ ἐν τόπῳ. ὥστε οὐδὲ αὐτή. οὐδαμοῦ οὖν οὖσα, ἀλλ' ἐν τῷ, ὃ μηδαμοῦ, καὶ πανταχοῦ οὕτως ἐστίν. εἰ δὲ προελθοῦσα εἰς τὸ ἄνω σταίη, ἐν τῷ μεταξὺ πρὶν παντῃ εἰς τὸ ἀνωτάτω γενέσθαι, μέσον ἔχει βίον, καὶ ἐν ἐκείνῳ τῷ μέρει αὐτῆς ἕστηκε. πάντα δὲ ταῦτα ἐκεῖνος, καὶ οὐκ ἐκεῖνος. ἐκεῖνος μέν, ὅτι ἐξ ἐκείνου· οὐκ ἐκεῖνος δέ, ὅτι ἐκεῖνος ἐφ' ἑαυτοῦ μένων ἔδωκεν. ἔστιν οὖν οἷον ζωὴ μακρὰ εἰς μῆκος ἐκταθεῖσα, ἕτερον ἕκαστον τῶν μορίων τῶν ἐφεξῆς. συνεχὲς δὲ πᾶν αὐτῷ. ἄλλο δὲ καὶ ἄλλο τῇ διαφορᾷ, οὐκ ἀπολλύμενον ἐν τῷ δευτέρῳ τὸ πρότερον. τί οὖν ἡ ἐν τοῖς φυτοῖς γενομένη, οὐδὲν γεννᾷ; ἢ ἐν ᾧ ἐστι. σκεπτέον δὲ πῶς ἀρχὴν ἄλλην λαβόντας.

A vel quædam inde propagata, vel ramos quosdam amputat, anima quæ his inerat, quonam abit? Fortè vnde processerat. Sed vnde natura? Non enim distat loco. vnũ igitur est ipsi principio. Si autem radicem incideris vel combusseris, vbi nam erit quod in radice vigebat? In anima non alium in locum abeunte: sed in eodem quoque esse potest. In alio autem dicetur esse, si recurrerit: sin minus, erit in alia vegetali: non enim contrahitur in angustum. Quod si B recurrerit, in superiore potentia residebit. Sed vbi nam illa? In superiore rursus: & illa iterum similiter vsque ad mentem, non loci conditione. nihil enim horum erat in loco. Intellectus denique multo minus est in loco aliquo collocandus: quapropter nec ipsa quoque animæ ipsius natura. nusquam igitur est locorum. Verùm in eo quod nusquam est, interea sic est vbiq;. Si autem progressa quandoq; anima ad sublime, consistat interea priusquam omnino C peruenerit ad supremum, mediam agit vitam, atque in illa sui parte quiescit. Hæc autem omnia ille quidem est, rursusque non ille. Ille inquam, quoniam sunt ex illo: non ille iterum, quoniam ille singula in seipso permanens edidit. Est igitur in vniuerso tanquam vita quædam ingens quasi producta in longitudinem, habentem deinceps distinctas quidem inter se partes, vniuersam tamen interea sibi ipsi continuam, sed aliud atque aliud propria quadam D duntaxat differẽtia possidentem: vbi profectò in eo quod sequitur, non destruitur antecedens. Quid ergo anima plantis inserta? Nihil ne gignit inferius? Fortè in quo est duntaxat. At verò qua id conditione fiat considerandum nobis est, exordium aliunde sumentibus.

ΠΛΩΤΙΝΟΥ
ΕΝΝΕΑΔΟΣ Ε,
ΛΟΓΟΣ Γ.

PLOTINI
ENNEAD. QVINTAE,
LIBER III.

ΠΕΡΙ τῶν γνωριστικῶν ὑποστάσεων, καὶ τοῦ ἐπέκεινα.

De ſubſtantijs cognoſcentibus, & de illo quod ſuperius eſt.

Quod cogniturum eſt ſeipſum, non cogitur propterea eſſe adeò ſimplex, vt nulla prorſus in eo differentia ſit, ſicut eſt ipſum vnum: ſed ita ſimplex eſſe debet, vt in quolibet ſui totum penitus includatur, eiusq; actio expleatur tota momento. Eiuſmodi eſt intellectus. *Cap. I.*

Quando intellectum dicimus noſſe ſeipſum, non diuidimus in duo, quorum alterum tantùm cognoſcat, alterum ſolummodo cognoſcatur, alioquin non aliquid idem ſeipſum, ſed aliud cognoſceret aliud: ſed volumus ipſum cognoſcens vnà cum cognito ſe quoq; complecti. Ad ſenſum quidem pertinet ſolùm, quæ extra animam ſunt cognoſcere: ad imaginationem verò etiam quæ ſunt in anima, id eſt ſenſuum actiones: ad ratione̅ præterea ſeipſam inueſtigare: ad intellectum deniq; ſe cognoſcere. Atq; huius perfecta quadā participatione etiam ad ratione̅ quandoq; ſe noſſe.

OPERÆPRECIVM eſt A indagare, nunquid quod ſeipſum intelligit, oporteat in ſe variū eſſe, vt vno quodam eorum quæ ſunt in ipſo reliqua cōtemplatum, ita demum ſeipſum intelligere iudicetur: perinde ac ſi omnino ſit ſimplex, nequeat in ſe cōuerti, ſeq; cognoſcere. An fieri poſsit, vt etiam quod non eſt compoſitum, intelligat ſe metipſum? B Principiò quidē quod dicitur, aliquid propterea ſe intelligere poſſe quòd compoſitū ſit, atq; ita vno quodam ſuorum cognoſcat & reliqua, veluti ſi ſenſu formam noſtram reliquamq; naturam corporis cognoſcamus, nequaquam id conſequitur, vt ſeipſum reuera cognoſcat. In eo namq; quod ita ſe habet, totum erit cognitum, niſi & illud quod intelligit alia ſibi coniuncta, intelligat etiā ſemetipſum: alioquin non proueniet quod eſt quæſitum, vt ſcilicet aliquid idem ſeipſum animaduertat, ſed C vt aliud potius percipiat aliud. Aſſeuerandum igitur & ſimplicis ipſius eſſe, ſeipſum animaduertere: atq; hoc quomodo fiat, ſi quidem fieri poſsit inueſtigandum: alioquin dimittenda eſt opinio, per quam putemus ſeipſum quippiam reuera cognoſcere. Abijcere quidem opinionem eiuſmodi haud admodum facilè eſt: quippe cum multa hinc ſecutura videantur abſurda. Et enim ſi fortè id muneris animæ nequa- D quam attribuamus, quaſi nō admodum ſit abſurdum: veruntamen neq; id quidē mentis naturę tribuere eſt proculdubio abſurdiſsimum: ſi inquam aliorum quidē notitiam habeat, ſui verò ipſius notitiam ſcientiamq; nō habeat. Atqui exter-

ΑΡΑ τὸν νοοῦν ἑαυτὸ ποικίλον δεῖ εἶναι, ἵνα ἑνί τινι τῶν ἐν αὐτῷ τὰ ἄλλα θεωροῦν, οὕτω δὴ λέγηται νοεῖν ἑαυτὸ, ὡς τοῦ ἁπλοῦ παντάπασιν ὄντος, οὐ δυναμένου εἰς ἑαυτὸ ἐπιστρέφειν, καὶ τὴν αὐτοῦ κατανόησιν, ἢ οἷόν τε καὶ μὴ σύνθετον ὄν, νόησιν ἴσχειν ἑαυτοῦ. τὸ μὲν γὰρ διότι σύνθετον λεγόμενον νοεῖν ἑαυτὸ, ὅτι δὴ ἑνὶ τῶν ἐν αὐτῷ τὰ ἄλλα νοεῖ. ὥσπερ ἂν εἰ τῇ αἰσθήσει καταλαμβάνοιμεν αὐτῶν τὴν μορφὴν, καὶ τὴν ἄλλην τοῦ σώματος φύσιν, οὐκ ἂν ἔχοι τὸ ὡς ἀληθῶς νοεῖν αὐτό. οὐ γὰρ τὸ πᾶν ἔσται ἐν τῷ τοιούτῳ ἐγνωσμένον, μὴ κἀκείνου τοῦ νοήσαντος τὰ ἄλλα τὰ σὺν αὐτῷ, καὶ ἑαυτὸ νενοηκότος. ἔσται τε οὐ τὸ ζητούμενον τὸ αὐτὸ ἑαυτὸ, ἀλλ᾽ ἄλλο ἄλλο. δεῖ τοίνυν θέσθαι καὶ ἁπλοῦ κατανόησιν ἑαυτοῦ, καὶ τοῦτο πῶς, σκοπεῖν εἰ δυνατόν. ἢ ἀποστατέον τῆς δόξης, τῆς τοῦ αὐτὸ ἑαυτὸ νοεῖν τι ὄντως. ἀποστῆναι μὲν οὖν τῆς δόξης ταύτης, οὐ πάνυ οἷόν τε, πολλῶν ἀτόπων συμβαινόντων. καὶ γὰρ εἰ μὴ ψυχῇ δοίημεν τοῦτο, ὡς πάνυ ἄτοπον ὄν: ἀλλὰ μὴ δὲ νοῦ τῇ φύσει διδόναι, παντάπασιν ἄτοπον. εἰ τῶν μὲν ἄλλων γνῶσιν ἔχει, ἑαυτοῦ δὲ μὴ ἐν γνώσει καὶ ἐπιστήμῃ καταστήσεται, καὶ

γὰρ τῶν μὲν ἔξω ἡ αἴσθησις, ἀλλ' ὁ νοῦς ἀντιλήψεται. καὶ εἰ βούλει διάνοια καὶ δόξα. ὁ δὲ νοῦς τούτων γνῶσιν ἔχει, ἢ μή, σκέψασθαι προσήκει. ὅσα δὲ νοητά, νοῦς δηλονότι γνώσεται. ἆρ' οὖν αὐτὰ μόνον, ἢ καὶ ἑαυτόν, ὃς ταῦτα γνώσεται; καὶ ἄρα οὕτω γνώσεται ἑαυτόν, ὅτι γινώσκει ταῦτα μόνον. τίς δὲ ὢν οὐ γνώσεται. ἀλλ' ἃ μὲν αὐτοῦ γνώσεται ὅτι γιγνώσκει, τίς δὲ ὢν γιγνώσκει οὐκέτι, ἢ καὶ τὰ ἑαυτοῦ καὶ ἑαυτόν. καὶ τίς ὁ τρόπος, καὶ μέχρι τίνος, σκεπτέον.

A externorum quidem perceptionem ſenſus, nō intellectus habebit: ac inſuper ſi vis, cogitatio, & opinio. Vtrum verò intellectus horum cognitionem habebat, nec ne, expedit indagare. Certè quæcunq; intelligibilia ſunt intellectus ipſe cognoſcet. Num igitur ea ſolùm, an etiam ſeipſum qui hæc ipſa cognoſcit? Et nunquid ſeipſum ita cognoſcet tantùm, quoniam videlicet hæc ſe noſſe cognoſcet? At quisnam exiſtens ipſe hæc interea nouerit, non apprehen-
B det? ſed fortè ſua quędam cognoſcere comprehendet. Quis verò ſit ipſe dum percipit, non percipiet? an potius & ſua & ſeipſum nouerit? Item quisnam modus, & quouſque id fiat, eſt nobis conſiderandum.

Potentia rationalis, quæ ſemper in diſcurrēdo verſatur, media eſt inter imaginationē & intellectum & vtrinq; formas quaſdam in ſe admittit, easq; componit, & diuidit, formasq; nuper ab imaginatione venientes accommodat formis antiquis in mente, vel à mente exiſtentibus, atq; in hac accommodatione intellectualis efficitur. Cap. II.

Hinc duo in nobis intellectus apparent, permanens ſcilicet & diſcurrens, qui & conſequitur diſcurrendo.

A ΠΡΟΤΕΡΟΝ γὰρ περὶ ψυχῆς ζητητέον, εἰ δοτέον αὐτῇ γνῶσιν ἑαυτῆς, καὶ τί τὸ γινῶσκον ἐν αὐτῇ, καὶ ὅπως. τὸ μὲν οὖν αἰσθητικὸν αὐτῆς, αὐτόθεν ἂν φαῖμεν τοῦ ἔξω μόνον εἶναι. καὶ γὰρ εἰ τῶν ἔνδον ἐν τῷ σώματι γινομένων συναίσθησις εἴη, ἀλλὰ τῶν ἔξω ἑαυτοῦ καὶ ἐνταῦθα ἡ ἀντίληψις. τῶν γὰρ ἐν τῷ σώματι παθημάτων ὑφ' ἑαυτοῦ αἰσθάνεται. τὸ δ' ἐν αὐτῇ λογιζόμενον, παρὰ τῶν ἐκ
B τῆς αἰσθήσεως φαντασμάτων παρακειμένων τὴν ἐπίκρισιν ποιούμενον, καὶ συνάγον, καὶ διαιροῦν. ἢ καὶ ἐπὶ τῶν ἐκ τοῦ νοῦ ἰόντων, ἐφορᾷ οἷον τοὺς τύπους. καὶ ἔχει καὶ περὶ τούτους, τὴν αὐτὴν δύναμιν. καὶ σύνεσιν ἔτι προσλαμβάνει. ὥσπερ ἐπιγινῶσκον, καὶ ἐφαρμόζον τοῖς ἐν αὐτῷ ἐκ παλαιοῦ τύποις, τοὺς νέους καὶ ἀρτι ἥκοντας. ὃ δὴ καὶ ἀναμνήσεις φαῖμεν ἂν
C τῆς ψυχῆς εἶναι. καὶ νοῦς ὁ τῆς ψυχῆς μέχρι τοῦδε ἱστάμενος τῇ δυνάμει, ἢ καὶ εἰς ἑαυτὸν στρέφεται καὶ γινώσκει ἑαυτόν, ἢ ἐπὶ τὸν νοῦν ἀνενεκτέον τοῦτο. γνῶσιν μὲν γὰρ ἑαυτοῦ τούτῳ τῷ μέρει διδόντες, νοῦν αὐτὸν φήσομεν. καὶ ὅπη διοίσει τοῦ ἐπάνω, ζητήσομεν. μὴ δὲ διδόντες ἐπ' ἐκεῖνον ἥξομεν τῷ λόγῳ βαδίζοντες. καὶ τὸ αὐτὸ ἑαυτό, ὅ, τι ποτέ ἐστι σκεψόμεθα. εἰ δὲ
D καὶ ἐνταῦθα ἐν τῷ κάτω δώσομεν, τίς ἡ διαφορὰ τοῦ νοεῖν ἑαυτὸ σκεψόμεθα. εἰ γὰρ μὴ δὲ μία, ἤδη τοῦτο νοῦς ὁ ἀκρότατος. τοῦτο τοίνυν τὸ διανοητικὸν τῆς ψυχῆς ἄρα ἐπιστρέφει ἐφ' ἑαυτὸ καὶ αὐτὸ ἢ οὔ. ἀλλὰ ὧν δέχεται τύπων, ἐφ' ἑκάτερα τὴν σύνεσιν ἴσχει. καὶ πῶς τὴν σύνεσιν ἴσχει, πρῶτον ζητητέον.

A PRIMO igitur de anima quærendum eſt, an tribuenda ſit ei cognitio ſui, quidue in ipſa ſit tale cognoſcens, & qua ratione. Senſualem quidem virtutem iudicamus ex ipſa ſui conditione ſolùm circa externa verſari: atqui quamuis quæ intra corpus fiunt perſentiantur, perceptio tamen eiuſmodi ad illa pertinet, quæ ſunt extra ſenſum. tūc enim paſsiones quæ ſub ipſo fiunt in corpore ſentit. Eſt inſuper in anima virtus ratiocinandi circa imaginationes in-
B cidentes à ſenſu dijudicans, easq; coniungens atq; etiam diuidens: intuetur quinetiam quaſi figuras eorum quæ ab intellectu deſcendunt, habetq; circa eas vim prorſus eandem: aſſumit quoq; intelligentiam, vtpote quod perpendat, accōmodetq; figuris antiquis nouas nuperq; venientes: qua quidē in re animæ reminiſcentiam conſiſtere arbitramur. Et profectò intellectus animæ huc vſq; ſua virtute ſe ſiſtit. Quærendum igitur, num hæc ratiocinandi virtus
C in ſe conuertatur, ſeq; cognoſcat, an potius id ad intellectum ſit referendū? Si enim ſui ipſius cognitionem huic animæ parti attribuamus, hanc ipſam confitebimur eſſe mentem: & quonam potiſsimū à ſuperiore differat mente, perquirere compellemur: Sin autem nequaquam attribuamus, ratio nos ad illam perducet mentem, quidue ſit ſeipſum noſſe conſiderabimus. Quòd ſi & hîc inferiori id munus attribuerimus, rurſus inueſtigabimus, quònam differant
D in ſe cognoſcendo intellectus ſuperior & inferior. Nempe ſi nihilo, iam hic noſter intellectus eſt purus. Sed enim vis ipſa animæ diſcurrendi, nunquid ipſa quoq; ſe in ſe cōuertit? an potius non conuertitur, ſed habet formarum notitiam, quas vtrinq; nanciſcitur? Ac ſanè primò quærendum eſt, quònam pacto notitiam eiuſmodi conſequatur.

Ratio nuntiante ſenſu & imaginatione iudicat obuium eſſe Socratem: ſi addit eſſe bonum, iuſtum, ſapientem, perpendit hæc, definitq; per regulas bonitatis, iuſtitiæ, ſapientiæ: quæ primò lucent in mente, atq; inde ſubrutilant rationi circa talia ſe verſanti. Cap. III.

Cum rationis proprium ſit in motu agere, & motus tendat in aliud, meritò ratio communiter circa alia potius quàm circa ſeipſam ſe volutat, ideo non eſt eius proprium ſe cognoſcere. Plerią; tres in cælo ponunt eſſentias, ſcilicet

in corpore materiam atq; formam, & præter hoc ipsam cœli animam, & materiam suæ semper subesse formæ, corpus animæ. Similiter tres circa animam, nostram essentias: animam scilicet, irrationalem rationali subditam, rationalem verò menti perpetuò cohærentē, quasi cœlum animæ cælesti perpetuò copulatum. Hanc Plotinus hic opinionem videtur attingere. Atqui & eiusmodi copulam Theophrastus, Themistius, Auerrois excogitauisse videntur. Possumus etiam Platonico magis more Plotinum interpretari, dicentes, ideo negare intellectum esse partem animæ, quia videlicet nō sit pars, id est, potentia huius substantiæ, qua ratione dicitur anima. Dicitur enim anima, quatenus pertinet ad discursum, siue per vniuersalia, siue per particularia discurratur. Sed intellectus ipsa mera substantia est, cui est subnexa potentia, quæ appellatur anima. Iam verò & ipsa substātia nominatur anima secundum potentiam discurrentem. nominatur & intellectus secundum ipsam substantiæ rationem. Idem enim est esse atq; intelligere, non tamen idem esse atq; discurrere: ideo semper intelligit æquè, non tamē semper æquè discurrit.

A SENSVS quidē vidit hominē, figuramq; eius tradidit cogitādi virtuti: hæc autem quidnam dicit? Fortè nondū ait quicquam, sed nouit tantùm, atq; ita quieuit: nisi forsan ita secū ipsa percurrat, quisnam hic est? siquidem prius aliquando in hūc inciderit, dicatq; de illo nūc, memoria vtens, illum scilicet, esse Socratem: si autem euoluat insuper expliceťq; formā, diuidit iam quæ imaginatio tradidit. Quòd si dicat insuper, vtrum sit bonus, tunc per illa quæ sensu B nouerat tale aliquid dicit. Quòd autē super his dicit, à seipsa iam habet, regulam sanè boni penes se possidet. Bonum verò quònam modo apud seipsam habet? Quatenus videlicet est (vt ita dixerim) boniformis, atq; corroborata iam est ad tale aliquid sentiendum, mente sibi desuper rutilante. Ipsum nanq; animæ purum hoc existit, accipitq; impressa à mente vestigia. At cùrnam hoc ipsum non est intellectus: sed anima est quod reliquum est totum à virtute sensus C exorsum? Quia scilicet animam oportet in quadam rationis discursione versari. Hæc autem omnia sunt discurrētis virtutis officia. Sed cur non parti huic sui cognoscendi munus attribuentes inquirendi finem efficiamus? Quia videlicet munus ei cōcessimus in externis cōsiderandis, dū in plura insuper sollicitè distrahatur: mentis verò proprium iudicamus, seipsum sibiq; intima cōtemplari. Si quis autem dixerit, quidnam prohibet, sollicitum illud per D aliam quandam animæ vim sua interdum animaduertere, is certè nō ipsam cogitandi ratiocinandiq; virtutem exigit, sed purum iam accipit intellectum. Quidnam igitur prohibet, purum esse in anima intellectū? nihil sanè prohibere dicemus. Præterea nū intellectum purum esse aliquid animæ asseremus? Profectò nō animæ quidem dicemus esse, nostrum verò intellectum esse fatebimur: qui aliud quiddā sit præter ipsam cogitandi naturam, eiq; superimpo- E situm, nostrum tamen, tametsi vnà cum animæ partibus hūc minimè numeremus. Forsan verò nostrū affirmabimus, iterumq; nō nostrum: quapropter hoc vtimur, rursus nō vtimur, cogitatione verò semper: itaq; nostrum quidem dum vtimur, non nostrum verò quando non vtimur. Sed enim quidnā vti intellectu dicendum est? An fortè nos illum effectos pronuntiare iam vt ille, aut saltem secundū illum? Non enim nos intellectus sumus: imò igitur secundum illum prima videlicet discurrendi virtute F illū suscipiente Iam verò & per sensum ipsi sentimus, nosq; ipsi sentientes sumus. Nunquid ergo sic etiam cogitamus, atque cogitamur? An

A ἩΜῈΝ γὰρ αἴσθησις εἶδεν ἄνθρωπον, καὶ ἔδωκε τὸν τύπον τῇ διανοίᾳ. ἡ δὲ τί φησιν. ἢ οὔπω οὐδὲν ἐρεῖ, ἀλλ' ἔγνω μόνον καὶ ἔστη. εἰ μὴ ἄρα πρὸς ἑαυτὴν διαλογίζοιτο τίς οὗτος, εἰ πρότερον ἐνέτυχε τούτῳ καὶ λέγει προσχρωμένη τῇ μνήμῃ ὅτι σωκράτης. εἰ δὲ καὶ ἐξελίττοι τὴν μορφὴν, μερίζει ἃ ἡ φαντασία ἔδωκεν. εἰ δὲ B εἰ ἀγαθὸς λέγοι, ἐξ ὧν μὲν ἔγνω διὰ τῆς αἰσθήσεως εἴρηκεν. ὃ δὲ εἴρηκεν ἐπ' αὐτοῖς, ἤδη παρ' αὐτῆς ἂν ἔχοι, κανόνα ἔχουσα τοῦ ἀγαθοῦ παρ' αὐτῇ. τὸ ἀγαθὸν πῶς ἔχει παρ' αὐτῇ, ἢ ἀγαθοειδής ἐστι. καὶ ἐπερρώσθη δὲ εἰς τὴν αἴσθησιν τοῦ τοιούτου, ἐπιλάμποντος αὐτῇ νοῦ. τὸ γὰρ καθαρὸν τῆς ψυχῆς, τοῦτο. καὶ νοῦ δέχεται ἐπικείμενα ἴχνη. διατί δὲ οὐ τοῦτο νοῦς, τὰ δὲ ἄλ- C λα ψυχὴ ἀπὸ τοῦ αἰσθητικοῦ ἀρξάμενα. ἢ ὅτι ψυχὴν δεῖ, ἐν λογισμοῖς εἶναι. ταῦτα δὲ πάντα, λογιζομένης δυνάμεως ἔργα. ἀλλὰ διατί οὐ τούτῳ τῷ μέρει δόντες τὸ νοεῖν ἑαυτὸ, ἀπαλλαξόμεθα. ἢ ὅτι ἔδομεν αὐτῷ τὰ ἔξω σκοπεῖσθαι καὶ πολυπραγμονεῖν. νῷ δὲ ἀξιοῦμεν ὑπάρχειν, τὰ αὐτοῦ καὶ τὰ ἐν αὐτῷ σκοπεῖσθαι. ἀλλ' εἴ τις D φήσει. τί οὖν κωλύει τοῦτο ἄλλῃ δυνάμει σκοπεῖσθαι τὰ αὐτοῦ, οὐ τὸ διανοητικὸν, οὐδὲ τὸ λογιστικὸν ἐπιζητεῖ, ἀλλὰ νοῦν καθαρὸν λαμβάνει. τί οὖν κωλύει ἐν ψυχῇ νοῦν καθαρὸν εἶναι. οὐδὲν φύσομεν. ἀλλ' ἔτι δεῖ λέγειν, ψυχῆς τοῦτο. ἀλλ' οὐ ψυχῆς φήσομεν. ἡμέτερον δὲ νοῦν φήσομεν. ἄλλον μὲν ὄντα τοῦ διανουμένου, καὶ ἐπ' ἄνω βεβηκότα. ὅμως δὲ ἡμέτερον, καὶ εἰ μὴ συναριθ- E μοῖμεν τοῖς μέρεσι τῆς ψυχῆς. ἢ ἡμέτερον, καὶ οὐχ ἡμέτερον. διὸ καὶ προσχρώμεθα αὐτῷ, καὶ οὐ προσχρώμεθα. διάνοια δὲ ἀεὶ, καὶ ἡμέτερον μὲν χρωμένων. οὐ προσχρωμένων δὲ οὐχ ἡμέτερον. τὸ δὴ προσχρῆσθαι τί ἐστιν. ἆρα αὐτοὺς ἐκεῖνο γινομένους καὶ φθεγγομένους ὡς ἐκεῖνος, ἢ κατ' ἐκεῖνον. οὐ γὰρ νοῦς ἡμεῖς. κατ' ἐκεῖνο οὖν τῷ λογιστικῷ F πρώτῳ δεχομένῳ. καὶ γὰρ αἰσθανόμεθα δι' αἰσθήσεως, καὶ ἡμεῖς οἱ αἰσθανόμενοι. ἆρα

fortè

οὗν καὶ διανοούμεθα οὕτως, καὶ διανοοῦμεν οὕτως, ἢ αὐτοὶ μὲν οἱ λογιζόμενοι, καὶ νοοῦμεν τὰ ἐν τῇ διανοίᾳ νοήματα αὐτοί. τοῦτο γὰρ ἡμεῖς, τὰ δὲ τοῦ νοῦ, ἐνεργήματα ἄνωθεν οὕτως, ὡς τὰ ἐκ τῆς αἰσθήσεως κάτωθεν. τοῦτο ὄντες τὸ κύριον τῆς ψυχῆς μέσον δυνάμεως διττῆς, χείρονος καὶ βελτίονος. χείρονος μὲν τῆς αἰσθήσεως, βελτίονος δὲ τοῦ νοῦ. ἀλλ' αἴσθησις μὲν ἀεὶ, ἡμέτερον δοκεῖ συγκεχωρημένον. ἀεὶ γὰρ αἰσθανόμεθα, νοῦς δὲ ἀμφισβητεῖται. καὶ ὅτε μὴ αὐτῷ ἀεὶ καὶ ὅτι χωριστός: χωριστὸς δὲ, τῷ μὴ προσνεύειν αὐτὸν, ἀλλ' ἡμᾶς μᾶλλον πρὸς αὐτὸν, εἰς τὸ ἄνω βλέποντας. αἴσθησις δ' ἡμῖν ἄγγελος, βασιλεὺς δὲ πρὸς ἡμᾶς ἐκεῖνος.

A forte nos ipsi ratione discurrentes sumus, intelligimusq; ipsi quoq; intelligentiæ notiones in ipsa cogitatione subrutilantes? Hoc enim nos ipsi sumus: actiones verò mentis ita nobis sunt desuper, sicut propria sensus nobis inferiora. Sumusq; hoc ipsum animæ proprium, & quantum ad ipsum pertinet principale, duas inter vires medium, deteriorem scilicet atque meliorem, id est sensum inter & intellectum. At B sensum quidem cōcedere videmur semper esse nostrum, semper namq; sentimus: de intellectu verò id est ambiguum: & quia non semper hoc vtimur, & quia est separatus. Separatus inquā propterea quòd ipse non annuit ad nos, sed potius nos ad ipsum supernè suspicientes. Sensus deniq; nobis est nūtius: rex verò noster est ille.

Rationalis potētia secundum quam nos sumus, dupliciter vtitur intellectu: per participationem scilicet atq; formam: & vtrobiq; cognoscit seipsam. *Cap. IIII.*

Per participationem quidem, quatenus formas, notiones, regulas quotidie suscipit ab intellectu vbi tanquam ab effectu per actiones suas cognoscit & suas vires: per vires agnoscit essentiam, atq; hanc dependere illuminariq; semper à mente: per formam verò quando post frequentem huiusmodi acceptionis vsum mentem penitus induit sicut materia formam, agitq; sub mentis ipsius actu, sicut materia postquam sæpius accepit ab igne calorem, subit deniq; flammam. Tunc demum tanquam à causa ratio seipsam vnà cum mēte perfectè cognoscit. Rationem Peripatetici intellectum possibilem, mentem verò intellectum agentem nominauerunt.

ΒΑΣΙΛΕΥΌΜΕΝ δὲ καὶ ἡμεῖς, ὅταν κατ' ἐκεῖνον. κατ' ἐκεῖνον δὲ, διχῶς. ἢ τοῖς οἷον γράμμασιν, ὥσπερ νόμοις ἐν ἡμῖν γραφεῖσιν: ἢ οἷον πληρωθέντες αὐτοῦ, ἢ καὶ δυνηθέντες ἰδεῖν, καὶ αἰσθάνεσθαι παρόντος. καὶ γινώσκομεν δὲ ἑαυτοὺς, τῷ τοιούτῳ ὁρατῷ, τὰ ἄλλα μαθεῖν τῷ τοιούτῳ: ἢ καὶ τὴν δύναμιν τὴν γινώσκουσαν τὸ τοιοῦτον, μαθόντες αὐτῇ τῇ δυνάμει, ἢ καὶ ἐκεῖνο γινόμενοι. ὡς τὸν γινώσκοντα ἑαυτὸν, διττὸν εἶναι. [* τὸν] τὸ μὲν γινώσκοντα τῆς διανοίας τῆς ψυχικῆς φύσιν: [* τὸ] τὸν δὲ ὑπὲρ ἄνω τούτου, τὸν γινώσκοντα ἑαυτὸν, κατὰ τὸν νοῦν ἐκεῖνον γινόμενον. κἀκείνῳ ἑαυτὸν νοεῖν αὖ, οὐχ ὡς ἄνθρωπον ἔτι, ἀλλὰ παντελῶς ἄλλον γενόμενον: καὶ συναρπάσαντα ἑαυτὸν εἰς τὸ ἄνω, μόνον ἐφελκοντα τὸ τῆς ψυχῆς ἄμεινον, ὃ καὶ δύναται μόνον πτεροῦσθαι πρὸς νόησιν, ἵνα τις ἐκεῖ παρακατάθοιτο, ἃ εἶδε. τὸ δὴ διανοητικὸν ὅτι διανοητικὸν ἄρα οὐκ εἶδε, καὶ ὅτι σύνεσιν τῶν ἔξω λαμβάνει; καὶ ὅτι κρίνει ἃ ἀνακρίνει, καὶ ὅτι τοῖς ἐν αὐτῷ κανόσιν οὓς παρὰ τοῦ νοῦ ἔχει. καὶ ὡς ἔστι τι βέλτιον αὐτοῦ ὃ ζητεῖ. ἀλλ' ἔχει πάντως δήπου. ἀλλ' ἄρα τί ἐστιν αὐτὸ ὃ οὐκ εἶδεν ἐπιστάμενον, οἷόν ἐστι, καὶ οἷα τὰ ἔργα αὐτοῦ. εἰ οὖν λέγει ὅτι ἀπὸ νοῦ ἐστι, καὶ δεύτερον μετὰ νοῦν, καὶ εἰκὼν νοῦ: [* ἔχον] ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὰ πάντα οἷον γεγραμμένα, ὡς ἐκεῖ ὁ γράφων καὶ ὁ γράψας, ἆρ' οὖν στήσεται μέχρι τούτων ὁ οὕτως ἑαυτὸν ἐγνωκώς. ἡμεῖς δὲ ἄλλῃ δυνάμει προσχρησάμενοι, νοῦν αὖ γινώσκοντα ἑαυτὸν κατοψόμεθα; ἢ ἐκεῖνον μεταλαβόντες, ἐπείπερ κἀκεῖνος ἡμέτερος,

A REGNAMVS præterea nos, quādo agimus secundum illum. Duobus verò modis secundum illum agimus: vel quia velut literæ & quasi leges inde inscriptæ sint nobis, vel quia impleamur eo, aut quoniam eo præsente videre ipsum, & persentire possimus. Cognoscimus sanè nos ipsos tali quodā spectaculo alia per ipsum discere: aut etiā vim ipsam eiusmodi aliquid cognoscētem, eadem ipsi vi perdiscentes: aut illud quoq; nos facti: adeò vt quod se B ipsum cognoscit, duplex iam existat: aliud quidem se cognoscens, sit natura ipsius animæ cogitatrix, aliud verò hac natura superius, vbi scilicet qui se cognoscit, secundum intellectum illum iam euasit, rursusq; illo se conspicit, non tanquam adhuc hominem, sed omnino aliud quiddam factum, seipsumq; ad supernum corripientem, solumq; trahentem secū quod præstantius est in anima: quod & solūm conceptis alis volare ad intelligentiam potest, vt illic ali- C quis, quæ nouit, iā deponat. Sed nunquid ipsa vis cogitandi non nouit se esse cogitandi virtutem, externorumq; intelligentiam cumulare? Item iudicare quæ iudicat: iudicare inquam regulis quibusdam sibi ab intellectu descriptis? Esse deniq; præstantius aliquid supra se, quod quidē nihil vltra perquirit, sed habet omnino? Verùm enimuero quidnā est hoc ipsum, quod se minimè nouit, ignorans quale sit ipsum, & qualia sint ipsius officia? Si ergo dicit seipsum D à mente pendere, & esse à mente secundū, mentisq; imaginem habētem in se omnia velut inscripta, quemadmodum illic qui scribit, quiue iam scripsit: nunquid is qui ita seipsum nouit, sistet gradum huc vsq; progressus? nos autē vi alia freti, intellectū rursus seipsum cognoscentem perspiciemus? vel illum sanè nobiscum assumētes, quandoquidem ille quoq; est noster,

vicissimque nos illius, ita demum intellectum A nosq; ipsos percipiemus? Fortè ita potius necessarium est: siquidem percepturi sumus, quidnam sit potissimũ in intellectu, nosse seipsum. Tunc itaq; aliquis ipse intellectus euadit, quãdo reliqua sua dimittẽs, hoc ipso intuetur hũc ipsum, & ipso quoq; seipsum: quemadmodum & intellectus ipse se contemplatur.

A καὶ ἡμεῖς ἐκείνου, οὕτω νοῦ καὶ αὐτοὺς γνωσόμεθα, ἢ ἀναγκαῖον οὕτως, εἴπερ γνωσόμεθα, ὅτι ποτέ ἐστι τὸ ἐν νῷ αὐτὸ ἑαυτό. ἔστι δὴ νοῦς τὶς αὐτὸς γεγονὼς, ὅτε τὰ ἄλλα ἀφεὶς ἑαυτοῦ τούτῳ, καὶ τοῦτον βλέπει: αὐτῷ δὲ ἑαυτὸν, ὡς δὴ οὖν νοῦς, ἑαυτὸν ὁρᾷ.

In eo quod rationali potentia, id est intelligentia mobili superius est, idem re ipsa est intellectus, intelligentia, intelligibile: ideo seipsum semper intelligit. *Cap. V.*

Supra sensum qui tantùm spectat, externa est imaginatio interna respiciens: super hanc, quæ aduentitia solùm prospicit: extat ratio, quæ prætereà domestica conspicit: super hanc iterum, quæ ab alijs cognitis ad se deniq; reuertitur agnoscendam, est intellectus vicissim exordiens à seipso, ac dũ se inspicit omnia contuens, nõ dico rerum figuras, sed res ipsas, vt verissima cognitio sit. Si se ipsum tangens contingit omnia, ipse nimirum est & omnia: eodemq; prorsus actu, quo se intuetur, cõtuetur & omnia, eodem quoq; simul agnoscit cognoscere seipsum atq; omnia. Præcipuè verò primus diuinusq; intellectus, nec ad aliud intelligendũ conuertitur quàm seipsum, nec intelligentiam habet accidentalem: imò verò essentia eius absolutè viuens intelligensq;, hoc ipso essentiali vitaliq; intelligentiæ actu fruitur semetipsa, cõprehendens interea se existentẽ, viuentem, intelligentẽ, vniformem prorsus, & omniformem.

NVNQVID igitur intellectus altera sui A parte alteram intuetur? Verùm sic quidem alterum erit videns, alterum verò visum. Hoc autem non est vnum aliquid nosse seipsum. Quid igitur? Si totum tale sit, vt consimilibus partibus sit compositum, adeò vt videns à viso non differat: sic vtiq; videns partem illam sui sibiq; eandem, interea quoq; se videt. Videns namq; à viso ibi nihilo discrepat. Sed primò quidem absurdum foret intellectum ita diuidere: nam B & quomodo diuisio fiet? Non enim casu quodam est & temere diuidendus. Tum verò, quisnam est qui diuidit? Num fortè qui in eo se ordine ponit, in quo est videre, an potius qui in eo, quod est videri? Præterea quomodo videns ille cognoscet seipsum, dum secundum ipsum videre, se in eius gradu cõstituit, quod videtur? non enim in ipso viso inest videre. An cognoscens ita seipsum potius tanquã visum, quàm tanquam videntem considerabit? Ideoq; neq; C omnem, neque totum seipsum animaduertet. Quem enim nouit hũc quidem visum, sed non videntem nouit, atq; ita nõ seipsum, sed alium potius intuebitur. Sed nunquid per se adiunget ipsum quoq; videntem, vt seipsum perfectè comprehendat? Verùm si complectitur & videntem, simul quoq; visa complectitur. Si igitur in ipsa perspectione perspectæ res cõtinentur, quæritur nunquid rerũ figuræ, an res ipsæ contineantur. Si figuræ tantùm, res ipsæ non D possidentur: sin autẽ hæ possidentur, certè qui eas perspicit, non ex eo quòd seipsum diuiserit, habet: sed erat etiam antequam se diuideret & contemplator & possidens. Si res ita se habet, oportet contemplationem idem esse cum ipso (vt ita dixerim) contemplabili, & intellectum intelligibili similiter idem: alioquin si non sit idem, non erit contemplatio vera. Qui enim entia dicitur possidere, figuram potius eorum habebit ab eis proculdubio differẽtem, E quod quidem non est veritas. Veritatem enim non alterius oportet esse, sed quod dicit, hoc & existere. Sic ergo vnum est intellectus, intelligibile, ens, & hoc est ens primum, primusque intellectus entia possidens: imò verò ipse atque entia

A ἈΡ' οὖν ἄλλῳ μέρει ἑαυτοῦ ἄλλο μέρος αὐτοῦ καθορᾷ: ἀλλ' οὕτω τὸ μὲν ἔσται ὁρῶν, τὸ δὲ ὁρώμενον. τοῦτο δὲ, οὐκ αὐτὸ ἑαυτό. τί οὖν; εἰ πᾶν τοιοῦτον, οἷον ὁμοιομερὲς εἶναι, ὥστε τὸ ὁρῶν, μηδὲν διαφέρειν τοῦ ὁρωμένου. οὕτω γὰρ ἰδὼν ἐκεῖνο τὸ μέρος αὐτοῦ ὂν, ταὐτὸν αὐτὸ εἶδεν ἑαυτόν. διαφέρει γὰρ οὐδὲν τὸ ὁρῶν, πρὸς τὸ ὁρώμενον. ἢ πρῶτον μὲν, ἄτοπος ὁ με- B ρισμὸς αὐτοῦ. πῶς γὰρ καὶ μερίσει; οὐ γὰρ δὴ κατὰ τύχην. καὶ ὁ μερίζων δὲ τίς; ὁ ἐν τῷ θεωρεῖν τάττων ἑαυτὸν, ἢ ὁ ἐν τῷ θεωρεῖσθαι. εἶτα πῶς ἑαυτὸν γνώσεται ὁ θεωρῶν, ἐν τῷ θεωρουμένῳ τάξας ἑαυτὸν κατὰ τὸ θεωρεῖν. οὐ γὰρ ἦν ἐν τῷ θεωρουμένῳ τὸ θεωρεῖν. ἢ γνοὺς ἑαυτὸν οὕτω θεωρούμενον, ἀλλ' οὐ θεωροῦντα νοήσει. ὥστε οὐ πάντα, οὐδὲ ὅλον γνώσεται ἑαυτόν. ὃν γὰρ εἶδε, θεωρούμενον, ἀλλ' C οὐ θεωροῦντα εἶδε καὶ οὕτως ἔσται, ἄλλον ἀλλ' οὐχ ἑαυτὸν ἑωρακώς. ἢ προσθήσει παρ' αὐτοῦ καὶ τὸν τεθεωρηκότα, ἵνα τέλεον αὐτὸν ᾖ νενοηκώς. ἀλλ' εἰ καὶ τὸν τεθεωρηκότα, ὁμοῦ καὶ τὰ ἑωραμένα. εἰ οὖν ἐν τῇ θεωρίᾳ ὑπάρχει τὰ τεθεωρημένα, εἰ μὲν τύποι αὐτῶν, οὐκ αὐτὰ ἔχει. εἰ δ' αὐτὰ ἔχοι, οὐκ ἰδὼν αὐτὰ ἐκ τοῦ μερίσαι αὐτὸν ἔχει. ἀλλ' ἦν πρὶν μερί- D σαι ἑαυτὸν, καὶ θεωρῶν καὶ ἔχων. εἰ τοῦτο δεῖ τὴν θεωρίαν ταὐτὸν εἶναι τῷ θεωρητῷ, καὶ τὸν νοῦν ταὐτὸν εἶναι τῷ νοητῷ. καὶ γὰρ εἰ μὴ ταὐτὸν, οὐκ ἀλήθεια ἔσται. τύπον γὰρ ἕξει ὁ ἔχων τὰ ὄντα, ἕτερον τῶν ὄντων. ὅπερ οὐκ ἔστιν ἀλήθεια. τὴν ἄρα ἀλήθειαν, οὐχ ἑτέρου δεῖ εἶναι. ἀλλ' ὃ λέγει, τοῦτο καὶ εἶναι. ἓν ἄρα οὕτω νοῦς, καὶ τὸ νοητὸν, καὶ τὸ ὄν. καὶ πρῶτον ὂν, τοῦτο. καὶ δὴ καὶ πρῶ- E τος νοῦς, τὰ ὄντα ἔχων: μᾶλλον δὲ ὁ αὐτὸς

τις οὐκ ἔστιν. ἀλλ' εἰ ἡ νόησις καὶ τὸ νοητὸν ἕν, πῶς διὰ τοῦτο τὸ νοοῦν νοήσει ἑαυτό; ἡ μὲν γὰρ νόησις οἷον περιέξει τὸ νοητόν, ἢ ταὐτὸν τῷ νοητῷ ἔσται. οὔπω δὲ ὁ νοῦς δῆλος, ἑαυτὸν νοῶν. ἀλλ' εἰ ἡ νόησις καὶ τὸ νοητὸν ταὐτόν, ἐνέργεια γάρ τις τὸ νοητόν. οὐ γὰρ δὴ δύναμις, οὐδέ γε νοητόν, οὐδὲ ζωῆς χωρίς, οὐδ' αὖ ἐπακτὸν τὸ ζῆν, οὐδὲ τὸ νοεῖν ἄλλῳ ὄντι, οἷον λίθῳ, ἢ ἀψύχῳ τινί, καὶ οὐσία ἡ πρώτη τὸ νοητόν. εἰ οὖν ἐνέργεια, καὶ ἡ πρώτη ἐνέργεια, καὶ καλλίστη δὴ νόησις ἂν εἴη, καὶ οὐσιώδης νόησις. καὶ γὰρ ἀληθεστάτη νόησις δὴ τοιαύτη καὶ πρώτη οὖσα, καὶ πρώτως, νοῦς ἂν εἴη ὁ πρῶτος. οὐδὲ γὰρ ὁ νοῦς οὗτος δυνάμει: οὐδ' ἕτερος μὲν αὐτός, ἡ δὲ νόησις ἄλλο. οὕτω γὰρ ἂν πάλιν τὸ οὐσιῶδες αὐτοῦ, δυνάμει. εἰ οὖν ἐνέργεια, καὶ ἡ οὐσία αὐτοῦ ἐνέργεια, ἓν καὶ ταὐτὸν τῇ ἐνεργείᾳ ἂν εἴη, ἓν δὲ τῇ ἐνεργείᾳ τὸ ὂν καὶ τὸ νοητόν: ἓν ἅμα πάντα ἔσται, νοῦς, νόησις, τὸ νοητόν. εἰ οὖν ἡ νόησις αὐτοῦ τὸ νοητόν, τὸ δὲ νοητὸν αὐτός, αὐτὸς ἄρα ἑαυτὸν νοήσει. νοήσει γὰρ τῇ νοήσει, ὅπερ ἦν αὐτός. καὶ νοήσει τὸ νοητόν, ὅπερ ἦν αὐτός. καθ' ἑκάτερον ἄρα ἑαυτὸν νοήσει, καθότι καὶ ἡ νόησις αὐτὸς ἦν, καὶ καθότι τὸ νοητὸν αὐτός. ὅπερ ἐνόει τῇ νοήσει, ὃ ἦν αὐτός.

A entia idearum. At ſi intelligentia & intelligibile vnum eſt, quonam modo ob hoc intelligens intelliget ſemetipſum? Intelligentia enim velut complectetur intelligibile, vel idē vnà cum ipſo erit, nondum tamē conſtabit intellectum perſpicuè ſe cognoſcere. Cęterùm ſi intelligentia & intelligibile idem eſt, actus enim quidam eſt ipſum intelligibile: ſiquidem non potentia quædam tantùm eſt ipſum intelligibile, neque vita vacans, neq; ibi rurſus viuere aduentitium B eſt, vel intelligere ſubiecto diuerſo velut lapidi, vel cuipiam vita carenti, & eſſentia prima eſt ipſum intelligibile. Si ergo inquam illic eſt actus, actusq; primus, nimirū & actus optimus intelligentia eſt, & intelligentia (vt ita dicam) eſſentialis. Etenim veriſsima intelligentia eſt eiuſmodi, & prima, primoq; exiſtens: ideoque intellectus primus hæc erit. Hic enim intellectus neq; in potentia eſt, neq; aliud quidē ipſe, aliud autem intelligentia: alioquin ita rurſus C ipſum eius eſſentiale in potentia quadam erit. Quamobrem ſi actus eſt & eſſentia eius actus, vnum idemq; actui eſſe cenſebitur. Cùm verò ſit vnum actui ens ipſum atque intelligibile, vnum ſimul erunt cuncta, intellectus, intelligentia, intelligibile. Si igitur intelligentia eius eſt ipſum intelligibile, atq; ipſe eſt intelligibile ipſum, nimirum ipſe intelliget ſemetipſum. Intelliget enim per ipſam intelligentiam, quod quidem exiſtit ipſe, & intelliget intelligibile, D quod eſt & ipſe ſimiliter. Vtrinque igitur ſe prorſus intelliget, tum quatenus ipſe intelligentia eſt, tum quatenus eſt ipſe rurſus intelligibile, quod quidem per intelligentiam hanc intelligit quæ eſt ipſe.

Intellectus ipſe cum in ſe permaneat, nec actione nec affectu inclinetur ad alia, meritò circa ſe agit intelligendo ſeipſum. Anima verò cum contrà ſit affecta, contrà ſe habet ad cognoſcendum. Cap. VI.

In toto cognitionis ordine gradum infimum tenet ſenſus, intellectus verò ſummum. Cum igitur ſenſus rectam in cognoſcendo lineam teneat, alia tantùm attingendo, meritò intellectus circularem agit omnino, ſeipſum ſuaq; penitus contemplando: ratio verò plurimum eſt obliqua. Formæ rerum quæ ſunt in mēte, eſſentiales ſunt omnino. Quæ verò illinc impreſſæ rationi ſunt ab æuo, quaſi eſſentiales ſunt: quæ autem à mente quotidie reſultāt in ratione, minus adhuc eſſentiales exiſtunt: quæ deniq; in rationē ab imaginatione redundant, eſſentiales minimè. Anima igitur tunc demum ſe cognoſcit, quando inferiores formas ſuperioribus formis accommodat.

Ὁ ΜῈΝ δὴ λόγος ἀπέδειξεν εἶναί τι, τὸ αὐτὸ ἑαυτὸ κυρίως νοεῖν. νοεῖ οὖν ἄλλως μὲν ἐπὶ ψυχῆς ὄν. ἐπὶ δὲ τοῦ νοῦ κυριώτερον. ἡ μὲν γὰρ ψυχὴ ἐνόει ἑαυτήν, ὅτι ἄλλου. ὁ δὲ νοῦς, ὅτι αὐτός. καὶ οἷος αὐτός. καὶ ὅστις. καὶ ἐκ τῆς ἑαυτοῦ φύσεως. καὶ ἐπιστρέφων εἰς ἑαυτόν. τὰ γὰρ ὄντα ὁρῶν, ἑαυτὸν ἑώρα. καὶ ὁρῶν, ἐνέργεια ἦν. καὶ ἡ ἐνέργεια αὐτός. νοῦς γὰρ καὶ νόησις, ἕν. καὶ ὅλος ὅλῳ. οὐ μέρει ἄλλο μέρος. ἆρ' οὖν τοιοῦτον ὁ λόγος ἔδειξεν, οἷον καὶ ἐνέργειαν πιστικὴν ἔχειν, ἢ ἀνάγκη μὲν οὕτως. πειθὼ δὲ οὐκ ἔχει. καὶ γὰρ ἡ μὲν ἀνάγκη, ἐν νῷ. ἡ δὲ πειθὼ ἐν ψυχῇ. ζητοῦμεν δὴ ὡς ἔοικεν ἡμεῖς πεισθῆναι μᾶλλον, ἢ ἐν νῷ καθαρῷ θεάσασθαι τὸ ἀληθές. καὶ γὰρ καὶ ἕως * οἱ μὲν ἄνω, ἐν νοῦ φύσει ἠρκούμεθα, καὶ ἐνοοῦμεν,

* ἦμεν

A RATIO igitur demonſtrauit aliquid eſſe debere, quod ſeipſum propriè præcipueq; intelligat, intelligit autē ſe aliter quod eſt in anima, aliter verò principaliusq; quod eſt in mente. Anima quidem cognoſcit ſeipſam quod ſit alterius: mens verò quod ſit ipſa, & qualis ipſa, & quænam ſit, & id quidē ſuapte natura videlicet in ſe conuerſa. Videns enim entia ſe ſe videt: atq; vidēs eſt in actu, ipſaq; eſt actus. Intellectus enim & intelligētia idem & toto ſe con- B ſpicit totū, non partē parte diſcernit. Num igitur talem ratio demonſtrauit, qualis credulam habeat actionem? Profectò ſic habet neceſsitatem, credulitatem verò non habet perſuaſione deductam. Etenim neceſsitas quidē in mente, perſuaſio verò verſatur in animo. Quærimus vtiq; vt videtur perſuaſionem potius reportare, quàm mente pura perſpicere veritatem. Atqui quamdiu in ſuperna extitimus regione, in ipſa mentis natura ſufficienter inde nos habebamus, eoq; ſtatu contenti tunc intelligebamus,

A & in vnum omnia colligentes contemplabamur. Intellectus enim erat, qui tunc intelligebat, ac de ſeipſo dicens: Anima verò quietem tunc agebat actioni officioq; mentis ritè concedens. Poſtquam verò huc deuenimus, viciſſim animo perſuaſionē inducere exoptamus, tanquam in imagine exemplar cōtemplari volentes. Forſan ergo oportet noſtram animam edocere, qua potiſsimùm ratione ſeipſum intellectus intueatur: docere inquam hác ipſam B naturā animæ, quæ intellectualis eſt quodammodo, ponentes eam cogitatricem, atque ipſa denominatione latenter ſignificantes eam intellectum quendam eſſe, vel vim quandam per intellectum, ipſumq; munus ab intellectu ſortiri. Hanc inquam noſſe decet, ſe quoque quæcunq; videt cognoſcere, & noſſe quę dicit. Atq; ſi ipſa foret illa quæ dicit, cognituram ſanè ita ſeipſam. Cum verò adſint, vel ſaltem fiát ei deſuper illinc, vnde pendet & ipſa, conuenit ni- C mirum huic quoq; cum ſit ipſius ratio quædā, accipiatq; cognata, vt veſtigijs ſibi impreſsis hæc accommodans, ita demū ſeipſam animaduertat. Transferat ergo imaginem in verum intellectum, qui ſanè idem eſt atq; illa quæ verè intelligūtur, vereq; ſunt & prima: quippe cum conſtet fieri nō poſſe, vt intellectus talis ſit extra ſeipſum. Quapropter ſiquidem in ſeipſo & cum ſeipſo eſt, idq; ipſum quod eſt, omnino intellectus exiſtit. Mens nanq; eſſe amens nun- D quam poteſt, meritò neceſſarium eſt, ſui ipſius notitiam huic ineſſe: præſertim cum hic in ſeipſo permaneat, neq; aliud ipſius opus atq; eſſentia ſit, quàm vt ſolùm ſit intellectus. Non enim intellectus hîc in actione verſatur, quo quidem ex munere externa proſpiciens diſtractusq; à ſeipſo per illa cognitionē habeat propriam externis rebus addictam. Neq; verò neceſſarium eſt, ſi fortè in actione ſit conſtitutus ſeipſum animaduertere: cui verò neq; actio im- E minet, neq; enim affectus eſt in mente pura, nimirū abſente omni prorſus impedimēto, conuerſio huic ad ſeipſum omnino directa, ipſam ſui ipſius cognitionem nō tantùm oſtendit eſſe probabilem, ſed etiam neceſſariam. Alioquin quænam eius vita foret, quando ab actione vacet omnino, & totus in mente ſit poſitus?

A καὶ εἰς ἓν πάντα συναγαγόντες, ἑωρῶμεν. νοῦς γὰρ ἦν ὁ νοῶν, καὶ περὶ αὐτοῦ λέγων. ἡ δὲ ψυχὴ ἡσυχίαν ἦγε, συγχωροῦσα τῷ ἐνεργήματι τοῦ νοῦ. ἐπεὶ δὲ ἐνταῦθα γεγενήμεθα, πάλιν αὖ καὶ ἐν ψυχῇ πειθώ τινα γενέσθαι ζητοῦμεν, οἷον ἐν εἰκόνι τὸ ἀρχέτυπον θεωρεῖν ἐθέλοντες. ἴσως οὖν χρὴ τὴν ψυχὴν ἡμῶν διδάξαι, πῶς ποτε ὁ νοῦς θεωρεῖ ἑαυτόν. διδάξαι δὲ τοῦ- B το τῆς ψυχῆς ὃ νοερόν πως, διανοητικὸν αὐτὸ τιθέμενοι. καὶ τῇ ὀνομασίᾳ ὑποσημαίνοντες, νοῦν τινα αὐτὸ εἶναι. ἢ διὰ νοῦ τὴν δύναμιν, καὶ παρὰ νοῦ αὐτὸ ἴσχειν. τοῦτο τοίνυν γιγνώσκειν προσήκει, ὡς καὶ αὐτό, ὅσα ὁρᾷ γινώσκει. καὶ οἶδεν, ἃ λέγει. καὶ εἰ αὐτὸς εἴη ἃ λέγει, γινώσκοι ἂν ἑαυτὸ οὕτω. ὄντων δὲ ἢ ἄνωθεν αὐτῷ γινομένων ἐκεῖθεν, ὅθεν περ καὶ αὐτό, συμβαίνοι ἂν καὶ τούτῳ λόγῳ ὄντι, καὶ συγγε- C νῆ λαμβάνοντι. καὶ τοῖς ἐν αὐτῷ ἴχνεσιν ἐφαρμόττοντα, οὕτω τοι γινώσκειν ἑαυτό. μεταθέτω τοίνυν, καὶ ἐπὶ τὸν ἀληθῆ νοῦν τὴν εἰκόνα, ὃς ἦν ὁ αὐτὸς τοῖς νοουμένοις ἀληθέσι, καὶ ὄντως οὖσι καὶ πρώτοις. καὶ ὅτι μὴ οἷόν τε τοῦτον τὸν τοιοῦτον, ἐκτὸς ἑαυτοῦ εἶναι. ὥστε εἴπερ ἐν ἑαυτῷ ἐστι καὶ σὺν ἑαυτῷ, καὶ τοῦτο ὅπερ ἐστὶ νοῦς ἐστιν. ἀνόητος δὲ νοῦς, οὐκ ἄν ποτε εἴη. ἀνάγκη συνεῖναι D αὐτῷ τὴν γνῶσιν ἑαυτοῦ. καὶ ὅτι ἐν αὐτῷ οὗτος, καὶ οὐκ ἄλλῳ αὐτῷ τὸ ἔργον, καὶ ἡ οὐσία, ἢ τὸ νῷ μόνον εἶναι. οὐ γὰρ δὴ πρακτικός γε οὗτος, ὡς πρὸς τὸ ἔξω βλέποντι τῷ πρακτικῷ. καὶ μὴ ἐν αὐτῷ μένοντι, εἴη ἂν τῶν μὲν ἔξω τις γνῶσις. ἀνάγκη δ' οὐκ ἔνεστιν. εἴπερ τὸ πᾶν πρακτικὸς, εἴη γινώσκειν ἑαυτόν. ᾧ δὲ, μὴ πρᾶξις. οὐδὲ γὰρ ὄρεξις τῷ καθαρῷ νῷ, ἀπόντος. τού- E τῳ ἡ ἐπιστροφὴ πρὸς αὐτὸν οὖσα, οὐ μόνον εὔλογον ἀποδείκνυσι τὴν ἑαυτοῦ, ἀλλὰ καὶ ἀναγκαίαν αὐτοῦ τὴν γνῶσιν. τίς γὰρ ἂν καὶ ἡ ζωὴ αὐτοῦ εἴη, πράξεως ἀπηλλαγμένῳ, καὶ ἐν νῷ ὄντι.

Intellectus cum ad inferiora ſe non vertat, ſitq; forma prorſus in actu, ideoq; vacare ab actione non poſsit, meritò circa ſeipſum ſemper agit atq; Deum. *Cap. VII.*

Vbi in ſe conuertitur, ſe quidem cognoſcit per formam, Deum verò per effectum. Vbi ad Deum vertitur, Deum quidem quaſi per formam videt, ſe verò per cauſam. Cum potentia vegetalis ſolum agat circa inferiora, rationalis autē circa inferiora, ſuperiora ſeipſam meritò intellectus circa ſeipſum atq; ſuperius: quæ ab intellectu proficiſcuntur, eo in ſe manente ſecumq; agente fiunt: quæ verò ab anima, ea quodammodo mota. Sed hæc quoniam intelligentiæ diuinæ progenies eſt, ideo vel circa intelligentias diuinas ſe conuertit vbi contemplatur, vel circa regulas atq; leges, quæ intelligentiarum imagines ſunt, verſatur, vbi gubernat, vel circa corporeas formas, quæ intelligentiarum vmbræ ſunt ſe verſat, vbi fabricat, ſenſibusq; vagatur.

A CÆTERVM intellectum in eo ſtatu intelligere Deum afferre poſſemus. Quod ſiquis intellectum tunc intelligere Deum cōfiteatur, hac etiā conditione ſeipſum quoq; cognoſcere ſtatim concedere compelletur. Etenim quæcunq; à Deo habet, agnoſcet, & quæ ille tradidit, & quę tradere poteſt. Hæc autē diſcens atq;

A ἈΛΛΑ τὸν θεὸν θεωρεῖ εἴποι μὲν ἄν. ἀλλ' εἰ τὸν θεὸν γινώσκειν αὐτόν τις ὁμολογήσει, καὶ ταύτῃ συγχωρεῖν, ἀναγκασθήσεται καὶ ἑαυτὸν γινώσκειν. καὶ γὰρ ὅσα ἔχει παρ' ἐκείνου, γνώσεται. καὶ ἃ ἔδωκε, καὶ ἃ δύναται ἐκεῖνος. ταῦτα δὲ μαθὼν καὶ

γνοὺς

A νοῦς, καὶ ταύτῃ ἑαυτὸν γνώσεται. καὶ γὰρ ἕν τι τῶν δοθέντων αὐτὸς, μᾶλλον δὲ πάντα τὰ δοθέντα αὐτός. εἰ μὲν οὖν κἀκεῖνο γνώσεται, καὶ τὰς δυνάμεις αὐτοῦ μαθὼν, καὶ ἑαυτὸν γνώσεται ἐκεῖθεν γενόμενος, καὶ ἃ δύναται κομισάμενος. εἰ δὲ ἀδυνατήσει ἰδεῖν σαφῶς ἐκεῖνον, ἐπειδὴ τὸ ἰδεῖν ἴσως αὐτό ἐστι τὸ ὁρώμενον, ταύτῃ μάλιστα λείποι τ' ἂν αὐτῷ ἰδεῖν ἑαυτὸν καὶ εἰδέναι, εἰ τὸ ἰδεῖν τοῦτ' B ἐστὶ, τὸ αὐτὸ εἶναι τὸ ὁρώμενον. τί γὰρ ἂν καὶ δοίημεν αὐτῷ ἄλλο. ἡσυχίαν, νὴ δία. ἀλλὰ νῷ ἡσυχία, οὐ νοῦ ἐστιν ἔκστασις, ἀλλ' ἔστιν ἡσυχία τοῦ νοῦ, σχολὴν ἄγουσα ἀπὸ τῶν ἄλλων ἐνέργεια. ἐπεὶ καὶ τοῖς ἄλλοις οἷς ἐστιν ἡσυχία, ἑτέρων, καταλείπεται ἡ αὐτῶν οἰκεία ἐνέργεια. καὶ μάλιστα οἷς τὸ εἶναι, οὐ δυνάμει ἐστὶν, ἀλλὰ ἐνεργείᾳ. τὸ εἶναι οὖν ἐνέργεια, καὶ οὐδὲν πρὸς C ὃ ἡ ἐνέργεια, πρὸς αὐτῷ ἄρα. ἑαυτὸν ἄρα νοῶν, οὕτω πρὸς αὐτῷ, καὶ εἰς ἑαυτὸν τὴν ἐνέργειαν ἴσχει. καὶ γὰρ εἴ τι ἐξ αὐτοῦ τῷ εἰς αὐτὸν, ἐν ἑαυτῷ. ἔδει γὰρ πρῶτον ἑαυτῷ, εἶτα καὶ εἰς ἄλλο. ἢ ἄλλό τι ἥκειν ἀπ' αὐτοῦ, ὁμοιούμενον αὐτῷ: οἷον καὶ πυρὶ ἐν αὐτῷ πρότερον ὄντι πυρὶ, καὶ τὴν ἐνέργειαν ἔχοντι πυρός. οὕτω τοι καὶ ἴχνος αὐτοῦ δυνηθῆναι ποιῆσαι, ἐν ἄλ- D λῳ. καὶ γὰρ αὖ καὶ ἔστιν, ὁ μὲν νοῦς, ἐν αὐτῷ ἐνέργεια· ἡ δὲ ψυχὴ, τὸ μὲν ὅσον πρὸς νοῦν αὐτῆς, οἷον εἴσω. τὸ δ' ἔξω νοῦ, πρὸς τὸ ἔξω. κατὰ θάτερα μὲν γὰρ, ὡμοίωται ὅθεν ἥκει. κατὰ θάτερα δὲ, καίτοι ἀνωμοιωθεῖσα, ὅμως ὡμοίωται καὶ ἐνταῦθα. εἴτε πράττοι, εἴτε ποιοῖ. καὶ γὰρ καὶ πράττουσα, ὅμως θεωρεῖ: καὶ ποιοῦσα, εἴδη ποιεῖ, οἷον, νοήσεις ἀπηρτισμένοις. ὥστε πάντα εἶναι ἴχνη νοήσεως, καὶ νοῦ, κατὰ τὸ ἀρ- E χέτυπον προϊόντων: καὶ μιμουμένων τῶν μὲν ἐγγὺς, μᾶλλον, τῶν δὲ ἐσχάτων, ἀμυδρὰν ἀποσωζόντων εἰκόνα.

A cognoſcens, hac quoq; ratione ſeipſum nouerit: nam & ipſe vnum aliquid eorum eſt, quæ data ſunt, imò verò ipſe omnia quæ data ſunt exiſtit. Si ergo cognoſcat illum, vires quoque ipſius percipiens ſeipſum etiam agnoſcet inde factus, & quæ ille poteſt illinc accipiens: ſin autem illum clarè perſpicere nequeat quoniam fortè ipſum quod videre dicitur, ſit ipſũ quod videtur, hac potiſsimùm ratione reliqua huic erit viſio ſui ipſius atq; notitia: ſiquidem vide- B re hoc ipſum eſt, ſcilicet id ipſum exiſtere quod videtur. Quid enim huic aliud tribuamus? per Iouem quietē. Sed mentis quies non eſt à mente alienatio, imò quies mētis eſt ſua ipſius actio ab alijs vndiq; vacans: quandoquidem cæteris quoq; omnibus, quibus quies & ab alijs vacatio datur, reliqua eſt actio propria: præſertim quibus eſſe ipſum non in potentia quadam eſt, ſed actu. Vbi ergo eſſe actus eſt, nihilq; reliquũ eſt ad quod ſit actus eiuſmodi, nimirũ ſibimet C incumbit. Seipſum ergo intelligens, ſic vtique ſecum habitat, & ad ſeipſum dirigit actionem. Atqui ſi quid præterea pendet ex ipſo, propterea pendet, quod ad ſeipſum vergit, & in ſeipſo quieſcit. Oportet enim prius apud ſe conſiſtere, deinde in aliud inſuper agere, vel aliud inde procedere ei ſimile factum: quemadmodum & igni conuenit, vt prius quidē in ſeipſo ſit ignis actionemq; ignis habeat, atq; ita demum veſtigium ſuum in aliud poſsit imprimere. Iam ve- D rò intellectus quidem actus eſt in ſeipſo: anima verò quatenus ad intellectum vergit, quaſi habitat intus: quatenus autem mente egreditur, ad externa porrigitur. Aliunde igitur euadit illi ſimilis, vnde venit: aliunde rurſus quamuis diſsimilis quodammodo prodeat, tamen ibi quoq; ſimilitudinem quandam retinere videtur, ſeu agat, ſiue faciat: nempe etiam dum agit, interea cōtemplatur: & cum facit, tunc ſpecies efficit, velut intelligētias quaſdam à primis in- E telligentijs lōgo ordine ductas: adeò vt omnia intelligentiæ, intellectusq; veſtigia ſint ſecundum exemplar primum, gradibus prodeuntia, illudque pro viribus imitantia, propinquiora quidem magis, poſtrema verò imaginem quandam exiguam præſeferentia.

Cum anima per vegetationem, ſenſum, imaginationem ſe porrigat foras, ſolùm verò per intellectuales quaſdam ſcintillas fiat compos in ſe reflectendi, conſtat intellectum ipſum eſſe lumen perpetuò in ſeipſum per ſe reflexum. *Cap. VIII.*

Si oculi angulum leuiter digito preſſeris, lumē intimum ſibi ipſi protinus emicabit: Multò id facilius vberiusq; efficeret, ſi tantum in oculo lumen haberes, quantum animalia quæ nocte vident. ſimiliter ad ſe intellectus ipſe ſe habet. Formæ quidem in materia adeò cum materia ſunt vnitæ, vt opus vnum vnam efficiant actionem: multò magis ſeminales formarum rationes in natura: multò etiam magis intelligibiles in intellectu rationes vnitæ ſunt intellectui: ſicut radij lumini per quos intellectus & anima perſpicacius ſenſibilia cernit quàm per ſenſum. Iã verò & Auicenna, & Henricus Magnus Scoti præceptor, natura Platonicus, intellectuales formas in intellectu vel anima, ſiue ingenitas illi, ſiue huic acquiſitas non tam modo caracterum, quàm habitus cuiuſdam naturalis ineſſe putant: quo quidem habitu animus ad hoc vel illud facilè ſeſe vertat.

A ΠΟΙΟ'Ν δὲ τί ὁρᾷ τὸ νοητὸν ὁ νοῦς, καὶ ποιόν τι ἑαυτοῦ, ἢ τὸ μὲν νοητὸν, * οὐδὲ δεῖ ζητεῖν. οἷον τὸ ἐπὶ τοῖς σώμασι χρῶμα ἢ σχῆμα. πρὶν γὰρ ταῦτα εἶναι, ἔστιν ἐκεῖνα. καὶ ὁ λόγος δὲ

* οὔτι

QVÆRENDVM eſt prẹterea, quale potiſsimum intellectus intelligibile videat, qualē quoq; ſeipſum. Forſan verò intelligibile quidem ipſum non oportet quærere tale, qualis eſt in corporibus ſiue color, ſiue figura. Priuſquam enim hæc ſint, exiſtunt illa. Atqui & ratio

A seminibus insita hæc facientibus non est hæc ipsa: inuisibilia enim sunt hæc etiam ipsa natura, multoq; magis illa, eademq; est natura illorum, illaq; habentium: quemadmodum ratio quæ est in semine, atq; anima ipsa hæc habens. Sed hæc quidem quę habet, nequaquam inspicit, neque enim ipsa genuit, sed est ipsa quoque simulachrum, rationesque similiter seminales. Illud autem vnde venit perspicuum est, & verum, primoq; existens: vnde & sui ipsius est, &
B sibi viuit. Hoc autem nisi fiat alterius, & in altero, neq; manet quidem. Imagini nanq; conuenit, vt quoniam alterius est, & in altero fiat, nisi forsan sit illi connexa. Quamobrem neq; aspicit, vt pote quod sufficiens non habeat lumen: ac si aspiciat, quandoquidem in alio quodam factum est perfectū, non seipsum, sed aliud aspicit. Cæterum nihil horum illic est, sed visio simulq; visibile suum. Et tale quidem est visibile, qualis est & visio, vicissimq; visio talis, quale
C visibile. Quisnam igitur quale ipsum sit affirmat? Certè qui videt. Intellectus verò videt: quoniam & apud nos visio ipsa cum sit lumen, imò verò lumini copulata videt lumen: videt nanq; colores: illic autem nō per aliud, sed per seipsam cernit, quoniā neq; foras aspicit. Alio ergo lumine lumen aliud intuetur, non certè per aliud. Lumen igitur aliud aspicit lumen, ipsum igitur conspicit semetipsum. Hoc verò lumen refulgens in anima animum illustrauit:
D hoc autem est, intellectualem efficit, hoc verò est, similiter est in seipso atq; sublime lumen. Si ergo quale est vestigiū luminis impressum animæ, tale multoq; etiam pulchrius, maiusq;, & clarius supernum lumē existimaueris, propius iam accesseris ad ipsam intellectus intelligibilisq; naturam: nam & hoc infusum vitam præstitit animo clariorem, vitam inquam non genitricem: nam è contrà conuertit animum in seipsum, neq; dissipari permisit, sed effecit, vt
E claritatem menti insitam adamaret. Neq; rursus vitam attulit sensualem. Hæc enim prospicit extra, neq; propterea certius apprehendit. Sed qui lumen illud verorum fontem haurit quasi videt clarius visibilia, quamuis contraria ratione. Reliquum est igitur, vt vitæ mentis vestigium intellectualem induat vitam. ibi enim ipsa vera consistunt. Atqui vita actusq; in mente lumen est primum sibimet primò refulgens, splendorq; ad seipsum asiduè micans, lucens
F simul & illuminatū. Ac reuera intelligibile intelligens intellectū, sibiq; met perspectum, neq; alio indigens quo perspiciat, sed sibimet sufficiens ad cernendū: nempe quod videt id ipsum est quod cernitur. Apud nos quoq; fermè illud idem, adeò vt cognitio ipsius apud nos per ipsum efficiatur: alioquin vnde nam de ipso proferre possemus? quemadmodū videlicet illud quidē tale sit, quale possit seipsum apprehendere perspicacius: nos autem idem per ipsum
G similiter valeamus. Iam verò constat per argumentationes eiusmodi, nos animū ad illud attollere, animū inquam, asseuerantē se esse illius imaginem, vitamq; suā circa illud imaginē esse, similitudinemq; illius, & quando intelligit, formam se quandam intellectus ipsius deiq; subire.

A ὁ ἐν τοῖς σπέρμασι τοῖς ταῦτα ποιοῦσιν, οὐ ταὐτά. ἀόρατα γὰρ τῇ φύσει καὶ ταῦτα. καὶ ἔτι μᾶλλον ἐκεῖνα. καὶ ἔστι φύσις ἡ αὐτὴ ἐκείνων καὶ τῶν ἐχόντων, οἷον ὁ λόγος ὁ ἐν τῷ σπέρματι. καὶ ἡ ἔχουσα ψυχὴ ταῦτα. ἀλλ' ἡ μὲν, οὐχ ὁρᾷ ἃ ἔχει. οὐ δὲ γὰρ αὐτὴ ἐγέννησεν, ἀλλ' ἔστι καὶ αὕτη εἴδωλον, καὶ οἱ λόγοι. ὅθεν δὲ ἦλθε, τὸ ἐναργὲς καὶ τὸ ἀληθινὸν καὶ τὸ πρώτως, ὅθεν καὶ ἑαυτοῦ ἐστι,
B καὶ αὑτῷ, τοῦτο δὲ, ἂν μὴ ἄλλου γένηται καὶ ἐν ἄλλῳ, οὐδὲ μένει. εἰκόνι γὰρ προσήκει, ἑτέρου οὔσαν ἐν ἑτέρῳ γίγνεσθαι: εἰ μὴ εἴη ἐκείνου ἐξηρτημένη. διὸ οὐδὲ βλέπει, ἅτε δὴ φῶς ἱκανὸν οὐκ ἔχον. κἂν βλέπῃ δὲ τελειωθὲν ἐν ἄλλῳ, ἄλλο καὶ οὐχ αὑτὸ βλέπει. ἀλλ' οὖν τοῦτο ἐκεῖ οὐδὲν, ἀλλ' ὅρασις. καὶ τὸ ὁρατὸν αὐτῇ ὁμοῦ. καὶ τοιοῦτον τὸ ὁρατὸν, οἷον ἡ ὅρασις: καὶ ἡ ὅρασις, οἷον τὸ ὁρατόν. τίς οὖν αὐτὸ ἐρεῖ οἷον ἐστίν; ὁ ἰδών.
C νοῦς δὲ ὁρᾷ. ἐπεὶ καὶ ἐνταῦθα ἡ ὄψις φῶς οὖσα, μᾶλλον δὲ ἑνωθεῖσα φωτὶ, φῶς ὁρᾷ. χρώματα γὰρ ὁρᾷ. ἐκεῖ δὲ, οὐ δι' ἑτέρου, ἀλλὰ δι' αὑτῆς, ὅτι μηδὲ ἔξω. ἄλλῳ οὖν φωτὶ, ἄλλο φῶς ὁρᾷ, οὐ δι' ἄλλου. φῶς ἄρα φῶς ἄλλο ὁρᾷ. αὐτὸ ἄρα αὐτὸ ὁρᾷ. τὸ δὲ φῶς τοῦτο ἐν ψυχῇ μὲν ἐλλάμψαν, ἐφώτισε: τοῦτο δ' ἐστι, νοερὰν ἐποίησε. τοῦτο δ' ἐστιν ὁμοίως ἐν ἑαυτῷ τῷ ἄνω φωτί.
D οἷον οὖν ἐστι τὸ ἴχνος τὸ ἐγγινόμενον τοῦ φωτὸς ἐν ψυχῇ, τοιοῦτον καὶ ἔτι κάλλιον αὐτὸ νομίζω. καὶ ἐναργέστερον, ἐγγὺς ἂν * γένοιο φύσεως * γίνοιτο νοῦ καὶ νοητοῦ. καὶ γὰρ αὖ καὶ ἐπιλαμφθὲν * τούτῳ, * τοῦτο ζωὴν ἔδωκε τῇ ψυχῇ ἐναργεστέραν ζωὴν δὲ, οὐ γεννητικήν. τοὐναντίον γὰρ ἐπέστρεψε πρὸς ἑαυτὴν τὴν ψυχὴν, καὶ σκίδνασθαι οὐκ εἴασεν. ἀλλ' ἀγαπᾶν ἐποίησε, τὴν ἐν αὐτῷ ἀγλαΐαν. οὐ μὴν οὐδὲ αἰσθητικήν. αὕτη γὰρ ἔξω βλέπει,
E καὶ οὐ μᾶλλον αἰσθάνεται. ὁ δ' ἐκεῖνο τὸ φῶς τῶν ἀληθῶν λαβὼν, οἷον βλέπει μᾶλλον τὰ ὁρατά. ἀλλὰ τοὐναντίον. λείπεται τοίνυν, ζωὴν νοερὰν προσειληφέναι, ἴχνος νοῦ ζωῆς. ἐκεῖ γὰρ τὰ ἀληθῆ. ἡ δὲ ἐν τῷ νῷ ζωὴ καὶ ἐνέργεια, τὸ πρῶτον φῶς ἑαυτῷ λάμπον πρώτως, καὶ πρὸς αὐτὸ λαμπηδὼν, λάμπει ὁμοῦ, καὶ λαμπόμενον, τὸ ἀληθῶς νοητὸν, καὶ νοοῦν καὶ
F νοούμενον, καὶ ἑαυτῷ ὁρώμενον. καὶ οὐ δεόμενον ἄλλου, ἵνα ἴδῃ, αὑτῷ αὔταρκες πρὸ τὸ ἰδεῖν. καὶ γὰρ ὃ ὁρᾷ, αὐτό ἐστι γιγνωσκόμενον. καὶ παρ' ἡμῶν αὐτὸ ἐκεῖνο, ὡς καὶ παρ' ἡμῶν τὴν γνῶσιν αὐτοῦ δι' αὐτοῦ γίγνεσθαι. ἢ πόθεν ἂν ἔχομεν λέγειν περὶ αὐτοῦ. τοιοῦτόν ἐστιν, οἷον σαφέστερον μὲν ἀντιλαμβάνεσθαι αὐτοῦ. ἡμᾶς δὲ δι' αὐτοῦ. διὰ δὲ τῶν τοιούτων λογισμῶν, ἀνάγεσθαι καὶ τὴν ψυχὴν ἡμῶν εἰς αὐτὸ, εἰκόνα
G θεμένην ἑαυτὴν εἶναι ἐκείνου. ὡς τὴν αὐτὴν ζωὴν, ἴνδαλμα καὶ ὁμοίωμα εἶναι ἐκείνου. καὶ ὅταν νοῇ, θεοειδῆ, καὶ νοοειδῆ γίνεσθαι.

Constat

καὶ ἑαυτῆς αὐτὸν ἀπαιτῇ ὁποῖον ὁ νοῦς, ἐκεῖνός ἐστιν ὁ τέλεος. καὶ πᾶς ὁ γινώσκων πρῶτος ἑαυτὸν ἐν τῷ νῷ αὐτὴν πρῶτον γινομένην, ἢ παραχωρήσασαν τῷ νῷ τὴν ἐνέργειαν, ὧν ἔσχε τὴν μνήμην ἐπ' αὐτῇ. ταῦτα δὲ ἔχουσαν δεικνύναι ἑαυτήν, ὡς δι' αὐτῆς εἰκόνος οὔσης ὁρᾶν δύνασθαι ἁμηγέπῃ ἐκεῖνον, διὰ τῆς ἐκείνῳ πρὸς τὸ ἀκριβέστερον ὁμοιουμένης, ὅσον ψυχῆς μέρος εἰς ὁμοιότητα νῷ δύναται ἐλθεῖν.

A Constat rursus siquis optauerit nosse qualis præcipuè sit intellectus ille perfectus & omnis primoq; se comprehendens, oportere in primis animum in mentem redigere, vel saltem actionem suam menti concedere, actionem inquam circa illa se versantem, quorũ in se memoriam retinet. Animo sanè hæc habenti & sic affecto eum licet demonstrare seipsum, qui per se velut imaginem illũ quodammodo valeat intueri, ob vitam præcipuè animi illud expressiori B quadam similitudine referẽtis: quatenus videlicet pars animæ quædam seipsam potest ad mentis similitudinem reuocare.

Si seiunctis ab anima inferiorum virium motibus, ipsam eius rationalem virtutem acceperis omnibus sub intellectu intellectualibus notionibus coruscantem, subitò in hac velut imagine contemplaberis intellectum sicut in luna plena solem.

Cap. IX.

Est autem rationalis anima naturaliter etiam imago mentis, vt lumen existens proximum lucis insitæ soli à solo intellectu dependens. Quinq; mũdos Timæus nominat, & Plutarchus inducit. Mundus omniforme significat ornamentum Infimus igitur mundus est qui conspicitur in materia longè superior, qui in natura viget: aliquantò sublimior qui in imaginatione formarum quandoq; plenissima: multò præstantior, qui in ratione quasi speculo intellectus æmulo: excelsus qui fulget in mente. In mundo sequente præcedentem gradatim velut in speculo speculabere, atq; vicissim ex superiore inferiorem tanquam ex specula contemplabere.

ΨΥΧΗ'Ν οὖν ὡς ἔοικε, καὶ τὸ ψυχῆς θειότατον κατιδεῖν δεῖ, τὸν μέλλοντα νοῦν εἴσεσθαι *ὅ τί ἐστι. γένοιτο δ' ἂν τοῦτο ἴσως καὶ ταύτῃ, εἰ ἀφέλοις πρῶτον τὸ σῶμα ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου. καὶ δηλονότι σαυτοῦ. εἶτα καὶ τὴν πλάττουσαν τοῦτο ψυχήν, καὶ τὴν αἴσθησιν δὲ εὖ μάλα. ἐπιθυμίας δὲ καὶ θυμοὺς, καὶ τὰς ἄλλας τὰς τοιαύτας φλυαρίας, ὡς πρὸς τὸ θνητὸν νευούσας, καὶ πάνυ. τὸ δὴ λοιπὸν αὐτῆς τοῦτό ἐστιν, ὃ εἰκόνα ἔφαμεν νοῦ, σώζουσάν τι φῶς ἐκείνου. οἷον ἡλίου μετὰ τὴν τοῦ μεγέθους σφαῖραν, τὸ περὶ αὐτὴν ἐξ αὐτῆς λάμπον. ἡλίου μὲν οὖν τὸ φῶς, οὐκ ἄν τις συγχωρήσειεν ἐφ' ἑαυτοῦ, περὶ αὐτὸν ἥλιον εἶναι, ἐξ οὗ ὡρμημένον καὶ περὶ αὐτὸν μένειν, ἄλλο δὲ ἐξ ἄλλου ἀεὶ πρεσβύτερον τοῦ πρὸ αὐτοῦ, ἕως ἂν εἰς ἡμᾶς καὶ ἐπὶ γῆς ἥκῃ, ἀλλὰ πᾶν καὶ τὸ περὶ αὐτὸν ἥλιον θήσεται ἐν ἄλλῳ, ἵνα μὴ διάστημα διδῷ κενὸν, τὸ μετὰ τὸν ἥλιον, σώματος. ἡ δὲ ψυχὴ ἐκ νοῦ φῶς τι περὶ αὐτὸν γινομένη, ἐξήρτηταί τε αὐτοῦ, καὶ οὔτε ἐν ἄλλῳ, ἀλλὰ περὶ ἐκεῖνον. οὔτε τόπος αὐτῇ. οὐδὲ γὰρ ἐκείνῳ. ὅθεν, τὸ μὲν τοῦ ἡλίου φῶς, ἐν ἀέρι. αὐτὴ δὲ ἡ ψυχὴ, ἡ τοιαύτη καθαρὰ, ὥστε καὶ ἐφ' ἑαυτῆς ὁρᾶσθαι, ὑπό τε αὐτῆς, καὶ ἄλλης τοιαύτης. καὶ αὐτῇ μὲν περὶ *νοῦ συλλογιστέα, *οἷος ἀφ' ἑαυτῆς σκοπουμένη. νοῦς δὲ αὐτὸς αὑτὸν οὐ συλλογιζόμενος, περὶ αὐτοῦ. πάρεστι γὰρ ἀεὶ αὐτῷ· ἡμεῖς δὲ, ὅταν εἰς αὐτόν. μεμέρισται γὰρ ἡμῖν ἡ ζωὴ, καὶ πολλαὶ ζωαί. ἐκεῖνος δὲ οὐδὲν δεῖται ἄλλης ζωῆς, ἢ ἄλλων. ἀλλ' ἃς παρέχει, ἄλλοις παρέχει, οὐχ ἑαυτῷ. οὐδὲ γὰρ δεῖται τῶν χειρόνων. οὐδὲ αὐτῷ παρέχει τὸ ἔλαττον, ἔχων τὸ πᾶν. οὐδὲ τὰ ἴχνη ἔχων τὰ πρῶτα. μᾶλλον δὲ οὐκ ἔχων, ἀλλ' αὐτὸς ὢν ταῦτα. εἰ δέ τις ἀδυνατεῖ τὴν πρώτην, τὴν τοιαύτην ψυχὴν ἔχειν καθαρῶς νοοῦσαν,

* ὅ, τι
* νοῦν
* οἷον

A ANIMAM igitur vt videtur, & quod est in anima diuinissimum cogitare debet quid intellectus sit cogniturus. Forsan verò hac quoq; conditione id assequeris: si primò quidem corpus ab homine, præcipuè à teipso seiunxeris: Deinde animam id formantem: præsertim verò sensum cupiditatemq; & iram, & reliquas eiusmodi nugas tanquam ad mortale nimium declinãtes. Sic vtiq; reliquum animæ est, quod B præ se ferre diximus imaginem intellectus lumen ipsius aliquod referuantẽ instar luminis, quod post ipsum Solis globũ proximè micat, circa ipsum ex ipso refulgens. Lumen profectò Solis penes seipsum & circa ipsum nemo concesserit esse Solem. Ex quo quidẽ pendens permanet circa ipsum. Aliud autem ex alio deinceps ab antecedente cõtinuè propagatur, quousq; ad nos terramq; descẽdat. Sed enim omne lumen etiã quod est circa solem quiuis ponet in alio, ne fortè spatium quod soli subest cor- C poris vacuum, concedere compellatur. Anima verò lumen quiddam est ex mente productum & circa mentem menti connexum: neq; sedet in alio, sed extat prope mentẽ. Neq; huic locus est vllus, neq; enim locus est menti. Quamobrẽ Solis quidem lumẽ est in aere. Ipsa verò anima talis est adeò pura, vt in se ipsa cernatur, tum à seipsa, tum ab alia similiter se habente. Et ipsa quidem anima de intellectu argumentari com- D pellitur, qualis videlicet ille sit ex seipsa perscrutans: ipse verò intellectus se contuetur de se nequaquam argumentatus. Adest enim sibi ipsi semper: nos autem nobis illiq; adsumus, quando conferimus nos ad mentẽ. Vita namq; nobis diuisa est, multæq; sunt vitæ: ille verò neq; alia quadam vita, neque alijs indiget, sed quas prębet non sibimet, sed alijs exhibet. Non enim deterioribus indiget, neque sibimet adhibet, quod est minus, quippe cum habeat vniuersum: neque prima rerum habet in se quasi E vestigia quædam, imò verò non possidet hæc, sed est hæc ipse. Siquis autẽ primam animam talem habere nequeat purè prorsus intelligentem,

saltem assummat opinatricem,& inde ad subli- A miora cõscendat. Quòd si neq; id quidem possit, saltem accipiat sensum latiores quasdam in se species afferentem: sensum inquam etiam in seipso vnà cum his quæ valet, iamq; præditum speciebus. Tum si quem iuuat ad inferiora descendere,ad genitricem vim deflectat iter, & ad illa quæ gignit postremò deueniat:sed vicissim hinc ascẽdat ab vltimis speciebus rursus ad vltimas,imò verò ad primas accedens.

δοξαστικὴν λαβέτω· εἶτα,ἀπὸ ταύτης ἀναβαινέτω.εἰ δὲ μὴ ἢ τοῦτο,αἴσθησιν ἐμπλατύτερα τὰ εἴδη κομιζομένην:αἴσθησιν δὲ,καὶ ἐφ' ἑαυτῆς μεθ' ὧν δύναται,καὶ ἤδη ἐν τοῖς εἴδεσιν οὖσαν.εἰ δὲ βούλεταί τις καταβαίνων,καὶ ἐπὶ τὴν γεννῶσαν ἴτω,μέχρι καὶ ὧν ποιεῖ. εἶτα ἐντεῦθεν ἀναβαινέτω ἀπὸ ἐσχάτων εἰδῶν εἰς τὰ ἔσχατα ἀνάπαλιν εἴδη:μᾶλλον δὲ,εἰς τὰ πρῶτα.

In primo intellectu sunt formæ omniũ: tum secundũ essentiam eædem,tum formali ratione distinctæ. Ca.X.

Formæ rerum quoniam ibi sunt primæ,ideo & perfectæ,modoq; perfecto.Igitur essentiales existunt: differunt tamen ab intellectu ratione quadam.Ille enim est intellectus vnus: hæ verò formæ sunt multæ. Differunt igitur inter se ratione formali: præsertim quoniam intellectus eas tantum inspicit: atq; inspiciendo distinctè intelligit, facitq; omnia longius etiam inter se differentia,id est re ipsa,locoq;, & tempore. Intelligẽtia sicut & visio est quasi nixus quidam & apprehensio atq; discretio:quæ quidem tria etiam propria sunt luminis atq; ignis. Intellectus igitur quatenus intelligendo cõuertitur in seipsum,hæc tria erga se exercet, & omnino multiplicem se declarat: alioquin si nulla prorsus in eo differentia sit, vel esse possit,non erit ibi quod & ad quod annitatur: nec opus applicatione,vel nixu. Non erit quod apprehendat,quodue comprehendatur, nec opus apprehensione, vel vlla quasi partium vnione,vel sui ipsius amplexu:non erit vllus discretioni locus. Hactenus Platonici. Christiani verò probant intellectum primum talem formarum multitudinem non habere, quoniam per vnam sui formam vnoq; actu intelligens omnia,quatenus se variè participabilem ad omnia refert,multitudinem non in seipso,sed extra disponat.

DE his quidem ita sit dictum. Si autem nõ A solùm species in mẽte factæ sunt, alioquin non essent hæ quidem nostræ postremæ:illic autem primæ species, id est efficientes, ideoq; primæ: oportet sanè tum species factas illic esse, tum pariter effectorem, amboq; vnum existere: sin minus, intellectus ille alio quodam iterũ indigebit. Quid ergo? nonne quod superius est rursus egebit? Nõ certè: nam hoc ipsum quod est egenum, est intellectus. Sed nonne supernum B illud seipsum videt? Nequaquam. nõ enim indiget visione. Verùm de hoc tractabitur in sequentibus. In præsentia verò eadem de re iterum pertractemus.Non enim paruifaciendum est,de quo nũc agitur.Asseuerandum itaq; rursus hunc intellectum hoc ipso scilicet vt se videat indigere,imò verò id ipsum assiduè possidere. Itaque primo quidem hinc id habet vt sit multiplex: deinde vt sit alterius: tum necessariò vt sit videndi compos,illius inquam videndi, cuius & esse dicitur: præterea vt eius essen- C tia ipsa sit visio. Etenim si aliud quiddam sit, oportet existere visionem:sin verò nõ sit aliud, visio erit inanis. Oportet itaque illic plura esse quàm vnum, vt ibi sit visio, & visionem ipsam cum visibili congredi:quòdue à seipso videtur, multitudinem quandam esse, neque penitus vnum. Quod enim prorsus est vnum, non habet in quid operetur, sed solũ singulareq; existens quiescit omnino. Qua enim ratione operatur,aliud resultat & aliud. Nempe si nõ aliud D ibi sit & aliud, quidnam faciet? quòue procedet? Quapropter oportet quicquid agit, vel circa aliud quiddam agere, vel ipsum esse multiplex: si modò in seipso aliquid est acturum. Quòd si in aliud non processerit, conquiescet. Quando verò penitus conquiescet, nihil prorsus intelliget. Quamobrem necesse est intelligentem, dum intelligit, in duobus saltem omnino versari: atque aut duorum alterum externum esse, aut vtraque in eodem, semperque intellectionem in quadam (vt ita dixerim) alteritate versari, & in quadam rursus identitate.

ΤΑΥΤΑ μὲν οὖν, ταύτῃ. εἰ δὲ τὰ ποιηθέντα μόνον, οὐ γὰρ ἂν ἦν ἔσχατα: ἐκεῖ δὲ πρῶτα τὰ ποιοῦντα, ὅθεν καὶ πρῶτα. δεῖ οὖν ἅμα καὶ τὸ ποιοῦν εἶναι καὶ ἐν ἄμφω. εἰ δὲ μή, δεήσει πάλιν ἄλλου. τί οὖν; δεήσει πάλιν ἐπέκεινα τούτου; ἢ ὁ μὲν νοῦς τοῦτο. τί οὖν οὐχ ὁρᾷ ἑαυτόν; ἢ οὗτος οὐδὲν δεῖται ὁράσεως. ἀλλὰ τοῦτο εἰσύστερον. νῦν δὲ πάλιν λέγομεν. οὐ γὰρ περὶ τοῦ ἐπιτυχόντος ἡ σκέψις. λεκτέον δὲ πάλιν τοῦτον τὸν νοῦν δεηθῆναι τοῦ ὁρᾶν ἑαυτόν. μᾶλλον δὲ ἔχειν τὸ ὁρᾶν ἑαυτόν, πρῶτον μὲν οὖν, τὸ πολὺν εἶναι. εἶτα, καὶ τὸ ἑτέρου εἶναι. καὶ ἐξ ἀνάγκης ὁρατικὸν εἶναι, καὶ ὁρατικὸν ἐκείνου. καὶ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ, ὅρασιν εἶναι. καὶ γὰρ ὄντος τινὸς ἄλλου,ὅρασιν δεῖ εἶναι. μὴ δὲ ὄντος,ματήν ἐστι. δεῖ τοίνυν,πλείω ἑνὸς εἶναι,ἵνα ὅρασις ᾖ. καὶ συνεκπίπτειν τὴν ὅρασιν, τῷ ὁρατῷ. καὶ τὸ ὁρώμενον τοῦ ὑπ' αὐτοῦ, πλῆθος εἶναι ἐν παντί. οὐδὲ γὰρ ἔχει τὸ ἐν παντὶ εἰς τί ἐνεργήσει· ἀλλὰ μόνον καὶ ἔρημον ὄν, πάντη στήσεται. ᾗ γὰρ ἐνεργεῖ, ἄλλο καὶ ἄλλο. εἰ δὲ μὴ εἴη ἄλλο, τὸ δὲ ἄλλο τι καὶ ποιήσει. ἢ ποῖ προβήσεται. διὸ δεῖ τὸ ἐνεργοῦν, ἢ περὶ ἄλλο ἐνεργεῖν, ἢ αὐτὸ πολύ τι εἶναι, εἰ μέλλοι ἐνεργεῖν ἐν αὐτῷ. εἰ δὲ μή τι προελεύσεται, ἐπ' ἄλλο στήσεται. ὅταν δὲ πᾶσαν στάσιν, οὐ νοήσει. δεῖ τοίνυν τὸ νοοῦν ὅταν νοῇ, ἐν δυσὶν εἶναι: καὶ ἢ ἔξω θάτερον, ἢ ἐν τῷ αὐτῷ ἄμφω, καὶ ἀεὶ ἐν ἑτερότητι τὴν νόησιν εἶναι. καὶ ἐν ταυτότητι δὲ ἐξ ἀνάγκης.

καὶ εἶναι τὰ κυρίως νοούμενα, πρὸς τὸν νοῦν καὶ αὐτὰ καὶ ἕτερα. καὶ πάλιν αὖ ἕκαστον τῶν νοουμένων, συνεκφέρει τὴν ταυτότητα ταύτην, καὶ τὴν ἑτερότητα. ἢ τί νοήσει, ὃ μὴ ἔχει ἄλλο καὶ ἄλλο. καὶ γὰρ εἰ ἕκαστον λόγος, πολλά ἐστι. καταμανθάνει τοίνυν ἑαυτὸ τὸ * πικίλον ὀφθαλμὸν εἶναι, ἢ ποικίλων χρωμάτων. εἰ γὰρ ἑνὶ καὶ ἀμερεῖ προσβάλλοι, ἠλογήθη. τί γὰρ ἂν ἔχοι περὶ αὐτοῦ εἰπεῖν, ἢ τί συνεῖναι. καὶ γὰρ εἰ τὸ ἀμερὲς πάντη εἰπεῖν αὐτὸν δέοι, δεῖ πρότερον λέγειν ἃ μή ἐστιν. ὥστε καὶ οὕτως πολλὰ ἂν εἶναι, ἵνα ἓν εἴη. εἶθ' ὅταν λέγῃ εἰμὴ τόδε τὸ τόδε, εἰ μὲν ἕτερόν τι αὐτοῦ ἐρεῖ, ψεύσεται. εἰ δὲ συμβεβηκὸς αὐτῷ, πολλὰ ἐρεῖ. ἢ τοῦτο ἐρεῖ εἰμὶ εἰμὶ, καὶ ἐγὼ ἐγώ. τί οὖν εἰ δύο μόνα εἴη καὶ λέγοι ἐγώ. ἢ ἀνάγκη πολλὴ δὴ εἶναι. καὶ γὰρ ὡς ἕτερα, καὶ ὅπη ἕτερα. καὶ ἀριθμὸς ἤδη, καὶ πολλὰ ἄλλα. δεῖ τοίνυν τὸ νοοῦν, ἕτερον καὶ ἕτερον λαβεῖν. καὶ τὸ νοούμενον κατανοούμενον ὂν, ποικίλον εἶναι. ἢ οὐκ ἔσται νόησις αὐτοῦ, ἀλλὰ θίξις. καὶ οἷον ἐπαφὴ μόνον, ἄρρητος καὶ ἀνόητος, προνοοῦσα οὔπω νοῦ γεγονότος, καὶ τοῦ θιγγάνοντος οὐ νοοῦντος. δεῖ δὲ τὸ νοοῦν, μηδὲ αὐτὸ μένειν ἁπλοῦν, καὶ ὅσῳ ἂν μάλιστα αὐτὸ νοῇ. διχάσει γὰρ αὐτὸ ἑαυτὸ, κἂν σύνεσιν δῷ τὴν σιωπήν. εἶτα οὐδὲ δεήσεται, οἷον πολυπραγμονεῖν ἑαυτό. τί γὰρ καὶ μαθήσεται νοήσαν. πρὸ γὰρ τοῦ νοῆσαι ὑπάρχει, ὅπερ ἐστὶν ἑαυτῷ. καὶ γὰρ αὖ, πόθος τίς καὶ ἡ γνῶσίς ἐστι. καὶ οἷον ζητήσαντος εὕρεσις. τὸ τοίνυν διάφορον, πάντη αὐτὸ πρὸς αὐτὸ μένει, καὶ οὐδὲν ζητεῖ περὶ αὐτοῦ: ὃ, δ' ἐξελίττει ἑαυτὸ, καὶ πολλὰ ἂν εἴη.

*ποικίλων

A Item quæ propriè præcipueq; intelliguntur ad mentem se habere tanquam eadem simul atq; diuersa. Rursusq; intellectorũ quodlibet identitatem alteritatemq; quandã secum simul afferre: alioquin quidnam intelliget, nisi aliud in se aliudq; contineat? Etenim si vnumquodq; sit ratio quædam, nimirum iam est multa. Percipit ergo seipsum veluti varium quendã oculum, vel aliquid varijs coloribus insignitum. Si enim vni prorsus impartibiliq; se applicet; sermone rationeque vacabit. B Quid enim de hoc ipso vel dicere vel perpendere poterit? Atqui si ipsum indiuisibile oporteat se omnino indiuisibile affirmare, oportebit prius quæ ipsum non est, numerare. Quapropter sic quoque esse multa continget, vt sit & vnum. Præterea quando dicit de se, ego id sum: hoc ipsum id vel tanquam aliud quiddam præter se profert: atq; ita mentitur, vel tanquam aliquid sibi accidens: & ita se multa decernit, vel fortè ita dicet, sum inquam, sum ego, inquam ego. C Quid ergo? Aut duo quædam hîc solùm erunt: itaq; dicet de se ego atq; hoc: aut necesse erit esse aliquid multiforme. Iam verò hæc tanquam diuersa discernet, & qua ratione diuersa. itaq; numerus hic iam, & alia multa contingent. Est igitur necessarium intelligentem aliud aliudque accipere: atq; id quod intellectum est, velut intelligentia ipsa discretũ in se esse diuersum: alioquin nulla ipsius erit intelligẽtia: sed tactus & velut ictus D quidam solùm talis, vt neque dici possit, neq; dicere, & absq; intellectu (vt ita dixerim) præintelligat: quippe cum nondum natus sit intellectus, & qui illic attingit, nondum intelligat. Oportet autem intelligentem neq; ipsum quidem simplicem permanere, præsertim quando se prorsus intelligit. Diuidit nanque seipsum, etiam si intelligẽtiam silentium esse quis dixerit. Præterea quod est omnino simplex, varia non indiget cura per quam sese apprehendat. E Quid enim apprehendet, si quando se intellexerit? Prius enim quàm mente vtatur ad seipsum intelligendum, penes seipsum omnino quod est existit. Deniq; cognitio ipsa desiderium quiddam esse videtur, & quasi inuentio quædã indaginem comitans. Quod igitur nullam ad se intra se differentiam habet, vndiq; conquiescit, neq; de se aliquid inuestigat: quod autem seipsum explicat & euoluit, nimirum est in se multiplex.

Cum in intellectu primo sit numerus multorum absolutè inter se differentium, necesse est super hunc esse principium aliud simpliciter vnum, id est penitus simplicissimum. *Cap. XI.*

Nisi in prima essentia, vita, intelligentia inter se aliqua ratione differrent esse, viuere, intelligere, non facilè in ordine rerum tria hæc tam diuersa colent, vt esse quidem maximè omnium commune sit, intelligere verò minimè, viuere mediocriter. Intellectus ipse nihil aliud est quàm visus aliquis ad primum lumen suum ita directus, vt visus corporeus est ad suum: qualiumcunq; perfectione corporeus visus augeatur, semper lumine inferior erit. Similiter intellectus tandem consummatiss à lumine suo, id est veritate ipsoq; bono videtur adhuc esse secũdus. Essentia tanquam omnium communissima, ideoq; post ipsam simplicitatem prima statim ex vnitate procedit, ac præter ipsam essentiæ rationem præfert vnitatis illius imaginem quodammodo ab essentia differẽtem. Item huius imaginis auxilio conuertitur ad ipsum vnum atq; bonum, non intellectuali primum instinctu, sed naturali potius & vitali. Ante hunc conuersionis actum iam erat essentia pariter & imago: in ipso conuersionis actu apparet viuens, post hunc intelligens, dum ita conuersa suscipit ab ipso bono donum. Cumq; bonum ipsum sit super omnia se ad omnia æqualiter habens, non suscipit illinc aliquid omnium, sed pariter omnia, præsertim cum sit proximum susceptaculum. Fit igitur forma hinc omniformis, ideales rerum formas habens inter se absolutè distinctas: vnde post se procedit distinctio longè maior. In eodem momento multiformis, & intellectus efficitur. Intellectus deniq; cũ multitudinem rerum absolutè differentium secum ferat, meritò à simplicissimo quodam principio superiore dependet.

HIC igitur intellectus multiplex euadit, quando supernum nititur intelligere. Tunc enim nitens ad ipsum dum se illi tanquam simplici applicare conatur, ab ipsa protinus illius simplicitate prolabitur, aliud semper accipiens in seipso multiplicatum. Quapropter exorsus quidem est inde non tanquam intellectus sed velut aspectus nondum videns. Progressus est autem inde, quod interea multiplicauit in seipso reportans, ideoq; aliud indeterminatè desiderauit, habens in se nonnihil ipsius imaginarium: sed tandem inde procedens reportauit aliud, quod ipse multum reddidit in seipso. Iam verò habet in se rursus quandam spectaculi ipsius figuram, alioquin nunquam exponeretur ad hoc ipsum suscipiendum. Sic itaq; ex vno multiplex iam euasit: atque ita velut iam intellectus seipsum animaduertit, factusq; tùc est aspectus denique videns. Id autem est tunc demum intellectus quando possidet, & tanquam intellectus habet. Antè hac verò desiderium tantùm, & aspectus informis: hic igitur intellectus seipsum intendit in illud: adeptus verò iam intellectus euasit, semper autem afficitur efficiturq; essentia. Item intellectus intelligentiaq; posteaquam intellexit, sed prius non erat intelligentia, quando intelligibile non haberet: neq; dum intellectus, cùm nondum aliquid intelligeret. Quod autem super hęc extat, horum principium est, non insitum inquam his principium: ipsum namque principium à quo hæc fiunt, his minimè inest, sed elementa ex quibus conflantur insunt. Id autem à quo singula fiunt non est aliquid singulorum, sed ab omnibus alienum. Non igitur est vnum aliquid omnium, sed ante omnia: igitur & ante mentem, nam intra mẽtem sunt omnia. ideoq; hac insuper ratione est supra mentem. Quinetiam si quæcunque sunt post ipsum, omnium habent ordinem, & sic quoq; omnibus est superius, nimirum oportet nullum eorum quibus est superius esse. Ipsum ergo mentem non appellabis, sed neq; etiam ipsum bonum, si fortè ipsum bonum vnum aliquid significet omnium: sin autem significet super omnia, ita liceat appellare. Quamobrem si intellectus quatenus euadit multiplex fit intellectus, atq; ipsa intelligentia sui etiam si ex ipso procedat, tamen velut accedendo multiplicat, oportet quod est omnino simplex omniumq; primum, esse mente superius. Etenim si intelligat, nequaquam superius intellectu, sed intellectus erit. Præterea si intellectus erit, erit etiam multitudo.

A ΔΙΟ' καὶ ὁ νοῦς οὗτος ὁ πολὺς, ὅταν τὸ ἐπέκεινα ἐθέλῃ νοεῖν. εἰ μὲν οὖν αὐτὸ ἐκεῖνο, ἀλλ' ἐπιβάλλειν θέλων ὡς ἁπλῷ ἔξεισιν, ἄλλο ἀεὶ λαμβάνων ἐν αὐτῷ πληθυνόμενον. ὥστε ὥρμησε μὲν ἐπ' αὐτὸ, οὐχ ὡς νοῦς, ἀλλ' ὡς ὄψις οὔπω ἰδοῦσα. ἐξῆλθε δὲ ἔχουσα, ὅπερ αὐτὴ ἐπλήθυνεν. ὥστε ἄλλου μὲν ἐπεθύμησεν ἀορίστως, ἔχουσα ἑαυ-
B τῇ φάντασμά τι. ἐξῆλθε δὲ ἄλλο λαβοῦσα ἐν αὐτῇ αὐτὸ πολὺ ποιήσασα. καὶ γὰρ αὖ ἔχει τύπον τοῦ ὁράματος, ἢ οὐ παρεδέξατο ἐν αὐτῇ γενέσθαι. οὗτος δὲ πολὺς, ἐξ ἑνὸς ἐγένετο. καὶ οὗτος ὡς γνοὺς εἶδεν αὐτό. καὶ τότε ἐγένετο, ἰδοῦσα ὄψις. τοῦτο δὲ ἤδη νοῦς, * ὅτε ἔχει. καὶ ὡς νοῦς ἔχει. πρὸ δὲ * ὅ,τε
τούτου ἔφεσις μόνον, καὶ ἀτύπωτος ὄψις. οὗτος οὖν ὁ νοῦς, ἐπέβαλε μὲν ἐκείνῳ. λα-
C βὼν δὲ, ἐγένετο νοῦς. ἀεὶ δὲ ἐνδιαθέμενος καὶ γενόμενος, καὶ νοῦς, καὶ οὐσία, καὶ νόησις, ὅτε ἐνόησε. πρὸ γὰρ τούτου, οὐ νόησις ἦν, τὸ νοητὸν οὐκ ἔχων. οὐδὲ νοῦς, οὔπω νοήσας. τὸ δὲ πρὸ τούτων, ἡ ἀρχὴ τούτων, οὐχ ὡς ἐνυπάρχουσα. τὸ γὰρ ἀφ' οὗ, οὐκ ἐνυπάρχει, ἀλλ' ἐξ ὧν. ἀφ' οὗ δὲ ἕκαστον, οὐχ ἕκαστον. ἀλλ' ἕτερον ἁπάντων. οὐ τοίνυν ἕν τι τῶν πάν-
D των, ἀλλὰ πρὸ πάντων. ὥστε καὶ πρὸ νοῦ. καὶ γὰρ αὖ νοῦ ἐντὸς τὰ πάντα. ὥστε καὶ ταύτῃ πρὸ νοῦ. καὶ εἰ τὰ μετ' αὐτὸν δὲ τὴν τάξιν ἔχοι τὴν τῶν πάντων, καὶ ταῦτα πρὸ πάντων, οὐ δεῖ δὴ πρὸ ὧν ἐστι, τούτων ἕν τι εἶναι. οὐδὲ νοῦν αὐτὸν προσερεῖς. οὐδὲ τἀγαθὸν οὖν, εἰ σημαίνοι * ἕν τι τῶν πάντων τἀ- * ὅτι
γαθόν. οὐδὲ τοῦτο. εἰ δὲ τὸ πρὸ πάντων, ἔστω οὕτως ὠνομασμένον. εἰ οὖν νοῦς, ὅτι πολύς
E ἐστι. καὶ τὸ νοεῖν αὐτὸ οἷον παρεμπεσὸν καὶ ἐξ αὐτοῦ ᾖ, πληθύει. δεῖ τὸ πάντῃ ἁπλοῦν καὶ πρῶτον ἁπάντων, ἐπέκεινα νοῦ εἶναι. καὶ γὰρ εἰ νοήσει, οὐκ ἐπέκεινα νοῦ, ἀλλὰ νοῦς ἔσται. ἀλλὰ εἰ νοῦς ἔσται, καὶ αὐτὸ τὸ πλῆθος ἔσται.

Agit contra illos qui in primo rerum principio essentiam quidem vnam ponunt, actus verò multos inter se absolutè distinctos. *Cap. XII.*

Aut enim essentia & actus inter se differunt, aut non. Si differunt, essentia secundum se imperfecta est, videlicet perficienda per actum: si nullo modo differunt, sicut actus est multiplex, quia videlicet absolutè multiplex, sic & multiplex est essentia. Argumentatio hæc Plotini ad diuum Thomam trinitatem relationibus distinguentem nihil pertinet. Vtrum verò Scotum tangat sui viderint, & respondeant: spero enim optimè responsuros. Super multitudinem necessariò vnum est, ac super vnum aliquid est ipsum simpliciter vnum. Quoniam igitur essentia, vita, intelligentia est aliquid vnum id est, vna essentia, vna vita, vna intelligentia: ideo Plotinus his anteponit ipsum absolutissimè vnum, quod nullo actu vel affectu medio procreet omnia, sed ipsomet simplicitatis absolutissimæ statu. Plotinus de Deo negat omnem eum numerum, qui naturam multiplicat compositamq; declarat. Relationum

verò

verò numerus apud Christianos inuentus id minimè facit: negat certè omnem numerum qui esse poßit in entibus, & qui definiri. Numerus verò in diuina vnitate positus à Christianis non est in entibus. Neq; enim in prædicamentis vllis, neq; in transcendentibus reperitur. Tum verò quicunq; fingatur, non est ill ,neq; essentiarum numerus est, neq; formarum vel qualitatum ve similium: ac si dixeris pe sonarum, diuina id auctoritate dices: verumtamen quid velis explicare non poteris: similiter si dicas proprietatum, & qui inquit relatione distingui, ipsemet fatebitur, mysterium sic illud se nō assequi: item qui dixerit absolutè differre, id definire verebitur: mysteriū deniq; diuinitati credendum. quod & Nicolaus Græcus philo ophus defendit strenuè contra Proculum.

ΚΑΙ` τί κωλύει οὕτω πλῆθος εἶναι, ἕως ἐστὶν οὐσία μία. τὸ γὰρ πλῆθος, οὐ συνθέσεις, ἀλλ' αἱ ἐνέργειαι αὐτοῦ τὸ πλῆθος. ἀλλ' εἰ μὲν αἱ ἐνέργειαι αὐτοῦ μὴ οὐσίαι, ἀλλ' ἐκ δυνάμεως εἰς ἐνέργειαν ἔρχεται, οὐ πλῆθος μὲν, ἀτελὲς δὲ πρὶν ἐνεργῆσαι τῇ οὐσίᾳ. εἰ δὲ ἡ οὐσία αὐτοῦ ἐνέργεια, ἡ δὲ ἐνέργεια αὐτοῦ τὸ πλῆθος, τοσαύτη ἔσται ἡ οὐσία αὐτοῦ, ὅσον τὸ πλῆθος. τοῦτο δὲ, τῷ μὲν νῷ συγχωροῦμεν, ᾧ καὶ τὸ νοεῖν ἑαυτὸ ἀπεδίδομεν. τῇ δὲ ἀρχῇ πάντων, οὐκ ἔτι. δεῖται δὲ πρὸ τοῦ πολλοῦ τὸ ἓν εἶναι, ἀφ' οὗ καὶ τὸ πολύ. ἐπ' ἀριθμοῦ γὰρ παντὸς, τὸ ἓν πρῶτον. ἀλλ' ἐπ' ἀριθμοῦ μὲν οὕτως φασί. σύνθεσις γὰρ τὰ ἑξῆς. ἐπὶ δὲ τῶν ὄντων τίς ἀνάγκη ἤδη, καὶ ἐνταῦθα ἕν τι εἶναι, ἀφ' οὗ τὰ πολλά. ἢ διεσπασμένα ἔσται ἀπ' ἀλλήλων τὰ πολλὰ, ἄλλο * ἄλλο ὅθεν ἐπὶ τὴν σύνθεσιν κατὰ τύχην ἰόν. ἀλλ' ἐξ ἑνὸς τοῦ νοῦ ἁπλοῦ ὄντος, φήσουσι τὰς ἐνεργείας προελθεῖν. ἤδη μέν τι ἁπλοῦν τὸ πρὸ τῶν ἐνεργειῶν τίθενται. εἶτα τὰς ἐνεργείας μενούσας ἀεὶ, καὶ ὑποστάσεις αἰσθήσονται. ὑποστάσεις δὲ οὖσαι ἕτεραι ἐκείνου ἀφ' οὗ εἰσιν ἔσονται. μένοντος μὲν ἐκείνου ἁπλοῦ, τοῦ δὲ ἐξ αὐτοῦ ἀφ' ἑαυτοῦ πλήθους ὄντος, καὶ ἐξηρτημένου ἀπ' ἐκείνου. εἰ μὲν γὰρ ἐκείνου, πόθεν ἐνεργήσαντος αὗται ὑπέστησαν, κἀκεῖ πλῆθος ἔσται. εἰ δ' αὗταί εἰσιν αἱ πρῶται ἐνέργειαι τὸ δεύτερον ποιήσασαι, ποιήσασαι δὲ ἐκεῖνο ὃ πρὸ τοῦ τῶν ἐνεργειῶν ὂν, ἐφ' ἑαυτοῦ μένειν τῷ δευτέρῳ τῷ ἐκ τῶν ἐνεργειῶν συστάντι τὰς ἐνεργείας, ἃς παρεχώρησαν, ἄλλο γὰρ αὐτὸ, ἄλλο αἱ ἐνέργειαι αἱ ἀπ' αὐτοῦ. ὅτι, μὴ αὐτοῦ ἐνεργήσαντος. εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἔσται ἡ πρώτη ἐνέργεια ὁ νοῦς. οὐ γὰρ οἷον προθυμηθῆ νοῦν γενέσθαι. εἶτα ἐγένετο νοῦς, τῆς προθυμίας μεταξὺ αὐτοῦ τε καὶ τοῦ γεννηθέντος νοῦ γινομένης. οὐδ' αὖ ὅλως προεθυμήθη. οὕτω τε γὰρ ἦν ἀτελής. καὶ ἡ προθυμία, οὐκ εἶχεν ὅτι προεθυμήθη. οὐδ' αὖ τὸ μὲν εἶχε τοῦ πράγματος, τὸ δὲ οὐκ εἶχεν. οὐδὲ γὰρ ἦν τι, πρὸς ὃ ἡ ἔκτασις. ἀλλὰ δῆλον ὅτι, εἴ τι ὑπέστη μετ' αὐτὸν, μένοντος ἐκείνου ἐν τῷ αὐτῷ ἤθει ὑπέστη. δεῖ οὖν ἵνα τι ἄλλο

* ἄλλῳ

A OBIICIET autē sic fortè aliquis, quidnā prohibet ipsum sic multitudinē esse, modò vnā interim sit essentia? Multitudo enim non compositionem huic inducit. Actus enim quidam ipsius sunt multitudo. Sed huic ita respondeatur: Si actus quidem eius non sunt essentiæ, sed ex potentia quadam prodit in actum, nō multitudo quidē erit, sed erit nihilominus imperfectum, quantum ad essentiam spectat, antequā agat. Sin autem essentia ipsius est actus, actus
B verò est multitudo, tam multiplex eius essentia erit, quàm multiplex eius est actus. Hoc autem menti quidem cocedimus, cui sui ipsius cognitionem attribuimus, omnium verò principio minimè. Necessarium enim est ante multitudinem esse vnū, à quo multitudo proueniat, omni nanq; numero prius est vnum. Sed objiciant hîc aliqui, in numero quidem ita se rem habere: quippe cùm quę ibi deinceps sequūtur vnū,
C compositiones quædam sint, in ordine verò rerum necessarium non videri vnum existere, à quo multa proficiscātur. sed his ita nos respondebimus: Si rerum ordini non præsit vnum, multa inter se fore dispersa, aliudq; aliunde forte quadam in congeriem concursurum. Proinde afferent ex vno quodam intellectu in se simplici, actus progredi multos. Verumtamen id quod ante hos actus existit, esse simplex asseuerabunt: deinde cognoscent actus semper existentes esse substantias quasdam, siue sup-
D posita quædam. Cùm verò supposita quædam sint, nimirum diuersa erunt ab eo, à quo procedunt: manente quidem illo simplici dum quod procedit ab eo, multitudo quædam in se euadit, pendetq; ex illo. Quòd si illo quodammodo operante, actus eiusmodi inde subsistunt, illic quoque multitudo continget: sin autem hi sunt actus primi secundum quiddam constituentes, nihil prohibet illud actibus his superius in seipso consistere, secundò autem ipsi
E proximè inde mananti ex actibusq; composito, actuum numerum assignari: aliud nanque ipsum est, aliud sunt actus ab illo, quoniam illo non agente proueniunt: alioquin intellectus non erit actio prima. nō enim ipsum vnum exoptauit quidem primò mentem fieri, deinde facta mens est, quasi affectus eiusmodi velut medius interuenerit inter genitorem ipsum, mentemq; inde nascentem. neq; enim illic affectus est vllus. Sic enim & exoptans ille im-
F perfectus foret, & studium eius nondum quod optat prorsus haberet: neq; rursus partim quidem voti compos est, partim verò non compos: quippe quum nihil sit vsquam, ad quod flectat affectum. Sed profectò si quid post ipsum substitit, manente illo in habitu proprio, substitit: Oportet itaque vt aliud quiddam inde

subsistat, illud prorsus in seipso quiescere: alio- A quin ante moueri, mouebitur, & ante intelligere intelliget, vel saltē primus illius actus imperfectus erit: quippe quū impetus aliquis tantùm sit futurus. Sed ad quidnam sic ferri potest? quidúe nuper assequi? Iam verò secundum rationē potius licet asserere actum quendam ab illo cōsistente profluere, sicut à sole lumen, intellectum scilicet, omnemq; naturam intelligibilem, ipsum verò in summo intelligibilis mundi vertice conquiescens in eo regna- B re, non segregans à seipso quod inde micat: vel lumen aliud ponemus super lumen, quod quidē semper manendo intelligibili fulgeat. Quod enim ex ipso micat, neq; segregatur ab illo, neq; rursus est idem, neq; etiam tale est, vt non sit essentia, vel quasi quiddam cæcum, sed videt quidem, cognoscitq; seipsum, primumq; cognoscens est. Illud autem quemadmodum est superius intellectu, sic est & cognitione superius: & sicut nulla re indiget, sic neq; etiam eget co- C gnitione, sed ipsa cognitio collocatur in natura secunda. Cognitio enim vnum aliquid est, illud autem vnum ipsum est, non aliquid vnum: si enim vnum aliquid esset, non amplius esset ipsum vnum. Quod enim ipsum dicitur, super hoc est quod aliquid appellatur.

A ὑποστῇ, ἡσυχίαν ἄγειν ἐφ' ἑαυτοῦ πανταχοῦ ἐκεῖνο. εἰ δὲ μὴ ἢ πρὸ τοῦ κινηθῆναι κινήσεται, καὶ πρὸ τοῦ νοῆσαι νοήσει, ἢ πρώτη ἐνέργεια αὐτοῦ ἀτελὴς ἔσται, ὁρμὴ μόνον οὖσα. ἐπὶ τί οὖν ὧδε τυχοῦσα αὐτοῦ ἐφορμᾷ, εἰ κατὰ λόγον θησόμεθα τὴν μὲν ἀπ' αὐτοῦ οἷον ῥυεῖσαν ἐνέργειαν, ὡς ἀπὸ ἡλίου. φῶς τι οὖν θησόμεθα, καὶ πᾶσαν τὴν νοητὴν φύσιν. αὐτὸν δὲ ἐπ' ἄκρῳ B τῷ νοητῷ ἑστηκότα βασιλεύειν ἐπ' αὐτοῦ, οὐκ ἐξώσαντα ἀπ' αὐτοῦ τὸ ἐκφανέν, ἢ ἄλλο φῶς πρὸ φωτὸς ποιήσομεν. ἐπιλάμπειν δὲ ἀεὶ μένοντα ἐπὶ τοῦ νοητοῦ. οὐδὲ γὰρ ἀποτέτμηται τὸ ἀπ' αὐτοῦ. οὐδ' αὖ τ' αὐτὸν αὐτῷ. οὐδὲ τοιοῦτον, οἷον μὴ οὐσία εἶναι. οὐδ' αὖ οἷον τυφλὸν εἶναι. ἀλλ' ὁρῶν καὶ γινῶσκον ἑαυτό. καὶ πρῶτον γινῶσκον. τὸ δὲ ὥσπερ ἐπέκεινα νοῦ, οὕτως καὶ ἐπέκεινα γνώσεως. οὐδὲν δεόμενον, ὥσπερ οὐδὲ C νοός, οὕτως οὐδὲ τοῦ γινώσκειν. ἀλλ' ἔστιν ἐν δευτέρᾳ φύσει τὸ γινώσκειν. ἓν γάρ τι καὶ τὸ γινώσκειν. τὸ δὲ ἔστιν ἄνευ τοῦ τι, ἕν. εἰ γὰρ τι ἕν, οὐκ ἂν αὐτὸ ἕν. τὸ γὰρ αὐτό, πρὸ τοῦ τι.

Ipsi bono non est addenda intelligentia, quæ videlicet ab vllo intellectu creato quamuis summo intelligi possit. Cap. XIII.

Ratio ipsius boni atq; intelligentiæ tam diuersa est, sicut diximus, vt illud quidem sit communißimum, hæc minimè: illud nihil appetat, hæc appetat bonum. Item intelligentiæ quidem opposita est amentia, bono malum. Non idem est penitus amentia atq; malum, non idem igitur intelligentia atq; bonum. Quando igitur ipsi bono addis intelligentiam, rem alteram & diuersam videris & bonum hactenus egenum iudicauisse, & quasi composuisse. Hoc paradoxon, scilicet primum principium esse super essentiam, vitam, intelligētiam, à Dionysio Areopagita frequenter asseritur: qui addit præterea ipsum modo quodam plusquam intellectuali, quem superintellectualem nominat seipsō frui. item præintelligere ineffabili quadam ratione præter & super intellectu quasi seipso fruatur per modū tactus potius quàm visionis. Intelligentia enim visio quædam est, neq; per modum aliquid de se dicendi, sed potius per modum simpliciter id ipsum quod est existendi. Si qua verò conditione intelligentiæ gradibus procedendo fingi poßit ipsum bonum, non fingatur intellectus aliquis qui intelligentia egeat, non intelligentia, quæ sit actus ipsius intellectus circa bonum, sed potius ipsum bonum ad quod intelligentia vergit, vel forsan ipsum lumen, quod intelligentia quærit, in quod desinit intelligentia consummata, lumen quidem non in hac, sed in seipso cōsistens. Hæc ipsa claritas neq; propriè quidem videns est, nec orbata visionis bono quasi cæca: sicut visio ipsa neq; videt propriè, neq; cæca est. Nempe claritas ipsa visionis omnis causa multò remotior est à priuatione visus quàm ipse visus: neq; claritas est ad intellectionis genus determinata. Quod enim est omnium causa super omnia, per nullum ex omnium numero definitur. Non ergo per essentiam, vitam, intelligentiam, non per claritatem intellectualem, aut intelligibilem, sed per claritatem ipsam simpliciter per se in se existentem, omnis potētiæ actus claritatis causam: fingitur autem secundum potentiam efficacem potentiarum actum, actuum effectorem. Anima & si manus pedesq; non habet, tamen quia his non indiget, habetq; vim horum genitricem eminentioremq;, neq; manca dicitur, neq; clauda. Simili ratione neq; ratio cæca, & si non habet oculos, neq; mens irrationalis, & si nunquam ratiocinatur: momento enim poßidet, quod ratio quærit tempore. Neq; Deus amens, & si non habet mentem: est enim id totum quod mens habere conatur, imò fieri.

QVAMOBREM reuera ineffabile est. A Quicquid enim dicas, proprium aliquid dixeris. Sed enim quod est super omnia superque mentem apprimè venerandā, ab omnibus segregatum non habet verum nomen aliud, neq; aliquid omnium. Et omnino nullum est nomē eius, propterea quòd de eo nihil dicitur: sed nos quoad possumus nonnihil de illo nobis significare conamur. Cæterùm quādo sic ambigimus, dicentes videlicet, sic ergo seipsum minimè sentit, sic neq; seipsum animaduertit, sic B neque quid sit nouit omnino, tunc sanè decet cōsiderare, nos, quoties talia dicimus ad opposita retorqueri. Facimus enim quantū in nobis

ΔΙΟ καὶ ἄρρητον τῇ ἀληθείᾳ. ὅτι γὰρ ἂν εἴπῃς, τι ἐρεῖς. ἀλλὰ τὸ ἐπέκεινα πάντων, καὶ ἐπέκεινα τοῦ σεμνοτάτου νοῦ. ἐν τοῖς πᾶσι μόνον ἀληθὲς οὐκ ὄνομα ὂν αὐτοῦ ἄλλό τι. οὔτε τι τῶν πάντων, οὔτε ὄνομα αὐτοῦ, ὅτι μηδὲν κατ' αὐτοῦ. ἀλλ' ὡς ἐνδέχεται ἡμῖν αὐτοῖς σημαίνειν, ἐπιχειροῦμεν περὶ αὐτοῦ. ἀλλ' ὅταν ἀπορῶμεν. ἀναίσθητον οὖν ἑαυτοῦ. καὶ οὐδὲ παρακολουθοῦν ἑαυτῷ, οὐδὲ οἶδεν αὑτό. ἐκεῖνο χρὴ ἐνθυμεῖσθαι, ὅτι ταῦτα λέγοντες, ἑαυτοὺς περιτρέπομεν ἐπὶ τὰ ἐναντία. πολὺ γὰρ αὐτὸ

ποιοῦμεν

A ποιοῦμεν γνωστόν. καὶ γνῶσιν ποιοῦντες, καὶ διδόντες νοεῖν, δεῖσθαι τοῦ νοεῖν ποιοῦμεν. κἂν σὺν αὐτῷ τὸ νοεῖν ᾖ, περιττὸν ἔσται αὐτῷ τὸ νοεῖν. κινδυνεύει γὰρ ὅλως τὸ νοεῖν, πολλῶν εἰς αὐτὸ συνελθόντων, συναίσθησις εἶναι τοῦ ὅλου. ὅταν αὐτό τι ἑαυτὸ νοῇ. ὃ δὴ καὶ κυρίως ἐστὶ νοεῖν. ἓν δὲ ἕκαστον αὐτό τί ἐστι, καὶ οὐδὲν ζητεῖ. εἰ δὲ τοῦ ἔξω ἔσται ἡ νόησις, ἐνδεὲς τὲ ἔσται, καὶ οὐ κυρίως τὸ νοεῖν. τὸ δὲ πάντῃ ἁπλοῦν καὶ αὔταρκες B ὄντως, οὐδὲν δεῖται. τὸ δὲ δευτέρως αὔταρκες δεόμενον ἑαυτοῦ, τοῦτο δεῖται τοῦ νοεῖν ἑαυτό. καὶ τὸ ἐνδεὲς πρὸς αὐτὸ ὄν, τῷ ὅλῳ πεποίηκε τὸ αὔταρκες, ἱκανὸν ἐξ ἁπάντων γενόμενον, συνὸν ἑαυτῷ. καὶ εἰς αὐτὸ νοοῦν. ἐπεὶ καὶ ἡ συναίσθησις, πολλοῦ τινος αἴσθησίς ἐστι. καὶ μαρτυρεῖ καὶ τοὔνομα. καὶ ἡ νόησις προτέρα οὖσα, εἴσω εἰς αὐτὸν ἐπιστρέφει δηλονότι πο- C λὺν ὄντα. καὶ γὰρ ἐὰν αὐτὸ τοῦτο μόνον εἴπῃ ὂν εἰμὶ, ὡς ἐξευρὸν λέγει. καὶ εἰκότως λέγει. τὸ γὰρ ὂν, πολύ ἐστιν. ἐπεὶ ὅταν εἰς ἁπλοῦν ἐπιβάλῃ καὶ εἴπῃ ὂν εἰμὶ, οὐκ ἔτυχεν οὔτ' ἑαυτοῦ, οὔτε τοῦ ὄντος. οὐ γὰρ ὡς λίθον λέγει τὸ ὂν ὅταν ἀληθεύῃ. ἀλλ' οὐκ εἴρηκε μιᾷ ῥήσει πολλά. τὸ γὰρ εἶναι τοῦτο, ὅπερ ὄντως εἶναι, καὶ μὴ ἴχνος ἔχων τοῦ ὄντος λέγεται, ὃ οὐδὲ ὄν. διὰ τοῦτο λέ- D γοι ἄν, ὥσπερ εἰκὼν πρὸς ἀρχέτυπον πολλὰ ἔχει. τί οὖν; ἕκαστον αὐτῶν οὐ νοηθήσεται, ἢ ἔρημον καὶ μόνον ἐὰν ἐθελήσῃς λαβεῖν οὐ νοήσεις: ἀλλ' αὐτὸ τὸ εἶναι ἐν αὐτῷ πολύ ἐστι. κἂν ἄλλο τι εἴπῃς, ἔχει τὸ εἶναι. εἰ δὲ τοῦτο, εἴ τί ἐστιν ἁπλούστατον ἁπάντων, οὐχ ἕξει νόησιν αὐτοῦ. εἰ γὰρ ἕξει, οὔτ' οὖν αὐτὸ νοεῖν, οὔτε ἐστὶ νόησις αὐτοῦ.

A est, ipsum esse multum, dum ipsum inducimus cognoscendum, cognitionemq; tribuimus: nā quando damus intelligentiam, vt egeat intelligentia facimus: atq; si vnà cum ipso intelligentia sit, superuacuum erit sibi intelligentiam adhibere. Videtur enim omnino intelligētia esse consensus quidam totius, vbi multa concurrunt in vnum, quando aliquid intelligit semetipsum, quæ quidem propria præcipuaq; intelligentia est: quodlibet verò vnū ipsum aliquid B est, neq; quicquam quærit. Sin autem intelligentia ad externa porrigitur, indiga erit, neq; intelligentia principalis. Quod autem est omnino simplex, ac re vera sufficiens, nihilo indiget: quod verò secundo loco sufficiens est, sed sui ipsius egenum, hoc nimirum indiget intelligentia sui: atqui quod est ad seipsum indigēs, ipso toto reddit se sufficiēs, ex cunctis nactum sufficientiam, secum habitās, & in seipsum vergens intelligendo: quandoquidem & ipse con- C sensus multi alicuius est sensus, quod quidem nomen ipsum quoq; testatur. Tum intelligentia cum sit prior, ipsum intelligentem, vtpote multū, intus in se reflectit: etenim si hoc ipsum solum dicat, equidem sum ens, tanquam inueniens hoc ipsum dicit, dicitq; cōuenienter: ens namq; multum est. Nam & quando tanquam in aliquid simplex tendat, dicatq; sum ens, non consequitur vel seipsum, vel ens & verum. Nō enim tanquam lapidem dicit ens, quando verè D dicit, sed dictione vna multa pronuntiat. Hoc enim esse quod reuera est esse, neque tanquam vestigium entis habens appellatur, quale neq; est ens, ideoq; dici debet velut imago quædam ad exēplar, proculdubio in se multa cōplectitur. Quid ergo? num vnumquodq; ipsorū nequaquam intelligetur? Profectò si semotū atq; solum velis accipere, non intelliges, sed ipsum esse in seipso multum est. atq; si aliud quiddam præterea dixeris, habet esse. Quod si ita se habet, siquid est omniū simplicissimum, nō habet sui ipsius intelligentiā: si enim habeat, habebit quoq; quodammodo & alicubi esse. Neq; igitur ipsum intelligit, neq; vlla alicubi est ipsius intelligētia.

Quoniam intellectus non excludit multitudinem, quam excludit ipsum vnum, ideoq; vnum ipsum tanquam simplicius est eminentius intellectu, consequens est, vt per intellectum apprehendere & explicare ipsum minimè valeamus. *Cap. XIIII.*

Loquimur tamen de illo, vt Parmenides & Dionysius ait, per negationes atq; relationes. Ipsum enim habemus quodammodo, quatenus vnitatem quandam habemus mentis nostræ caput, vnitatis diuinæ characterem, qua tunc diuinam attingimus vnitatem, quando mente nostra formati sumus, perq; hanc mente diuina à nobis alienati, factiq; iam vates.

A ΠΩ͂Σ οὖν ἡμεῖς λέγομεν περὶ αὐτοῦ; ἢ λέγομέν τι περὶ αὐτοῦ, οὐ μὴν αὐτὸ λέγομεν. οὐδὲ γνῶσιν, οὐδὲ νόησιν ἔχομεν αὐτοῦ. πῶς οὖν λέγομεν περὶ αὐτοῦ, εἰ μὴ αὐτὸ ἔχομεν; ἢ εἰ μὴ ἔχομεν τῇ γνώσει, καὶ παντελῶς οὐκ ἔχομεν: ἀλλ' οὕτως ἔχομεν, ὡς περὶ αὐτοῦ μὲν λέγειν, αὐτὸ δὲ μὴ λέγειν. καὶ γὰρ λέγομεν, ὃ μή ἐστιν: ὃ δέ ἐστιν, οὐ λέγομεν. ὥστε ἐκ τῶν ὕστερον περὶ αὐτοῦ λέγομεν. ἔχειν δὲ οὐ κωλυόμεθα, κἂν μὴ λέγωμεν.

QVO igitur modo de illo nos dicimus? Certè de illo quidem aliquid dicimus, ipsum tamē minimè dicimus: neq; cognitionem, neq; intelligentiam illius habemus. Sed quonam pacto de illo loquimur, si non habemus illud? Quia & si non habemus illud cognitione, non tamen propterea nullo modo illud habemus: sed habemus ita, vt de eo quidē loq possimus, ipsum verò eloqui minimè valeamus. Quod enim nō est, pronuntiare solemus: quod aūt sit B nequaquā: quapropter ex posterioribus verba de illo facere consueuimus: habere tamē ipsum nihil ꝓhibet, quamuis explicare nō valeamus.

A Iam verò quemadmodum hi qui diuinitus afflantur, atq; rapiuntur, animaduertūt quidem se grandius aliquid in se habere, quamuis quid illud sit minimè nouerint. Ex quibus autem concitati sunt, etiam loquūtur, atq; ex his sensum quendam mouētis accipiunt, cum ipsi ab eo diuersi sint, qui concitauit: sic & ipsi ad illud nos habere videmur, quo quoties mentem puram adepti sumus, qua freti vaticinamur: hunc quidem esse intimum intellectum, qui autor est essentiæ, aliorumq; generis ordinisue eiusdem: B illum verò non esse hæc prorsus agnoscimus, sed prꝰstantius quiddam eo, quod ens appellemus, & amplius maiusq; hoc ipso quod ens nominamus: quoniā superior ille præstantior est sermone, ratione, mente, sensu: hæc quidem præbens, non tamen hæc existens.

A ἀλλ᾽ ὥσπερ οἱ ἐνθουσιῶντες καὶ κάτοχοι γενόμενοι, ἐπὶ τοσοῦτον κἂν εἰδεῖεν ὅτι ἔχουσι μεῖζον ἐν αὐτοῖς. κἂν μὴ εἰδῶσιν ὅτι ἐξ ὧν δὲ κεκίνηνται, καὶ λέγουσιν ἐκ τούτων αἴσθησίν τινα τοῦ κινήσαντος λαμβάνουσιν, ἑτέρων ὄντων τοῦ κινήσαντος. οὕτω καὶ ἡμεῖς κινδυνεύομεν ἔχειν πρὸς ἐκεῖνο, ὅταν νοῦν καθαρὸν ἔχομεν χρώμενοι, ὡς οὗτός ἐστιν ὁ ἔνδον νοῦς, ὁ δοὺς οὐσίαν καὶ τ᾽ ἄλλα ὅσα τούτου τοῦ στοίχου. B αὐτὸς δὲ οἷος ἄρα, ὡς οὐ ταῦτα, ἀλλά τι κρεῖττον τούτου, ὃ λέγομεν ὄν. ἀλλὰ καὶ πλέον καὶ μεῖζον ἢ λέγομεν ὄν, ὅτι καὶ αὐτὸς κρείττω λόγου καὶ νοῦ καὶ αἰσθήσεως παρεχων ταῦτα, οὐκ αὐτὸς ὢν ταῦτα.

Ens ipsum intelligens nascitur ab ipso vno, sicut lumen Soli proximum, à luce Solis intima. *Cap. XV.*

Verùm sicut à natura nec oculos habente, nec pedes, sed præstantius aliquid oculi generantur, atq; pedes, sic ab ipso vno non habente propriam essentiæ, vitæ, mentis, intelligentiæ formam, sed aliquid eminentius ista fiunt. Sed quomodo statim à simplicissimo multiplex? Quoniam quod ab ipsa vnitate creatur, est quidem aliquid, nec tamen est ipsa: vnitas est igitur multitudo quædam: est & vnū aliquid, sed minus vnum quàm ipsa, ergo multiplex. Habet illius aliquid, simulq; ab illa degenerās, multiplex iam euadit. Quicquid est post primum, est aliquo modo compositum, atq; tum ipsa sigillatim vnitate partium, tum mutua earundem vnione suum esse accipit, & conseruatur in eo. Ipsum ergo primum meritò est vnitas ipsa: nec vnitatis ipsius ratio atq; entis est eadem. Vnitati enim opponitur multitudo, enti verò non ens. Nec ratio entis superior est vnitate, alioqui vnitas participatione entis foret multiplex. Nec rursus entis ratio par est vnitati: alioqui ens non fieret vnum. Est igitur vnitas ente superior, imò verò est ipsa (vt ita dixerim) supremitas, atq; primitas: siquidem ratio vnitatis & simplicitatis est eadem. Quò verò simpliciora in quouis genere sunt, eò priora, atq; vicissim. Multitudo autem proximè nascens ex vnitate omnium æquè prima est & omniformis multitudo, & secum vnita quammaximè, ideo in qualibet eius forma cunctæ eiusdem formæ quodammodo comprehenduntur. Est igitur diuina mens vnum omnia: ab hac anima nascens, non tam est vnum omnia, quàm vnum multa. Non negat omnino Plotinus in primo esse omnia, sed esse ibi distincta scilicet rationibus absolutis: vnde rationibus relatiuis considerari illic distinctio potest. Sed in secundo distinctionem formarum ponit rationibus absolutis inter se differentium.

A SED quonā modo talia præbet? Nunquid habendo hæc, an potius nō habendo? Sed quæ non habet, quonā pacto præbuit? Sin verò habet, non est simplex. Si ergo nō habens hęc tradidit, quonam modo ex ipso multitudo profluxit? Vnum quidem ex ipso simplex effluere aliquis fortè concesserit, quamuis & hoc insuper inquiretur, quomodo id etiam ex eo quod omnino vnum est, veniat. Veruntamē licet dicere sic, id ex ipso profluere sicut ex lumine circa se emicat splēdor. B Sed quomodo multa sint ab eo, vltra quæretur: sed certè quod fit ab illo non debuit esse idem, atque illud. Si ergo non idem, & certè non melius. quid enim melius vno, vel omnino superius? ergo deterius illo, id autem est indigentius. Verùm quidnam est indigentius vno, nisi quod nō vnum? Hoc igitur est iam multa, desiderat tamen vnum: est igitur vnum multa. Ipsum nanq; vnum seruat omne quod non est vnum, idq; omne est, quicquid est per vnum. C Nisi enim fiat vnum quamuis sit ex multis, non potest aliquis id ens appellare: tametsi possit quodlibet singulatim quod est dicere, ex eo quod vnum sit vnumquodque, sitq; in se quodammodo idem. Quod autem in se multa non habet, iam non participatione vnius est vnum, sed ipsum vnum existit, neque de alio. Constat autem id ipsum esse, à quo habent & reliqua vnitatem, partim quidem propius, partim verò remotius. Quod verò hoc quidem illi proximum maximè in se idem sit, atq;

A ἈΛΛᾺ πῶς παρέχων; ἢ τῷ ἔχειν, ἢ μὴ ἔχειν; ἀλλ᾽ ἃ μὴ ἔχει, πῶς παρέσχεν; ἀλλ᾽ εἰ μὲν ἔχων, οὐχ ἁπλοῦς. εἰ δὲ μὴ ἔχων, πῶς ἐξ αὐτοῦ τὸ πλῆθος; ἓν μὲν γὰρ ἐξ αὐτοῦ ἁπλοῦν. τάχ᾽ ἄν τις δοίη. καί τοι τοῦτο ζητηθείη ἄν, πῶς ἐκ τοῦ πάντη ἑνός. ἀλλ᾽ ὅμως δὲ ἔστιν εἰπεῖν, οἷον ἐκ φωτὸς τὴν ἐξ αὐτοῦ περίλαμψιν. πῶς δὲ πολλά, ἢ οὐ ταὐτὸν B ἔμελλε τὸ ἐξ ἐκείνου ἐκείνῳ. εἰ οὖν μὴ ταὐτόν, οὐδέ γε βέλτιον. τί γὰρ ἂν τοῦ ἑνός, ἢ τὸ μὴ ἕν. πολλὰ ἄρα. ἐφιέμενον δὲ ὅμως τοῦ ἑνός. ἓν ἄρα πολλά. πᾶν γὰρ τὸ μὴ ἕν, τῷ ἓν σώζεται. καὶ ἔστιν ὅπερ ἐστὶ τούτῳ. μὴ γὰρ ἓν γενόμενον. κἂν ἐκ πολλῶν ᾖ, οὔπω ἐστὶν ὄν, εἴποι τις αὐτό. κἂν ἕκαστον λέγειν ἔχῃ τις, ὅ ἐστι τῷ ἓν ἕκαστον αὐτῶν εἶναι λέγει. καὶ τῷ αὐτῷ ἔτι. τὸ δὲ μὴ πολλὰ ἔχον ἐν ἑαυτῷ ἤδη οὐ μετουσίᾳ ἑνὸς ἕν. C ἀλλ᾽ αὐτὸ ἓν οὐ κατ᾽ ἄλλου, ἀλλ᾽ ὅτι τοῦτο. παρ᾽ οὗ πως καὶ τὰ ἄλλα. τὰ μὲν τῷ ἐγγύς, τὰ δὲ τῷ πόρρω.

ἐπεὶ δὲ τὸ μὲν ταὐτό, καὶ ὅτι μετ' αὐτό, δῆλον ποιεῖ τῷ τὸ πλῆθος αὐτοῦ ἓν πανταχοῦ εἶναι. καὶ γὰρ πλῆθος ὄν, ὅμως ἐν τῷ αὐτῷ. καὶ διακρίναι οὐκ ἂν ἔχοις, ὅτι ὁμοῦ πάντα. ἐπεὶ καὶ ἕκαστον τῶν ἐξ αὐτοῦ ἕως ζωῆς μετέχει, ἓν πολλά. ἀδυνατεῖ γὰρ δεῖξαι αὐτὸ ἓν πάντα. αὐτὸ δὲ ἐκεῖνο ἓν πάντα, ὅτι μεγάλη ἀρχή. ἀρχὴ γὰρ ἓν ὄντως καὶ ἀληθῶς ἕν. τὸ δὲ μετὰ τὴν ἀρχὴν ὧδέ πως ἐπιβρίσαντος τοῦ ἑνός, πάντα μετέχον τοῦ ἑνός. καὶ ὁτιοῦν αὐτοῦ, πάντα αὖ καὶ ἕν. τίνα οὖν πάντα, ἢ ὧν ἀρχὴ ἐκεῖνο. ὅπως δὲ ἐκεῖνο ἀρχὴ τῶν πάντων, ἆρα ὅτι αὐτὰ σώζει ἓν ἕκαστον αὐτῶν ποιήσασα εἶναι, ἢ καὶ ὅτι ὑπέστησεν αὐτά. πῶς δή, ἢ τῷ πρότερον ἔχειν αὐτά. ἀλλ' εἴρηται ὅτι πλῆθος οὕτως ἔσται. ἀλλ' ἆρα οὕτως εἶχεν, ὡς μὴ διακεκριμένα. τὰ δ' ἐν δευτέρῳ, διεκέκριτο τῷ λόγῳ. ἐνέργεια γὰρ ἤδη. τὸ δὲ δύναμις πάντων. ἀλλὰ τίς ὁ τρόπος τῆς δυνάμεως. οὐ γὰρ ὡς ἡ ὕλη δυνάμει λέγεται, ὅτι δέχεται. πάσχει γάρ. ἀλλ' οὕτως ἀντιτεταγμένως τῷ ποιεῖν. πῶς οὖν ποιεῖ, ἃ μὴ ἔχει. οὐ γὰρ ὡς ἔτυχε. μὴ δ' ἐνθυμηθεὶς ὃ ποιήσει, ποιήσει ὅμως. εἴρηται μὲν οὖν ὅτι εἴ τι ἐκ τοῦ ἑνός, ἄλλο δὴ παρ' αὐτό. ἄλλο δὲ ὄν, οὐχ ἕν. τοῦτο γὰρ ἦν ἐκεῖνο. εἰ δὲ μὴ ἕν, δύο δὲ ἀνάγκη ἤδη, καὶ πλῆθος εἶναι. καὶ γὰρ ἕτερον καὶ ταὐτὸν ἤδη. καὶ ποιὸν καὶ τὰ ἄλλα. καὶ ὅτι μὲν δὴ μὴ ἓν τὸ ἐκείνου, δεδειγμένον ἂν εἴη. ὅτι δὲ πλῆθος, καὶ πλῆθος τοιοῦτον οἷον ἐν τῷ μετ' αὐτὸ θεωρεῖται, ἀπορῆσαι ἄξιον: καὶ ἡ ἀνάγκη δὲ τοῦ μετ' αὐτό, ἔτι ζητητέα.

A atq; ſit poſt ipſum, patet propterea quòd multitudo huius vnũ aliquid eſt vbiq;. Cum enim multitudo ſit, in eodem tamen exiſtit, neq; diſcernere licet, quoniam cuncta ſimul exiſtunt: quinetiam quodlibet eorum quæ ſunt ab ipſo, quatenus vitæ participat, eſt vnum multa: non enim poteſt ſeipſum oſtendere velut vnũ omnia. Ipſum verò vnde hoc oritur, eſt vnum omnia: quoniã à magno principio ducitur. Principium nanq; eius eſt ipſum re ipſa vereq; vnũ. B Quod autẽ ex principio ſequitur, ita quodammodo prægnante exuberanteq; vno fit omnia, ſed interim particeps eſt vnius, & quicquid eſt in eo, eſt omnia rurſus & vnum. Quænam igitur omnia? nempe omnia quorũ illud eſt principium. Quomodo autẽ illud omnium principium eſt? Nunquid ex eo quòd vnũ ipſum illa conſeruat, dum videlicet efficit, vt quodlibet eorum ſit vnum? an etiam quia procreauit illa? ſed quomodo? nunquid ex eo quòd prius habeat C illa? Verùm dictum iam eſt, illud ita multa futurum: ſed profectò ſic habet omnia tanquam nondum inter ſe diſcreta. Quæ verò in ſecundo ſunt, ratione inter ſe diſcernũtur: actu enim iam cernuntur: illud autem omnium eſt poteſtas. Sed quiſnam potentiæ modus? Non enim ita eſſe in potẽtia dicitur vt materia, quia capiat: patitur nanq; quod ſuſcipit, atq; ita oppoſito modo ſe habet potẽtia ad id quod eſt efficiens. Quo igitur modo facit quæ non habet? D Non enim vtcunq; contigit, feciſſe putandum, neq; etiam ſecum animo reputans quid facturum ſit, mox ita facit. Dictum ergo iam eſt, ſi quid ex vno manat, aliud quiddam eſſe præter illud: aliud verò exiſtens, nõ eſt vnum. id enim erat illud. Si autem non vnum, duo igitur, neceſſarioq; iam multa: etenim in ſe iam habet alterum, atq; idem, & quale, & reliqua. Atqui quod inde pendet nõ eſſe vnum ipſum quod pertinet ad ſuperius, demonſtratum iam fortè videbitur. Quod autẽ multitudo ſit, multitudoq; talis qualis in ſequenti conſpicitur, adhuc eſt dubitandum: atq; neceſsitas ob quam ſequens ipſum inde procedat, eſt vlterius indaganda.

Quo præſtantior cauſa eſt, eo plura facit. Prima igitur efficit omnia: item in quouis genere primum eſt ſimpliciſsimum: omnium itaque primum ita ſimpliciſsimum eſt, vt non ſit certa quadam res ſimplex, ſed ipſa ſimplicitas.

Cap. XVI.

Item ſicut natura genitrix corporis non eſt corpus, ſic intellectus pater animæ, non eſt anima, ſic bonum intellectus ipſius pater, non eſt intellectus, nec intelligibilis mundus, ſed ſimplicius atq; ſublimius, ſimiliter excelſius ente. Entis enim proprietates ſunt ſtatus atq; motus: moueri autem appetitur non ſimpliciter, ſed ad bonum: ſtare quoq; non ſimpliciter, ſed in bono. In ipſo igitur ente ſtatus, motus, vita, intelligentia, non ſunt ipſum bonum, ſed aliquid baniforme, quatenus ad ipſum bonum vergunt, implentur eo: & in eodem ſummopere conquieſcunt.

ὍΤΙ μὲν οὖν δεῖ τι εἶναι τὸ μετὰ τὸ πρῶτον, ἀλλαχοῦ εἴρηται: καὶ ὅλως ὅτι δύναμίς ἐστι καὶ ἀμήχανος δύναμις. καὶ τοῦτο ὅτι ἐκ τῶν ἄλλων ἁπάντων πιστωτέον, ὅτι μηδέν ἐστι μηδὲ τῶν ἐσχάτων, ὃ μὴ δύναμιν εἰς τὸ γεννᾶν ἔχει. ἐκεῖνα δὲ νῦν λεκτέον. ὡς ἐπειδὴ ἐν τοῖς γεννωμένοις, οὐκ ἔστι πρὸς τὸ ἄνω, ἀλλὰ πρὸς τὸ κάτω χωρεῖν, καὶ μᾶλλον εἰς πλῆθος ἰέναι, καὶ ἡ ἀρχὴ ἑκάστων

A OPORTERE quidem aliquid eſſe poſt primum, alibi nobis eſt dictum, atque omnino poteſtatem eſſe, poteſtatem inquam inæſtimabilem, idq; ex alijs omnibus aſſeuerandum eſſe, quoniam nihil ſit vel inter infima, quod non habeat potentiam generandi. In præſentia verò dicendum eſt, inter illa quæ gignuntur non patere ad ſuperiora, ſed ad inferiora proceſſum: atque id quidem ita, vt in maiorem gradatim multitudinem procedaB tur, ideoq; principium ſingulorum ſit vbique

simplicius, idemq; in se manens, dum datur in A plura progressus. Quamobrem quod mūdū in sensibilem procreauit, non est sensibilis mundus, sed intellectus intelligibilisq; mūdus existit: ideoq; similiter quod est intelligibili mundo superius eiusq; origo, neq; intellectus est, neq; mundus intelligendus, sed simplicius intellectu, simplicius intelligibili mundo. Non enim multum fit ex multo, sed multum hoc ex non multo procedit. Si enim illud quoque sit multum, principium profectò nō erit, sed aliud B quiddam superius illo. Colligenda itaq; cuncta sunt ad ipsum quod verè sit vnū extra omnem numerum & quamlibet simplicitatem: si modò reuera sit simplex, & in eo tandem sistendus nobis est gradus. Cōsiderandum præterea qua ratione quod factum est ab illo, sit ratio multa iam atq; omnis, illud autem ratio non existat. Quod si ratio non sit, qua conditione ex nō ratione sit ratio? & quo pacto boniforme procedat ex bono, quidue illius habens, boniforme C dicatur? Nunquid igitur iccirco quandā boniformam habere censetur, propterea quòd habeat statum quendam secundū eadem, & similiter se habentem? Verùm quidnam hęc ad bonum conferunt? quippe cùm talem quendam habitum secundum eadē & similiter se habentem tunc demum cùm adsunt bona exigere soleamus: atq; prius exoptemus illud, à quo nūquam sit discedendum, propterea quòd sit bonum: sin verò non bonum, præstat inde disce- D dere. Num igitur id nobis velut bonum est exoptandum, scilicet eodem semper modo viuere in ipso bono sponte manendo? Si igitur hoc est menti potissimum exoptandum, scilicet ita viuere, nimirum nihil vltra requirit, & constat vtiq; propterea expeti habitum illum semper similiter se habentem, quoniam satis præsentia faciant. Sed omnibus iam huic præsentibus, viuere tanquam summū est expetendum: sic inquam præsentibus, vt ab ipso diuersa nōn sint. E Si igitur omnis huic adest vita, vita inquam vigens atq; perspicua, iam perfecta omnis in hoc anima & mens vniuersa, nihilq; ipsi vel vitæ, vel intelligentiæ deest. Est ergo sibi ipsi sufficiens, nihilq; vltra desiderat. Si autē nihil exigit, in se iam possidet, quod quidem nisi inesset prorsus appeteret. Habet igitur inseipso bonū, bonum inquam vel tale, qualē diximus vitam atq; mentem, vel aliud quiddā his contingens. Verùm si hoc sit ipsum bonum, nihil fanè his F superius erit: sin verò est super hæc ipsum bonum, profectò huic erit bonum, vita vergens ad illud, & illi prorsus innitens, indeq; substantiam possidens, & ad illud sese prorsus intendens: illud namque eius principium est. Oportet itaque illud vita menteque præstantius esse: nam ita demum ad ipsum conuertetur vita in mente vigens, vtpote quæ imitatio quædam sit ipsius quod extat in illo, secundum quod viuit & sequens. Conuertetur & huius intelligentia tanquam imitatio quædam eius quod existit in illo, quicquid hoc ipsum deniq; sit.

A ἁπλουστέρα ἡ αὐτή. κόσμον τοίνυν τὸ ποιῆσαν αἰσθητὸν, οὐκ ἂν εἴη κόσμος αἰσθητὸς αὐτὸ· ἀλλὰ νοῦς, καὶ κόσμος νοητός. καὶ τὸ πρὸ τούτου τοίνυν τὸ γεννῆσαν αὐτὸ, οὔτε νοῦς οὔτε κόσμος νοητός. ἁπλούστερον δὲ νοῦ, καὶ ἁπλούστερον κόσμου νοητοῦ. οὐ γὰρ ἐκ πολλοῦ, πολύ. ἀλλὰ τὸ πολὺ τοῦτο ἐξ οὐ πολλοῦ. εἰ γὰρ καὶ αὐτὸ πολὺ, οὐκ ἀρχὴ τοῦτο, ἀλλ' ἄλλο πρὸ B τούτου. συστῆναι οὖν δεῖ εἰς ἓν ὄντως. παντὸς πλήθους ἔξω καὶ ἁπλότητος ἡστινοσοῦν. εἴπερ ὄντως ἁπλοῦν. ἀλλὰ πῶς τὸ γενόμενον ἐξ αὐτοῦ, λόγος πολὺς καὶ πᾶς. τὸ δὲ ἦν δηλονότι οὐ λόγος. εἰ δὲ μὴ τοῦτο ἦν, πῶς οὖν ἐκ λόγου λόγος. καὶ πῶς τὸ ἀγαθοειδὲς ἐξ ἀγαθοῦ. τί γὰρ ἔχον ἑαυτοῦ, ἀγαθοειδὲς λέγεται. ἆρ' ἔχον τὸ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως; καὶ τί ταῦτα πρὸς C τὸ ἀγαθόν; τὸ γὰρ ὡσαύτως ζητοῦμεν ὂν τῶν ἀγαθῶν, ἢ πρότερον ἐκεῖνο οὗ μὴ ἐξίστασθαι δεήσει, ὅτι ἀγαθόν. εἰ δὲ μὴ, βέλτιον ἀποστῆναι. ἆρ' οὖν τὸ ζῆν ὡσαύτως μένοντα ἐπὶ τούτου ἑκουσίως; εἰ οὖν ἀγαπητὸν τούτῳ τὸ ζῆν, δηλονότι οὐδὲν ζητεῖ. ἔοικε τοίνυν διὰ τοῦτο τὸ ὡσαύτως, ὅτι ἀρκεῖ τὰ παρόντα. ἀλλὰ πάντων ἤδη παρόντων τούτῳ, ἀγα- D πητὸν τὸ ζῆν. καὶ δὴ οὕτω παρόντων, οὐχ ὡς ἄλλων ὄντων αὐτοῦ. εἰ δ' ἡ πᾶσα ζωὴ τούτῳ, καὶ ζωὴ ἐναργὴς, καὶ τελεία πᾶσα, ἐν τούτῳ ψυχὴ καὶ πᾶς νοῦς. καὶ οὐδὲν αὐτῷ, οὔτε ζωῆς, οὔτε νοῦ ἀποστατεῖ. αὐτάρκης οὖν ἑαυτῷ, καὶ οὐδὲν ζητεῖ. εἰ δὲ μηδὲν ζητεῖ, ἔχει ἑαυτῷ, ὃ ἐζήτησεν ἂν, εἰ μὴ παρῆν. ἔχει οὖν ἐν ἑαυτῷ τὸ ἀγαθόν. ἢ τοιοῦτον ὂν, ὃ δὴ ζωὴν καὶ νοῦν εἴπομεν. ἢ ἄλλό τι συμβεβηκὸς τού- E τοις. ἀλλ' εἰ τοῦτο τὸ ἀγαθὸν, οὐδὲν ἂν εἴη ἐπέκεινα τούτων. εἰ δὲ ἔστιν ἐκεῖνο, δηλονότι ζωὴ πρὸς ἐκεῖνο, τούτῳ ἐξημμένη ἐκείνου. καὶ τὴν ὑπόστασιν ἔχουσα ἐξ ἐκείνου, καὶ πρὸς ἐκεῖνο ζῶσα. ἐκεῖνο γὰρ αὐτοῦ ἀρχή. δεῖ τοίνυν ἐκεῖνο ζωῆς εἶναι κρεῖττον καὶ νοῦ. οὕτω γὰρ ἐπιστρέψει πρὸς ἐκεῖνο, καὶ τὴν ζωὴν τὴν ἐν αὐτῷ, μίμημά τι τοῦ ἐν ἐκείνῳ ὄντος, F καθ' ὃ τοῦτο ζῇ. καὶ τὸν νοῦν τὸν ἐν τούτῳ, μίμημά τι τοῦ ἐν ἐκείνῳ ὄντος, ὅτι δήποτέ ἐστι τοῦτο.

Nec essentia perfecta est, nisi in vita, nec vita perfecta nisi in intellectu, nec intellectus perfectus nisi in ipsa verorum omnium multitudine dependente, videlicet ab ipso bono. *Cap. XVII.*

Intellectus igitur multis indiget, vt sit absolutus: et vbi est absolutus est multiplex. igitur depēdet à supiore quodam

dam per se sufficiente, atq; simplicißimo. Nec esse simpliciter appetitur, sed bene esse, nec viuere quomodocunq;, sed bene: nec intelligere quomodolibet, sed bene, & bona, & ita, vt tibi sit profuturum: nec verum simpliciter exoptamus: non enim veram febrem, sed verum bonum. Ipsum ergo bonum horum omnium finis est, atq; principium. Finis vitæ nostræ est ipsum bonum videre per ipsum: sed quoniam hoc est stabilißimum atq; simplicißimum, nec rationis discursu attingimus, nec actione intelligentiæ componente vel discernente, sed intuitu quodam subito, atq; simplici. Huius autem fruitionis signum nobis est, quando præter solitum & nullo consueto ingenij machinamento influit nobis subitò lumen, id est claritas læta, quæ est splendor quidam claritatis in seipsa consistentis, quæ est ipse Deus. Influit autem quando illi dediti ipsius gratia auferimus omnia, id est inclinationes circa omnia ab appetitu, imagines à phantasia, discursiones à ratione, intellectuales species, & compositiones, & discretiones ab intellectu. De his satis & Plato & nos in magna Platonis epistola.

ΤΙ' οὖν ἐστι κρεῖττον, ζωῆς ἐμφρονεστάτης, καὶ ἀπταίστου, καὶ ἀναμαρτήτου; καὶ νοῦ πάντα ἔχοντος. καὶ ζωῆς πάσης. καὶ νοῦ παντός. ἐὰν οὖν λέγωμεν τὸ ποιῆσαν ταῦτα. καὶ πῶς ποιῆσαν, καὶ μὴ φανῇ τι κρεῖττον, οὐκ ἄπεισιν ὁ λογισμὸς ἐπ' ἄλλο. ἀλλὰ στήσεται αὐτοῦ. ἀλλὰ δεῖ ἀναβῆναι, διά γε ἄλλα πολλά, καὶ ὅτι τούτῳ τὸ αὔταρκες, ἐκ πάντων ἔξω ἐστίν. ἕκαστον γὰρ αὐτῶν δηλονότι, ἐνδεές. καὶ ὅτι ἕκαστον, τοῦ αὐτοῦ ἑνὸς μετείληφε. καὶ μετέχει ἑνός. οὐκ αὐτό, ἕν. τί οὖν τὸ οὗ μετέχει, ὃ ποιεῖ αὐτὸ καὶ εἶναι. καὶ ὁμοῦ τὰ πάντα. ἀλλ' εἰ ποιεῖ ἕκαστον εἶναι, καὶ τῇ ἑνὸς παρουσίᾳ αὔταρκες τὸ πλῆθος αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς δηλονότι ποιητικὸν οὐσίας, καὶ αὐταρκείας, ἐκεῖνο αὐτὸ οὐκ ὂν οὐσία. ἀλλ' ἐπέκεινα ταύτης, καὶ ἐπέκεινα αὐταρκείας. ἀρκεῖ οὖν ταῦτα λέγοντας ἀπαλλαχθῆναι. ἢ ἔτι ἡ ψυχὴ ὠδίνει. καὶ μᾶλλον. ἴσως οὖν χρὴ αὐτὴν ἤδη γεννῆσαι, ἀΐξασαν πρὸς αὐτό, πληρωθεῖσαν ὠδίνων. οὐ μήν, ἀλλὰ πάλιν ἐπαστέον ἔποθέν τινα πρὸς τὴν ὠδῖνα ἐπῳδὴν εὕροιμεν. τάχα δὲ καὶ ἐκ τῶν ἤδη λεχθέντων, εἰ πολλάκις τις ἐπᾴδοι γίνοιτο. τίς οὖν ὥσπερ καινὴ ἐπῳδὴ ἄλλη. ἐπιθέουσα γὰρ πᾶσι τοῖς ἀληθέσι, καὶ ὧν μετέχομεν ἀληθῶν, ὅμως εἰσφεύγει εἴ τις βούλοιτο εἰπεῖν καὶ διανοηθῆναι. ἐπείπερ δεῖ τὴν διάνοιαν ἵνα τι εἴπῃ, ἄλλο καὶ ἄλλο λαβεῖν. οὕτω γὰρ καὶ διέξοδος. ἐν δὲ πάντῃ ἁπλῷ διέξοδος τίς ἐστιν. ἀλλ' ἀρκεῖ κἂν νοερῶς ἐφάψασθαι. ἐφαψάμενον δὲ ὅτε ἐφάπτεται, πάντῃ μηδέν. μήτε δύνασθαι. μήτε σχολὴν ἄγειν λέγειν. ὕστερον δέ, περὶ αὐτοῦ συλλογίζεσθαι. τότε δὲ χρὴ ἑωρακέναι πιστεύειν, ὅταν ἡ ψυχὴ ἐξαίφνης φῶς λάβῃ. τοῦτο γὰρ τοῦτο τὸ φῶς, παρ' αὐτοῦ καὶ αὐτός. καὶ τότε χρὴ νομίζειν παρεῖναι, ὅταν ὥσπερ θεὸς ἄλλος ὅταν εἰς οἶκον καλοῦντός τινος ἐλθὼν φωτίσῃ. ἢ μηδ' ἐλθὼν οὐκ ἐφώτισεν. οὕτω τοι καὶ ψυχὴ ἀφώτιστος, ἄθεος ἐκείνου. φωτισθεῖσα δέ, ἔχει ὃ ἐζήτει. καὶ τοῦτο τὸ τέλος τἀληθινὸν ψυχῇ, ἐφάψασθαι φωτὸς ἐκείνου,

A QVID'NAM igitur melius est vita sapiētissima, quæ labi, quæ errare non potest? quid melius intellectu omnia cōplectente? & quid melius tota vita totaq; mente? Si respondeamus id melius esse quod hæc effecit, & quomodo fecit, quódue nihilo ipso præstantius nobis occurrat, nō procedet ad aliud rationis nostræ discursio, sed reuoluetur ibidem. Veruntamen altius nobis progrediendum est, tum ob alia multa, tum etiā quia sufficiētia huic ex cunctis B accumulata pendet extrinsecus, vbi profectò vnumquodq; in se est indigum: tum etiā quia vnumquodq; eiusdem vnius est particeps, participatq; vnius, vtpote quod nō sit ipsum vnū. Quidnam igitur illud est, cuius hoc est particeps? quod quidem efficit, vt hoc sit simulq; sit cuncta. At enim si facit vt vnumquodque sit, vniusq; præsentia multitudo loquentis huius euadit sufficiēs, ipsum videlicet est origo essentiæ omnis atq; sufficientiæ: ipsum inquam es- C sentia non existens, sed & hac sufficientia ipsa superius. Dic agè, num satis hæc nobis faciant, liceatq; iam quæstionibus finē imponere? An potius animus adhuc nobis quasi parturiens vltra vexetur? Et certè nunc vehementius stimulatur. Forsan igitur oportet animū iam nostrum parare ad ipsum ardentius concitatum, multisq; quasi parturientis doloribus agitatū. Veruntamen nonnullis iterū quasi magorum carminibus pręstat opitulari, si quē modò can- D tu inueniamus huic partui conferentem. Forsan verò ex his quæ dicta sunt si quis incantet sæpius, id deniq; consequemur. Sed quisnam alius quasi nouus est cantus? Nēpe cantus ipse supergrediens omnia vera, quorū ipsi participes sumus, aufugit protinus, si quis dicere excogitareq; velit: siquidem necesse est cogitationem, vt aliquid dicat, aliud interim aliudq; assumere: vbi certè in quadam discursione versatur. At in eo quod simplex est omnino, nullus E potest esse discursus: sufficit autem modo quodam intellectuali illud attingere. Oportetq; attingentem ipsum dum attingit, omnino neq; posse quicquam loqui, neq; ocium habere dicendi, sed posterius de ipso ratiocinari. Credēdum verò est tūc demū nos vidisse illud, quando animus repentè lumen acceperit. Hoc enim hoc inquam lumē ab ipso bono manat, hoc est ipsum bonū. Tunc certè putandū est id nobis adesse, quando tanquā Deus alius inuocāte aliquo, domum intrans prorsus illuminat: alioquin nisi intrauerit, non illuminat. Sic itaq; anima vacua lumine est, & vacua Deo: illuminata verò, habet iam tota quod mente petebat. Hic certè, hic finis est animo verus, lumen scilicet illius accipere, & ipsum ipso perspicere, non alterius

inquá lumine contueri, sed per ipsummet aspicere, quod & suspicit. Per quod enim illuminatus est, id ipsum est nobis perspiciendum. Neq; enim Solem per lumen alienum intueri solemus. Verùm si quæras, qua id ratione consequi possis, omnia prorsus è medio tolle. A

A καὶ αὐτῷ αὐτὸ θεάσασθαι. οὐκ ἄλλου φωτὶ, ἀλλ' αὐτὸ δι' οὗ καὶ ὁρᾷ. δι' οὗ γὰρ ἐφωτίσθη, τοῦτο ἐστὶν ὃ δεῖ θεάσασθαι. οὐδὲ γὰρ ἥλιον διὰ φωτὸς ἄλλου. πῶς ἂν οὖν τοῦτο γένοιτο, ἄφελε πάντα.

ΠΛΩΤΙΝΟΥ

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Ε,

ΛΟΓΟΣ Δ.

PLOTINI

ENNEAD. QVINTAE,

LIBER IIII.

Πῶς ἀπὸ τοῦ πρώτου τὸ μετὰ τὸ πρῶτον, καὶ περὶ τοῦ ἑνός.

Quomodo quod est post primum, fiat à primo, atq; de vno.

Res in vniuerso inter se diuersæ concordiam, ordinem, vnionem inuicem non haberent, nisi omnes proficiscerentur ab vno. *Cap. I.*

Quod quidem tandem non sit vnum hoc aut illud, sed ipsum simpliciter vnum. Quod rursus propter ipsam summam simplicitatem habet vt sit primum sufficientissimum potentissimum. Est autem ipsa omnium potestas, per quam cætera sunt potentia ad agendum, quæ quo potentiora, eo plura faciunt. Vnde apparet ipsam potestatem primam omnia facere, habere imperium omnium vbiq; latissimum, esse omnibus omnium præsentissimam.

A QVICQVID præter primum est, necessariū est ab ipso primo pendere, atq; id quidē vel proximè, vel saltem per media quędam: esseq; ordinem secundorum quorundam & tertiorum. Vbi certè quod secundum est, reducatur ad primum: quod verò tertium, ad secundum. Oportet enim aliquid super omnia esse, idque simplex omnino diuersumq; ab B omnibus in seipso consistens, neq; mistum sequentibus, rursusq; alio quodam pacto, cæteris facillimè præsens. Quod & verè sit vnū, non ita quidem vt alterum quiddam primò in se sit, deinde sit & vnum: sic enim de hoc vnum falsò prædicaretur. Id ipsum præterea neque sermo siue ratio, neque scientia vlla prorsus attingit: quod etiam essentia superius iudicatur. Nisi enim omnino sit simplex ab omni prorsus cōcursione & compositione semotum, penitusq; C vnum, principium esse nō poterit: quippe cum ob ipsam summam dūtaxat simplicitatem sufficientissimam esse queat, omniumq; primum: nempe & quod non est primū indiget eo, quod est ante ipsum: & quod non est simplex, his indiget, quæ in ipso simplicia sunt, vt ex eis cōstituatur. Iam verò quod tale censetur, vnum tantū esse vnicumq; oportet. Si enim aliud quiddā esse dicatur eiusmodi, ambo erunt penitus vnum: non enim duo hæc esse duo quædam corpora dicimus,

A ΕἼΤΙ ἐστὶ μετὰ τὸ πρῶτον, ἀνάγκη ἐξ ἐκείνου εἶναι, ἢ εὐθὺς, ἢ τὴν ἀναγωγὴν ἐπ' ἐκεῖνο διὰ τῶν μεταξὺ ἔχειν: καὶ τάξιν εἶναι, δευτέρων καὶ τρίτων. τοῦ μὲν ἐπὶ τὸ πρῶτον τοῦ δευτέρου ἀναγομένου, τοῦ δὲ τρίτου ἐπὶ B τὸ δεύτερον. δεῖ μὲν γάρ τι πρὸ πάντων εἶναι ἁπλοῦν τοῦτο, καὶ πάντων ἕτερον τῶν μετ' αὐτό. ἐφ' ἑαυτοῦ ὂν, οὐ μεμιγμένον τοῖς ἀπ' αὐτοῦ. καὶ πάλιν ἕτερον τρόπον, τοῖς ἄλλοις παρεῖναι δυνάμενον. ὂν ὄντως ἓν. οὐχ ἕτερον ὂν, εἶτα ἕν. καθ' οὗ ψεῦδος καὶ τὸ ἓν εἶναι. οὗ μὴ λόγος, μὴ δὲ ἐπιστήμη. ὃ δὴ καὶ ἐπέκεινα λέγεται εἶναι οὐσίας. εἰ γὰρ μὴ ἁπλοῦν ἔσται συμβάσεως ἔξω πάσης, καὶ πάσης συνθέσεως, καὶ C ὄντως ἓν, οὐκ ἂν ἀρχὴ εἴη. αὐταρκέστατόν τε τῷ ἁπλοῦν εἶναι, καὶ πρῶτον ἁπάντων. τὸ γὰρ τὸ μὴ πρῶτον, ἐνδεὲς τοῦ πρὸ αὐτοῦ. τὸ, τε μὴ ἁπλοῦν, τῶν ἐν αὐτῷ ἁπλῶν δεόμενον, ἵν' ᾖ ἐξ ἐκείνων. τὸ δὴ τοιοῦτον, ἓν μόνον δεῖ εἶναι. ἄλλο γὰρ εἰ εἴη τοιοῦτον, ἓν ἂν εἴη τὰ ἄμφω. οὐ γὰρ δὲ σώματα λέγομεν

δύο, ἢ τὸ ἐν πρώτῳ σῶμα. οὐδὲν γὰρ ἁπλοῦν σῶμα, γινόμενόν τε τὸ σῶμα, ἀλλ' οὐκ ἀρχή. ἡ δὲ ἀρχὴ ἀγέννητος. μὴ σωματικὴ δὲ οὖσα, ἀλλ' ὄντως μία, ἐκεῖνο ἂν εἴη τὸ πρῶτον. εἰ ἄρα ἕτερόν τι μετὰ τὸ πρῶτον εἴη, οὐκ ἂν ἔτι ἁπλοῦν εἴη. ἓν ἄρα πολλὰ ἔσται. πόθεν οὖν τοῦτο, ἀπὸ τοῦ πρώτου. οὐ γὰρ δὴ κατὰ συντυχίαν. οὐδ' ἂν ἔτι ἐκεῖνο πάντων ἀρχή. πῶς οὖν ἀπὸ τοῦ πρώτου. B εἰ τέλεόν ἐστι τὸ πρῶτον, καὶ πάντων τελεώτατον, καὶ δύναμις ἡ πρώτη, δεῖ πάντων τῶν ὄντων δυνατώτατον εἶναι. καὶ τὰς ἄλλας δυνάμεις καθόσον δύνανται μιμεῖσθαι ἐκεῖνο. ὅτι δ' ἂν τῶν ἄλλων εἰς τελείωσιν ἴῃ, ὁρῶμεν γεννῶν καὶ οὐκ ἀνεχόμενον ἐφ' ἑαυτοῦ μένειν, ἀλλ' ἕτερον ποιοῦν. οὐ μόνον [* ἢ, τι] * ὅτι ἂν προαίρεσιν ἔχῃ, ἀλλὰ καὶ ὅσα φύει ἄνευ προαιρέσεως. καὶ τὰ ἄψυχα δὲ μεταδιδόντα C ἑαυτῶν, καθόσον δύνανται. οἷον τὸ πῦρ θερμαίνει, καὶ ψύχει ἡ χιών. καὶ τὰ φάρμακα δὲ, εἰς ἄλλο ἐργάζεται. οἷον αὐτὰ πάντα, τὴν ἀρχὴν κατὰ δύναμιν ἀπομιμούμενα, εἰς ἀϊδιότητά τε, καὶ ἀγαθότητα. πῶς οὖν τὸ τελεώτατον καὶ τὸ πρῶτον ἀγαθὸν, ἐν αὐτῷ σταίη. ὥσπερ φθονῆσαν ἑαυτοῦ ἢ ἀδυνατῆσαν, ἡ πάντων δύναμις. πῶς δ' ἂν ἔτι ἀρχὴ εἴη. δεῖ μή τι καὶ ἀπ' αὐτοῦ γενέσθαι, εἴπερ D ἔσται τι. καὶ τῶν ἄλλων παρ' αὐτοῦ γε ὑποστάντων. ὅτι μὲν γὰρ ἀπ' αὐτοῦ, ἀνάγκη. δεῖ δὴ καὶ τιμιώτατον εἶναι τὸ γεννῶν τὰ ἐφεξῆς. δεῖ δὴ καὶ τιμιώτατον εἶναι τὸ γεννώμενον, καὶ δεύτερον ἐκείνου, τῶν ἄλλων ἄμεινον εἶναι.

A dicimus, vel ipsum vnum primum esse corpus: siquidem nullum corpus est simplex. Item corpus omne fit, ideoq; principium esse nõ potest, quippe cum principium sit ingenitum: cũ igitur principiũ corporeum esse nequeat, sed verè sit vnum atq; vnicum, nimirũ illud ipsum existit primum. Siquid igitur aliud quiddam sit præter primum, nequaquam erit simplex: erit igitur vnum multa. Vndenam igitur hoc pendet? profectò pendet à primo. Non enim talia B fortuita quadam forte cõtingunt, atq; concurrunt: neq; sic quidem illud omnium esset principium. Quonam igitur pacto omne aliud fit à primo? Profectò si primũ est perfectum & omnium perfectissimum, primaq; potestas, oportet esse rerum omnium potentissimum, cæterasq; potentias quatenus possunt, illud pro viribus imitari. Quicquid autem ex alijs ad perfectionem suam peruenit, cõpertum habemus, C iam aliquid generare, neq; posse in seipso sterile conquiescere, sed aliud ex se quicquam facere. Neq; id solùm in his quæ electione quadam agunt, exploratum habemus, verùm etiã quæcunq; absq; electione nascuntur & gignunt: & quæ carẽt anima, ex suis nõnihil cæteris quoq; tradere quoad possunt. Sic & ignis calefacit, sic & nix similiter frigefacit. Pharmaca etiã veneficiaq; in aliud agunt ad naturæ suæ similitudinem. Sic omnia deniq; primum principiũ imitantur ad perpetuitatẽ bonitatemq; complen- D dam. Cùm igitur sic natura comparatum sit, quanam ratione credendũ est, ipsum omnium perfectissimum atq; primum bonum, in seipso tantum se quasi per inuidiã detinere? Aut fortè seipsum propagare non posse, quòd ipsa potestas omnium esse reuera censetur. Deniq; si nihil procedat ab illo, non poterit esse principium. Quamobrem oportet aliquid ab ipso fieri, si modò sit aliquid præter ipsum, fiatq; quicquam ab eis, quæ ab ipso fiunt. Quòd enim quædam ab eo proxima sint, necessitas ipsa demonstrat: tum verò necessarium est, quod reliqua gignit, esse sequentium præstantissimum. Præterea quod proximè inde gignitur, secundunq; obtinet locum, cæteris esse præstantius.

Intellectus dependet ab intelligibili fermè, sicut visus à visibili, ideo non est primum. *Cap. II.*

Tangit hic duplex intelligibile: vnum coniungatum cum intellectu, alterum verò superius. Considera in oculo animalis die nocteq; per se videntis, substantiam oculi valde lucidam, & ab ea virtutem videndi pendentem, quæ per se informis quidem est, formatur autem à substantia lucida coniugata sibi. Talem cogita intellectum etiã primum, etiam vbi se conspicit, perinde ac si oculus quidam lucidissimus digito quodammodo pressus seipsum intueatur. Iam verò in intellectu primo sua ipsa substantialis vnitas est ipsum intelligibile suum, vnde pendet intelligendi virtus ad ipsum conuersa, & inde formata. Virtus eiusmodi vnà cum conuersione est indefinita duitas: sed definita per suum intelligibile euadit intellectus in actu & omniformis idea. Hinc quoq; conuertitur per suam vnitatem ad ipsum simpliciter vnum: quod etiam intelligibile præstantius nominatur. quod Plotinus hic non omnino priuat cognitione, sed intellectuali duntaxat.

A ΕἸ ΜῈΝ οὖν αὐτὸ νοῦς ἦν τὸ γεννῶν, νοῦ ἐνδεέστερον, προσεχέστερον δὲ νῷ, καὶ ὅμοιον δεῖ εἶναι. ἐπεὶ δὲ ἐπέκεινα νοῦ τὸ γεννῶν, νοῦν εἶναι ἀνάγκη. διατί δὲ οὐ νοῦς, οὗ ἡ ἐνέργειά ἐστιν νόησις· νόησις δὲ τὸ νοητὸν ὁρῶσα, καὶ πρὸς τοῦτο ἐπιστραφεῖσα, καὶ ἀπ' ἐκείνου οἷον ἀποτελουμένη,

A SI igitur qui generat ipse intellectus esset, oporteret sanè quod inde primò gignitur esse inferius intellectu, propinquius tamen atque similius. At quoniã quod primò gignit est intellectu superius, iccirco quod primò gignitur necessariò est intellectus. Sed curnam primus ille genitor non est intellectus? quoniam intellectus ipsius actio intelligẽtia est, intelligentia inquam spectans intelligibile ad ipsumque conuersa, & ab eo velut definita atque consummata,

A ſuapte quidem natura indefinita tanquam viſus, ſed ab intelligibili definita. Quamobrem ſicut traditum eſt, ex indefinita duitate atque vno ſpecies numeriq; gignuntur. Id autem eſt intellectus, itaque non ſimplex eſt, ſed multiplex, compoſitionem quandam præſeferens, quamuis intelligibilem, multaq; iam conſpiciens. Iam verò & ipſe eſt rurſus intelligibile, ſed & intelligens: ideoq; iã eſt duo. Eſt & aliud præter hoc rurſus intelligibile: ſed quonam pacto ab intelligibili intellectus hic dependet? B Nempe intelligibile in ſeipſo conſiſtens neque ſic egenum ſicut eſſe ſolet, quod videt atque intelligit: egenum inquam, quod intelligit, quantum ad intelligibile ſpectat: illud inquam in ſe quieſcens non eſt quaſi ſenſu vacuum, ſed ſunt ipſius omnia, & in eo, & vnà cum eo ſui ipſius omnino diſcernendi compos. Item vita in ſe ipſo cunctaq; in eo, atque animaduerſio ſui ipſummet exiſtit, tanquam cum quodam ſenſu ſuiq; conſenſu in ſtatu perpetuo, & intelligen- C tia quadam aliter ſe habente, quàm intellectus ipſius intelligentia. Si quid igitur illo in ſe manente gignitur, id prorſus generatur ab illo, quando illud potiſsimum id ipſum quod eſt, exiſtit. Manente itaque illo in habitu proprio, ex ipſo quidem quod oritur generatur. manente inquam gignitur. Quoniam igitur illud intelligibile permanet, ideo quod fit, euadit intelligentia. Proinde quum intelligentia fit, idq; à quo generatur intelligat, neque enim habet D aliud, nimirum fit intellectus tanquam intelligibile aliud, taleq; quale illud exiſtit, imitatio quædam & illius imago. Sed quonam modo fit illo manente? Actus ſanè alter quidem eſt eſſentiæ, alter autem ex ipſa vniuſcuiuſq; eſſentia pendens, & qui eſſentiæ ipſius actus eſt, ita ſe habet, vt vnumquodq; tale ipſum ipſe actus exiſtat. Actus autem ab eſſentia manans ille eſt, quem neceſſarium eſt ex vnoquoq; ſequi differentem ab illo, à quo effluxit: quemadmodum E & in igne, altera quidem caliditas eſt ignis eſſentiam complectens, altera verò ab ipſa procedens, exercente interim igne calorem eſſentiæ inſitum, quatenus permanet ignis. Sic ergo illic multoq; prius, manente quidem illo in habitu proprio ex ipſa ſibi inſita perfectione & comitante intrinſecus actu, prodit actus genitus accipiens ſubſiſtentiam, vt pote qui ex ingenti naſcitur poteſtate: nempe ex poteſtate potentiarũ omniũ maxima in eſſe eſſentiamq; F proceſsit. Illud namq; ſuperius eſt quàm eſſentia, omniumq; poteſtas exiſtit. hoc autem iam eſt omnia. Si autem hoc eſt omnia, nimirum illud eſt ſuper omnia: igitur & ſuper eſſentiam extat. Atqui ſi hoc inquam eſt omnia, ante omnia verò exiſtit vnum, non æqualem vnà cum omnibus admittens conditionem, hac quoque ratione neceſſarium eſt illud eſſentia ſuperius eſſe, id eſt, mẽte ſuperius. aliquid igitur eſt antiquius intellectu. Ipſum nanq; ens non eſt quaſi G quiddã mortuum: neq; velut vita intelligẽtiaq; orbatum, ideoq; intellectus & ens eſt idem: neq; enim ſicut ſenſus ſe habet ad ſenſibilia, tanquam ad præcedentia quædam, ſic ſe habet ad res ipſas intelligendas intellectus tanquam ſimiliter præcedẽtes: imò verò ipſe intellectus ipſe res exiſtit, ſiqui-

A καὶ τελειουμένη, ἀόριστος μὲν αὐτὴ ὥσπερ ὄψις, ὁριζομένη δὲ ὑπὸ τοῦ νοητοῦ. διὸ καὶ εἴρηται ἐκ τῆς ἀορίστου δυάδος, καὶ τοῦ ἑνὸς τὰ εἴδη, καὶ οἱ ἀριθμοί. τοῦτο γὰρ ὁ νοῦς. διὸ οὐχ ἁπλοῦς, ἀλλὰ πολλά. σύνθεσίν τε ἐμφαίνων, νοητὴν μέν τοι, καὶ πολλὰ ὁρῶν * ἤδη. ἔστι μὲν οὖν καὶ αὐτὸς νοητόν. ἀλλὰ καὶ νοῶν. διὸ δύο * ἤδη. ἔστι δὲ καὶ ἄλλο, τὸ μετ' αὐτὸ B νοητόν. ἀλλὰ πῶς ἀπὸ τοῦ νοητοῦ ὁ νοῦς οὗτος. τὸ νοητὸν ἐφ' ἑαυτοῦ μένον, καὶ οὐκ ὂν ἐνδεὲς, ὥσπερ τὸ ὁρῶν καὶ τὸ νοοῦν. ἐνδεὲς δὲ λέγω τὸ νοοῦν, ὡς πρὸς ἐκεῖνο. οὐκ ἔστιν οἷον ἀναίσθητον. ἀλλ' ἔστιν αὐτοῦ πάντα, ἐν αὐτῷ καὶ σὺν αὐτῷ, πάντη διακριτικὸν ἑαυτοῦ, ζωὴ ἐν αὐτῷ. καὶ πάντα ἐν αὐτῷ. καὶ ἡ κατανόησις αὐτοῦ αὐτὸ. οἷον εἰ συναισθήσει οὖσα, ἐν στάσει ἀϊδίῳ, καὶ νοήσει ἑτέρως, ἢ κατὰ τὴν νοῦ C νόησιν. εἴ τι οὖν μένοντος αὐτοῦ, ἐν αὐτῷ γίνεται, ἀπ' αὐτοῦ τοῦτο γίνεται, ὅταν ἐκεῖνο μάλιστα ᾖ ὅ ἐστι. μένοντος οὖν αὐτοῦ ἐν τῷ οἰκείῳ ἤθει, ἐξ αὐτοῦ μὲν τὸ γινόμενον, γίνεται. μένοντος δὲ γίνεται. ἐπεὶ οὖν ἐκεῖνο μένει νοητὸν, τὸ γινόμενον γίνεται νόησις. νόησις δὲ οὖσα, καὶ νοοῦσα ἀφ' οὗ ἐγένετο, (ἄλλο γὰρ οὐκ ἔχει,) νοῦς γίγνεται. ἄλλο οἷον νοητὸν, καὶ D οἷον ἐκεῖνο, καὶ μίμημα, καὶ εἴδωλον ἐκείνου. ἀλλὰ πῶς μένοντος ἐκείνου γίνεται ἐνέργεια. ἡ μέν ἐστι τῆς οὐσίας, ἡ δ' ἐκ τῆς οὐσίας ἑκάστου. καὶ ἡ μὲν τῆς οὐσίας, αὐτό ἐστιν ἐνέργεια ἕκαστον. ἡ δὲ ἀπ' ἐκείνης, ἣν δὴ παντὶ ἕπεσθαι ἐξ ἀνάγκης, ἑτέραν οὖσαν αὐτοῦ. οἷον καὶ ἐπὶ τοῦ πυρὸς. ἡ μέν τίς ἐστι συμπληροῦσα τὴν οὐσίαν θερμότης, ἡ δὲ ἀπ' ἐκείνης ἤδη γινομένη, ἐνεργοῦντος ἐκείνου τὴν σύμφυτον E τῇ οὐσίᾳ ἐν τῷ μένειν πῦρ, οὕτω δὴ κἀκεῖ. καὶ πολὺ πρότερον ἐκεῖ μένοντος αὐτοῦ ἐν τῷ οἰκείῳ ἤθει, ἐκ τῆς ἐν αὐτῷ τελειότητος, καὶ συνούσης ἐνεργείας, ἡ γεννηθεῖσα ἐνέργεια ὑπόστασιν λαβοῦσα, ἅτε ἐκ μεγάλης δυνάμεως μεγίστης μὲν οὖν ἁπασῶν εἰς τὸ εἶναι, καὶ οὐσίαν ἦλθεν. ἐκεῖνο γὰρ ἐπέκεινα οὐσίας ἦν. καὶ ἐκεῖνο μὲν δύναμις πάντων, τὸ δὲ ἤδη τὰ F πάντα. εἰ δὲ τοῦτο τὰ πάντα, ἐκεῖνο ἐπέκεινα τῶν πάντων. ἐπέκεινα ἄρα οὐσίας. καὶ εἰ τὰ πάντα, πρὸ δὲ πάντων τὸ ἓν, οὐ τὸ ἴσον ἔχον τοῖς πᾶσι, καὶ ταύτῃ δεῖ ἐπέκεινα εἶναι τῆς οὐσίας. τοῦτο δὲ καὶ νοῦ. ἐπέκεινα ἄρα τι νοῦ. τὸ γὰρ ὂν, οὐ νεκρὸν, οὐδὲ οὐ ζωὴ, οὐδὲ οὐ νοοῦν. νοῦς δὴ καὶ ὂν ταὐτόν. οὐ γὰρ τῶν πραγμάτων ὁ νοῦς, ὥσπερ ἡ αἴσθησις τῶν αἰσθητῶν G προόντων, ἀλλ' αὐτὸς νοῦς τὰ πράγματα,

* εἴδη.
* εἴδη.

εἴπερ μὴ εἴδη αὐτῶν κομίζεται. πόθεν γάρ; ἀλλ' ἐνταῦθα μετὰ τῶν πραγμάτων, καὶ ταὐτὸν αὐτοῖς καὶ ἕν: καὶ ἡ ἐπιςολὴ, μὴ δὲ τῶν ἄνευ ὕλης τὰ πράγματα.

A siquidem species rerum intelligendo non haurit. Vnde enim has hauriat? Sed vnà cum rebus ipsis prodit, idemque est vnà cum ipsis & vnum, atq; vicissim, neq; res ipsæ quidem intelligibiles omnino sunt absq; materia scilicet sua, id est, intellectu.

ΠΛΟΤΙΝΟΥ

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Ε,

ΛΟΓΟΣ Ε.

PLOTINI

ENNEAD. QVINTAE,

LIBER V.

Ὅτι οὐκ ἔξω τοῦ νοῦ τὰ νοητὰ· καὶ περὶ τἀγαθοῦ.

Quod intelligibilia non sunt extra intellectum: item de ipso bono.

Sicut sensus qui est cognitio infima, prospicit solùm extima: sic intellectus, qui est cognitio summa, inspicit tantùm intima. Cap. I.

Sicut ergo in sensu sunt tantum imagines rerum, quæ sentiuntur, sic in intellectu sunt res ipsæ, quas intelligit: alioqui si à rebus intelligendis sit imagines accepturus, neq; res ipsas adæquabit cognitione facta per imagines rebus ipsis valde deteriores, neq; certus erit sincerum de rebus se habere iudicium: quandoquidem imagines in naturam suscipientis translatæ non meram afferunt obiecti naturam. Super rationem discurrentem positus intellectus stabiliter agẽs præsentia pro arbitrio habet obiecta. Intus itaq; possidet nec solum principia quædam artium atq; rerum, sed etiã in principijs quæcunq; necessariò inde sequuntur. Neq; putare debes ipsa intelligibilia esse propositiones, & quasi dictiones quasdam, sed rationes & formas essentiales: neq; esse spectacula quædam inter se disiuncta, sed formas in vna quadam immateriali forma: quemadmodum formæ sensibiles cunctæ in eadem informi materia. deniq; formas intelligibiles multò magis vnitas esse cum intellectu, quàm sensibiles cum materia: et cœlestes cum substantia cœli. Esse verò rerũ formas naturaliter animis nostris infusas, in Theologia latius disputamus.

TὸN νοῦν τὸν ἀληθῆ νοῦν A καὶ ὄντως, ἆρ' ἄν τις φαίη ψεύσεσθαί ποτε, καὶ μὴ τὰ ὄντα δοξάσειν; οὐδαμῶς. πῶς γὰρ ἂν ἔτι νοῦς, ἀνοηταίνων εἴη. δεῖ ἄρα αὐτὸν ἀεὶ εἰδέναι, καὶ μὴ δ' ἂν ἐπιλαθέσθαί ποτε. τὴν δὲ εἴδησιν αὐτῷ μήτε εἰκάζοντι εἶναι, μήτε ἀμφίβολον. μηδ' αὖ παρ' ἄλλου, οἷον B ἀκούσαντι. οὐ τοίνυν οὐδὲ δι' ἀποδείξεως. καὶ γὰρ εἴ τινά τις φαίη δι' ἀποδείξεως, ἀλλ' οὖν αὐτόθεν αὐτῷ ἐναργῆ τι εἶναι. καί τοι ὁ λόγος φησὶ πάντα. πῶς γὰρ καὶ διοριεῖ τίς τὰ, τὲ αὐτόθεν, τὰ, τὲ μή. ἀλλ' οὖν ἃ συγχωροῦσιν αὐτόθεν, πόθεν φήσουσι τούτων τὸ ἐναργὲς αὐτῷ παρεῖναι. πόθεν δὲ αὐτῷ πίστιν, ὅτι οὕτως ἔχει,

AN fore quenquã putamus, qui mentem veram vereq; existentẽ existimet aliquãdo mentituram, resq; re vera non existentes opinaturam? Certè neminem. Qua enim ratione mens illa foret, si quando (vt ita dixerim) dementiret? Oportet igitur eam semper cognoscere, neq; hãc tanquam obliuiosam aliquando quicquam latere: cognitionem verò huic inesse non tanquam imaginanti, vel ambigenti, vel rursus tanquam ab alio mutuanti. Non igitur quasi per demonstrationem quandam perpendere debet. Nam & si quis nonnulla per demonstrationem comparare cõcesserit, idem tamen non negabit aliquid interea menti per se notum esse, tametsi ratio vera dictat huic omnia suapte natura esse perspecta. Iam verò quærendum est, quo pacto quispiam distinguere possit: quænam sint, quæ per se naturaliter ei nota sint, quæ verò quæsita. Item quæ concedent aliqui, menti per se cognita esse, vnde nam dicent horum certitudinẽ adesse menti? vnde nam mens eiusmodi perspicuè hinc credere poterit,

ita potissimum se habere? quoniam & circa A illa, quæ sensibus offeruntur, quorum fides certior esse videtur dubitari solet, ne fortè non tam in subiectis rebus, quàm in passionibus quibusdam naturam habeant apparentem: vbi certè mentis iudicium vel saltem cogitationis exigitur. Nam & si fortè concedatur naturas eorum quæ sentiuntur rebus subiectis inesse, quas percipit sensus, quod tamen cognitum est per sensum, imago quædam rei est, neque rem ipsam sensus apprehendit. foris enim res B ipsa manet. Intellectus autem cognoscens, & intelligibilia ipsa cognoscens, si hæc tanquam alia quædam præter ipsum existentia nouit, quonam pacto in hæc incidit? Fieri enim potest, vt in ea non incidat, ideoque vt non cognoscat accidere potest: vel forsan tunc demum quando incidit, statim nouit, neque sic quidem notitiam semper habebit. Proinde si qui fortè dixerint intelligibilia esse intellectui coniugata, reliquum erit quærere, quidnam C id coniugium sibi velit. Præterea ipsæ intelligentiæ figuræ quædam erunt: quod quidem si ita sit, erunt & aduentitiæ & pulsationes quædam. Quo autem modo figurabitur intellectus? Aut quæ potissimum talium erit forma? Intelligentia denique sicut & sensus erit perceptio externorum. Quo igitur duo hæc inter se discrepabunt? An fortè in eo quòd horum alterum minora perspiciat? Item quonam modo intellectus agnoscet reuera se ali- D quid percepisse? quoue pacto iudicare poterit hoc esse bonum, aut pulchrum, aut iustum? Horum enim quodlibet erit ab ipso diuersum, neque in ipso erunt ipsa iudicandi principia, quibus credat, sed hæc quoque extra erunt, & veritas erit ibidem. Rursus intelligibilia ipsa vel sensu, vita, intellectu carent, vel intellectum habent. Si intellectum habent, in eis pariter erunt ambo, & ipsum verum hîc existet, primusque erit hic intellectus. Atqui & E de hoc ipso quæremus, quanam conditione hîc se veritas habeat, & intelligibile ipsum, & intellectus. Nunquid in eodem atque simul, duo autem atq; diuersa, an alio quodam pacto? Sin autem ipsa intelligibilia intellectu vitaq; careant, quidnam sint inquiremus. Neq; enim propositiones quædam sunt, neq; regulæ quæ dignitates appellantur, neque velut dictiones quæ proferantur. sic enim hæc de alijs quidem dicent aliquid, neque ipsæ res erunt: velut si F dicant quod iustum est, esse pulchrum, quum aliud quiddam sit iustum ipsum atque pulchrum. Sin autem simplicia hæc esse dixerint, iustum ipsum seorsum atque pulchrum, primò quidem ipsum intelligibile neque vnum quiddam erit, neque erit in vno, sed vnumquodque ab alijs segregatum. Vbi certè quærendum erit, vbi nam sint, & per quæ loca potissimùm seorsum disposita sint: deinde quonam modo intellectus passim circumcurrens, hæc reperiet, vel inueniet: & quo pacto manebit in eis: item quomodo in eodem perseuerabit: præterea quam formam omnino figuramque habebunt. Nisi fortè velut imagines quædam sitæ sint aureæ, vel ex alia quadam materia à fictore quodam vel pictore compositæ. Verùm si hoc ita se habeat, mens talia contuens, erit sensus. Proinde quanam ratione inter hæc hoc

A παρέξεται. ἐπεὶ καὶ τὰ ἐπὶ τῆς αἰσθήσεως, ἃ δὴ δοκεῖ πίστιν ἔχειν ἐναργεστάτην, ἀπιστεῖται μή ποτε οὐκ ἐν τοῖς ὑποκειμένοις, ἀλλ' ἐν τοῖς πάθεσιν ἔχῃ τὴν δοκοῦσαν ὑπόστασιν, καὶ νοῦ δεῖ ἢ διανοίας, τῶν κρινόντων. ἐπεὶ καὶ συγκεχωρημένου ἐν τοῖς ὑποκειμένοις εἶναι αἰσθητοῖς, ὧν ἀντίληψιν ἡ αἴσθησις ποιήσεται. * τό τε γιγνωσκόμενον δι' αἰσθή- *τὸ, τὲ
B σεως, τοῦ πράγματος εἴδωλόν ἐστι, καὶ οὐκ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα ἡ αἴσθησις λαμβάνει. μένει γὰρ ἐκεῖνο ἔξω. ὁ δὴ νοῦς γινώσκων, καὶ τὰ νοητὰ γινώσκων, εἰ μὲν ἕτερα ὄντα γινώσκει, πῶς ἂν συντύχοι αὐτοῖς. ἐνδέχεται γὰρ μή, ὥστε ἐνδέχεται μὴ γινώσκειν, ἢ τότε ὅτε συνέτυχε. καὶ οὐκ ἀεὶ ἕξει τὴν γνῶσιν. εἰ δὲ συνεζεῦχθαι φήσουσι, τί τὸ συνεζεῦχθαι τοῦτο. ἔπειτα καὶ αἱ νοήσεις, τύποι ἔσονται. εἰ δὲ τοῦ-
C το, καὶ ἐπακτοί, καὶ πληγαί. πῶς δὲ καὶ τυπώσεται, ἢ τίς τῶν τοιούτων ἡ μορφή. καὶ ἡ νόησις τοῦ ἔξω, ὥσπερ καὶ ἡ αἴσθησις. καὶ τί διοίσει, ἢ τῶν σμικροτέρων ἀντιλαμβάνεσθαι. πῶς δὲ καὶ γνώσεται, ὅτι ἀντελάβετο ὄντως. πῶς δὲ ὅτι ἀγαθὸν τοῦτο. ἢ ὅτι καλόν, ἢ δίκαιον. ἕκαστον γὰρ τούτων, ἄλλο αὐτοῦ. καὶ οὐκ ἐν αὐτῷ αἱ τῆς κρίσεως ἀρχαί, αἷς
D πιστεύσει. ἀλλὰ καὶ αὗται ἔξω. καὶ ἡ ἀλήθεια ἐκεῖ. εἶτα, κἀκεῖνα ἀναίσθητα. καὶ ἄμοιρα ζωῆς καὶ νοῦ. ἢ νοῦν ἔχει. καὶ εἰ νοῦν ἔχῃ, ἅμα ἐνταῦθα ἄμφω. καὶ τὸ ἀληθὲς ὡδί. καὶ ὁ πρῶτος νοῦς οὗτος. καὶ ἐπὶ τούτου ζητήσομεν, πῶς ἔχει ἡ ἐνταῦθα ἀλήθεια. καὶ τὸ νοητὸν καὶ ὁ νοῦς, εἰ ἐν τῷ αὐτῷ μὲν καὶ ἅμα, δύο δὲ καὶ ἕτερα, ἢ πῶς. εἰ δ' ἀνόητα καὶ ἄνευ ζωῆς,
E τί ὄντα. οὐ γὰρ δὴ προτάσεις, οὐδὲ ἀξιώματα. οὐδὲ λεκτά. ἤδη γὰρ ἂν καὶ αὐτὰ περὶ ἑτέρων λέγοι. καὶ οὐκ αὐτὰ τὰ ὄντα εἴη. οἷον τὸ δίκαιον καλόν, ἄλλου τοῦ δικαίου καὶ τοῦ καλοῦ ὄντος. εἰ δ' ἁπλᾶ φήσουσι, δίκαιον χωρὶς καὶ καλόν. πρῶτον μέν, οὐχ ἕν τι τὸ νοητὸν ἔσται, ἀλλὰ διεσπασμένον ἕκαστον. καὶ ποῦ καὶ κατὰ τίνας διέσπασθαι τόπους. πῶς δὲ αὐτοῖς συντεύξεται ὁ
F νοῦς περιθέων. πῶς δὲ μενεῖ. ἢ ἐν τῷ αὐτῷ πῶς μένει. τίνα δ' ὅλως μορφὴν ἢ τύπον ἕξει, εἰ μὴ ὥσπερ ἀγάλματα ἐγκείμενα χρυσᾶ, ἢ ἄλλης τινὸς ὑπό τινος πλάστου, ἢ γραφέως πεποιημένα. ἀλλ' εἰ τοῦτο, ὁ θεωρῶν νοῦς, αἴσθησις ἔσται. διατί δὲ τὸ μὲν ἐστι

τῶν τοιούτων δικαιοσύνη, τὸ δ' ἄλλό τι. μέγιστον δὲ πάντων ἐκεῖνο. εἰ γὰρ καὶ ὅτι μάλιστα δοίη τις ταῦτα ἔξω εἶναι. καὶ τὸ νοῦν αὐτὰ οὕτως ἔχοντα θεωρεῖν, ἀναγκαῖον αὐτῷ μή τε τὸ ἀληθὲς αὐτῶν ἔχειν, διεψεῦσθαί τε ἐν ἅπασιν οἷς θεωρεῖ. τὰ μὲν γὰρ ἀληθινὰ ἂν εἴη ἐκεῖνα. θεωρήσει τοίνυν αὐτὰ, οὐκ ἔχων αὐτὰ, εἴδωλα δὲ αὐτῶν ἐν τῇ γνώσει τῇ τοιαύτῃ λαβών. τὸ τοίνυν ἀληθινὸν οὐκ ἔχων, εἴδωλα δὲ τοῦ ἀληθοῦς παρ' αὐτῷ λαβὼν, τὰ ψευδῆ ἕξει, καὶ οὐδὲν ἀληθές. εἰ μὲν οὖν εἰδήσει ὅτι τὰ ψευδῆ ἔχει, ὁμολογήσει ἄμοιρος ἀληθείας εἶναι. εἰ δὲ καὶ τοῦτο ἀγνοήσει, καὶ οἰήσεται τὸ ἀληθὲς ἔχειν οὐκ ἔχων, διπλάσιον ἐν αὐτῷ τὸ ψεῦδος γινόμενον, πολὺ τῆς ἀληθείας αὐτὸν ἀποστήσει. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἐν ταῖς αἰσθήσεσιν οἶμαι, οὐκ ἔστιν ἀλήθεια, ἀλλὰ δόξα: ὅτι παραδεχομένη, καὶ διὰ τοῦτο δόξα οὖσα, ἄλλο παραδέχεται. ἄλλου ὄντος ἐκείνου, ἐξ οὗ τοῦτο ὃ παραδέχεται ἔχει. εἰ οὖν μὴ ἀλήθεια ἐν τῷ νῷ, οὗτος ὁ μὲν τοιοῦτος νοῦς, οὔτε ἀλήθεια ἔσται, οὔτε ἀληθείᾳ νοῦς, οὔτε ὅλως νοῦς ἔσται: ἀλλ' οὐδὲ ἄλλοθί που ἡ ἀλήθεια ἔσται.

A hoc quidem eſt iuſtitia, illud verò potius aliud quiddam? Illud deniq; omnium validiſsimum eſt: nempe ſi quis prorſus admiſerit, hæc extrinſecus eſſe, mentemq; ea ſic ſe habentia contemplari, neceſſariò ſequitur, mentem veritatem horum non poſsidere, ſed in ſingulis contemplandis falli atque mentiri. Verè namque res erunt externæ: proſpiciet ergo eas, neque ipſas habebit, ſed earum imagines in cognitione eiuſmodi poſsidebit. Cùm igitur verum ipB ſum non habeat, ſed veri quaſdam imagines penes ſe teneat, nimirum non accumulabit vera, ſed falſa potius reportabit. Si ergo cognoſcat ſe falſa duntaxat habere, proculdubio confitebitur ſe eſſe veritatis expertem: ſin autem & hoc ignoret, cumq; particeps veri non ſit, eſſe tamen ſe veri compotem opinetur, mendacio iam duplo falletur, longiſsimeq; à veritate diſtabit: ob hoc enim (vt arbitror) & in ſenſibus non eſt veritas, ſed opinio: quoniam conC ditio ſenſus in accipiendo verſatur, vnde opinio doxa græcè ab accipiendo nomen accepit: ideoq; præter ſe aliud accipit, cùm aliud ſit & illud, à quo poſsidet quod accepit. Si igitur veritas in mente non ſit, mens quidem hæc talis neque veritas erit, neq; re vera mens, neque omnino mens erit: imò verò neq; vſquam alibi veritas habitabit.

Obiecta intellectus non ſunt imagines rerum vel imaginamenta quædam, ſed verè res exiſtunt: quippe cùm etiam obiecta ſenſus ſint res quædam. *Cap. II.*

Quo enim intellectus præſtantior & verior eſt quàm ſenſus, eo intellectus obiecta præſtantiora veraq; ſunt quàm ſenſus obiecta, vt Timæus ait. Sunt autem intelligibilia in ipſa intellectus eſſentia, ſiquidem non quærit argumentando, neq; vagatur extra, ſed intro cõuertitur & ſtabiliter intuetur quaſi poſsidens: & ipſam vniuſcuiuſq; ſubſtantiã penetrat & definit. At verò per imagines rerũ non poſſet aliud quàm qualitates & externa conijcere.

ΟΥ τοίνυν δεῖ, οὔτε ἔξω τὰ νοητὰ ζητεῖν, οὔτε τύπους ἐν τῷ νῷ τῶν ὄντων λέγειν εἶναι. οὔτε τῆς ἀληθείας ἀποστεροῦντας αὐτὸν, ἀγνωσίαν τε τῶν νοητῶν ποιεῖν, καὶ ἀνυπαρξίαν. καὶ ἔτι, αὐτὸν τὸν νοῦν ἀναιρεῖν. ἀλλ' εἴπερ καὶ γνῶσιν δεῖ καὶ ἀλήθειαν εἰσάγειν, καὶ τὰ ὄντα τηρεῖν. καὶ γνῶσιν, τοῦ τί ἕκαστόν ἐστιν, ἀλλὰ μὴ τοῦ ποιόν τι ἕκαστον. ἅτε εἴδωλον αὐτοῦ καὶ ἴχνος ἰσχόντας. ἀλλὰ μὴ αὐτὰ ἔχοντας καὶ συνόντας. καὶ συγκραθέντας αὐτοῖς, τῷ ἀληθινῷ νῷ δοτέον τὰ πάντα. οὕτω γὰρ ἂν καὶ εἰδείη, καὶ ἀληθινῶς εἰδείη, καὶ οὐδ' ἂν ἐπιλάθοιτο, οὐδ' ἂν περιέλθοι ζητῶν, καὶ ἡ ἀλήθεια ἐν αὐτῷ. καὶ ἕδρα ἔσται τοῖς οὖσι, καὶ ζήσεται καὶ νοήσει. ἃ δεῖ πάντα, περὶ τὴν μακαριωτάτην φύσιν δεῖ ὑπάρχειν. ἢ ποῦ τὸ τίμιον καὶ σεμνὸν ἔσται. καὶ γὰρ αὖ, οὕτως οὐδ' ἀποδείξεως δεῖ, οὐδὲ πίστεως ὅτι οὕτως. αὐτὸς γὰρ οὕτως. καὶ ἐναργὴς αὐτὸς αὐτῷ. καὶ εἴ τι πρὸ αὐτοῦ, ὅτι ἐξ αὐτοῦ. καὶ εἴ τι μετ' ἐκεῖνο,

A IGITVR neq; extra intellectum perquirere decet intelligenda, neque fateri menti rerum figuras ineſſe, neq; eam veritate priuare, dum videlicet & hanc intelligibilia ipſa neſcire, & ipſa quæ offeruntur intelligenda concedimus in rerum ordine non exiſtere, atque ita mentem ipſam è medio tollimus. Sed neceſſarium eſt omnia veræ menti tribuere, ſi modò oportet cognitionem veritatemque inducere, B entiaq; ipſa ſeruare, & notitiam illam qua quid ſit vnumquodq; cognoſcitur, neque illi notitiæ acquieſcere, quæ quale vnumquodque ſit, duntaxat apprehendit, quando ſcilicet ſolum rei cognoſcendę ſimulachrum veſtigiumq; habemus, neq; tenemus ipſam, neq; habitamus vnà, neq; cum ea conſpiramus in vnum. Nam illa quidem ratione mens cognoſcet, & re vera cognoſcet, neq; quicquam latebit eam, neque vnquam obliuiſcetur, neq; paſsim indagando C vagabitur: ſed erit in ea veritas, ſedesq; rerum, viuetq; atque intelliget. Quæ quidem omnia beatiſsimæ naturæ oportet ineſſe, alioquin vbi nam honorandum quicquam erit & venerandum? Tum verò hac ratione neque indigebit demonſtratione, neque fide ſic eſſe perſuaſura. Ipſe namque intellectus eſt, qui ſic omninò ſe habet: ipſe ſibimet prorſus eſt manifeſtus: & ſi quid ante ipſum ſimiliter eſt compertum, quod ipſe ſit ab illo: item ſiquid eſt poſt illud,

quod ipse sit hoc ipsum, nullusq; sibi quam ipsemet fide sit dignior, & profectò exploratum A habet hoc ibi esse vereq; existere. Reuera igitur illic ipsa veritas habitat, nō alteri cuiquam, sed sibimet consonans, neque præter se aliud quicquam dicit, atq; existit: & quod existit, id prorsus & dicit. Quis nam igitur redarguere poterit? & vnde nam redargutionē inferet? Nempe argumentum quod adducetur, reuoluetur eodem, quo & prior argumentator. Et quamuis inferatur velut diuersum, referetur tamē ad B argumētatoris primi propositū, vnumq; erit omnino. nihil enim potest veritate verius inueniri.

ὅτι αὐτός. καὶ οὐδεὶς πιστότερος αὐτῷ περὶ αὐτοῦ. A καὶ ὅτι ἐκεῖ τοῦτο, καὶ ὄντως. ὥστε καὶ ἡ ὄντως ἀλήθεια, οὐ συμφωνοῦσα ἄλλῳ, ἀλλ᾽ ἑαυτῇ. καὶ οὐδὲν παρ᾽ αὐτὴν ἄλλο λέγει, καὶ ἔστι. καὶ ὃ ἔστι, τοῦτο καὶ λέγει. τίς ἂν οὖν ἐλέγξειεν. καὶ πόθεν οἴσει τὸν ἔλεγχον. εἰς γὰρ ταὐτὸν ὁ φερόμενος ἔλεγχος τῷ προειπόντι, καὶ κομίσῃ ὡς ἄλλο φέρεται εἰς τὸ ἐξ ἀρχῆς εἰπόντα. καὶ ἕν ἐστιν. οὐ γὰρ ἄλλο ἀληθέστερον ἂν εὕρῃς, τοῦ ἀληθοῦς. B

Sicut lux intima soli effundit circa se lumen, radijs innumeris virtutibusq; refertum, ita principium omnium omniformem penes se procreat intellectum, hic animam similiter omniformem. *Cap. III.*

Illud antiqui Cœlium nominauerunt, hunc verò Saturnum, hanc deniq; Iouem. Omnes intellectuales animæ per intellectum suum ad intellectum diuinum ascendere quandoq; possunt. Possunt quinetiam atq; debēt, tum per vnitatem suam, tum etiam per diuinum intellectum ad principium omnium quandoq; progredi.

VNA igitur hæc natura intellectus est entia cuncta: est & veritas: est & magnus quidam A Deus, imò verò non aliquis Deus, sed omnis: nec indignè existimat se hæc omnia esse. Natura igitur hæc est Deus: Deus inquam secūdus, seipsum præferens indagantibus, antequam superiorem illum intueantur: nempe superior ille eminentius sedet in præclaro hoc eius solio ab ipso pendente. Decebat enim illum non in curru quodam inanimato, neq; rursus in anima statim incedentē nobis occurrere, sed pul- B chritudinem quandā inæstimabilem ante conspectum eius mirabiliter præfulgere, quemadmodum ante magni regis aspectum. Sic enim natura comparatum est, vt ad illū progredientibus minora prius occurrant, & maiora deinceps præstātioraq; gradatim se vltra procedentibus offerant, & quæ circa regem adstant, magis regia sint, deincepsq; simili quodam ordine reliqua. Post hæc autem omnia magnus ille rex subitò fulget: reliqui verò regem ipsum suppli- C ces venerantur, quotcunq; videlicet non prius inde retrogressi sunt, quàm ad vltimum vsque progressi, sicut illi solent quibus quę coram rege præfulgent, satisfactura putantur. Illic igitur rex alius imperat, & qui coram ipso deinceps occurrūt, alij profectò sunt quàm ille. Veruntamen rex ille supernus non tanquam alienis imperat, sed iustissimum naturaleq; habet imperium, habet & regnum verum: quippe quum ipse sit rex veritatis, atq; suapte natura D sit vniuersi simul fœtus sui, diuinique collegij dominus: rex certè regis atque regum, atqui & pater deorum iustiori nomine nuncupatus. Quem quidem Iupiter hac quoq; ratione imitatus est, quòd patris sui contemplationi non penitus acquieuit, sed vltra processit ad auum, velut ad illius actum in ipsam (vt ita dixerim) essentiæ subsistentiam.

ΜΙΆ τοίνυν φύσις αὕτη ἡμῖν νοῦς τὰ ὄντα πάντα, ἡ ἀλήθεια. ἡ δὲ θεός τις μέγας. A μᾶλλον δὲ οὐ τίς. ἀλλὰ πᾶς ἀξιοῖ ταῦτα εἶναι. καὶ θεὸς αὕτη ἡ φύσις. καὶ θεὸς δεύτερος προφαίνων ἑαυτὸν, πρὶν ὁρᾶν ἐκεῖνον. ὁ δὲ ὑπερκάθηται καὶ ὑπερίδρυται ἐπὶ καλῆς οὕτως, οἷον κρηπῖδος, ἣ ἐξ αὐτοῦ ἐξήρτηται. ἔδει γὰρ ἐκεῖνον βαίνοντα μὴ ἐπ᾽ ἀψύχου τινὸς, μὴ δ᾽ αὖ ἐπὶ ψυχῆς εὐθὺς βεβηκέναι, ἀλλ᾽ εἶναι B αὐτῷ κάλλος ἀμήχανον πρὸ αὐτοῦ προϊόν. οἷον πρὸ μεγάλου βασιλέως. πρόσεισι μὲν πρῶτα ἐν ταῖς προόδοις τὰ ἐλάττω. ἀεὶ δὲ τὰ μείζω καὶ τὰ σεμνότερα ἐπ᾽ αὐτοῖς. καὶ τὰ περὶ βασιλέα ἤδη, μᾶλλον βασιλικώτερα. εἶτα τὰ μετ᾽ αὐτὸν τίμια. ἐφ᾽ ἅπασι δὲ τούτοις, βασιλεὺς προφαίνεται ἐξέφνης αὐτὸς ὁ μέγας. οἱ δ᾽ εὔχονται καὶ προσκυνοῦσιν, ὅσοι C μὴ πρὸ ἀπῆλθον, ἀρκεσθέντες τοῖς πρὸ τοῦ βασιλέως ὀφθεῖσιν. ἐκεῖ μὲν οὖν ὁ βασιλεὺς ἄλλος. οἵ τε πρὸ αὐτοῦ προϊόντες, ἄλλοι αὐτοῦ. ὁ δὲ ἐκεῖ βασιλεὺς, οὐκ ἀλλοτρίων ἄρχων, ἀλλ᾽ ἔχων τὴν δικαιοτάτην καὶ φύσει ἀρχὴν. καὶ τὴν ἀληθῆ βασιλείαν, ἅτε τῆς ἀληθείας βασιλεὺς. καὶ ὢν κατὰ φύσιν κύριος τοῦ αὐτοῦ ἀθρόου γεννήματος, καὶ θείου συντάγματος. D βασιλεὺς βασιλέως καὶ βασιλέων, καὶ πατὴρ δικαιότερον ἂν κληθεὶς θεῶν. ὃν ὁ Ζεὺς καὶ ταύτῃ ἐμιμήσατο, τὴν τοῦ ἑαυτοῦ πατρὸς οὐκ ἀνασχόμενος θεωρίαν: ἀλλὰ τὴν τοῦ προπάτορος οἷον ἐνέργειαν, εἰς ὑπόστασιν οὐσίας.

Principium omnium quod propter inæstimabilem simplicitatem eminentiamq; ipsum vnum cognominatur, neq; vllum in se æstimabilem habet numerum, neq; cum rebus in aliquo conuenit. *Cap. IIII.*

Siqua enim conditio sit huic cum re vlla communis, duo sequentur absurda. Primum quòd hoc erit ex communi condi-

conditione & sua quadam proprietate compositum. Secundum quòd hæc ipsa natura communis tanquam simplicior vniuersaliorq́; erit ipso superior. Præterea nec numerũ in se habet essentialem, qualem Plotinus excogitat in essentia prima, videlicet multitudinem rationum formalium absolutè inter se distinctarum etiã absq; intelligentiæ actu. Nec numerum habet in se in quantitatis genere comprehensum: numerũ pertinentem ad quantitatem, qui constat ex vnitatibus, reducit ad ipsum vnum proprium principium quantitatis, numero quouis excelsius. Numerum quoq; formarum essentialium ad vnũ similiter reducit essentiale: hoc demùm ad ipsum simpliciter vnum.

ΟΤΙ μὲν οὖν δεῖ τὴν ἀναγωγὴν ποιήσασθαι εἰς ἕν, καὶ ἀληθῶς ἕν, ἀλλὰ μὴ ὥσπερ τὰ ἄλλα ἕν, ἃ πολλὰ ὄντα ὄντα, μετοχῇ ἑνὸς ἕν. δεῖ δὲ τὸ μὴ μετοχῇ ἓν λαβεῖν, μηδὲ τὸ οὐ μᾶλλον ἓν ἢ πολλά. καὶ ὅτι ὁ μὲν νοητὸς κόσμος καὶ ὁ νοῦς, μᾶλλον ἓν τῶν ἄλλων, καὶ οὐδὲν ἐγγυτέρω αὐτοῦ τοῦ ἑνός. οὐ μὴν τὸ καθαρῶς ἓν εἴρηται. τί δὲ τὸ καθαρῶς ἓν καὶ ὄντως καὶ οὐ κατ' ἄλλο, νῦν θεάσασθαι ποθοῦμεν εἴ πῃ δυνατόν. χρὴ τοίνυν ἐνταῦθα ἆξαι πρὸς ἕν, καὶ μηδὲν αὐτῷ ἔτι προσθεῖναι. ἀλλὰ στῆναι παντελῶς. δεδιότα αὐτοῦ ἀποστατῆσαι. μηδὲ τοὐλάχιστον, μηδὲ εἰς δύο προελθεῖν. εἰ δὲ μὴ ἕξεις δύο.* οὐκ ἐν οἷς τὸ ἕν, ἀλλ' ἄμφω, ὕστερα. οὐ γὰρ θέλει μετ' ἄλλου. οὔτε ἑνός, οὔτε ὁποσουοῦν συναριθμεῖσθαι. οὐδ' ὅλως ἀριθμεῖσθαι. μέτρον γὰρ αὐτό, καὶ οὐ μετρούμενον. καὶ τοῖς ἄλλοις δὲ οὐκ ἴσον, ἵνα σὺν αὐτοῖς ᾖ. εἰ δὲ μή, κοινόν τι ἔσται ἐπ' αὐτοῦ, καὶ τῶν συναριθμουμένων. κἀκεῖνο πρὸ αὐτοῦ. δεῖ δὲ μηδέν. οὐδὲ γὰρ * οὐδ' ὁσιώδης ἀριθμὸς κατ' αὐτοῦ. οὐ δέ γε ὁ ὕστερος τούτου, ὁ τοῦ ποσοῦ. οὐσιώδης μὲν ὁ τῷ νοεῖν, εἶναι ἀεὶ παρέχων. τοῦ δὲ ποσοῦ, ὁ τὸ ποσὸν μετ' ἄλλων, ἢ ὅτι μὴ μετ' ἄλλων. εἴπερ ἀριθμὸς τοῦτο. ἐπεὶ καὶ ἡ ἐν τοῖς τοῦ ποσοῦ ἀριθμοῦ, πρὸς τὸ ἓν τὴν ἀρχὴν αὐτῶν ἀπομιμουμένη, τὴν ἐν τοῖς προτέροις ἀριθμοῖς φύσις, πρὸς τὸ ὄντως ἕν, οὐκ ἀναλίσκουσα τὸ ἕν, οὐδὲ κερματίζουσα τὴν ὑπόστασιν ἔχει. ἀλλὰ δυάδος γενομένης, ἔστι μονὰς ἡ πρὸ τῆς δυάδος. καὶ οὐχ ἡ ἐν τῇ δυάδι μονὰς ἑκατέρα. οὐδ' ἑτέρα ἐκείνη. τί γὰρ μᾶλλον ὁποτεραοῦν. εἰ οὖν μηδετέρα αὐτῶν, ἀλλ' ἐκείνη. καὶ μένουσα οὐ μένει. πῶς οὖν ἕτεραι ἐκεῖναι; καὶ πῶς ἡ δυὰς ἕν, καὶ εἰ ταὐτὸ ἓν ὅπερ ἐν ἑκατέρᾳ τῇ περιεχομένῃ, ἢ μετέχειν τῆς πρώτης, φατέον. ἄλλας δὲ ἧς μετέχουσι. καὶ τὴν δυάδα δὲ καθὸ ἓν μετέχειν, οὐχ ὡσαύτως δέ.

(Margin notes: * οὐκ ἑνοῖς — * οὐσιώ-)

A SATIS iam dictum est, ascendendum esse tandem ad ipsum vnum, quod quidem verè sit vnum, neque sicut alia vnum, quæ cùm in se multa sint, vnius tamen participatione sunt vnum. Accipiendum nanque esse vnum ipsum, quod non participatione sit vnum, quale solet esse quod non magis vnum est, quàm multa. Dictum quoque mundum intelligibilem intellectumq; magis vnum esse quàm cætera, nihilque hoc esse propinquius vni: non B tamen purum hoc vnum existere. In præsentia verò contemplari desideramus, si quo modo possimus, quidnam sit purum ipsum verumque vnum: quod quidem non secundum aliud, sed secundum se sit vnum. Operæ pretium est igitur, hîc ad vnum ipsum vndiq; nos transferre: neque quicquam illi vlterius addere, sed in eo penitus conquiescere, cauentes prorsus ne vel minimo quodam spatio ab ipso digrediamur, ideoq; ex vno prolabamur in C duo. Sin minus caueris, duo protinus reportabis, neque in duobus vnum ipsum habebis: ambo enim posteriora sunt vno. Vnum nanq; nõ substinet cum alio quopiam, siue vno quouis, siue quantocunque alio se vsquam connumerari, neque omnino numerari se patitur: ipsum enim mensura est minimè mensuratum: neque alijs est vllis æquale, adeò vt vnà cum eis in aliquo congruat, alioquin commune aliquid erit in eo, atque simul in his quæ vnà cum D ipso connumerantur, atqui commune illud vno superius erit, tametsi nihil potest esse superius. Proinde neque essentialis numerus, neque numerus hoc posterior ad quantitatem propriè pertinens de vno prædicari potest: neque essentialis inquam, qui eo quod dicitur, intelligere semper exhibet esse: neq; qui spectat ad quantitatem, qui eam cum alijs vnà complectitur: neque etiam si non cum alijs concurE rat generibus, siquidem hic est ipse numerus. Quandoquidem & natura numero pertinente ad quantum insita imitans naturam numeris prioribus inditam, ipsumq; verè vnum respicientem, proculdubio similiter ipsa respiciendo vnum numerorũ principium substantiam sibi vendicat, neque disperdens ipsum, neque alicubi diuidens, imò verò binario iam exorto, extat adhuc vnitas ipsa ante binarium, neque vnitas vtraque binario comprehensa, neque alterutra est vnitas ipsa. Cur enim vel binarius sit ipsa vnitas? vel altera binarij vnitas potius quàm altera eiusdem vnitas, ipsa sit vnitas? Si igitur neque vtraq; simul, neque alterutra est vnitas ipsa, certè vnitas quæ numeri est totius origo, ab his omnibus est diuersa, ac reuera manens quodammodo etiam non manere videtur. Quo igitur modo vnitates illæ aliæ sunt quàm ipsa? & quo pacto dualitas quódammodo vnum est? & nunquid idem vnum est quod in vtraque comprehensa vnitate seruatur? Fortè dicendum est vnitates vtrasque primæ vnitatis participes esse, sed ab illa cuius participes sunt, esse diuersas: atque dualitatem quatenus vnum quiddam est, vnitatis ipsius esse participem, non tamen eodem vbique modo,

A nempe non similiter exercitus atq; domus est vnum: atq; hæc quidem eadem ratione ad continuum comparata, neq; quoad spectat ad esse vnum, neq; quoad pertinet ad quantũ vnum. Nunquid igitur aliter quidẽ vnitates quæ sunt in quinario, aliter verò quæ in denario se ad vnum habent? Ipsum verò vnum quod in quinario, ad vnum quod est in denario prorsus est idem? Forsan etiam si tota quædam nauis parua ad totam alteram, sed magnam: & ciuitas ad ciuitatem, & exercitus ad exercitum compare- B tur, idem in his quoq; erit vnum. Quod si neq; illic, neq; hîc etiam. Si quæ verò de his dubitationes reliquæ sunt, in sequentibus absoluentur.

A ἐπεὶ οὐδὲ ὁμοίως στρατὸς ἓν καὶ οἰκία. καὶ αὐτὴ πρὸς τὸ συνεχὲς οὔτε κατὰ τὸ ὡς εἶναι ἕν, οὔτε κατὰ τὸ ποσὸν ἕν. ἆρ᾽ οὖν αἱ μὲν μονάδες ἄλλως αἱ ἐν πεντάδι καὶ δεκάδι, τὸ δὲ ἓν τὸ ἐν τῇ πεντάδι, πρὸς τὸ ἓν τὸ ἐπὶ τῆς δεκάδος τὸ αὐτό, ἢ εἰ ναῦς πᾶσα πρὸς πᾶσαν, μικρὰ πρὸς μεγάλην, καὶ πόλις πρὸς πόλιν, καὶ στρατὸς πρὸς στρατόν, ταὐτὸ ἓν καὶ ἐνταῦθα. εἰ δὲ μὴ δ᾽ ἐκεῖ, οὐδ᾽ ἐνταῦθα. εἰ γάρ τινες περὶ B τούτων ἀπορίαι, ὕστερον.

Ens, essentiam, esse procedere ab ipso vno Græca etiam appellatio declarat, rei ipsius naturam sequens. *Cap. V.*

Cogitare potest aliquis ens quasi compositum quiddam atq; binarium, in quo essentia sit & esse, atq; id quod dicitur esse, ibi actum essentiæ nominari. Ens ergo natum ab vno essentiam quidem habere tanquã vnius vmbram, esse verò velut vnius imaginem. Quoniam verò ipsum vnum est superius ente, ideoq; latius vltra proprietatem entis suam dilatat potentiam, factum est vt materia, & si propter priuationem extremam formarum ens non dicitur, tamen dicatur vna. Non enim est propter informitatem minus vnica in mundo materia. Factum etiam, vt priuatio quælibet non minus vna dicatur, quàm habitus vnus: ens tamen minus priuatio quàm habitus indicatur. Sed hæc alibi diximus.

A SED ad primum illud nobis regrediendum, asseuerãtibus ipsum manere semper idẽ, quamuis ex illo cætera profluant. In numeris quidem manente vno, secundum ipsum fit numerus alio faciente: in eo autem quod est super entia, manet multò magis ipsum vnum. Illo verò manente non aliud secundum ipsum entia facit: illud nanq; est ad entia faciẽda sufficiens. Atqui quemadmodum in numeris species vnitatis principij numerorum seruatur in omni- B bus primo quodam secundoq; gradu: neq; singuli sequentes numeri vnitatem æquè participant, sic & in ordine rerum vnumquodque sequentium primũ habet in se illius aliquid velut speciem. Et in numeris quidem participatio vnitatis quantitatem producit in numeris. Hic autẽ ipsius vnius vestigium essentiam rebus instituit, adeò vt ipsum esse vestigium sit vnius. Vnde hoc ipsum Ine, id est esse, quæ quidem denominatio est declarans vsiam, id est es- C sentiam, si quis dicat deriuari ab ipso en, id est vno, à veritate forsan non aberrabit. Iam verò quod dicitur on, id est ens, hoc certè primum inde micans, & quasi non longè progrediens noluit vltra procedere, sed ad interiora cõuersum constitit, vbi facta iam est essentia, existitq; essentia omnium, & qui pronuntiat hæc, quasi in sono nitens seipsum continet: natumq; est on en, id est ens vnum, ipsa prolatione declarans se ab ipso en, id est vno profluere: & certè D ipsum on, id est ens ita pronuntiatum idipsum significat quoad potest. Sic vtiq; quod factum est vsia, id est essentia, atq; ine, id est esse, imitantur pro viribus auctorem ex eius virtute manantia. Mens verò hęc animaduertẽs, & spectaculo ipso perducta, & imitata quod nouit, voces eiusmodi subitò protulit, on, ine, vsiam, estian. Hi nanque soni substantiam geniti conantur exprimere, ipso pronuntiatore ad id enitente, imitantes profectò quoad possunt entis ipsius originem.

A ἈΛΛ᾽ ἐπ᾽ ἐκεῖνο ἐπανιτέον, λέγουσιν ὅτι μένει τὸ πρῶτον τὸ αὐτό, κἂν ἐξ αὐτοῦ γίνηται ἕτερα. ἐν μὲν οὖν τοῖς ἀριθμοῖς μένοντος μὲν τοῦ ἑνός, ποιοῦντος δὲ ἄλλου, ὁ ἀριθμὸς γίνεται κατ᾽ αὐτό. ἐν δὲ τῷ ὅ ἐστι πρὸ τῶν ὄντων, μένει μὲν πολὺ μᾶλλον τὸ ἐνταῦθα. μένοντος δὲ αὐτοῦ, οὐκ ἄλλο ποιεῖ, εἰ κατ᾽ αὐτὸ τὰ ὄντα. ἀλλ᾽ ἀρκεῖ αὐτὸ γεννῆσαι τὰ ὄντα. καὶ ὥσπερ B ἐπὶ τῶν ἀριθμῶν ἦν τοῦ πρώτου τῆς μονάδος ἐπὶ πᾶσιν εἶδος πρώτως καὶ δευτέρως, καὶ οὐκ ἐπίσης ἑκάστου μεταλαμβάνοντος τῶν ὑστέρων αὐτῆς, οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἕκαστον μὲν τῶν μετὰ τὸ πρῶτον ἔχει τι ἐκείνου, οἷον εἶδος ἐν αὐτῷ. κἀκεῖ μὲν ἡ μετάληψις, τὸ ποσὸν ὑπέστησεν αὐτῶν. ἐνταῦθα δὲ τὸ ἴχνος τοῦ ἑνός, τὴν οὐσίαν αὐτοῖς ὑπεστήσατο. ὡς τ᾽ εἶναι τὸ εἶναι, ἴχνος ἑνός. καὶ τὸ εἶναι δὲ τοῦτο, ἡ τῆς C οὐσίας δηλωτικὴ ὀνομασία, ἀπὸ τοῦ ἓν εἴ τις λέγοι γεγονέναι, τάχα ἂν τύχοι τοῦ ἀληθοῦς. τὸ γάρ τοι λεγόμενον ὄν, τοῦτο πρῶτον ἐκεῖθεν οἷον ὀλίγον προβεβηκός, οὐκ ἠθέλησεν ἔτι πρόσω ἐλθεῖν· μεταστραφὲν δὲ εἰς τὸ εἴσω, ἔστη, καὶ ἐγένετο οὐσία. καὶ ἔστιν ἁπάντων, οἷον ἐναπερείσαντος ἐν φθόγγῳ αὐτὸν τοῦ φωνοῦντος, ὑφίσταται τὸ ἕν. δηλοῦν τὸ ἀπὸ τοῦ ἑνός. καὶ τὸ ὂν D σημαῖνον τὸ φθεγξάμενον, ὡς δύναται. οὕτοι τὸν μὲν γινόμενον, ἡ οὐσία, καὶ τὸ εἶναι μίμησιν ἔχοντα, ἐκ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ ῥυέντα. ἡ δὲ ἰδοῦσα καὶ ἐπικινηθεῖσα τῷ θεάματι, μιμουμένη ὃ εἶδεν, ἔρρηξε φωνὴν τὴν ὂν καὶ τὸ εἶναι, καὶ οὐσίαν, καὶ ἑστίαν. οὗτοι γὰρ οἱ φθόγγοι, θέλουσι σημαίνειν τὴν ὑπόστασιν, γεννηθέντος ὠδῖνι τοῦ φθεγγομένου. ἀπομιμούμενοι ὡς οἷόν τι αὐτοῖς, τὴν * γέννησιν τοῦ ὄντος.

* γένεσ

Quoniam

Quoniam dicendo speciem vel essentiam, concipis & definis aliquid intellectu, scito id non esse rerũ principium: illud enim nullo modo comprehendi potest. *Cap. VI.*

Ipsum vnum vel vnitas nomen est à Pythagoricis adinuentum, quo principij rerũ simplicitatem eminentiamq́; pro viribus designarent, negantes quidem multitudinem compositionemq́;, & determinationem prorsus omnem ab ipso nihil interim affirmantes, quod & Apollinis nomine confirmabant. Sicut sensibile genus cum sensu proportionem habet, ita intelligibile cum intellectu. Principium ergo rerum non habens cum intellectu proportionem, supereminet genus intelligibile: igitur est ente superius.

ἈΛΛᾺ ταῦτα μὲν, ὥς τις ἐθέλει λελέχθω. τῆς δὲ γινομένης οὐσίας εἴδους οὔσης, (οὐ γὰρ δή τι ἄλλο αὐτῆς εἴποι τὸ ἐκεῖθεν γινόμενον.) καὶ εἴδους οὐ τινὸς, ἀλλὰ παντὸς, ὡς μὴ ἂν ὑπολιπεῖν τι ἄλλο, ἀνάγκη ἀνείδεον ἐκεῖνο εἶναι. ἀνείδεον δὲ ὂν, οὐκ οὐσία. τόδε γάρ τι δεῖ τὴν οὐσίαν εἶναι. τοῦτο δὲ, ὡρισμένον, τὸ δὲ, οὐκ ἔστι λαβεῖν ὡς τόδε. ἤδη γὰρ οὐκ ἀρχή. ἀλλ᾽ ἐκεῖνο μόνον, ὃ τόδε εἴρηκας εἶναι. εἰ οὖν τὰ πάντα ἐν τῷ γινομένῳ, τί τῶν ἐν τούτῳ ἐκεῖνο ἐρεῖς. οὐδὲν δὲ τούτων ὂν, μόνον ἂν λέγοιτο ἐπέκεινα πάντων. ταῦτα δὲ τὰ ὄντα καὶ τὸ ὄν. ἐπέκεινα ἄρα ὄντος. τὸ γὰρ ἐπέκεινα *ὄντως, οὐ τόδε λέγει. οὐ γὰρ τίθησιν. οὐδὲ ὄνομα αὐτοῦ λέγει. ἀλλὰ φέρει μόνον τὸ, οὐ τοῦτο. τοῦτο δὲ ποιοῦν, οὐδαμοῦ αὐτὸ περιλαμβάνει. γελοῖον γὰρ ζητεῖν ἐκείνην τὴν ἄπλετον φύσιν περιλαμβάνειν. ὁ γὰρ τοῦτο βουλόμενος ποιεῖν, ἀπέστησεν αὐτὸν, καὶ τοῦ ὁπωσοῦν, καὶ κατὰ βραχὺ εἰς ἴχνος αὐτοῦ ἰέναι. ἀλλ᾽ ὥσπερ τὴν νοητὴν φύσιν βουλόμενος ἰδεῖν, οὐδὲ μίαν φαντασίαν αἰσθητοῦ ἔχων, θεάσεται ὅ ἐστιν ἐπέκεινα τοῦ αἰσθητοῦ, οὕτω καὶ ὁ θεάσασθαι θέλων τὸ ἐπέκεινα τοῦ νοητοῦ, τὸ νοητὸν πᾶν ἀφεὶς, θεάσεται ὅτι μέν ἐστι διὰ τούτου μαθὼν. οἷον δέ ἐστι τοῦτο, ἀφεὶς. τὸ δὲ οἷον, σημαίνοι ἂν τὸ οὐχ οἷον. οὐ γὰρ ἐνὶ οὐδὲ τὸ οἷον, ὅτῳ μηδὲ τὸ τί. ἀλλὰ ἡμεῖς ταῖς ἡμετέραις ὠδῖσιν ἀποροῦμεν ὅ τι χρὴ λέγειν. καὶ λέγομεν περὶ οὐ ῥητοῦ καὶ ὀνομάζομεν, σημαίνειν ἑαυτοῖς θέλοντες ὡς δυνάμεθα. τάχα δὲ καὶ τὸ ἓν ὄνομα τοῦτο, ἄρσιν ἔχει πρὸς τὰ πολλά. ὅθεν καὶ Ἀπόλλωνα οἱ Πυθαγορικοὶ συμβολικῶς πρὸς ἀλλήλους ἐσήμαινον, ἀποφάσει τῶν πολλῶν. εἰ δὲ θέσις τις τὸ ἓν, τό, τε ὄνομα, τό, τε δηλούμενον, ἀσαφέστερον ἂν γίγνοιτο, τοῦ εἰ μή τις ὄνομα ἔλεγεν αὐτοῦ. τάχα γὰρ τοῦτο ἐλέγετο, ἵνα ὁ ζητήσας ἀρξάμενος ἀπ᾽ αὐτοῦ, ὃ πάντων *ἦ μάλιστα ἁπλότητός ἐστι σημαντικὸν, ἀποφήσει τελευτῶν καὶ τοῦτο, ὡς τεθὲν μὲν ὅσον, οἷόν τε καλῶς τῷ θεμένῳ: οὐκ ἄξιον μὴν οὐδὲ τοῦτο, εἰς δήλωσιν τῆς φύσεως ἐκείνης.

*ὄντος

*ἦ

A SED hæc quidem vt cuiq; placet, accipiantur. Quum verò essentia genita species sit, neq; enim aliud quicquã quod inde gignitur quispiam appellauerit: sit inquam nõ species quædam, sed species omnis, adeò vt nihil aliud speciei reliquum sit, necessarium est ipsum vnum speciem non habere. Cùm verò à specie sit alienum, neque etiam esse potest essentia: oportet enim essentiam hoc aliquid esse: id autem determinatum iam est, illud verò non licet tan- B quam hoc aliquid cogitare: alioquin iam non esset principium, sed illud duntaxat quod hoc aliquid appellabas. Si igitur in eo quod inde genitum est omnia sunt, nihil eorũ quæ in hoc ipso sunt, esse reuera dices ipsum omniũ auctorem. Cumq; horum nihil sit omnino, solùm dici potest esse quod super hæc existit. Hæc autem sunt entia atq; ens ipsum: illud igitur ente superius. Iam verò quod est ente superius, non dicit hoc aliquid: neq; enim ponit aliquid, neq; C nomen ipsius dicit, sed affert solùm hoc ipsum, scilicet nõ hoc. Id autem agens nusquam comprehendit ipsum: ridiculum est enim moliri, immensam illam complecti naturã. Quisquis autem id molitur, seipsum vel à minimo quoq; illius vestigio procul admodum amouet: profectò quemadmodum cognoscere naturam intelligibilem cupiens, tunc demum cognoscet quod est super sensibile genus, quando nullam prorsus rei sentiendæ tenebit imaginem. Sic D etiam qui naturam intelligibili natura superiorem contemplari desiderat, si modò intelligendum omne dimiserit, contemplabitur: per hoc inquam discens illam existere, qualis verò sit omnino dimittens. Hoc ipsum verò quod dicitur quale, significat reuera non quale. cui enim non inest quod dicere quid cõsueuimus, neq; conuenit etiam quod quale appellare solemus. At nos nostris quasi cuiusdã parturientis angustijs laborãtes quid potissimum dicere E deceat, ignoramus: & de illo quod dici non potest, dicimus atq; nominamus, significare aliquid nobisipsis quoad possumus affectantes. Forsan verò & nomẽ hoc quod dicitur vnum, per respectum quendam ad multa negationem eleuationemq́; significat. Quapropter Pythagorici quoq; Apollinem secretiori quadã significatione inter se nominabãt, ipsa scilicet negatione multorum. Si autẽ nomen hoc vnũ significatione sua ponat aliquid & affirmet, tũ nomen tum etiam nominatum erit obscurius, quàm si quis nomen illius esse minimè dixerit: nam fortè nomen id dictum est, vt indagator exordiens ab eo quod maximè omninm significare potest simplicitatem, eò tandem perueniat, vt hoc ipsum præterea neget, quasi quanto melius à nominante poni potuit, impositum fuerit: neq; tamẽ & hoc dignum sit quo natura illa significetur:

nempe illud auditu attingi non potest, neq; ab A audiente vllo potest intelligi: sed si cui patere potest, occurrit potius intuenti. Verùm si intuens ipse contendat speciem intueri, neq; hoc tanquam speciem intuebitur.

ὅτι μὴ δὲ ἀκουστὸν ἐκεῖνο, μὴ δὲ τῷ ἀκούοντι δεῖ συνετὸν εἶναι. ἀλλ' εἴπερ τινὶ τῷ ὁρῶντι. ἀλλ' εἰ τὸ ὁρῶν εἶδος ζητεῖ βλέπειν, οὐδὲ τοῦτο εἴσεται.

Sicut per ipsum lumen & oculus est perspicax, & colores sunt conspicui, in quibus oculus videt lumen, quod in seipso non videt: sic per primum principium & mens intelligere potest, & vera fiunt intelligenda, in quibus mens ipsius principij lumen intelligit, in seipso verò nequaquam. *Cap. VII.*

Potest tamen intentionem à singulis veris retrahere, conuertereq; ad principij lumen, quo & hæc vera sunt, & hic intelligens: atq; ita ipso quoquo modo tanquam lumine frui. Similiter si voluntatem à singulis bonis amandis reuoces ad amandum ipsum bonum, quo & tu amas, & illa sunt amabilia, frueris statim ipso bono, videlicet insolito quodam gaudio.

PROINDE duobus modis secundum A actum videre contingit, quemadmodum accidit circa oculum. Sanè aliud quidem oculo spectaculũ est, ipsius scilicet rei sentiendæ species: aliud autem illud est per quod speciem illius videt: quod quidem ipsum quoq; ei sensibile est, diuersum certè ab ipsa specie: causa verò per quam species ipsa perspicitur, atque existens in specie, & mox cum ea cõspectum: quapropter tunc non admodum clarè perspicitur, quippe quum oculus ad illuminatum intẽtius B sese dirigat. Quando verò nihil fit aliud præter ipsum, subito quodã totoq; simul intuitu contuebitur, quamuis & tunc ipsum adhærens alteri sentietur: sin autẽ solùm ipsum sit nulli prorsus adiunctum, non poterit sensus accipere: quandoquidem solis lumen in sole ipso vigens fortè sensum effugeret, nisi moles ipsa solis esset subiuncta solidior. Siquis autem totum solem lumen esse dicat, id aliquis forsitan pro illius quod dicitur, declaratione suscipiet: erit C nanq; lumen in nulla aliorum specie quæ videntur, ac fortè visibile solùm atque lucidum, alia enim visibilia non solùm lumen existunt. Simili ratione mentis aspectus videt quidem & ipse per lumen aliud res illuminatas prima illa natura, atq; in illis reuera videt & illud: veruntamen ad naturam rerum illuminatarum impensius se conuertens, minus ipsum interea cernit. At si visas quandoq; res dimiserit, & lumen illud per quod videt attentè respexerit, D lumen iam ipsum luminisq; principium peruidebit. Quoniam verò mentem oportet eiusmodi lumen nõ tanquam extrinsecum aliquid intueri, rursus ad illum oculum accedamus, qui ipse quoq; quandoq; non extrinsecum lumen, nec alienum videat, sed ante lumen externum intueatur: proprium aliquod & lucidius in sede quadã inuiolata puraq; perlucens, aut nocte in tenebris coram se ex se prosilientem quendam aspiciat radium: aut quãdo nihil vo- E lens aspicere aliorum, seipsum cohibeat tegmine palpebrarum, atq; interim proferat ex se lumen. vel quum premens aliquis angulos palpebrarum, lumen quod latebat intus inspiciat, tunc sanè non videndo videt, & tunc maximè videt: videt nanq; lumen: cætera verò quę antè viderat, lucida quidem erant, lumen verò non erãt. Sic itaq; mens se ab alijs segregans atq; cohibens ad interiora, nihilq; vidẽs cernit protinus lumen, nõ in alio aliud, sed ipsum secundũ F seipsum solùm purũ ex seipso repẽtè coruscãs.

A Ἢ ἐπειδὴ διττὸν καὶ τὸ ἐνεργείᾳ βλέπειν, οἷον ἐπὶ ὀφθαλμοῦ. τὸ μὲν γάρ ἐστιν ὅραμα αὐτῷ, τὸ εἶδος τὸ τοῦ αἰσθητοῦ. τὸ δὲ δι' οὗ ὁρᾷ τὸ εἶδος αὐτοῦ, ὃ, καὶ αὐτὸ αἰσθητόν ἐστιν αὐτῷ, ἕτερον ὂν τοῦ εἴδους. αἴτιον δὲ τῷ εἴδει, τοῦ ὁρᾶσθαι, ἐν μὲν τῷ εἴδει καὶ ἐπὶ τοῦ εἴδους συνορώμενον. διὸ οὐκ ἐναργῆ τότε δίδωσι τὴν αἴσθησιν αὐτοῦ. ἅτε τοῦ ὄμματος τετραμμένου B πρὸς τὸ πεφωτισμένον. ὅταν δὲ μηδὲν ἄλλο ἢ παρ' αὐτὸ, ἀθρόᾳ εἶδε προσβολῇ. καίτοι καὶ τότε εἶδεν, ἐπερειδόμενον ἄλλῳ. μόνον δὲ αὐτὸ γινόμενον, μὴ πρὸς ἕτερον, οὐ δύναται ἡ αἴσθησις λαβεῖν. ἐπεὶ καὶ τοῦ ἡλίου τὸ φῶς τὸ ἐν αὐτῷ, τάχ' ἂν τὴν αἴσθησιν ἐξέφυγεν, εἰ μὴ ὄγκος ἐπέκειτο αὐτῷ στερεώτερος. εἰ δέ τις φῶς πᾶν εἶναι αὐτὸν λέγοι, τοῦτο ἄν τις λάβοι πρὸς δήλωσιν τοῦ λεγομένου. ἔσται γὰρ φῶς, C ἐν οὐδενὶ εἴδει τῶν ἄλλων ὁρωμένων. καὶ ἴσως ὁρατὸν μόνον. τὰ γὰρ ἄλλα ὁρατὰ, οὐ φῶς μόνον. οὕτω τοίνυν καὶ ἡ τοῦ νοῦ ὄψις, ὁρᾷ μὲν καὶ αὐτὴ δι' ἄλλου φωτὸς τὰ πεφωτισμένα ἐκείνῃ τῇ πρώτῃ φύσει. καὶ ἐν ἐκείνοις ὄντως ὁρᾷ. νεύουσα μέντοι πρὸς τὴν τῶν καταλαμπομένων φύσιν, ἧττον αὐτὸ ὁρᾷ. εἰ δ' ἀφήσει τὰ ὁρώμενα, καὶ δι' οὗ εἶδεν, εἰς αὐτὸ βλέπει, D φῶς ἂν καὶ φωτὸς ἀρχὴν ἂν βλέποι. ἀλλ' ἐπεὶ μὴ ὡς ἔξω ὂν, δεῖ τὸν νοῦν τοῦτο τὸ φῶς βλέπειν, πάλιν ἐπὶ τὸν ὀφθαλμὸν ἰτέον. ὃς ποτὲ καὶ αὐτὸς οὐ τὸ ἔξω φῶς, οὐδὲ τὸ ἀλλότριον εἴσεται. ἀλλὰ πρὸ τοῦ ἔξω οἰκεῖόν τι, καὶ μᾶλλον στιλπνότερον ἐν ἀκαρεῖ θεᾶται. ἢ νύκτωρ ἐν σκότῳ πρὸ αὐτοῦ, ἐξ αὐτοῦ προπηδήσαντος. ἢ ὅταν μηδὲν ἐθελήσας τῶν ἄλλων E βλέπειν, προβάλληται πρὸ αὐτοῦ, τὴν τῶν βλεφάρων φύσιν, τὸ φῶς ὅμως προφέρων. ἢ καὶ πιέσαντος τοῦ ἔχοντος τὸ ἐν αὐτῷ φῶς ἴδοι. τότε γὰρ οὐχ' ὁρῶν ὁρᾷ. καὶ μάλιστα τότε ὁρᾷ. φῶς γὰρ ὁρᾷ. τὰ δ' ἄλλα φωτοειδῆ μὲν ἦν. φῶς δὲ οὐκ ἦν. οὕτω δὴ καὶ νοῦς αὐτὸν ἀπὸ τῶν ἄλλων καλύψας, καὶ συναγαγὼν εἰς τὸ εἴσω μηδὲν ὁρῶν, θεάσεται οὐκ ἄλλο ἐν ἄλ- F λῳ φῶς· ἀλλ' αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ μόνον, καθαρὸν ἐφ' ἑαυτοῦ ἐξαίφνης φανέν.

Expelle

Expelle ab animo tria, motum, multiplicitatem, determinationem, scilicet per quam certæ cuidam rei se addicit vel cogitandæ vel affectandæ. *Cap. VIII.*

Statim animus factus principio proximus immobili, simplici, absoluto, impletur nouo eiusdem lumine, mox seipsum animaduertit mirabiliter solito pulchriorem. Quod sanè nouæ pulchritudinis lumen inspicit tanquam intimum: subinde animaduertit hoc ipsum sibi ex principio prouenire, vbi etiam lumen agnoscit vt extimum.

ΩΣΤΕ ἀπορεῖν ὅθεν ἐφάνη, ἔξωθεν ἢ ἔνδον: καὶ ἀπελθόντος εἰπεῖν, ἔνδον ἄρα ἦν, καὶ οὐκ ἔνδον αὖ. ἢ οὐ δεῖ ζητεῖν, πόθεν. οὔτε γὰρ ἔρχεται, οὔτε ἄπεισιν οὐδαμοῦ. ἀλλὰ φαίνεταί τε καὶ οὐ φαίνεται. διὸ οὐ χρὴ διώκειν. ἀλλ' ἡσυχῇ μένειν, ἕως ἂν φανῇ. παρασκευάσαντα ἑαυτὸν θεατὴν εἶναι. ὥσπερ ὀφθαλμὸς, ἀνατολὰς ἡλίου περιμένει. ὁ δὲ ὑπερφανεὶς τοῦ ὁρίζοντος, ἐξ ὠκεανοῦ φασὶν οἱ ποιηταὶ, ἔδωκεν ἑαυτὸν θεάσασθαι τοῖς ὄμμασιν. οὗτος δὲ ὃν μιμεῖται ὁ ἥλιος, ὑπερσχήσει πόθεν, καὶ τί ὑπερβαλὼν φανήσεται. ἢ αὐτὸν ὑπερσχὼν τὸν νοῦν τὸν θεώμενον. ἑστήξεται μὲν γὰρ ὁ νοῦς πρὸς τὴν θέαν, εἰς οὐδὲν ἄλλο, ἢ πρὸς τὸ καλὸν βλέπων. ἐκεῖ ἑαυτὸν πᾶς τρέπων καὶ διδοὺς, στὰς δὲ καὶ οἷον πληρωθεὶς μένους, εἶδε μὲν τὰ πρῶτα, καλλίω γινόμενον ἑαυτὸν καὶ ἐπιστίλβοντα, ὡς ἐγγὺς ὄντος αὐτοῦ. ὁ δὲ οὐκ ἤει ὥς τις προσεδόκα. ἀλλ' ἦλθεν ὡς οὐκ ἐλθών. ὤφθη γὰρ ὡς οὐκ ἐλθὼν, ἀλλὰ πρὸ ἁπάντων παρὼν, πρὶν καὶ τὸν νοῦν ἐλθεῖν. εἶναι δὲ τὸν νοῦν ἐλθόντα. καὶ τοῦτον εἶναι καὶ τὸν ἀπιόντα. ὅτι μὴ οἶδε, ποῦ μένειν δεῖ. καὶ ποῦ ἐκεῖνος μένει, ὅτι ἐν οὐδενί. καὶ εἰ οἷόν τε ἦν καὶ αὐτῷ τῷ νῷ μένειν μηδαμοῦ, οὐχ ὅτι ἐν τόπῳ. οὐ δὲ γὰρ οὐδ' αὐτὸς ἐν τόπῳ, ἀλλ' ὅλως οὐδαμοῦ, ἦν ἂν ἀεὶ ἐκεῖνον βλέπων. καίτοι οὐδὲ βλέπων, * ἀλλ' ἐν ἐκείνῳ ὤν. καὶ οὐ δύο. νῦν δὲ ὅτι ἐστὶ νοῦς, οὕτω βλέπει, ὅτε βλέπει τῷ ἑαυτοῦ μὴ νῷ. θαῦμα δὴ, πῶς οὐκ ἐλθὼν πάρεστι. καὶ πῶς οὐκ ὢν οὐδαμοῦ, οὐκ ἔστιν ὅπου μὴ ἔστιν. ἔστι μὲν οὖν οὑτωσὶ αὐτόθεν θαυμάσαι. τῷ δὲ γνῶντι τὸ ἐναντίον εἴπερ ἦν θαυμάσαι, μᾶλλον δὲ οὐδὲ δυνατὸν εἶναι, ἵνα τις καὶ θαυμάσῃ. ἔχει δὲ ὧδε.

* ἐν ἐκεί-

A ID autem ita fit, vt dubitari contingat, vndenam hoc effulgeat: vtrum ab extrinseco aliquo, an potius ab intrinseco: & quum discesserit, accidat dicere, intimum erat hoc, rursusq; non intimum, sed profectò non est quærendum vnde contingat, nempe nō datur hîc vnde. neq; enim huc accedit, vel aliò rursus hinc abit, sed vel apparet nobis, vel non apparet: quapropter non decet prosequi, sed potius requiescere, donec nobis effulgeat, ita nos ad id spectaculum B præparantibus, sicut & oculus ortum solis expectat, cui sol ipse ex orizonte resurgens, & vt poetæ aiunt, ex Oceano exhibet se spectandū. Hic autē hic inquam, quem sol imitatur, vnde nam supernè fulgebit? quidue transcendēs nobis perspicuè rutilabit? Profectò mentem desuper occupans suspicientem illuminabit. Intellectus itaq; in suspiciēdo se sistet, nihil aliud quàm pulchrum ipsum spectans, seq; totum illuc conuertens, eiq; omnino se dedicans. Itaq; C consistens ac velut vigore repletus, primò quidem seipsum respicit pulchriorē iam effectum, iamq; fulgentem, quippe quum iam sit summo propinquus. Deus autem non accedit vt forsan aliquis expectauerit, sed venit quasi nō veniens. Apparet enim non veniens, sed antè superq; omnia præsens, priusquam intellectus accesserit: intellectus autem est propriè qui accedit, & qui discedit: discedit inquam quādo non nouit vbi sit permanendum, & vbi ille permaD neat: quoniam videlicet reuera manet in nullo, ac si posset & intellectus esse nusquam, non in loco duntaxat inquam: nam & ipse non est in loco, sed omnino nusquam, proculdubio illum semper aspiceret; tametsi non aspiciens attingeret illum, sed in illo cōsistens: neq; id quidem tanquam duo. Nunc verò quoniam est intellectus, ita videt quādo videt, eo scilicet quòd in ipso nō est intellectus: & profectò mirum est quonam modo adsit non accedens, quoue moE do dum exiſtit, nusquam ob id ipsum interim sit vbiq;. Accidit sanè id ex ipsa sui conditione mirari, sed apud eum qui rem ipsam cognouerit, admirationi potius foret, siquando contrarium diceretur: imò verò neque potest aliter se habere, adeò vt quis vehementius admiretur: ita verò se habet.

Quoniam omnia dependent à Deo, ipse verò à nullo: ideo omnia sunt in ipso, sed ipse est in nullo: continet omnia, non continetur. *Cap. IX.*

Quia continetur à nullo, nusquam est: quia verò continet omnia, omnibus adest. Sic mundi corpus est in anima mundi, hæc in mente, hæc in bono, neq; vicißim. Sicut igitur anima tanquam libera singulis corporis partibus tota simul adest, ita bonum ab omnibus limitibus absolutum adest omnibus. Omnino verò quod ad suam existentiam non dependet à certo subiecto, vel loco, nec à certa natura vbiq; est & nusquam, sicut anima, & mens, & Deus.

ΠΑΝ τὸ γινόμενον ὑπ' ἄλλου, ἢ ἐν ἐκείνῳ ἐστὶ τῷ πεποιηκότι, ἢ ἐν ἄλλῳ. εἴπερ εἴη τι μετὰ τὸ ποιῆσαι αὐτό. ἅτε γὰρ γινόμενον ὑπ' ἄλλου, καὶ πρὸς τὴν γένεσιν δεηθὲν ἄλλου, ἄλλου δεῖται πανταχοῦ. διόπερ καὶ ἐν ἄλλῳ.

A QVICQVID ab alio fit, aut in suo est auctore, aut in alio quopiam, siquid modò præter auctorem sit reliquum: nam cùm ab alio fiat, & ad genituram indigeat alio, nimirū vbique alio indiget, quapropter requiescit in alio.

Ita igitur natura comparatũ est, vt vltima passim sint in penultimis: rursusq; priora his similiter in prioribus, aliudq; semper in alio, quousq; perueniatur ad summum. Summum verò principium vtpote cui nihil pręsit vlterius, esse nequit in alio. Quum verò ipsum quidem non sit in alio, cætera verò superioribus insint, nimirũ ipsum reliqua cuncta cõplectitur. Complectens autem neq; dissipatur in illa, & habet omnino nõ habitum: & profectò cùm habeat, nec habeatur, non datur aliquid vsquã vbi non sit & ipsum: nisi enim adesset, nec haberet: rursusq; si non habetur, nec vtiq; adest. Adest igitur, atq; non adest, nempe ex eo quidem quòd non comprehenditur, nequaquam adest: ex eo autem quòd est à quolibet liberum, nusquam prohibetur adesse: si enim cohiberetur, certè definiretur ab alio, & quę deinceps sequuntur, ipsius relinquerẽtur expertia: & huc vsq; Deus ipse regnaret, neq; amplius quicquam esset in ipso, neq; ipse in seipso consisteret, sed reliquis iam ipse seruiret. Quæcunq; igitur sunt in aliquo, ibi propriè sunt, cuius & ipsa iuris sunt. Quæcunq; verò non propriè sunt alicubi, talia sunt, vt non sit aliquid vsquam vbi ipsa nõ sint. Si enim aliquid hic non est, alius sanè locus id complectitur, atq; in alio quodam est tanquam loco, quare falsum est non esse id alicubi. Si igitur verum est non alicubi esse, & falsum esse alicubi, ne fortè sit in alio, nimirum nusquã abest. Si autem abest à nullo, certè non existens alicubi, in seipso erit vbiq;: nõ enim aliud quidem ipsius hic erit, aliud autem erit ibi, neq; tamen totum ibi tantùm, quamobrem erit vbiq; totum: quippe quum nullum alicubi vnum habeat ipsum, neq; rursus non habeat, nempe sic habet, vt reuera potius habeatur. Age iam hunc considera mundum, hic profectò si nullus alter mundus est, est ipso superior, non est in mundo, neque rursus in loco. Quis enim locus sit prius quàm mundus existat? Mundi verò partes ad ipsum rediguntur, & locantur in ipso. Anima verò non est in mundo, sed mundus in anima: neq; enim animæ locus est corpus, sed anima quidem est in mente, & corpus in anima. Mens deniq; consistit in alio, quod quidem non dependet ab alio, in quo propterea conquiescere compellatur: in nullo igitur propriè requiescit, atque hac ratione dicitur esse nusquam. Vbi nam igitur alia sunt? proculdubio sunt in eo. Itaq; nec abest ab alijs, neque est rursus in illis, neque quicquam est quod habeat ipsum, ipsum tamen omnia continet. quapropter & hanc ob causam id bonum omnium esse censetur: quoniam & sunt per ipsum omnia, & referuntur ad ipsum. Refertur inquam aliud alia ratione, ideoque alia sunt alijs meliora, quia & alijs alia sunt magis ad ipsum.

A πέφυκεν οὖν τὰ μὲν ὕστατα, ἐν τοῖς πρὸ αὐτῶν ὑστάτοις. τὰ δ' ἐν πρώτοις, ἐν τοῖς προτέροις. καὶ ἄλλο ἐν ἄλλῳ, ἕως εἰς τὸ πρῶτον ἀρχῆς. ἀρχὴ δὲ ἅτε μηδὲν ἔχουσα πρὸ αὐτῆς, οὐκ ἔχει ἐν ὅτῳ ἄλλῳ. μὴ ἔχουσα δ' ἐν ὅτῳ αὕτη, τῶν ἄλλων ὄντων ἐν τοῖς πρὸ αὐτῶν, τὰ ἄλλα περιείληφε πάντα. αὐτὴ περιλαβοῦσα γὰρ οὔτ' ἐσκεδάσθη εἰς αὐτά, καὶ ἔχει οὐκ ἐχομένη. B ἔχουσα δὴ καὶ αὐτὴ οὐκ ἐχομένη, οὐκ ἔστιν ὅπου μὴ ἔστιν. εἰ γὰρ μὴ ἔστιν, οὐκ ἔχει. εἰ δὲ μὴ ἔχεται, οὐκ ἔστιν. ὥστε ἔστι καὶ οὐκ ἔστι. τῷ μὲν μὴ περιέχεσθαι, οὐκ οὖσα. τῷ δ' εἶναι παντὸς ἐλευθέρα, οὐδαμοῦ κωλυομένη εἶναι. εἰ γὰρ αὖ κεκώλυται, ὥρισται ὑπ' ἄλλου. καὶ τὰ ἐφεξῆς ἄμοιρα αὐτοῦ. καὶ μέχρι τούτου ὁ θεός. καὶ οὐδ' αὖ ἔτι ἐφ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ δουλεύων τοῖς μετ' αὐτόν. τὰ μὲν οὖν ἔν τινι, ἐκεῖ ἐστιν οὗ ἐστιν. C ὅσα δὲ μὴ πού, οὐκ ἔστιν ὅπου μή. εἰ γὰρ μὴ ἐνθαδί, δηλονότι ἄλλος αὐτὸν κατέχει τόπος. καὶ ἐνθαδί, ἐν ἄλλῳ, ὥστε ψεῦδος τὸ οὐ πού. εἰ οὖν ἀληθὲς τὸ οὐ πού, καὶ ψεῦδος τὸ πού. ἵνα μὴ ἐν ἄλλῳ οὐδενὸς αὖ ἀποστατεῖ. εἰ δὲ μηδενὸς ἀποστατεῖ, οὐ πού ὤν, πανταχοῦ ἔσται ἐφ' ἑαυτοῦ. οὐδὲ γὰρ τὸ μὲν αὐτοῦ ὡδί, τὸ δὲ ὡδί. οὐ μὴν οὐδ' ὅλον ὡδί. ὥστε ὅλον πανταχοῦ. D οὐδενὸς ἑνὸς ἔχοντος αὐτό, οὐδ' αὖ μὴ ἔχοντος. ἐχομένου ἄρα ὁτουοῦν. ὅρα δὲ καὶ τὸν κόσμον, ὅτι ἐπεὶ εἰ μηδεὶς κόσμος πρὸ αὐτοῦ, οὐκ ἐν κόσμῳ αὐτός. οὐδ' αὖ ἐν τόπῳ. τίς γὰρ τόπος, πρὶν κόσμον εἶναι. τὰ δὲ μέρη, ἀνηρτημένα εἰς αὐτόν. καὶ ἐν ἐκείνῳ. ψυχὴ δὲ οὐκ ἐν ἐκείνῳ, ἀλλ' ἐκεῖνος ἐν αὐτῇ. οὐδὲ γὰρ τόπος τὸ σῶμα τῇ ψυχῇ, ἀλλὰ ψυχὴ μὲν ἐν νῷ. E οὐκ ἐν ὁτῳοῦν ἄρα, ταύτῃ οὖν οὐδαμοῦ. ποῦ οὖν τὰ ἄλλα ἐν αὐτῷ; οὔτι ἄρα ἀφέστηκε τῶν ἄλλων, οὔτε αὐτὸς ἐν αὐτοῖς ἐστιν. οὐδὲ ἔστιν οὐδὲν ἔχον αὐτό. ἀλλ' αὐτὸ ἔχει τὰ πάντα. διὸ καὶ ταύτῃ ἀγαθὸν τῶν πάντων, ὅτι καὶ ἔστι καὶ ἀνήρτηται πάντα εἰς αὐτό, ἄλλο ἄλλως. διὸ καὶ ἀγαθώτερα ἕτερα ἑτέρων, ὅτι, καὶ μᾶλλον ὄντα ἕτερα ἑτέρων.

Composita in simplicia resoluuntur: simplicia multa in vnum simplicissimum: hoc in ipsam simplicitatem. Hanc tu si quando apprehenderis, nec partem aliquam eius accipies: non enim habet partes, nec tota eius ratione totam, alioquin ipsi & tu æqualis eris. Cap. X.

Apprehendes autem eam, etsi non sub omni, sed sub quadam ratione eius atque virtute, tamen per vnicum simul actum atque simplicissimum percipies, quotcunque & quantumcunque fueris percepturus. Nam & ipse Deus momento totus simul occurrit, & tu siqua in percipiendo vtaris compositione, teipsum à simplicitate protinus separabis.

VE

ἈΛΛᾺ σὺ μή μοι δι' ἑτέρων αὐτὸ ὅρα. εἰ δὲ μὴ, ἴχνος ἂν ἴδῃς οὐκ αὐτό. ἀλλ' ἐννόει τί ἂν εἴη τοῦτο, ὅ ἐστι λαβεῖν ἐφ' ἑαυτοῦ, ὂν καθαρὸν, οὐδενὶ μιγνύμενον, μετεχόντων ἁπάντων αὐτοῦ, μηδενὸς ἔχοντος αὐτό. ἄλλο μὲν γὰρ, οὐδὲν τοιοῦτον, δεῖ δέ τι τοιοῦτον εἶναι. τὶς ἂν οὖν τὴν δύναμιν αὐτοῦ ἕλοι ὁμοῦ πᾶσαν. εἰ γὰρ ὁμοῦ πᾶσαν, τί ἂν τις αὐτοῦ διαφέροι. κατὰ μέρος ἄρα. ἀλλὰ προσβαλεῖς μὲν ἀθρόως προσβάλλων, ὅλον δὲ οὐκ ἀπαγγελεῖς. εἰ δὲ μὴ, νοῦς νοῶν ἔσῃ, κἂν τύχῃς. ἐκεῖνος δὲ ἐκφεύξεται. μᾶλλον δὲ σὺ αὐτόν. ἀλλ' ὅταν μὲν ὁρᾷς, ὅλον βλέπε. ὅταν δὲ νοῇς, ὅτι ἂν μνημονεύσῃς αὐτοῦ, νόει ὅτι τἀγαθόν. ζωῆς γὰρ ἔμφρονος καὶ νοερᾶς αἴτιος. δύναμις ὢν ἀφ' οὗ ζωή. καὶ νοῦς ὅτι οὐσίας. καὶ τοῦ ὄντος ὅτι ἕν. ἁπλοῦν γάρ. καὶ πρῶτον ὅτι ἀρχή. ἀπ' αὐτοῦ γὰρ πάντα. ἀπ' αὐτοῦ κίνησις ἡ πρώτη. οὐκ ἐν αὐτῷ. ἀπ' αὐτοῦ στάσις, ὅτι αὐτὸς μὲν ἐδεῖτο. οὐ γὰρ κινεῖται. οὐδ' ἕστηκεν. οὐδὲ γὰρ εἶχεν οὔτε ἐν ᾧ στήσεται, οὔτε ἐν ᾧ κινηθήσεται. περὶ τί γὰρ, ἢ πρὸς τί, ἢ ἔν τινι. πρῶτος γὰρ αὐτός. ἀλλ' οὐδὲ πεπερασμένος εἶναι. ὑπὸ τίνος γάρ; ἀλλ' οὐδ' ἄπειρος ὡς μέγεθος. ποῦ γὰρ ἔδει προσελθεῖν αὐτόν; ἢ ἵνα τι γένηται αὐτῷ. οὐδενὸς δεομένῳ; τὸ δ' ἄπειρον ἡ δύναμις ἔχει. οὐ γὰρ ἄλλως ποτὲ οὐδ' ἐπιλείψει, ὅπου καὶ τὰ μὴ ἐπιλείποντα δι' αὐτόν.

A VERVM tu noli, precor, Deum per alia intueri, alioquin scito te non Deum, sed eius vestigium inuenturum: sed ipse tecum reputa, quidnam hoc sit potissimum, quod fas est percipere tantùm in seipso consistens, purum, nulli permixtum: vbi certè omnia quidem participant ipsum, nihil tamen id habet: profectò nihil aliud potest esse tale, & proculdubio necessarium est tale aliquid esse. Quisnam igitur potentiam eius omnem simul apprehendat? B Si quis enim simul apprehẽdat omnem, quonam ab eo differre censebitur? Num accipit ergo secundum partem? sed enim tu ipsum intuens ictu quodam toto simul & vnico contuebere, neque tamen tibi totum renuntiabis, alioquin intellectus eris intelligens, siquid modò fueris consecutus: Deus autem te protinus aufugiet: imò verò tu Deum. Cæterùm quando inspicis, conspice totum: & cùm primum hunc intellexeris, quicquid ex eo memoria conseruaueris, C bonum ipsum esse memento. Vitæ nanque sapientis intellectualisq; causa est: quippe quum sit ipsa potestas à qua vita intellectusq; nascitur, nempe essentiȩ entisq; est auctor, quoniam est ipsum vnum. Est enim simplex, est & primum, quoniam est principium. Ab eo nanque omnia profluunt: ab eo motus primus ex oritur, neq; tamen est in eo: ab eo quoque status, quoniam ipse nihilo indiget: neq; enim mouetur, D neque quiescit, cùm nihil habeat in quo requiescat, in quo reuoluatur. Nam circa quid, aut ad quid potissimum, aut in quo præcipuè vel mouebitur, vel requiescet? est enim ipse primus. sed neque potest definitus esse, alioquin à quonam poterit definiri? neque rursus sic est infinitus, vt immensa moles solet excogitari. Tum verò quonam progredi debet? ac si dicatur progredi nunquid vt aliquid inde reportet, qui nullo penitus indiget. Ipsam verò infinitatem habet ipsa potestas: neque enim aliter est infinitus, nec aliter vnquam se habet, neque deficiet vnquam: quandoquidem quæcunq; non deficiunt, hoc ipsum ab eo propriè habent.

Principium primum ob inæstimabilem simplicitatem eminentiamq; qua dicitur vnum, nec extrinsecus nec intrinsecus est finitum. *Cap. XI.*

Neq; quiescit, neq; mouetur, neq; figuram habet, neq; formam: infinitum est potestate, non quantitate. Falluntur qui corpora propter quantitatem, & maximè esse, & esse maxima putant: nam propter eandem infinitè licet dicere, neque pars hæc, neque illa ipsum totum est: infinitè quoque dicere, hæc pars in hoc est parua, & illa parua: corpus igitur infinitè non est ipsum, & est infinitè paruum. Deniq; de veritate rerum separatarum diffidimus, ob nimium commertium cum materia: animæ quidem in hôc corpore somniant, extrà vigilant.

ΚΑῚ τὸ ἄπειρον τοῦτο, τῷ μὴ πλέον ἑνὸς εἶναι. μὴ δὲ ἔχειν πρὸς ὃ ὁριεῖ τι τῶν ἑαυτοῦ. τῷ γὰρ ἓν εἶναι, οὐ μεμέτρηται. οὐδ' εἰς ἀριθμὸν ἥκει. οὔτ' οὖν πρὸς ἄλλο, οὔτε πρὸς αὐτὸ
ἴσα * πεπέρανται. ἐπεὶ οὕτως ἂν εἴη, καὶ δύο. οὐδὲ σχῆμα τοίνυν, ὅτι μὴ δὲ μέρη. μὴ τοίνυν ζήτει θνητοῖς ὄμμασι τοῦτο, οἷον φησὶν ὁ λόγος. μὴ δ' ὅτι οὕτως ἐστὶν ἰδεῖν, ὡς ἄν τις ἀξιώσειε. πάντα αἰσθητὰ ὑπολαμβάνων, τὸ μάλιστα πάντων ἀναιρεῖ. ἃ γὰρ ἡγεῖταί τις εἶναι μάλιστα, ταῦτα μάλιστα οὐκ ἔστι. τὸ δὲ μέγα

A ATQVI hoc infinitum ex eo dicitur infinitum, quòd non sit plura quàm vnum, neq; habeat aliquid ad quod suorum aliquid terminet. Profectò ex eo quod vnum est, neq; mensuratur, neque procedit in numerum, neque igitur ad aliud quicquam, neq; ad se terminatur, quoniam sic vtique foret & duo. Neque rursus figuram habet, quoniam neque partes, nec habet formam. Noli igitur id mortalibus oculis indagare, tale videlicet omnino B quale ratio probat. Noli hoc inquam confidere ita posse cognosci, quemadmodum aliquis opinabitur, qui quæcunque sunt esse sensibilia opinetur: atque ita quod maximè omnium est, è medio tollat. Quæ enim forsan existimet aliquis esse quammaximè, hæc maximè non sunt. Quod autem est quantitate magnum,

id minus existit: at verò quod primũ est, principiũ est essendi, essentiaq; prestantius, quamobrem in oppositum nobis est opinio commutanda, alioquin destituemur à Deo: quemadmodum qui in festis solenniter celebrandis ingluuie quadã ventrẽ impleuerint epulis, quas intraturos ad deos nefas est delibare: quippe qui putent alimenta vêtris esse admodum certiora ipsa contemplatione Dei, cui decet solennia celebrare, ideoq; abeunt sacrorum expertes: etenim in eiusmodi sacris quum non inspiciatur Deus, iam nõ esse putatur apud illos qui solùm id esse certum existimant, quod solùm carne gustatur & cernitur: perinde ac si qui per totam vitam fortè dormierint: ideoq; sola quæ videntur in somnis, credenda tanquam certa prorsus existiment. Siquis autem eos excitet, vtpote qui his quæ per apertos oculos sentiuntur, fidem nequaquam adhibeant, subitò rursus obdormiant.

A ἧττον ἐστὶ· τὸ δὲ πρῶτον, ἀρχὴ τοῦ εἶναι. καὶ κυριώτερον αὖ, τῆς οὐσίας. ὥστε ἀντιστρεπτέον τὴν δόξαν. εἰ δὲ μὴ, καταλελείψη, ἔρημος θεοῦ. οἷον οἱ ἐν ταῖς ἑορταῖς ὑπὸ γαστριμαργίας πλήσαντες ἑαυτοὺς, ὧν οὐ θέμις λαβεῖν τοὺς εἰσιόντας πρὸς τοὺς θεοὺς. νομίσαντες μᾶλλον ἐκεῖνα ἐναργέστερα εἶναι τῆς θέας τοῦ θεοῦ, ᾧ ἑορτάζειν προσήκει, οὐ μετέσχον τῶν ἐκεῖ ἱερῶν.
B καὶ γὰρ ἐν τούτοις τοῖς ἱεροῖς ὁ θεὸς οὐχ ὁρώμενος, ἀπιστεῖσθαι ποιεῖ ὡς * οὐκ ὢν, τοῖς ἐναργὲς νομίζουσι μόνον, ὃ τῇ σαρκὶ μόνον ἴδοιεν. οἷον εἴ τινες διὰ βίου κοιμώμενοι, ταῦτα μὲν πιστὰ καὶ ἐναργῆ νομίζοιεν, τὰ ἐν τοῖς ὀνείρασιν. εἰ δέ τις αὐτοὺς ἐξεγείροιεν, ἀπιστήσαντες τοῖς διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἀνεῳγότων ὀφθεῖσι, πάλιν καταδαρθάνοιεν. * οὐκ ὄν

Quàm diuersus est intellectus à sensu, tam diuersa sunt intelligibilia à sensibilibus. Nõ negas esse voces, etsi non vides. Ne ergo neges esse separata, propterea quòd nec sensu nec sensuali intelligentia comprehendas. Denique scito insuper intellectum atque intelligibile esse ipsum bonum. *Cap. XII.*

Bonum omnia omnino semper appetunt: pulchrum verò nec omnia, nec omnino, nec semper. quapropter naturali quodam iudicio bonum ipsum ipso pulchro præstantius esse censetur, atque ita bono posterior est pulchritudo: sicut amor pulchri aduentitius est, & post naturalẽ appetitum boni nobis incidit: Quum verò pulchritudo sit forma quædam, ibiq; pulchritudo prima sit, vbi summa & omniformis est forma, intellectus atque intelligibile, meritò ipsum bonum superius pulchritudine, similiter intellectu intelligibiliq; excelsius iudicatur.

OPERÆPRETIVM est ad singula percipienda eo potissimũ se accingere, quo singula percipi debent. Oculis nanq; alia, auribus alia, alijs similiter alia: credendumque est mentem præter alia comprehendere, neq; putandum intelligere idem esse quod audire atq; videre: ceu siquis aures cernere iubeat, vocesq; ideo esse neget, quia minimè videantur. Proinde cogitandum est eos esse illius oblitos, quod ab initio in hunc vsque diem desiderant & affectant: omnia enim illud appetunt necessitate naturæ, quasi quæ vaticinentur, se absq; illo esse non posse. Præterea ipsius pulchri notitia animis iam experrectis & cognoscentibus accidit. Contingit simul & stupor, & ad amorem pertinens excitatio. Ipsum verò bonum, vtpote quod iam ab initio præsens est ad ingenitum appetitum, etiam dormientibus adest, neque vnquam stupore occupat intuentes, propterea quòd semper adest, nec propria quadam ad hoc reminiscentia indiget: neque tamen ipsum animaduertentibus id occurrit, quoniam & dormientibus imminet. Pulchri verò ipsius amor cùm primum sese offert, molestias infert, quoniam oportet pulchrum appetere cognoscendo: atqui amor eiusmodi cùm sit secundus, eorumque qui iam intelligunt, planè indicat pulchrum ipsum esse secundum: appetitio verò boni cùm sit antiquior, neque sensibus egeat, testatur ipsum bonum antiquius & superius esse quàm pulchrũ. Accedit ad hæc quòd omnes existimãt satis quandoque sibi fore, si bonum ipsum fuerint consecuti, quasi tunc demùm ad finem vsq; peruenerint: pulchrum

A ΧΡΗ` δὲ βλέπειν, ᾧ ἕκαστα δεῖ αἰσθάνεσθαι. ὀφθαλμοῖς μὲν ἄλλα, ὠσὶ δὲ ἕτερα. καὶ τὰ ἄλλα ὡσαύτως. καὶ τῷ νῷ πιστεύειν ἄλλα ὁρᾶν. καὶ μὴ τὸ νοεῖν ἀκούειν νομίζειν, ἢ ὁρᾶν, ὥσπερ ἂν εἰ τοῖς ὠσὶν ἐπιτάττοιεν βλέπειν. καὶ τὰς φωνὰς οὐκ εἶναι, ὅτι μὴ ὁρῶνται. χρὴ δὲ ἐννοεῖν, ὡς εἰσὶν ἐπιλελησμένοι, οὗ καὶ ἐξ ἀρχῆς εἰς νῦν ποθοῦσι, καὶ ἐφίενται
B αὐτοῦ. πάντα γὰρ ὀρέγεται ἐκείνου, καὶ ἐφίεται αὐτοῦ, φύσεως ἀνάγκῃ. ὥσπερ ἀπομεμαντευμένα, ὡς ἄνευ αὐτοῦ οὐ δύναται εἶναι. καὶ τοῦ μὲν καλοῦ, ἤδη οἷον εἰδόσι καὶ ἐγρηγορόσιν ἡ ἀντίληψις. καὶ τὸ θάμβος, καὶ τοῦ ἔρωτος ἡ ἔγερσις. τὸ δ' ἀγαθὸν ἅτε πάλαι παρὸν εἰς ἔφεσιν σύμφυτον, καὶ κοιμωμένοις πάρεστι καὶ οὐ θαμβεῖ ποτε ἰδόντας, ὅτι σύνεστιν ἀεί. καὶ οὐ ποτὲ ἡ ἀνάμνησις. οὐ μὴν
C ὁρῶσιν αὐτὸ ὅτι κοιμωμένοις πάρεστι. τοῦ δὲ καλοῦ ὁ ἔρως ὅταν παρῇ, ὀδύνας δίδωσιν ὅτι δεῖ ἰδόντας ἐφίεσθαι. δεύτερος ὢν οὗτος ὁ ἔρως. καὶ ἤδη συνιέντων, μᾶλλον δεύτερον μηνύει τὸ καλὸν εἶναι. ἡ δὲ ἀρχαιοτέρα τούτου καὶ ἀναίσθητος ἔφεσις, ἀρχαιότερον φησὶ καὶ τἀγαθὸν εἶναι, καὶ πρότερον τούτου. καὶ οἴονται δὲ τἀγαθὸν λαβόντες, ἀρκεῖν αὐτοῖς ἅπαντες. εἰς γὰρ τὸ τέλος ἀφῖχθαι.

τὸ δὲ καλὸν, ὅτι πάντες εἶδον γινόμενον. τὸ, τὲ καλὸν αὐτῷ οἴονται εἶναι, ἀλλ᾽ οὐκ αὐτοῖς, οἷα καὶ τὸ τῇδε κάλλος. τοῦ γὰρ ἔχοντος τὸ κάλλος εἶναι, καὶ καλοῖς εἶναι δοκεῖν ἀρκεῖ, καὶ μὴ ὦσι. τὸ δ᾽ ἀγαθὸν, οὐ δόξῃ ἐθέλουσιν ἔχειν. ἀντιποιοῦνται γὰρ μάλιστα τοῦ πρώτου. καὶ φιλονεικοῦσι, καὶ ἐρίζουσι τῷ καλῷ. ὡς καὶ αὐτῷ γεγονότι ὥσπερ αὐτοί. οἷον εἴ τις ὕστερος ἀπὸ βασιλέως, τῷ μετὰ βασιλέα εἰς ἀξίωσιν ἴσην βούλοιτο ἰέναι, ὡς ἀφ᾽ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ ἐκείνῳ γεγενημένος. ἀγνοῶν ὡς ἀνήρτηται μὲν καὶ αὐτὸς εἰς βασιλέα, ἔστι δὲ ἐκεῖνος πρὸ αὐτοῦ. ἀλλ᾽ οὖν ἡ τῆς πλάνης αἰτία, τὸ μετέχειν ἄμφω τοῦ αὐτοῦ. καὶ πρότερον τὸ ἐν ἀμφοτέρων εἶναι, καὶ ὅτι κἀκεῖ τὸ μὲν ἀγαθὸν αὐτὸ, οὐ δεῖται τοῦ καλοῦ. τὸ δὲ καλὸν, ἐκείνου. καὶ ἔστι δὲ τὸ μὲν ἤπιον καὶ προσηνὲς καὶ ἁβρότερον. καὶ ὡς ἐθέλει τις * παρὸν αὐτῷ. τὸ δὲ θάμβος ἔχει, καὶ ἔκπληξιν, καὶ συμμιγῆ τῷ ἀλγύνοντι, τὴν ἡδονήν. καὶ γὰρ αὖ καὶ ἕλκει ἀπὸ τοῦ ἀγαθοῦ τοὺς οὐκ εἰδότας, ὥσπερ ἀπὸ πατρὸς τὸ ἐρώμενον. νεώτερον γάρ. τὸ δὲ πρεσβύτερον, οὐ χρόνῳ, ἀλλὰ τῷ ἀληθεῖ. * ὃ καὶ τὴν δύναμιν προτέραν ἔχει. πᾶσαν γὰρ ἔχει. τὸ γὰρ μετ᾽ αὐτὸ, οὐ πᾶσαν. ἀλλ᾽ ὅση μετ᾽ αὐτὸν καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ. ὥστε ἐκεῖνος καὶ ταύτης κύριος. οὐ δεηθεὶς οὗτος, τῶν ἐξ αὐτοῦ γινομένων, ἀλλὰ πᾶν καὶ ὅλον ἀφεὶς τὸ γινόμενον, ὅτι μὴ ἐδεῖτο μηδὲν αὐτοῦ. ἀλλ᾽ ἔστιν ὁ αὐτὸς, οἷος καὶ πρὶν τοῦτο γεννῆσαι, ἐπεὶ οὐδ᾽ ἂν * ἐμέλλησεν αὐτῷ μὴ γινομένου. ἐπεὶ οὐδ᾽ εἰ ἄλλῳ δυνατὸν ἦν γενέσθαι ἐξ αὐτοῦ, ἐφθόνησεν ἄν. νῦν δὲ οὐκ ἔστιν οὐδὲν γενέσθαι. οὐδὲν γάρ ἐστιν, ὃ μὴ γέγονε, γινομένων τῶν πάντων. αὐτὸς δὲ οὐκ ἦν τὰ πάντα, ἵν᾽ ἂν ἐδεήθη αὐτῶν ὑπερβεβηκὸς δὲ τὰ πάντα * οἷός τε ἦν καὶ ποιεῖν αὐτὰ. καὶ ἐφ᾽ ἑαυτῶν ἐᾶσαι εἶναι, αὐτὸς ὑπὲρ αὐτῶν ὤν.

* παρὼν

* ᾧ

* ἐμέλησεν

* οἷός τε

A pulchrum verò non omnes ſatis ſibi factúrum exiſtimant. Præterea nonnulli præſentē quoq; pulchritudinem paruifaciunt: item quod pulchrum eſt, ſibimet potius quàm ipſis iudicant eſſe pulchrum, quemadmodum pulchritudinem hanc noſtram propriè habentis eam eſſe cenſent. tum verò pleriſq; ſatis ſibi factum videtur, ſi videantur pulchri, quamuis minimè ſint: bonum verò non opinione duntaxat, ſed reuera cupiunt poſsidere. Omnes nanq; quod B primum omnium eſt, potiſsimum ſibi comparare contendunt. Quid dicemus ad hæc? quod animi vnà cum pulchro quaſi quodam victoriæ ſtudio certant? quaſi & ipſum factū aliunde ſit, ſicut illi aliunde ſunt facti. Ceu ſiquis à rege poſterior ſtudeat alium quendam qui ſtatim ſequatur regē dignitatibus adæquare: vtpote qui ab vno eodemq; atq; ille dependeat, ignorans ſcilicet ſe quoq; à rege pendere, illum verò præcedere. Cauſa verò erroris ea eſt, quòd C ambo eiuſdem participes ſunt, vnumq; ambobus eſt prius. Conſtat inſuper ipſum bonum pulchro minimè indigere, ſed bono pulchrū. Proinde bonum ipſum manſuetum eſt, lene, placidum, delicatum, atq; ſicut optat quiſq; ſolet occurrere. Pulchrum verò vel ſtupidū reddit animum, vel cōcitatum voluptatemq; cum dolore commiſcet. Deniq; incautos ſæpe animos à bono deflectere cōſueuit, ſicut amatum ſæpe à patre ſeparat amatorē. Pulchrum nanq; D iunius eſt, bonum autē eſt antiquius, non quidem tempore, ſed veritate, quod quidem potentiam quoque priorem habet. habet nanque omnem: quod verò poſt ipſum eſt, non poſsidet omnem, ſed tantam duntaxat, quanta poſt ipſum eſt & ab ipſo. Quapropter pater ille huius quoq; poteſtatis eſt dominus, nullo modo indigens his quę generantur ab ipſo, ſed omne totumq; dimittens quod eſt genitum: quoniā nulla prorſus conditione hoc indiget, ſed exi- E ſtit prorſus idem, qui & prius quàm hoc ex ſe generaret: atqui ſua quoque nihil intereſſet, ſi hoc genitum non fuiſſet: quandoquidem & ſi potuiſſet ex illo aliud inſuper generari, non inuidiſſet ei quoque munus eſſendi. Nunc verò nihil vlterius effici poteſt: nihil enim reliquum eſt quod iam non fuerit procreatum, quum iam facta ſint omnia. At ipſe Deus non exiſtit cuncta, ſic enim omnibus indigeret: ſed omnia ſupergrediens potuit omnia conſtituere, atque permittere ſibijpſis omnia, ipſe quidem omnia ſupereminens.

Entia omnia minus inter ſe magiſue bona deſinunt in ens aliquod maximè bonum, hoc tandē reſoluitur in ipſum bonum, id eſt ipſam ſimpliciter bonitatem, ente ſuperiorem. *Cap. XIII.*

Quando hanc ipſam nominas, noli cogitare duo quædam, id eſt rem quandam vnà cum bonitate: alioquin principium rerum compoſitum erit, eritq; non bonitas abſoluta, ſed bonitas quædam, & tanquam particeps boni: referetur tandem ad ſuperius bonum, non vltra participatione bonum. De eſſentia, vita, mente prædicari poteſt aliquando malum, aut ſaltem non bonum, aut certè magis minúsue bonum. Talia verò de ipſa ſimpliciter bonitate prædicari non poſſunt. Ratio igitur bonitatis ipſius & alia eſt, & ſimplicior, ideoq; prior quàm ratio eſſentiæ, vitæ, mentis. Noli igitur fingere Deum primùm contineri in communi entium ordine ſub entis ratione communi, atq; inſuper habere propriam bonitatem, alioquin compoſitus erit, nec formaliter, ſed participatione quadam ſuperioris ſimplicioriſq; boni bonus. Ipſum denique bonum quod ab omnibus eſſentijs, vitis, mentibus appetitur, eaq; perficit atque efficit, non eſt dicendum habere propriè eſſentiam, vitam, mentem, ſicut neque ſolem dicimus ea propriè in ſe habere, quorum in elementis cauſa eſt, id eſt calorem eiuſmodi & augmentum & generationem, ſimileſq; formas atq; figuras.

A QVVM verò Deus sit ipsum bonum, non autem bonus, oportet ipsum nihil prorsus in se habere, quãdo nec habet bonum. Si quid enim habeat, aut bonum habebit, aut non bonum: at neque in eo quod propriè præcipuè primò bonum est, potest esse non bonum, neque ipsum bonum habet bonum. Si ergo neq; nõ bonum neq; bonum habet, nihil penitùs habet: sin habet nihil, solum est, ab omnibusq; secretum. Si igitur alia vel bona sunt, non tamen ipsum bonum, vel fortè non bona, neutrum verò horum B habet, certè nihil habens habendo nihil, est ipsum bonum. Siquis igitur huic aliquid addit vel essentiam, vel mentem, vel pulchrum, ipsa nimirum additione demit ab eo idipsum, quod ipsum existit bonum, cuncta auferens, nihilq; de hoc affirmans, neque quicquam mentiens, quasi sit aliquid apud ipsum, ritè permittit tantùm quod est, dici solet: nihil eorum quæ non adsunt, de ipso testificatus. Qua quidem in re C errare pleriq; consueuerunt, qui quum laudare quempiam nesciant laudatorum gloriæ detrahunt, dum ea illis adiungunt, quæ dignitate illorum minora sunt, ignorantes scilicet veras laudes laudatis personis accõmodare. Quamobrem & nos in primis cauere debemus, nequid posteriorum minorumq; addamus, ac penitus obseruare, vt Deus ille hæc omnia supereminens, horum causa sit, neq; tamen ille hæc existat. Iam verò natura boni non est esse vel om- D nia, vel aliquid omnium. Profectò si sit aliquid omnium, erit sub vno quodam eodemq; vnà cum cunctis. Si autem sit sub eodem vnà cum cæteris, differet vtiq; ab alijs proprio quodam tantùm differẽtiaq; & additione quadam. Erit ergo duo iam nõ vnum, quorum alterum quidem sit non bonum, scilicet quod sibi cum reliquis est commune: alterum verò bonum. erit itaq; mixtum ex bono simul atque non bono, E ideoq; nec purè, nec primò bonum erit. At illud erit primò bonum, cuius & hoc particeps vltra communem conditionem iam euasit bonum. Hoc ergo participatione quadã bonum erit: illud autem cuius hoc est particeps, nullum est ex omnibus: quare nullum omnium est ipsum bonum. Verùm si in ipso bonum hoc est, differentia enim est per quam hoc compositum est bonum necesse est hoc ab alio dependere, quod quidẽ simplex omnino sit solumq; F bonum. Hoc itaq; velut multiplex ab eo pendet, quod bonum est duntaxat. Quamobrem quod existit primò, bonumq; ipsum est, cõstat super omnia entia esse, solumq; bonum, nihilq; in se habere, sed nullis omnino permixtum, cuncta supereminere, & causam esse cunctorum. Non enim ex malo fit pulchrum, neque entia sunt ex malo, neque rursus ex aliquibus quæ indifferentia sint: melior enim est effector effectu. est nanq; perfectior.

A ἜΔΕΙ δὲ καὶ τἀγαθὸν αὐτὸν ὄντα, καὶ μὴ ἀγαθὸν, μὴ ἔχειν ἐν ἑαυτῷ μηδὲν, ἐπεὶ μηδὲ ἀγαθόν. ὃ γὰρ ἕξει, ἢ ἀγαθὸν ἕξει, ἢ οὐκ ἀγαθόν. ἀλλ' οὔτε ἐν τῷ ἀγαθῷ τῷ κυρίως καὶ πρώτως ἀγαθῷ, τὸ μὴ ἀγαθόν. οὔτε τὸ ἀγαθὸν ἔχει τὸ ἀγαθόν. εἰ οὖν μήτε τὸ οὐκ ἀγαθὸν, μήτε τὸ ἀγαθὸν ἔχει, οὐδὲν ἔχει. εἰ οὐδὲν ἔχει, μόνον καὶ ἔρημον τῶν ἄλλων ἐστίν. εἰ οὖν τὰ ἄλλα ἢ ἀγα- B θά ἐστι, καὶ οὐ τἀγαθὸν, ἢ οὐκ ἀγαθά ἐστιν, οὐδέτερα δὲ τούτων ἔχει, οὐδὲν * ἔχων, τὸ μηδὲν ἔχειν, ἔστι τὸ ἀγαθόν. εἰ δ' ἄρα τις ὁτιοῦν αὐτῷ προστίθησιν, ἢ οὐσίαν, ἢ νοῦν, ἢ καλὸν, τῇ προσθήκῃ ἀφαιρεῖται αὐτοῦ τἀγαθὸν εἶναι. πάντα ἄρα ἀφελὼν, καὶ οὐδὲν περὶ αὐτοῦ εἰπὼν, οὐδ' ἔτι ψευσάμενος ὡς ἔστι παρ' αὐτῷ, εἴασε τὸ ἐστίν. οὐδὲν καταμαρτυρήσας τῶν οὐ παρόν- C των. οἷον, οἱ μὴ ἐπιστήμῃ τοὺς ἐπαίνους ποιούμενοι. οἱ ἐλαττοῦσι τὴν τῶν ἐπαινουμένων δόξαν, προστεθέντες αὐτοῖς ἃ τῆς ἀξίας αὐτῶν ἐστιν ἐλάττω. ἀποροῦντες ἀληθεῖς εἰπεῖν, περὶ τῶν ὑποκειμένων προσώπων τοὺς λόγους. καὶ οὖν καὶ ἡμεῖς, μηδὲν τῶν ὑστέρων καὶ ἐλαττόνων προστιθῶμεν. ἀλλ' ὡς ὑπὲρ ταῦτα ἰὼν ἐκεῖνος, τούτων αἴτιος ἢ ἀλλὰ μὴ αὐτὸς ταῦτα. καὶ γὰρ D αὖ φύσις ἀγαθοῦ, οὐ πάντα εἶναι. οὐδ' αὖ ἔν τι τῶν πάντων. εἴη γὰρ αὖ ὑπὸ ἓν καὶ ταὐτὸν τοῖς ἅπασιν ὑπὸ δὲ ταὐτὸν ὂν τοῖς πᾶσι, διαφέροι αὖ τῷ ἰδίῳ μόνον. καὶ διαφορᾷ καὶ προσθήκῃ. ἔσται τοίνυν δύο, οὐχ' ἕν. ὧν τὸ μὲν οὐκ ἀγαθὸν τὸ κοινόν. τὸ δὲ ἀγαθόν. μικτὸν ἄρα ἔσται ἐξ ἀγαθοῦ καὶ οὐκ ἀγαθοῦ. οὐκ ἄρα καθαρῶς ἀγαθόν. οὐδὲ πρώτως ἀλλ' ἐκεῖνο αὖ εἴη E πρώτως, οὗ μετέχον παρὰ τὸ κοινὸν γεγένηται ἀγαθόν. μεταλήψει μὲν δὴ αὐτὸ ἀγαθόν. οὗ δὲ μετέλαβεν, οὐδὲν τῶν πάντων. οὐδὲν ἄρα τῶν πάντων, τὸ ἀγαθόν. ἀλλ' εἰ ἐν αὐτῷ τοῦτο τὸ ἀγαθόν. διαφορᾷ γὰρ καθ' ἣν τοῦτο τὸ σύνθετον ἦν ἀγαθὸν, δεῖ αὐτὸ παρ' ἄλλου εἶναι. ἦν δὲ αὐτὸ, ἁπλοῦν καὶ μόνον ἀγαθόν. πολλῷ ἄρα τὸ ἀφ' οὗ μόνον ἀγαθόν. τὸ ἄρα πρώτως καὶ τἀγαθὸν, ὑπέρ τε πάντα τὰ ὄντα * ἀνα- F πέφανται ἡμῖν, καὶ μόνον ἀγαθὸν, καὶ οὐδὲν ἔχον ἐν ἑαυτῷ. ἀλλὰ ἀμιγὲς πάντων καὶ ὑπὲρ πάντα, καὶ αἴτιον τῶν πάντων. οὐ γὰρ δὴ ἐκ κακοῦ τὸ καλὸν, οὐδὲ τὰ ὄντα, οὐδ' αὖ ἐξ ἀδιαφόρων. κρεῖττον γὰρ τὸ ποιοῦν, τοῦ ποιουμένου. τελειότερον γάρ.

* ἔχον

* ἀναπέφηται

ΠΛΩΤΙΝΟΥ

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Ε,

ΛΟΓΟΣ ς.

PLOTINI

ENNEAD. QVINTAE,

LIBER VI.

ΠΕΡΙ τοῦ, τὸ ἐπέκεινα τοῦ ὄντος μὴ νοεῖν, καὶ τί τὸ πρώτως νοοῦν, καὶ τί τὸ δευτέρως.

Quod illud quod eſt ſuper ens non intelligat: quídue ſit intelligens primò, quídue ſecundò intelligens.

Intellectus & vnitus eſt cum re intellecta pariter & diſtinctus. *Cap. 1.*

Si cognoſcit externa foràs aſpiciendo, manifeſta eſt inter intellectum intelligibileq́ diuerſitas, & intellectus formam induit peregrinam, interea tamẽ per hanc formam cum intelligibili intellectus vnitur: ſin autẽ intelligit ſeipſum, eadem quidẽ eſt intelligentis intelligibilisq́ eſſentia. Eſt tamen huius atq́ illius oppoſita inter ſe ratio: igitur diſtincta formaliter. Adde quòd ratio ipſius intelligibilis ratione intelligentis eſt ſuperior: ſicut ratio vel luminis, vel diaphani, vel luminis purioris atq́ minus puri. Ratio enim intellectus ad intelligibile, vbi ſeipſum intelligit, eſt tanquam incboati cuiuſdã luminis annitentis ad abſolutum lumen accipiendũ, cui pro viribus adæquetur.

ΤΟ μὲν ἐστι νοεῖν ἄλλο, τὸ δὲ * αὐτό. ὃ ἤδη φεύγει μᾶλλον τὸ δύο εἶναι· τὸ δὲ πρότερον λεχθὲν, βούλεται καὶ αὐτὸ, ἀλλ' ἧττον δύναται. παρ' αὐτῷ μὲν γὰρ ἔχει ὃ ὁρᾷ. ἕτερόν γε μὴν ἐκείνου. τὸ δὲ οὐ κεχώρισται τῇ οὐσίᾳ. ἀλλὰ συνὸν αὐτῇ, ὁρᾷ ἑαυτό. ἄμφω οὖν γίνεται ἓν ὄν. μᾶλλον οὖν νοεῖ ὅτι ἔχει. καὶ πρώτως νοεῖ. ὅτι τὸ νοοῦν, δεῖ ἓν καὶ δύο εἶναι. εἴτε γὰρ μὴ ἓν, ἄλλο τὸ νοοῦν, ἄλλο τὸ νοούμενον ἔσται. οὐκ ἂν οὖν πρώτως νοοῦν εἴη. ὅτι ἄλλου τὴν νόησιν λαμβάνον, οὐ τὸ πρώτως νοοῦν ἔσται. ὅτι ὃ νοεῖ, οὐκ ἔχει ὡς αὐτοῦ. ὥστε οὐδ' αὐτό. ἢ εἰ ἔχῃ ὡς αὐτὸ ἵνα κυρίως νοῇ, τὰ δύο ἓν ἔσται. δεῖ ἄρα ἓν εἶναι ἄμφω εἴτε ἓν μὲν, μὴ δύο δὲ αὖ ἔσται. ὅτι νοήσει οὐχ ἕξει. ὥστε, οὐ δὲ νοοῦν ἔσται. ἁπλοῦν ἄρα, καὶ οὐχ ἁπλοῦν δεῖ εἶναι. μᾶλλον δ' ἄν τις αὐτὸ τοιοῦτον ὂν ἕλοι, ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἀναβαίνων. ἐνταῦθα γὰρ διαιρεῖν ῥᾴδιον. καὶ ῥᾷον ἄν τις τὸ διπλοῦν ἴδοι. εἰ οὖν τις διπλοῦν φῶς ποιήσειε, τὴν μὲν ψυχὴν κατὰ τὸ ἧττον, τὸ δὲ νοητὸν αὐτῆς κατὰ τὸ

* αὐτὸ

A DVPLEX intelligentia eſt. aut enim aliquid intelligit aliud, aut ſeipſum: qd quidem longius illam deuitat diuerſitatẽ, per quam duo quædam euadat intelligendo. Quod autem intelligit aliud, vult ipſum quoq; diuerſitatem fugere, ſed minus id valet: habet quidem apud ſe quod videt, ſed à ſe di- B uerſum. Verùm quod ſeipſum intelligit, non eſt ab eo quod intelligitur eſſentia ſeparatum, ſed coexiſtẽs ſecũ, ſeipſum & intuetur: vtrunq; itaque ſimul ens vnum efficitur: imò verò magis intelligit, quoniam quod intelligit habet. Primoq; intelligit, quia ipſum intelligẽs oportet vnum duoque exiſtere: ſiue enim non ſit vnum, ideoq; aliud quidem ſit intelligẽs, aliud intellectum, non erit vtique primò intelligens. Aliud nanque intelligendo, intelligens primò C non erit, nempe quod intelligit non habet tanquam ſuum aliquid, & iccirco neque tanquam ſeipſum id habet: aut certè ſi tanquam ſeipſum habuerit vt præcipuè intelligat, duo hęc vnum erunt. Oportet itaq; ambo vnum exiſtere, ſiue vnum quidem non ſit, rurſus verò ſit duo, certè quod intelligat non habebit: quapropter neq; erit intelligẽs. neceſſarium igitur eſt, quicquid intelligit eſſe ſimplex, ſimulatq; non ſimplex. Proinde ſiquis ab anima ſurſum aſcendat, apertius comprehendet quod intelligit eſſe tale. Hîc enim diuidere facilè eſt, ideoq; facilius aliquis deprehendat duplicitatem. Siquis igitur lumẽ duplex efficiat, animam quidem ſecundum minus purum, intelligibile autem animæ ſecundum

eiuſdem purius: deinde faciat vt ipſum videns A æquale ſit lumen lumini viſo, quum non habeat vltrà qua differentia ſeparet, duo hæc eſſe aſſeret vnum, quod quidem ideo ſit intelligẽs, quoniam exiſtit duo: at iccirco ſit iam videns, quoniam iam eſt vnum: ille igitur intellectum ſic intelligibileq; apprehendet. Quamobrem nos quidem ratione noſtra ex duobus confecimus vnum: illud autem contrà ex vno exiſtit duo, quoniam ſcilicet intelligit reddens ſeipſum duo: imò verò quia intelligit exiſtens duo: item quia ipſum eſt vnum intelligere poteſt.

καθαρώτερον, εἶτα ποιήσειε καὶ τὸ ὁρῶν ἴσον εἶναι φῶς τῷ ὁρωμένῳ, οὐκ ἔχων ἔτι χωρίζειν τῇ διαφορᾷ, ἓν τὰ δύο θήσεται. νοῶν μὲν, ὅτι δύο ἦν· ὁρῶν δὲ, ἤδη ἕν. οὕτω νοῦν καὶ νοητὸν αἱρήσει. ἡμεῖς μὲν οὖν τῷ λόγῳ, ἐκ δύο, ἓν πεποιήκαμεν. τὸ δ' ἀνάπαλιν ἐξ ἑνός ἐστι δύο, ὅτι νοεῖ ποιοῦν αὑτὸ δύο. μᾶλλον δὲ ὂν, ὅτι νοεῖ, δύο. καὶ ὅτι αὐτὸ ἕν.

Intellectus ſeipſum intelligens in ſe multiplicitatem habet. *Cap. II.*

Omnis intellectus eſt quodammodo intelligibilis, non tamen omne intelligibile neceſſariò eſt intellectus. Ratio igitur ipſius intelligibilis alia & communior & prior eſt quàm ratio intellectus. Intellectus igitur ſe intelligens diuerſas in ſe rationes habet. Præterea cum ipſo entium ordine eſſentia ſit etiam tempore prior quàm intelligentia, meritò in primo ente eſt ſaltem origine prior. Ipſa igitur eſſentia in primo originis ſigno, ſecundum ſeipſam, necdum eſt intelligens, nec intelligibilis actu, niſi ſuboriatur ei facultas intelligendi, quæ ſanè facultas non ſit intelligens actu, niſi cum intelligibili copuletur. Conclude, ſi ipſa entis eſſentia ad ipſam exiſtendi perfectionem non indiget intelligentia, hanc enim præcedit, multò minus quod eſt ſuperius ente. Superius autem eſt illud, in quo non eſt prius aliquid & poſterius: nec abſolutarum duplicitas rationum, ſicut in ente & intellectu eſſe comperimus.

SI igitur aliud quidem eſt primò intelligẽs, A aliud autem eſt intelligens aliter, certè quod eſt primò intelligente ſuperius, non intelligit: intellectum nanque oporteret eſſe vt intelligeret: ſi autẽ intellectus foret, intelligibile oporteret habere, ac ſi primò intelligeret habere intelligibile in ſeipſo: non tamen neceſſarium eſt quicquid intelligibile eſt, habere in ſe intellectum, & intelligere: eſſet enim non intelligibile tantùm, ſed & intelligens. Quumq; duo iam ſit, non eſſet vtiq; primum. B Iam verò intellectus qui intelligibile poſsidet, nunquã conſiſtere poſſet, ſi non eſſet eſſentia eius quod eſt intelligibile purum, quod ad intellectum quidem intelligibile erit. Secundum verò ſeipſum neq; intelligens, neq; intelligibile propriè erit: nempe quod intelligibile dicitur, alteri intelligibile iudicatur: atqui & intellectus ſuam illam vim per quam intelligentia nititur, habet vacuam, niſi acceperit comprehẽderitq; ipſum C intelligibile quod intelligit. non enim abſque intelligibili habet intelligentiam: tunc itaque perfectus eſt, quando iam habet. Oportet autem antequam intelligat, perfectam penes ſe habere eſſentiam. Illud ergo ex quo ſecundum eſſentiam perfectus exiſtit, idipſum eſt ante intelligentiam: quamobrem nihil huic opus eſt intelligentia, quum antè hanc ſufficienter exiſtat, itaq; non intelligit. Eſt igitur ſupremum aliquid quod non intelligit: eſt inſuper quod intelligit primò: eſt deniq; quod ſecundam quandam intelligentiam habet. Præterea ſi primum illud omnium principium intelligat, aliquid iam illi aderit: non erit itaq; primum, ſed ſecundum: neq; vnum, ſed iam multa, & profectò totidem quot & intelliget: quinimò ſi ſolùm intelligat ſemetipſum, multa rurſus euadet.

A ΕΙ' δὴ τὸ μὲν πρώτως νοοῦν, τὸ δὲ ἤδη ἄλλως νοοῦν, τὸ ἐπέκεινα τοῦ πρώτως νοοῦντος, οὐκ ἂν ἔτι νοοῖ. νοῦν γὰρ δεῖ γενέσθαι, ἵνα νοῇ. ὄντα δὲ νοῦν. καὶ νοητὸν ἔχειν. καὶ πρώτως νοοῦντα, ἔχειν τὸ νοητὸν ἐν αὑτῷ. νοητὸν δὲ ὂν, οὐκ ἀνάγκη πᾶν καὶ νοοῦν ἐν αὑτῷ ἔχειν, καὶ νοεῖν. ἔσται γὰρ οὐ μόνον νοητὸν, ἀλλὰ καὶ νοοῦν. πρῶτόν τε, οὐκ ἔσται δύο ὄν. ὅ, τε νοῦς ὁ τὸ νοητὸν B ἔχων, οὐκ ἂν συσταίη μὴ οὔσης οὐσίας καθαρῶς νοητοῦ. ὃ πρὸς μὲν τὸν νοῦν, νοητὸν ἔσται, καθ' ἑαυτὸ δὲ οὔτε νοοῦν οὔτε νοητὸν κυρίως ἔσται. τό, τε γὰρ νοητὸν, ἑτέρῳ. ὅ, τε νοῦς τὸ ἐπιβάλλον τῇ νοήσει καινὸν ἔχει, ἄνευ τοῦ λαβεῖν καὶ ἑλεῖν τὸ νοητὸν, ὃ νοεῖ. οὐ γὰρ ἔχει τὸ νοεῖν, ἄνευ τοῦ νοητοῦ. τότε οὖν τέλεον, ὅταν ἔχῃ. ἔδει δὲ πρὸ τοῦ νοεῖν, τέλεον εἶναι παρ' αὐτοῦ τῆς οὐσίας. ᾧ ἄρα τὸ τέλεον ὑπάρξει, πρὸ τοῦ νοεῖν, τοῦ- C το ἔσται. οὐδὲν ἄρα δεῖ αὐτῷ τοῦ νοεῖν. αὔταρκες γὰρ πρὸ τούτου. οὐκ ἄρα νοήσει. τὸ μὲν ἄρα οὐ νοεῖ. τὸ δὲ πρώτως νοεῖ. τὸ δὲ νοήσει δευτέρως. ἔτι εἰ νοήσει τὸ πρῶτον, ὑπάρξει τι αὐτῷ. οὐκ ἄρα πρῶτον. ἀλλὰ καὶ δεύτερον. καὶ οὐχ ἕν, ἀλλὰ καὶ πολλὰ εἴδη. καὶ πάντα ὅσα νοήσει. καὶ γὰρ εἰ μόνον * ἑαυτὸν, πολλὰ ἔσται. * ἑαυτὴ

Quouſq; fingis intellectum, ob id ipſum quod intelligat vel ſe vel alia ita multiformẽ euadere, vt ſint in eo multæ formæ inter ſe ex ipſa natura rei formaliterq; diſtinctæ, etiam ſi nulla illic relatio illis acceſſerit, nondum principij ſimplicitatem adinueniſti. *Cap. III.*

Rurſus vbicunq; multa inuicem componuntur, atq; ex multis conficitur vnum, eiuſmodi multitudo eſt poſt ipſum vnum. Deniq; omnis multitudo quæ aliud quiddam eſt quàm ipſa vnitas, & quodammodo opponitur vnita-

ti, necessariò est post ipsum vnum, & particeps est vnius. Platonica hæc Christianis Theologis non aduersantur, apud quos primum principium non habet formas plures, intelligendo plura, quomodocunq; intelligat, sed per vnam sui formam actu vnico se inspiciens, omnia conspicit, videlicet simplicissimam formam suam considerans aliter ab alijs atq; aliter imitandam. Præterea diuina Trinitas (vt Dionysius Areopagita confirmat, & Gregorius Nazianzenus asserit) idem ibi est quod & ipsa vnitas: sanè sicut lux & calor sub cælo quidem distincta duoq; sunt, in cælo sunt vnum. Quinetiam progressio & quies hic quidem diuersa sunt: ibi autem quies in progressione versatur, & progressio in quiete: ita in diuina natura qua ratione infinita est, motus cum statu concurrit: nam si fingas infinitam motus velocitatem, resolues in statum, imò & ta. ditas atq; velocitas infinita dum in statu desinunt, in vnum etiam inter se conueniunt. Virtus enim infinita omnia sibi subitò vniens, in se vnit & inuicem, vt non mirum sit apud Dionysium & Nazianzenum, in natura diuina idipsum quod est vnitas, ipsam quoq; Trinitatem existere, atq; vicissim. Infinitudo enim virtutis illic & propaginem agit intimam, æqualemq; vsq; in Trinitatem, vt aiunt, & seruat interim vnitatem. Non est igitur ibi Trinitas tanquam multitudo quædam particeps vnitatis, in superiorem videlicet vnitatem referenda: est enim hæc vnitas ipsa. Siqua verò in diuinis distinctio est, per relationem quandam agitur, vt placet plurimis Christianorum, propterea quòd relatio soleat differentiam afferre quamminimam, nihilq; componere. Addunt sectatores Scoti, solam multitudinē illam Deo indignam esse, quæ per potentiam & actum compositionis alicuius est causa. Illic autem multitudinem siue personarum, siue idearum non ita considerari, sed omnia velut actus quosdam componentes nihil, neq; ex potentia exeuntes, imò tanquam radios quosdam lucis ipsi luci penitus intimos atq; perpetuos, in quos lux ipsa simpliciter se propagat.

ΕἸ δὲ πολλὰ τὸ αὐτὸ οὐδὲν κωλύειν φήσουσιν, ἐν τούτοις ὑποκείμενον ἔσται. οὐ δύναται γὰρ πολλὰ, μὴ ἑνὸς ὄντος. ἀφ' οὗ, ἢ ἐν ᾧ, ἢ ὅλως ἑνὸς. καὶ τούτου πρώτου τῶν ἄλλων ἀριθμουμένου, ὃ αὐτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ δεῖ λαβεῖν μόνον. εἰ δὲ ὁμοῦ εἴη μετὰ τῶν ἄλλων, δεῖ τοῦτο συλλαβόντα αὐτὸ μετὰ τῶν ἄλλων. ὅμως δὲ ἕτερον τῶν ἄλλων ὂν, ἐᾶν ὡς μετ' ἄλλων. ζητεῖν δὲ τοῦτο τὸ ὑποκείμενον τοῖς ἄλλοις, μηκέτι μετὰ τῶν ἄλλων, ἀλλ' αὐτὸ καθ' ἑαυτό. τὸ γὰρ ἐν τοῖς ἄλλοις αὐτὸ, ὅμοιον μὲν ἂν εἴη τούτῳ. οὐκ ἂν δὲ εἴη τοῦτο. ἀλλὰ δεῖ αὐτὸ μόνον εἶναι, εἰ μέλλοι καὶ ἐν ἄλλοις ὁρᾶσθαι. εἰ μή τις αὐτοῦ λέγοι τὸ εἶναι σὺν τοῖς ἄλλοις, τὴν ὑπόστασιν ἔχειν. οὐκ ἄρα ἁπλοῦν αὐτὸ ἔσται. οὐδὲ τὸ συγκείμενον ἐκ πολλῶν, ἁπλοῦ οὐκ ὄντος, οὐδ' αὐτὸ ἔσται. ἑκάστου γὰρ ἁπλοῦ οὐ δυναμένου εἶναι, οὐδ' ὑφεστηκός τινος ἑνὸς ἁπλοῦ, ὑφ' ἑαυτοῦ, τὸ συγκείμενον ἐκ πολλῶν, οὐδενὸς αὐτῶν ὑπόστασιν ἔχειν καθ' ἑαυτὸ οὐ δυναμένου, οὐδὲ παρέχειν αὐτὸ μετ' ἄλλου εἶναι τῷ ὅλως μὴ εἶναι, πῶς ἂν τὸ ἐκ πάντων εἴη σύνθετον, ἐκ μὴ ὄντων γεγενημένον. οὐ τὶ μὴ ὄντων, ἀλλ' ὅμως μὴ ὄντων. εἰ ἄρα πολλά τι ἐστι, δεῖ πρὸ τῶν πολλῶν ἓν εἶναι. εἰ οὖν τὸ νοοῦν τι πλῆθος, δεῖ ἐν τῷ πλήθει τὸ νοεῖν μὴ εἶναι. ἦν δὲ τοῦτο τὸ πρῶτον. ἐν τοῖς ὑστέροις ἄρα αὐτοῦ τὸ νοεῖν, καὶ νοῦς ἔσται.

A CÆTERVM siquis obiecerit, nihil obstare quò minus primum hoc idem sit & multa, respondebimus, oportere his multis vnum conuenire subiectum: nequeunt enim multa vel esse, vel vnum conficere, nisi sit vnum à quo vel in quo sint: aut certè nisi vnum sit omnino, idq; primum præter numerum reliquis inter se numeratis: quod quidem in seipso solùm accipiendum est. Si autem vnà cum alijs ipsum sit, oportebit hoc quidem acceptum B vnà cum alijs, differens tamen à reliquis, iam cæterorum congregationi permittere: ipsum verò subiectum cunctis, non vlterius vnà cum cum cæteris, sed secundum seipsum potius indagare. Quod enim in alijs idem est, simile quidem erit huic, neque tamen hoc erit, verùm oportet ipsum esse solum, si modò sit in alijs etiam deprehendendum, nisi fortè quis dixerit esse ipsius nihil aliud existere, quàm vnà cum alijs habere substantiam. Quod si ita sit, C non erit vsquam ipsum simplex, ideoque nec erit alicubi aliquid ex multis cōpositum: nempe tum quod nequit esse simplex, substantiam non habebit, tum quod compositum censetur ex multis, quum nusquam sit aliquid simplex, ipsum quoq; non erit: nam quum vnumquodq; simplex esse nequeat, neque vnum aliquid simplex suo quodam fundamento substineat, quod ex multis dicitur constitutum, vbi sanè nullum eorum substantiam habere secundum se queat, neque etiam posit seipsum ali- D cuius commercio adhibere, propterea quòd omnino non sit: quum igitur hæc ita se habeant, quonam modo potetit aliquid ex cunctis esse compositum? quod quidem ex his quæ non sunt confectum fuerit: non dico quæ non sint aliquid, sed quæ omnino non sint. Quamobrem siquid multa est, oportet ante multa vnum esse. Si igitur quod est intelligens multitudo quædam est, necessarium est, vbi nulla est multitudo, intelligentiam quoq; non esse: id autem est ipsum primum. In his igitur quæ sequuntur illud, intelligentia erit & intellectus.

Quando bonitatem ipsam dicis, summam sufficientiam prorsus intellige: igitur neq; partibus eam componentibus, neq; vllo prorsus eget additamento. Cap. IIII.

Est igitur & simplex in seipsa penitus, & nihil habet additū, quod nō sit ipsa bonitas. Noli igitur vel multitudi-

nem ibi talem fingere, quæ conficiat ibi compositum, vel intelligentiam addere bonitati, sic ibi distinctam, vt non sit ipsa bonitas. Quandiu igitur intellectum consideras, vt Plotinus, tanquam Solem, in quo intelligentia se habeat ad naturam suam, sicut lux ad substantiam Solis luce priorem longeq; differentem, tandiu Deum summum intellectum esse nega. Cogita potius Deum tanquam lucem solam non in aliqua præter se natura, sed in seipsa manentem, quam nihil vsquam lateat, quandoquidem per ipsam vbiq; sunt, patentq; omnia, quamuis intellectum nullum abs te intellectum, esse Deum summum debeas affirmare.

PROINDE si ipsum bonum oportet esse A simplex, nulliusq; egenum, nullo modo intelligentia indigebit. Illud autem quod ei necessarium non est, ipsi certè non aderit, quandoquidem ipsi omnino nihil adest. Non igitur huic intelligẽtia prorsus inest vlla, quãdo nec aliud quicquam. Præterea aliud intellectus est, aliud ipsum bonũ. Intellectus enim boniformis euadit, ex eo quod intelligat bonum. Item quemadmodum in duobus vbi vnũ est & aliud, impossibile est hoc vnum quod est cũ alio, vnum B esse præcipuum, sed oportet ipsum in se vnum esse super illud vnum quod cum alio copulatur: ita necessarium est, vbi vna cũ alio aliquid vnum coniungitur, quodammodo accedẽs ad simplex, super hoc extare ipsum simplex, nihil in se habens eorum quæ sunt in eo quod cum alijs copulatur. Vnde enim aliud fit in alio, nisi prius existat seorsum illud à quo fit aliud? Quod enim est simplex, fieri non potest ab alio: quod autem multiplex, aut saltem duo necessariò est C ad aliud referendum. Iam verò comparare licet primum quidem ipsum lumini, secundum verò Soli, tertium deniq; Lunæ lumen à Sole trahenti. Anima enim aduentitium intellectum habet, qui eam cùm intellectualis sit, colorat: intellectus autem in seipso intellectuale lumen habet proprium, neq; solùm lumen est, sed hoc ipsum quod est, existit in sua essentia lucidum. Quod autem lumen hoc infundit, non aliud quidem in se existens est & lumen, sed simplex lumen existit, præbens illi potentiam, vt hoc ipsum quod est existat. Cùrnam igitur hoc indigeat aliquo? non enim idem est cum eo quod est in alio. Aliud namq; est quod iacet in alio, quàm illud quod est penitus per seipsum ab omnibus expeditum.

ΕΤΙ εἰ τὸ ἀγαθὸν ἁπλοῦν καὶ ἀνενδεὲς δεῖ εἶναι, οὐδ' ἂν τοῦ νοεῖν δέοιτο. οὗ δὲ μὴ δεῖ αὐτῷ, οὐ παρέσται αὐτῷ. ἐπεὶ καὶ ὅλως οὐδὲν πάρεστιν αὐτῷ τὸ νοεῖν. καὶ εἰ οὐδὲν ὅτι μηδὲ ἄλλο· ἔτι, ἄλλο νοῦς, τοῦ ἀγαθοῦ. ἀγαθοειδὴς γὰρ τῷ τὸ ἀγαθὸν νοεῖν. ἔτι ὡς ἐν τοῖς δυσὶν ὄντος ἑνὸς καὶ ἄλλου, οὐχ οἷόν τε τοῦτο τὸ ἓν τὸ μετ' ἄλλου, τὸ ἓν εἶναι. ἀλλ' ἔδει ἓν ἐφ' ἑαυτοῦ, πρὸ τοῦ μετ' ἄλλου εἶναι. οὕτω δεῖ καὶ ἐν ᾧ μετ' ἄλλου τὸ ἓν ὑπάρχον, ἁπλοῦν, καθ' αὑτὸ τοῦτο ἁπλοῦν εἶναι. οὐκ ἔχον οὐδὲν ἐν ἑαυτῷ τῶν, ὅσα ἐν τῷ μετ' ἄλλων. πόθεν γὰρ ἐν ἄλλῳ ἄλλο, μὴ πρότερον χωρὶς ὄντος, ἀφ' οὗ τὸ ἄλλο. τὸ μὲν γὰρ ἁπλοῦν, οὐκ ἂν παρ' ἄλλου εἴη. ὃ δ' ἂν πολὺ ἢ ἡ δύο, δεῖ αὐτὸ ἀνηρτῆσθαι εἰς ἄλλο. καὶ οὖν ἀπεικαστέον, τὸ μὲν φωτὶ τὸ δὲ ἐφεξῆς, ἡλίῳ. τὸ δὲ τρίτον, τῷ σελήνης ἄστρῳ, κομιζομένῳ τὸ φῶς παρ' ἡλίου. ψυχὴ μὲν γὰρ ἔπακτον νοῦν ἔχει, ἐπιχρωννῦντα αὐτὴν νοερὰν οὖσαν. νοῦς δ' ἐν αὑτῷ οἰκεῖον ἔχει, οὐ φῶς ὢν μόνον, ἀλλ' ὅ ἐστι πεφωτισμένον ἐν τῇ αὑτοῦ οὐσίᾳ. τὸ δὲ παρέχον τούτῳ τὸ φῶς, οὐκ ἄλλο ὄν, φῶς ἐστιν ἁπλοῦν, παρέχον τὴν δύναμιν ἐκείνῳ, τοῦ εἶναι ὅ ἐστι. τί ἂν οὖν αὐτὸ δέοιτό τινος. οὐ γὰρ αὐτὸ τὸ αὐτὸ ἐν ἄλλῳ. ἄλλο γὰρ τὸ ἐν ἄλλῳ ἐστί, τοῦ αὐτὸ καθ' αὑτὸ ὄντος.

Si intelligere seipsum excogitas esse tanquam ad se reuerti, multitudinemq; sibi innatam colligere secum, citò actionem eiusmodi simplicissimo rerum principio minimè conuenire. Cap. V.

Si quomodocunq; intelligere putas esse studium quoddam appetens ipsum bonum, vel tanquam visionem quærentem lumen, ne putes eiusmodi intelligentiam competere illi quod ipsum bonum & lux ipsa infinita censetur: nec enim ipsi bono appetitus inest boni, nec luci necessaria visio lucis cupida. Sicut numeri ad vnitatem suam numeris priorem, & continua ad suam continuitatem superiorem, sic essentiæ ad vnitatem substantialem superiorem essentia referuntur. Quæ si eminentior est quàm essentia, nimirum intelligentiam superat illam quæ est actus essentiæ: sin autem ipsam boni & infinitæ lucis existentiam intelligentia meliorem appelles intelligentiã quasi causam intelligentiæ in se existentem, quicquid ab intelligentibus exoptatur, sic appellando forsan non aberrabis.

PRÆTEREA quod est in se multiplex, A meritò seipsum quæret, optabitq; cõspirare secum, seq; mutuò vndiq; persentire. Quod autẽ est penitus vnum, quonam se conferet ad seipsum, seq; excipiet? Vbinã sensu suijpsius intimo indigebit? Est enim idẽ ipsum omni conspiratione sensus omniq; intelligentia melius: siquidẽ intelligẽtia nõ est primum. Neq; enim primum obtinet gradũ, siue quantũ ad simpliciter esse spectat, siue quantum ad esse pertinet venerandum: imò verò secundũ occupat locum,

ΕΤΙ τὸ πολὺ ζητοῖ ἂν ἑαυτό, καὶ ἐθέλοι ἂν συννεύειν καὶ συναισθάνεσθαι αὐτοῦ. ὃ δ' ἔστι πάντη ἕν, ποῦ χωρήσεται πρὸς αὐτό. ποῦ δ' ἂν δέοιτο συναισθήσεως. ἀλλ' ἔστι τὸ αὐτὸ καὶ συναισθήσεως, καὶ πάσης κρεῖττον νοήσεως. τὸ γὰρ νοεῖν, οὐ πρῶτον, οὔτε τῷ εἶναι, οὔτε τῷ τίμιον εἶναι. ἀλλὰ δεύτερον,

nataq;

καὶ γινόμενον, ἐπειδὴ ὑπέστη τὸ ἀγαθόν. καὶ γενόμενον ἐκίνησε πρὸς αὐτό. τὸ δ' ἐκινήθη τε καὶ εἶδε. καὶ τοῦτό ἐστι νοεῖν. κίνησις πρὸς ἀγαθόν, ἐφιέμενον ἐκείνου. ἡ γὰρ ἔφεσις τὴν νόησιν ἐγέννησε, καὶ συνυπέστησεν αὐτῇ. ἔφεσις γὰρ ὄψεως, ὅρασις. οὐδὲν οὖν δεῖ αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν νοεῖν. οὐ γάρ ἐστιν ἄλλο αὐτοῦ τὸ ἀγαθόν. ἐπεὶ καὶ ὅταν τὸ ἕτερον παρὰ τὸ ἀγαθὸν αὐτὸ νοῇ, τῷ ἀγαθοειδὲς εἶναι νοεῖ, καὶ ὁμοίωμα ἔχειν πρὸς τὸ ἀγαθόν. καὶ ὡς ἀγαθὸν καὶ * ἀφετὸν αὐτῷ γενόμενον νοεῖ. καὶ οἷον φαντασίαν τοῦ ἀγαθοῦ λαμβάνον. εἰ δ' ἀεὶ οὕτως, ἀεὶ τοῦτο. καὶ γὰρ αὖ ἐν τῇ νοήσει αὐτοῦ, κατὰ συμβεβηκὸς αὐτῷ νοεῖ. πρὸς γὰρ τὸ ἀγαθὸν βλέπων, αὐτὸ νοεῖ. ἐνεργοῦντα γὰρ αὖ ἑαυτὸν νοεῖ. ἡ δ' ἐνέργεια ἁπάντων, πρὸς τὸ ἀγαθόν.

*ἐφετὸν

A nataq; est postquam ipsum bonum extitit, orta; in essentia statim eam prouocauit ad bonum. Hæc autem prouocata iam processit ad illud, atq; nouit: idq; ipsum est intelligere, moueri scilicet ad bonum, ipsius desiderio boni: nempe desiderium intelligentiam procreauit, eamq; sedulò comitatur. Visio nanq; in appetitu quodam visus ipsius cõsistit ad videndum alliciente. Quamobrem ipsum bonum intelligere neq; se neq; quicquam oportet: neq; enim B præter se est aliud quicquã ipsi bonum: siquidem & quando aliud quicquam præter ipsum bonum intelligit seipsum, ex eo prorsus intelligit quod est (vt ita dixerim) boniforme, & similitudinem quandam habet ad bonum, & tanquam bonum sibiq; euadens appetendum intelligit, & quasi imaginationem boni iam nactum. Quòd si ita se semper habeat, semper idem efficiet: quinetiam in suijpsius cognitione forte quadam cognoscit & illud. Cognoscit nanque seipsum interim ad bonum suspiciendo: nam rursus se intelligit iam agens, actio verò omnium refertur ab bonum.

Quum omnes potentiæ appetant actus primos, id est formas tanquam bonum aliquid, & actus primi secundos, id est actiones similiter tanquam bonum, meritò principium rerum summopere ab omnibus exoptatum actus cognominatur, forma qualibet & actione superior. *Cap. VI.*

Infinitus hic actus etsi non propriè dicitur agere, vel actionem rursus habere, tamen hinc aguntur, huc agunt omnia. Hunc actum ne appelles intellectum vel intelligentiam, qualem Plotinus vbiq; definit: nam apud eum in intellectu vel primo aliud est natura intelligens, aliud actus intelligendi: item essentia, vita, intelligentia sunt ibi distincta. Rursus differentes rerum ideæ inter se formaliter absolutaq; ratione: differentes similiter ab intelligentia per quam eas ipsa mens intelligit. Eiusmodi differẽtias nec Platonici, nec Christiani summo competere putant: deniq; summus ille non ideo se intelligit, vt sibimet se copulet quasi disiunctum: nec ideo rursus alia, vt sic inde intelligendo proficiat: nam & melius aliquid rebus cognitione largitur, id est fruitionem sui, & meliori modo quàm cognoscendo se fruitur: & qui Deo fruuntur, per vnitatem intellectu superiorem fruuntur Deo. quod & Areopagita Dionysius asserit.

ΕΙ' δὴ ταῦτα ὀρθῶς λέγεται, οὐκ ἂν ἔχοι χώραν νοήσεως ἡντινοῦν τὸ ἀγαθόν. ἄλλο γὰρ δεῖ τὸ νοοῦν τι τὸ ἀγαθὸν εἶναι. ἀνενέργητον οὖν. καὶ τί δεῖ ἐνεργεῖν τὴν ἐνέργειαν. ὅλως μὲν γὰρ οὐδὲ μία ἐνέργεια, ἔχει αὖ πάλιν ἐνέργειαν. εἰ δέ γε ταῖς ἄλλαις ταῖς εἰς ἄλλο ἐχούσιν ἐπανενεγκεῖν τήν γε πρώτην εἰς ἣν αἱ ἄλλαι ἀνήρτηνται, αὐτὸ εἶναι δεῖ τοῦτο ὅ ἐστιν. οὐδὲν ἔτι αὐτῇ προστιθέντας. ἡ οὖν τοιαύτη ἐνέργεια, οὐ νόησις. οὐ γὰρ ἔχει ὃ νοήσει. αὐτὸ γὰρ πρῶτον. ἔπειτα οὐδ' ἡ νόησις νοεῖ, ἀλλὰ τὸ ἔχον τὴν νόησιν. δύο οὖν πάλιν αὖ, ἐν τῷ νοοῦντι γίνεται. τοῦτο δέ, οὐδαμῇ δύο. ἔτι δὲ μᾶλλον ἴδοι ἄν τις τοῦτο, εἰ λάβοι πῶς ἐν παντὶ τὸ νοοῦν σαφέστερον ὑπάρχει, ἡ διπλῆ φύσις αὕτη.* λέγομεν τὰ ὄντα ὡς ὄντα. καὶ αὐτὸ ἕκαστον. καὶ τὰ ἀληθῶς ὄντα, ἐν τῷ νοητῷ τόπῳ εἶναι. οὐ μόνον ὅτι τὰ μὲν μένει ὡσαύτως τῇ οὐσίᾳ, τὰ δὲ ῥεῖ καὶ οὐ μένει, ὅσα ἐν αἰσθήσει. τάχα γὰρ καὶ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς ἐστι τὰ μένοντα. ἀλλὰ μᾶλλον ὅτι τὸ τέλεον τοῦ εἶναι, παρ' αὐτῶν ἔχει. δεῖ γὰρ τὴν πρώτως λεγομένην οὐσίαν, οὐκ εἶναι τοῦ εἶναι σκιάν, ἀλλ' ἔχειν πλῆρες τὸ εἶναι. πλῆρες δέ ἐστι τὸ εἶναι, ὅταν εἶδος τοῦ νοεῖν καὶ ζῆν λάβῃ. ὁμοῦ ἄρα

*ἐγὼ μὲν,

A SI hæc rectè dicuntur, intelligentia nullum in ipso bono locum habet: aliud nanq; oportet intelligenti bonum esse. Ipsum itaq; bonum ab actione penitus est expeditũ. Quid enim oportet actum agere? Nã omnino nullus actus iterum habet actum. Quòd si cæteris actibus qui referũtur in aliud, aliquid insuper adhibemus, primò certè omnium actui in quem actus reliqui referuntur, nihil vltrà fas est adiungi, sed ipsum id quod est duntaxat existere. Talis itaq; B actus esse non potest intelligentia: nõ enim habet quod intelligat. Est enim primum. Rursus intelligentia nõ intelligit, sed quod intelligentiam habet. Duo itaque rursus in intelligente fiunt: illud autẽ nullo modo est duo. Præterea magis adhuc aliquis id cognoscet, si considerauerit quomodo in vniuerso ipsum intelligens certius naturam hanc geminam complectatur. Dicimus itaq; entia ipsa vt entia, & ipsum vnũquodq; & quæ verè existunt, in mundo intel- C ligibili esse: nõ solùm quia illa quidem essentia sua semper eodẽ modo se habent: quę verò sensibus offeruntur continuè fluunt. Forsan enim in genere quoq; sensibili nõnulla sunt quę maneant, sed potius quoniã esse ipsius perfectionem penes se habent. Oportet enim illam quæ primò essentia nuncupatur, non esse quandam esse ipsius vmbram, sed esse plenũ habere. Esse autem tunc plenum est, quando intelligendi viuendiq; speciem accipit. Simul igitur in ipso

A ente ſunt hæc, intelligere, viuere, eſſe. Si ergo ens eſt, conſequenter eſt intellectus, viciſsimq; ſi intellectus eſt, ens quoq; exiſtit: ibiq; intelligere ſimul eſt vnà cum eſſe. Ex quo fit vt intelligentia iam multa ſit, non vnum. Neceſſarium igitur eſt apud ipſum quod non eſt tale, neque etiam intelligentiam eſſe. Iam verò per ſingula in mundo intelligibili diſcurrendo, ibi quidem occurrit vbiq; notio gemina, ſcilicet hominis intelligentia, atq; homo: item intelligētia equi

B & equus: rurſus intelligentia iuſti atq; iuſtum. Omnia igitur duplicia ſunt. Illic vnum duo: illic viciſsim duo regrediuntur in vnum: ipſum verò primùm nec eſt ſingulatim horū aliquid, neq; ex omnibus quæ duo ſunt: neq; omnino duo. Quo autem modo ex vno duo fiant, alibi diſputatur. Verùm quum illud ſuper eſſentiam ſit, haud ab re ſuper intelligentiam eſſe cenſetur. Nec illud igitur abſurdè dicetur, ſi dicatur primum illud ſeipſum minimè noſſe. Quum

C enim omnino ſit vnum, nihil prorſus habet in ſe quod diſcat: ſed neq; etiam alia oportet ipſum noſſe. Melius enim quiddam atq; maius tradit illis, quàm ſit ipſa cognoſcere quod bonum eſt aliorum. Potius enim tribuit vt in eodem quoad poſſent, illud attingerent.

A τὸ νοεῖν τὸ ζῆν τὸ εἶναι ἐν τῷ ὄντι. εἰ ἄρα ὄν, καὶ νοῦς. καὶ εἰ νοῦς, καὶ ὄν. καὶ τὸ νοεῖν ὁμοῦ μετὰ τοῦ εἶναι. πολλὰ ἄρα καὶ οὐχ' ἓν τὸ νοεῖν. ἀνάγκη τοίνυν τῷ μὴ τοιούτῳ, μὴ δὲ τὸ νοεῖν εἶναι. καὶ καθ' ἕκαστα δὲ ἐπὶ οὖσιν, ἄνθρωπος. καὶ νόησις ἵππου, καὶ ἵππος. καὶ δικαίου νόησις, καὶ δίκαιον. διπλᾶ τοίνυν ἅπαντα, καὶ τὸ ἓν δύο. καὶ αὖ τὰ δύο, εἰς ἓν ἔρχεται. ὁ δὲ οὐκ

B ἔστι τούτων, οὐθὲν ἕκαστον. οὐδὲ ἐκ πάντων τῶν δύο. οὐδ' ὅλως δύο. ὅπως δὲ τὰ δύο ἐκ τοῦ ἑνὸς, ἐν ἄλλοις. ἀλλ' ἐπέκεινα οὐσίας * ὄντι, καὶ τοῦ νοεῖν ἐπέκεινα εἶναι. οὐ τοίνυν οὐδ' ἐκεῖνο ἄτοπον. εἰ μὴ οἶδεν ἑαυτὸν, οὐ γὰρ ἔχει παρ' ἑαυτῷ ὃ μάθῃ, εἷς ὤν. ἀλλ' οὐδὲ τὰ ἄλλα δεῖ αὐτὸν εἰδέναι. κρεῖττον γάρ τι καὶ μεῖζον δίδωσιν αὐτοῖς τοῦ εἰδέναι αὐτά. ἦν τὸ ἀγαθὸν τῶν ἄλλων. ἀλλὰ μᾶλλον ἐν τῷ αὐτῷ, καθόσον

C δύναται ἐφάπτεσθαι ἐκείνου.

* ὄν τῷ

ΠΛΩΤΙΝΟΥ

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Ε,

ΛΟΓΟΣ Ζ.

PLOTINI

ENNEAD. QVINTAE,

LIBER VII.

ΠΕΡΙ' τοῦ, εἰ καὶ τῶν καθέκαστά ἐστιν εἴδη.

Vtrum ſingulorum etiam ſint Ideæ.

Quot numero homines naſcuntur in anno mundi magno, totidem ſeminales hominum rationes ſunt in natura vniuerſali, totidem fermè ideæ hominum in mente diuina. Cap. I.

VNAQVAEQVE etiam rationalis anima numeratas in ſe naturaliter habet, quod ex ſe vitas varias productura eſt. Verùm ſicut quando dicimus omnia cœleſtia eſſe in terra, viciſsimq; omnia terrena in cœlo, intelligimus omnia pro natura loci, id eſt, in cœlo quidē ratione cœleſti, in terra rurſum qualitate terrena: ſic quando audimus animam noſtram eſſe omnia, accipere debemus ſecundum humanæ rationaliſq; animæ pòoprietatem. Nunquam igitur anima tua producet vitas ipſas figuraſq; brutis animalibus proprias, ſed humanas ſemper: quamuis ſimiles quodammodo brutis, & quandoq; dæmonibus. Paucas ergo vitarum mutationes in anno mundi magno edere anima tua poteſt: præſertim cùm vitam in terris quidem breuiſsimam, ſuper terram verò longiſsimam agat. In anno autem mundi ſequente non fit vitarum mutatio, ſed eorundem omnino hominum reſurrectio. Interim homines inter ſe differunt, non per materiam tantùm, ſed per proprias etiam formas atq; figuras, modoſq; varios genituræ. Differentia verò formalis & ordinata quum nec à materia neq; caſu fiat, dependet ex formalibus quibuſdam rationibus, quæ & in natura & in mente vniuerſali conſiſtunt, neq; ſunt infinitæ numero. Finitæ enim formæ in anno mundi magno gignuntur, in ſequente verò eædem reuertuntur, cauſis eiſdem videlicet reuertentibus. Verùm quonam modo ſunt res in materia plures quàm in anima, & in anima rurſum plures quàm in mente? Ita profectò quia res quædā in materia inter ſe numero differunt, vel per defectum formæ ex materia alicubi contingentem, quæ forma alibi eſt perfectior: vel per quantitatis diuiſionē. Differentiæ verò ſimpliciter formales rationibus ſeminalibus adæquantur. Rationes autem eiuſmodi ſunt in anima plures, quàm in mēte ideæ: quoniā in natura animæ ſemper eſt abſoluta diſtinctio rationū

mens

mens autem minorem habet numerum idearum absolutè inter se differentium. Potest enim mens eandem ideam ad diuersa referre per actum intelligentiæ simul & voluntatis, referens inquam foras aliter & aliter imitabilem. Ex qua quidem relatione plura proficiscuntur, idea interim non diuisa.

Εἰ καὶ τοῦ καθέκαστόν ἐστιν ἰδέα; ἢ εἰ ἐγὼ καὶ ἕκαστος τὴν ἀναγωγὴν ἐπὶ τὸ νοητὸν ἔχει, καὶ ἑκάστου ἡ ἀρχὴ ἐκεῖ. ἢ εἰ μὲν ἀεὶ σωκράτης. καὶ ψυχὴ σωκράτους ἔσται αὐτὸ σωκράτης. καθὸ ἡ ψυχὴ καθέκαστα καὶ ἐκεῖ. ὡς λέγεται ἐκεῖ. εἰ δ' οὐκ ἀεὶ, ἀλλὰ ἄλλοτε ἄλλη γίγνεται ὁ πρότερον σωκράτης, οἷον πυθαγόρας ἤ τις ἄλλος, οὐκέτι ὁ καθέκαστα, οὗτος κἀκεῖ. ἀλλ' εἰ ἡ ψυχὴ ἑκάστου ὧν διεξέρχεται τοὺς λόγους ἔχει πάντων, πάντες αὖ ἐκεῖ. ἐπεὶ καὶ λέγομεν ὅσους ὁ κόσμος ἔχει λόγους, καὶ ἑκάστην ψυχὴν ἔχειν. εἰ οὖν καὶ ὁ κόσμος μὴ ἀνθρώπου μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν καθέκαστα ζώων, καὶ ἡ ψυχὴ, ἄπειρον οὖν τὸ τῶν λόγων ἔσται. εἰ μὴ ἀνακάμπτει περιόδοις. καὶ οὕτως ἡ ἀπειρία ἔσται πεπερασμένη, ὅταν ταῦτα ἀποδίδωται. εἰ οὖν ὅλως πλείω τὰ γιγνόμενα τοῦ παραδείγματος, τί δεῖ εἶναι τῶν ἐν μιᾷ περιόδῳ πάντων γιγνομένων, λόγους καὶ παραδείγματα. ἀρκεῖν γὰρ ἕνα ἄνθρωπον εἰς πάντας ἀνθρώπους. ὥσπερ καὶ ψυχὰς ὡρισμένας, ἀνθρώπους ποιούσας ἀπείρους. ἢ τῶν διαφόρων οὐκ ἔστιν εἶναι τὸν αὐτὸν λόγον. οὐδὲ γὰρ ἀρκεῖ ἄνθρωπος πρὸς παράδειγμα, τῶν τινῶν ἀνθρώπων διαφερόντων ἀλλήλων. οὐ τῇ ὕλῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἰδικαῖς διαφοραῖς μυρίαις. οὐ γὰρ ὡς αἱ εἰκόνες σωκράτους πρὸς τὸ ἀρχέτυπον, ἀλλὰ δεῖ τὴν διάφορον ποίησιν, ἐκ διαφόρων λόγων. ἡ δὲ πᾶσα περίοδος, πάντας ἔχει τοὺς λόγους. αὖθις δὲ τὰ αὐτὰ πάλιν, κατὰ τοὺς αὐτοὺς λόγους. τὴν δὲ ἐν τῷ νοητῷ ἀπειρίαν, οὐ δεῖ δεδιέναι. πᾶσα γὰρ ἐν ἀμερεῖ. καὶ οἷον πρόεισιν, ὅταν ἐνεργῇ.

A NVNQVID etiã vniuscuiusq; est idea? Forsitan si ego & vnusquisq; ad intelligibilem reducimur ordinem, ibi quoq; est vniuscuiusque principium. Forsan etiam si semper est Socrates, & Socratis anima ipse Socrates erit, quatenus anima singulatim, sic ibi Socrates & quilibet singulatim: sin autem B nõ semper est Socrates, sed aliàs alia quodammodo euadit anima, adeò vt animus qui nunc est Socrates, prius Pythagoras aliúsue fuerit, futurusq; sit alius, non amplius vnusquisq; eorum qui hîc sunt, est & ibi. Veruntamẽ si vniuscuiusq; anima seminarias rationes habet omnium quę exequitur atq; explet, rursus ibi sunt omnes. Nam fatemur quot mundus rationes habet, totidem quoq; singulas animas possidere. Quare si mundus non hominis tantùm, sed C singulorum etiá animalium complectitur rationes, anima quoq; rationes continet singulorum. Quamobrem infinitus sequetur numerus rationum, nisi certis temporum cursibus in idem restitutio fiat. Ita profectò infinitas ipsa finita demum erit, quando eadẽ mundo reddentur. Cæterùm si quæ fiunt, omnino plura sunt quàm exemplar, cúrnam oportet omniũ quæ in vna mundi reuolutione fiunt, rationes exemplariaq; extare? Videtur enim sufficere D homo vnus ad omnes homines, quemadmodũ & animæ numeratæ ad innumerabiles homines effingendos: sed enim non potest vnà esse ratio differẽtium, neq; sufficit homo ad exemplar multorum hominũ inter se differentium, non materia tantùm inquam, sed quamplurimis insuper proprijs differentijs discrepantiũ. Non enim hæc ita se habẽt, vt imagines Socratis ad exemplar, sed differentem effectionẽ necessarium est ex differentibus rationibus pro- E ficisci. Vniuersa verò reuolutio omnes complectitur rationes: eademq; rursus per easdem rationes regenerantur. Neque verò suspicandum est, ne hinc in mundo intelligibili infinita multitudo sequatur: tota enim illic multitudo in quodam indiuisibili continetur, & quasi illinc singula prodeunt quando agit.

Quælibet anima naturaq; particularis seminales in se rationes continet omnium, quæ inde generanda sunt, formalibus differentijs inter se distincta. *Cap. II.*

Possunt autem hæc ita distingui, etiam si in eadem communiter specie computentur. Eiusmodi verò propria formarum distinctio in ipsa etiam naturæ vniuersalis intentione præscripta est: quoniam in eiusmodi etiã distinctione ordo, decus, bonum vniuersi consistit. Materia verò nullam affert propriam formarũ varietatem, sed formæ defectum. Quantitas quinetiã diuisione sua in rebus homogeneis facit alicubi numerũ, nusquam verò varietatẽ. Deniq; in anno mundi vno quæcunq; naturali ordine heterogenea generantur, inter se formaliter dißimilia sunt, ideo per differentes rationes efficiuntur: in sequente verò eadẽ omnia per easdem rationes sub eisdẽ causis recreantur.

ἈΛΛ' εἰ αἱ μίξεις τῶν λόγων ἄρρενος καὶ θήλεος διαφόρους ποιοῦσιν, οὐκέτι τοῦ γινομένου ἑκάστου λόγος τις ἔσται. ὅτι ἑκάτερος γεννῶν οἷον ὁ ἄρρην, οὐ κατὰ διαφόρους λόγους ποιήσει, ἀλλὰ καθ' ἕνα

A VERVM si rationum masculi & fœminæ mixtiones fœtus differentes efficiunt, non amplius vniuscuiusque geniti ratio quædam erit. Et alteruter generantium velut masculus non per differentes faciet rationes, sed per vnam

dũtaxat ſuiipſius videlicet, aut patris. Sed forté nihil prohibet etiam per differentes efficere, propterea quòd omnes ipſi poſsideant, quamuis alias temporibus alijs promptiores. Quid verò, quãdo ex eiſdem genitoribus diuerſi naſcuntur? Fortè quia non æqualis ſemper fit exceſſus, atq; dominatio: ſed enim illud ita ſe habeat, ſi modò non tantùm in apparendo differentia ſit, imò aliquando quidem ſecundũ maſculum fiat exceſſus, aliquãdo verò ſecundum fœminam: aut fortè ſecundum æqualem partem tradat vterq;, totum tamen tradatur, ſitq; naturaliter inſitum, dominetur autem vtrique materiæ parti aut alteri. Verùm quonam pacto differentes fore iudicãtur, qui in alia parte concipiuntur? Nunquid igitur ipſa materia differentiam affert, diſsimiliter ſcilicet ſuperata? Quod ſi ita ſit, proles omnes vna excepta præter naturam erunt: ſi autem ipſa varietas vbiq; pulchrum quiddam eſt, meritò non vna vbique ſpecies extat. Atqui quod ſecundum materiam eſt, deformitati ſoli attribuendum eſt: nempe in cauſa ipſa rerum artifice perfectæ rationes occultæ quidem ſunt, totę verò traduntur. Sed eſto quidem rationes ſint differentes, quid præterea oportet eſſe totidem, quot ſunt quæ in vna mundi reuolutione gignuntur? Siquidem fieri poſsit, vt eiſdem adhibitis rationibus, differentes tamen extrinſecus euentus appareant. Sed profectò conceſſum eſt ita fieri, etiam vbi rationes totæ traduntur. Quæritur autem vtrum ita etiam fiat, vbi rationes eædem dominantur: An igitur totidem rationes eſſe neceſſariũ eſt? Quoniam effectus omnino idẽ, in altera duntaxat mundi reuolutione reddi poteſt: in hac autem reuolutione nihil omnino fit idem.

A τὸν αὐτοῦ, ἢ πατρὸς ἑαυτοῦ. ἢ οὐδὲν κωλύει καὶ κατὰ διαφόρους τῷ τοὺς πάντας ἔχειν αὐτούς. ἄλλους δὲ ἀεὶ προχείρους. ὅταν δὲ ἐκ τῶν αὐτῶν γονέων διάφοροι, ἢ διὰ τὴν οὐκ ἴσην ἐπικράτησιν. ἀλλ' ἐκεῖνο ὅτι οὐκ εἰ ἐν τῷ φαίνεσθαι ὁ τὲ μὲν κατὰ τὸ ἄρρεν πλεῖστον, ὁ τὲ δὲ κατὰ τὸ θῆλυ. ἢ κατὰ τὸ ἴσον μέρος ἔδωκεν ἑκάτερος. ἀλλ' ὅλον μὲν ἔδωκε B καὶ ἔγκειται. κρατεῖ δὲ τῆς ὕλης μέρους ἑκατέρου, ἢ θάτερον. οἱ δὲ ἐν ἄλλῃ χώρᾳ πῶς διάφοροι. ἆρ' οὖν ἡ ὕλη τὸ διάφορον οὐχ ὁμοίως κρατουμένη; πάντες ἄρα χωρὶς ἑνὸς παρὰ φύσιν. εἰ δὲ τὸ διάφορον πολλαχοῦ καλόν, οὐχ ἓν τὸ εἶδος. ἀλλὰ τῷ αἴσχει μόνῳ ἀποδοτέον, τὸ παρὰ τὴν ὕλην. κἀκεῖ τῶν τελείων λόγων κεκρυμμένων μὲν, δοθέντων δὲ ὅλων. C ἀλλ' ἔστωσαν διάφοροι οἱ λόγοι. τί δεῖ τοσούτους, ὅσοι οἱ γινόμενοι ἐν μιᾷ περιόδῳ, εἴπερ ἑνὶ τῶν αὐτῶν διδομένων, διαφόρους ἔξωθεν φαίνεσθαι. ἢ συγκεχώρηται τῶν ὅλων διδομένων. ζητεῖται δὲ, εἰ τῶν αὐτῶν κρατούντων. ἆρ' οὖν ὅτι τὸ ταὐτὸν πάντῃ ἐν τῇ ἑτέρᾳ περιόδῳ, ἐν ταύτῃ δὲ οὐδὲν πάντῃ ταὐτόν;

Natura quoniam non per aliquid additum eſſentiæ ſicut ars, ſed per eſſentiam agit, ideo in eſſentialibus rationibus varietatem generandorum meritò continet. Tota igitur ſingularum rerum diſpoſitio in anno mundi tranſigenda deſignata eſt ab initio in mẽte opifice mundi, & in mente animæ mundanæ eiuſdemq; natura. Cap. III.

Annum verò mundi magnum expleri plerią; putant, quando cæleſtia omnia ad eandem prorſus, & in ſeipſis & inuicem diſpoſitionem quam habent hodie reuertentur. Hoc ſpatium alij triginta ſex, alij trigintanouem annorum ſolarium numero: alij aliter metiuntur, aliterue putant.

AT quonam pacto in multis geminis rationes differentes eſſe dicemus? Quòd ſi per alia inſuper animalia quis diſcurrat, pręſertim quæ multos fœtus coitu vno concipiunt quidnam dicemus? An fortè vnam illic eſſe iudicabimus rationem, vbi fœtus inter ſe minimè differunt? At ſi ita ſit, non vlterius quot ſingula fiunt, totidem & rationes erunt. Nunquid, quot differentia fiunt ſingula? differentia inquam, non ex eo quòd ſecundũ ſpeciem ipſam deficiant, totidem rationes eſſe cẽſebimus. Verùm quidnam prohibet quo minus fœtibus quoq; minimè diſcrepantibus, differentes tamen rationes exhibeamus, ſiquã modò fiant prorſus indifferentia? nempe artifex, quamuis indifferentia faciat, interea tamen ipſum quod dicitur idem, differentia quadam accipit rationali ſecundum quam diuerſum facit, adhibens ſcilicet ei quod eſt idem aliquid differens. Sed penes naturam vbi rerum diuerſitas non ratiocinatione varia, ſed varijs tantùm prouenit rationibus, oportet ſpeciei connexam eſſe diuerſitatem. Nos autem differentiam diſcernere non valemus. Profectò ſiquid temeritatis in generatione rerum admitteretur, ratio alia foret: ſin

A ΠΩ͂Σ οὖν ἐπὶ πολλῶν διδύμων διαφόρους φήσομεν τοὺς λόγους; εἰ δὲ καὶ ἐπὶ τὰ ἄλλα ζῶα τις ἴοι, καὶ τὰ πολύτοκα μάλιστα, ἢ ἐφ' ὧν ἀπαράλλακτα, εἷς λόγος. ἀλλ' εἰ τοῦτο, οὐχ' ὅσα τὰ καθέκαστα, τοσοῦτοι καὶ οἱ λόγοι. ἢ ὅσα διάφορα τὰ καθέκαστα, καὶ διάφορα οὐ τῷ ἐλλείπειν κατὰ τὸ εἶδος. ἢ τί κωλύει, καὶ ἐν οἷς ἀδιάφορα, εἴπερ τινὰ ὅλως ἐστὶ πάντῃ ἀδιάφορα. B ὡς γὰρ ὁ τεχνίτης κἂν ἀδιάφορα ποιῇ, δεῖ ὅμως τὸ ταὐτὸν διαφορᾷ λαμβάνειν λογικῇ καθ' ἣν ἄλλο ποιήσει προσφέρων διάφορόν τι τῷ αὐτῷ. ἐν δὲ τῇ φύσει μὴ λογισμῷ γινομένου τοῦ ἑτέρου, ἀλλὰ λόγοις μόνον συνεζεῦχθαι δεῖ τὸ εἴδει τὸ διάφορον. ἡμεῖς δὲ λαμβάνειν τὴν διαφορὰν ἀδυνατοῦμεν. καὶ εἰ μὲν ἡ ποίησις ἔχει τὸ εἰκῇ τοῦ ὁποσοῦν, ἄλλος λόγος.

A εἰ δὲ μεμέτρηται ὁπόσα τινὰ εἴη, τὸ ποσὸν, ὡρισμένον ἔσται, τῇ τῶν λόγων ἁπάντων ἐξελίξει, καὶ ἀναπλώσει. ὥστε ὅταν παύσηται πάντα, ἀρχὴ ἄλλη. ὁπόσον γὰρ δεῖ τὸν κόσμον εἶναι, καὶ ὁπόσα ἐν τῷ ἑαυτοῦ βίῳ διεξελεύσεται, κεῖται ἐξ ἀρχῆς ἐν τῷ ἔχοντι τοὺς λόγους. ἆρ' οὖν καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων ἐφ' ὧν πλῆθος ἐκ μιᾶς γενέσεως, τοσούτους τοὺς λόγους, ἢ οὐ φοβητέον τὸ ἐν τοῖς σπέρμασι καὶ τοῖς λόγοις B ἄπειρον, ψυχῆς τὰ πάντα ἐχούσης. ἢ καὶ ἐν νῷ ἢ ἐν ψυχῇ τὸ ἄπειρον τούτων, ἀνάπαλιν τῶν ἐκεῖ προχείρων.

A Si autem mensura definitum est quot quæq; proueniant, certè quantitas & multitudo determinata erit ipsa rationum omnium euolutione atq; explicatione, adeò vt quando finem acceperint omnia, aliud iam exordium retexatur. Quantum enim oporteat esse mundum, quótue in eius vita transigi debeant, constitutum est ab initio in eo qui omnium continet rationes. Nunquid igitur & in cæteris animalibus in quibus vnico partu plurima procreantur, B rationes totidem asseremus? Fortè non est timendum, ne propterea in seminibus rationibusq; infinita multitudo cótingat, quum anima omnia complectatur. Neq; etiam in intellectu vel anima turba continget innumerabilis: quippe quum rationes horum illic omnes vicissitudine quadam expeditè quandoq; in promptum eædem statutis temporibus reuertantur.

ΠΛΩΤΙΝΟΥ

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Ε,

ΛΟΓΟΣ Η.

PLOTINI

ENNEAD. QVINTAE,

LIBER VIII.

ΠΕΡΙ τοῦ νοητοῦ κάλλους.

De intelligibili pulchritudine.

Pulchritudinem esse naturalem in intellectu etiam humano apparet, quia materiam rudem reddit pulchram. *Cap. I.*

Neq; solùm imitatus foris opera naturalia id efficit, sed etiam vsus rationibus intimis, quando videlicet emendat quosdam naturæ defectus. Hinc concludimus, formam pulchritudinemq; in mente præstantiorem esse, quàm in nullo artis opere. Adde potentiorem, quoniam in opere quidem distracta est, in mente verò prorsus vnita.

ΕΠΕΙΔΗ' φαμὲν τὸν ἐν A θέᾳ τοῦ νοητοῦ κόσμου γεγενημένον, καὶ τὸ τοῦ ἀληθινοῦ νοῦ κατανοήσαντα κάλλος, τούτου δυνήσεσθαι καὶ τὸν τούτου πατέρα, καὶ τὸν ἐπέκεινα νοῦ: εἰς ἔννοιαν βαλέσθαι, πειραθῶμεν ἰδεῖν καὶ εἰπεῖν ἡμῖν αὐτοῖς, ὡς οἷόν τε τὰ τοιαῦτα εἰπεῖν, B πῶς ἄν τις τὸ κάλλος τοῦ νοῦ καὶ τοῦ κόσμου ἐκείνου θεάσαιτο. κειμένων τοίνυν ἀλλήλων ἐγγὺς, ἔστω δὲ εἰ βούλει λίθων ἐν ὄγκῳ, τοῦ μὲν ἀρυθμίστου καὶ τέχνης ἀμοίρου, τοῦ δὲ ἤδη τέχνῃ κεκρατημένον εἰς ἄγαλμα θεοῦ ἢ καί τινος ἀνθρώπου. θεοῦ μὲν, χάριτος ἢ τινὸς μούσης: ἀνθρώπου δὲ, μὴ τινὸς: ἀλλ' ὃν ἐκ πάντων καλῶν πεποίηκεν ἡ τέχνη.

QVVM fateamur animum qui mundũ intelligibilem contemplatur, veríque intellectus pulchritudinẽ intuetur, posse quandoque huius quoq; patrem mente superiorem animaduertere: agite iam, conemur pro viribus cernere, nobisque ipsis exprimere B quantum talia explicari possunt, qua potissimum ratione pulchritudinem mẽtis mundiq; illius perspicere valeamus. Finge itaque moles duas lapideas prope se positas: quarum altera quidẽ incomposita sit & artificiosi muneris expers: altera verò per artẽ in statuam iã exculta, siue diuinam siue humanam: ac si diuinã, alicuius Gratiæ statua sit, vel Musæ: sin humanam, non sit hominis alicuius, sed cuiusdam potius, quem ars ex pulchris omnibus congregauerit.

A Lapis igitur ab arte in pulchritudinem speciei dispositus, pulcher protinus apparebit, sed nō propterea quòd sit lapis: alioquin altera quoque moles similiter formosa foret: ex eo igitur quòd speciem habeat quam ars adhibuit. Hanc itaque speciem materia non habebat, sed erat hæc in excogitante prius quàm in lapidem deueniret: Erat autem in artifice, nō qua ratione ille oculos & manus habebat, sed quoniam arte præditus erat. Erat igitur in arte pulchritudo hæc
B multò præstantior. Nō enim species ipsa in arte consistens venit in lapidem, sed manet illa quidem, alia verò ab illa interim prodit ea minor, neque pura permanet in seipsa, neque qualis optabat artifex, sed quatenus arti materia paruit. Si autem ars, quod est & habet tale quoque facit, facit autem pulchrum secundum rationem qua & agit: profectò magis veriusque pulchra est artis pulchritudinem possidens, maiorem excellētioremque omni eo quod prodit ex-
C terius. Quatenus enim forma procedēs in materiam iam extenditur, eatenus debilior ea fit quæ manet in vno. Quicquid enim in se distantiam patitur, à seipso discedit: si robur, in robore: si caliditas, in calore: si omnino potentia, in potentia: si pulchritudo, prorsus in pulchritudine. Iam verò primùm omne efficiēs secundum seipsum oportet prçstantius esse facto: nō enim in musica musicum, sed musica facit, & musi-
D cá in sono sensibili procreat musica super sensum. Siquis autem artes cōtempserit, quoniam naturam imitantes faciūt, respondendum erit, primò quidem naturas quoque alia imitari: deinde artes non simpliciter quod cernitur oculis imitari, sed ad ipsas recurrere rationes, ex quibus constat, agitque natura: præterea multa ex seipsis facere, & adiungere insuper aliquid, vbi quicquam perfectioni deest, vtpote quæ in
E se habeant pulchritudinem. Denique Phidias ipse Iouem finxisse potest, nullum spectaculum propriè sensibus imitatus, sed imaginatus talem, qualis ipse Iupiter appareret, siquando nostris oculis occurrere vellet.

A φανείη μὲν ἂν, ὁ ὑπὸ τῆς τέχνης γεγενημένος εἰς εἴδους κάλλος, καλὸς οὐ παρὰ τὸ εἶναι λίθος. ἦν γὰρ ἄν, καὶ ὁ ἕτερος καλὸς ὁμοίως. ἀλλὰ παρὰ τοῦ εἴδους, ὃ ἐνῆκεν ἡ τέχνη. τοῦτο μὲν τοίνυν τὸ εἶδος, οὐκ εἶχεν ἡ ὕλη, ἀλλ' ἦν ἐν τῷ νοήσαντι, καὶ πρὶν ἐλθεῖν εἰς τὸν λίθον. ἦν δὲ ἐν τῷ δημιουργῷ, οὐ καθόσον ὀφθαλμοὶ* καὶ [* ἢ χεῖρες] χεῖρες ἦσαν αὐτῷ, ἀλλ' ὅτι μετεῖχε τῆς τέχνης.
B ἦν ἄρα ἐν τῇ τέχνῃ τὸ κάλλος τοῦτο, ἄμεινον πολλῷ. οὐ γὰρ ἐκεῖνο ἦλθεν εἰς τὸν λίθον τὸ ἐν τῇ τέχνῃ: ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν μένει. ἄλλο δὲ ἀπ' ἐκείνης ἔλαττον ἐκείνου. καὶ οὐδὲ τοῦτο ἔμεινε καθαρὸν ἐν αὐτῷ, οὐδὲ οἷον ἐβούλετο: ἀλλ' ὅσον εἶξεν ὁ λίθος τῇ τέχνῃ. * ἡ δὲ τέχνη ὅ ἐστι καὶ ἔχει, τοιοῦτον ποιεῖ: καλὸν δὲ ποιεῖ κατὰ λόγον οὗ ποιεῖ, μειζόνως καὶ ἀληθεστέρως καλή ἐστι, τὸ κάλλος
C ἔχουσα τὸ τέχνης. μεῖζον μέν τοι καὶ κάλλιον, ἢ ὅσον ἐστὶν ἐν τῷ ἔξω. καὶ γὰρ ὅσον ἰὸν εἰς τὴν ὕλην ἐκτέτακται, τόσῳ ἀσθενέστερον τοῦ ἐν ἑνὶ μένοντος. ἀφίσταται γὰρ ἑαυτοῦ πᾶν διϊστάμενον, εἰ ἰσχὺς, ἐν ἰσχύϊ: εἰ θερμότης, ἐν θερμότητι: εἰ ὅλως δύναμις, ἐν δυνάμει: εἰ κάλλος, ἐν κάλλει. καὶ τὸ πρῶτον ποιοῦν πᾶν, καθ' αὑτὸ κρεῖττον εἶναι δεῖ, τοῦ ποιουμένου. οὐ γὰρ ἡ ἀμουσία
D μουσικὸν, ἀλλ' ἡ μουσική: καὶ τὴν ἐν αἰσθητῷ, ἡ πρὸ τούτου. εἰ δέ τις τὰς τέχνας ἀτιμάζει, ὅτι μιμούμεναι τὴν* τέχνην ποιοῦσι, πρῶτον μὲν [* φύσιν] φατέον καὶ τὰς φύσεις μιμεῖσθαι ἄλλα. ἔπειτα δεῖ εἰδέναι, ὡς οὐχ ἁπλῶς τὸ ὁρώμενον μιμοῦνται, ἀλλ' ἀνατρέχουσιν ἐπὶ τοὺς λόγους, ἐξ ὧν ἡ φύσις. εἶτα καὶ ὅτι πολλὰ παρ' αὐτῶν ποιοῦσι. καὶ προστιθέασι γὰρ, ὅτῳ τι ἐλλείποι, ὡς
E ἔχουσαι τὸ κάλλος· ἔπειτα ὁ Φειδίας τὸν Δία, πρὸς οὐδὲν αἰσθητὸν ποιήσας, ἀλλὰ λαβὼν οἷος ἂν γένοιτο, εἰ ἡμῖν ὁ Ζεὺς δι' ὀμμάτων ἐθέλοι φανῆναι.

Pulchritudo in opere naturali est forma quædam, nō quomodolibet impressa materiæ, sed tunc impressa ab ipsa natura, quando natura excellentius materiæ dominatur. *Cap. II.*

Non enim hoc opus est pulchrum per materiam vel quantitatem: alioquin quod materialius aut grandius, idem foret & pulchrius, sed ratione excellentioris cuiusdam formæ quasi iam immaterialis effectæ. Hinc ergo fit, vt species tunc primùm quasi pulchra te rapiat, quādo visum ingressa iam est ibi spiritalis effecta: & tunc maximè quando vehementius cogitatur. Deniq; species in moribus atque disciplinis, quæ immaterialis est omnino, tanquam pulchra nos capit amore. Est autem immaterialis in natura formositas naturali admodum mirabilior. Natura enim nec aduentitio quodam habitu, nec extrinsecus elaborans sicut ars, sed essentia sua intrinsecusque dominans facilitate mira exhibet materiæ pulchritudinem.

A SED in præsentia missas faciamus artes. Quorū verò opera imitari dicūtur, pulchra naturaliter effecta cōsideremus, rationalia scilicet animalia & irrationalia cuncta, prçsertim quæcunque inter hæc exactius sunt absoluta: vbi scilicet fictor ipsorū atque faber materiæ dominatus, speciem quā optabat adhibuit. Quidnā igitur in his est pulchritudo? Nō enim sanguis & mēstrua, sed color atque figura ab his diuersa, aut nihil, vel aliquid sine figura & inconcinnū, aut velut quod cōtinet simplex aliquid, ceu materia.

A ἈΛΛ' ἡμῖν ἀφείσθωσαν αἱ τέχναι: ὧν δὲ λέγονται τὰ ἔργα μιμεῖσθαι, τὰ φύσει καλὰ γινόμενα καὶ λεγόμενα, θεωρῶμεν, λογικά τε ζῶα, καὶ ἄλογα πάντα: καὶ μάλιστα ὅσα κατόρθωται αὐτῶν, τοῦ πλάσαντος αὐτὰ καὶ δημιουργήσαντος, ἐπικρατήσαντος τῆς ὕλης, καὶ εἶδος ὃ ἐβούλετο παρασχόντος. τί οὖν τὸ κάλλος ἐστὶν ἐν τούτοις; οὐ γὰρ δὴ τὸ αἷμα καὶ τὰ καταμήνια: ἀλλὰ καὶ χρόα ἄλλη τούτων, καὶ σχῆμα: ἢ οὐδὲν, ἢ τι ἄσχημον, ἢ οἷον τὸ περιέχον ἁπλοῦν τι οἷα ὕλη.

Vnde

A πόθεν δὲ ἐξέλαμψε ὁ τῆς Ἑλένης τῆς περιμαχήτου κάλλος, ἢ ὅσαι γυναικῶν Ἀφροδίτης ὅμοιαι κάλλει. ἐπεὶ καὶ τὸ τῆς Ἀφροδίτης αὐτῆς, πόθεν: ἢ εἴ τις ὅλως καλὸς ἄνθρωπος: ἢ θεός, τῶν ἂν εἰς ὄψιν ἐλθόντων, ἢ καὶ μὴ ἰόντων. ἐχόντων δὲ ἐπ' αὐτοῖς, ὁραθὲν ἂν κάλλος. ἆρα οὐκ εἶδος μὲν πανταχοῦ τοῦτο, ἧκον δὲ ἐπὶ τὸ γινόμενον ἐκ τοῦ ποιήσαντος, ὥσπερ ἐν ταῖς τέχναις ἐλέγετο, ἐπὶ τὰ τεχνικὰ ἰέναι B παρὰ τῶν τεχνῶν; τί οὖν καλὰ μὲν τὰ ποιήματα καὶ ὁ ἐπὶ τῆς ὕλης λόγος, ὁ δὲ μὴ ἐν ὕλῃ, ἀλλ' ἐν τῷ ποιοῦντι λόγος οὐ καλός, ὁ πρῶτος καὶ ἄϋλος, ἀλλ' εἰς ἓν οὗτος; ἀλλ' εἰ μὲν ὁ ὄγκος ἦν καλός, καθόσον ὄγκος ἦν, ἐχρῆν τὸν λόγον ὅτι μὴ ἦν ὄγκος, τὸν ποιήσαντα μὴ καλὸν εἶναι. εἰ δὲ ἐάν τε ἐν σμικρῷ, ἐάν τε ἐν μεγάλῳ τὸ αὐτὸ εἶδος ᾖ, ὁμοίως κινεῖ καὶ διατίθησι τὴν C ψυχὴν τὴν τοῦ ὁρῶντος, τῇ αὐτοῦ δυνάμει τὸ κάλλος, οὐ τῷ τοῦ ὄγκου μεγέθει ἀποδοτέον. τεκμήριον δέ, καὶ τόδε, ὅτι ἔξω μὲν ἕως ἐστὶν, οὔπω εἴδομεν. ὅταν δὲ εἴσω γένηται, διέθηκεν. εἴσεισι δὲ δι' ὀμμάτων εἶδος ὂν μόνον, ἢ πῶς διὰ σμικροῦ. συνεφέλκεται δὲ καὶ τὸ μέγεθος, οὐ μέγα ἐν ὄγκῳ, ἀλλ' ἤδη γενόμενον μέγα. ἔπειτα ἢ αἰσχρὸν δὴ τὸ ποιοῦν, ἢ ἀδιάφορον, ἢ καλὸν εἶναι. αἰσχρὸν μὲν οὖν ὄν, οὐκ ἂν τὸ ἐναντίον ποιήσειεν: D ἀδιάφορον δέ, τί μᾶλλον καλὸν ἢ αἰσχρόν. ἀλλὰ γὰρ ἐστὶ καὶ ἡ φύσις ἡ τὰ οὕτω καλὰ δημιουργοῦσα, πολὺ πρότερον καλή: ἡμεῖς δέ, τῶν ἔνδον οὐδὲν ὁρᾶν εἰθισμένοι οὐδ' εἰδότες: τὸ ἔξω διώκομεν, ἀγνοοῦντες, ὅτι τὸ ἔνδον κινεῖ. ὥσπερ ἂν εἴ τις τὸ εἴδωλον αὐτοῦ βλέπων, ἀγνοῶν ὅθεν ἥκει, ἐκεῖνο διώκοι. δηλοῖ δὲ ὅτι τὸ διωκόμενον, ἄλλο: καὶ οὐκ ἐν μεγέθει τὸ κάλλος, καὶ τὸ ἐν τοῖς μαθήμασι E κάλλος. καὶ τὸ ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν. καὶ ὅλως τὸ ἐν ταῖς ψυχαῖς. οὗ δὴ καὶ ἀληθείᾳ μᾶλλον κάλλος, ὅταν τῷ φρόνησιν ἐνίδῃς καὶ ἀγασθῇς, οὐκ εἰς τὸ πρόσωπον ἀφορῶν. εἴη γὰρ ἂν τοῦτο αἶσχος. ἀλλὰ πᾶσαν μορφὴν ἀφείς, διώκοις τὸ εἴσω κάλλος αὐτοῦ. εἰ δὲ μήπω σε κινεῖ, ὡς καλὸν εἰπεῖν τὸν τοιοῦτον,* οὐ δὲ σαυτὸν εἰς τὸ εἴσω βλέψας, ἡσθήσῃ ὡς καλῷ. F ὥστε μάτην ἂν οὕτως ἔχων, ζητοῖς ἐκεῖνο. αἰσχρῷ γὰρ καὶ οὐ καθαρῷ ζητήσεις. διὸ οὐδὲ πρὸς πάντας, οἱ περὶ τῶν τοιούτων λόγοι. εἰ δὲ καὶ σὺ εἶδας σαυτὸν καλόν, ἀναμνήσθητι.

*δὲ αὐτὸν

A Vndenam orta eſt pulchritudo Helenæ, pro qua tam ingens certamen eſt ſuſcitatum? vnde cæteræ formæ Veneri ſimiles illuxerunt? Atqui & ipſa Veneris forma vnde ſurrexit? Aut ſiquis hominum ex integro pulcher, vel Deus, ſiue eorum qui nobis veniũt in aſpectum, ſiue eorum qui nõ veniunt quidem, habent tamen in ſe conſpicuam pulchritudinem. Nonne igitur ſpecies vbiq; hęc eſt, deſcendens in id quod naſcitur ex ipſo quod generat, ſicut in artibus B dictum eſt, pulchritudinem in artificia ab artibus proficiſci. Quid ergo? pulchráne opera quidem ſunt, ratioq; in ipſa materia? Ratio verò quæ non eſt in materia, ſed in agente, prima & à materia libera non eſt pulchritudo, ſed in vnum hæc ipſa redigitur. Cæterùm ſi moles qua ratione moles eſt, pulchra foret, ſequeretur certè rationem ipſam agentem, quoniam non eſt moles, non eſſe pulchram: ſin autem ſiue in parua, ſiue in magna quadam mole ſit C ſpecies eadem ſimiliter mouet, afficitq; vi ſua animum intuentis, certè pulchritudo non eſt magnitudini molis attribuenda. Hinc rurſus ad idem ſumitur argumentum: quoniam quatenus forma eſt extra animum, non percipimus, neq; inde mouemur: quum verò animo iam concipitur, afficit. At verò per oculos ipſa rerum ſpecies tantùm influit, alioquin nõ poſſent per anguſtiſsimum ampliſsima penetrare. Contrahitur verò etiam magnitudo, non magna quidem in mole, ſed ſpecie potius magna. D Præterea, ipſam effectus pulchri cauſam oportet aut eſſe deformem, aut indifferentem, aut pulchram. Si deformis eſſet, certè contrarium non efficeret: Si indifferens, cúrnam pulchrum aliquid potius faceret quàm deforme? Sed profectò natura rerũ artifex tam pulchrarum, multò prius magiſq; eſt pulchra. Nos autem quum nihil intimum inſpicere ſoleamus, & intima penitus ignoremus, nimirum extrinſeca ſequimur, ignorantes interea intrinſecus latê- E re quod mouet, perinde ac ſiquis ſuam videns imaginem, & ignorás vnde venerit, eam ipſam ſequatur. Eſſe verò aliud quiddam quod ad ſe attrahit proſequentes, neque in magnitudine conſiſtere pulchritudinem, teſtimonio nobis eſt pulchritudo, quę diſciplinis ineſt & officijs, & prorſus in animo: vbi certè reuera magis pulchritudo viget, quando ſcilicet in animo quodam ſapientiam contemplaris, & contemplatus delectaris, & amas, faciem tunc corpo- F ris non aſpiciens, quæ fortè non ſit formoſa, ſed tota corporis forma poſthabita, intimam pulchritudinem ſequens. Sin autem nondum animus ille te mouet vt appelles pulchrum, neque etiam interiorem te intuitus, teipſo delectaberis velut pulchro. Quapropter fruſtrà ſic affectus, verã intimamq; pulchritudinẽ indagabis: ſic enim non puro quodã, ſed turpi perquires: ideoq; verba de rebus eiuſmodi non ad omnes habentur. Quòd ſi & tu teipſum inſpexeris pulchrũ, hinc iam ipſius pulchritudinis reminiſcere.

Pulchritudo apparens in materia eſt imago quædam pulchritudinis, quæ præſtantior in natura viget: Hæc autem eius imago quæ eſt in anima intellectuali maior: Hæc tandẽ illius quæ prima eſt in mente diuina. Cap. III.

Fulget autem pulchritudinis ſplendor ex intellectu diuino in intellectum animæ caput, quemadmodum lumen à Sole ſemper in ſtellam, ſubinde in virtutẽ animæ rationalem ſicut in Lunam, quatenus ad ſuperiora conuertitur.

Fruſtra verò quid ipſa pulchritudo ſit quærit animus, qui ſe per eiuſmodi conuerſionem pulcherrimum non reddiderit. Si verò reddiderit, quandoq; ſuam inſpiciens pulchritudinem, ſuſpiciet inde ſuperiorem: ac per ſuum intellectum iam purgatum velut per aurum quoddam quod erat in mole, diuinũ intellectum velut aurum vniuerſum, ſincerumq; contemplabitur, aliter non quærendum. Deniq; prima pulchritudo eſt prima intelligentiæ plenitudo. Dij ſimpliciter intellectuales per illius participationem pulchri dijq; ſunt: per eandem dij quoq; cæleſtes, id eſt mundani omnes, qui ſanè cæleſtes dij directo quodam intuitu diuina cognoſcunt, humana verò deflexo proſpiciunt, atq; gubernant. Dij tandem ſimpliciter intellectuales qui in intellectuali cœlo ſunt, non gubernare ſaltẽ qua ratione ibi ſunt, ſed cõtemplari dicuntur. Quicquid eſt in cœlo intellectuali, eſt ſimiliter intelligibile cœlũ, ibi verò ſunt omnia.

A EST igitur pulchritudinis ratio in natura exemplar pulchritudinis huius quę apparet in corpore: exemplar autem pulchritudinis naturalis eſt ratio quædam in anima pulchrior, à qua profluit pulchritudo naturæ: Clarior autem hæc eſt in anima proba & pulchritudine iam ipſa progrediens: nempe exornans animũ, lumenq; præbens à maiori lumine quod prima etiam eſt pulchritudo. Sic inquam exiſtens in anima ad ratiocinandum inducit, qualiſnam B ſit ratio ſuperior pulchritudinis, quæ in nullo ſit amplius nec in alio iacet, ſed in ſe permanet. Itaq; nec ratio quidem eſt, ſed primæ rationis auctor: quippe quum ratio prima ſit pulchritudo quædam in anima ceu materia: Ipſe verò auctor intellectus eſt, qui & ſemper eſt intellectus, nec intellectus aliquando, quoniam ipſi non aliunde aduenit intellectus, ſed quam potiſsimum imaginem intellectus ipſius accipiemus? Quæcunq; enim aliunde quæretur, à deteriori quodam proculdubio requiretur. C Imago igitur intellectus eſt ab intellectu quærenda, adeò vt non per imaginem de ipſo loquamur, ſed tanquã de auro vniuerſo aurũ quoddam accipiamus indicium. Ac niſi acceptum aurum adhuc ſit purum, aut re ipſa, aut ſaltem oratione purgemus, demonſtrantes hoc à nobis acceptum, non eſſe aurum vniuerſum, ſed aurum quiddam duntaxat in mole. Sic itaq; ab hoc qui in nobis eſt intellectu iam purgato, ad D intellectum ipſum altius aſcendamus: ac ſi placet à dijs ipſis progrediamur, inſpicientes videlicet qualis in eis ſit intellectus. Dij nanq; omnes pulchri, venuſti, venerandi, inæſtimabili decore pollentes. Verùm quidnam eſt quo dij ſunt tales? Eſt vtiq; intellectus: intellectus inquam potiſsimum in eis agens vt videantur. Nõ enim ex eo quòd eorum pulchra ſunt corpora: nam & quibus corpora ſunt, non hoc ipſum eſt eſſe deos, ſed ſecundũ mentẽ hi quoq; E dij ſunt, non inquam ex eo quòd pulchra illis adſunt corpora, dij pulchri cenſentur. Non enim aliâs quidem ſapiẽtes ſunt, aliâs verò nequaquã, ſed perpetuò ſapiunt mente tranquilla ſtabiliq; & pura, intelliguntq; omnia, & cognoſcunt non humana propriè, ſed ſua, id eſt diuina, & quotcunque intellectus ipſe cernit. Deorum verò hi quidem qui cœlum habitant, ocio nanq; abundant, aſsiduè contemplantur, ſed quaſi eminus quæ in primo ipſo ſunt cœlo, F ſupereminenti ceruice: hi verò qui in illo ſunt, quotcunq; habitationem illic ſortiti ſunt, contemplantur, totum illic cœlũ habitãtes. Omnia enim ibi ſunt cœlũ, illic terra cœlũ eſt: illic mare, animalia, plãtæ, homines cœlũ ſunt: quicq̃d deniq; eſt illius cœli, cœleſte. Dij verò illic habitãtes nõ dedignantur homines, neq; aliud quicquã eorũ quæ ibi ſunt, ob hoc ipſum quod ex diuinorũ numero ſunt: omnem nanq; regionẽ illam diſcurrunt, locumq; cõprehendunt conquieſcentes.

ΕΣΤΙΝ οὖν καὶ ἐν τῇ φύσει λόγος κάλλους, ἀρχέτυπος τοῦ ἐν σώματι. τοῦ δὲ ἐν τῇ φύσει, ὁ ἐν τῇ ψυχῇ καλλίων: παρ' οὗ, καὶ ὁ ἐν τῇ φύσει. ἐναργέστατος γε μὴν ὁ ἐν σπουδαίᾳ ψυχῇ, καὶ ἤδη προϊὼν * κάλλος. κοσμήσας γὰρ τὴν ψυχὴν καὶ φῶς παρασχὼν ἀπὸ φωτὸς μείζονος, πρώτως κάλλους ὄντος συλλογίζεσθαι ποιεῖ, αὐτὸς ἐν ψυχῇ ὤν, οἷος ἐστὶν ὁ πρὸ αὐτοῦ, ὁ B οὐκ ἔτι ἐγγιγνόμενος: οὐδ' ἐν ἄλλῳ, ἀλλ' ἐν αὑτῷ. διὸ οὐδὲ λόγος ἐστὶν, ἀλλὰ ποιητὴς τοῦ πρώτου λόγου, κάλλους ἐν ὕλῃ ψυχικῇ ὄντος: νοῦς δὲ οὗτος, ὁ ἀεὶ νοῦς. καὶ οὐ ποτὲ νοῦς, ὅτι μὴ ἐπακτὸς αὐτῷ. τίνα ἂν οὖν εἰκόνα τις αὐτοῦ λάβοι. πᾶσα γὰρ ἔσται ἐκ χείρονος. ἀλλὰ γὰρ δεῖ τὴν εἰκόνα ἐκ νοῦ γενέσθαι. ὥστε μὴ δι' εἰκόνος: ἀλλ' οἷον χρυσοῦ παντὸς, χρυσόν τινα δεῖγμα λαβεῖν. καὶ εἰ μὴ καθαρὸς εἴη ὁ ληφθεὶς, καθαίρειν C αὐτὸν, ἢ ἔργῳ, ἢ λόγῳ. δεικνύντας, ὡς οὐ πᾶν τοῦτό ἐστι χρυσὸς: ἀλλὰ τουτὶ, τὸ ἐν τῷ ὄγκῳ μόνον. οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἀπὸ νοῦ τοῦ ἐν ἡμῖν κεκαθαρμένου. εἰ δὲ βούλει ἀπὸ τῶν θεῶν, οἷός ἐστιν ὁ ἐν αὐτοῖς νοῦς. σεμνοὶ μὲν γὰρ πάντες θεοὶ καὶ καλοὶ, καὶ τὸ κάλλος αὐτῶν, ἀμήχανον. ἀλλὰ τί ἐστι δι' ὃ τοιοῦτοί εἰσιν, ἢ νοῦς; καὶ ὅτι μᾶλλον νοῦς ἐνεργῶν ἐν αὐτοῖς ὥστε ὁρᾶσθαι. D οὐ γὰρ δὴ ὅτι αὐτῶν καλὰ τὰ σώματα. καὶ γὰρ οἷς ἐστι σώματα, οὐ τοῦτό ἐστιν αὐτοῖς, τὸ εἶναι θεοῖς: ἀλλὰ κατὰ τὸν νοῦν καὶ οὗτοι θεοί: * καλὸν δὲ οἱ θεοί. οὐ γὰρ δὴ ποτὲ μὲν φρονοῦσι, ποτὲ δὲ * ἀφρονοῦσιν: ἀλλ' ἀεὶ φρονοῦσιν ἐν ἀπαθεῖ τῷ νῷ καὶ στασίμῳ καὶ καθαρῷ: καὶ ἴσασι πάντα, καὶ γινώσκουσιν: οὐ τὰ * ἀνθρώπινα, ἀλλὰ τὰ ἑαυτῶν τὰ θεῖα, καὶ ὅσα νοῦς ὁρᾷ. τῶν δὲ E θεῶν, οἱ μὲν ἐν οὐρανῷ ὄντες, σχολὴ γὰρ αὐτοῖς, θεῶνται ἀεί. οἷον δὲ πόῤῥωθεν τὰ ἐν ἐκείνῳ αὐτῷ οὐρανῷ, ὑπεροχῇ τῇ ἑαυτῶν κεφαλῇ. οἱ δὲ ἐν ἐκείνῳ ὄντες, ὅσοις οἴκησις ἐπ' αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ. ἐν παντὶ οἰκοῦντες τῷ ἐκεῖ οὐρανῷ. πάντα γὰρ ἐκεῖ οὐρανὸς, καὶ ἡ γῆ οὐρανὸς, καὶ θάλασσα, καὶ ζῶα, καὶ φυτὰ, καὶ ἄνθρωποι. πᾶν οὐράνιον ἐκείνου τοῦ οὐρανοῦ. οἱ δὲ θεοὶ ἐν αὐτῷ, οὐκ ἀπαξιοῦντες ἀνθρώπους: οὐδ' ἄλλο τι τῶν F ἐκεῖ, ὅτι τῶν ἐκεῖ, πᾶσαν μὲν διεξίασι τὴν ἐκεῖ χώραν. * καὶ τὸν τρόπον, ἀναπαυόμενοι.

*κάλλει. *καλοὶ δὴ οἱ θεοί. *ἀφραίνουσιν. *ἀνθρώπεια. *καὶ τόπον.

Supra cœlum corporeum in cœlo incorporeo sunt dij duplices, scilicet intelligibiles atq; intellectuales. Illi quidem sunt ideæ, hi verò intellectus omnes æterna idearum contemplatione beati. Cap. IIII.

Intellectus diuinus sic in ideas se deriuat, vt totus conseruetur in singulis, sed sub alia in alijs proprietate. Nec tam dicendum est ideas esse in intellectu, quàm intellectum ipsum ipsas ideas existere, omniformem videlicet ex vniformi seipso mirabiliter prodeuntem. Si cœlum similiter se deriuat in stellas, in qualibet stella & cœlum est totum, & stellæ omnes, sed proprietate diuersa. Quod igitur Anaxagoras ait, quodlibet est in quolibet, non tam in mundo subcœlesti, verumetiam vbi vnio minima quàm in mundo supercœlesti, vbi vnio maxima: quodammodo etiam in cælesti, vbi mediocris est vnio. Vbi verò Plotinus probat, diuinorum cõtemplatores inde nunquam discessuros. Accipe quod Porphyrius & Iamblichus attigerunt: animos etiam nostros ad similem posse beatitudinem peruenire. Non commouebitur in æternum qui habitat in Hierusalem. Beati qui habitant in domo tua domine, in sæculum sæculi laudabunt te.

A KAÌ γὰρ τὸ ῥεῖα ζώειν, ἐκεῖ, καὶ ἀλήθεια δὲ αὐτοῖς, καὶ γενέτειρα, καὶ τροφὸς, καὶ οὐσία, καὶ τροφή: καὶ ὁρῶσι τὰ πάντα, οὐχ οἷς γένεσις πρόσεστιν, ἀλλ' οἷς οὐσία: καὶ ἑαυτοὺς ἐν ἄλλοις. διαφανῆ γὰρ πάντα. καὶ σκοτεινὸν, οὐδὲ ἀντίτυπον οὐδὲν, ἀλλὰ πᾶς παντὶ φανερὸς εἰς τὸ εἴσω, καὶ πάντα. φῶς γὰρ φωτί. καὶ γὰρ ἔχει πᾶς πάντα ἐν αὑτῷ, καὶ αὖ ὁρᾷ ἐν ἄλλῳ πάντα. ὥστε πανταχοῦ πάντα. καὶ πᾶν, πᾶν: B καὶ ἕκαστον, πᾶν. καὶ ἄπειρος ἡ αἴγλη. ἕκαστον γὰρ αὐτῶν μέγα: ἐπεὶ καὶ τὸ μικρὸν, μέγα. καὶ ἥλιος ἐκεῖ, πάντα ἄστρα: καὶ ἕκαστον ἥλιος αὖ, καὶ πάντα. ἐξέχει δὲ ἐν ἑκάστῳ, ἄλλο: ἐμφαίνει δὲ καὶ πάντα. ἔστι δὲ καὶ κίνησις καθαρά, οὐ γὰρ συγχεῖ αὐτὴν ἰοῦσαν, ὃ κινεῖ, ἕτερον * αὐτῆς ὑπάρχον. καὶ ἡ στάσις οὐ παρακινουμένη, ὅτι μὴ μέμικται τῷ μὴ στασίμῳ. καὶ τὸ καλὸν, καλὸν: ὅτι μὴ ἐν τῷ καλῷ. βέβηκε δὲ ἕκαστος, C οὐκ ἐπ' ἀλλοτρίας οἷον γῆς. ἀλλ' ἔστιν ἑκάστῳ ἐν ᾧ ἐστιν, αὐτὸ ὅ ἐστι: καὶ συνθεῖ αὐτῷ. οἷον πρὸς τὸ ἄνω ἰόντι, τὸ ὅθεν ἐστὶ καὶ οὐκ αὐτὸς μὲν ἄλλο, ἡ χώρα δὲ αὐτοῦ, ἄλλο. καὶ γὰρ τὸ ὑποκείμενον, νοῦς. καὶ αὐτὸς νοῦς. οἷον εἴ τις καὶ τοῦτον τὸν οὐρανὸν τὸν ὁρώμενον φωτοειδῆ ὄντα, τοῦτο τὸ φῶς τὸ ἐξ αὐτοῦ φῦναι νοήσειε τὰ ἄστρα. ἐνταῦθα μὲν οὖν, οὐκ ἐκ μέρους ἄλλου ἄλλο, γένοιτ' ἂν, καὶ εἴη ἂν, μόνον ἕκαστον μέρος. ἐκεῖ δὲ ἐξ D ὅλου ἀεὶ ἕκαστον, καὶ ἅμα ἕκαστον καὶ ὅλον. φαντάζεται μὲν γὰρ μέρος. ἐνορᾶται δὲ τῷ ὀξεῖ τὴν ὄψιν, ὅλον. οἷον εἴ τις γένοιτο τὴν ὄψιν τοιοῦτος, οἷον ὁ Λυγκεὺς, * ἐγένετο. καὶ τὰ εἴσω τῆς γῆς ὁρᾶν, τοῦ μύθου τοὺς ἐκεῖ αἰνιττομένου ὀφθαλμούς. τῆς δὲ ἐκεῖ θέας οὔτε κάματός ἐστιν. οὔτ' ἔστι πλήρωσις εἰς τὸ παύσασθαι θεωμένῳ. οὔτε γὰρ κένωσις ἦν, ἵνα ἥκων εἰς πλήρωσιν, καὶ τέλος ἀρκεσθῇ, οὔτε τὸ μὲν, ἄλλο: τὸ δ' ἄλλο, ἵνα E ἑτέρῳ τῷ ἐν αὐτῷ τὰ τοῦ ἑτέρου μὴ ἀρέσκοντα ᾖ. ἄτρυτά τε τὰ ἐκεῖ. ἀλλ' ἔστι τὸ ἀπλήρωτον, τὸ μὴ τὴν * πλήρωσιν καταφρονεῖν ποιεῖν, τοῦ πεπληρωκότος. ὁρῶν γὰρ, μᾶλλον ὁρᾷ: καὶ

* αὐτῷ

* ἐλέγετο

* λήξωσιν

A HVC tendunt quæ à Platone in Phædro traduntur, facilem scilicet illic superos vitam agere, veritatemq; ipsam eorũ genitricem esse atq; nutricem, & essentiam & nutrimentum: item illos omnia cernere, non illa quidem quæ generationi subiecta sint, sed quæ sint in essentia: videre quoq; seipsos in alijs. Omnia enim illic vndiq; perspicua sunt. Nihil ibi tenebrosum, nihil obsistens, sed omnis illic omnibus B est conspicuus, intrinsecus atq; per omnia. Lumen nanq; lumini occurrit vbiq;. Quilibet in se habet omnia, & omnia rursus in alio conspicit. Cuncta igitur vbique sunt. Omne illic est omne. Illic quodlibet est vniuersum. Splendor ibi micat immensus. Quodlibet enim ibi magnum est, quandoquidem & paruum illic est magnum. Ibi sol stellæq; omnes. Vnaquæque stella sol est, & stellæ similiter omnes. Præcellit autem in quolibet aliud, sed interim in quouis C cuncta conspiciuntur. Est ibi motus proculdubio purus: non enim procedentem confundit motũ motor alienus à motu. Status etiam illic nulla mutatione turbatur: non enim instabili naturæ miscetur. Pulchrum præterea ipsum pulchrum est, quoniam non iacet in pulchro. Permanet verò quilibet non quasi in alieno pauimento quodam, sed vniuscuiusq; fundamentum est, idipsum quod vnumquodque est: cumq; ipso concurrit quasi surgẽti idipsum vnde extat: neq; ipsum quidem aliud est, sedes verò eius est aliud: nã & subiectum intellectus D est, & ipsum est intellectus: velut siquis cogitet cœlum hoc oculis manifestum atque lucidum, per lumen hoc suum germinare coalescereq; in stellas. In rebus quidem corporeis non prodit ex alia parte vbiq; pars alia, sed vnaquæq; pars sola ipsa est. Illic autem ex toto quodlibet vbiq; prodit, simulq; extat quodlibet atque totum. Apparet quidem pars: inspicitur quoq; ab eo qui acutè cernat & totum, ceu siquis talis sit visu qualis fertur fuisse Lynceus, qui intima E terræ traditur radijs oculorum penetrare consueuisse. Hanc equidem fabulam supernorum oculorũ perspicaciam significasse arbitror. Existimandum præterea eos qui illa vident, nunquam in videndo defatigari, neq; satietate vlla vnquam adduci, vt videre desistant. Neq; enim vacuitas erat in aliquo, vt deinde impletus & satur finẽ faciat intuendi: neq; hoc quidẽ aliud est, illud verò sic aliud, vt alteri eorũ quæ sunt in eo illa quæ sunt alterius minimè placeant. Præterea indomita illic & indefessa sunt omnia. Quódue ibi dicitur inexplebile, ꝓpterea tale dicitur quód plenitudo eius nunquam efficit, vt spernat implentem: videndo nanq; magis assiduè cernit, atq;

perſpiciens infinitum ſeipſum & quę videntur A naturam ſuam ducem ſequitur. Iam verò nullius vita laborioſa eſt, quando eſt vita pura, quódue optimè viuit, cur nam laboret? Vita verò illic eſt ſapientia, ſapientia verò nullis argumentationibus comparata, quoniã ſemper tota fuit, nec vlla parte deficiens, ex quo indagine indigeret: ſed eſt ſapientia prima, neque ab alia ſapientia pendens, atq; ipſa ibi eſſentia ſapientia eſt: neque prius quidem intellectus ipſe eſt, deinde ſapiens. Hanc igitur ob cauſam nulla B eſt ſapientia maior, atqui illic ipſa ſciẽtia mentis ipſius collega eſt, propterea quòd ſimul pullulant: quemadmodũ imitatione quadam tradunt, iudiciũ iuſtitiamq; Iouis ipſius eſſe collegã. Omnia enim huius generis ibi velut ſimulachra, imò exemplaria quædam extant ex ſe & in ſeipſis vbiq; perſpicua, adeò vt horũ ſpectaculum proprium ſit pluſquam felicium ſpectatorum. Ipſius igitur ſapientiæ magnitudinem & potentiam ex hoc potiſsimum cõſiderare li- C cet, quoniã vna ſecum habet, fecitq; entia: nam quæ verè ſunt omnia, ſecuta ſunt ſapientiam, perq; ipſam cuncta conſiſtunt, vnaq; cum ipſa ſunt exorta, vnumq; ſunt ambo: eſſentia deniq; illic eſt ſapientia. Nos autem ad hanc ipſam cognitionem nondũ accedimus, quoniam ſcientias eſſe putamus ſpeculationes quaſdam, atq; regulas, propoſitionumq; confluxum: quod quidem neque ſcientijs quidem noſtris eſt tribuendum. Siquis autẽ de noſtris ſcientijs am- D bigat, miſſas in præſentia faciamus, ſed operæpretium fore videtur, exordio hinc iterũ ſumpto, de illa ſcientia diſputare, quá illic regnantem Plato ſuſpiciens inquit: Scientia quidem illa non alia eſt in alio. Quomodo verò ſe habeat, perquirere atq; inuenire nobis reliquiſſe videtur, ſi modò appellatione eiuſmodi nos dignos profiteamur.

A καθορῶν ἄπειρον αὐτὸν καὶ τὰ ὁρώμενα, τῇ ἑαυτοῦ συνέπεται φύσει. καὶ ἡ ζωὴ μέν, οὐδενὶ κάματον ἔχει, ὅταν ᾖ καθαρά. τὸ δ' ἄριστα ζῶν, τί ἂν κάμοι. ἡ δὲ ζωή, σοφία· σοφία δέ, οὐ πορισθεῖσα λογισμοῖς. ὅτι ἀεὶ ἦν πᾶσα. καὶ ἐλλείπουσα οὐδενί, ἵνα ζητήσεως δεηθῇ. ἀλλ' ἔστιν ἡ πρώτη. καὶ οὐκ ἀπ' ἄλλης. καὶ ἡ οὐσία * αὐτῆς σοφία. ἀλλ' οὐκ αὐτός, εἶτα σοφός. διὰ B τοῦτο δέ, οὐδεμία μείζων. καὶ ἡ αὐτοεπιστήμη ἐνταῦθα πάρεδρος τῷ νῷ, τῷ συμπροφαίνεσθαι. οἷον λέγουσι κατὰ μίμησιν. καὶ τῷ Διὶ τὴν Δίκην. πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα ἐκεῖ, οἷον ἀγάλματα παρ' αὐτῶν ἐνορώμενα. ὥστε θέαμα εἶναι, ὑπὲρ εὐδαιμόνων θεατῶν. τῆς μὲν οὖν σοφίας τὸ μέγεθος, καὶ τὴν δύναμιν αὐτῆς κατίδοι, ὅτι μετ' αὐτῆς ἔχει, καὶ πεποίηκε τὰ ὄντα. καὶ πάντα. καὶ πάντα ἠκολούθησε. καὶ ἔστιν C * αὐτῇ τὰ ὄντα καὶ συνεγένετο αὐτῇ, καὶ ἓν ἄμφω. καὶ ἡ οὐσία ἡ ἐκεῖ, σοφία. ἀλλ' ἡμεῖς, εἰς σύνεσιν οὐκ ἤλθομεν, ὅτι καὶ τὰς ἐπιστήμας θεωρήματα καὶ συμφόρησιν γενομίκαμεν προτάσεων εἶναι. τὸ δὲ οὐδ' ἐν ταῖς ἐνταῦθα ἐπιστήμαις. εἰ δέ τις περὶ τούτων ἀμφισβητεῖ, ἐατέον ταύτας ἐν τῷ παρόντι. περὶ δὲ τῆς ἐκεῖ ἐπιστήμης, ἣν δὴ καὶ ὁ Πλάτων κατιδὼν φη- D σίν. οὐδ' ἥτις ἐστὶν ἄλλη, ἐν ἄλλῳ. ὅπως δέ, εἴασε ζητεῖν καὶ ἀνευρίσκειν, εἴπερ ἄξιοι τῆς προσηγορίας φαμὲν εἶναι, ἴσως οὖν βέλτιον ἐντεῦθεν τὴν ἀρχὴν ποιήσασθαι.

* αὐτὸ

* αὐτὸ

Quum ars naturam imitetur, & natura Deum, atq; ars quidem per ſapientiam quandam agat, Deus autem per ipſam ſimpliciter ſapientiam, conſequens eſt, vt natura per ſuam quandam agat ſibi inſitam ſapientiam. Cap. V.

Si omnia per ſapientiam ſuam reportant eſſentiam, ſequitur vt ſapientia prima ſit eſſentia prima. Sapientia per induſtriam comparata, quæ eſt ars humana, dependet à ſapientia nobis innata, & naturæ ſapiẽtiam imitatur. Hæ verò tres ſapientiæ quia ſunt in alio, referendæ ſunt ad ſapientiam primam, quæ in ſeipſa ſit, vbi videlicet ſapientia ipſa eſt eſſentia. Sapientia quidem artis humanæ coaceruata eſt ex multis actibus meditationum atq; ſermonum: ſapientia verò naturaliter nobis inſita, & ſapientia ipſius naturæ atque Dei, eſt vna quædam forma ſe præferens omniformem ceu vultus vnus, non ſicut oratio vel diſputatio vna: nam ante vnum ex multis coacernatum eſt vnum, quod ſeipſum euoluit in multa, & ante hoc ipſum ſimpliciter vnum.

QVÆCVNQVE vel arte vel natura A fiunt, ſapientia quædã facit, & vbiq; actionem ſapientia ducit. Sicubi verò ſapientia quædam fiat, ſint ſanè artes eiuſmodi. At artifex ipſe rurſus in naturalem ſapientiam reuocatur, ſecundum quã ars & quodlibet opus agitur: ſecundum quam inquam nõ amplius ex ſpeculationibus congregatam, ſed totã vnum quiddam: neq; compoſitam ex multis in vnũ, ſed ab vno potius in multa ſe reſoluentem. Siquis igitur B ſapientiam hanc primam eſſe poſuerit, iam ſufficiet, quum enim nõ ſit ex alio, neq; etiam erit in alio. Sin autẽ rationem quidẽ in natura, huius verò principium naturã eſſe dixerit, interrogabimus vndenam natura habeat rationem.

A ΠΑΝΤΑ δὴ τὰ γινόμενα εἴτε τεχνητά, εἴτε φυσικὰ εἴη, σοφία τις ποιεῖ, καὶ ἡγεῖται τῆς ποιήσεως πανταχοῦ, σοφία. ἀλλ' εἰ δή τις καὶ αὐτὴν τὴν σοφίαν ποιεῖ, ἔστωσαν μὲν αἱ τέχναι τοιαῦται. ἀλλ' ὁ τεχνίτης πάλιν αὖ, εἰς σοφίαν φυσικὴν ἔρχεται, καθ' ἣν γεγένηται. οὐκ ἔτι συντεθεῖσαν ἐκ θεωρημάτων, ἀλλ' ὅλην ἕν τι. οὐ τὴν συγκειμένην ἐκ πολλῶν εἰς ἕν, ἀλλὰ B μᾶλλον ἀναλυομένην εἰς πλῆθος ἐξ ἑνός. εἰ μὲν οὖν ταύτην τις πρώτην θήσεται, ἀρκεῖ. οὐκ ἔτι γὰρ ἐξ ἄλλου * οὖσαν, οὐδ' ἐν ἄλλῳ. εἰ δὲ τὸν μὲν λόγον ἐν τῇ φύσει, τοῦτο δὲ ἀρχὴν φήσουσι τὴν φύσιν, πόθεν ἕξει φήσομεν.

* οὖσα

καὶ

A καὶ εἰ ἐξ ἄλλου, ἐκείνου. εἰ μὲν ἐξ αὐτοῦ, στησόμεθα. εἰ δὲ εἰς νοῦν ἥξουσιν. ἐνταῦθα ὁ πλέον, εἰ ὁ νοῦς ἐγέννησε τὴν σοφίαν. καὶ εἰ φήσουσι, πόθεν. εἰ δὲ ἐξ αὐτοῦ, ἀδύνατον ἄλλως, ἢ αὐτὸν ὄντα σοφίαν. ἡ ἄρα ἀληθινὴ σοφία, οὐσία. καὶ ἡ ἀληθινὴ οὐσία, σοφία. καὶ ἡ ἀξία, καὶ τῇ σοφίᾳ οὐσία παρὰ τῆς σοφίας. καὶ ὅτι παρὰ τῆς σοφίας, οὐσία ἀληθής. διὸ καὶ ὅσαι σοφίαι οὐσίαν οὐκ ἔχουσι. τῷ μὲν διὰ σοφίας τινὰ γεγονέναι, οὐσίαι. B τῷ δὲ μὴ ἔχειν ἐν αὐταῖς σοφίαν, οὐκ ἀληθιναὶ οὐσίαι. οὐ τοίνυν δεῖ νομίζειν ἐκεῖ ἀξιώματα ὁρᾶν τοὺς θεούς. οὐδὲ τοὺς ἐκεῖ ὑπερευδαίμονας: ἀλλ' ἕκαστα τῶν λεγομένων ἐκεῖ καλὰ ἀγάλματα, οἷα ἐφαντάζετό τις ἐν τῇ σοφοῦ ἀνδρὸς ψυχῇ εἶναι. ἀγάλματα δὲ, οὐ γεγραμμένα, ἀλλὰ ὄντα. διὸ καὶ τὰς ἰδέας, ὄντα ἔλεγον εἶναι οἱ παλαιοὶ, καὶ οὐσίας.

A Quod si habere dicatur ab alio, de alio rursus illo quæremus: ac si ex seipso habeat, iá ibi conquiescemus. Proinde si in mentem ipsam confugiant, ibi rursus inuestigandum, nunquid mens genuerit sapientiam. Quod si fateantur, vndenam quæremus? Si autem ex ipsa conceperit, nó potest id fecisse, nisi mens ipsa sapientia sit. Vera igitur sapientia est essentia: ac verá vicissim essentia sapientia est, ipsaque essentiæ dignitas á sapientia vendicatur. Constat enim B essentiam veram á sapientia esse. Quamobrem quæcunq; essentiæ sapientiam non habent, ex eo quidem quód per sapientiam quandá factæ sunt, essentiæ sunt: ex eo autem quód in seipsis nullam possident sapientiam, non sunt essentiæ veræ. Nemo igitur existimare debet in mũdo intelligibili vel deos ipsos, vel habitatores illic alios plusquam felices ibi quasdam propositionum regulas contemplari, sed singula quæ illic esse dicuntur, velut exemplaria quędam & spectacula pulchra intuentibus se offerre, qualia forsan imaginetur aliquis in animo sapientis existere. Dico autem non simulachra depicta, sed existentia: quapropter ideas antiqui entia & essentias appellabant.

Sacerdotes Aegyptij ad significanda diuina mysteria non vtebantur minutis literarum characteribus, sed figuris integris herbarum, arborum, animalium: quoniam videlicet Deus scientiam rerum habet non tanquam excogitationem de re multiplicem, sed tanquam simplicem firmamq́; rei formam. *Cap. VI.*

Excogitatio temporis apud te multiplex est & mobilis, dicens videlicet tempus quidem est velox, & reuolutione quadam principium rursus cum fine coniungit: prudentiam docet, profert res, & aufert. Totam verò discursionem eiusmodi vna quadam firmaq́; figura comprehendit Aegyptius alatum serpentem pingens, caudam ore prensantem: cæteraq́; figuris similibus quas describit Horus.

A ΔΟΚΟΥ̃ΣΙ δέ μοι καὶ οἱ αἰγυπτίων σοφοὶ, οἵ τε ἀκριβεῖ ἐπιστήμῃ λαβόντες, εἴτε καὶ συμφύτῳ, περὶ ὧν ἐβούλοντο διὰ σοφίας δεικνύναι. μὴ τύποις γραμμάτων διεξοδεύουσι λόγους καὶ προτάσεις. μὴ δὲ μιμουμένοις φωνὰς καὶ προφορὰς ἀξιωμάτων, κεχρῆσθαι: ἀγάλματα δὲ γράψαντες καὶ ἐν ἕκαστον ἑκάστου πράγματος ἄγαλμα ἐκτυπώσαντες ἐν τοῖς ἱεροῖς, τὴν ἐκείνου διέξοδον ἐμφῆναι. ὡς B ἄρα τις καὶ ἐπιστήμη καὶ σοφία, ἕκαστόν ἐστιν ἄγαλμα, καὶ ὑποκείμενον, καὶ ἀθρόον. καὶ οὐ διανόησις, οὐδὲ βούλευσις. ὕστερον δὲ ἀπ' αὐτῆς ἀθρόας οὔσης, εἴδωλον ἐξειλιγμένον ἐν ἄλλῳ ἤδη. καὶ λέγων αὐτὸ ἐν διεξόδῳ. καὶ τὰς αἰτίας, δι' ἃς τοῦτο ἐξεύρισκον. ὡς τὸ καλῶς οὕτως ἔχοντος τοῦ γεγεννημένου, θαυμάσαι. εἴ τις οἶδε θαυμάσαι, ἔφη τὴν σοφίαν, πῶς αὐτὴ C αἰτίας οὐκ ἔχουσα τῆς οὐσίας, δι' ἃς οὕτω παρέχει τοῖς ποιουμένοις κατ' αὐτήν. τὸ καλῶς ἄρα οὕτως καὶ τὸ ἐκ ζητήσεως ἂν, μόλις. ἢ οὐδόλως * φαμὲν, ὅτι δεῖ οὕτως, εἴπερ τις ἐξεύροι περιζητήσεως καὶ περιλογισμοῦ ὑπάρχειν οὕτως: οἷον, λάβωμεν γὰρ ἐφ' ἑνὸς μεγάλου, ὃ λέγω, ὅπερ ἁρμόσει καὶ ἐπὶ πάντων.

* φασὶν,

A VIDENTVR verò mihi sapiétes Aegyptiorum siue consummata quadam sapientia siue naturali etiam métis instinctu, vbi constituerunt sapientiæ mysteria nobis significare non vsi fuisse figuris literarũ significaturis sermonis discursiones & propositiones quasdam, & imitaturis voces pronuntiationesq́; regularum, sed potius describentes imagines rerum singulas singularum, easq́; depingentes, in sacris clá rei ipsius discursum significauisse: quod B videlicet scientia & sapientia quædam sit vna quæq́; imago siue exemplar & subiectum illud spectaculum totum vná collectum, neq; sit excogitatio quædam, neq; consilium. Postea verò ab ipsa imagine exemplari siue sapientia simul tota, simulachrum in alio quodá fiat iam euolutum, atq; loquens in discursione quadam & causas, propter quas ita res institutæ sint inueniens, dum videlicet dispositio rerum quod ita bene se habeat, mouet admirationem. Hinc C ait eum admiraturum sapientiam qui considerauerit, quomodo ipsa non habens essentię suæ causas propter quas ita se habeat, siue agat, sic se habere præbeat, vt se habent his quæ secundum ipsam efficiuntur. Hoc ipsum igitur quod dici potest dispositionem rerum, ita vt est bene se habere, quod quidé ex inquisitione vix tandem aut nullo modo fit manifestum, quod videlicet sic habere se res oporteat, si quis modò inueniat hoc ipsum inquam, oportet in mundo intelligibili ante omnem inquisitionem & argumentationem ita se habere atq; constare: sed accipiamus iam in vno quod loquor magno quod omnibus quoq; sit consentaneum.

Scientia Dei non eſt argumentationi vel conſilio ſimilis, ſed diſpoſitioni potius naturali. Cap. VII.

Non enim vel poſito principio deinceps per media concluſionem colligit, vel conſtituto fine conſequenter vias modoſq; ad finem conſequendum eligit, deinde agit ſicut deliberauit: ſed quoniam ipſe eſt ſuapte natura omnifariam ita diſpoſitus, ideo naturaliter ſic & agit: quemadmodum ſemen multiformiter ſic affectum, prolem ita generat multiformem. Sed omniformis illa natura Dei ipſa eius intelligentia eſt ideis omnibus inſignita, non ſicut tabella figuris, ſed ſicut cœlum ſtellis, quæ & ipſæ ſunt cœlum. Facillimè verò facit, quoniã ſuapte natura facit, atq; ipſa eſt vniuerſum. Fermè ſimiliter agit anima noſtra, quando ad habitum ſe reuocat omniformem.

A NVNQVID putamus hoc vniuerſum quod ab alio confitemur eſſe, taleq; exiſtere, eo pacto à fabro ſuo fuiſſe compoſitum, vt ille excogitauerit apud ſe terrá, eamq; in medio quieſcere oportere? deinde aquam terræ cótinuam cæteraq; deinceps vſq; ad cœlum ordinatè diſpoſita? tum verò animalia omnia talesq; & tot ſingulorum viuentium formas, quales & quot nunc habent ſingula, diſpoſitionemq; tum viſcerum tum exteriorum partium atque membrorum? B deinde ſicut apud ſe ſingula diſpoſuerat, ſic aggreſſum fuiſſe opere iam ipſo diſponere? Sed profectò conſideratio apud illum talis eſſe non potuit. vnde enim incidiſſet in eum qui nondum talia viderat? neque verò fieri poterat vt ille ab alio quodam accipiens fabricaret, quemadmodum nunc artifices noſtri fabricant, manibus & inſtrumentis vtentes: poſterius enim manus & pedes accedunt. Reliquum eſt igitur omnia in alio eſſe, & quũ C nihil ſe medium interponat, ipſa propinquitate ipſius entis ad aliud, velut ſubitò illius imaginem & ſimilitudinem emicare, ſiue ex ipſo per ſe duntaxat, ſiue per animam miniſtrantem. Nihil enim in præſentia intereſt, ſiue per animam propriè quandá, ſed enim cuncta hæc omnino inde manarút, & pulchriora ſunt ibi. Hic enim permixta ſunt, ibi verò ſunt pura. Vniuerſum verò hoc inde profectum à principio ad finem compreheditur ſpeciebus. D Primò quidem materia formis elementorum, quibus & aliæ accedunt formę, formiſq; alijs ſimiliter aliæ, adeò vt difficilè ſit inuenire materiam multis ſub formis occultam. Quoniam verò & ipſa ſpeciem quandam habet vltimam, omnem ſpeciem ſubire facilè poteſt. Ille verò faber penes quem exemplar operis ſpecies eſt, omnes efficit ſpecies, & has quidem abſq; difficultate & violentia vlla, quoniam agens ibi eſt vniuerſum eſſentiaque & ſpecies. E Quamobrem hac quoque ratione facilis & ſine labore fabricatio fuit, & fabrica totius extitit, ſicut & ipſe faber eſt vniuerſum: nihil igitur erat impedimenti, & nunc etiam in fabricando liberè dominatur. Et quamuis alia paſsim alijs impedimento ſint, ipſi tamen vniuerſi fabricæ ne nunc quidem obſtare quicquam poteſt: nam tanquam vniuerſum conſtat. Arbitror equidem ſi nos eſſemus prima ipſa exemplaria rerum eſſentiæq; ſimul & ſpecies, atq; F ſpecies ipſa quę hic facit noſtra eſſet eſſentia, fabricationem noſtram abſq; labore dominaturam: tametſi homo vtpote quod nunc eſt effectus, ſpeciẽ fabricat à ſeipſo diuerſam. Nunc enim factus homo, eſſe deſtitit vniuerſum: at quãdo deſinit eſſe homo, vt Plato inq̃t, ad ſublimia ſe attollit, totũq; gubernat mũdũ. Factus enim toti⁹, facit & totũ. Verùm vt ad inſtitutũ noſtrũ regrediamur,

poteſt

A ΤΟΥΤΟ δὴ τὸ πᾶν ἐπείπερ συγχωροῦμεν παρ' ἄλλου αὐτὸ εἶναι, καὶ τοιοῦτον εἶναι, ἆρα οἰώμεθα τὸν ποιητὴν αὐτοῦ ἐπινοῆσαι παρ' αὐτῷ γῆν, καὶ ταύτην ἐν μέσῳ * δὴ στῆναι [* δεῖν], εἶτα ὕδωρ, καὶ ἐπὶ τῇ γῇ τοῦτο. καὶ τὰ ἄλλα ἐν τάξει, μέχρι τοῦ οὐρανοῦ, εἶτα ζῶα πάντα, καὶ τούτοις μορφὰς τοιαύτας ἑκάστῳ, ὅσαι νῦν εἰσι. καὶ τὰ ἔνδον ἑκάστοις σπλάγχνα. καὶ τὰ ἔξω μέρη. B εἶτα διαθέντα ἕκαστα παρ' αὐτῷ, οὕτως ἐπιχειρεῖν τῷ ἔργῳ, ἀλλ' οὔτε ἡ ἐπίνοια δυνατὴ ἡ τοιαύτη, πόθεν γὰρ ἐπῆλθεν οὔπω ποτὲ ἑωρακότι. οὔτε ἐξ ἄλλου λαβόντι, δυνατὸν ἦν ἐργάσασθαι. ὅπως νῦν οἱ δημιουργοὶ ποιοῦσι, χερσὶ καὶ ὀργάνοις χρώμενοι. ὕστερον γὰρ καὶ χεῖρες, καὶ πόδες. λείπεται τοίνυν, εἶναι μὲν, πάντα, ἐν ἄλλῳ. οὐδενὸς δὲ μεταξὺ ὄντος, τῇ ἐν τῷ ὄντι πρὸς ἄλλο * κοινωνίᾳ [* γειτνίᾳ]. οἷον ἐξαίφνης ἀνα- C φανῆναι ἴνδαλμα, καὶ εἰκόνα ἐκείνου. εἴτε αὐτόθεν, εἴτε ψυχῆς διακονησαμένης, διαφέρει γὰρ οὐδὲν ἐν τῷ παρόντι, ἢ ψυχῆς τινός. ἀλλ' οὖν ἐκεῖθεν ἦν σύμπαντα ταῦτα. * καὶ καλλίονος ἐκεῖ [* καὶ κάλλιον ὡς ἐκεῖ]. τὰ γὰρ τῇδε καὶ μέμικται. καὶ οὐκ ἐκεῖνα μέμικται. ἀλλ' οὖν εἴδεσι κατέχηται ἐξ ἀρχῆς εἰς τέλος. πρῶτον μὲν ἡ ὕλη τοῖς τῶν στοιχείων εἴδεσιν, εἶτα ἐπὶ εἴδεσιν, εἴδη ἄλλα. εἶτα D πάλιν ἕτερα. ὅθεν καὶ χαλεπὸν εὑρεῖν τὴν ὕλην, ὑπὸ πολλοῖς εἴδεσι κρυφθεῖσαν. ἐπεὶ δὲ καὶ αὕτη εἶδός τι ἔσχατον, * πᾶν εἶδος τόδε [* πᾶν εἶδος τὸ δὲ] καὶ πάντα εἴδη. τὸ γὰρ παράδειγμα, εἶδος * ἂν [* ἦν] ἐποίει. τόδε, ἀψοφητὶ, ὅτι πᾶν τὸ ποιῆσαν, καὶ * οὐσίαν [* οὐσία] καὶ εἶδος. διὸ καὶ ἄπονος, καὶ οὕτως ἡ δημιουργία. καὶ παντὸς δὲ ἦν, * πῶς ἂν πᾶν [* ὡς ἂν]. οὐ τοίνυν ἦν τὸ ἐμποδίζον, καὶ νῦν δὲ ἐπικρα- E τεῖ. καίτοι ἄλλων ἄλλοις ἐμποδίων γινομένων. ἀλλ' οὐκ αὐτῇ. οὐδὲ νῦν. μένει γὰρ ὡς πᾶν. ἐδόκει δέ μοι ὅτι καὶ εἰ ἡμεῖς ἀρχέτυπα καὶ οὐσία καὶ εἴδη ἅμα. καὶ τὸ εἶδος τὸ ποιοῦν ἐνταῦθα, ἦν ἡμῶν οὐσία, ἐκράτησεν ἂν ἄνευ πόνων ἡ ἡμετέρα δημιουργία. καίτοι καὶ ἄνθρωπος δημιουργεῖ εἶδος αὐτοῦ ἄλλο, ὅ ἐστι γενόμενος. ἐπέστη γὰρ τοῦ εἶναι τὸ πᾶν νῦν ἄνθρωπος γενόμενος. F παυσάμενος δὲ τοῦ ἄνθρωπος εἶναι, μετεωροπορεῖ φησὶ, καὶ πάντα τὸν κόσμον διοικεῖ. γενόμενος γὰρ τοῦ ὅλου τὸν ὅλον ποιεῖ. ἀλλ' οὗ χάριν ὁ λόγος,

A ὅτι ἔχεις μὲν σὺ αἰτίαν εἰπεῖν, δι' ἣν ἐν μέσῳ ἡ γῆ. καὶ διὰ τί στρογγύλη. καὶ ὁ λοξὸς διότι ὡδί. ἐκεῖ δὲ οὐ διότι οὕτως ἔχρην, διὰ τοῦτο οὕτω βεβούλευται. ἀλλ' ὅτι οὕτως ἔχει ὡς ἔστι, διὰ τοῦτο καὶ ταῦτα ἔχει καλῶς. οἷον εἰ πρὸ τοῦ συλλογισμοῦ τῆς αἰτίας, τὸ συμπέρασμα, οὐ παρὰ τῶν προτάσεων. οὐδὲ γὰρ ἐξ ἀκολουθίας, οὐδ' ἐξ ἐπινοίας. ἀλλὰ πρὸ ἀκολουθίας, καὶ πρὸ ἐπινοίας. B ὕστερα γὰρ ταῦτα πάντα καὶ λόγος καὶ ἀπόδειξις καὶ πίστις. ἐπεὶ γὰρ ἀρχὴ αὐτόθεν, πάντα ταῦτα καὶ ὧδε, καὶ τὸ μὴ ζητεῖν αἰτίας ἀρχῆς, οὕτω καλῶς λέγεται, καὶ τῆς τοιαύτης ἀρχῆς τῆς τελείας, ἥτις ταὐτὸν τῷ τέλει. ἥτις δὲ ἀρχὴ καὶ τέλος, αὕτη τὸ πᾶν ὁμοῦ, καὶ ἀνελλειπής.

A potes tu quidem afferre causam ob quam terra sit in medio posita, & cur rotunda: cúrue obliquus circulus in certa plaga sit institutus: in mente verò diuina non quia sic oportebat, iccirco sic deliberatum fuit, imò verò quia sic se habet sicut existit, propterea & hæc ita bene se habent: veluti si ante argumentationē per causas discurrentem, conclusio ipsa absq; vllis propositionibus certa consisteret. Nihil enim illic ex consequentia pendet, nihil ex consideratio- B ne fit certum, sed ante cōsequentiam, ante considerationem totum cōstat. Hæc namq; omnia posteriora sunt, ratio, demonstratio, fides. Eo enim ipso quod existit principium, inde suapte natura hæc omnia sunt, atq; ita disposita. Iam verò quod dicitur, nō esse quærendas principij causas, sic rectè dicitur, præcipuè de tali quodā principio quod est perfectum, quod idem est atq; finis: nempe quòd principiū simul est & finis, hoc vniuersum simul est, nulla parte deficiens.

Quum ipsa pulchritudo sit forma quædam multiformis, aspectui accommodata, meritò principium primum pulchritudine superius est.

Cap. VIII.

Mens diuina est primum totum, ergo in qualibet sui parte totum: est & pulchritudo prima, igitur in quauis sui parte pulchritudo tota. Tria sunt sub ipso bono pulcherrima, mens diuina, anima mundi, mundi corpus: quemadmodum in cœlo Sol, Iupiter, Venus. Venere capti nesciunt quid patiantur, quoniam non aduertunt pulchritudinem inferiorem propter superiorem se admirari.

A ΚΑΛΟ'Ν οὖν πρώτως. καὶ ὅλον δὲ, καὶ πανταχοῦ ὅλον. ἵνα μὴ δὲ μέρη ἀπολείπηται τῷ καλῷ ἐλλείπειν. τίς οὖν οὐ φήσει καλόν; οὐ γὰρ δὴ ὁ μὴ ὅλον αὐτὸ, ἀλλ' ὁ μέρος ἔχων, ἢ μηδέ τι αὐτοῦ ἔχων. ἢ εἰ μὴ ἐκεῖνον καλὸν, τί ἂν ἄλλο. τὸ γὰρ πρὸ αὐτοῦ, οὐδὲ καλὸν ἐθέλει εἶναι. τὸ γὰρ πρώτως εἰς θέαν παρελθὸν, τῷ εἶδος εἶναι καὶ θέαμα νοῦ. τοῦτο καὶ ἀγαστὸν ὀφθῆναι, (σημῆναι) B διὸ καὶ Πλάτων τοῦτο * συμφῆναι θέλων, ἔκ τινος τῶν ἐνεργεστέρων ὡς πρὸς ἡμᾶς, ἀποδεξάμενον ποιεῖ τὸν δημιουργὸν, τὸ ἀποτελεσθέν. διὰ τούτου ἐνδείξασθαι θέλων, τὸ τοῦ παραδείγματος καὶ τῆς ἰδέας κάλλος ὡς ἀγαστόν. πᾶν γὰρ τὸ κατ' ἄλλο ποιηθὲν ὅταν τις θαυμάσῃ, ἐπ' ἐκεῖνο ἔχει τὸ θαῦμα, καθ' ὃ ἐστὶ πεποιημένον. εἰ δ' ἀγνοεῖ ὃ πάσχει, θαῦμα οὐδέν. ἐπεὶ καὶ οἱ ἐρῶντες, καὶ ὅλως οἱ τὸ τῇδε κάλλος τεθαυμα- C κότες ἀγνοοῦσιν ὅτι δι' ἐκεῖνο. δι' ἐκεῖνο γάρ. ὅτι δὲ εἰς τὸ παράδειγμα ἀνάγει, τὸ ἠγάσθη, δῆλον ποιεῖ. ἐπίτηδες τὸ ἑξῆς τῆς λέξεως λαβών. εἶπε γὰρ ἠγάσθη τε καὶ ἔτι μᾶλλον πρὸς τὸ παράδειγμα αὐτὸ ἐβουλήθη ἀφομοιῶσαι τὸ κάλλος τοῦ παραδείγματος, οἷόν ἐστιν ἐνδεικνύμενος. διὰ τὸ ἐκ τούτου τὸ γινόμενον καλὸν, καὶ αὐτό. ὡς εἰκόνα ἐκείνου εἰπεῖν. ἐπεὶ καὶ εἰ μὴ D ἐκεῖνο ἦν τὸ ὑπέρκαλον κάλλει ἀμηχάνῳ, τί ἂν τούτου τοῦ ὁρωμένου ἦν κάλλιον; ὅθεν οὐκ ὀρθῶς οἱ μεμφόμενοι τούτῳ, οἱ μὴ ἄρα καθόσον, μὴ ἐκεῖνό ἐστι.

A HOC igitur primò pulchrum est: est totum: est vbiq; totum, ne vel in parte quidē vlla sit pulchri defectus. Quid ergo pulchrū ipsum est dicendum? Non certè quicquam quod non sit ipsum totum, sed vel partē habeat tantùm, vel nihil ipsius habeat. Profectò nisi illud sit ipsum pulchrum, quidnam aliud id esse potest? Quod enim est ante ipsum, pulchrum esse non vult: nam quod primò in aspectum venit, pro- B pterea quòd species sit, mentisq; spectaculum, hoc aspectu amabile est atq; iucundū. Quamobrem Plato id nobis significare volens, inducit architectum mundi perfectum suum opus approbantem ad quiddam aliquanto nostris ingenijs manifestius, per hoc ostendere volens ipsam exemplaris ideæq; pulchritudinem velut amabilem. Quoties enim aliquis admiratur opus ad exemplar aliud fabricatum, exemplar ipsum potissimum admiratur. Neq; mirum vi- C deri debet, si interim quid patiatur ignoret: quandoquidem & amatores, & omnino quicunq; hác nostram pulchritudinem admirantur, ignorant se propter supernam pulchritudinem sic affectos esse: & profectò propter illam ita sunt affecti. Quod autem ad diuinum exēplar Plato referat, quòd dicit architectum mundi opus suū amauisse, ipso spectaculo delectatum declarat, vbi dedita opera ita subiun- D git: Ait enim, delectatus quidē est opificio suo, atq; etiam magis ad exemplar ipsum reddere simile voluit: hoc ipso demonstrās qualis pulchritudo sit exēplaris, propterea quòd inquit, opus hoc ex illo pulchrum esse, quia sit illius imago: nempe nisi illud esset mirificè pulchrū, inæstimabili pulchritudine pollens, quidnam vniuerso hoc oculis manifesto pulchrius esse posset? Quamobrem non rectè sentiunt qui mundi huius pulchritudini detrahunt, nisi fortè in detrahendo id sentiant, videlicet mundum hunc non esse supernum.

Quum acceperis totam hanc ſimul formarum mundanarum varietatem, ſtatim cōſeruatis formis earumq; motibus dimenſionem localem deme. Habes ergo mundi animam penes quam in qualibet forma ſunt cuncta: deme deinde motus formis in ſtatu ſeruatis, mentem iam diuinam habes, vbi quæuis idea omnes continet. Deniq; idearum diuerſitate in lucem vnicam reſoluta, primum es principium conſecutus. Cap. IX.

Corporeus mundus non eſt reuera magnus, quoniam vbiq; dependet ex paruis. Incorporeus mundus eſt infinitus. Infinitè enim licet dicere, in hac idea ſunt omnes. Atq; his omnibus cōputatis in qualibet rurſum omnes, ſimiliterq; deinceps. Quum eſſentia & pulchritudo prima ſit idem meritò quatenus aliquid eſt particeps pulchritudinis, eatenus & eſſentiæ, atq; viciſſim: item cum prima eſſentia ſit ipſa ſimpliciter ſpecies, nimirum ſpeciei participatione eſſentiam habent omnia.

A ACCIPIAMVS igitur noſtrū hunc mundum cogitatione ſic ſe habentem, vt pars vnaquæq; maneat quidem quod eſt, ſed ſingulæ ſibi inuicem inſint. Fingamus inquam in vnum cuncta ſimul pro viribus congregata, adeò vt quodcunq; ſingulorū prius ſeſe oculis offert, velut ſi ſphæra ſit exterior, continuò ſequatur Solis quoq; ſpectaculum, ſimulq; reliquarum ſtellarum imago, intusq; videantur terra, mare, animalia omnia velut in ſphæra B quadam vbiq; perſpicua: & deniq; re ipſa contingat cuncta in vnoquoq; cōſpicere. Eſto igitur in animo lucida quædā imaginatio ſphæræ in ſe habens omnia, ſiue agitata, ſiue manentia, aut partim quidem mobilia, partim verò ſtabilia. Tu verò hāc animo ſeruans alteram præterea finge, hinc auferēdo molem: detrahe quoq; locum, ſimulq; prorſus omnē imaginationem materiæ abs te procul expelle: neq; tamē interea alteram finge altera in mole minorem: tum C verò Deum ipſum inuocans qui eam fecit, cuius nūc habes imaginem, ſuppliciter vt veniat obſecra. Veniet ille ſubitò, mundū ornatumq; ſuum ſecum ferens vnà cum dijs omnibus qui in eo ſunt omnes: veniet vnus exiſtens ſimul atq; omnes: occurret vnuſquiſq; omnes vnà ſecum ferens congredientes in vnum. Ibi ſanè dij omnes viribus quidē inter ſe varij ſunt, ſed vna illa poteſtate complurima omnes ſunt Deus vnus, imò verò Deus vnus eſt omnes: neque D enim vnus ipſe deficit, vt omnes illi naſcantur. Simul verò ſunt cuncti, & vnuſquiſque rurſus ſeorſum eſt ab alio in ſtatu quodā nullo modo diſtante, nullā ſubiectam ſenſibus formā præferens: alioquin alius quidē alibi, alius autē alibi foret, nec vnuſquiſque in ſe exiſteret omnis: neq; rurſus illorum aliquis partes alias habet alijs vel ſibijpſi: neq; iterum vnumquodq; illic totū eſt poteſtas diuiſa tantaq; dūtaxat exiſtēs, quot partes ſunt menſuratæ: imò verò eſt vni- E uerſum vniuerſa poteſtas procedēs quidem in infinitū, in infinitum verò virtute. Atqui mundus ille vſqueadeò ingens eſt, vt & partes eius infinitæ rurſus euadant. Vbi enim eſſe quicquā dici poteſt, quo non ille præcurrerit? Magnus hic quoq; mundus eſt, omnesq; in eo ſimul potentię ſunt: ſed maior inſuper foret, & quantus explicari nō poſſit, ſi nulla in eo corporis foret potētia parua. Et ſi magnas q;ſpiā dixerit ignis reliquorumq; corporū vires, tamē veræ poten- F tiæ infinitate cōſtant, eiuſdēq; ignoratione videntur eſſe aliq;d atq; agere, interimēdo, cōfringendoq;, & ad genituram animalium miniſtrando. Sed hæc quidē interimunt, quoniā ipſa quoq; interi-

A ΤΟΥ͂ΤΟΝ τοίνυν τὸν κόσμον, ἑκάστου τῶν μερῶν μένοντος ὅ ἐστι καὶ συγχεομένου, λάβωμεν τῇ διανοίᾳ, εἰς ἓν ὁμοῦ πάντα ὡς οἷόν τε. ὥστε ἑνὸς ὁτουοῦν προφαινομένου, οἷον τῆς ἔξω σφαίρας οὔσης, ἀκολουθεῖν εὐθὺς καὶ τὴν ἡλίου, καὶ ὁμοῦ τῶν ἄλλων ἄστρων τὴν φαντασίαν, καὶ γῆν καὶ θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ζῷα ὁρᾶσθαι, οἷον ἐπὶ σφαίρας διαφανοῦς. καὶ ἔρ- B γῳ ἂν γένοιτο πάντα ἐνορᾶσθαι. ἔστω οὖν ἐν τῇ ψυχῇ, φωτεινή τις φαντασία σφαίρας. ἔχουσα πάντα ἐν αὐτῇ, εἴτε κινούμενα, εἴτε ἑστηκότα. ἢ τὰ μέν, κινούμενα. τὰ δέ, ἑστηκότα. φυλάττων δὲ ταύτην, ἄλλην παρὰ σαυτῷ ἀφελὼν τὸν ὄγκον, λάβε. ἄφελε δὲ καὶ τοὺς τόπους, καὶ τὸ τῆς ὕλης ἐν σοὶ φάντασμα. καὶ μὴ πειρῶ αὐτῆς ἄλλην σμικροτέραν λαβεῖν, τῷ ὄγκῳ. θεὸν δὲ καλέσας τὸν πεποιηκότα ἧς C ἔχεις τὸ φάντασμα, εὖξαι ἐλθεῖν. ὁ δέ, ἥκοι τὸν αὐτοῦ κόσμον φέρων, μετὰ πάντων τῶν ἐν αὐτῷ θεῶν, εἷς ὤν, καὶ πάντες. καὶ ἕκαστος πάντες, συνόντες εἰς ἕν. καὶ ταῖς μὲν δυνάμεσιν, ἄλλοι. τῇ δὲ μιᾷ ἐκείνῃ τῇ πολλῇ, πάντες εἷς. μᾶλλον δὲ εἷς, πάντες. οὐ γὰρ ἐπιλείπει αὐτός, ἢν πάντες ἐκεῖνοι γίνωνται. ὁμοῦ δὲ εἰσί. καὶ ἕκαστος χωρὶς αὖ. ἐν στάσει ἀδιαστάτῳ. οὐ μορ- D φὴν αἰσθητὴν οὐδεμίαν ἔχων. ἤδη γὰρ ἄν, ὁ μέν, ἄλλοθι. ὁ δέπου ἄλλοθι ἦν. καὶ ἕκαστος δέ, οὐ πᾶς ἐν αὐτῷ οὐδὲ μέρη. ἄλλα ἔχων ἄλλοις, ἢ αὐτῷ. οὐδὲ ἕκαστον ὅλον δύναμις κερματισθεῖσα. καὶ τοσαύτη οὖσα, ὅσα τὰ μέρη μετρούμενα. τὸ δέ ἐστι τὸ πᾶν, δύναμις πᾶσα, εἰς ἄπειρον μὲν ἰοῦσα, εἰς ἄπειρον δὲ δυναμένη. καὶ οὕτως ἐστὶν ἐκεῖνος μέγας, ὡς καὶ τὰ μέ- E ρη αὐτοῦ ἄπειρα γεγονέναι. ποῦ γὰρ τί ἐστιν εἰπεῖν. ὅπου μὴ φθάνει. μέγας μὲν οὖν, καὶ ὅδε ὁ οὐρανός, καὶ αἱ ἐν αὐτῷ πᾶσαι δυνάμεις ὁμοῦ. ἀλλὰ μείζων ἂν ἦν, καὶ ὁπόσος οὐδ' ἂν ἦν εἰπεῖν, εἰ μή τις αὐτῷ συνῆν σώματος δύναμις σμικρά. καί τοι μεγάλας ἄν τις φήσειε πυρός, καὶ τῶν ἄλλων σωμάτων τὰς δυνάμεις. ἀλλὰ * εἴδη ἀπειρία δυνάμεως * ἤδη ἀληθινῆς φαντάζονται, καὶ οὖσαι. καὶ φθείρου- F σαι, καὶ θλίβουσαι, καὶ πρὸς γένεσιν τῶν ζῴων ὑπουργοῦσαι. ἀλλὰ ταῦτα μὲν φθείρει, ὅτι καὶ

φθείρεται: καὶ συγγεννᾷ, ὅτι καὶ αὐτὰ γίνεται. ἡ δὲ δύναμις ἡ ἐκεῖ, μόνον τὸ εἶναι ἔχει. καὶ μόνον τὸ καλὸν εἶναι. ποῦ γὰρ ἂν εἴη τὸ καλόν, ἀποστερηθὲν τοῦ εἶναι. ποῦ δ' ἂν ἡ οὐσία, τοῦ καλὸν εἶναι ἐστερημένη. ἐν τῷ γὰρ ἀπολειφθῆναι τοῦ καλοῦ ἐκλείπει καὶ τῇ οὐσίᾳ. διὸ καὶ τὸ εἶναι ποθανόν ἐστιν, ὅτι ταὐτὸν τῷ καλῷ. καὶ τὸ καλὸν ἐράσμιον, ὅτι τὸ εἶναι. πότερον δὲ ποτέρου αἴτιον, τί χρὴ ζητεῖν, οὔσης τῆς φύσεως μιᾶς. ἥδε μὲν γὰρ ἡ ψευδὴς οὐσία, δεῖται ἐπακτοῦ εἰδώλου καλοῦ, ἵνα καὶ καλὸν φαίνηται, καὶ ὅλως, ᾖ καὶ κατὰ τοσοῦτον ἐστὶ, καθόσον μετείληφε κάλλους, τοῦ κατὰ τὸ εἶδος καὶ λαβοῦσα ὅσῳ ἂν λάβῃ, μᾶλλον τελειοτέρα. μᾶλλον γὰρ οἰκεία ἡ καλή.

A interimuntur, & vicissim generant, quoniam generantur. Potentia verò quæ viget illic, esse solùm habet, solumq; esse pulchrum. Vbi enim pulchrum esset quicquam, quod ipso esse priuatum foret? Vbi rursus esse potest essentia, si pulchritudinis præsentia careat? Dū enim tollitur pulchritudo, aufertur essentia. Quapropter esse ipsum desiderabile est, quoniam idem est esse atque pulchrum: ac vicissim pulchrum est amabile, quoniam est & esse. Vtrum verò B vtrius causa sit, non expedit indagare, quum vna sit vtriusq; natura. Hæc igitur falsa essentia corporum indiget quadā imagine pulchri extrinsecus accedente, vt & pulchra videatur, & omnino sit aliquid. Et eatenus est, quatenus particeps facta est pulchritudinis specie ipsa cōstantis: & quò plus speciosæ accipit pulchritudinis, eò perfectior: sic enim magis ei propria fit essentia pulchra & ipsa deniq; pulchritudo.

Vnà cum Ioue, id est anima mundi, omnes animæ cœlestes dæmonicæq; & humanæ iam purgatæ toto fruuntur mundo diuino. *Cap. X.*

Et si ibi singuli cunctas contemplantur ideas, alij tamen alias attentius & auidius, ad quas præcipuè cæteras quodammodo referunt. Ipsa pulchritudo ibi potissimum est vniuersus ille splendor ex cuncta idearum quasi stellarum serie micans. Tota intelligentiæ potestas nisi ardentissimus amor accesserit, hucusq; fortasse peruenit, vt pulchritudinem illam prospiciat vt externam. Accedens amor cōtemplantem in eam transfert, ac vicissim: vsqueadeò vt contemplator amator iam seipsum inspiciat pulchrum, imò pulchritudinem euasisse. Annuit Plotinus quod ait Plato, philosophos cum Ioue solos incedere, ab Ioue missos. Cæteri enim homines singulis propriè sunt addicti: solus philosophus vniuersum ambit, vniuersi verò anima Iupiter.

ΔΙΑ' τοῦτο καὶ ὁ Ζεύς, καίπερ ὢν πρεσβύτατος, τῶν ἄλλων θεῶν ὧν αὐτὸς ἡγεῖται, πρῶτος πορεύεται ἐπὶ τὴν τούτου θέαν: οἱ δέ, ἕπονται θεοὶ ἄλλοι, καὶ δαίμονες, καὶ ψυχαὶ αἳ ταῦτα ὁρᾶν δύνανται. ὁ δέ, ἐκφαίνεται αὐτοῖς ἔκ τινος ἀοράτου τόπου. καὶ ἀνατείλας, ὑψοῦ ὑπ' αὐτῶν κατέλαμψε μὲν πάντα. καὶ ἔπλησεν αὐτῆς, καὶ ἐξέπληξε μὲν τοὺς κάτω, καὶ ἀπεστράφησαν, ἰδεῖν οὐδὲ δυνάμενοι, οἷα ἥλιον· οἱ μέν, ἀπ' αὐτοῦ, ἀνέχονταί τε καὶ βλέπουσιν. οἱ δέ, ταράττονται ὅσῳ ἂν ἀφεστήκασιν αὐτοῦ. ὁρῶντες δὲ οἱ δυνηθέντες ἰδεῖν, εἰς αὐτὸν μὲν πάντες βλέπουσι καὶ εἰς τὸ αὐτοῦ. * οὐ δυνατὸν δὲ ἕκαστος ἀεὶ θέαμα κομίζεται. ἀλλ' ὁ μέν, ἀτενὲς ἰδών, ἐκλάμπουσαν εἶδε, τὴν τοῦ δικαίου πηγὴν καὶ φύσιν. ἄλλος δέ, τῆς σωφροσύνης, ἐπλήσθη τοῦ θεάματος. * οὐχ οἷον ἄνθρωποι παρ' αὐτοῖς, ὅταν ἔχωσι. μιμεῖται γὰρ αὕτη ἀμηγέπη ἐκείνην, ἡ δὲ ἐπὶ πᾶσι περὶ πᾶν τὸ οἷον μέγεθος αὐτοῦ ἐπιθέουσα, τελευταῖα ὁρᾶται, οἷς πολλὰ ἤδη ὤφθη ἐναργῆ θεάματα. οἱ θεοὶ καθ' ἕνα. καὶ πᾶς ὁμοῦ. αἱ ψυχαὶ αἱ πάντα ἐκεῖ ὁρῶσαι, καὶ ἐκ τῶν πάντων γινόμεναι, ὥστε πάντα περιέχειν. καὶ αὗται ἐξ ἀρχῆς εἰς τέλος. καὶ εἰσὶν ἐκεῖ. καὶ ὅσον ἂν αὐτῶν πεφύκοι εἶναι ἐκεῖ. πολλάκις δὲ αὐτῶν καὶ τὸ πᾶν ἐκεῖ, ὅταν μὴ ὦσι διειλημμέναι. ταῦτα οὖν ὁρῶν ὁ Ζεύς, καὶ εἴ τις ἡμῶν αὐτῷ συνεραστής,

αὐτὸν

ἕκαστος

οἷαι

[illegible]υποι

A SVPERIORIBVS de causis Iupiter ipse & si aliorum antiquissimus deorum quos ipse ducit, primus incedit ad mundum intelligibilem contemplandum. Hunc deinde sequuntur cæteri dij, dæmones, animi, quicunque hæc cernere possunt. Diuinus autem ille mundus desuper illis effulget ex occulto quodam & ab excelso illis exoriens, illustrat omnia numina implens singula lumine: tum B verò ad se inferiores animos excitat, qui deinceps conuertuntur ad ipsum cernere non valentes ceu Solem. Sed alij quidem perspiciunt erecti ab ipso, eiusq; intuitum facilè perferentes, alij verò turbantur quotcunque longius ab ipsius natura distant. Quum verò quicunq; possunt singuli videant, omnes quidem ipsum, & quod ipsius est suspiciunt, neq; tamen specimen semper idem vnusquisque reportat: sed dum attenti conspiciunt, alius quidem splendentem cernit ipsius iusti fontem atque na- C turam, alius autem abundè temperantiam intuetur, non qualem penes se homines quando habent. Imitatur enim hæc nostra quodammodo illam: illa verò in omnibus circa omnem quasi magnitudinem ipsius se diffundens postrema discernitur, & quidem ab illis qui spectacula iam multa perspicua peruiderunt. Proinde dij tum vnusquisque seorsum, tum simul cuncti conspiciunt: conspiciunt & animæ quæ illic omnia vident, ex omnibusq; D tales euadunt, vt ipsæ quoque cuncta à principio ad finem vsque contineant. Hæ quidem illic habitant, & quantum inest eis quod illic naturaliter valeat habitare, & sæpe totum quod est in eis ibidem habitat, quotiens inde minimè segregantur. Hæc igitur & ipse Iupiter, & quicunque nostrûm vnà cum Ioue hæc amat,

A feliciter contemplatur, postremamq; omnium pulchritudinem vniuersam ex omnibus effulgentem, & quod pulchritudinis illius est particeps. Rutilant enim illic omnia, spectatoresq; illos splendore collustrant, adeò vt ipsi quoque pulchri prorsus efficiantur: quemadmodũ sæpe accidit his qui altissimos montes ascendũt, vbi flauum terra colorem habeat: colore nanq; illo statim inficiuntur, facti similes terræ ad quã ascenderãt: In mundo verò diuino florens ille color ipsa est pulchritudo, imò verò quicquid B ibi est, totũ color est & funditus pulchritudo. Non enim aliud quiddam pulchritudo illic extat quasi superficie florens: verùm apud illos qui non inspiciunt totum, solùm quod in superficie micat aspectui censetur nominaturq; pulchritudo. Qui verò per totum quasi mero perfusi nectare prorsus implentur, quum per totam animam se infuderit pulchritudo, non solùm spectatores euadunt. Non enim vlterius C hic quidem spectator extrà est, ibi verò spectaculum similiter extrà: sed qui acutè perspicit, rem habet in seipso perspectam. atqui & habẽs sæpe habere se nescit: nam qui tanquam externum aliquid aspicit, iccirco velut externum, quia tanquam visibile respicit, & quia sic videre constituit. Quicquid autem aliquis intuetur vt spectandum, extrà videt: verùm operæpretium est in seipsum iam spectaculum transferre diuinum ac velut vnum prorsus inspicere, & tanquam seipsum penitus intueri: ceu siquis occupatus à Deo, seu Phœbo, siue Musa potissimùm aliqua raptus, in seipso Dei ipsius intuitum iam efficiat, siquidem in seipso Deum valeat intueri.

A τὸ πλουταῖον ὁρώμενον ἐπὶ πᾶσιν ὅλον τὸ κάλλος, καὶ κάλλους μεταχὼν τοῦ ἐκεῖ. ἀποστίλβει γὰρ πάντα. καὶ πληροῖ τοὺς ἐκεῖ γινομένους, ὡς καλοὺς καὶ αὐτοὺς γενέσθαι. ὁποῖα πολλάκις ἄνθρωποι, εἰς ὑψηλοὺς ἀναβαίνοντες τόπους, τὸ ξανθὸν χρῶμα ἐχούσης τῆς γῆς τῆς ἐκεῖ. ἐπλήσθησαν ἐκείνης τῆς χρόας. ὁμοιωθέντες, τῇ ἐφ' ἧς ἐβεβήκεσαν. ἐκεῖ δὲ χρόα ἡ ἐπανθοῦσα κάλλος ἐστί. μᾶλλον δὲ πᾶν, χρόα· B καὶ κάλλος ἐκ βάθους. οὐ γὰρ ἄλλο τὸ καλὸν ὡς ἐπανθοῦν: ἀλλὰ τοῖς μὴ ὅλον ὁρῶσιν, ἡ προσβολὴ μόνη ἐνομίσθη. τοῖς δὲ, διὰ παντὸς, οἷον οἰνωθεῖσι, καὶ πληρωθεῖσι τοῦ νέκταρος, ἅτε δι' ὅλης τῆς ψυχῆς τοῦ κάλλους ἐλθόντος,* ἐν θεαταῖς μόνον ὑπάρχει γενέσθαι. οὐ γὰρ ἔτι τὸ μὲν, ἔξω: τὸ δ' αὐτὸ θεώμενον, ἔξω. C ἀλλ' ἔχει τὸ ὀξέως ὁρῶν, ἐν αὐτῷ τὸ ὁρώμενον. καὶ ἔχων τὰ πολλὰ, ἀγνοεῖ ὅτι ἔχει. καὶ ὡς ἔξω ὂν βλέπει: ὅτι ὡς ὁρώμενον, βλέπει. καὶ ὅτι θέλει βλέπειν. πᾶν δὲ ὅ τις ὡς θεατὸν βλέπει, ἔξω βλέπει. ἀλλὰ χρὴ εἰς αὐτὸν ἤδη μεταφέρειν, καὶ βλέπειν ὡς ἕν. καὶ βλέπειν ὡς αὐτὸν. ὥσπερ εἴ τις ὑπὸ θεοῦ κατασχεθεὶς φοιβόληπτος, ἢ ὑπό τινος μούσης, ἐν αὐτῷ ἂν ποιοῖτο τοῦ θεοῦ τὴν θέαν. εἰ δύναμιν ἔχοι, ἐν αὐτῷ θεὸν βλέπειν.

* ἐν θεαταῖς μόνον

Tres gradus in contemplatione diuina, ac tres ad eam præparationes. *Cap. XI.*

Deo fruiturus debet per communem Dei notionem atq; fidem seipsum in primis diuina quadam similitudine conformare: deinde tota ad Deum cogitationis intentione contendere: tertiò tota Deum solùm voluntate ardenter amare. Huic igitur sic affecto Deus influit, vt perspicuo statim facto lumen vbiq; præsens. Tum verò animus occupatus Deo, quandiu adhuc Deo minus est copulatus desuper afflari & impleri se persentit & cogitat. Quando verò arctius copulatur, Deum ipsum inspirantem suspicit, & qua ratione affluat iam excogitat. Deniq; quando Deo penitus est vnitus, non vltra occupatum occupantémue discreta conditione considerat: sed actu potius simplici vnum aliquid intuetur. Nec intuetur propriè, aut audit, vel simili cogitatione cognoscit: imò per sensum quendam vniuersum intimum occultum fruitur seipso pariter atq; Deo tanquã vno, consciusq; sibi est tunc demùm se valere quamoptimè. Quæ quidem conscientia sui non discreta quædam perceptio est, sed fermè idem est atque hæc ipsa valitudo quamoptima.

A SI QVIS verò nostrûm non potens videre seipsum, ab illo Deo penitus comprehensus, in aspectum spectamen siue spectaculum proferat, profert sanè seipsum, atq; imaginẽ ipsius videt factam iam pulchriorem. Dimittens verò imaginẽ quamuis pulchram, & vnà secũ conspirans in vnum, nihilq; vltra secernens, vnum simul existit cuncta vnà cum illo Deo, qui tacitus influit & quietus: præterea cũ ipso est quoad potest atq; vult. Si autẽ reuertatur in duo, & B interea purus sit, deinceps ipsi proximus habitat, adeò vt illo rursus modo adesse quandoque possit, siquando rursus conuertatur ad ipsum. In ipsa verò cõuersione id lucri reportat: Nempe quum primùm id aggreditur, sentit seipsum quandiu est alter: quum verò ad intima penetrauerit, possidet vniuersum, sensuq; retrò dimisso, metuens videlicet ne fiat alter, ibi vnus existit: ac si cupiat vt alterũ quicquam cernere

A ΕΙ' δέ τις ἡμῶν ἀδυνατῶν ἑαυτὸν ὁρᾶν, ὑπ' ἐκείνου τοῦ θεοῦ ἐπὰν καταληφθεὶς εἰς τὸ ἰδεῖν προσφέρει τὸ θέαμα, ἑαυτὸν προφέρει, καὶ εἰκόνα αὐτοῦ καλλωπισθεῖσαν βλέπει. ἀφεὶς δὲ τὴν εἰκόνα καίπερ καλὴν οὖσαν, εἰς ἓν αὐτῷ ἐλθὼν, καὶ μηκέτι σχίσας, ἓν ὁμοῦ πάντα ἐστὶ μετ' ἐκείνου τοῦ θεοῦ, ἀψοφητὶ παρόντος. καὶ ἔστι μετ' αὐτοῦ, ὅσον δύναται καὶ B θέλει. εἰ δὲ ἐπιστραφείη εἰς δύο, καθαρὸς μὲν ὢν, ἐφεξῆς ἐστιν αὐτῷ, ὥστε αὐτῷ παρεῖναι *ἐκεῖνος πάλιν, εἰ πάλιν ἐπ' αὐτὸν στρέφοι. ἐν δὲ τῇ ἐπιστροφῇ κέρδος τοῦτ' ἔχει. ἀρχόμενος αἰσθάνεσθαι αὐτοῦ, ἕως ἕτερός ἐστι: δραμὼν δὲ εἰς τὸ εἴσω, ἔχει πᾶν καὶ ἀφεὶς τὴν αἴσθησιν εἰς τοὐπίσω, τοῦ ἕτερος εἶναι φόβῳ, εἷς ἐστιν ἐκεῖ. κἂν ἐπιθυμήσῃ ὡς ἕτερον ὂν ἰδεῖν, ἔξω

* ἐκείνου

αὐτὸν

A αὐτὸν ποιεῖ. δεῖ δὲ καὶ καταμανθάνοντα μὲν ἐν
τινι τύπῳ αὐτοῦ μένοντα, μετὰ τοῦ ζητεῖν γνω-
ματεύειν αὐτόν. εἰς οἷον δὲ εἴσεισιν οὕτω μα-
θόντα, καὶ πίστιν ὡς ἐπὶ χρῆμα μακαριστὸν εἴσει-
σιν, ἤδη αὐτὸν δοῦναι εἰς τὸ εἴσω. καὶ γίνεσθαι
αὐτὸ ὁρῶντος, ἤδη θέαμα ἑτέρου θεωμένου.
οἷος ἐκεῖθεν ἥκει ἐκλάμποντα τοῖς νοήμασι.
πῶς οὖν ἔσται τις ἐν καλῷ, μὴ ὁρῶν αὐτό: ἢ
ὁρῶν αὐτὸ ὡς ἕτερον, οὐδέπω ἐν καλῷ. γινό-
B μενος δὲ αὐτὸ, οὕτω μάλιστα ἐν καλῷ. εἰ οὖν
ὅρασις τοῦ ἔξω, ὅρασιν μὲν οὐ δεῖ εἶναι. ἢ οὕτως,
ὡς ταὐτὸν τῷ ὁρατῷ. τοῦτο δὲ, οἷον σύνεσις καὶ
συναίσθησις αὑτοῦ εὐλαβουμένου, μὴ τῷ μᾶλ-
λον αἰσθάνεσθαι, θέλειν ἑαυτοῦ ἀποστῆναι. δεῖ
δὲ κἀκεῖνο ἐνθυμεῖσθαι, ὡς τῶν μὲν κακῶν αἱ
αἰσθήσεις, τὰς πληγὰς ἔχουσι μείζους: ἧττους
δὲ, τὰς γνώσεις, τῇ πληγῇ ἐκκρουόμεναι. νόσος
C γὰρ μᾶλλον ἔκπληξις. ὑγίεια δὲ ἠρέμα συνοῦ-
σα, μᾶλλον ἂν σύνεσιν δοίη αὑτῆς.* προσιζάνει
γὰρ ἅτε οἰκεῖον καὶ ἑνοῦται, ἡ δ' ἐστὶν ἀλλότριον
καὶ οὐκ οἰκεῖον. καὶ ταύτῃ διάδηλος, τῷ σφό-
δρα ἕτερον ἡμῶν εἶναι δοκεῖν. τὰ δὲ ἡμῶν καὶ
ἡμεῖς, ἀναίσθητοι. οὕτω δ' ὄντες, μάλιστα πάν-
των ἐσμὲν αὑτοῖς συνετοὶ τὴν ἐπιστήμην ἡμῶν
καὶ ἡμᾶς ἓν πεποιηκότες. κἀκεῖ τοίνυν ὅτε μά-
D λιστα ἴσμεν κατὰ νοῦν, ἀγνοεῖν δοκοῦμεν, τῆς
αἰσθήσεως ἀναμένοντες τὸ πάθος ἥ φησι μὴ
ἑωρακέναι. οὐ γὰρ εἶδεν. οὐδ' ἂν τὰ τοιαῦτά ποτε
ἴδοι. τὸ οὖν ἀπιστοῦν, ἡ αἴσθησίς ἐστιν. ὁ δὲ ἄλ-
λος ἐστὶν ὁ εἰδών. ἢ εἰ ἀπιστεῖ, κἀκεῖνος οὐδ' ἂν
αὑτὸν πιστεύσειεν εἶναι. οὐδὲ γὰρ οὐδ' αὐτὸς δύ-
ναται ἐξωθεὶς ἑαυτὸν, ὡς αἰσθητὸν ὄντα, ὀφθαλ-
μοῖς τοῖς τοῦ σώματος βλέπειν.

Margin: ερίζει γὰρ

seipsum extra ponit. Oportet autem animum numen eiusmodi percepturum figuram quandam illius habere, atq; ita perseuerare, dū perspicuè ipsum nosse molitur, atq; ita cognoscēs qualem quantamq; rem ingrediatur, certoque confidens se rem beatissimam intraturum, sic deniq; sese prorsus immergere usqueadeò, vt euadat pro spectatore iam specimē alterius ab eo perspecti, qualis inde venit notionibus abūdè refulgens. Sed quonam pacto erit quispiam in ipso pulchro, nisi videat ipsum? Profectò si videat ipsum tanquam alterum, nondum erit in pulchro: verùm si pulchrum ipsum sit effectus, ita erit in pulchro potissimùm. Si igitur visio ad rem spectat externam, non expedit visionem illic esse, vel ita esse, vt idem cū eo quod videtur existat. Id autem est velut conscientia quædam suiq; consensus, cauentis ne fortè si magis persentire velit, à seipso discedat. Neque latère nos debet malorum quidem sensus pulsationes habere maiores, cognitiones verò minores, vtpote quæ vi quadam pulsationum excutiantur. Morbus enim vehementius pulsat & excitat: sanitas autē quietior nobiscum habitans, notitiam sui exhibet planiorem, silens profectò insidet & tranquilla tanquam familiaris nobisq; conspirat in vnum. At morbus nihil habet domesticum, sed est penitus alienus, propterea manifestior incidit, quia maximè diuersus nobis occurrit: quę verò nostra nos quæ ipsi sunt, vel absque manifesto sensu nobis insunt. Sic verò nos habentes maximè omnium nobisinet noti sumus: quippe quum scientiam nostrûm atq; nos vnum sic effecerimus. Igitur in mundo diuino quando mente scientes summopere vtimur, quodammodò ignorare videmur, substinentes videlicet sensus passionem: qui profectò ait nequaquam vidisse: neq; enim vidit: neque enim talia videre vnquam potest. Quod ergo vidisse diffidit, sensus est: alter verò est qui vidit. Aut si ille quoq; diffidat, neq; etiam seipsum esse est crediturus. Neque enim & ipse potest, quando seipsum extra posuerit, velut sensibilem oculis corporis intueri.

Quicunq; intellectum suum totus ingreditur, per hunc ingreditur & diuinum: qui boni quidem ipsius filius est, pater autem animæ mundi. Cap. XII.

Generatur verò intellectus à bono, & anima mundusq; simul ab intellectu, non consilio deliberante, sed naturâ fœcunda: natura verò tum in bono voluntas est, siue voluptas, tum in intellectu primo ipsa eius intelligentia. De voluntaria creatione mundi alibi.

A ἈΛΛΑ' εἴρηται πῶς ὡς ἕτερος δύναται
τοῦτο ποιεῖν, καὶ πῶς ὡς αὐτὸς, πλὴν τοῦ ἰδών.
ἰδὼν δὲ, εἴτε ὡς ἕτερος εἴτε ὡς μείνας αὐτὸς, τί
ἀπαγγέλλει; ἢ θεὸν ἑωρακέναι τόκον ὠδίνοντα
καλόν. καὶ πάντα δὴ ἐν αὑτῷ γεγεννηκότα. καὶ
ἄλυπον ἔχοντα τὴν ὠδῖνα ἐν αὑτῷ. ἡσθεὶς γὰρ
οἷς ἐγέννα, καὶ ἀγασθεὶς τῶν τόκων, κατέσχε
πάντα παρ' αὑτῷ, τὴν αὑτοῦ καὶ τὴν αὐτῶν
B ἀγλαΐαν ἀσμενίσας. ὁ δὲ, καλῶν ὄντων, καὶ
καλλιόνων τῶν εἰς τὸ εἴσω μεμενηκότων, μόνος
ἐκ τῶν ἄλλων, Ζεὺς παῖς ἐξεφάνη εἰς τὸ ἔξω.
ἀφ' οὗ καὶ ὑστάτου παιδὸς ὄντος, ἔστιν ἰδεῖν οἷον
*ἐξ εἰκόνος τινὸς αὐτοῦ, ὅσος ὁ πατὴρ ἐκεῖνος,

Margin: ικόνος

DICTVM est autem quomodo tanquam alter id agere possit, & quomodo tanquā idem ipse videns. Ipse verò videns siue tanquam alter, siue tanquam ipse idem manens, quidnam potissimum nuntiat? nempe se Deum vidisse pulchrum filium, & omnia in filio generātem, cōceptumq; absq; labore in se habentem. Deus enim delectatus his quæ genuit, suosque partus amans, penes seipsum cuncta cōtinuit, tum suiipsius, tum suorum splēdore congratulans. Quum verò hæc omnia pulchra sint, & quę intus permanent pulchriora, solus omnium Iupiter filius foràs emicuit. Ex quo etiam vltimo filio videre licet tanquam ex quadam illius imagine quantus sit ille pater, quantiue Iouis

A fratres apud patrem perseuerantes. Hîc autem non frustrà dixerit se à patre venisse: Esse nanq; se alterum ab eo mundum, qui pulcher sit effectus, velut pulchri ipsius imago: nefas enim esse imaginem pulchri ipsius atq; essentiæ non esse pulchram. imitatur itaque exemplar vbiq;. Vitam nanq; habet & essentiæ donũ tanquam imitatio quædã: habet & pulchritudinem quatenus inde prodit: habet etiã vt sit semper tanquam æternitatis illius imago: alioquin quonam pacto aliâs quidem illius imaginem B præferet, aliâs verò nequaquam? quippe quũ imago eiusmodi facta non sit per artem. imago verò omnis natura constans tandiu est, quandiu manet exemplar. Quamobrem non rectè sentiunt, qui mundum hunc interiturum putant manente diuino, atq; ita genitum opinantur, vt eius auctor quandoq; de mundi fabrica consultauerit. Hi sanè quísnam effectionis huiusmodi modus sit, neq; intelligere volunt, neque C sciunt, quatenus diuinus ille lucet mundus, eatenus inde mundum hunc emicare, neque defecturum vnquam, sed ex quo ille est, & reliqua insuper esse. Erat autem mundus ille semper, & erit. His vtiq; nobis interea nominibus vti licet significandi nonnihil voluntate compulsis.

A καὶ οἱ μείναντες παρὰ τῷ πατρὶ ἀδελφοί: ὁ δὲ, οὔ φησι μάτην ἐλθεῖν παρὰ τοῦ πατρός. εἶναι γὰρ δεῖ αὐτοῦ ἄλλον κόσμον γεγονότα καλὸν, ὡς εἰκόνα καλοῦ. μὴ δὲ γὰρ εἶναι θεμιτὸν, εἰκόνα καλὴν μὴ εἶναι, μήτε καλοῦ, μήτε οὐσίας. μιμεῖται δὴ τὸ ἀρχέτυπον πανταχῆ. καὶ γὰρ ζωὴν ἔχει. καὶ τὸ τῆς οὐσίας, ὡς μίμημα. καὶ τὸ κάλλος εἶναι ὡς ἐκεῖθεν. ἔχει δὲ καὶ τὸ ἀεὶ αὐτοῦ, ὡς εἰκών: ἢ ποτὲ μὲν, ἕξει εἰκόνα, ποτὲ δὲ B οὔ. οὐ τέχνῃ γινομένης τῆς εἰκόνος. πᾶσα δὲ φύσει εἰκών ἐστιν, ὅσον ἂν τὸ ἀρχέτυπον μένῃ. διὸ οὐκ ὀρθῶς οἱ φθείρουσι, τοῦ νοητοῦ μένοντος. καὶ γεννῶσιν οὕτως, ὡς ποτὲ βουλευσαμένου τοῦ ποιοῦντος ποιεῖν. ὅστις γὰρ τρόπος ποιήσεως τοιαύτης, οὐκ ἐθέλουσι συνιέναι. οὐδ᾽ ἴσασιν ὅτι ὅσον ἐκεῖνο ἐλλάμπει, οὐ μή ποτε τὰ ἄλλα ἐλλείπει: ἀλλ᾽ ἐξ οὗ ἐστι, καὶ ταῦτα ἐστίν. ἦν δ᾽ ἀεὶ C καὶ ἔσται. χρηστέον γὰρ τούτοις τοῖς ὀνόμασι, τῇ τοῦ σημαίνειν ἐθέλειν ἀνάγκῃ.

Intellectus diuinus qui & Saturnus cognominatur, castrat Cælium, id est ipsum bonum. Cap. XIII.

Diuidit enim penes se in plures formas vniforme patris donum: permanet verò in se absq; motu, & à commercio corporis segregatus: nam mundanam dispensationem motus generationes Ioui, id est animæ mundi concessit, cuius natura genitalis appellatur Venus. Pulchritudo mundi corporei vmbra quædã est ad ipsam mundi incorporei pulchritudinem. Illic rursum mundanæ animæ pulchritudo imago quædã est ad miram primæ intelligentiæ pulchritudinem. Hæc tandem est primæ lucis splendor foras exuberans.

A DEVS igitur ille Saturnus qui ligatus fingitur, propterea quòd penes seipsum eodem semper habitu perseueret: qui & traditur mundi huius imperium Ioui filio concessisse, neque ei consentaneum erat illud imperium dimittenti, iuniorem posterioremque se prosequi principatum: quippe quum pulchrorum omnium plenitudinẽ complectatur. Saturnus inquam, his omissis, patrem suum Cælium in seipso firmauit, & illuc vsque se erexit B in altum. Firmauit rursus quæ deinceps inde sequuntur à filio iam exordium nacta post ipsum. Sic itaque tenet inter vtrunque medium, tum quia alteritate quadam paterna secat, tum quia ab inferioribus abstinet in sublime consurgens, dum fingitur ab inferiori cura vinculis cohiberi, medium certè gradum obtinens inter maiorem patrẽ filiumq; minorem. Quoniam verò Cælius Saturni Iouisq; progenitor maior admodum est, quàm vt esse pulchritu- C do dicatur, iccirco Saturnus, id est intellectus primò pulcher extat, quamuis anima quoque sit pulchra: ille tamen hac est pulchrior, quoniam hæc vestigium est illius, atque hoc ipso naturaliter existit pulchra, pulchrior autem quando illuc intuetur. Si anima igitur vniuersi (vt notioribus aliquando verbis vtamur) & ipsa Venus pulchra est, qualisnam est intellectus? Si enim anima Venusque à seipsa id habet, quantúsnam est ille? Sin ab alio, à quónam potissimum anima tum accedentem, tum essentiæ naturaliter insitam pulchritudinem habet? Iam verò quotiens nos pulchri sumus, pro-

A Ὁ οὖν θεὸς ὁ εἰς τὸ μένειν ὡσαύτως δεδεμένος, καὶ συγχωρήσας τῷ παιδὶ, τοῦδε τοῦ παντὸς ἄρχειν. οὐ γὰρ ἦν αὐτῷ * πρὸ τρόπου, [* πρὸς τρόπ. τι] τὴν ἐκεῖ ἀρχὴν ἀφέντι, νεωτέραν αὐτοῦ καὶ ὑστέραν μεθέπειν, κόρον ἔχοντι τῶν καλῶν. ταῦτα ἀφεὶς, ἔστησέ τε τὸν αὐτοῦ πατέρα εἰς ἑαυτὸν. καὶ μέχρι αὐτοῦ πρὸς τὸ ἄνω, ἔστησε δ᾽ αὖ, καὶ τὰ εἰς θάτερα ἀπὸ τοῦ παιδὸς ἀρξάμενα, B εἶναι μετ᾽ αὐτὸν. ὥστε μεταξὺ ἀμφοῖν γενέσθαι τῇ τε ἑτερότητι τῆς πρὸς τὸ ἄνω ἀποτομῆς, καὶ τῷ ἀνέχοντι ἀπὸ τοῦ μετ᾽ αὐτὸν, πρὸς τὸ κάτω δεσμῷ, μεταξὺ ὢν πατρός τε ἀμείνονος, καὶ ἥττονος υἱέος. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ὁ πατὴρ αὐτῷ μείζων, ἢ κατὰ κάλλος ἦν, πρώτως αὐτὸς ἔμεινε καλὸς. καίτοι καλῆς καὶ τῆς ψυχῆς οὔσης. ἀλλ᾽ ἔστι καλλίων καὶ ταύτης, τὸ ἴχνος C αὐτῇ αὐτοῦ, καὶ τοῦτο ἐστὶ, καλὴ μὲν τὴν φύσιν, καλλίων δὲ ὅταν ἐκεῖ βλέπῃ. εἰ οὖν ἡ ψυχὴ ἡ τοῦ παντὸς ἵνα γνωριμώτερον λέγωμεν, καὶ ἡ ἀφροδίτη αὐτὴ καλὴ, τίς ἐκεῖνος. εἰ μὲν γὰρ παρ᾽ αὐτῆς, πόσον ἂν εἴη ἐκεῖνο. εἰ δὲ παρ᾽ ἄλλου, παρὰ τίνος ψυχή. καὶ τὸ ἐπακτὸν καὶ τὸ συμφυὲς τῇ οὐσίᾳ αὐτῆς κάλλος ἔχει.

ἐπεὶ καὶ ὅταν καὶ αὐτοὶ καλὸν, τῷ αὐτῶν εἶναι: αἰσχροὶ δὲ, ἐπ' ἄλλην μεταβαίνοντες φύσιν. καὶ γινώσκοντες μὲν ἑαυτοὺς, καλοί: αἰσχροὶ δὲ, ἀγνοοῦντες. ἐκεῖ οὖν κἀκεῖθεν τὸ καλόν. ἆρ' οὖν ἀρκεῖ τὰ εἰρημένα εἰς ἐναργῆ σύνεσιν ἀγαγεῖν τοῦ νοητοῦ τόπου, ἢ κατ' ἄλλην ὁδὸν αὖ δεῖ ἐπελθεῖν ὧδε;

A propterea quòd nostri iuris facti sumus, sumus & pulchri: turpes verò, quando in naturam inferiorem præcipitamur. Atqui quum nosipsos agnoscimus, pulchri sumus: turpes verò, cùm ignoramus. Illic ergo pulchritudo lucet, illinc emicat pulchritudo. Sed nũquid hactenus ista sufficiunt ad diuinum mundum perspicuè cognoscendum? An potius altera rursus ad idem via nobis sic est incedendum?

ΠΛΩΤΙΝΟΥ

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Ε.

ΛΟΓΟΣ Θ.

PLOTINI

ENNEAD. QVINTAE.

LIBER IX.

ΠΕΡΙ' νοῦ, καὶ τῶν ἰδεῶν, καὶ τοῦ ὄντος.

De intellectu & ideis & ente.

Animus diuinorum contemplator iam est in patria. Actiui homines & voluptuosi sunt exules: sed actiui facilius quàm voluptuosi in patriam reuertuntur.

Cap. I.

ΠΑ'ΝΤΕΣ ἄνθρωποι ἐξ ἀρχῆς γενόμενοι, αἰσθήσει πρὸ νοῦ χρησάμενοι, καὶ τοῖς αἰσθητοῖς προσβαλόντες πρώτοις ἐξ ἀνάγκης, οἱ μὲν ἐνταυθοῖ καταμείναντες, διέζησαν ταῦτα πρῶτα καὶ ἔσχατα νομίσαντες. καὶ τὸ ἐν αὐτοῖς λυπηρόν τε καὶ ἡδὺ, τὸ μὲν κακὸν, τὸ δὲ ἀγαθὸν ὑπολαβόντες, ἀρκεῖν ἐνόμισαν. καὶ τὸ μὲν διώκοντες, τὸ δ' ἀποικονομούμενοι διεγένοντο. καὶ σοφίαν ταύτην οἵ γε λόγου μεταποιούμενοι, αὐτῶν ἔθεντο, οἷα οἱ βαρεῖς τῶν ὀρνίθων, οἳ πολλὰ ἐκ γῆς λαβόντες καὶ βαρυνθέντες, ὑψοῦ πτῆναι ἀδυνατοῦσι. καίπερ πτερὰ παρὰ τῆς φύσεως λαβόντες. οἱ δὲ ἤρθησαν μὲν ὀλίγον ἐκ τῶν κάτω, κινοῦντος αὐτοὺς πρὸς τὸ κάλλιον ἀπὸ τοῦ ἡδέος, τοῦ τῆς ψυχῆς κρείττονος. ἀδυνατήσαντες δὲ ἰδεῖν τὸ ἄνω, ὡς οὐκ ἔχοντες ἄλλο ὅπου στήσονται, κατηνέχθησαν σὺν τῷ τῆς ἀρετῆς ὀνόματι, ἐπὶ πράξεις καὶ ἐκλογὰς τῶν κάτω, ἀφ' ὧν ἐπεχείρησαν τὸ πρῶτον αἴρεσθαι. τρίτον δὲ γένος θείων ἀνθρώπων, δυνάμει τε κρείττονι καὶ ὀξύτητι ὀμμάτων, εἶδέ τε ὥσπερ ὑπὸ ὀξυδορκίας τὴν ἄνω αἴγλην, καὶ ἤρθη τε ἐκεῖ, οἷον ὑπὲρ νεφῶν, καὶ τῆς ἐνταῦθα ἀχλύος, καὶ ἔμεινεν ἐκεῖ, τὰ τῇδε ὑπεριδὸν πάντα, ἡσθὲν τῷ τόπῳ, ἀληθινῷ καὶ οἰκείῳ ὄντι, ὥσπερ ἐκ πολλῆς τινος πλάνης, εἰς πατρίδα εὔνομον ἀφικόμενος ἄνθρωπος.

A QVVM omnes homines statim nati sensu prius q̃ mente vtantur, rebusque ad sensum spectátibus necessariò prius incidant, affectumq; applicẽt, alij quidem eodem in habitu perseuerantes ita vitam transigunt: hæc & prima existimantes & vltima, & quod in eis molestum est, malum: quod verò
B iocundum, bonum esse censentes. Atq; ita demum satis sibi factũ arbitrantur, si per omnem vitam iocunda prosequantur, & contraria respuant. Proinde quicunq; inter eos rationem sibi aliquam vendicant, hanc esse iudicant sapientiam: ita prorsus affecti, quemadmodum grauiores aues, quę quum è terra multa rapuerint quorum pondere prægrauentur, per sublimia vltra volare non possunt, quamuis à natura pennas acceperint. Alij verò aliquantum ab
C inferioribus eleuantur, quos ipsa animi natura melior à voluptate reuocat ad honestum. Cum verò non possint intueri supernum, ideoq; nihil aliud habeant vbi quiescant, transferuntur vnà cum ipso virtutis nomine ad actiones inferiorumq; delectus, à quibus attollere se ab initio conabantur. Tertium deniq; genus hominum est diuinum, in quo quidem illi sunt, qui & maiore potẽtia & perspicacia oculorum freti, supernam lucem acutè suspiciunt, ad eamq;
D perspectam se prorsus attollunt, inferiores nebulas & caliginem transcendẽtes, & cum transcenderint ibi permanent, hæc omnia prorsus despicientes, nec aliter regione superna tanquam vera & propria delectantur, quàm peregrinus post longos errores legitimæ tandẽ patriæ restitutus.

Quod est primò pulchrum, id pulchrum est seipso, se toto, semper. *Cap. II.*

Non est igitur prima in corpore pulchritudo. Hoc enim non per se totum, sed per formam pulchrum, atq; mutabiliter, nec rursus in anima. Nã hæc intellectuali participatione mutabiliterq; fit pulchra: sed prima in intellectu primò pulchritudo est splendor quidam & figura boni. Plotinus Apostoli Ioannis, & Pauli mysteria sæpe tangit, mysterium tamen Trinitatis non tam assecutus videtur, quàm perscrutatus, & pro viribus imitatus.

A QVÆNAM igitur hæc regio est? Et quo pacto ad eam quis ascendere potest? Profectò huc ille potest ascendere, qui natura potissimùm ad amandam trahitur pulchritudinem, & natus est reuera philosophus. Qui sanè velut amator circa pulchrum ipsum quodam quasi partus labore vexatur, neq; tamen pulchritudine corporis est contentus, sed ab hac cõfugit ad animi pulchritudinem, virtutes videlicet, scientias, officia, leges. Atq; inde rursus B ad causam ascendit eorum quæ in anima sunt pulchrorum: & siquid adhuc superius extat, quousque tandem ad primum vsq; peruenerit, quod à seipso sit pulchrum. Quò sanè perueniens vexari iam desinit, prius verò nequaquá. Verùm quònam pacto illuc ascendet, & vnde facultas eiusmodi dabitur? Et quænam potissimùm ratio amorem hunc quasi manu perducet ad finem? Forsan eiusmodi ratio pulchritudo hæc corporibus indita corporibus aduentitia est. C hæ nanq; formæ corporum in eis sunt ceu materia. Subiectum igitur permutatur, & ex pulchro fit turpe: vnde ratio corpus participatione quadá pulchrum esse conuincit. Quidnam igitur illud est, quod corpus efficit pulchrum? aliter quidem id pulchrum facit præsentia pulchritudinis, aliter autem anima quæ finxit, talemq; fingendo corpori formam adhibuit. Quid ergo? Nunquid anima suapte natura pulchrum ipsum est? minimè: alioquin non D alia quidem sapiens foret & pulchra, alia verò insipiens atq; turpis. Per sapientiam igitur animo pulchritudo cõtingit. Sed quisnam est potissimùm qui tradit animo sapientiá? Hic profectò necessariò est intellectus: intellectus inquam, qui nõ aliàs quidem intellectus sit, aliàs verò expers intelligentiæ, sed verus potius intellectus, qui hanc ob causam ex seipso sit pulcher. Sed nunquid in hoc velut primò nobis est quiescendum? An potius super mentem quoq; progrediendum? Nempe mens ipsa nobis in altum progredientibus prior occurrit quàm principium omnium primum, quasi in ipsius boni vestibulo cõstituta omnia in seipsa nuntians & significans, velut quædam ipsius boni figura in multitudinem potius distributa, quum illud prorsus in vnitate consistat.

ΤΙ'Σ οὖν οὗτος ὁ τόπος; καὶ πῶς ἄν τις εἰς αὐτὸν ἀφίκοιτο; ἀφίκοιτο μὲν ἂν ὁ φύσει ἐρωτικὸς, καὶ ὄντως τὴν διάθεσιν ἐξ ἀρχῆς φιλόσοφος. ὠδίνων μὲν ἅτε ἐρωτικὸς περὶ τὸ καλὸν, οὐκ ἀναχόμενος δὲ τοῦ ἐν σώματι κάλλους. ἀλλ᾽ ἐνθεν ἀναφυγὼν ἐπὶ τὰ τῆς ψυχῆς κάλλη, ἀρετὰς καὶ ἐπιστήμας, καὶ ἐπιτηδεύματα, καὶ νόμους, πάλιν αὖ ἐπαναβαίνει ἐπὶ τὴν τῶν ἐν ψυχῇ καλῶν αἰτίαν. καὶ εἴτι αὖ πάλιν αὖ πρὸ τούτου, ἕως ἐπ᾽ ἔσχατον ἥκῃ τὸ πρῶτον. ὃ παρ᾽ αὐτοῦ καλόν. ἔνθα καὶ ἐλθὼν, ὠδῖνος παύσεται. πρότερον δὲ οὔ. ἀλλὰ πῶς ἀναβήσεται. καὶ πόθεν ἡ δύναμις αὐτῷ. καὶ τίς λόγος, τοῦτον τὸν ἔρωτα παιδαγωγήσεται; ἢ ὅδε. τοῦτο τὸ κάλλος τὸ ἐπὶ τοῖς σώμασιν, ἐπακτόν ἐστι τοῖς σώμασι. μορφαὶ γὰρ αὗται σωμάτων, ὡς ἐπὶ ὕλης αὐτοῖς. μεταβάλλει γοῦν τὸ ὑποκείμενον, καὶ ἐκ καλοῦ αἰσχρὸν γίνεται. μεθέξει ἄρα φησὶν ὁ λόγος. τί οὖν τὸ ποιῆσαν σῶμα καλόν. ἄλλως μὲν κάλλους παρουσία, ἄλλως δὲ ψυχή. ἣ ἔπλασέ τε, καὶ μορφὴν τοιάνδε ἐνῆκε. τί οὖν, ψυχὴ παρ᾽ αὐτῆς καλὸν ἢ οὔ; οὐ γὰρ ἡ μὲν ἦν φρόνιμός τε καὶ καλὴ, ἡ δὲ ἄφρων καὶ αἰσχρά. φρονήσει ἄρα τὸ καλὸν περὶ ψυχήν. καὶ τίς οὖν ὁ φρόνησιν δοὺς ψυχῇ, ἢ νοῦς ἐξ ἀνάγκης. νοῦς δὲ, οὐ ποτὲ μὲν νοῦς, ποτὲ δὲ ἄνους. ὅγε ἀληθινὸς, παρ᾽ αὐτοῦ ἄρα καλός. καὶ πότερον δὴ, ἐνταῦθα δεῖ στῆναι ὡς πρῶτον, ἢ καὶ νοῦ ἐπέκεινα δεῖ ἰέναι. νοῦς δὲ προέστηκε μὲν ἀρχῆς τῆς πρώτης ὡς πρὸ ἡμᾶς, ὥσπερ ἐν προθύροις τἀγαθοῦ ἀπαγγέλλων, ἐν αὐτῷ τὰ πάντα. ὥσπερ ἐκείνου, τύπος μᾶλλον ἐν πλήθει, ἐκείνου πάντῃ μένοντος ἐν ἑνί.

Formæ quæ sunt in materia tanquam subiecto dependent à formis, quæ sunt in anima mundi velut earum fonte: atq; hæ rursus à formis quæ sunt in mente prima tanquam fonte formarum animæ. *Cap. III.*

Si anima suapte natura intellectualis foret, animæ tum omnes, tum pariter intellectuales forent: quum verò non sint ita, meritò anima vel prima intellectualis euadit participatione quadam intellectus excelsioris.

A CONSIDERARE verò debemus de hac ipsa mentis natura, quá ratio esse significat ens ipsum verum veramq; essentiam, in primis asseuerantes, licet alia procedétes via, oportere talem quandam esse essentiam atq; mentẽ. Sed fortè ridiculum videri potest, vtrũ intellectus in rerũ ordine sit indagare. Fortè etiá nonnulli

Ε'ΠΙΣΚΕΠΤΕ'ΟΝ δὲ ταύτην τὴν νοῦ φύσιν, ἣν ἐπαγγέλλεται ὁ λόγος εἶναι, τὸ ὂν ὄντως, καὶ τὴν ἀληθῆ οὐσίαν πρότερον βεβαιωσαμένους, κατ᾽ ἄλλην ὁδὸν ἰόντας, ὅτι δεῖ εἶναί τινα τοιαύτην. ἴσως μὲν οὖν γελοῖον ζητεῖν, εἰ νοῦς ἐστιν ἐν τοῖς οὖσι. τάχα δ᾽ ἄν τινες

καὶ

καὶ περὶ τούτου διαμφισβητοῖεν. μᾶλλον δὲ εἰ τοιοῦτος οἷον φαμὲν, καὶ ἀχώριστός τις. καὶ εἰ οὗτος τὰ ὄντα. καὶ εἰ ἡ τῶν εἰδῶν φύσις ἐνταῦθα, περὶ οὗ καὶ τὰ νῦν εἰπεῖν πρόκειται. ὁρῶμεν δὴ τὰ λεγόμενα εἶναι, πάντα σύνθετα. καὶ ἁπλοῦν αὐτῶν οὐδὲ ἕν. ἅ τε τέχνη ἐργάζεται ἕκαστα, ἅ τε συνέστηκε φύσει. τά τε γὰρ τεχνητὰ ἔχει χαλκὸν, ἢ ξύλον, ἢ λίθον. καὶ παρὰ τούτων οὔπω τετέλεσται, πρὶν ἂν ἡ τέχνη ἑκάστη, ἡ μὲν ἀνδριάντα, ἡ δὲ κλίνην, ἡ δὲ οἰκίαν ἐργάσηται, εἴδους τοῦ παρ' αὐτῇ ἐνθέσει. καὶ μὴν καὶ τὰ φύσει συνεστῶτα, τὰ μὲν πολυσύνθετα αὐτῶν καὶ συγκρίματα καλούμενα, ἀναλύσεις εἰς τὸ ἐπὶ πᾶσι τοῖς συγκριθεῖσιν εἶδος. οἷον, ἄνθρωπον, εἰς ψυχὴν καὶ σῶμα. καὶ τὸ σῶμα, εἰς τὰ τέσσαρα. ἕκαστον δὲ τούτων σύνθετον εὑρὼν ἐξ ὕλης καὶ τοῦ μορφοῦντος, ὕλης γὰρ παρ' αὐτῆς ἡ τῶν στοιχείων ἄμορφος, ζητήσεις δ' αὖ καὶ τὴν ψυχὴν, πότερα τῶν ἁπλῶν ἤδη, ἢ ἔνι τι ἐν αὐτῇ, τὸ μὲν ὡς ὕλη. τὸ δὲ εἶδος ὁ νοῦς ὁ ἐν αὐτῇ. ὁ μὲν, ὡς ἐπὶ τῷ χαλκῷ μορφή. ὁ δὲ, οἷος ὁ τὴν μορφὴν ἐν τῷ χαλκῷ ποιήσας. τὰ αὐτὰ δὲ ταῦτα, καὶ ἐπὶ τοῦ παντὸς μεταφέρων τις, ἀναβήσεται καὶ ἐνταῦθα ἐπὶ νοῦν, ποιητὴν ὄντως καὶ δημιουργὸν τιθέμενος. καὶ φήσει τὸ ὑποκείμενον δεξάμενον μορφὰς, τὸ μὲν πῦρ, τὸ δὲ ὕδωρ, τὸ δὲ ἀέρα καὶ γῆν γενέσθαι. τὰς δὲ μορφὰς ταύτας, παρ' ἄλλου ἥκειν. τοῦτο δὲ εἶναι ψυχήν. ψυχὴν δ' αὖ, καὶ ἐπὶ τοῖς τέτρασι, τὴν κόσμου μορφὴν δοῦναι. ταύτῃ δὲ, νοῦν χορηγὸν τῶν λόγων γεγονέναι. ὥσπερ καὶ ταῖς τῶν τεχνιτῶν ψυχαῖς παρὰ τῶν τεχνῶν, τοὺς εἰς τὸ ἐνεργεῖν λόγους. νοῦν δὲ τὸν μὲν ὡς εἶδος τῆς ψυχῆς τὸν κατὰ τὴν μορφὴν, τὸν δὲ τὸν τὴν μορφὴν παρέχοντα. ὡς τὸν ποιητὴν τοῦ ἀνδριάντος, ᾧ πάντα ἐνυπάρχει, ἃ δίδωσιν. ἐγγὺς μὲν ἀληθείας, ἃ δίδωσι ψυχῇ. ἃ δὲ τὸ σῶμα δέχεται, εἴδωλα ἤδη καὶ μιμήματα.

A de hoc ambigerent, ac de ipso potius, num talis
sit intellectus, qualẽ ipsi describimus. Et nun-
quid sit aliquis separatus, & ille quidem entia
sit, atq; in eo specierum sit natura: qua de re sta-
tuimus in præsentia disputare. Cernimus itaq;
omnia quæ esse dicũtur, esse composita, nihilq;
eorum esse simplex, tum singula quę arte fiunt,
tum etiam quæ natura cõstituuntur: siquidem
artificia æs habent, lignumq; & lapidem, neq;
B dum tamen ex his perfecta proueniunt, ante-
quàm ars vnaquæq; agat, hęc quidem statuam,
ista verò lecticam, illa deniq; domum: agat in-
quam suam materiæ speciem adhibẽdo. Quin-
etiam quæ sunt naturaliter constituta, præci-
puè quæ ex multis composita sunt & congesta
commixtaq; dicũtur, resoluere licet in speciem
cunctis compositis inditam, velut hominem in
animam atq; corpus, & corpus in quatuor hu-
mores & elementa. Quum verò horum quod-
C libet inuenias esse compositũ ex materia simul
atq; formante, materia enim elementorum ex
seipsa est informis, inquires vndẽnam species
materiæ adsit, quæres quoq; de anima, vtrum
ipsa sit iam simplex, an potius sit aliquid & in
ea, partim quidem ceu materia, partim verò ve-
lut forma, intellectus scilicet qui sit in ea: alter
quidem sicut in ære forma, alter autem velut
qui formam fecit in ære. Eadẽ quoq; quispiam
transferẽs ad vniuersum, in eo similiter perue-
niet tandem ad intellectum, cognoscens eum
effectorem reuera totiusq; artificem: affirma-
D bitq; subiectam huic materiam inde formas ac-
cipientem, partim quidem ignem, partim verò
aquam aut aerem euasisse vel terram, has vtiq;
formas ab alio proficisci: id verò existere ani-
mam: rursusq; animam quatuor membris vni-
uersi formam tradere: Iam verò mentem ipsam
animæ rationes infundere, quemadmodum &
artificum animis artes ipsæ rationes exhibent
ad agendum. Proinde mẽtem alteram quidem
velut animæ speciem, mentẽ videlicet secundũ
E formam, alterã verò, quæ ita formã animæ præ-
beat, sicut artifex statuæ formã, cui quidẽ men-
ti insunt omnia quæ largitur. Et quæ largitur
animæ, veritati proxima sunt: quę verò corpus
accipit, imagines iã sunt & imitationes quædã.

Super animas quæ ex potentia in actum intelligendi procedunt, & passionem aliquam subeunt, & habent cum deteriore commertium, est ipse intellectus actu semper intelligens, passionis expers, à corporis contubernio segregatus. *Cap. IIII.*

Quum ex materia rebus mutabilitas accidat, profectò nisi essent res quædam à materia segregatæ, ordo consequens perpetuaq; successio, similium in transmutatione rerum conseruari non posset.

ΔΙΑΤΙ' οὖν δεῖ ἐπὶ ψυχῇ ἀνιέναι, ἀλλ' οὐκ αὐτὴν εἶναι τίθεσθαι τὸ πρῶτον. ἢ πρῶτον μὲν νοῦς ψυχῆς, ἕτερον καὶ κρεῖττον. τὸ δὲ κρεῖττον, φύσει πρῶτον. οὐ γὰρ δὴ ὡς οἴονται, ψυχὴ νοῦν τελειωθεῖσα γεννᾷ. πόθεν γὰρ τὸ δυνάμει ἐνεργείᾳ ἔσται, μὴ τοῦ εἰς ἐνέργειαν ἄγοντος, αἰτίου ὄντος. εἰ γὰρ κατὰ τύχην,

A CÆTERVM cúrnam postquam ad animam vsq; perueneris, non potes in ea tanquam primò quiescere, sed vlterius procedere cogeris? quoniã primò quidẽ intellectus ipse aliud quiddã est meliusq; quàm anima. Quod verò melius est, natura prius existit. Neq; enim, sicut multi putãt, anima cùm iam perfecta est, generat intellectum. Quod enim aliquid in potẽtia est, vndénam quandoq; erit in actu, nisi causa quædã præsit quæ perducat in actum? Si enim casu

quodam prodiret in actum, contingere posset ne in actum quandoq; progrederetur. Quamobrem necessarium est prima in actu consistere, neq; indiga, sed perfecta. Quæ verò imperfecta sunt posteriora esse perfectis, perficiq; ab illis quæ genuerunt, ritu quodam iureq; paterno quandoq; perficiẽtibus quæ imperfecta ab initio genuerunt. Iam verò quod genitũ est, oportet ad effectorem habere primò quidem se velut materiam, deinde verò formari. Proinde si anima passionem quandã in se admittit, oportet autem extare aliquid procul ab omni passione semotum: alioquin omnia tempore dilabentur: oportet aliquid anima superius esse. Præterea si anima est in mundo, atq; esse oportet aliquid extra mundum, hac quoq; ratione necessarium est super animam aliquid esse. Si enim quod in mundo est idipsum est quod in corpore atq; materia, nimirum nihil idem permanet, si tale quiddam duntaxat extiterit. quapropter homo & reliqua nõ semper erunt. Seminariæ quoq; rationes neq; sempiternæ neq; semper eædem permanebunt. Oportere igitur super animam esse mẽtem, ex his quæ diximus alijsq; permultis intelligere licet.

ἐνδέχεται μὴ ἐλθεῖν ἐς ἐνέργειαν. διὸ δεῖ τὰ πρῶτα, ἐνεργείᾳ τίθεσθαι. καὶ ἀπροσδεᾶ, καὶ τέλεια. τὰ δὲ ἀτελῆ, ὕστερα ἀπ' ἐκείνων. τελειούμενα δὲ παρ' αὐτῶν τῶν γεγεννηκότων, δίκην πατέρων τελειούντων, ἃ κατ' ἀρχὰς ἀτελῆ ἐγέννησαν. καὶ εἶναι μὲν ὕλην πρὸς τὸ ποιῆσαν τὸ πρῶτον. εἶτ' αὐτὴν, ἔμμορφον ἀποτελεῖσθαι. εἰ δὲ δεῖ καὶ ἐμπαθὲς ψυχὴ, δεῖ δέ τι ἀπαθὲς εἶναι. ἢ πάντα τῷ χρόνῳ ἀπολεῖται. δεῖ τι πρὸ ψυχῆς εἶναι. καὶ εἰ ἐν κόσμῳ ψυχὴ, ἐκτὸς δὲ δεῖ τι κόσμου εἶναι, καὶ ταύτῃ πρὸ ψυχῆς δεῖ τι εἶναι. εἰ γὰρ τὸ ἐν κόσμῳ τὸ ἐν σώματι καὶ ὕλῃ, οὐδὲν ταὐτὸν μένει. ὥστε ἄνθρωπος καὶ πάντες λόγοι, οὐκ ἀΐδιοι, οὐδὲ οἱ αὐτοί. καὶ ὅτι μὲν νοῦν πρὸ ψυχῆς εἶναι δεῖ, ἐκ τούτων καὶ ἐξ ἄλλων πολλῶν ἄν τις θεωρήσειε.

Intellectus natura perfectus, per se semper intelligit, quoniam ex seipso intelligit, videlicet, in se conuersus. Est rursum talis, quoniam per essentiam ipse est hæc ipsa entia quæ intelligit. Cap. V.

Intellectus perfectus, cum sit essentia perfecta, pro obiectis habet entia quoq; perfecta. Horum verò multitudo talis nec est in principio rerum primo, neq; rursus in mundo. Vbi & materia infimum est, & forma non est prima forma. Quoniam cum sit in alio, dependet ab alio. Est igitur perfectorum entium multitudo in intellectu eam intelligente: præsertim quia omnis multitudo rerum extra ipsum ab eis intelligentia proficiscitur. Nec igitur antecedit nec comitatur eam, sed subsequitur, sicut verba loquentem, sicut proles generantem. Virtus quidem generandi atq; intelligendi quæ diuersæ sunt in anima, eadem sunt in mente: intelligendo igitur generat, imò & naturaliter existendo: sicut ignis calendo, sol lucendo, anima viuendo. Deniq; rationes rerum, quæ sunt in anima naturaliter mobili, non sunt per se ab omni mutatione tutæ, nisi reducantur ad firmas intellectus Ideas.

INTELLECTVM verò debemus accipere (si modò vera ipsius appellatione simus vsuri) non in potentia intellectum, neque ex amentia in mẽtem progredientem. alioquin alterum rursus superiorem inuestigare cogemur: sed intellectum accipere decet existentem in actu perpetuo, qui & ita semper intellectus existat. Si verò intellectus eiusmodi aduentitiã non habet intelligentiam, quicquid intelligit à seipso prorsus intelligit, & si quid habet, possidet à seipso: quod si à se & ex se intelligit, ipse profectò existit hæc ipsa quę & intelligit. Si enim essentia quidẽ eius est altera, quę verò intelligit rursus & altera, ipsa certè huius essentia erit muneris intellectualis expers: neq; amplius in actu, sed in potẽtia, intellectus. Nõ decet igitur horum alterum ab altero separare, tametsi consueuimus rebus nostris adducti, illa quoq; inter se nostris cogitationibus separare. Quidnã igitur agit, quidue intelligit? Vt illa illum quæ intelligit esse ponamus. Profectò cum sit intellectus atque ens, per verum essendi modum entia intelligit & inducit: est igitur entia. Aut enim illa alibi existentia intelliget, aut in seipso tanquam existẽtia ipsum. alibi quidẽ impossibile est. Nã vbi potissimum? Seipsum igitur & penitus in seipso. Non enim intelligit hęc in rebus (vt multi putãt) quæ sensibus offerũtur. Nã vnumquodq; primũ nõ est ex eorũ genere quæ sensibus attingũtur. Quod enim in his est, tanquã forma in materia est, & entis ipsius imago: speciesq; omnis

ΔΕΙ̃ δὲ νοῦν λαμβάνειν, εἴπερ ἐπαληθεύσομεν τῷ ὀνόματι, μὴ τὸν δυνάμει, μηδὲ τὸν ἐξ ἀφροσύνης εἰς νοῦν ἐλθόντα. εἰ δὲ μὴ, ἄλλον πάλιν αὖ πρὸ αὐτοῦ ζητήσομεν. ἀλλὰ τὸν ἐνεργείᾳ καὶ ἀεὶ νοῦν ὄντα. εἰ δὲ μὴ, ἐπακτὸν τὸ φρονεῖν ἔχει. εἴ τι νοεῖ παρ' αὐτοῦ νοεῖ. καὶ εἴ τι ἔχει, παρ' αὐτοῦ ἔχει. εἰ δὲ παρ' αὐτοῦ καὶ ἐξ αὐτοῦ νοεῖ, αὐτός ἐστιν ἃ νοεῖ. εἰ γὰρ ἡ μὲν οὐσία αὐτοῦ ἄλλη, ἃ δὲ νοεῖ ἕτερα αὐτοῦ, αὕτη ἡ οὐσία αὐτοῦ ἀνόητος ἔσται. καὶ δυνάμει οὐκ ἐνεργείᾳ αὖ. οὐ χωριστέον οὖν, οὐδέτερον ἀπὸ θατέρου. ἔθος δὲ ἡμῖν, ἐπὶ τῶν παρ' ἡμῖν, κἀκεῖνα ταῖς ἐπινοίαις χωρίζειν. τί οὖν ἐνεργεῖ καὶ τί νοεῖ, ἵνα ἐκεῖνα αὐτὸν ἃ νοεῖ θώμεθα. ἢ δῆλον ὅτι νοῦς ὢν, ὄντως νοεῖ τὰ ὄντα, καὶ ὑφίστησιν. ἔστιν ἄρα τὰ ὄντα. ἢ γὰρ, ἑτέρωθι ὄντα αὐτὰ νοήσει, ἢ ἐν αὐτῷ ὡς αὐτὸν ὄντα. ἑτέρωθι μὲν οὖν, ἀδύνατον. ποῦ γὰρ; αὐτὸν ἄρα καὶ ἐν αὐτῷ. οὐ γὰρ δὴ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς ὥσπερ οἴονται. τὸ γὰρ πρῶτον ἕκαστον, οὐ τὸ αἰσθητόν. τὸ γὰρ ἐν αὐτοῖς εἶδος, ἐπὶ ὕλῃ εἴδωλον ὄντως. πᾶν

τὸ εἶδος ἐν ἄλλῳ παρ' ἄλλου, εἰς ἐκεῖνο ἔρχεται, καὶ ἔστιν εἰκὼν ἐκείνου. εἰ δὲ καὶ ποιητὴν δεῖ εἶναι τοῦδε τοῦ παντὸς, οὐ τὰ ἐν τῷ μήπω ὄντι οὗτος νοήσει, ἵνα αὐτὸ ποιῇ. πρὸ τοῦ κόσμου ἄρα δεῖ εἶναι ἐκεῖνα. οὐ τύπους ἀφ' ἑτέρων, ἀλλὰ καὶ ἀρχέτυπα καὶ πρῶτα, καὶ νοῦ οὐσίαν. εἰ δὲ λόγους φήσουσιν ἀρκεῖν, ἀιδίους, δῆλον. εἰ δὲ ἀιδίους καὶ ἀπαθεῖς, ἐν νῷ δεῖ εἶναι. καὶ τοιούτῳ, καὶ προτέρῳ ἕξεως, καὶ φύσεως, καὶ ψυχῆς. δυνάμει γὰρ ταῦτα. ὁ νοῦς ἄρα τὰ ὄντα ὄντως. οὐχ' οἷά ἐστιν ἀλλόθι νοῶν. οὐ γάρ ἐστιν οὔτε πρὸ αὐτοῦ, οὔτε μετ' αὐτόν. ἀλλὰ οἷον νομοθέτης πρῶτος, μᾶλλον δὲ νόμος αὐτὸς τοῦ εἶναι. ὀρθῶς ἄρα. τὸ γὰρ αὐτὸ νοεῖν ἐστί τε καὶ εἶναι. καὶ ἡ τῶν ἄνευ ὕλης ἐπιστήμη, ταὐτὸν τῷ πράγματι. καὶ τὸ ἐμαυτὸν ἐδιζησάμην ὡς ἓν τῶν ὄντων. καὶ αἱ ἀναμνήσεις δέ. οὐδὲν γὰρ ἔξω τῶν ὄντων. οὐδ' ἐν τόπῳ. μένει δὲ ἀεὶ ἐν αὐτοῖς, μεταβολὴν οὐδὲ φθορὰν δεχόμενα. διὸ καὶ ὄντως ὄν[illegible] ἢ γιγνόμενα, καὶ ἀπολλύμενα, ἐπακτῷ χρήσεται τῷ ὄντι. καὶ οὐκέτ' ἐκεῖνα. ἀλλ' ἐκεῖνο τὸ ὂν ἔσται. τὰ μὲν δὴ αἰσθητὰ, μεθέξει ἐστὶν ἃ λέγεται, τῆς ὑποκειμένης φύσεως, μορφὴν ἰσχούσης ἄλλοθεν. οἷον χαλκὸς, παρὰ ἀνδριαντοποιηκῆς. καὶ ξύλον, παρὰ τεκτονικῆς. διὰ εἰδώλου τῆς τέχνης εἰς αὐτὰ ἰούσης. τῆς δὲ τέχνης αὐτῆς ἔξω ὕλης ἐν ταυτότητι μενούσης, καὶ τὸν ἀληθῆ ἀνδριάντα, καὶ κλίνην ἐχούσης. οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν σωμάτων. καὶ τόδε πᾶν ἰνδαλμάτων μετέχον, ἕτερα αὐτῶν δείκνυσι τὰ ὄντα. ἄτρεπτα μὲν ὄντα ἐκεῖνα, αὐτὰ δὲ τρεπόμενα. ἱδρυμένα τε ἐφ' ἑαυτῶν. οὐ τόπου δεόμενα. οὐ γὰρ μεγέθη. νοερὰν δὲ καὶ αὐτάρκη ἑαυτοῖς ὑπόστασιν ἔχοντα. σωμάτων γὰρ φύσις, σώζεσθαι παρ' ἄλλου θέλει. νοῦς δὲ ἀνέχων θαυμαστῇ φύσει τὰ παρ' αὐτῶν πίπτοντα, ὅπου ἱδρυθῇ αὐτὸς οὐ ζητεῖ.

A omnis quæ in alio iacet, etiam dependet ab alio, referturque ad illud, atque est illius imago. Præterea si necesse est intellectum esse vniuersi huius artificem, hic certè non intelliget ea, quæ in eo quod nondum est existant, vt ipsum efficiat. Igitur ante mundum illa oportet existere nō tanquam figuras impressas ab alijs, sed præcipua quædam exemplaria, primaque & mentis essentiam. Si qui verò dicant, semi- B nales ad id sufficere rationes, proculdubio asserent sempiternas: ac si sempiternæ sunt & procul ab omni passione semotæ, esse eas oportet in mente, & illa quidem tali, quæ habitu, & natura, & anima prior existat. Sunt enim hæc in potentia quadam, & in illius potestate consistunt. Mens itaque entia ipsa est, secundum verum essendi modum non ea quæ alibi sint intelligens: hæc enim neque sunt ante ipsam, neque post ipsam: sed mens est tanquam legislator primus, imò verò ipsa lex ipsius esse. Rectè C igitur dictum est: idem sanè intelligere est atq; esse: item scientia eorum quæ sunt absque materia idem est atque res ipsa. Rursus inuestigaui equidem meipsum tanquam vnum aliquid entium: testantur idem reminiscentiæ. Nullum nanq; entium est extra mentem neq; rursus in loco: manent verò perpetuò in seipsis, neque mutationem verò neque interitum subitura, ideoque per verum essendi modum entia esse censentur: alioquin si oriantur & occidant, D esse aduentitium sortientur: neque hæc vlterius entia ipsa erunt, sed illud potius ens ipsum erit, nempe quæ sentiuntur, participatione quadam sunt idipsum quod esse dicuntur: quippe quum subiecta natura formam accipiat aliunde, sicut æs accipit ab arte statuaria formam, & lignum ab arte fabrili, dum videlicet ars in materias tales progreditur per imaginem: ipsa verò ars interim extra materiam in E eodem habitu perseuerat, habetq; veram in se statuam atque lecticam. Sic ergo vniuersum hoc in genere corporum participeps duntaxat imaginum manifestè testatur, entia ipsa à corporibus esse diuersa: illa enim immutabilia sunt, hæc verò mutantur: illa in seipsis firma consistunt, loci nullius egena: illa enim nulla magnitudine protenduntur, sed intellectualem substantiam habent sibi sufficientem: corporum nanq; natura alio quodam semper indiget seruatore. Mens verò quum mira quadam natura substineat, & conseruet ea quæ suapte natura cadunt, meritò vbi ipsa fundetur, desiderare non cogitur.

Ideæ in intellectu sunt propriè quædam potestates eius per quas ipse est aliter, aliterue definitus. *Cap. VI.*

Quoniam verò eadem ibi est intelligendi & generandi facultas, ideo illic ideæ non solùm ita se habent vt variæ notiones, sed etiam vt multæ vires seminales in anima: inde quidem dicuntur exemplaria, hinc verò principia rerum, rationes & species vtrobiq;. Proinde qualitates omnino materiales, calor, frigus, & similes nequeunt vnionem habere mutuam sine confusione: aut enim seiuncta manent, aut si commiscentur, vel vna confundit alias, vel cunctæ à se inuicem confunduntur, adeò vt alia quædam resultet ex cunctis. Qualitates minus materiales vt sapores vniri possunt, vt illæ cum confusione quidem, sed non tanta. Odores autē quasi adhuc minus materiales vniuntur in eodē medio differentes, & aliquanto minus alter confundit alterū. confundit tamen. Voces diuersæ magis adhuc vniuntur in medio, minusq; confunduntur, quia materiales minus. Species verò colorum etiam cōtrariorum, quia immateriales sunt in eodē puncto vniuntur, & sine vlla mutua cōfusione distinctissimè illic extāt, vnde cōcluditur

vnionem formarum ſine confuſione, id eſt coniunctarum quidem & interea diſtinctarum eſſe in anima poſſe tanquam eſſentia quadam immateriali, & multò magis in mente adhuc magis à materia ſeparata: quum enim per diſceſſum à materia gradatim creſcat vnio formarum, paritérq; diſtinctio, conſequens eſt in mente vnitiſſimas eſſe ſimul atq; pariter diſtinctiſſimas.

A INTELLECTVS igitur ipſa eſſentia ſit, habeatq; omnia in ſeipſo non tanquam loco, ſed tanquam ſeipſum habẽs, vnumq; cum ipſis exiſtens. Sunt autem illic omnia ſimul, ſed nihilo minus inter ſe diſtinguuntur, quando & anima multas ſimul ſcientias habens, nihil tamen habet in ſe confuſum, ſed vnaquæq; ſcientia, quando res poſtulat ſuum munus exequitur, neq; interim ſecum alias contrahit. Vnaquæq; verò notio agit pura ab alijs intimis notionibus expedita. B Sic igitur multoq; magis intellectus eſt ſimul omnia, rurſusq; non ſimul: quoniam illic vnumquodq; poteſtas quædam propria eſt. Vniuerſus verò intellectus omnia ſicut genus ſpecies cõtinet, & ſicut totum partes. Quinetiam vires ipſæ ſeminũ huius quod modò dicebam, imaginẽ referunt. In toto enim ſemine indiuiſa ſunt omnia, ibiq; rationes inſunt, velut in vno quodam centro collectæ, ſed alia illic oculi, alia manuum ſeminalis ratio eſt, C quòdue diuerſę ſint ex diuerſis inde genitis patefaciunt. Vires igitur ſeminibus inſitæ id certè habent, vt earum vnaquæq; vna tota ſit ratio, vnà cum partibus in ſe neceſſariò comprehenſis. Iam verò quod ibi corporeum eſt, materiam habet quantum illic eſt, velut humidum. Ipſa verò ratio ſpecies quædam eſt vndique, & ratio quidem ipſa eadem eſt cum ſpecie animæ generante: quæ quidem anima imago eſt animæ melioris. Hanc nonnulli naturam vocant D ſeminibus inſitam, quæ quidẽ inde exordiens ab his quæ ſuperiora ſunt, quemadmodum ex igne lumen permutat materiam atque format, non quidem per violentiam impellendo: neq; tanquam quibuſdam iam diuulgatis vectibus agitando, ſed rationem ſeminariam adhibendo.

A ΝΟΥ͂Σ μὲν δὴ ἔσω τὰ ὄντα. καὶ πάντα ἐν αὐτῷ οὐχ' ὡς ἐν τόπῳ ἔχων, ἀλλ' ὡς αὐτὸν ἔχων, καὶ ἓν ὢν αὐτοῖς. πάντα δὲ ὁμοῦ ἐκεῖ. καὶ οὐδὲν ἧττον διακεκριμένα. ἐπεὶ καὶ ψυχὴ ὁμοῦ ἔχουσα πολλὰς ἐπιστήμας ἐν ἑαυτῇ, οὐδὲν ἔχει συγκεχυμένον. καὶ ἑκάστη πράττει τὸ αὐτῆς ὅταν δέῃ, οὐ συνεφέλκουσα τὰς ἄλλας. νόημα δὲ ἕκαστον καθαρὸν ἐνεργεῖ, ἐκ τῶν ἔνδον αὖ νοημάτων κειμένων. B οὕτως οὖν καὶ πολὺ μᾶλλον, ὁ νοῦς ἐστιν ὁμοῦ πάντα. καὶ αὖ οὐχ' ὁμοῦ, ὅτι ἕκαστον δύναμις ἰδία. ὁ δὲ πᾶς νοῦς, περιέχει ὥσπερ γένος εἴδη. καὶ ὥσπερ ὅλον μέρη. καὶ αἱ τῶν σπερμάτων δὲ δυνάμεις, εἰκόνα φέρουσι τοῦ λεγομένου. ἐν γὰρ τῷ ὅλῳ, ἀδιάκριτα πάντα, καὶ οἱ λόγοι, ὥσπερ ἐν ἑνὶ κέντρῳ. καὶ ὥσπερ ἐστὶν ἄλλος ὀφθαλμοῦ, ἄλλος δὲ χειρῶν λόγος, τὸ ἕτερος εἶναι παρὰ τοῦ γινομένου C ὑπ' αὐτοῦ αἰσθητοῦ γνωσθείς. αἱ μὲν οὖν ἐν τοῖς σπέρμασι δυνάμεις, ἑκάστη αὐτῶν λόγος εἷς ὅλος, μετὰ τῶν ἐν αὐτῷ ἐμπεριεχομένων μερῶν. τὸ μὲν σωματικὸν ὕλην ἔχει, ὅσον οἷον ὑγρὸν, αὐτὸς δὲ εἶδός ἐστι τὸ ὅλον. καὶ λόγος ὁ αὐτὸς ὢν, ψυχῆς εἴδει γεννῶν τι, ἥ ἐστιν ἴνδαλμα ψυχῆς ἄλλης κρείττονος. φύσιν δέ τινες λέγουσιν αὐτὴν, τὴν ἐν τοῖς σπέρμασιν, D ἣ ἐκεῖθεν ὁρμηθεῖσα ἀπὸ τῶν πρὸ αὐτῆς, ὥσπερ ἐκ πυρὸς φῶς, ἔτρεψέ τε καὶ ἐμόρφωσε τὴν ὕλην. οὐκ ὠθοῦσα. οὐδὲ ταῖς πολυθρυλλήτοις μοχλείαις χρωμένη, διδοῦσα δὲ τῶν λόγων.

Notiones ſenſibilium in anima nuper acquiſitæ vel editæ, nõ ſunt ipſa ſenſibilia: Abſolutæ verò intelligibilium notiones in potentiam rationalem venientes ab intellectu, quodammodo ipſa intelligibilia ſunt. Cap. VII.

Quoniam videlicet intellectus eſt intimus animæ tum proprius tum communis: in proprio quidem notiones & intelligibilia idem magis ſunt, in communi ſunt maximè idem. Intellectus proprius (vt ſæpe Plotinus ait) animæ ineſt vt forma: communis autem tanquam agens adeſt animæ. Quum verò ipſum intelligile ſe habeat ad intelligentiam fermè velut motor, ideóq; quodammodo antecedat, non debemus dicere intellectum fieri intelligibilia poſtquam intellexerit ea, ſed potius è conuerſo: præſertim quoniam alioquin intelligentiæ caſu quodam exorirentur, & quaſi quædam figmenta forent.

A PROINDE ſcientiæ quę in rationali anima ſunt, quæ quidem ad ſenſibilia pertinent, ſi modò horũ notitiæ nobis ſunt ſcientiæ nominandæ, quippe cùm opiniones potius deceat nominare: ipſæ inquam, cum rebus poſteriores ſint, earundem ſunt & imagines: quæ verò ſpectãt intelligenda, quæ & reuera ſciẽtiæ ſunt, ab intellectu in animã rationalem peruenientes, ſenſibile quidẽ nihil intelligunt. Quatenus verò ſciẽtiæ ſunt, ſingula ipſa ſunt quę & intelligũt, ipſumq; ab intimo intelligibile & intelli- B gentiam habent: quoniam intellectus eſt intimus, qui eſt ipſa prima perpetuò ſecũ habitãs, actuſq; exiſtens: neq; aciẽ intendens quaſi non habeat: neq; acquirens aliquid, ſiue diſcurrens

A ΑΙ῾ δὲ ἐπιστῆμαι ἐν ψυχῇ λογικῇ οὖσαι, αἱ μὲν τῶν αἰσθητῶν. εἰ δεῖ ἐπιστήμας τούτων λέγειν. πρέπει δὲ αὐταῖς, τὸ τῆς δόξης ὄνομα. ὕστεραι τῶν πραγμάτων οὖσαι, εἰκόνες εἰσὶ τούτων. τῶν δὲ νοητῶν αἳ δὴ καὶ ὄντως ἐπιστῆμαι παρὰ νοῦ εἰς λογικὴν ψυχὴν ἐλθοῦσαι, αἰσθητὸν μὲν οὐδὲν νοοῦσι. καθόσον δέ εἰσιν ἐπιστῆμαι, εἰσὶν ἕκαστα ἃ νοοῦσι. καὶ ἔνδοθεν τό B τε νοητὸν, τήν τε νόησιν ἔχουσιν. ὅτι ὁ νοῦς ἔνδον, ὅ ἐστιν αὐτὰ τὰ πρῶτα, συνὼν αὑτῷ ἀεὶ καὶ ἐνεργείᾳ ὑπάρχων. καὶ οὐκ ἐπιβάλλων ὡς οὐκ ἔχων. ἢ ἐπικτώμενος, ἢ διεξοδεύων

οὐ περ-

οὐ προκεχειρισμένα, (ψυχῆς γὰρ ταῦτα πάθη) ἀλλ' ἕστηκεν ἐν αὐτῷ ὁμοῦ πάντα ὤν. οὐ νοήσεις ἵν' ὑποστήσῃ ἕκαστα. οὐ γὰρ ὅτε ἐνόησε θεὸν, θεὸς ἐγένετο. οὐδὲ ὅτε ἐνόησε κίνησιν, κίνησις ἐγένετο. ὅθεν καὶ τὸ λέγειν νοήσεις τὰ εἴδη, εἰ οὕτω λέγεται, ὡς ἐπειδὴ ἐνόησε τόδε ἐγένετο, ἢ ἔστι τόδε, οὐκ ὀρθῶς. ταύτης γὰρ τῆς νοήσεως, πρότερον δεῖ τὸ νοούμενον εἶναι. ἢ πῶς ἂν ἔλθοι ἐπὶ τὸ νοεῖν αὐτό. οὐ γὰρ δὴ κατὰ συντυχίαν, οὐδὲ ἐπέβαλεν εἰκῆ.

A per ea quæ in promptu antea non habuerit: nã cõditiones eiusmodi animæ potius esse videntur, sed in seipso penitus conquiescit, cuncta simul existens, neq; ad id vtens intelligentia, vt singula in se in esse perducat. Non enim quando intellexit Deum factus est Deus: neq; postquam intellexit motũ factus est motus. Quapropter quod dici solet, species intelligentias esse, si ita dicatur, vt postquam intellexit hoc ipsum factus sit vel existat hoc ipsum, nõ rectè B dicitur: oportet enim hac intellectione prius esse quod intelligitur. Alioquin quónam pacto ad ipsum procedet intelligendum? neq; enim forte quadam in ipsum incidit, neque temerè vel frustrà contendit.

Intellectus quidem absolutè sumptus est omnes ideæ. Idea verò quælibet non est intellectus absolutè sumptus, sed intellectus eiusmodi. Item idea quælibet differt ab intellectu ratione quadam intellectuali tantùm. Ideæ verò inter se differunt ex natura rei & ratione formali.

Cap. VIII.

Potius enim licet dicere: Idea hominis est intellectus, & idea equi est intellectus, quàm ideã hominis esse ideam equi: quamuis sub vniuscuiusq; ideæ actu cæteræ sint virtute vel consequentia quadam, quemadmodum propositiones in geometria deinceps dispositæ se ad geometriam habent, atq; inuicem. Præterea quum ens naturali quodam ordine antecedat intellectum, meritò necessaria distinctio entis in suos essendi modos atq; in entia quodammodo præcedit vsum intelligentiæ: qualem sanè distinctionem neq; Platonici, neq; Christiani in primo rerum principio libenter admittunt. Sicut consideramus ibi naturã entis intelligentiamq; communem, ita in quauis idea propriam quandam entis naturam intelligentiamq; propriam, quæ sunt quasi duo quædam, non vt materia & calor, vt diaphanum atq; lux, sed vt calor atq; calere, vt lux atq; lucere, quorũ vtrunq; est actus, ideoq; re ipsa sunt vnum. quamuis igitur intelligentia sit intimus entis actus, tamen est actus vtrunq;.

ΕΙ' οὖν ἡ νόησις * ἐνόντος, ἐκεῖνο τὸ εἶδος τὸ ἐν ὂν καὶ ἡ ἰδέα αὕτη. τί οὖν τοῦτο; νοῦς καὶ ἡ νοερὰ οὐσία, οὐχ ἑτέρα τοῦ νοῦ ἑκάστη ἰδέα. ἀλλ' ἑκάστη νοῦς. καὶ ὅλως μὲν ὁ νοῦς, τὰ πάντα εἴδη. ἕκαστον δὲ εἶδος, νοῦς ἕκαστος. ὡς ἡ ὅλη ἐπιστήμη, τὰ πάντα θεωρήματα. ἕκαστον δὲ μέρος τῆς ὅλης, οὐχ ὡς διακεκριμένον τόπῳ. ἔχον δὲ δύναμιν ἕκαστον ἐν τῷ ὅλῳ. ἔστι μὲν οὖν οὗτος ὁ νοῦς ἐν αὐτῷ. καὶ ἔχων ἑαυτὸν ἐν ἡσυχίᾳ. κόρος ἀεί. εἰ μὲν οὖν προεπενοεῖτο ὁ νοῦς πρότερον τοῦ ὄντος, ἔδει τὸν νοῦν λέγειν ἐνεργήσαντα καὶ νοήσαντα, ἀποτελέσαι καὶ γεννῆσαι ὄντα. ἐπεὶ δὲ τὸ ὂν τοῦ νοῦ προεπινοεῖν ἀνάγκη, ἐγκεῖσθαι δεῖ τίθεσθαι ἐν τῷ νοοῦντι τὰ ὄντα. τὴν δὲ ἐνέργειαν καὶ τὴν νόησιν, ἐπὶ τοῖς οὖσιν. οἷον ἐπὶ πῦρ ἤδη, τὴν τοῦ πυρὸς ἐνέργειαν. ἵν' ἓν ὄντα τὸν νοῦν, ἐφ' ἑαυτοῖς ἔχειν ἐνέργειαν αὐτῶν. ἔστι δὲ καὶ τὸ ὂν ἐνέργεια. μᾶλλον δὲ τὰ ἄμφω ἕν. μία μὲν οὖν φύσις, τό, τε ὄν, ὅτε νοῦς, διὸ καὶ τὰ ὄντα. καὶ ἡ τοῦ ὄντος ἐνέργεια, καὶ ὁ νοῦς ὁ τοιοῦτος. καὶ αἱ οὕτω νοήσεις τὸ εἶδος καὶ ἡ μορφὴ τοῦ ὄντος, καὶ ἡ ἐνέργεια, ἐπινοεῖται γε μὴν μεριζομένων ὑφ' ἡμῶν, θάτερα πρὸ τῶν ἑτέρων. ἕτερος γὰρ ὁ μερίζων νοῦς· ὁ δὲ ἀμέριστος καὶ μὴ μερίζων, τὸ ὂν καὶ τὰ πάντα.

ὄντως,

A QVVM igitur quod intelligitur intimum sit, hoc ipsum intimum vnum quiddam est & species & idea. Quidnam igitur hoc est? Sanè est intellectus intellectualisq; essentia, & idea quælibet ab intellectu non differens, sed vnaquæq; est intellectus, atq; omnino intellectus quidem ipse cõmunis est species omnes: vnaquæq; verò species vnusquisq; est intellectus. Quemadmodum tota quædã scientia cunctæ contemplationes suæ atq; notiones: & notio B quælibet pars est totius non diuisa loco, sed habens vnaquæq; in toto virtutem. Hic igitur intellectus est in seipso in eodem secum habitu conquiescens æterna omniũ plenitudo. Si autẽ intellectus ipse cogitaretur ipso ente prior, oporteret inde dicere, intellectum agendo intelligendoq; generare entia, atq; perficere. At quoniam necessarium est ens intellectu prius excogitare, fateri oportet entia ipsa intelligenti in primis inesse, actum verò intelligentiamq; C entibus ipsis accedere, quemadmodũ igni iam ignis actum, adeò vt entia in primis sic penitus insita intellectum, in seipsis velut actum proprium habeant. Est autem ens quoque ipsum actus. Vnus igitur vtrisq; actus est: imò verò ambo sunt vnum. Vna igitur natura ens ipsum est atq; intellectus, quapropter entia & entis actus & intellectus talis vnum sunt, atq; intellectiones eiusmodi species & forma actusque sunt entis. Veruntamen à nobis talia partientibus, alia illic ante alia cogitantur: alter enim D est partiens intellectus, ille verò & impartibilis, & minimè partiens ens ipsum est atq; omnia.

Si mens formas disponit in mundo per intelligentiam naturalem, eas ipsas formas in se modo quodam naturali complectitur.

Cap. IX.

Sicut animæ essentia suas vires ex ipsa fluẽtes, sicut natura genitalis rationes membrorũ seminales: sicut species

ignis lucem, calorem, ſiccitatem, leuitatem, raritatem, atq; ita fermè ideæ conueniunt inuicem atq; differunt. Neceſſe eſt enim differre ideas ratione formali, ne alioquin diſtinctio formarum ordoq; in rebus proueniat ex materia, vel accidat ex fortuna, vel contingat ex diuerſis agentibus fortuitò concurrentibus. Sin autem Deus extra ſe agit libera voluntate, quod in Theologia probamus, more architecti & geometræ, rerum habet ideas.

SED quænam ſunt in vna illic mente, quæ cogitantes ipſi partimur? Oportet enim ea quieſcentia proferre, ac velut ex quadam ſcientia in vno manente pronuntiare, atq; ita quæ inſunt planius intueri. Quum igitur mundus hic ſit animal, animalia cuncta complectens, & ab alio accipiat eſſe atq; eſſe tale: illud autem à quo eſt redigatur in mentem, neceſſarium eſt & in mente vniuerſum in primis totius exemplar extare, atq; hunc intellectum mundum ipſum intelligibilem eſſe, de quo Plato in Timęo inquit: Intellectus in eo quod eſt viuens ſiue animal ideas intelligit. Sicut enim vbi adeſt ratio ſeminaria, quæ animal quoddã eſt, ſimulq; ſubeſt materia rationem ſeminariam ſuſceptura, neceſſarium eſt animal generari: ita quum adſit natura intellectualis omnipotentia pollens, nihilq; impediat, quippe quum nihil inter hanc & ſuſceptaculum ſe medium interponat, neceſſarium eſt hoc quidem ornari, illud autem hoc exornare: ſed enim quod exornatum eſt, ſpeciem iam diuiſam habet, alibi quidem hominem, alibi verò ſolem. exornator ille contrà in vno quodam omnia poſsidet.

ΤΙ'ΝΑ οὖν ἐστι τὰ ἐν ἑνὶ νῷ, ἃ νοοῦντες μερίζομεν ἡμεῖς. δεῖ γὰρ αὐτὰ ἠρεμοῦντα προφέρειν. οἷον ἐξ ἐπιστήμης ἐν ἑνὶ οὔσης, ἐπιθεωρεῖν τὰ ἐνόντα. κόσμου δὴ τοῦδε ὄντος ζώου περιεκτικοῦ ζώων ἁπάντων, καὶ παρ' ἄλλου ἔχοντος τὸ εἶναι, καὶ τοιῶδε εἶναι, παρ' οὗ δέ ἐστιν εἰς νοῦν ἀναγομένου, ἀναγκαῖον καὶ ἐν νῷ τὸ ἀρχέτυπον πᾶν εἶναι. καὶ κόσμον νοητὸν τοῦτον τὸν νοῦν εἶναι, ὃν φησὶν ὁ πλάτων, ἐν τῷ ὅ ἐστι ζῷον. ὡς γὰρ ὄντος λόγου ζώου τινὸς, οὔσης δὲ καὶ ὕλης τῆς τὸν λόγον τὸν σπερματικὸν δεξαμένης, ἀνάγκη ζῷον γενέσθαι, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ φύσεως νοερᾶς καὶ παντοδυνάμου οὔσης, καὶ οὐδενὸς διείργοντος. μηδενὸς ὄντος μεταξὺ τούτου. καὶ τοῦ δέξασθαι δυναμένου, ἀνάγκη τὸ μὲν κοσμηθῆναι, τὸ δὲ κοσμῆσαι. καὶ τὸ μὲν κοσμηθὲν, ἔχει τὸ εἶδος μεμερισμένον. ἀλλαχοῦ ἄνθρωπον, καὶ ἀλλαχοῦ ἥλιον. τὸ δὲ ἐν ἑνὶ πάντα.

Qualibet idea communiter & ſimiliter eſt eſſentia viua intellectualis, ſpecies, actus. Cæteris autem inter ſe proprietatibus differunt. *Cap. X.*

Formalia in mundo omnia & motus actionesq; & effectus eorum naturali & ſpeciali quodam ordine procedentes, proprias illic habent ideas. Defectus verò formarum progreſsionumq; naturalium nequaquam, ſed aliunde contingunt, & per ideas formalium cognoſcuntur.

QVÆCVNQVE igitur in mundo ſenſibili ſunt tanquam ſpecies inde procedũt, alia verò nequaquam. Quamobrem nihil eorum ibi eſt quæ præter naturam ſunt: quemadmodum neq; quicquam præter artem artibus ineſt, neque eſt in ſeminibus claudicatio: clauda nanq; conditio pedum in generatione contingit, vbi ratio ſeminaria minimè ſuperat, nempe ſpeciei iactura caſu accidit & fortuna. Qualitates autẽ ipſi naturæ cõſentaneæ, quantitates, numeri, magnitudines, habitus, profectus, actiones, paſsionesq; videlicet naturales, & motus, & ſtatus tum vniuerſali tũ particulari conditione ex eorum numero ſunt quæ ſunt ibi, & inde proueniunt. Pro tempore autẽ illic regnat æternitas, ſed pro loco illic ratione quadam intellectuali aliud reperitur in alio. Cùm igitur illic ſimul omnia ſint, quicquid potiſsimum ex illis acceperis, eſſentia eſt, intellectualisq; natura & vitæ compos exiſtit. Sic vtiq; ibi eſt idẽ & alterũ motus & ſtatus, mobile & cõſiſtens eſſentia, qualitas, & omnia prorſus eſſentia. Nõ enim in potẽtia, ſed in actu ens eſt vnumquodq;: quamobrẽ qualitas ab vnaquaq; eſſentia nõ ſecernitur. Sed nunquid hæc ſola illic ſunt quæ mundo ſenſibili continentur, an potius & alia multa? Verùm prius de his quæ artibus pertractantur, videtur cõſiderandum: nam malum quidem ibi vel inde nihil: malũ enim hic

Ο'ΣΑ μὲν οὖν ὡς εἴδη ἐν τῷ αἰσθητῷ ἐστι, ταῦτα ἐκεῖθεν: ὅσα δὲ μὴ, οὔ. διὸ τῶν παρὰ φύσιν, οὐκ ἔστιν ἐκεῖ οὐδέν. ὥσπερ οὐδὲ τῶν παρὰ τέχνην ἐστὶν ἐν ταῖς τέχναις, οὐδὲ ἐν τοῖς σπέρμασι χωλεία. ποδῶν δὲ χωλεία ἤδη ἐν τῇ γενέσει, οὐ κρατήσαντος λόγου. ἡ δὲ ἐκ τύχης λύμη, τοῦ εἴδους. καὶ ποιότητες δὴ σύμφωνοι. καὶ ποσότητες. ἀριθμοί τε καὶ γενέσεις, καὶ σχέσεις. ποιήσεις τε καὶ πείσεις. αἱ κατὰ φύσιν. κινήσεις τε καὶ στάσεις, καθόλου τε καὶ ἐν μέρει τῶν ἐκεῖ. ἀντὶ δὲ χρόνου αἰών. ὁ δὲ τόπος ἐκεῖ νοερῶς, τὸ ἄλλο ἐν ἄλλῳ. ἐκεῖ μὲν οὖν ὁμοῦ πάντων ὄντων, ὅ, τι ἂν λάβῃς αὐτῶν, οὐσία. καὶ νοερά. καὶ ζωῆς ἕκαστον μετέχον. καὶ ταὐτὸν. καὶ θάτερον. καὶ κίνησις. καὶ στάσις. καὶ κινούμενον. καὶ ἑστώς. καὶ οὐσία. καὶ ποιὸν. καὶ πάντα οὐσία. καὶ γὰρ ἐνεργείᾳ οὐ δυνάμει, τὸ ὂν ἕκαστον. ὥστε οὐ κεχώρισται τὸ ποιὸν ἑκάστης οὐσίας. ἆρ' οὖν μόνα τὰ ἐν τῷ αἰσθητῷ ἐκεῖ, ἢ καὶ ἄλλα πλείω. ἀλλὰ πρότερον, περὶ τῶν κατὰ τέχνην σκεπτέον. κακοῦ γὰρ οὐδενός. τὸ γὰρ κακὸν

ἐνταῦθα, ἐξ ἐνδείας καὶ στερήσεως καὶ ἐλλείψεως. καὶ ὕλης ἀτυχούσης πάθος, καὶ τοῦ ὕλῃ ὁμοιουμένου.

A hîc accidit ex indigentia, priuatione, defectu. Malum ſanè eſt paſsio quædã infortunatæ materiæ formam minimè conſequentis: itemque eius quod materiæ ſimile videtur euadere.

Artificia quæ vel ſolùm imitatione quadam rerum motionumq́ naruralium fiunt, vel etiam ab ingenio naturaliter artificioſo proueniunt, non habent proprias illic ideas. *Cap. XI.*

Sed partim rediguntur ad ipſas naturaliũ ideas, partim ad rationes rerum, numerorũ, menſurarum, modorum, animo rationali ingenitas, & ab ideis ſimilibus dependentes. Contemplatio rerũ philoſophica diuinam ſapientiam habet ideam, prouidẽtia priuatim vel publicè gubernans diuinã prouidentiam ſuſpicit pro idea tempus, æternitatẽ.

ΤΑ` οὖν κατὰ τέχνην, καὶ αἱ τέχναι. τῶν δὴ τεχνῶν ὅσαι μιμητικαί, γραφικὴ μὲν καὶ ἀνδριαντοποιΐα, ὄρχησίς τε καὶ χειρονομία, ἐνταῦθά που τὴν σύστασιν λαβοῦσαι, καὶ αἰσθητῷ προσχρώμεναι παραδείγματι, καὶ μιμούμεναι, εἴδη τε καὶ κινήσεις, τάς τε συμμετρίας ἃς ὁρῶσι μετατιθεῖσαι, οὐκ ἂν εἰκότως ἐκεῖ ἀνάγοιντο, εἰ μὴ τῷ ἀνθρώπου λόγῳ. εἰ δέ τις ἕξις ἐκ τῆς περὶ τὰ ζῷα συμμετρίας ὅλων ζῴων ἐπισκοποῖτο, μόριον ἂν εἴη δυνάμεως, τῆς κἀκεῖ ἐπισκοπούσης καὶ θεωρούσης, τὴν ἐν τῷ νοητῷ περὶ πάντα συμμετρίαν. καὶ μὴν καὶ μουσικὴ πᾶσα περὶ ἁρμονίαν ἔχουσα καὶ ῥυθμόν, ἡ μὲν περὶ ῥυθμὸν καὶ ἁρμονίαν ἔχουσα τὰ νοήματα, τὸν αὐτὸν τρόπον ἂν εἴη, ὥσπερ καὶ ἡ περὶ τὸν νοητὸν ῥυθμὸν ἔχουσα. ὅσαι δὲ ποιητικαὶ αἰσθητῶν, τῶν κατὰ τέχνην, οἷον, οἰκοδομικὴ, καὶ τεκτονικὴ, καθόσον συμμετρίαις προσχρῶνται, ἀρχὰς ἂν ἐκεῖθεν ἔχοιεν. καὶ τῶν ἐκεῖ φρονήσεων. τῷ δὲ αἰσθητῷ ταῦτα συγκερασάμεναι, τὸ ὅλον οὐκ ἂν εἶεν ἐκεῖ ἢ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. οὐ μὴν οὐδὲ γεωργία συλλαμβάνουσα αἰσθητῷ φυτῷ. ἰατρική τε τὴν ἐνταῦθα ὑγίειαν θεωροῦσα, ἥ τε περὶ ἰσχὺν τήνδε καὶ εὐεξίαν. ἄλλη γὰρ ἐκεῖ δύναμις, καὶ ὑγίεια, καθ' ἣν ἀτρεμῆ πάντα. καὶ ἱκανὰ ὅσα ζῷα. ῥητορεία δὲ καὶ στρατηγεία, οἰκονομία τε καὶ βασιλική. εἴ τινες αὐτῶν τὸ καλὸν κοινωνοῦσι ταῖς πράξεσιν, εἰ ἐκεῖνο θεωροῖεν, μοῖραν ἐκεῖθεν εἰς ἐπιστήμην ἔχουσιν, ἐκ τῆς ἐπιστήμης τῆς ἐκεῖ. γεωμετρία δὲ τῶν νοητῶν οὖσα, τακτέα ἐκεῖ. σοφία τε ἀνωτάτω, περὶ τὸ ὂν οὖσα. καὶ περὶ μὲν τεχνῶν, καὶ τῶν κατὰ τέχνας, ταῦτα.

A SED vt ad artes iam & artificia veniamus: artes quæ ſic imitatoriæ ſunt, quemadmodum pictura, ſtatuaria, tripudium, geſticulatio manuum, quum hîc quodammodo comparentur atq; cõſiſtant, & ſenſibili vtantur exemplo, ſpecieſq; imitentur & motus: item concinnitates quas aſpiciunt ad propria transferant, nõ rectè illuc reduci poſſe videtur, niſi ipſa hominis ratione. Siquis autem habitus ex ipſa concinnitate quæ animalibus ineſt, generatim decorum B in cunctis conſideret animalibus, pars vtiq; facultatis illius erit, quæ illic quoq; conſiderat in mundo diuino, concordiamque omnium contemplatur. Quinetiã muſica omnis circa conſonantiam & modulorum numeros occupata, quatenus numerorum concentuſque rationes quaſdam intelligibiles contemplatur, eodem ſe modo habet quo & ratio illa, quæ numerum ipſum & concentum in ſeipſa habet intelligibilem. Quæcũq; verò artes res ſenſibiles fabri- C cant ſicut architectus & faber, quatenus vtuntur proportionibus menſurarum, initium inde & nonnihil ſapientię illius habere videntur. Quum verò regulas menſurarum cum materia ſenſibili miſceant, non omnino inde dependent, niſi fortè quantum in homine ſunt: quin etiam neq; agricultura corporeis plantis afferens auxilium: item medicina ſanitatem curans humanam, rurſus quæ robur firmumque corporis habitũ præſtat hominibus. Alia enim poteſtas illic viget & ſanitas, per quam anima- D lia omnia firmitatem habẽt ſufficientem: Proinde ars oratoria, & exercitus præfectura, diſciplinaq; rei familiaris & publicæ, ſi quando in actionibus honeſtum ipſum obſeruant, ſupernamq; cõſiderant honeſtatem, ſortem ſanè inde ad ſcientiã habent, ex illa quę ibi viget ſcientia: Tum verò geometria ad intelligibilia pertinens, illic eſt collocãda: Sapientia quoq; ſimiliter quæ circa ens ipſum per excelſa verſatur. ac de artibus quidẽ artiũq; muneribus hactenus.

In ipſa hominis rationalis intellectualiſq́ idea ſummatim continetur omnis artificioſa facultas & ingenio proceſſura. *Cap. XII.*

Omnes formales inter indiuidua differentiæ non contingentes ex diuerſitate materiarũ vel locorum, illic ideas habent, ſed virtute quadam potius quàm actu proprio, ſcilicet quatenus in ſpeciebus ipſis, quarũ propriè & præcipuè ſunt ideæ, continentur varij quidam ſingulareſq́ formarum modi, inde quandoq́ pullulaturi.

ΕἸ δὲ ἀνθρώπου ἐκεῖ, καὶ λογικοῦ ἐκεῖ, καὶ τεχνικοῦ, καὶ αἱ τέχναι, νοῦ γεννήματα οὖσαι. χρὴ δὲ καὶ τῶν καθόλου λέγειν τὰ εἴδη εἶναι. οὐ Σωκράτους, ἀλλὰ ἀνθρώπου. ἐπισκεπτέον δὲ περὶ ἀνθρώπου, εἰ καὶ ὁ καθέκαστα.

A IAM verò ſi hominis illic eſt idea, eſt & rationalis, eſt artificioſi ſimiliter. Sũt illic præterea artes quæ mente cõcipiuntur, & pariuntur vt proles. Dicendũ quoq; eſt vniuerſalium ſpecies illic exiſtere non Socratis videlicet, ſed potius hominis: tametſi de homine præcipuè conſiderandũ eſt, nunquid ibi ſingularis etiã ſit idea,

A Singularis inquam, propterea quòd non idem est vel habet aliud atq; aliud singulare. hic quidem simus est, ille verò est aquilinus. Eiusmodi verò proprietates ponendæ in hominis forma sunt, tanquam formarum differentiæ quędam, sicut & animalis suæ differẽtiæ sunt. Sed à materia proficisci, quòd hic quidem hac conditione, ille verò illa potius sit aquilinus: & colorũ similiter differentias alias quidẽ existimare debemus in ratione & forma consistere, alias autem ex materia lociq; diuersitate contingere.

A τὸ δὲ καθέκαστον, ὅτι μὴ τὸ αὐτὸ ἄλλο ἄλλο. οἷον ὅτι ὁ μὲν, σιμὸς· ὁ δὲ, γρυπός. γρυπότητα δὲ καὶ σιμότητα, διαφορὰς ἐν εἴδει θετέον ἀνθρώπου. ὥσπερ ζώου διαφοραί εἰσιν. ἥκειν δὲ καὶ παρὰ τῆς ὕλης, τὸ τὸν μὲν, τοιάνδε γρυπότητα· τὸν δὲ, τοιάνδε. καὶ χρωμάτων διαφοράς. τὰς μὲν ἐν λόγῳ οὔσας, τὰς δὲ καὶ ὕλην, καὶ τόπον διάφορον ὄντα ποιεῖν.

Res quælibet materialis ad suam ideam se habet, vt imago picturaq; ad substantiam viuam. *Cap. XIII.*

Animæ verò mentesq; & consummatæ virtutes earum extra ideam veræ res existunt, quemadmodum in idea: nec tam æquiuoca quàm vniuoca denominatione sunt eadem: nec differunt vt homo pictus à viuo, sed potius sicut puer à viro.

A RELIQVVM est indagare num sola illic sint, quæ sensibili ordine continentur: an etiam sicut aliud quiddam est noster hic homo, aliud ipse homo, sic aliud ibi sit ipsa anima, quàm hæc anima: similiter hæc mens, & ipsa mens aliud. Dicendum igitur primò quidem, non omnia quæ hic sunt existimãda esse exemplarium simulachra, neque animam esse ipsius animæ simulachrum, veruntamen alteram alteri dignitate præstare: atq; hic quoq; esse: B forsan verò non quatenus hic est, animam ipsam esse. Cùm verò anima quælibet reuera sit, esse quoq; iustitiam quandam & temperantiam in animabus quoq; hìc habitantibus & scientiam præterea veram, neq; imagines duntaxat neq; similitudines illorum tanquam in sensibili loco versantes, sed eadem illa alio quodam pacto hìc existentia: nõ enim in loco quodam determinata sunt illa. Quapropter vbi anima emergit è corpore, ibidem sunt & illa: mũdus nanq; C sensibilis vno tãtùm loco determinatur: mundus autem intelligibilis est vbiq;. Quotcunq; igitur anima talis hìc habet, eadem rursus & ibi. Quamobrem si ea quæ in loco sensibili esse dicuntur, intelligantur esse quæ in genere visibilium numerantur, non solùm quæ sunt in mundo sensibili sunt & ibi, sed plura illic existunt. Si autem sic in mundo esse dicantur, vt simul & anima, & quæ insunt animæ comprehendantur, nimirũ hìc sunt omnia quæ sunt & ibi.

A ΛΟΙΠΟΝ δὲ εἰπεῖν, εἰ μόνα τὰ ἐν αἰσθητῷ ἐκεῖ. ἢ καὶ ὥσπερ ἀνθρώπου ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος ἕτερος, οὕτω καὶ ψυχῆς αὐτοψυχὴ ἑτέρα ἐκεῖ. καὶ νοῦ, αὐτονοῦς. λεκτέον δὲ πρῶτον μὲν, ὅτι οὐ πάντα δεῖ ὅσα ἐνταῦθα, εἴδωλα νομίζειν ἀρχετύπων. οὐδὲ ψυχὴν, εἴδωλον εἶναι αὐτοψυχῆς. τιμιότητι δὲ, ἄλλην ἄλλης διαφέρειν, καὶ εἶναι καὶ ἐνταῦθα. ἴσως δὲ οὐχ' B ὡς ἐνταῦθα αὐτοψυχήν. εἶναι δὲ ψυχῆς ὄντως οὔσης ἑκάστης, καὶ δικαιοσύνην καὶ σωφροσύνην. καὶ ἐν ταῖς παρ' ἡμῖν ψυχαῖς, ἐπιστήμην ἀληθινὴν, οὐκ εἴδωλα. οὐδὲ εἰκόνας ἐκείνων, ὡς ἐν αἰσθητῷ. ἀλλὰ ταῦτα ἐκεῖνα, ἄλλον τρόπον ὄντα ἐνταῦθα. οὐ γὰρ ἐν τινι τόπῳ ἀφωρισμένα ἐκεῖνα. ὥστε, ὅπου ψυχὴ σώματος ἐξανέδυ, ἐκεῖ κἀκεῖνα. ὁ μὲν γὰρ C αἰσθητὸς κόσμος, μοναχοῦ· ὁ δὲ νοητὸς, πανταχοῦ. ὅσα μὲν οὖν ψυχὴ ἡ τοιαύτη ἐνταῦθα, ταῦτα ἐκεῖ. ὥστε εἰ τὰ ἐν τῷ αἰσθητῷ τὰ ἐν τοῖς ὁρωμένοις λαμβάνοιτο, οὐ μόνον τὰ ὄντα ἐν τῷ αἰσθητῷ ἐκεῖ, ἀλλὰ καὶ πλείω. εἰ δὲ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ λέγοιτο, συμπεριλαμβανομένων καὶ ψυχῆς, καὶ τῶν ἐν ψυχῇ, πάντα ἐνταῦθα, ὅσα κἀκεῖ.

Multa putrefactione casu quodam præter ideas accidunt & deformia: quoniam vegetalis animæ pars quæ est vltimum diuinorum non potest omnino materiam superare. *Cap. XIIII.*

Nec etiam ideas habent quæ absq; ordine certo ad finem directo nonnunquam in vnum confluunt. In ipsa hominis idea continentur artes ingeniosæ atq; necessariæ. Ipsa anima est idea animæ: huic proxima est anima penitus intellectu formata. Longius verò distat anima eadem vniuersalem quandoq; mundi prouidẽtiam in se fingens, longissimè tandem eadem anima particulari prouidentiæ iam addicta.

A NVNQVID igitur hanc naturam in genere intelligibili omnia continentem, esse principium ipsum existimare debemus? Sed quonam pacto? quippe cum ipsum reuera principium omnino vnum sit, atque simplex, in ipsa verò entium plenitudine sit necessariò multitudo. Sed iterum quonam modo natura plenitudoque talis præter ipsum vnum est ab vno? & quomodo hæc inde profluit multitudo? quáue conditione hæc omnia? Item cur intellectus hæc, & vnde? De his sanè alibi, alio quodam exordio est dicendum.

A ΤΗΝ οὖν τὰ πάντα περιλαβοῦσαν ἐν τῷ νοητῷ φύσιν, ταύτην ἀρχὴν θετέον. καὶ πῶς τῆς μὲν ἀρχῆς τῆς ὄντως ἑνὸς, καὶ ἁπλοῦ πάντη οὔσης, πλήθους δὲ ἐν τοῖς οὖσιν ὄντος. πῶς παρὰ τὸ ἓν, καὶ πῶς πλῆθος. καὶ πῶς τὰ πάντα ταῦτα. καὶ διὰ τί νοῦς ταῦτα καὶ πόθεν, λεκτέον ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς ἀρχομένοις.

περὶ δὲ τῶν ἐκ σήψεως καὶ τῶν χαλεπῶν, εἰ κἀκεῖ εἶδος καὶ εἰ ῥύπου καὶ πηλοῦ λεκτέον. ὡς ὅσα κομίζεται νοῦς ἀπὸ τοῦ πρώτου, πάντα ἄριστα. ἐν οἷς εἴδεσιν οὐ ταῦτα. οὐδ' ἐκ τούτων νοῦς. ἀλλὰ ψυχὴ παρὰ νοῦ, λαβοῦσα παρὰ ὕλης. ἀλλὰ ἐν οἷς ταῦτα. περὶ δὲ τούτων σαφέστερον λεχθήσεται, ἐπανελθοῦσιν ἐπὶ τὴν ἀπορίαν. πῶς ἐξ ἑνὸς πλῆθος. ὅτι δὲ τὰ σύνθετα εἰκῇ ὄντα, οὐ νῷ. ἀλλ' ἐφ' ἑαυτῶν αἰσθητὰ συνελθόντα, οὐκ ἐν εἴδεσι. τά τε ἐκ σήψεως ψυχῆς, ἄλλό τι ἴσως ἀδυνατούσης. εἰ δὲ μὴ, ἐποίησεν ἄν τι τῶν φύσει. ποιεῖ γοῦν ὅπου δύναται. περὶ δὲ τῶν τεχνῶν ὅτι ἐν τῷ ἀνθρώπῳ περιέχονται, ὅσαι τέχναι ἀναφέρονται πρὸς τὰ κατὰ φύσιν ἀνθρώπῳ. πρότερον δὲ ἄλλην καθόλου. καὶ τῆς καθόλου αὐτοψυχὴν, ἤτοι τὴν ζωὴν τὴν ἐν νῷ πρὶν γενέσθαι ψυχὴν, ἵνα καὶ γένηται, αὐτοψυχὴν ἐκείνην λέγειν.

A Vbi verò quæritur nunquid ibi sit species eorum etiam quæ ex putrefactione fiunt, difficiliumq; & admodũ molestorum: item sordium atq; cœni, dicendum est: quotcunq; mens ducit à primo omnia esse optima, in quibus vtiq; speciebus hæc non insunt: neq; ex his mentem accipere, sed animam à mente quidem accipere multa, admittere insuper à materia plurima, in quibus hæc accidunt. Verùm de his apertius explanabitur, si ad dubitationem illam regre-
B diamur, qua quæritur, quomono ex vno profluat multitudo. Iam verò constat illa composita quæ temerè frustraq; fiunt, nec mente, sed suo quodam impetu in hoc sensibilium genere confluunt, speciebus ipsis minimè contineri. Præterea quæ putrefactione fiunt, ex quadam animæ forte contingere tunc forsan aliud non potentis: alioquin fecisset proculdubio aliquid naturæ potius consentaneum. Facit igitur vbi & quomodo potest. Patet quinetiam eas artes
C in superna ipsa natura hominis cõtineri, quæcunq; referuntur ad illa, quę sunt generi hominum naturalia: priorem verò cæteris vniuersaliorem esse, & vniuersali priorem ipsam animam, aut vitam in mente priusquam euaderet anima, vt & fiat inde hæc anima, & contingat illam præcipuè ipsam animam appellare.

LIBRORVM SEXTAE ENNEADIS PLOTINI PHILOSOPHI SERIES, MARSILIO FICINO INTERPRETE.

Primus liber de Generibus entis.
Secundus quoque de Generibus entis.
Tertius etiam de Generibus entis.
Quartus, Quòd ens vnum idemque existens, simul sit vbiq; totum.
Quintus iterum, Quòd ens vnum idemq; existẽs simul vbiq; sit totum.
Sextus, de Numeris.
Septimus, Quomodo multitudo idearum extat: atq; de Ipso bono.
Octauus, de Libertate, & voluntate ipsius vnius.
Nonus, de Ipso bono vel vno.

ΠΛΩΤΙΝΟΥ

ΕΝΝΕΑΔΟΣ ϛ.

ΛΟΓΟΣ Α.

PLOTINI

ENNEAD. SEXTAE,

LIBER I.

ΠΕΡῚ τῶν γενῶν τοῦ ὄντος.

De generibus entis.

Multas de rerum generibus quæstiones tangit: nihil verò in hoc capite definire videtur. *Cap. I.*

A VETVS admodum quæstio est, quot nam & quæ sint quę esse dicuntur. Alij quidem ens vnum tantùm, alij verò plura, sed definita: alij deniq; infinita dixerũt, horumq; singuli, alij aliud in medium attulerunt, siue B vnum, siue finita siue infinita posuerint. Cum verò opiniones eiusmodi à posterioribus satis iam examinatæ fuerint, nobis sunt in præsentia dimittendæ: eorumque duntaxat opinio consideranda est, qui discussis antiquioribus determinata quædam rerum genera posuerũt: qui sanè neque susceperunt vnum, quoniam multa etiam in rebus intelligendis esse viderunt, neque rursus infinita admittere voluere, quoniam neque id fieri posset, neque vlla C prorsus scientia foret. Finita verò in ipsorum numerum redigentes, cum non rectè possent hæc elementa dicere, quoniam subiecta sibi multa comprehenderent, nimirum hæc genera quædam potius appellarunt: alij quidem decem, alij verò pauciora. Forsan etiam non deessent qui plura insuper nobis adducerent. Est autem in generibus etiam differentia: nam alij genera esse principia voluerunt: alij res ipsas totidem esse genere. Principiò igitur eorum sententia, qui res omnes partiti sunt in decem, nobis accipienda videtur, inuestiga- D turis nunquid decem genera esse velint, commune nomen entis habentia, siue prędicamenta decem. Nam & ipsi fatentur ens ipsum non esse in cunctis vniuocum, & rectè fatentur: imò verò, illud prius interrogandum, num illa decem tam rebus intelligendis quàm sentiendis similiter insint, an potius in sentiendis omnia? In his verò quæ ad intelligentiam pertinent, alia quidem sint, alia verò nequaquam? Vicissim autem hæc se habere nemo vtiq; dixerit. Vbi certè videtur inuestigandum quæ potissimum è numero decem intelligibili naturæ conueniant.

A ΠΕΡῚ τῶν ὄντων πόσα καὶ τίνα, ἐζήτησαν μὲν, καὶ οἱ πάνυ παλαιοί, ἓν. οἱ δὲ ὡρισμένα. οἱ δὲ ἄπειρα εἰπόντες. καὶ τούτων ἕκαστοι, οἱ μὲν ἄλλο, οἱ δὲ ἄλλο εἰπόντες B τὸ ἕν. οἱ δὲ τὰ πεπερασμένα, καὶ αὐτὰ ἄπειρα εἰπόντες, καὶ τοῖς μετ' αὐτοὺς ἐξετασθεῖσαι αὗται αἱ δόξαι ἱκανῶς, ἀφετέαι ἡμῖν. ὅσα δὲ ἐξετάσαντες τὰ ἐκείνων ἔθεντο ἐν γένεσιν ὡρισμένοις καὶ αὐτοὶ, περὶ τούτων ἐπισκεπτέον. οἳ οὔτε ἓν θέμενοι, ὅτι πολλὰ καὶ ἐν τοῖς νοητοῖς ἑώρων. οὔτε ἄπειρα, ὅτι μήτ' ἐπιστήμη ἂν γένοιτο. τά, τε πεπερασμένα εἰς ἀριθμὸν αὐτῶν, ὅτι τὰ ὑποκείμενα οὐκ ὀρθῶς, οἷον στοι- C χεῖα. γένη δέ τινα οὗτοι εἰρήκασιν, οἱ μὲν δέκα, οἱ δὲ ἐλάττω. εἶεν δ' ἂν τινες οἱ πλείω τούτων. ἔστι δὲ καὶ ἐν τοῖς γένεσι διαφορά. οἱ μὲν γὰρ τὰ γένη ἀρχάς· οἱ δὲ αὐτὰ τὰ ὄντα τῷ γένει τοσαῦτα. πρῶτον τοίνυν, τὴν διαιρουμένην εἰς δέκα τὰ ὄντα ληπτέον, ἀνασκοποῦντας πότερα δέκα γένη δεῖ νομίζειν αὐτοὺς λέγειν, κοινοῦ ὀνόματος τυχόντα τοῦ ὄντος, ἢ κατηγορίας δέκα. ὅτι γὰρ οὐ συνώνυμον τὸ ὂν ἐν D ἅπασι λέγουσι, καὶ ὀρθῶς λέγουσι. μᾶλλον δὲ ἐκεῖνο πρῶτον ἐρωτητέον, πότερα ὁμοίως ἔν τε τοῖς νοητοῖς, ἔν τε τοῖς αἰσθητοῖς τὰ δέκα, ἢ ἐν μὲν τοῖς αἰσθητοῖς ἅπαντα, ἐν δὲ τοῖς νοητοῖς, τὰ μὲν εἶναι, τὰ δὲ μὴ εἶναι. οὐ γὰρ δὴ ἀνάπαλιν. οὗ δὴ ἐξεταστέον τίνα κἀκεῖ τῶν δέκα.

Et nun

A ἢ εἰ τὰ ἐκεῖ ὄντα, ὑφ' ἓν γένος ὑπακτέον τοῖς ἐνταῦθα. ἢ ὁμωνύμως ἥτε ἐκεῖ οὐσία, ἥτε ἐν ταῦθα. ἀλλ' εἰ τοῦτο, πλείω τὰ γένη. εἰ δὲ συνωνύμως, ἄτοπον τὸ αὐτὸ σημαίνειν τὴν οὐσίαν, ἐπί τε τῶν πρώτως ὄντων καὶ τῶν ὑστέρων. οὐκ ὄντος γένους κοινοῦ, ἐν οἷς τὸ πρότερον καὶ ὕστερον. ἀλλὰ περὶ τῶν νοητῶν, κατὰ τὴν διαίρεσιν οὐ λέγουσιν. οὐ πάντα ἄρα τὰ ὄντα διαιρεῖσθαι ἐβουλήθησαν, ἀλλὰ τὰ μάλιστα ὄντα παραλελοίπασι. B

Et nunquid quæ illic ſunt ſub eodē genere, ſub quo hæc noſtra ſint colligenda, an potius quæ illic eſt, & quæ hic, equiuocè dicatur eſſentia? Verùm ſi æquiuocè plura ſunt genera: ſi autem vniuocè, ſtatim abſurdum eſt eſſentiam idem ſignificare, tum in his quæ primò ſunt, tum in his quæ poſterius: quippe cum nō vnum in eis commune ſit genus, in quibus aliud quidem prius eſt, aliud verò poſterius: ſed de rebus ad intelligentiam pertinentibus ſecundum diuiſionem non loquuntur. Non igitur omnia omnino quæ ſunt diuidere voluerunt, ſed quæ maximè ſunt potius dimiſere.

Non facilè concedendum eſt res incorporeas ſimul atq; corporeas, item formam atq; materiam, & compoſitum, & ſingulare atq; vniuerſale in vno ſubſtantiæ genere conuenire. *Cap. II.*

A ΠΑ'ΛΙΝ οὖν ἄρα γένη νομιστέον εἶναι; καὶ πῶς ἓν γένος ἡ οὐσία. ἀπὸ γὰρ ταύτης πάντως ἀρκτέον. ὅτι μὲν οὖν, ἐπί τε τῆς νοητῆς, ἐπί τε τῆς αἰσθητῆς κοινὸν εἶναι, ἀδύνατον τὸ τῆς οὐσίας, εἴρηται. καὶ προσέτι ἄλλό τι ἔσται πρό τε τῆς νοητῆς, καὶ πρὸ τῆς αἰσθητῆς, ἄλλό τι ὂν κατηγορούμενον κατ' ἀμφοῖν, ὃ οὔτε σῶμα, οὔτε ἀσώματον ἂν εἴη. ἔσται γὰρ ἢ τὸ σῶμα ἀσώματον, ἢ τὸ ἀσώματον σῶμα. οὐ μὴν, ἀλλ' ἐπ' αὐτῶν τῶν τῇδε οὐσιῶν, ζητητέον τὸ κοινὸν ἐπὶ τῆς ὕλης καὶ τοῦ εἴδους, καὶ τοῦ ἐξ ἀμφοῖν. πάντα γὰρ ταῦτα, οὐσίας λέγουσιν εἶναι. καὶ οὐ τὸ ἴσον εἰς οὐσίαν ἔχειν, ὅταν μᾶλλον λέγηται τὸ εἶδος, οὐσία ἢ ἡ ὕλη. καὶ ὀρθῶς, οἱ οὐδ' ἂν εἴποιεν τὴν ὕλην μᾶλλον. αἱ δὲ πρῶται λεγόμεναι οὐσίαι, πρὸς τὰς δευτέρας τί ἂν ἔχοιεν κοινόν. ὁπότε παρὰ τῶν προτέρων ἔχουσιν αἱ δεύτεραι οὐσίαι λέγεσθαι. ὅλως δὲ τί ἐστιν ἡ οὐσία, εἰπεῖν οὐκ ἔστιν. οὐδὲ γὰρ εἰ τὸ ἴδιον τις ἀποδοίη, ἤδη ἔχει τὸ τί ἐστι: καὶ ἴσως οὐδὲ τὸ ἓν καὶ ταὐτὸν ἀριθμῷ δεκτικὸν τῶν ἐναντίων, ἐπὶ πάντων ἁρμόσει.

A vnde qualitas oriatur: quantũ inquam ad permutationem qualitatis & discrepantiam pertinet. Quærere præterea licet, etiam si quæ ex passione fiunt, partim quidem sic, partim verò aliter aliorumq; fiant, quomodo possint in eadem specie collocari. Ac si dicatur alias quidẽ ex passione fieri, alias verò facere passionem, æquiuocè simul qualitates appellabũtur. Præterea quidnam sibi vult, quod dicitur circa vnumquodq; forma. Si enim qua ratione species est vnumquodq; ita dicitur, id ad qualitatem minimè pertinet: sin autem qua vnumquodq; post ipsam subiecti speciem, pulchrum vel turpe dicitur, quale dictum intelligatur, rationem aliquã habere potest. Tum verò asperum & lene, rarum atq; densum, nõ rectè qualia nuncupantur. Non enim ob quasdam inter se distantias, vel propinquitatem quandam, rarum, densum, lenitas, asperitas iudicatur: nec vbiq; hæc ex inæqualitate positionis vel æqualitate proueniunt. Quòd si ex his quoq; proueniant, nihil prohibebit, quo minus qualia iudicentur. Si deniq; leuis ipsius & grauis conditio cognoscatur, patebit iam nobis, vbi hęc sint potissimum collocanda. Licet præterea circa leue naturã æquiuocam inuenire: nisi fortè liberatione quadã & ipsa pluris paucioris ue pensatione leue aliquid perpẽdatur: in quo quidẽ ordine macilentũ quoq; & tenue reperitur, quod sanè in alia quadã specie præter quatuor numeratur.

Non licet qualitates Peripatetico ritu partiri: neq; fas est qualitates corporis, animæ, mentis sub eodem genere collocare.

Cap. XII.

ἈΛΛ' εἰ μὴ οὕτω τις ἀξιώσειε τὸ ποιὸν διαιρεῖν, τίνι ἂν διέλοι; ἐπισκεπτέον οὖν, εἰ δεῖ τὰς μὲν σώματος λέγοντα, τὰς δὲ ψυχῆς. τοῦ δὲ σώματος μερίζειν κατὰ τὰς αἰσθήσεις. τὰς μὲν ὄψει λέγοντα, τὰς δ' ἀκοῇ, ἢ γεύσει, ἄλλας ὀσφρήσει ἢ ἁφῇ. τὰς δὲ τῆς ψυχῆς, πῶς; ἐπιθυμητικοῦ. θυμοειδοῦς. λογιστικοῦ. ἢ ταῖς διαφοραῖς τῶν ἐνεργειῶν, αἳ γίνονται κατ' αὐτὰς, ὅτι γεννητικαὶ αὗται τούτων. ἢ τῷ ὠφελίμῳ καὶ βλαβερῷ. καὶ πάλιν διαιρετέον τὰς ὠφελείας καὶ τὰς βλάβας. τὰ αὐτὰ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν σωματικῶν, τῷ ποιεῖν διάφορα. ἢ τῷ ὠφελίμῳ καὶ βλαβερῷ. οἰκεῖαι γὰρ διαφοραὶ ποιότητος. ἢ γὰρ δοκεῖ ἡ ὠφέλεια, καὶ τὸ βλάβος ἀπὸ τῆς ποιότητος καὶ ποιοῦ, ἢ ζητητέον τρόπον ἄλλον. ἐπισκεπτέον δὲ πῶς καὶ ὁ ποιὸς ὁ κατὰ τὴν ποιότητα, ἐν τῇ αὐτῇ ἔσται. οὐ γὰρ δὴ ἓν γένος ἀμφοῖν. καὶ εἰ ὁ πυκτικὸς ἐν ποιότητι, πῶς οὐ καὶ ὁ ποιητικός. καὶ εἰ τοῦτο, καὶ τὸ ποιητικόν. ὥστε οὐδὲν δεῖ εἰς τὸ πρός τι τὸ ποιητικὸν, οὐδ' αὖ τὸ παθητικὸν, εἰ ὁ παθητικὸς ποιός. καὶ ἴσως βέλτιον ἐνταῦθα ὁ ποιητικὸς, εἰ κατὰ δύναμιν λέγεται. ἡ δὲ δύναμις ποιότης. εἰ δὲ κατ' οὐσίαν ἡ δύναμις, ἤ τις δύναμις, οὐδ' οὕτω πρός τι, οὐδὲ

A VERVM si quis non ita qualitatem existimet diuidendam, qua nam ratione diuidere poterit? Considerandum igitur, num deceat alias quidem corporis, alias autem animæ qualitates afferere: deinde corporis qualitates pro sensuum distributione diuidere, vt aliæ ad visum pertineant, ad auditum aliæ, vel ad gustum: aliæ ad olfactum, aut tactum. Qualitates autẽ animæ quomodo partiemur? nunquid per concupiscendi, irascendi, consultandi virtutes? B Aut per differentias actionum, quæ secundum eas aguntur, quoniam hæ harum sint effectrices? An secundum vtile noxiumq; diuidemus? rursusq; vtilitates & damna? Similiter qualitates corporeas diuidemus per id ipsum quod differentia faciant, vel secundum vtilitatem aut damnum? propriæ namque sunt eiusmodi differentiæ qualitatis. Aut enim vtilitas & damnum à qualitate & quali videntur accidere, vel modum adhuc C alium & aliter indagare debemus. Inuestigandum verò quo pacto fieri possit, vt qui secundum qualitatem qualis est, in ea ipsa propriè sit qualitate. nõ enim genus vnum est vtriusq;. Item si pugil in qualitatis est ordine, quomodo non etiam in eodem sit & effector? Atque si ita sit, quomodo non rursus & ipsum efficiens? Quapropter nequaquam oportet ipsum efficiens ad ordinem relationis traducere, neque rursus ipsum patiens, si hic aut ille patiens in qualitatis ordine continetur. Ac forsan præstat effectorem hîc collocare, si secundum potentiam existimatur effector. Est autem potentia qualitas: sin autem secundum essentiam ipsa potentia est, quæcunque potentia sit, neque sic quidem refertur ad aliquid, neque

etiam ad ordinem redigitur qualitatis. Non A enim efficiens ipſum ita ſe habet ſicut maius. Ipſum namq; maius, ſubſiſtentiam, quatenus maius eſt, habet ad id quod minus eſſe perpenditur: efficiens autem ex eo quod iam tale eſt iudicatur efficiens: ſed forſan quatenus quidem tale eſt in qualitatis ordine collocatur: quatenus verò poteſt in aliud, ideoq; dicitur effectiuum, inter relatiua meritò numeratur. Cur igitur non etiam pugil inter relatiua cenſetur? ſimiliterque peritia pugilis? Facultas B namq; pugilis omnino refertur ad aliud. Neq; enim vlla eius conſideratio eſt, quæ non ad aliud referatur. Iam verò & de cæteris artibus, aut certè plurimis cogitandum eſt, atq; fortè dicendum: quatenus quidem diſponunt & afficiunt animam, qualitates exiſtere: quatenus autem nonnihil efficiunt, effectrices exiſtimari, atq; ex hoc ipſo referri ad aliud, & in relatiuorum ordine collocari: quandoquidem alio quoq; modo ad aliud referuntur, prout habi- C tus appellantur. Sed nunquid alia quædam ſubſiſtentia eſt ſecundum ipſum quod dicitur effectiuum, cum effectiuum nō ob aliud quàm quia quale eſt, ſit effectiuum? Fortè enim aliquis in rebus animatis, præſertim cōſilio quodam vtentibus, ex eo quòd declinēt ad faciendum ſubſiſtentiam eſſe, concedet etiam ſecundum effectiuæ virtutis conditionem: in viribus autem inanimatis, quas diximus qualitates, quidná eſt ipſum effectiuum? Fortè quan- D do tali cuidam occurrit aliud, accipit ab eo, euaditq; ſui muneris particeps. At ſi idem agit in aliud, atque patitur, quomodo amplius effectiuum propriè ipſum ſubſiſtit? Quandoquidem & maius ipſum quod fortè ſecundum ſe eſt tricubitum, maius & minus in concurſu ad aliud euadere conſueuit. Sed dicet aliquis, maius ac minus participatione quadam magnitudinis paruitatisq; fieri. Fortè etiam hoc quod patitur ſimul & agit, participationem E quandam habet effectiui ſimul atque paſſiui. Quærendum hîc quoq; videtur, nunquid qualitates, quæ in hoc mundo ſunt vnà cum illis quæ ſunt in mundo diuino ſub eodem genere numerentur. id autem erga eos dicatur, qui & ibi talia quædam ponunt. An fortè ſimiliter quærendum eſt etiam ſiquis ſpecies non admiſerit? nempe ſi interim intellectum admiſerit, habitumq; in eo aliquem eſſe conceſſerit, interrogabitur, nunquid commune aliquid huic habitui ſit ſimul & illi? conceditur ſaltem ſapientiam illic exiſtere. Atqui ſi illa æquiuocè ſe habet ad noſtram, meritò inter eiuſmodi qualitates non numeratur: ſi autem ſe habet vniuocè, ipſa certè notio qualitatis noſtris erit illiſque communis: niſi quiſpiam omnia quæ illic ſunt, eſſe affirmet eſſentias: ideoque intelligentiam ipſam ſimiliter eſſe concedat eſſentiam. Verùm eiuſmodi quæſtio de cæteris quoque prædicamentis agi poteſt: nunquid quod hîc, & quod ibi eſt, diuerſa ſint genere, an potius ambo ſub eodem genere collocentur.

A ποιόν ἐστι. οὐ δὲ γὰρ ὡς τὸ μεῖζον, τὸ ποιητικόν. τὸ γὰρ μεῖζον τὴν ὑπόστασιν, καθὸ μεῖζον πρὸς τὸ ἔλαττον. τὸ δὲ ποιητικὸν, τῷ τοιόνδε εἶναι ἤδη. ἀλλ' ἴσως κατὰ μὲν τὸ τοιόνδε, ποιόν. ᾗ δὲ δύναται εἰς ἄλλο ποιητικὸν λεγόμενον, πρός τι. διατί οὖν οὐ καὶ ὁ πυκτικὸς πρός τι, καὶ ἡ πυκτικὴ αὐτή. πρὸς ἄλλην γὰρ ὅλως ἡ πυκτική. καὶ γὰρ οὐδὲν B αὐτῆς θεώρημα, ὃ μὴ πρὸς ἄλλο. καὶ περὶ τῶν ἄλλων δὲ τεχνῶν, ἢ τῶν πλείστων, ἐπισκεπτέον. καὶ λεκτέον ἴσως, ᾗ μὲν διατιθεῖσι τὴν ψυχὴν ποιότητες. ᾗ δὲ ποιοῦσι, ποιητικαί. καὶ κατὰ τοῦτο πρὸς ἄλλον. καὶ πρός τι. ἐπεὶ καὶ ἄλλον τρόπον πρός τι, καθ' ὃ ἕξεις λέγονται. ἆρ' οὖν ἄλλη τις ὑπόστασις κατὰ τὸ ποιητικὸν, τοῦ * ποιητικὸν οὐκ ἄλλου τινὸς ὄντος, ἢ καθόσον ποιόν. τάχα μὲν γὰρ C ἄν τις, ἐπὶ τῶν ἐμψύχων, καὶ ἔτι μᾶλλον, ἐπὶ τῶν προαίρεσιν ἐχόντων, τῷ νενευκέναι πρὸς τὸ ποιὸν, ὑπόστασιν εἶναι καὶ κατὰ τὸ ποιητικόν. ἐπὶ δὲ τῶν ἀψύχων δυνάμεων ἃς ποιότητας εἴπομεν, τί τὸ ποιητικόν. ἢ ὅταν συντύχῃ αὐτῷ ἄλλο, ἀπήλαυσε καὶ μετέβαλε παρ' ἐκείνου οὗ ἔχει. εἰ δὲ τὸ αὐτὸ καὶ ποιεῖ εἰς ἄλλο καὶ πάσχει, πῶς ἔτι τὸ D ποιητικόν. ἐπεὶ καὶ τὸ μεῖζον τρίπηχυ ὂν καθ' αὐτὸ, καὶ μεῖζον καὶ ἔλαττον ἐν τῇ συντυχίᾳ τῇ πρὸς ἄλλο. ἀλλ' ἐρεῖ τις, τὸ μεῖζον καὶ ἔλαττον μεταλήψει μεγέθους καὶ σμικρότητος. ἢ καὶ τοῦτο μεταλήψει ποιητικοῦ, καὶ παθητικοῦ. ζητητέον δὲ καὶ ἐνταῦθα, καὶ εἰ αἱ τῇδε ποιότητες καὶ αἱ ἐκεῖ ὑφ' ἕν. τοῦτο δὲ, πρὸς τοὺς τιθεμένους κἀκεῖ. ἢ καὶ μὴ εἴδη τις διδῷ, ἀλλὰ νοῦν λέγων, εἰς ἕξιν λέγοι. ἢ κοινόν τι E ἐπ' ἐκείνης καὶ ταύτης τῆς ἕξεως. καὶ σοφία δὲ συγχωρεῖται. ἢ εἰ ὁμώνυμος πρὸς τὴν ἐνταῦθα, οὐκ ἠρίθμηται δηλονότι ἐν τούτοις. εἰ δὲ συνωνύμως, ἔσται τὸ ποιὸν κοινὸν ἐνταῦθα, κἀκεῖ. εἰ μή τις τὰ ἐκεῖ λέγοι πάντα οὐσίας. καὶ τὸ νοεῖν τοίνυν. ἀλλὰ τοῦτο κοινὸν, καὶ περὶ ἄλλας κατηγορίας. ἢ εἰ τὸ διττὸν ὧδε, κἀκεῖ. ἢ ὑφ' ἓν ἄμφω.

* ποιητικοῦ.

Quod apud Peripateticos nominatur prædicamentum quando, id eſt, hæri, cras, & ſimilia, tempus propriè temporiſue partem formali ratione comprehendi. Cap. XIII.

Si ergo nihil aliud ſignificat, non debent in alio prædicamento ipſum quando, in alio tempus ponere: ſin autem præter tempus ſignificat aliud, non vnum hoc iam prædicamentum erit, ſed ex pluribus congregatum.

DE

ΠΕΡΙ' τοῦ ποτὲ, ὧδε ἐπισκεπτέον. εἰ τὸ χθὲς, καὶ αὔριον, καὶ πέρυσι, καὶ τὰ τοιαῦτα μέρη χρόνου, διὰ τί οὐ καὶ ἐν τῷ αὐτῷ ἔσται, καὶ ταῦτα ἐν ᾧ περ καὶ ὁ χρόνος. ἐπεὶ καὶ τὸ ἦν, καὶ τὸ ἐστι, καὶ τὸ ἔσται. εἰ δὲ ὄντα χρόνου, δίκαιον δήπου ἐν ᾧ ὁ χρόνος τετάχθαι. λέγεται δὲ τοῦ ποσοῦ ὁ χρόνος. ὥστε τί δεῖ κατηγορίας ἄλλης. εἰ δὲ λέγοιεν ὡς οὐ μόνον χρόνος τὸ ἦν καὶ ἔσται, καὶ τὸ χθὲς καὶ τὸ πέρυσι τὰ ὑπὸ τὸ ἦν, ὑποβεβλῆσθαι γὰρ δὴ ταῦτα τῷ ἦν, ἀλλ' οὐ νῦν μόνον χρόνος. ἀλλὰ ποτὲ χρόνος. πρῶτον μὲν ἔσται, εἰ τὸ ποτὲ χρόνος, χρόνος. ἔπειτα, εἰ χρόνος παρεληλυθὼς τὸ χθὲς, σύνθετόν τι ἔσται. εἰ ἕτερον τὸ παρεληλυθὸς, καὶ ἕτερον ὁ χρόνος. δύο οὖν κατηγορίαι, καὶ οὐχ ἁπλοῦν. εἰ δὲ τὸ ἐν χρόνῳ φήσουσι τὸ ποτὲ εἶναι ἀλλ' οὐ χρόνον, τοῦτο τὸ ἐν χρόνῳ, εἰ μὲν τὸ πρᾶγμα λέγουσιν, οἷον Σωκράτης ὅτι πέρυσιν ἦν. ὁ μὲν Σωκράτης ἔξωθεν ἂν εἴη, καὶ οὐχ ἕν τι λέγουσιν. ἀλλὰ Σωκράτης ἢ ἡ πρᾶξις ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ τί ἂν εἴη. ἢ ἐν μέρει τοῦ χρόνου. εἰ δ' ὅτι μέρος χρόνου λέγουσι, καὶ καθό τι μέρος ἀξιοῦσι μὴ χρόνον ἁπλῶς τι λέγειν, ἀλλὰ μέρος χρόνου παρεληλυθὸς, πλείω ποιοῦσι. καὶ τὸ μέρος ἢ μέρος πρός τι ὂν, προσλαμβάνουσι. καὶ τὸ παρεληλυθὸς, ἐγκείμενόν τι αὐτοῖς ἔσται. ἢ τὸ αὐτὸ τῷ ἦν, ὃ ἦν εἶδος χρόνου. ἀλλ' εἰ τῷ ἀόριστον μὲν εἶναι τὸ ἦν, τὸ δὲ χθὲς καὶ τὸ πέρυσιν ὡρίσθαι, πρῶτον μὲν τὸ ἦν, ποῦ τάξομεν. ἔπειτα τὸ χθὲς, ἔσται, ἦν ὡρισμένον. ὥστε ἔσται ὡρισμένος χρόνος τὸ χθές. τοῦτο δὲ ποσός τις χρόνος. ὥστε εἰ χρόνος ποσὸν, ποσὸν ὡρισμένον ἕκαστον τούτων ἔσται. εἰ δὲ ὅταν λέγωσι χθὲς, τοῦτο λέγομεν ὡς ἐν χρόνῳ παρεληλυθότι ὡρισμένῳ γέγονε τόδε, ἔτι πλείω καὶ μᾶλλον λέγουσιν. ἔπειτα εἰ δεῖ ἐπεισάγειν ἄλλας κατηγορίας, τῷ ἕτερον ἐν ἑτέρῳ ποιεῖν, ὡς ἐνταῦθα τὸ ἐν χρόνῳ, ἄλλας πολλὰς ἂν εὑρήσομεν, ἀπὸ τοῦ ποιεῖν ἄλλο ἐν ἄλλῳ. λεχθήσεται δὲ σαφέστερον ἐν τοῖς ἑξῆς, τοῖς περὶ τοῦ ποῦ.

A DE illo autem prædicamento, quod ipsum aliquando, siue quando nominant, deinceps ita cōsiderandum. Profectò si heri & cras & anno preterito, siue iamdiu, & talia quædam temporis partes sunt, quidnam prohibet quo minus hæc in eodem sint, in quo est & tempus? Siquidem ipsum erat, & est, & erit, cum species temporis sint, non iniuria in eodem in quo tempus ponitur, collocantur: tempus autem esse in quantitatis genere dicitur. Qua- B propter quidnam opus est nouo quodam prædicamento? Si autem dixerint, hæc non solùm tempus esse, scilicet erat, & erit: item heri, & iamdiu, quæ sub ipso erat, ponuntur: subiici enim talia oportet ipsi, quod dicitur erat: si inquam id ipsum dixerint non solùm esse tempus, sed aliquando tempus, ita protinus respondebitur. Primò quidem, si est aliquando tempus, certè est & tempus: deinde si heri tempus præteritum est, compositum quid- C dam erit: si modò aliud quiddam sit ipsum præteritum, aliud verò tempus. duo ergo prædicamenta hæc erunt, neque simplex aliquid. Sin autem ipsum aliquando dicant non esse tempus, sed in tempore, hoc ipsum quod dicitur in tempore, si rem ipsam significat, quasi dicat, Socrates iamdiu erat, fanè Socrates extrinsecus erit, neque vnum aliquid dicent. Verùm Socrates, vel actio in hoc ipso tempore quidnam erit potissimum? An forsan in parte temporis? Sin autem quoniam partem tem- D poris dicunt, & qua ratione pars est existimant non tempus quiddam, vel partem eius simpliciter, sed præteritam temporis partem dicere, plura conficiunt: nempe partem quatenus pars est, ad aliquid se habētem adsumunt. Atque ipsum præteritum apud illos adiectum aliquid erit, vel idem cum ipso, quod dicitur erat, quod est temporis species. Verùm si hoc interesse dicant, quod ipsum erat indefinitum sit, sed ipsum heri & anno superiori sit defi- E nitum, nos quidem primò ipsum erat constituemus alicubi: deinde heri, censebitur ipsum erat iam definitum: vnde sequitur, vt heri tempus sit definitum. hoc autem est temporis quantitas, vel quantum quiddam tempus. Quapropter si tempus est in quanti ipsius ordine cōstitutum, horum quodlibet erit quantum iam definitum: at si quotiens dicunt heri, id dictum intelligamus, quasi id in tempore præterito definito sit factum, multò adhuc magis multa simul adducent in medium. Denique si oportet alia inferre prædicamenta, ex eo quòd aliud sit, fiatue in alio, quemadmodum in præsentia de hoc ipso accidit, quod in tempore sit, vel fiat. Multa insuper alia prædicamenta eadem conditione inueniemus, quia videlicet aliud quoquo modo existat in alio. Sed de hoc apertius in sequentibus, vbi de hoc ipso quod ipsum vbi dicitur, disputabimus.

Superuacuum est propter id quod dicitur aliquid alicubi esse, nouum inferre prædicamentum: Nam hoc ipsum vbi, propriè locus est. Siquid autem huic adiectum consideratur, non nouum prædicamentum affert, sed relationem aliquam vel substantiam. Cap. XIIII.

ΤΟ' δὲ ποῦ, ἐν Λυκείῳ καὶ ἐν Ἀκαδημίᾳ. ἡ μὲν οὖν Ἀκαδημία καὶ τὸ Λύκειον, πάντως τόποι,

A SOLENT de prædicamento, quod nominant vbi, tractantes dicere: Vbi profectò

est, ac si dicatur, in Lycio est vel Academia. Academia igitur Lyciumque loca sunt omnino,

A partesq; loci, ſicut ſurſum, deorſum, hîc ſpecies ſunt loci, vel partes: intereſt autem, quòd alia alijs magis determinata ſunt. Si igitur ſurſum, deorſum, medium ſunt loca, velut Delphica regio media eſt, & prope medium Actica, & Lycium & reliquæ regiones, quidnam oportet vlterius præter locum quærere, præſertim cum dicamus hæc ſingulatim locum ſignificare? Si autem aliud in alio dicimus, quando dicimus vbi, non vnum dicimus neq; ſimplex. Præterea ſi quotiens hunc eſſe hîc affirmamus, non B ſimplicem eſſe dicimus, habitudinem aliquam procreamus, tum huius in hoc, tum eius quod ſuſcipitur ad id quod ſuſcipit, cur non hoc ipſum in relatiuorum genere ponimus? ſiquidem ex vtriuſq; habitudine ad vtrunq; aliquid generatur. Item nihilo differt, ſi Athenis habitans dicas hîc ſum, aut ſum Athenis. Sed hoc ipſum quod dicitur hîc cum ſignũ demonſtratiuum ſit, locum ſignificare concedent, ideoq; & illud quod dictum eſt Athenis, deſignare lo- C cum confitebuntur. Quapropter Athenis ad ipſum propriè locum pertinet. Rurſus ſi Athenis idem eſt atq; in vrbe Athenienſi eſſe, nimirum vltra locum, ipſum quoq; eſſe etiam prædicatur: non tamen ita decebat, quemadmodũ neque pro genere qualitatis fas eſt aſsignare, qualitas eſt, ſed qualitas ipſa duntaxat. Accedit ad hæc, quod ſi oportet quod in tempore vel loco dicitur, aliud afferre prædicamẽtum, præter tempus atq; locum, cur non etiam quod eſt in vaſe, aliud inducat prædicamentũ: Item quod in materia, aliud? Rurſus aliud, quod eſt in ſubiecto? Item quod vt pars in toto, vel ſicut totum in partibus, genus in ſpeciebus, ſpeciésue in genere ſimiliter aliud? atq; ita plura adhuc nobis prædicamenta numerabuntur.

A καὶ μέρη τόπου. ὥσπερ τὸ ἄνω καὶ τὸ κάτω, καὶ τὸ ὡδί, εἴδη ἢ μέρη. διαφέρει δέ, ὅτι ἀφωρισμένως μᾶλλον. εἰ οὖν τὸ ἄνω καὶ τὸ κάτω καὶ τὸ μέσον τόποι, οἷον δελφοὶ τὸ μέσον, καὶ τὸ παρὰ τὸ μέσον, οἷον ἀθηναῖοι. καὶ λύκειον δὴ καὶ τὰ ἄλλα, τί δεῖ ἔτι παρὰ τὸν τόπον ζητεῖν ἡμᾶς. καὶ ταῦτα λέγοντας, τόπον ἐφ' ἑκάστου τούτων σημαίνειν. εἰ δὲ ἄλλο ἐν ἄλλῳ λέγομεν, οὐχ' ἓν λέγομεν. οὐδὲ ἁπλοῦν λέγομεν. B ἔπειτα εἰ τοῦτον ἐνταῦθα λέγομεν, σχέσιν τινὰ γεννῶμεν τοῦδε ἐν τῷδε. καὶ τοῦ δεξαμένου, πρὸς ὃ ἐδέξατο. διατί οὖν οὐ πρός τι, εἰ ἐκ τῆς ἑκατέρου πρὸς ἑκάτερον σχέσεως ἀπεγεννήθη τι. εἶτα διαφέρει τὸ ὧδε, τοῦ ἀθήνησιν. ἀλλὰ τὸ ὧδε τὸ δεικτικόν, τόπον φήσουσι σημαίνειν. ὥστε καὶ τὸ ἀθήνησιν. ὥστε τοῦ τόπου τὸ ἀθήνησιν. εἶτα εἰ τὸ ἀθήνησι τοῦτό ἐστι τὸ ἐν ἀθήναις ἐστί, C πρὸς τῷ τόπῳ καὶ τὸ ἐστὶ προσκατηγορεῖται. δεῖ δὲ οὔ. ὥσπερ οὐδὲ τὸ ποιότης ἐστίν. ἀλλὰ τὸ ποιότης μόνον. πρὸς δὲ τούτοις εἰ δεῖ τὸ ἐν χρόνῳ ἄλλο παρὰ χρόνον καὶ τόπον, διατί οὐ καὶ τὸ ἐν ἀγγείῳ, ἄλλην κατηγορίαν ποιήσει. καὶ τὸ ἐν ὕλῃ ἄλλο, καὶ τὸ ἐν ὑποκειμένῳ ἄλλο. καὶ τὸ ἐν ὅλῳ μέρος. καὶ τὸ ὅλον ἐν μέρεσι. καὶ γένος ἐν εἴδεσι. καὶ εἶδος ἐν γένει. καὶ οὕτως ἡμῖν, πλείους αἱ κατηγορίαι ἔσονται.

Rectius fortaſſe pro prædicamento poneretur effectio, aut actus, aut motus, quàm facere. *Cap. XV.*

A IN eo autem prædicamento, quod facere nominant, hæc conſiderare licet. Traditur ſanè, poſt ſubſtantiam ponenda eſſe quæ ſunt circa ſubſtantiam, quemadmodum quantitas numerusq; ſe habent: ideoq; quantitas apud illos aliud genus aſſeritur. Item quia qualitas circa ſubſtantiam eſt, iccirco ipſum quale genus aliud ponitur: ſic itaque cum circa eandem ſit & effectio, aliud quoque genus eſſe hoc ipſum facere arbitrantur. Num igitur ipſum facere ponendum eſt, an factio potius, à qua fa- B cere proficiſcitur? Quemadmodum & qualitas ponenda eſt, à qua fit quale ſimiliter. An potius hîc factio, facere, faciens, vel facere atq; factio in vnum accumulanda ſunt? Iam verò ipſum facere magis deſignat efficientem, factio verò nequaquam. Atqui & facere planè ſignificat in quadam effectione verſari: id autem eſt in actu ſe habere. Ex quo efficitur, vt actus prædicamentum potius ſit. Qui ſanè actus conſiderari circa eſſentiam affirmatur, quemadmo- C dum ibi qualitas: qui rurſum actus verſatur circa eſſentiam tanquam motus. Et profectò motus vnum aliquod rerũ genus exiſtit. Cur enim qualitas quidem vnum aliquid eſt circa eſſentiam? & quantitas ſimiliter vnum quiddam? item relatio propter quandam alterius ad alterum habitudinem? Motus autem, qui ſimiliter circa eſſentiam eſt, non ſit ſimiliter vnum genus?

A ἘΝ δὲ τῷ ποιεῖν λεγομένῳ, τὰ δ' αὖ τις ἐπισκέψαιτο. λέγεται γάρ, ὡς ἐπεὶ μετὰ τὴν οὐσίαν τὰ περὶ τὴν οὐσίαν ἦν ποσότης καὶ ἀριθμός, τὸ ποσὸν γένος ἕτερον ἦν. καὶ ποιότητος οὔσης περὶ αὐτήν, ἄλλο γένος τὸ ποιόν. οὕτω καὶ ποιήσεως οὔσης, ἄλλο γένος τὸ ποιεῖν. ἆρ' οὖν τὸ ποιεῖν, ἢ ἡ ποίησις ἀφ' ἧς τὸ ποιεῖν. ὥσπερ καὶ ποιότης ἀφ' ἧς τὸ ποιόν, ἢ ἐνταῦθα, ποίη- B σις, ποιεῖν. * ποιῶν. ἢ ποιεῖν καὶ ποίησις, εἰς ἓν ληπτέα. * ποιῶν ἐμφαίνει δὲ μᾶλλον τὸ ποιεῖν, καὶ τὸν ποιοῦντα. ἡ δὲ ποίησις, οὔ. καὶ τὸ ποιεῖν, ἐν ποιήσει εἶναί τινι. τοῦτο δέ, ἐνεργείᾳ. ὥστε ἐνέργειαν μᾶλλον εἶναι τὴν κατηγορίαν. ἣ περὶ τὴν οὐσίαν λέγεται θεωρεῖσθαι. ὡς ἐκεῖ ποιότης, καὶ αὐτὴ περὶ τὴν οὐσίαν ὥσπερ κίνησις. καὶ ἓν γένος ἡ κίνησις τῶν ὄντων. διατί γὰρ ποιότης μὲν C ἕν τι περὶ τὴν οὐσίαν, καὶ ποσότης ἕν τι, καὶ πρός τι διὰ τὴν σχέσιν ἄλλου πρὸς ἄλλο, κινήσεως δὲ περὶ τὴν οὐσίαν οὔσης, οὐκ ἔσται τι καὶ κίνησις ἓν γένος.

Rectius

Rectius fortè pro prædicamento poneretur actus: atq; sub eo actus alter quidem perfectus, vt habitus atq; forma: alter autem imperfectus, vt motus ad habitum atq; formam. Cap. XVI.

Motus non ratione sui dicitur imperfectus actus: quo enim momento incipit iam actus est & motus, sed ratione alicuius alterius post motum perficiendi. Sicut actus ac sæpe mutatio fit momento, ita motus exordiens in momento simpliciter iam est motus: subit verò tempus quatenus subit & quantitatem.

Εἰ δέ τις λέγοι τὴν κίνησιν ἀτελῆ ἐνέργειαν εἶναι, οὐδὲν ἐκώλυε τὴν μὲν ἐνέργειαν προτάττειν, εἶδος δὲ τὴν κίνησιν ὡς ἀτελῆ οὖσαν ὑποβάλλειν. κατηγοροῦσι τοίγε αὐτῆς τὴν ἐνέργειαν, προστιθέντες δὲ τὸ ἀτελές. τὸ γὰρ ἀτελὲς λέγεται περὶ αὐτῆς, οὐχ ὅτι οὐδὲ ἐνέργεια, ἀλλὰ ἐνέργεια μὲν πάντως, ἔχει δὲ καὶ τὸ πάλιν. καὶ τὸ πάλιν, οὐχ ἵνα ἀφίκηται εἰς ἐνέργειαν. ἔστι γὰρ ἤδη. ἀλλ' ἵνα ἐργάσηταί τι, ὃ ἕτερόν ἐστι μετ' αὐτήν. καὶ οὐκ αὐτὴ τελειοῦται τότε, ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα οὗ ἐστοχάζετο. οἷον βάδισις, ἐξ ἀρχῆς βάδισις ἦν. εἰ δὲ δεῖ στάδιον διανύσαι, οὔπω δὲ ἦν διανύσας τὸ ἐλλεῖπον, οὐ τῆς βαδίσεως, οὐδὲ τῆς κινήσεως ἦν, ἀλλὰ τῆς ποσῆς βαδίσεως. βάδισις δὲ ἦν καὶ ὁποσηοῦν. καὶ κίνησις ἤδη. ὁ γοῦν κινούμενος, καὶ ἤδη κεκίνηται. καὶ ὁ τέμνων, ἤδη ἔτεμε. καὶ ὡς ἡ λεγομένη ἐνέργεια οὐ δεῖται χρόνου, οὕτως οὐδ' ἡ κίνησις. ἀλλ' ἡ εἰς τοσοῦτον κίνησις. καὶ εἰ ἐν ἀχρόνῳ ἡ ἐνέργεια, καὶ ἡ κίνησις ἡ ὅλως κίνησις. εἰ δ' ὅτι τὸ συνεχὲς προσλαβοῦσα πάντως ἐν χρόνῳ, καὶ ἡ ὅρασις μὴ διαλείπουσα τὸ ὁρᾶν, ἐν συνεχείᾳ ἂν εἴη καὶ ἐν χρόνῳ. μαρτυρεῖ δὲ τούτῳ καὶ ἡ ἀναλογία, ἡ λέγουσα ἀεὶ οἷόν τε εἶναι λαμβάνειν ἡστινοσοῦν κινήσεως, καὶ μὴ εἶναι. μήτε τοῦ χρόνου ἀρχήν, ἐν ᾧ καὶ ἀφ' οὗ ἤρξατο, μήτε αὐτῆς ἀρχὴν τῆς κινήσεως. ἀλλ' εἶναι αὐτὴν διαιρεῖν ἐπὶ τὸ ἄνω. ὥστε ἐξ ἀπείρου συμβαίνοι ἂν τοῦ χρόνου κεκινῆσθαι, τὴν ἄρτι ἀρξαμένην. καὶ αὐτὴν ἄπειρον εἰς τὸ ἀρξάμενον εἶναι. τοῦτο γὰρ συμβαίνει, διὰ τὸ χωρίζειν ἐνέργειαν κινήσεως. καὶ τὴν μὲν ἐν ἀχρόνῳ φάσκειν γίνεσθαι, τὴν δὲ χρόνου δεῖσθαι λέγειν, μὴ τὴν ποσὴν μόνον, ἀλλ' ὅλως τὴν φύσιν αὐτῆς ἀναγκάζεσθαι ποσὴν λέγειν. καίτοι ὁμολογοῦντας καὶ αὐτούς, κατὰ συμβεβηκὸς τὸ ποσὸν αὐτῇ παρεῖναι, εἰ ἡμερησία εἴη, ἢ ὁποσοῦν χρόνου. ὥσπερ οὖν ἐνέργεια ἐν ἀχρόνῳ, οὕτως οὐδὲν κωλύει καὶ κίνησιν ἦρχθαι ἐν ἀχρόνῳ. ὁ δὲ χρόνος, τῷ τοσήνδε γεγονέναι. ἐπεὶ καὶ μεταβολαὶ ἐν ἀχρόνῳ ὁμολογοῦνται γίγνεσθαι, ἐν τῷ λέγεσθαι, ὥσπερ οὐ καὶ ἀθρόας μεταβολῆς. εἰ οὖν μεταβολή, διατί οὐχὶ καὶ κίνησις. εἴληπται δὲ μεταβολή, οὐκ ἐν τῷ μεταβεβληκέναι. οὐ γὰρ τῆς ἐν τῷ μεταβεβληκέναι ἐδεῖτο.

A SI QVIS autem obijciat, motum esse actum imperfectum, nihil adhuc prohibere videbitur, actum quidem primo loco ponere, motum verò tanquam speciem eius, & imperfectum quiddam illi subijcere: prædicando quidem de motu actum, addendo verò pro differentia imperfectum: nam imperfectum de motu dicitur, non quia non sit actus, sed actus quidem est omnino, sortitur autẽ repetitam quandam successionem, non quidem vt motus ipse B ad actum quandoq; perueniat: iam enim actus existit, sed vt efficiat aliquid, quod aliud quiddam est vltra motum: neque tunc motus ipse perficitur, sed res ipsa potius, ad quam motor animum intendebat: sicut incessus statim ab initio erat incessus. Si autem opporteat stadium pertransire, nec dum transactum fuerit, certè hoc ipsum quod deest, neq; incessui neq; motui deest, sed potius incessui tanto: incessus autem erat etiam quantuscunq; fuerit, atque C iam motus. Profectò qui mouetur, iam est motus, & qui diuidit, iam diuisit. Et sicut qui actus dicitur, non indiget tempore, ita neque etiam motus, sed motus propriè eousq; productus: atqui si actus fit in non tempore, certè & motus qui omnino motus est atq; simpliciter: sin autem motum dicant iccirco prorsus in tempore fieri, quia continuitatem sibi vendicet: respondebitur, visionem quoq; non intermissam habere continuitatem, agiq; in tempore. Ar- D gumentum verò huic præbet facultas quoque proportionis: quæ quidem tradit, posse semper ex quocunq; motu aliud aliudq; accipere, neq; esse initium temporis, in quo & à quo inceperit: neque rursus motionis exordium, sed licere semper altius motum diuidere, adeò vt cõtingat motum nuper inchoatum iam etiam ex infinito tempore processisse, ipsumq; motum similiter infinitum quantum spectat ad exordium, extitisse. Id autem ideo accidit, quo- E niam actum à motu separant: & actum quidem fieri in non tempore dicunt, motum verò tempore indigere fatentur. Motum inquam non solùm tantum propriè aut tantum, sed omnino motus ipsius naturam necessariò esse quantam: tametsi ipsi fatẽtur, tantum aut tantum per accidens motioni contingere: siquidem motus sit diurnus, vel quanticunque sit temporis. Sicut igitur actus fit in non tempore, ita nihil prohibet motum quoque in non F tempore incepisse, tempus autem ob id motui contigisse, quoniam motus tantus euaserit: quandoquidem mutationes quoq; in tempore fieri conceduntur, quando dici solet, mutationem partim quidem peragi simul totam, partim verò nequaquam. Si ergo mutatio, cur non etiam motus agitur in non tempore? Assumpta verò mutatio est, non in eo quòd iam facta fuerit permutatio, non enim mutatione illa indigebat, quæ propriè in esse quodam permutato consisteret.

Probabilius sub motu tanquam genere ponerent actionem & passionem, quàm duo hæc tanquam prædicamenta duo. Esse relatiuum non est simpliciter esse alicuius, vel ad aliquid vergere, sed hoc ipsum quod est, ex mutua duorum habitudine confici. Cap. XVII.

A SIQVIS autem attulerit, neque actum neq; motum esse per se genera, sed in relatiuorum genere computari, propterea quòd actus quidem sit alicuius potentia quadã actiui, motus autem sit alicuius potentia motiui, qua ratione sit motiuum, dicẽdum est. Relatiua semper ipsa habitudine generari, non autem ex eo duntaxat, quòd dicantur ad aliud. Quando verò sit subsistentia quædam, quæ siue alterius, siue ad alterum sit, naturam tamen ipsam sortitur ante relationem: B hic vtiq; actus & motus & habitus insuper existens alterius, non caret interea ea facultate, per quam ante relationem sit reipsa, atq; intelligatur: alioquin sic omnia pariter ad aliud referẽtur. Quodlibet enim habitudinem quandam ad aliquid habet, quod quidem animæ quoq; contingit. Iam verò hoc ipsa factio, & hoc ipsum facere, cur non in relatiuorum numerum referantur? Aut enim motus, aut actus quidam erit omnino: sin autem effectionem quidẽ in relatiuorum ordine col- C locent, ipsum verò facere genus vnum constituant, quidnam prohibet quo minus & motum ad aliquid referant, ipsum verò moueri vnum esse genus affirment? Atqui moueri eis diuidere licet tanquam vnum, in species præcipuè duas: in ipsum scilicet facere atq; pati, non tamen sicut nunc efficiunt, dicentes videlicet hoc quidem genus esse facere, illud autem genus esse pati.

A Εἰ δέ τις λέγοι μήτε τὴν ἐνέργειαν, μήτε τὴν κίνησιν γένους καθ' αὑτά, ἀλλ' εἰς τὸ πρός τι ἀνάγειν, τῷ τὴν μὲν ἐνέργειαν, δυνάμει εἶναι ἐνεργητικοῦ, τὴν δὲ τοῦ δυνάμει κινητικοῦ ἢ κινητικοῦ, λεκτέον ὡς τὰ μὲν πρός τι, αὐτὴ ἡ σχέσις ἐγέννα. ἀλλ' οὐ τῷ πρὸς ἕτερον μόνον λέγεσθαι. ὅταν δὲ ᾖ τις ὑπόστασις, καὶ ἑτέρου ᾖ, καὶ πρὸς ἕτερον τήν γε πρὸ τοῦ πρός τι B εἴληχε φύσιν. αὕτη τοίνυν, ἡ ἐνέργεια καὶ ἡ κίνησις. καὶ ἡ ἕξις δὲ ἑτέρου οὖσα, οὐκ ἀφῄρηται τοῦ πρὸ τοῦ πρός τι εἶναί τε καὶ νοεῖσθαι καθ' αὑτά. ἢ οὕτως πάντα ἔσται πρός τι. πάντως γὰρ ἔχει ὁποιανοῦν σχέσιν, πρὸς ὁτιοῦν. ὡς καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς. αὐτή τε ἡ ποίησις καὶ τὸ ποιεῖν, διατί εἰς τὸ πρός τι οὐκ ἀναχθήσεται. ἢ γὰρ κίνησις, ἢ ἐνέργεια πάντως ἔσται. εἰ δὲ τὴν μὲν ποίησιν εἰς τὸ πρός τι ἀνάξουσι, τὸ δὲ ποιεῖν ἐν C γένος θήσονται. διατί οὐ καὶ τὴν κίνησιν, εἰς τὸ πρός τι, τὸ δὲ κινεῖσθαι ἓν τι γένος θήσονται. καὶ διαιρήσονται τὸ κινεῖσθαι ὡς ἓν διχῆ, ἐν εἴδεσι τοῦ ποιεῖν καὶ τοῦ πάσχειν: ἀλλ' οὐχ' ὡς νῦν τὸ μὲν ποιεῖν λέγουσι, τὸ δὲ πάσχειν.

Motus ipse non tam vt simpliciter sit, quàm vt sit longus, indiget tempore. Item nõ omnis actio refertur ad passionem, qualis incessus & intelligentia est. Præterea motus, actio, passio, sensus, intelligentia, præter id quod sunt alicuius actus, & diriguntur ad aliquid, existunt absolutè, aliquid in seipsis. Cap. XVIII.

A CONSIDERANDVM est præterea, num ritè dicturi sint in ipso facere alios quidem esse actus, alios autem esse motus: & actus simul totos expleri, motus autem tales esse, quale sit & diuidere. Diuidere nanq; versatur in tempore, an fortè actus omnes dicturi sint esse motus, vel certè cum motu? Item nunquid effectiones omnes ad ipsum pati sint relaturi, an potius quasdam absolutas affirmaturi, sicut incedere atque loqui? Rursus num B omnes impetus ad passionem relatos motus nominaturi sint, absolutos autem simpliciter actus, vel forsan in vtrisq; pariter vtrunq; collocaturi? Iam verò incedere quidem ipsum, quod & absolutum quiddam est, motum facilè appellabunt: intelligere verò cui patiens nõ respondet, actum vel actionem (vt arbitror) nuncupabunt: alioquin intelligere atque incedere non erit aliquid facere. Verùm si hæc in genere faciendi non sint, vbi dicendum? For- C san verò intelligere ad intelligibile sicut & intelligentiam referent: nam & sensum ad sensibile dirigunt. Quòd si & sensum dirigunt ad sensibile, cur non ipsum quoque sentire ad sensibile referant? Atqui sensus, qui & refertur ad alterum, habitudinem quidem habet ad illud: sed habet interea nihilominus præter habitudinem aliquid, hoc ipsum scilicet actum quendam esse, vel passionem. Si igitur passio præter id quod alicuius vel sub aliquo sit, est & aliquid aliud,

A ἘΠΙΣΚΕΠΤΈΟΝ δὲ, εἰ ἐν τῷ ποιεῖν τὰς μὲν ἐνεργείας φήσουσι, τὰς δὲ κινήσεις. τὰς μὲν ἐνεργείας λέγοντες εἶναι τὰς ἀθρόας· τὰς δὲ κινήσεις, οἷον τὸ τέμνειν. ἐν χρόνῳ γὰρ τὸ τέμνειν. ἢ πάσας κινήσεις, ἢ μετὰ κινήσεως. καὶ εἰ πάσας περὶ τὸ πάσχειν τὰς ποιήσεις, ἢ τινὰς καὶ ἀπολύτους. οἷον τὸ βαδίζειν, καὶ τὸ λέγειν. καὶ εἰ τὰς πρὸς τὸ πάσχειν πάσας κινήσεις, B τὰς δὲ ἀπολύτους ἐνεργείας, ἢ ἐν ἑκατέροις ἑκάτερον. τὸ γοῦν βαδίζειν ἀπολελυμένον ὂν, κίνησιν ἂν εἴποιεν. τὸ δὲ νοεῖν οὐκ ἔχον τὸ πάσχον, καὶ αὐτὸ ἐνέργειαν οἶμαι. ἢ οὐδὲ ποιεῖν φατέον, τὸ νοεῖν καὶ τὸ βαδίζειν. ἀλλ' εἰ μὴ ἐν τῷ ποιεῖν ταῦτα, ποῦ λεκτέον. τάχα δὲ τὸ νοεῖν πρὸς τὸ νοητὸν, ὥσπερ τὴν νόησιν. καὶ γὰρ τὴν αἴσθησιν, πρὸς τὸ αἰσθητόν. ἀλλ' εἰ κἀκεῖ τὴν αἴσθησιν πρὸς τὸ αἰσθη- C τόν, διατί αὐτὸ τὸ αἰσθάνεσθαι οὐκέτι πρὸς τὸ αἰσθητόν. καὶ ἡ αἴσθησις δὲ ἡ πρὸς ἕτερον, σχέσιν μὲν ἔχει πρὸς ἐκεῖνο. ἔχει δὲ τι παρὰ τὴν σχέσιν, τὸ, ἢ ἐνέργεια, ἢ πάθος εἶναι. εἰ οὖν τὸ πάθος παρὰ τὸ τινὸς εἶναι καὶ ὑπό τινος, ἔστι τι ἕτερον

A καὶ ἡ ἐνέργεια. ἡ δὲ δὴ βάδισις ἔχουσα καὶ αὐτὴ τὸ τινὸς εἶναι, καὶ ποδῶν εἶναι καὶ ὑπό τινος, ἔχει τὸ κίνησις εἶναι. ἔχοι ἂν οὖν καὶ ἡ νόησις παρὰ τὸ πρός τι, τὸ, ἢ κίνησις εἶναι, ἢ ἐνέργεια.

A aliud, nimirum sic & actus atq; actio: tum verò incessus cum ipse quoque alicuius sit, sitq; pedum, atq; sub aliquo, habet tamen in seipso interim vt sit motus. Quod si ita est, intelligentia quoq; præter id quod spectat ad aliquid, id in se muneris habet, vt motus quidã sit aut actus.

Probabiliter motum ponemus pro genere: quem diuidemus in motum exorientem intrinsecus atq; in motum extrinsecus incidentem. *Cap. XIX.*

Primum quidem nominabimus actionem, siue maneat intus, siue etiam in aliud exeat. Secundum verò passionem: siue quis putet hos inter se motus actionemq; & passionem re ipsa discrepare, siue tantùm ratione differre.

A ἘΠΙΣΚΕΠΤΕΌΝ δὲ, εἰ καί τινες ἐνέργειαι δοκοῦσιν ἀτελεῖς εἶναι, μὴ προσλαβοῦσαι χρόνον, ὥστε εἰς ταὐτὸν ταῖς κινήσεσιν ἐλθεῖν. οἷον τὸ ζῆν, καὶ ἡ ζωή. ἐν χρόνῳ γὰρ τελείῳ τὸ ζῆν ἑκάστου. καὶ ἡ εὐδαιμονία ἐνέργεια οὐκ ἐν ἀμερεῖ, ἀλλὰ οἷον ἀξιοῦσι καὶ τὴν κίνησιν εἶναι. ὥστε κινήσεις ἄμφω λεκτέον. καὶ ἕν τι τὴν κίνησιν. καὶ γένος ἓν θεωροῦντας, παρὰ τὸ ποσὸν τὸ ἐν τῇ οὐσίᾳ, καὶ τὸ ποιὸν, καὶ κίνησιν οὖσαν περὶ αὐτήν. B καὶ εἰ βούλει τὰς μὲν σωματικὰς, τὰς δὲ ψυχικάς. ἢ τὰς μὲν παρ᾽ αὐτῶν, τὰς δὲ ὑπ᾽ ἄλλων εἰς αὐτά. ἢ τὰς μὲν ἐξ αὐτῶν, τὰς δὲ ἐξ ἄλλων. καὶ τὰς μὲν ἐξ αὐτῶν ποιήσεις, εἴτε εἰς ἄλλα, εἴτε ἀπολελυμένας, τὰς δὲ ἐξ ἄλλων πείσεις. καί τοι καὶ αἱ εἰς ἄλλα κινήσεις, αἱ αὐταὶ ταῖς ἐξ ἄλλων. ἡ γὰρ τμῆσις, ἥτε παρὰ τοῦ τέμνοντος, ἥτε C ἐν τῷ τεμνομένῳ, μία. ἀλλὰ τὸ τέμνειν ἕτερον καὶ τὸ τέμνεσθαι. τάχα δὲ οὐδὲ μία ἡ τμῆσις, ἡ ἀπὸ τοῦ τέμνοντος, καὶ ἡ ἐν τῷ τεμνομένῳ. ἀλλ᾽ ἔστι τὸ τέμνειν, τὸ ἐκ τῆς τοιᾶσδε ἐνεργείας καὶ κινήσεως, ἑτέραν ἐν τῷ τεμνομένῳ διάδοχον κίνησιν γίγνεσθαι. ἢ ἴσως οὐ κατ᾽ αὐτὸ τὸ τέμνεσθαι τὸ διάφορον, ἀλλὰ κατ᾽ ἄλλο τὸ ἐπιγιγνόμενον κίνημα. οἷον τὸ ἀλγεῖν. καὶ γὰρ τὸ πάσχειν ἐν τούτῳ. τί οὖν εἰ μή τι ἀλγεῖ; τί ἄλλο ἢ ἡ ἐνέργεια τοῦ ποιοῦντος ἐν D τῷδε οὖσα. οὕτω γὰρ καὶ τὸ οὕτω λεγόμενον ποιεῖν, καὶ διττὸν οὕτως εἶναι τὸ ποιεῖν. τὸ μὲν μὴ ἐν ἄλλῳ, τὸ δὲ ἐν ἄλλῳ συνιστάμενον. καὶ οὐκέτι τὸ μὲν ποιεῖν, τὸ δὲ πάσχειν. ἀλλὰ τὸ ποιεῖν ἐν ἄλλῳ, πεποίηκε δύο νομίζειν εἶναι. τὸ μὲν ποιεῖν, τὸ δὲ πάσχειν. οἷον καὶ τὸ γράφειν, καί τοι ὂν ἐν ἄλλῳ, οὐκ ἐπιζητεῖ τὸ πάσχειν. ὅτι μὴ ἄλλό τι ἐν τῷ γραμματείῳ ποιεῖ, παρὰ E τὴν ἐνέργειαν τοῦ γράφοντος. οἷον τὸ ἀλγεῖν. εἰ δέ τις λέγοι γεγράφθαι, οὐ τὸ πάσχειν λέγει.

A POST hæc autem considerandum est, nunquid actus aliqui videantur imperfecti fore, nisi tempus assumpserint, adeò vt cum motibus vnà conspirent, velut viuere atque vita. In tempore namq; perfecto consistere videtur suum cuiusq; viuere: ipsa quinetiam beatitudo actus quidam esse, non in aliquo indiuisibili consistens, sed tanquam motum quendam esse putant. Ex quo dicendum sit, vtraque motus esse, atque motum ipsum genus vnum existere: B quod quidem perspicere liceat vnum secundum se genus vltra quantitatem, quæ in substantia est, & vltra qualitatem: adeò vt motus similiter sit vnum quiddam circa substantiam: quem quidem communem motum, si placet, in duas diuidas motiones, quarum aliæ quidem ad corpus, aliæ verò pertinere ad animam videantur: aut aliæ penes ipsa mouentia sint, aliæ sub alijs aliunde in ipsa perueniant: vel aliæ ex ipsis propriè, aliæ autem ex alienis. C Tum verò quæ sunt ex ipsis, actiones sint, siue in alia transeant, siue sint absolutæ. Quæ verò pendent ex alijs, passiones, quamuis motus etiam in alia transeuntes, ijdem esse videantur, atq; motus qui ex alijs pendere dicuntur. Diuisio namq; siue penes diuidentem, siue in re diuisa consideretur, est vna: sed diuidere aliud est, quàm diuidi. Forsan verò neque vna quidem est ipsa diuisio, quæ infertur à diuidente, & quæ in diuiso suscipitur: sed diuidere ipsum atque diuidi nihil aliud est, quàm ex tali qua- D dam actione & motione, alteram in re diuisa succedentem fieri motionem: aut fortè non secundum hoc ipsum, quod diuidi dicitur, differentia ipsa perpenditur, sed secundum aliud ex motione resultans, velut dolere: in hoc enim consistit pati. Quid ergo dicendum, vbi nihil doleat? Quidnam aliud, nisi quod actus efficientis in hoc existens, sit loco doloris vel passionis? Sic enim accidit & tale quiddam est, quod dicitur aliquid facere: atque ita duplex E videtur esse quod facere nominatur: aliud quidem non in alio, aliud autem in alio collocatum. Neq; sic vlterius diuidetur, vt aliud quidem facere sit, aliud verò pati: sed ipsum quod est in alio facere occasionem præstitit, vt duo quædam esse hîc apparerent, quorum aliud sit facere, aliud contrà sit pati. Iam verò scribendi munus, quamuis admittatur in alio, non affert præterea passionem sibi è contrario respondentem, quoniam nihil aliud efficit in scribendo, præter scribentis ipsius actum; quod quidem perinde se habeat atque dolere. Siquis autem dixerit tale quiddam afferre præterea, quale sit, quod fuisse scriptum dicatur, non propterea passionem aliquam in medium introducit.

A Atqui & in ipſo inceſſu, quamuis terra ſubſit, quæ inceſſu calcatur, non tamen hîc addi debet, terram aliquid inde fuiſſe perpeſſam. Sed quando quis ſuper corpus animalis progreditur, paſsio iam perpēditur, dum videlicet quiuis excogitat dolorē inſuper inde prouenientem, dolorem inquam reputans non inceſſum: alioquin id ipſum prius etiā perpendiſſet. Sic & in omnibus ſecundum ipſum facere, vnum quiddam genus, dicendū eſt vnà cum eo quod B pati dicitur & oppoſitum. Quod autem pati dicitur, id ipſum eſt quod factum eſt poſterius, non quidem quod ſit oppoſitum perinde atq; ei quod eſt comburere, ipſum quod eſt comburi: ſed paſsio potius dicitur atq; pati, id ipſum quod ex comburere comburiq;, velut vno quodam exiſtente, in re ipſa reſiliat, ſiue dolor id ſit, ſiue aliud quiddam, quaſi conſumptio quædam. Quid ergo? ſi quis hoc ipſum ſic agat, vt dolorem inferat, nónne hic quidem agit, ille C verò patitur? atq; ex vno quodā actu duo conficiuntur, vbi hic facit, ille patitur. Forſan verò in ipſa actione non amplius computatur doloris inferēdi propoſitum: ſed facit aliud quiddam, per quod afficit dolore. Quod quidem in ipſo dolituro factum, vnumq; & idem exiſtens efficit vt aliud præterea ſit dolore quodam affici. Quid igitur de illo dicendum? quod vnum quiddam ſit prius quàm etiam dolore afficiat? vel etiam vbi dolor nullus infertur, nónne paſsio eſt, illius ipſius, in quod infertur? velut audire. Sed fortè ipſum audire non eſt paſsio, neq; omnino ſentire vlla paſsio eſt: at dolore premi, eſt in paſsione conſtitui, quod quidem effectioni non eſt oppoſitum iudicandum.

A καὶ ἐπὶ τοῦ βαδίζειν. καίτοι οὔσης γῆς ἐφ' ἧς οὐ προσποιεῖται τὸ πεπονθέναι. ἀλλ' ὅταν ἐπὶ σώματος ζώου βαίνῃ, τὸ πάσχειν ἐπινοεῖ ὃ ἐπιγίγνεται ἄλγημα, συλλογιζόμενος, οὐ τὸ βαδίζειν, ἢ ἐπενόησεν ἂν καὶ πρότερον. οὕτω καὶ ἐπὶ πάντων. κατὰ μὲν τὸ ποιεῖν, ἓν λεκτέον μετὰ τοῦ λεγομένου πάσχειν, τοῦ ἀντιθέτου. ὃ δὲ πάσχειν λέγεται, τὸ γινόμενον ὕστερον, οὐ τὸ ἀντίθετον. B οἷον τῷ καίειν, τὸ καίεσθαι. ἀλλὰ τὸ ἐκ τοῦ καίειν καὶ καίεσθαι ἑνὸς ὄντος, τὸ ἐπ' αὐτῷ γιγνόμενον, ἢ ἄλγημα, ἤ τι ἄλλο. οἷον μαραίνεσθαι. τί οὖν εἴ τις αὐτὸ τοῦτο ἐργάζοιτο ὥστε λυπεῖν; οὐχ' ὁ μὲν ποιεῖ, ὁ δὲ πάσχει. καὶ ἐκ μιᾶς ἐνεργείας τὰ δύο. καὶ ὁ μὲν ποιεῖ, ὁ δὲ πάσχει. ἢ ἐν τῇ ἐνεργείᾳ, οὐκέτι τὸ τῆς βουλήσεως τοῦ λυπεῖν. ἀλλὰ ποιεῖ τι ἕτερον δι' οὗ λυπεῖ. ὃ ἐν τῷ λυπησομένῳ γινόμενον ἓν ὂν καὶ C ταὐτὸν, πεποίηκεν ἄλλο τὸ λυπεῖσθαι. τί οὖν αὐτὸ τὸ ἓν γινόμενον πρὶν, καὶ λύπην ποιῆσαι. ἢ ὅλως λύπην οὐκ ἐμποιοῦν οὐ πάθος ἐστὶ τοῦ εἰς ὄν, οἷον τὸ ἀκοῦσαι. ἢ οὐ πάθος τὸ ἀκοῦσαι, οὐδ' ὅλως τὸ αἰσθάνεσθαι. ἀλλὰ τὸ λυπηθῆναι ἐστὶ γίνεσθαι ἐν πάθει, ὃ μὴ ἀντίθετον τὸ ποιῆσαι.

Aliquam actionem paſsio non comitatur, vt intelligentiam atq; ſenſum: aliquam comitatur intus, vt conterere conterentem viciſsim, & calefacere mutuò frigefacientem: aliquam comitatur extrinſecus: Et hoc quidem dupliciter: Aut enim actionem manifeſta paſsio comitatur foris, vt ſecantem, aut occulta, vt incedentem: imò & occultiſsima, vt augeri, & formari corpus ab anima. Cap. XX.

A SED eſto, ſi placet, non ſit oppoſitum: veruntamen cum aliud quiddam ſit quàm facere, nō in eodem genere vnà cum effectione locatur: vel fortè ſi ambo ſunt motus, ſunt in eodem, velut alteratio ipſa ſecundum qualitatem motio. Num igitur quando ab ipſo quali progreditur alteratio, eſt ibi factio atq; facere, cum ipſum quale ſit paſsionis expers? aut fortè ſi ſit à paſsione remotum in faciendo verſatur. Sin autem in aliud agens veluti verberādo mutuo B patitur, non amplius facit: an potius nihil prohibet faciendo pati? Si igitur ſecundum ipſum pati velut atterere id habet, curnam facere magis quàm pati cenſetur? An quia viciſsim atterendo conteritur, atq; patitur? Nunquid ergo quoniā mutuò agitatur, geminos circa ipſum motus eſſe dicemus? At quomodo duos? Num igitur vnum? Sed quònam pacto motio eadem actio ſimul eſt atq; paſsio? & ita quidem actio dicetur quatenus ab alio manat, paſsio verò C quatenus inde fluit in aliud, dū tamen vna motio eſt. An igitur motionem aliam eſſe dicemus? Et quònam pacto aliud quiddā diſponet, aut afficiet patientem alterans ipſa motio? atqui ipſum agens nō patitur ab illo ſecundum idem. Quo enim

A ἈΛΛ' ἔστω μὴ ἀντίθετον· ὅμως δὲ ἕτερον ὂν τοῦ ποιεῖν, οὐκ ἐν τῷ αὐτῷ γένει τῇ ποιήσει. ἢ ἡ κίνησις ἄμφω, ἐν τῷ αὐτῷ. οἷον ἀλλοίωσις, κίνησις κατὰ τὸ ποιόν. ἆρ' οὖν ὅταν μὲν ἀπὸ τοῦ ποιοῦ ἴῃ ἡ ἀλλοίωσις, ποίησις, καὶ τὸ ποιεῖν ἀπαθοῦς ὄντος, ἢ ἐὰν μὲν ἀπαθὴς ᾖ, ἐν τῷ ποιεῖν ἔσται. ἐὰν δὲ *ἐνεργῶν εἰς ἄλλο οἷον *τύπτων, καὶ πάσχει. οὐκέτι ποιεῖ. ἢ οὐδὲν B κωλύει ποιοῦντα, καὶ πάσχειν. εἰ οὖν κατ' αὐτὸ τὸ πάσχειν, οἷον τὸ τρίβειν, διατί ποιεῖν μᾶλλον ἢ πάσχειν. ἢ ὅτι ἀντιτρίβεται καὶ πάσχει. ἆρ' οὖν ὅτι ἀντικινεῖται, καὶ δύο κινήσεις φήσομεν περὶ αὐτόν; καὶ πῶς δύο. ἀλλὰ μία; καὶ πῶς ἡ αὐτὴ ποίησις καὶ πεῖσις. καὶ οὕτω μὲν ποίησις τὸ ἀπ' ἄλλου, εἰς ἄλλον δὲ πεῖσις. καὶ ἡ αὐτὴ οὖσα. ἀλλὰ ἄλλην φήσομεν; καὶ πῶς ἄλλο τι διατίθησι τὸν πάσχοντα C ἀλλοιοῦσα, καὶ ὁ ποιῶν, ἀπαθὴς ἐκείνου. πῶς

*ἐνεργὸν
*τύπτον

γὰρ ἂν πάθοι, ὃ ποιεῖ ἐν ἄλλῳ. ἆρ' οὖν τὸ ἐν ἄλλῳ τὴν κίνησιν εἶναι ποιεῖ τὸ πάσχειν; ὃ ἦν οὐ πάσχειν κατὰ τὸν ποιοῦντα. ἀλλ' εἰ τὸ μὲν λευκαίνει, ὁ λόγος ὁ τοῦ κύκνου. ὁ δὲ λευκαίνεται, ὁ γιγνόμενος κύκνος, πάσχειν φήσομεν ἰόντα εἰς οὐσίαν. εἰ δὲ καὶ ὕστερον λευκαίνοιτο γινόμενος, καὶ εἰ τὸ μὲν αὔξοι, τὸ δὲ αὔξοιτο, τὸ αὐξανόμενον πάσχειν, ἢ μόνον ἐν τῷ ποιῷ τὴν πεῖσιν. ἀλλ' εἰ τὸ μὲν καλὸν ποιοῖ, τὸ δὲ καλλιώοιτο, τὸ καλλιωόμενον πάσχειν. εἰ οὖν τὸ καλλιῶον χεῖρον γίγνοιτο, ἢ καὶ ἀφανίζοιτο, οἷον ὁ καττίτερος, τὸ δὲ βέλτιον γίγνοιτο ὁ χαλκός, πάσχειν τὸν χαλκὸν φήσομεν, τὸν δὲ ποιεῖν. τὸν δὲ μανθάνοντα πῶς πάσχειν, τῆς τοῦ ποιοῦντος ἐνεργείας εἰς αὐτὸν ἰούσης. ἢ πάθησις πῶς ἂν εἴη, μία γε οὖσα. ἀλλ' αὐτὴ μὲν οὐ πάθησις. ὁ δὲ ἔχων, πάσχων ἔσται. τοῦ πάσχειν τινὸς λαμβανομένου. οὐ δὲ γὰρ τῷ μὴ ἐνηργηκέναι αὐτόν. οὐ γὰρ τὸ μανθάνειν, ὥσπερ τὸ πληγῆναι ἐν ἀντιλήψει ὂν καὶ γνωρίσει, ὥσπερ οὐδὲ τὸ ὁρᾶν.

A enim pacto patiatur hoc ipſum quod in alio facit? Num ergo hoc ipſum ſcilicet in alio motum eſſe, in cauſa nobis eſt, vt paſsio fit? quæ quidem penes effectorem paſsio minimè fuerat. Verùm ſi hoc quidem album efficit ceu ſeminaria, Cygni ratio: hoc autem efficitur album, naſcens videlicet Cygnus, an pati dicemus Cygnum in eſſentiam interim procedentem? Sin autem deinde etiam natus efficiatur albus: item ſi hoc quidem augeat, illud autem B augeatur, auctum ipſum pati aſſeuerabimus? an potius in ipſo quali quodā locabimus paſsionem? Præterea ſi hoc quidem pulchrum facit, hoc verò fit pulchrum, an quod pulchrum efficitur, pati interea confitebimur? Si igitur quod pulchrum reddit, interea fit deterius, vel obſcuratur, velut ſtannum, aliud autem euadit melius, velut æs, nunquid æs pati dicemus, ſtannum verò facere? Deniq; diſcentem quomodo dicemus pati? videlicet ipſo efficientis C actu in ipſum iam prodeunte. At verò quomodo hæc erit paſsio, cum vnus ſit actus? Fortè ipſa quidem non eſt paſsio: qui autem habet, eſt patiens: quippe cum ipſum pati perinde tanquam ſit alicuius accipiatur. Neq; enim ex eo quòd qui addiſcit, nihil ipſe egerit, pati dicitur. Nam diſcere non eſt tanquam pulſari vel percuti: quippe cum in quadam apprehenſione diſcretioneq; conſiſtat: ſicut neque videre perinde ſe habet atq; pulſari.

Tam actionem quàm paßionem per motum quendam vel actum definire poſſumus. Sed illud quidem agere dicitur, cuius motus ex ipſo ſumit exordium, ſiue hinc aliquid in alio fiat, ſiue nihil. Illud verò pati, cuius motus ſolùm incidit aliunde, ſiue ad deterius eat ſiue ad melius. Item ſeu ab agente ſeparato incidat, vt verberatio, ſiue à coniuncto, vt alteratio in corpore ab opinione affectuq; animæ ſuæ, & affectus ipſi extrinſecus incitati. Cap. XXI.

ΤΙ'ΝΙ οὖν γνωριοῦμεν τὸ πάσχειν. οὐ γὰρ δὴ τῇ ἐνεργείᾳ τῇ παρ' ἄλλου. εἰ ὁ τὴν ἐνέργειαν παραδεξάμενος, αὐτοῦ ἐποιήσατο διαδεξάμενος. ἀλλ' ἄρα ὅπου μὴ ἐνέργεια. πεῖσις δὲ μόνον. τί οὖν, εἰ κάλλιον γίγνοιτο, ἡ δὲ ἐνέργεια τὸ χεῖρον ἔχοι. ἢ εἰ κατὰ κακίαν ἐνεργοῖ τις καὶ ἄρχοι εἰς ἄλλον ἀκολάστως. ἢ οὐδὲν κωλύει ἐνέργειαν εἶναι φαύλην, καὶ πεῖσιν καλήν. τίνι οὖν διοριοῦμεν. ἆρα τῷ τὸ μὲν εἰς ἄλλον παρ' αὐτοῦ, τὸ δὲ ἐφ' ἑτέρου ἐν ἄλλῳ τὸ πάσχειν; τί οὖν εἰ ἐξ αὐτοῦ μέν, μὴ εἰς ἄλλον δέ, οἷον τὸ νοεῖν, τὸ δοξάζειν. τὸ δὲ θερμανθῆναι παρ' αὐτοῦ διανοηθέντος ἢ θυμωθέντος ἐκ δόξης, μηδενὸς ἔξωθεν προσελθόντος, ἢ τὸ μὲν ποιεῖν, εἴτε ἐν αὐτῷ. εἴτε εἰς ἄλλο τι ὄν, κίνημα ἐξ αὐτοῦ. εἰ οὖν ἐπιθυμία τί, καὶ πᾶσα ὄρεξις. εἰ ἡ ὄρεξις κινεῖται ἀπὸ τοῦ ὀρεκτοῦ. εἰ μή τις μὴ προσποιοῖτο, ἀφ' οὗ κεκίνηται. ὅτι δὲ μετ' ἐκεῖνο ἐγήγερται. τί οὖν διαφέρει τοῦ πεπλῆχθαι, ἢ ὠσθέντα κατενεχθῆναι. ἀλλ' ἆρα διαιρετέον τὰς ὀρέξεις λέγοντα, τὰς μὲν ποιήσεις,

A QVA nam igitur notione ipſum pati propriè deſignabimus? Non certè diſcernemus actu quodam, quia ab alio pendeat: ſiquidem qui actum ſuſceperit, ſibimet ipſum velut proprium vendicauerit: ſed nunquid vbi nō actus quidem ſit, ſed tantùm paſsio? Quid ergo ſi id quod pati dicitur, melius fiat, actus autem ſe deterius habeat? aut ſi per prauitatem agat quiſpiam, & intemperatè alteri dominetur? an fortè nihil prohibet actionem quidem eſſe B prauam, paſsionem verò honeſtam? Quónam ergo potiſsimùm diſtinguemus? Nunquid definiemus ipſum facere per actum quendam ab ipſo quolibet in aliud tranſeuntem? pati verò per effectum aliunde in alio reſultantem? Quid ergo dicemus? ſi ab ipſo quouis extet quidem, in aliud autem minimè tranſeat? qualis certè eſt actus intelligendi atque opinandi. Quid item? quando quis ex ſeipſo protinus incaleſcit? ſiue ex cogitatione vehe- C menti id accidat, ſiue ira potius, quam nullo prorſus alicubi laceſſente opinio propria ſuſcitauerit. Fortè verò ipſum facere eſt, ſiue in ſeipſo maneat, ſiue in aliud agat impetus quidā ex ſeipſo quouis erumpens. Cupiditas ergo & appetitus omnis quidnam eſt? Fortè ſi appetitus incitatur ab appetibili, paſsio quædam eſt, etiam ſi nullus adiecerit à quonam incitetur, ſed id ipſum duntaxat, quod poſt illud fuerit excitatus. Hæc igitur appetitio non aliter ſe habet, quàm ſiquis impulſus fuerit, vel etiam impulſu quaſi præcipitatus. An igitur appetitus diuidere debemus, dicentes, illos quidem actiones eſſe,

quicunq; menti parent: alios autem passiones, A
videlicet quod in illis rapiatur animus, atque
trahatur? ipsum verò pati non ex eo quòd ab
alio inferatur potiusquã ex seipso. Agere nanq;
posset non nihil etiam in seipso: sed quando ni-
hil ipsum conferens alterationem subsistineat,
quæ quidem ad essentiam non perducat, sed
deducat potius ad deterius, vel saltem ad me-
lius non conducat: eiusmodi inquam altera-
tionem in se passionem & pati habere dice-
mus. Verùm si calefieri nihil aliud est, quàm B
accipere calorem atq; habere: est autem cale-
factio partim ad essentiam conferens, partim
contrà, nimirum idem pati erit atq; non pati.
Et quidnam prohibet calefactionem esse ge-
minam? Fortè verò ipsum calefieri quando
ad essentiam confert, tunc etiam alio quodam
patiente ad essentiam confert, velut quando
ære calefacto atque patiente, essentia quædam
fit, quam statuam nominant, quæ quidem ip-
sa nõ est calefacta, nisi fortè per accidens. Si er- C
go æs euadat pulchrius ex eo quòd ipsum cale-
fiat, vel secundum ipsam calefactionem, nihil
prohibet quo minus pati cõfiteamur. Duobus
enim modis passionẽ accipere solent, dicẽtes aut ad deterius, aut ad melius ducere, vel ad neutrũ.

A ὅσαι νῷ ἑπόμεναι. τὰς δὲ ὁλκὰς οὔσας, πεί-
σεις, τὸ δὲ πάσχειν, οὐ τὸ παρ' ἑτέρου ἢ παρ'
ἑαυτοῦ. ἀπείη γὰρ ἂν τι ἐν ἑαυτῷ. ἀλλ' ὅταν
μηδὲν συμβαλλόμενον αὐτὸ ὑπομείνῃ ἀλ-
λοίωσιν, τὴν μὴ εἰς οὐσίαν ἄγουσαν. ἢ τις ἐξί-
στησι πρὸς τὸ χεῖρον. ἢ μὴ πρὸς τὸ βέλτιον τὴν
τοιαύτην ἀλλοίωσιν, πεῖσιν. καὶ τὸ πάσχειν
ἔχειν. ἀλλ' εἰ τὸ θερμαίνεσθαι θερμότητά ἐστιν
B ἴσχειν, εἴη δὲ τὸ μὲν εἰς οὐσίαν συντελοῦν, τὸ
δὲ μὴ, τὸ αὐτὸ πάσχειν καὶ οὐ πάσχειν ἔσται.
καὶ πῶς οὐ τὸ θερμαίνεσθαι διττόν. ἢ τὸ θερ-
μαίνεσθαι ὅταν εἰς οὐσίαν συντελῇ, καὶ τότε
ἄλλου πάσχοντος, εἰς οὐσίαν συντελέσει. οἷον
θερμαινομένου τοῦ χαλκοῦ καὶ πάσχοντος.
ἡ δὲ οὐσία, ὁ ἀνδριάς. ὃς οὐκ αὐτὸς ἐθερμαί-
νετο, ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκὸς. εἰ οὖν καλλίων
C ὁ χαλκὸς ἀπὸ τοῦ θερμαίνεσθαι ἢ κατὰ τὸ θερ-
μαίνεσθαι, οὐδὲν κωλύει πάσχειν. διττὸν γὰρ
εἶναι τὸ πάσχειν: τὸ μὲν ἐν τῷ χεῖρον γίγνε-
σθαι, τὸ δ' ἐν τῷ βέλτιον, ἢ οὐδέτερον.

Motus idem potest si referatur ad agens, dici actio: si ad patiens, passio nominari. Vbi propriè loquimur actionem ab effectione distinguimus: dicentes post actionem opus inde procreatum aliud non extare quale per effectionem fieri extareq; consueuit.

Cap. XXII.

FORTE' igitur pati quidem accidit ex A
eo quòd aliquid in se motum habeat, motum
inquam alterationis, per quam quoquo modo
alteretur, agere verò est vel habere in se & à se-
ipso motum absolutum, vel edere motum à se
in aliud transeuntem: qui & incipiat ab eo ipso
quod agere dicitur. Atqui motus quidem est in
vtrisq;: differentia verò distinguens agere inter
se & pati, talis est, vt agere ipsum seruet, qua
agere est passionis expers: pati verò in eo quod
aliquid aliter quàm prius afficiatur, dum ipsa B
patientis essentia nihil ad essentiam pertinens
adipiscitur, sed aliud quiddam interea patitur,
quando aliqua essentia generatur. Quamobrẽ
idem aliquid, in habitudine quadam facere est,
in alia verò habitudine pati. Nam penes quidẽ
hoc cõsideratum erit facere, cum idem sit mo-
tus: penes autem illud erit pati, quoniã ille iam
sic afficitur. Vtraq; igitur ad aliquid referri vi-
dentur, quatenus ipsa faciendi conditio se ha-
bet ad ipsam patiendi proprietatẽ: nempe ali- C
quid idem penes hoc quidem est facere, sed pe-
nes illud pati, & vtrumq; sanè cõsideratur, non
tam secundum seipsum, quàm vnà cum ipso
faciente atq; patiente, vbi hic quidem mouet,
ille verò mouetur, & vtrunq; est duo quædam
prædicamenta. Atqui & hic illi tradit motum,
ille vicissim motum recipit: quapropter tradi-
tio & acceptio relatioq; ibi contingit. Aut cer-
tè si ille qui accipit habet, vt dicitur colorẽ ha-
bere, cur nõ dicatur & habere motum? Iam ve- D
rò & absolutus motus velut incedere, habet in-
cessum, & intelligere habet intelligẽtiam. Pro-
inde cõsiderare operæpretium est, vtrum pro-
uidere sit facere, ac vicissim prouidẽtia guber-
nari sit pati: in aliud enim atq; de alio quodam

A ΟΥ'ΚΟΥΝ γίγνεται τὸ πάσχειν ἐν αὐτῷ
κίνησιν τὴν ἀλλοίωσιν, τὴν κατὰ τὸ ἀλλοιοῦ-
σθαι ὁπωσοῦν. καὶ τὸ ποιεῖν οὖν ἢ ἔχειν ἐν αὐ-
τῷ κίνησιν τὴν ἀπόλυτον παρ' αὐτοῦ, ἢ τὴν
τελευτῶσαν εἰς ἄλλο ἀπ' αὐτοῦ, ὁρμωμένην
ἀπὸ τοῦ λεγομένου ποιεῖν, καὶ κίνησις μὲν ἐπ'
ἀμφοῖν. ἡ δὲ διαφορὰ ἡ διαιροῦσα τὸ ποιεῖν,
καὶ τὸ πάσχειν, τὸ μὲν ποιεῖν καθόσον ποιεῖν,
B ἀπαθὲς τηροῦσα. τὸ δὲ πάσχειν ἐν τῷ διατί-
θεσθαι ἑτέρως ἢ πρότερον εἶχε, τῆς τοῦ πά-
σχοντος οὐσίας, οὐδὲν εἰς οὐσίαν προσλαμβανού-
σης. ἀλλὰ ἄλλου ὄντος τοῦ πάσχοντος, ὅταν
τις οὐσία γίνηται. γίνεται τοίνυν τὸ αὐτὸ ἐν
σχέσει τινὶ ποιεῖν, ἐν ἄλλῃ δὲ πάσχειν. πα-
ρὰ μὲν γὰρ τῷδε θεωρούμενον, ποιεῖν ἔσται. κί-
νησις οὖσα ἡ αὐτή. παρὰ δὲ τῷδε, πάσχειν.
ὅτι τάδε * οὕτως διατίθεται, ὥστε κινδυνεύειν * οὕτω
C ἄμφω πρός τι εἶναι, ὅσα τοῦ ποιεῖν πρὸς τὸ
πάσχειν. εἰ μὲν παρὰ τούτῳ τὸ αὐτὸ ποιεῖν.
εἰ δὲ παρὰ τῷδε πάσχειν. καὶ θεωρούμενον
ἑκάτερον οὐ καθ' αὑτὸ, ἀλλὰ μετὰ τοῦ ποιοῦν-
τος, καὶ πάσχοντος. οὗτος κινεῖ, καὶ οὗτος κινεῖ-
ται. καὶ δύο κατηγορίαι ἑκάτερον. καὶ οὗτος δί-
δωσι τῷδε κίνησιν, οὗτος δὲ λαμβάνει. ὥστε
λῆψις καὶ δόσις. καὶ πρός τι. ἢ εἰ ἔχοι ὁ λαβὼν,
D ὥσπερ λέγεται ἔχειν χρῶμα, διατί οὐ καὶ ἔχει
κίνησιν. καὶ ἡ ἀπόλυτος κίνησις, οἷον ἡ τοῦ βα-
δίζειν, ἔχει βάδισιν. καὶ ἔχει δὲ νόησιν. ἐπισκεπ-
τέον δὲ εἰ τὸ προνοεῖν, ποιεῖν, εἰ καὶ τὸ προνοίας
τυγχάνειν, πάσχειν. εἰς ἄλλο γὰρ, καὶ περὶ ἄλλου

ἢ πρὸ-

A ἡ πρόνοια: ἢ οὐ δὲ τὸ προνοεῖν, ποιεῖν. καὶ εἰ περὶ ἄλλου τὸ νοεῖν, ἢ ἐκεῖνο πάσχειν. ἢ οὐ δὲ τὸ νοεῖν, ποιεῖν. οὐ γὰρ εἰς αὐτὸ τὸ νοούμενον, ἀλλὰ περὶ αὐτοῦ. οὐ δὲ ποίησις ὅλως. οὐ δὲ δεῖ πάσας ἐνεργείας ποιήσεις λέγειν. οὐ δὲ ποιεῖν τι. κατὰ συμβεβηκὸς δὲ ἡ ποίησις. τί οὖν εἰ βαδίζων ἴχνη εἰργάσατο, οὐ λέγομεν πεποιηκέναι, ἀλλ' ἐκ τοῦ εἶναι αὐτὸν ἄλλό τι ἢ ποιεῖν κατὰ συμβεβηκὸς, καὶ τὴν ἐνέργειαν κατὰ συμβεβηκὸς, ὅτι μὴ πρὸς τοῦτο ἑώρα. ἐπεὶ καὶ ἐπὶ τῶν ἀψύχων ποιεῖν λέγομεν. οἷον, τὸ πῦρ θερμαίνειν. καὶ ἐνήργησε τὸ φάρμακον. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων, ἅλις.

prouidentia esse videtur. Fortè verò prouidere non est facere, tametsi de alio quodam sit intelligere: neque regi prouidentia pati est. Forsan etiam nec intelligere quidē est facere. Non enim in ipsum quod intelligitur sese transfert: sed potius est de ipso: neq; prorsus est effectio: neque oportet actiones omnes esse effectiones asserere, aut quicquam facere: potest autem ibi secundum accidens esse factio. Quid ergo dicendum? Si quis incedens vestigia signet, non-
B ne fecisse aliquid confitebimur? Sed enim ex eo quod ille aliquid sit, vel agat, aut decernat, sequi inde ex cōtingenti quodam facere, actionemque per accidens: quoniam ad hoc ipsum animum minimè aduertebat: quandoquidem & in rebus inanimatis etiam facere dicimus, velut ignem calefacere, & fecisse aliquid medicinam. Sed de his hactenus.

Peripatetici rationem sufficientem aßignare non possunt, cur habere quidem vestes nouum prædicamentum faciat: habere verò qualitates in se, & habere pecunias, non facit prædicamentum nouum. Item habere vestes, armariq́, non vnum, sed duo prædicamenta significat.
Cap. XXIII.

A ΠΕΡΙ' δὲ τοῦ ἔχειν, εἰ τὸ ἔχειν πολλαχῶς, διατί οὐ πάντες οἱ τρόποι τοῦ ἔχειν, εἰς ταύτην τὴν κατηγορίαν ἀναχθήσονται. ὥστε καὶ τὸ ποσὸν ὅτι ἔχει μέγεθος. καὶ τὸ ποιὸν ὅτι ἔχει χρῶμα. καὶ ὁ πατὴρ καὶ τὰ τοιαῦτα, ὅτι ἔχει πατέρα, καὶ ὅλως κτήματα. εἰ δὲ τὰ μὲν ἄλλα ἐν ἐκείναις, ὅπλα δὲ καὶ ὑποδήματα, καὶ τὰ περὶ τὸ σῶμα, πρῶτον μὲν ζητήσειεν ἄν τις διατί. καὶ διατί ἔχων μὲν αὐτὰ, μίαν ἄλλην κατηγορίαν ποιεῖ. καίων δὲ ἢ τέμνων, ἢ κατορύττων, ἢ ἀποβάλλων, οὐκ ἄλλην ἢ ἄλλας. εἰ δ' ὅτι περίκειται, κἂν ἱμάτιον κέηται ἐπὶ κλίνης, ἄλλη κατηγορία ἔσται. κἂν κεκαλυμμένος ᾖ τις. εἰ δὲ κατὰ τὴν κάθεξιν αὐτὴν καὶ τὴν ἕξιν, δηλονότι καὶ τὰ ἄλλα πάντα, κατὰ τὸ ἔχειν λεγόμενα, καὶ εἰς ἕξιν αὐτὰ ὅπου ποτὲ ἡ ἕξις, ἀνακτέον. οὐ γὰρ διοίσει κατὰ τὸ ἐχόμενον. εἰ μέν τοι ποιότητα ἔχειν, οὐ δεῖ λέγειν. ὅτι ἤδη ποιότης, εἴρηται. οὐ δὲ ποσότητα ἔχειν, ὅτι ποσότης. οὐ δὲ μέρη ἔχειν ὅτι οὐσία εἴρηται. διατὶ δὲ ὅπλα ἔχειν εἰρημένης οὐσίας ἐν ᾗ ταῦτα. οὐσία γὰρ ὑπόδημα καὶ ὅπλα. πῶς δ' ὅλως ἁπλοῦν καὶ μιᾶς κατηγορίας. ὁ δὲ ὅπλα ἔχει. τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ ὡπλίσθαι.

RELIQVVM est de prædicamento quod habere nominant, disputare. Profectò si habere multipliciter aiunt, quidnam prohibet, quo minus omnes habendi modi in hoc prædicamentum pariter redigantur? Quapropter & quantum ipsum huc facilè reducetur, quoniam habeat magnitudinem: item quale eodem pariter referetur: quia colorem habeat. Rursus pater atque similia: quia & pa-
B ter habet filium, & filius habet patrem: atque summatim possessiones omnes, & supellectilia quę habentur. Si dixerint alia quidem quæcunque habentur in suis illis prædicamentis esse: arma verò & calceos atque vestes in proprio hoc habendi prædicamento, primò quidem quæret aliquis, quam ob causam ita fiat: deinde cur nam habens quidē ipsa aliud quoddam vnum prædicamentum efficiat. Comburens verò illa, vel diuidens, vel abscondens,
C aut abijciens, non aliud rursus prædicamentum, aut alia faciat. Si respondeant iccirco prædicamentum fieri, quoniam corpori circundantur, sequetur, si quando vestis in lectica ponatur, prædicamentum inde aliud fieri, aliudque rursus si veste quispiam prorsus fuerit adopertus. Quòd si prædicamentum ipsum fieri asserant secūdum ipsum propriè continendi & habendi actum, profectò sic cætera omnia, quę secundum hoc ipsum habere cognominantur, huc eadem referri conditione necessarium erit, atque ad ipsum habitum illa omnia, vbicunque sit ipse habitus redigenda erunt. nihil enim intererit, quidnam id sit, quod habeatur. Proinde si in prædicamento eiusmodi describendo, non est dicendum habere qualitatem, quoniam qualitas ipsa iam suo loco sit dicta: rursus nec habere quantitatem, quoniam quantitas locum suum antea obtinuerit: item nec habere partes, quia iam substantia descripta propriè fuerit. cur igitur dicere licet, habere arma, cum iam definita substantia fuerit, cuius in genere arma propriè continentur? Nam calcei, vestes, arma substantiæ sunt. Præterea quónam pacto simplex aliquid est hoc ipsum, vniusque duntaxat prædicamenti, quando videlicet dicimus, hic habet arma? Id namque significat quod dicitur armari, vel armatum esse.

Deinde nunquid in viuente solùm id habendi A prædicamentum habet locum, an etiam si statua quædã habeat eadem? Aliter enim viuens quàm statua videtur habere, ac fortè æquiuoca quadam conditione: quoniam & quando dicimus de vtrisq;, stat ille viuens, stat & viuentis statua, non eadem ratione stare vtrunq; volumus. Deniq; quod consistit in paucis & differentia minima, quænam admittit ratio generale aliud prædicamentum efficere?

A ἔπειτα πότερον ἐπὶ ζῶντος μόνον, ἢ καὶ ἀνδριάς. ἢ οὔτω ταῦτα. ἄλλως γὰρ ἑκάτερον ἔχειν δοκεῖ. καὶ ἴσως ὁμωνύμως. ἐπεὶ καὶ τὸ ἕστηκεν ἐπ' ἀμφοῖν, οὐ ταὐτόν. ἔτι καὶ τὸ ἐν ὀλίγοις πῶς εὔλογον, ἔχειν κατηγορίαν γενικὴν ἄλλην.

Poni sic aut aliter in tali quadam figura vel loco non videtur nouum afferre prædicamentum præter figuram, locum, actionem, passionem, relationem. *Cap. XXIIII.*

SEQVITVR postremò prędicamen- A tum illud quod poni vel in situ quodam esse nominant, quod quidem in paucis quoq; consistit & differentia minima, vbi solent dicere, accumbere, discumbere, sedere: tametsi nõ simpliciter, sed modo quodam poni vel obtinere situm prædicamentum esse nouum velint: velut quando dicitur, in tali quadam figura positus est, vbi aliud quidem est figura, positio verò ipsa vel poni significat aliud. Et profectò cũ B id significet in figura quadam esse vel loco, atq; figura alibi descripta iam sit & locus, quidnam oportet vlterius prædicamenta duo in vnum accumulare? Præterea siquod dicitur sedet, actum actionemúe significat in actionum genere collocandum: sin verò passionem, in genere passionum. Deinde quod dicitur suspendi, quídnam aliud significat, quam poni sursum? quemadmodum & oppositum significat positum esse deorsum, & aliud in medio positum. Præterea cum accubitus fuerit in relationum genere collocatus, cur non ibidem sit & qui dicitur sursum positus? quandoquidem cum ibi sit ipsum dextrum, ibidem est hic dexter atq; sinister. Sed de his iam satis fuerit disputatum.

A ἘΠΙ' δὲ τοῦ κεῖσθαι, ἐν ὀλίγοις καὶ αὐτὸ ὄν, ἀνακεῖσθαι, καθῆσθαι. καίτοι οὐ κεῖσθαι ἁπλῶς λεγομένων, ἀλλὰ πῶς κεῖνται. καὶ κεῖται ἐν σχήματι τοιῷδε. καὶ τὸ μὲν σχῆμα ἄλλο, τοῦ δὲ κεῖσθαι ἄλλό τι σημαίνοντος, ἢ ἐν τόπῳ ἐστίν. εἰρημένου τοῦ σχήματος καὶ τοῦ τόπου, τί δεῖ εἰς ἓν δύο κατηγορίας συνάπτειν. ἔπειτα, εἰ τὸ μὲν κάθηται ἐνέργειαν σημαίνει, ἐν ταῖς ἐνερ- B γείαις τακτέον. εἰ δὲ πάθος, ἐν τῷ πεπονθέναι ἢ πάσχειν. τὸ δὲ ἀνάκειται, τί ἄλλο ἢ ἄνω κεῖται. ὥσπερ καὶ τὸ κάτω κεῖται. ἢ μεταξὺ κεῖται. διατί δὲ ἀνακλίσεως ἐν τῷ πρός τι, οὐχὶ καὶ ὁ ἀνακείμενος ἐκεῖ. ἐπεὶ καὶ τοῦ δεξιοῦ ὄντος ἐκεῖ, καὶ ὁ δεξιὸς ἐκεῖ καὶ ὁ ἀριστερός. ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ τούτων.

Non sunt ponenda prædicamenta quatuor sub vno genere, quemadmodum pleriq; Stoicorum Cynicorumq; posuerunt. Lusit hactenus contra decem Aristotelis & Architæ prædicamenta exercitandi forsitan ingenij gratia. Deinceps verò seuerius agit aduersus illos, qui materiam loco principij posuerunt: deinde vnà cum sequentibus sub eodem genere collocarunt. *Cap. XXV.*

POST hæc autem aduersus eos qui præ- A dicamentis quatuor introducunt, res videlicet ipsas quadrupliciter diuidẽtes in subiecta, & qualia, & quodammodo se habentia, & ad aliquid quodammodo se habentia: atq; vnum quiddam commune cunctis attribuẽtes, dum videlicet cuncta vno quodam genere complectuntur: aduersus eos inquam multa licet afferre, contra id præsertim quod aiunt commune genus vnum omnibus conuenire. Etenim inconsideratè admodum & absq; ratione B introductum est apud eos, quòd solent hoc aliquid appellare: neq; incorporeis corporibusq; simul accommodari potest: sed neq; differẽtias reliquerũt, quibus hoc aliquid distinguere valeant. Atqui id ipsum hoc aliquid aut ens est, aut non est: si ens esse dicitur, vna quædam est è numero specierum: sin verò nõ ens, sequitur ens fore nõ ens, & quamplurima generis eiusdem. Hæc ergo missa in præsentia faciamus: ipsam verò diuisionem consideremus. Principiò C subiecta in primo gradu ponentes, ibidemque materiam anteponentes alijs, absurdè admodum id ipsum quod primum putant esse principium, in vno quodam ordine cum his connumerant, quæ post suum principium collocantur. Et

A ΠΡΟ'Σ δὲ τοὺς τέτταρας τιθέντας, καὶ τετραχῶς διαιροῦντας εἰς ὑποκείμενα, καὶ ποιά. καὶ πῶς ἔχοντα, καὶ πρός τι πῶς ἔχοντα, καὶ κοινόν τι ἐπ' αὐτῶν τιθέντας, καὶ ἑνὶ γένει περιλαμβάνοντας τὰ πάντα, ὅτι μὲν κοινόν τι καὶ ἐπὶ πάντων ἓν γένος λαμβάνουσι, πολλὰ ἄν τις λέγοι. καὶ γὰρ ὡς ἀσύνετον αὐτοῖς καὶ ἄλογον τὸ τὶ τοῦτο, καὶ οὐκ B ἐφαρμόττον ἀσωμάτοις καὶ σώμασι. καὶ διαφορὰς οὐ καταλελοίπασιν, αἷς τὸ τὶ διαιρήσουσι. καὶ τὸ τὶ τοῦτο, ἢ ὂν ἢ μὴ ὄν ἐστιν. εἰ μὲν οὖν ὄν, ἕν τι τῶν εἰδῶν ἐστιν. εἰ δὲ μὴ ὄν, ἔστι τὸ ὂν μὴ ὄν. καὶ μυρία ἕτερα. ταῦτα μὲν οὖν, ἐν τῷ παρόντι ἐατέον: αὐτὴν δὲ τὴν διαίρεσιν ἐπισκεπτέον. ὑποκείμενα μὲν γὰρ πρῶτα τάξαντες, καὶ τὴν ὕλην ἐνταῦθα τῶν ἄλλων προτά- C ξαντες, τὴν πρώτην αὐτοῖς δοκοῦσαν ἀρχὴν συντάττουσι τοῖς μετὰ τὴν ἀρχὴν αὐτῶν. καὶ

πρῶτον μὲν, τὰ πρότερα τοῖς ὑστέροις, εἰς ἓν ἄγουσιν. οὐχ οἷόν τε ὂν ἐν γένει τῷ αὐτῷ, τὸ μὲν πρότερον, τὸ δὲ ὕστερον εἶναι. ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἐν οἷς τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον, τὸ ὕστερον παρὰ τοῦ προτέρου λαμβάνει τὸ εἶναι. ἐν δὲ τοῖς ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος, τὸ ἴσον εἰς τὸ εἶναι ἕκαστον ἔχει παρὰ τοῦ γένους. εἴπερ τοῦτο δεῖ γένος εἶναι. τὸ ἐν τῷ τί ἐστι τῶν εἰδῶν κατηγορούμενον. ἐπεὶ καὶ αὐτοὶ φήσουσι παρὰ τῆς ὕλης οἶμαι τοῖς ἄλλοις τὸ εἶναι ὑπάρχειν. ἔπειτα τὸ ὑποκείμενον ἀριθμοῦντες, οὐ τὰ ὄντα ἐξαριθμοῦνται, ἀλλ' ἀρχὰς τῶν ὄντων ζητοῦσι. διαφέρει δὲ ἀρχὰς λέγειν καὶ αὐτά. εἰ δὲ ὂν μὲν μόνον, τὴν ὕλην φήσουσι. τὰ δ' ἄλλα πάθη τῆς ὕλης, οὐκ ἐχρῆν τοῦ ὄντος καὶ τῶν ἄλλων, ἕν τι γένος προτάττειν. μᾶλλον δ' ἂν βέλτιον αὐτοῖς ἐλέγετο, εἰ τὸ μὲν οὐσίαν, τὰ δ' ἄλλα πάθη. καὶ διῃροῦντο ταῦτα. τὸ δὲ καὶ λέγειν τὰ μὲν ὑποκείμενα, τὰ δὲ τὰ ἄλλα, ἑνὸς ὄντος τοῦ ὑποκειμένου, καὶ διαφορὰν οὐκ ἔχοντος ἀλλ' ἢ τὸ μερίζεσθαι ὥσπερ ὄγκον εἰς μέρη, καίτοι οὐδὲ μεμερίσθαι τῷ συνεχῆ λέγειν τὴν οὐσίαν. βέλτιον λέγειν ἦν. τὸ μὲν ὑποκείμενον.

A in primis quidē priora vnà cum poſterioribus in vnum aliquid cōgregant, cum alioquin fieri nequeat, vt in eodem genere aliud quidē prius ſit, aliud verò poſterius. In illis enim in quibus prius eſt atque poſterius, id certè quod poſterius eſt à priore habet eſſentiam: at in eis quæ ſub eodem genere ſunt, quodlibet penes idem genus æqualitatem habet eſſendi: ſiquidē hoc eſſe genus oportet, quod in eo quod quid eſt B prædicatur de ſpeciebus: quandoquidē & ipſi cætera omnia habere eſſentiam à materia, vt arbitror, fatebuntur. Deinde vbi ſubiectum in numerando vnicum introducunt, non res quidem ipſas enumerāt, ſed rerum principia quærunt: intereſt autem rerum principia, atq; res dicere. Sin autem materiam quidem ſolam ens eſſe velint, cætera verò quaſdam materiæ paſſiones, certè non oportebat entis ipſius & aliorum genus vnum præponere: ſed melius fortè dixiſſent, ſi hoc quidem velut eſſentiam poſuiſ- C ſent, reliqua verò tanquam paſsiones illius aliquas poſuiſſent ea impoſterum partituri. Deniq; abſurdum eſt, quod aiunt alia quidem eſſe ſubiecta, & alia reliqua: quippe cum vnicum ſit ſubiectum, neq; vllam in ſe differētiam habeat, niſi fortè ita diuidi poſsit, ſicut aliqua moles in partes: quamuis neq; diuidere quidem liceat, propterea quòd continuam eſſe ſubſtantiam arbitrantur. Melius itaq; dixiſſent, ſi non ſubiecta nobis, ſed ſubiectum introduxiſſent.

Materiam per ſe informem aliunde formabilem nefas eſt pro rerum principio ponere. Cap. XXVI.

Præſertim quia omnia actum appetunt tanquam bonum: actum dico, formam & actionem. Actus igitur ipſe ſummus & ſimpliciſsimus, cui nihil potentiæ materialis inſit, eſt finis vltimus & principium: Actum dico, etiam forma ſuperiorem. Omnia enim actum aliquem appetunt vltra formam. Ridiculum eſt, poſtquam ſimplicem materiam loco principij poſuerunt, addere materiā in quam continuam & extenſam. Hæc enim non iam foret ſimplex, ſed cùm quantitate & qualitate permiſta. Deniq; quicquid conſtat ex multis, cum fiat participatione vnum, dependet ab aliquo, per ſe ipſum vno, ideoq; penitus indiuiduo.

ὍΛΩΣ δὲ τὸ προτάττειν ἁπάντων τὴν ὕλην, ὃ δυνάμει ἐστὶν, ἀλλὰ μὴ ἐνέργειαν πρὸ δυνάμεως τάττειν, παντάπασιν ἀτοπώτατον. οὐδὲ γὰρ ἐστὶ τὸ δυνάμει εἰς ἐνέργειαν ἐλθεῖν ποτὲ, τάξεως ἀρχὴν ἔχοντος ἐν τοῖς οὖσι, τοῦ δυνάμει. οὐ γὰρ δὴ αὐτὸ ἑαυτὸ αὔξει. ἀλλὰ δεῖ ἢ πρὸ αὐτοῦ εἶναι τὸ ἐνεργείᾳ, καὶ οὐκέτι τοῦτο ἀρχὴ, ἢ εἰ ἅμα λέγοιεν, ἐν τύχαις θήσονται τὰς ἀρχάς. ἔπειτα εἰ ἅμα, διατί οὐκ ἐκεῖνο προτάττουσι. καὶ διατί τοῦτο μᾶλλον ὂν ἡ ὕλη, ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνα. εἰ δὲ ὕστερον ἐκεῖνο, πῶς; οὐ γὰρ δὴ ἡ ὕλη τὸ εἶδος γεννᾷ. ἡ ἄποιος τὸ ποιόν. οὐδ' ἐκ τοῦ δυνάμει ἐνέργεια. ἐνυπῆρχε γὰρ ἂν τῇ ἐνεργείᾳ. καὶ οὐχ ἁπλοῦν ἔτι. καὶ ὁ θεὸς δεύτερος αὐτοῖς τῆς ὕλης. καὶ γὰρ σῶμα ἐξ ὕλης ὂν καὶ ὕλης. καὶ πόθεν αὐτῷ τὸ εἶδος; εἰ δὲ καὶ ἄνευ τοῦ ὕλην ἔχειν ἀρχοειδὴς ὢν καὶ λόγος,

A R R Æ cæteris autem abſurdiſsimum eſſe videtur, materiam quæ in potentia eſt, omnibus anteponere, neq; actum ipſum potius potentiæ anteferre. Neque enim fieri poteſt, vt quod eſt in potentia ad actum aliquando prodeat, ſi modò id quod eſt in potentia ordinem in rebus principij teneat. Non enim ipſum quod in potentia tantùm eſt, ſeipſum vnquam perducet in melius, ſed oportet vel ante ipſum eſſe quod eſt in actu, atque ita non amplius id B ipſum erit principium, aut certè ſimul eſſe dixerint, infortuita quadam ſorte rerum principia collocabunt. Item ſi ſimul ponant, cur non & illud præferunt? Cúrue hoc, id eſt materia potius quàm illud eſſe ens iudicatur? At ſi illud eſſe poſterius aſſerant, quærendum erit, qua conditione id fieri poſsit. Nempe materia ſpeciem minimè generat, quia nec informe formoſum, neque ex eo quod in potentia ſolùm eſt, id quod eſt actu, vel actus quandoque procedit, alioquin prius etiam tanquā actu quodam illic extitiſſet, neq; amplius ſubiectum apud eos illud atq; materia foret ſimplex. atqui & Deus apud illos materia poſterior eſt. Corpus enim eſt apud eos ex materia & ſpecie cōſtans. Vbi certè quærendum eſt, vnde nam ei ſpecies adſit: ſin autē etiam abſq; materia Deus exiſtit, quippe cū ratio quædā ſit, principij obtinēs proprietatem,

A nimirum est incorporeus, atq; principium efficax est incorporeum. Quòd si etiam sine materia compositam habet essentiam, vtpote qui corpus sit, consequens est, vt aliam materiam quæ Deo conueniat, introducant. Præterea quonam pacto materia principium est, cum ipsa sit corpus? Fieri nanque non potest quin corpus sit multa. atqui omne corpus ex materia & qualitate componitur. Si autem corpus hoc se aliter habet, equiuocè materiam corpus appellant: at si communem corporis proprie- B tatem trinam esse dicant dimensionem, certè corpus afferent mathematicum. Verùm si dimensionem triplicem cum resistentia quadam coniungant ad ipsam corporis plenitudinem, non vnum aliquid dicent. Præterea resistendi proprietas quale quiddam est, vel à qualitate proueniens: iam verò quærendum est, vnde sit resistentia: vnde distantia triplex: quis distare compulerit. Non enim in ipsa ratione trinæ dimensionis materia continetur, neq; vicissim in C ratione materiæ dimensio trina. Quapropter cũ ita materia magnitudinis sit particeps, haud amplius erit simplex. Præterea vnde nam vnitas? Non enim subiectum hoc est ipsa vnitas, sed vnitatis participatione consistit. Operæpretium erat considerare, nō posse molem omnibus anteponi, sed anteponendum aliquid à mole secretum, ipsumq; vnum. Atq; decere ab vno exordientes in multa descendere, & ab eo incipientes quod est à magnitudine segrega- D tum, in magnitudines deuenire: siquidem neq; multa esse possunt, nisi sit vnum: neq; magnitudo potest esse, nisi sit aliquid à magnitudine liberum: quippe cum magnitudo ita sit vnum, non ex eo quòd sit ipsum vnum, sed propterea quòd vnius sit particeps, & secundũ quandam congresionem. Est itaq; necessarium, esse ipsum quod primò præcipueq; tale est ante illud quod fit tale secundum quandam congresionem fortè etiam contingentem: alioquin quonam pacto conuentus effici potest? Tum verò quærendum est, quæ nam conueniendi conditio sit. Quod quidē si quæsiuissent, fortè vnum ipsum quod non secundum contingentiam vnum est, inuenissent. Dico autem secundum contingentiam illud, cui non per se inest vt sit vnum, sed ab alio quodam vnum esse contingit.

A ἀσώματος ἂν εἴη ὁ θεός. καὶ τὸ ποιητικὸν ἀσώματον. εἰ δὲ καὶ αὐτὸ τῆς ὕλης ἐστὶ τὴν οὐσίαν σύνθετος, ἅτε σῶμα ὤν, ἄλλην ὕλην τὴν τοῦ θεοῦ, εἰσάξουσιν. ἔπειτα πῶς ἀρχὴ ἡ ὕλη σῶμα οὖσα. οὐ γάρ ἐστι σῶμα, μὴ οὐ πολλὰ εἶναι. καὶ πᾶν σῶμα, ἐξ ὕλης καὶ ποιότητος. εἰ δὲ ἄλλως τοῦτο τὸ σῶμα, ὁμωνύμως λέγουσι σῶμα τὴν ὕλην. εἰ δὲ κοινὸν ἐπὶ σώματος B τὸ τριχῇ διαστατόν, μαθηματικὸν λέγουσιν. εἰ δὲ μετὰ ἀντιτυπίας τὸ τριχῇ, οὐχ ἓν λέγουσιν. ἔπειτα ἡ ἀντιτυπία ποιόν. ἢ παρὰ ποιότητος. καὶ πόθεν ἡ ἀντιτυπία. πόθεν δὲ τὸ τριχῇ διαστατόν. ἢ τίς διέστησεν. οὐ γὰρ ἐν τῷ λόγῳ τοῦ τριχῇ διαστατοῦ ἡ ὕλη. οὐδ᾽ ἐν τῷ τῆς ὕλης, τὸ τριχῇ διαστατόν. μεταλαβοῦσα τοίνυν μεγέθη, οὐκέτ᾽ ἂν ἁπλοῦν εἴη. ἔπειτα πόθεν ἡ ἕνωσις. οὐ γὰρ δὴ αὐτὸ ἕνωσις. ἀλλὰ μετοχῇ C ἑνότητος. ἐχρῆν δὴ λογίσασθαι, ὡς οὐκ ἔστι δυνατὸν προτάττειν ἁπάντων ὄγκον. ἀλλὰ τὸ ἄογκον καὶ τὸ ἕν. καὶ ἐκ τοῦ ἑνὸς ἀρξαμένους, εἰς τὰ πολλὰ τελευτᾶν. καὶ ἐξ ἀμεγέθους εἰς μεγέθη. εἴγε οὐκ ἔστι πολλὰ εἶναι, μὴ ἑνὸς ὄντος. οὐδὲ μέγεθος, μὴ ἀμεγέθους. εἴγε τὸ μέγεθος ἓν οὐ, τῷ αὐτὸ ἕν. ἀλλὰ τῷ μετέχειν τοῦ ἑνός, καὶ κατὰ σύμβασιν. δεῖ τοίνυν εἶναι τὸ πρώ- D τως καὶ κυρίως, πρὸ τοῦ κατὰ σύμβασιν. ἢ πῶς ἡ σύμβασις; καὶ ζητεῖν τίς ὁ τρόπος τῆς συμβάσεως, τάχα γὰρ ἂν εὗρον τὸ μὴ κατὰ συμβεβηκὸς ἕν. λέγω δὲ κατὰ συμβεβηκός, ὅτῳ μὴ αὐτὸ ἕν, ἀλλὰ παρ᾽ ἄλλου.

Materia prima si omnibus tam mouentibus quàm formis subiecta est, non potest esse rerum principium. Cap. XXVII.

Nec materia per se informis parit formas, nec vlla forma in materia iacens potest ex se existere, quando in se ipsa consistere nunquam potest: nec earum principium est forma quædam materiæ mista, alioquin non poterit dominari materiæ. Oportet verò motorem tandem efficacissimum esse ab impedimentis materialibus expeditum. Siquis verò fingat materiam esse formarum principium, negaturus est eam esse subiectam, affirmaturusq; hanc per essentiam suam formas omnes existere. Ac tandem quicquid reuera est in mundo, esse materiam, formas verò imaginamenta quædam. Sed reuera cum ex materia naturaliter informi effici forma non possit, multò minus vita, quæ est forma præstantior: minimè verò mens, præstantissima forma. Deniq; principium materialis formæ vita quædam est non pullulans ex materia, quamuis sit infusa materiæ. Atq; huius vitæ principium ipsa vita est, materiam longius supereminens.

A FAS autem erat ipsum omnium principium in sede admodum veneranda aliter obseruantes, nullo modo principium affirmare, quod informe sit, quod obnoxium passioni, quod vita carens, mente captum, tenebrosum, indefinitũ, atq; huic ipsius essentiæ munus adscribere. Nēpe Deus ipse apud illos honesti & decori cuiusdam gratia est introductus, habēs

Ἐχρῆν δὲ καὶ ἄλλως τηροῦντας τὴν ἀρχὴν τῶν πάντων ἐν τῷ τιμίῳ, μὴ τὸ ἄμορφον, μὴ δὲ τὸ παθητικόν, μὴ δὲ τὸ ζωῆς ἄμοιρον, καὶ ἀνόητον. καὶ σκοτεινόν. καὶ τὸ ἀόριστον, τίθεσθαι ἀρχήν. καὶ τούτῳ ἀναφέρειν, καὶ τὴν οὐσίαν. ὁ γὰρ θεὸς αὐτοῖς, εὐπρεπείας ἕνεκεν ἐπεισάγεται,

παρ᾽

παρά τε τῆς ὕλης ἔχων τὸ εἶναι, καὶ σύνθετος καὶ ὕστερος. μᾶλλον δὲ ὕλη πῶς ἔχουσα, ἔπειτα ὑποκείμενον, ἀνάγκη ἄλλο εἶναι, ὃ ποιοῦν εἰς αὐτὴν, ἔξω ὂν αὐτῆς, παρέχει αὐτὴν ὑποκεῖσθαι, τοῖς παρ' αὐτοῦ πεμπομένοις εἰς αὐτήν. εἰ δ' ἐν τῇ ὕλῃ καὶ αὐτὸς εἴη ὑποκείμενος, καὶ αὐτὸς σὺν αὐτῇ γινόμενος, οὐκέτι ὑποκείμενον τὴν ὕλην παρέξεται. οὐδὲ μετὰ τῆς ὕλης, αὐτὸς ὑποκείμενον. τίνι γὰρ ὑποκείμενα ἔσται, οὐκέτι ὄντος τοῦ παρέξοντος ὑποκείμενα αὐτὰ, ἁπάντων καταναλωθέντων εἰς τὸ λεγόμενον ὑποκείμενον. πρός τι γὰρ τὸ ὑποκείμενον. οὐ πρὸς τὸ ἐν αὐτῷ, ἀλλὰ πρὸς τὸ ποιοῦν εἰς αὐτὸ κείμενον. καὶ τὸ ὑποκείμενον ὑπόκειται πρὸς τὸ οὐχ ὑποκείμενον, εἰ τοῦτο πρὸς τὸ ἔξω. ὥστε παραλελειμμένον ἂν εἴη τοῦτο. εἰ δὲ οὐδὲν δέονται ἄλλου ἔξωθεν, αὐτὸ δὲ πάντα δύναται γίνεσθαι σχηματιζόμενον, ὥσπερ ὁ τῇ ὀρχήσει πάντα αὐτὸν ποιῶν, οὐκέτ' ἂν ὑποκείμενον εἴη, ἀλλ' αὐτὸ τὰ πάντα. ὡς γὰρ ὁ ὀρχηστὴς οὐχ ὑποκείμενον τοῖς σχήμασιν, ἐνέργεια γὰρ αὐτοῦ τὰ ἄλλα, οὕτως οὐδὲ ἣν λέγουσιν ὕλην, ἔσται τοῖς πᾶσιν ὑποκείμενον, εἰ τὰ ἄλλα, παρ' αὐτῆς εἴη. μᾶλλον δὲ οὐδὲ τὰ ἄλλα ὅλως ἔσται, εἴγε πῶς ἔχουσα ὕλη τὰ ἄλλα, ὡς πῶς ἔχων ὁ ὀρχούμενος τὰ σχήματα. εἰ δὲ τὰ ἄλλα οὐκ ἔσται, οὐδὲ ὅλως ὑποκείμενον αὕτη. οὐδὲ τῶν ὄντων ἡ ὕλη. ἀλλὰ ὕλη μόνον οὖσα, τούτῳ αὐτῷ οὐδὲ ὕλη. πρός τι γὰρ ἡ ὕλη. τὸ γὰρ πρός τι, πρὸς ἄλλο, καὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους οἷον διπλάσιον, πρὸς ἥμισυ οὐκ οὐσία, πρὸς διπλάσιον. ὂν δὲ μὴ πρὸς ὂν, πῶς πρός τι, εἰ μὴ κατὰ συμβεβηκός. τὸ δὲ καθ' αὑτὸ ὂν καὶ ἡ ὕλη, ὂν πρὸς ὄν. εἰ γὰρ δύναμίς ἐστιν ὃ μέλλει ἔσεσθαι, ἐκεῖνο δὲ μὴ οὐσία, οὐδ' ἂν αὐτὴ οὐσία. ὥστε συμβαίνει αὐτοῖς αἰτιωμένοις, τοὺς ἐκ μὴ οὐσιῶν οὐσίας ποιοῦντας, αὐτοὺς ποιεῖν ἐξ οὐσίας μὴ οὐσίαν. ὁ γὰρ κόσμος καθόσον κόσμος, οὐκ οὐσία. ἄτοπον δὲ τὴν μὲν ὕλην τὸ ὑποκείμενον οὐσίας. τὰ δὲ σώματα μὴ μᾶλλον οὐσίας. καὶ τούτων μᾶλλον μὴ τὸν κόσμον οὐσίαν, ἀλλ' ἢ μόνον καθόσον μόριον αὐτοῦ οὐσίαν. καὶ τὸ ζῶον μὴ παρὰ τῆς ψυχῆς ἔχειν τὴν οὐσίαν, παρὰ δὲ τῆς ὕλης μόνον. καὶ τὴν ψυχὴν πάθημα ὕλης καὶ ὕστερον. παρὰ τίνος οὖν ἔσχεν ἡ ὕλη τὸ ἐμψυχῶσθαι, καὶ ὅλως τῆς ψυχῆς ἡ ὑπόστασις. πῶς δὲ ἡ ὕλη· ὅ,τι μὲν σώματα γίνεται. ἄλλο δὲ αὐτῆς ψυχή. καὶ γὰρ εἰ ἄλλοθεν προσίοι τὸ εἶδος, οὐδαμῇ * ψυχῇ ἂν γίνοιτο, ποιότητος προσελθούσης τῇ ὕλῃ, ἀλλὰ σώματα ἄψυχα. εἰ δέ τι αὐτὴν πλάττοι καὶ ψυχὴν ποιοῖ, πρὸ τῆς γινομένης ψυχῆς ἔσται ἡ ποιοῦσα ψυχή.

*ψυχὴ

A essentiam à materia, & cõpositus & posterior, imò verò existens materia ipsa quodammodo sese habens. Proinde si materia subiectum est, necessarium est aliud quiddã esse extra ipsam, quod quidem in eam agens adhibet eam muneribus ab ipso traditis subditam. Sin autem & ipse qui materiæ dicitur agitator in ipsa materia sit velut subiectus vnà cum ipsa, haud amplius materiam subditam adhibebit? sed certè non potest ipse vnà cũ materia esse subiectum:
B alioquin cuinam subiecta hæc erunt, cum non vlterius adsit aliquis qui ea faciat esse subiecta? Quippe cum omnia in hoc ipsum quod subiectum dicitur, absumpta iam fuerint. Nempe subiectum ad aliquid necessariò pertinet, non quidẽ ad illud quod fit in ipso, sed ad illud potius quod in ipsum agat expositum. Sanè subiectum exponitur ad illud quod non est subiectum: si hoc, igitur ad externum. Quapropter prætermissum hoc fuisse videtur. Cæterùm si
C nihilo illi egent externo quodã, sed subiectum ipsum per se potest omnia fieri, quasi variè figuratum illius more qui tripudio se fermè in omnia transfigurat, certè nõ amplius subiectũ erit, sed hoc ipsum potius omnia. Sicut enim tripudiator ipse nõ figuris subiectus est, nã gestus quidã ipsius figuræ sunt: ita neq; quam materiam nominãt, subiectum omnibus erit, si ab ipsa omnia fuerint: imò verò neq; omnino quidem erunt alia: siquidẽ reliqua nihil aliud sunt
D præter materiã ipsam quodammodo se habentem, quemadmodũ & saltator in ipso tripudio certo seipsum modo habens figuræ ipse omnes existit. Sin autem alia nõ sint, nec omnino ipsa materia subiectum erit: neq; erit materia rerũ, sed materia tantùm: ideoq; nec etiã ipsa materia: Ad aliquid enim materia referri videtur: & quod refertur ad aliquid, spectat ad aliud, atq; ex eodẽ genere ducitur velut duplum ad dimidium, nec substantia quidẽ ad duplum. Ens aũt
E ad non ens quonã modo refertur, nisi fortè per accidẽs? Quod autẽ secundũ se ens existit, atq; ipsa materia tanquam ens referetur ad ens. Si enim potentia quædã est quod est futurũ, illud autem nõ est essentia, neq; ipsa etiã essentia est. Quamobrem illis accidit, vt dũ illos vituperãt, qui ex nõ essentijs essentias procreant, ipsi interim ex essentia faciãt nõ essentiã. Mundus enim quantũ mundus est, apud eos non erit essentia. Nefas autẽ dictũ est, materiã quidem quæ sub-
F iectũ est, essentiã esse, corpora verò non esse magis essentias: multoq; magis absurdũ est, mundum ipsum essentiã nõ existere, sed aliquid solum quod pars eius est, essentiã esse: tum verò animal non ab anima habere substantiam, sed à materia tantùm, atq; ipsam animã passionem quandam esse materiæ, posterioremq; materia. A quo nã igitur materia vt animaretur, accepit? Et omnino animę ipsius substãtia vnde nã est? Itẽ quomodo materia subsistit atq; forma-
G tur? Nempe quãdo hæc ipsa fit corpora, anima aliud quiddã est quàm ipsa. Etenim si aliunde quàm ab anima species proueniret, nullo modo anima fieret accedente materiæ qualitate, sed corpora prorsus inanimata. Siquid autẽ materiam format, & procreat animam, consequens est, vt ante animam procreatam sit & anima procreans.

Materia quanto magis ſub formarum mutationibus permanet, tantò magis patitur. Et icclrco eſt omnium infima. Mens ſi poſterior eſſet quàm materia, nec materiam poſſet tranſcendere, nec materialia etiam perfectè comprehendere. *Cap. XXVIII.*

A VERVM cum multa ſint opinioni huic palàm repugnantia, quæ afferri in medium facilè poſsint, iam dictis contenti eſſe debemus: ne fortè nobis etiam turpe ſit contra tam apertos errores obnixius decertare. Satis verò fuerit oſtendiſſe, qui nam & quemadmodum non ens tanquam maximè ens affirment atq; conſtituant, & quod infirmum eſt tanquã primum collocare non dubitent. Cauſa verò tanti erroris hæc extitit, quoniam illi ſenſum velut ducem ſecuti ſunt, cui fidem in principijs, & reliquis ſtatuendis nimiam adhiberent. B Nempe cum corpora duntaxat eſſe res veras exiſtimarent, ac deinde corporum cõmutationem mutuam in ſe inuicem formidarẽt, nimirum quod ſub eis manet id ipſum eſſe ens putauerũt: perinde ac ſiquis locum magis quàm corpora ens eſſe putaret, exiſtimans videlicet, locum minimè deſtrui. Et quamuis hìc apud eos maneat, oportebat tamẽ non quomodocunq; manens eſſe ipſum ens arbitrari, C ſed conſiderare prius, quæ nam entis veri ſint dotes, quibus iam præſentibus adſit ſimul ſemper manendi facultas. Iam verò & ſi vmbra quædam maneat, ſemper aliud quiddam comitans continuè permutatum, non tamen magis erit vmbra quàm illud. Atqui & ipſum ſenſibile vnà cũ illo alijsq; numero multis, magis vtiq; ens cum & totum ſit videbitur iudicandũ, quàm vnum aliquid eorum quæ continentur in ipſo. Sin autem & totum ſubiectum illud non ens, quónam modo illud? D Omnium verò maximè mirandum eſſe videtur, illos qui ſenſui de omnibus præſtabãt fidem, non etiam affirmauiſſe ens ipſum ſenſu poſſe comprehendi. Sed neq; etiam rectè ſoliditatem vel reſiſtentiam illi tribuunt: id enim qualitas quædam eſt. Sin autẽ mente id ſe percipere dicant, abſurda mens hæc erit, quæ materiam ſibi præfecerit, verumq; eſſendi munus non ſibi, ſed materiæ dederit. Cum igitur mens apud illos non ſit ens, quânam conditione vllam habebit fidem, cum vbiq; de his quæ præſtantiora ſunt, quam ipſa loquatur & iudicet, neq; vllam cum eis cognationem habeat? Sed de hac ipſa natura ſubiectisq; ſatis etiam alibi diſputatum.

A ἈΛΛΑ` γὰρ πολλῶν ὄντων τῶν λεγομένων πρὸς τὴν ὑπόθεσιν ταύτην, τούτων μὲν παυστέον, μὴ καὶ ἄτοπον ᾖ, τὸ πρὸς οὕτω φανερὰν ἀτοπίαν φιλονικεῖν, δεικνῦντα. οἱ τὸ μὴ ὂν ὡς τὸ μάλιστα ὂν προστάττουσι, καὶ τὸ ὕστατον πρῶτον, αἴτιον δὲ ἡ αἴσθησις αὐτοῖς ἡγεμὼν γινομένη καὶ πιστὴ, εἰς ἀρχῶν καὶ τῶν ἄλλων θέσιν. τὰ γὰρ σώματα νομίσαντες εἶναι B τὰ ὄντα, εἶτα αὐτῶν τὴν μεταβολὴν εἰς ἄλληλα φοβηθέντες, τὸ μένον ὑπ' αὐτὰ, τοῦτ' ᾠήθησαν τὸ ὂν εἶναι. ὥσπερ ἂν εἴ τις μᾶλλον τὸν τόπον ἢ τὰ σώματα νομίσειεν εἶναι τὸ ὂν, ὅτι οὐ φθείρεται ὁ τόπος νομίσας. καί τοι καὶ οὗτος αὐτοῖς μένει. ἔδει δὲ, οὐ τὸ ὁπωσοῦν μένον νομίσαι τὸ ὄν. ἀλλὰ ἰδεῖν πρότερον τίνα δεῖ προσεῖναι τῷ ἀληθῶς ὄντι. οἷς οὖσιν ὑπάρχειν καὶ τὰ ἀεὶ μένειν. οὐδὲ γὰρ εἰ σκιὰ ἀεὶ μένοι C παρακολουθοῦσα ἀλλοιουμένῳ, ἄλλο μᾶλλον ἐστὶν ἢ ἐκεῖνο. τό, τε αἰσθητὸν, μετ' ἐκείνου, καὶ ἄλλων πολλῶν τῷ πλήθει, μᾶλλον ἂν τὸ ὅλον ὂν εἴη. ἢ ἕν τι τῶν ἐν ἐκείνῳ. εἰ δὲ δὴ καὶ τὸ ὅλον, ὑποβάθρα ἐκεῖνο, μὴ ὄν, πῶς ἂν ἐκεῖνο. πάντων τε θαυμαστότατον τὸ, τῇ αἰσθήσει πιστουμένους ἕκαστα. * τῷ μὴ τῇ αἰσθήσει ἁλωτὸν τίθεσθαι ὄν. οὐδὲ γὰρ ὀρθῶς τὸ ἀντιτυπὲς αὐτῇ διδόασι. ποιότης γὰρ τοῦτο. εἰ δὲ τῷ νῷ λέ- D γουσι λαβεῖν, ἄτοπος ὁ νοῦς οὗτος, ὁ τὴν ὕλην αὐτοῦ προτάξας, καὶ τὸ ὂν αὐτῇ δεδωκὼς, ἀλλ' οὐχ αὑτῷ. οὐκ ὢν οὖν ὁ νοῦς αὐτοῖς, πῶς ἂν πιστὸς εἴη, περὶ τῶν κυριωτέρων αὐτοῦ λέγων, καὶ οὐδαμῇ αὐτοῖς συγγενὴς ὤν. ἀλλὰ περὶ μὲν ταύτης τῆς φύσεως καὶ τῶν ὑποκειμένων, ἱκανῶς καὶ ἐν ἄλλοις.

*τὸ

Poſuerant prædicamenta quatuor, ſcilicet ſubiectum primò, deinde quale, tertiò quodammodo ſe habens, quartò quodammodo ſe ad aliquid habens. *Cap. XXIX.*

Hoc ipſum quod additur quale, ſi ſimplex quiddam eſt, ſicut eſſe debet, ſi ſeorſum facit prædicamentum, certè eſt incorporeum, quod quidem ipſi nolunt: ſin autem compoſitum ſignificat, vana eſt diuiſio, diuidens videlicet res in ſubiectum, atq; iterum in ſubiectum quale. Et omnino quando dicunt quale & quodammodo ſe habens, aut rem nullam addunt præter materiam ſic ſe habẽtem, aut addunt: ſi nullam, vnicum reuera prædicamentum erit: ſi aliquam, quidnam hæc ipſa ſit interrogati nunquam explicant: nec diſcernunt vnquam inter materiam qualem, atq; materiã quodammodo ſe habentẽ, hac videlicet diſcretione plura prædicamẽta facturi. Deniq; ſi nihil in natura ſit præter materiã ſic ſe habentẽ, mens ipſa materialis erit, neq; de materia, neq; de ſeparatis expeditè poterit iudicare.

A QVÆ verò qualia dicuntur apud illos, alia quædam oportet eſſe præter ipſa ſubiecta, quod quidem & ipſi fatentur, alioquin nunquam ipſa velut ſecunda numerauiſſent. Si igitur alia ſunt, neceſſe eſt inſuper ea eſſe ſimplicia: ſi hoc, nequaquam compoſita: ſi & hoc, nec habere materiam, qua ratione ſunt qualia: ſi denique hoc, incorporea efficaciaq; exiſtere.

ΤΑ` δὲ ποιὰ αὐτοῖς, ἕτερα μὲν δεῖ εἶναι τῶν ὑποκειμένων καὶ λέγουσιν. οὐ γὰρ ἂν αὐτὰ δεύτερα κατηρίθμουν. εἰ τοίνυν ἕτερα, δεῖ καὶ ἁπλᾶ εἶναι. εἰ τοῦτο, μὴ σύνθετα. εἰ τοῦτο, μηδ' ὕλην ἔχειν. ᾗ ποιά. εἰ τοῦτο, ἀσώματα εἶναι καὶ δραστήρια.

ἡ γὰρ

ἡ γὰρ ὕλη, πρὸς τὸ πάσχειν αὐτοῖς ὑπόκειται. εἰ δὲ σύνθετα, πρῶτον μὲν, ἄτοπος ἡ διαίρεσις, ἁπλᾶ καὶ σύνθετα αὐτὶ διαστέλλουσα. καὶ ταῦτα ὑφ᾽ ἓν γένος. ἔπειτα, ἐν θατέρῳ τῶν εἰδῶν τὸ ἕτερον τιθεῖσα, ὥσπερ ἄν τις διαιρῶν τὴν ἐπιστήμην, τὴν μὲν γραμματικὴν λέγοι, τὴν δὲ γραμματικὴν, καὶ ἄλλό τι. εἰ δὲ τὰ ποιὰ ὕλην ποιὰν λέγοιεν, πρῶτον μὲν οἱ λόγοι αὐτοῖς ἔνυλοι. ἀλλ᾽ οὐκ ἐν ὕλῃ γενόμενοι, σύνθετόν τι ποιήσουσιν. ἀλλὰ πρὸ τοῦ συνθέτου, ὃ ποιοῦσιν, ἐξ ὕλης καὶ εἴδους ἔσονται. οὐκ ἄρα αὐτοὶ εἴδη, οὐδὲ λόγοι. εἰ δὲ λέγοιεν μηδὲν εἶναι τοὺς λόγους, ἢ ὕλην πῶς ἔχουσαν, τὰ ποιὰ δηλονότι πῶς ἔχοντα ἐροῦσι. καὶ ἐν τῷ τετάρτῳ γένει τακτέον. εἰ δὲ ἤδε ἡ σχέσις, ἄλλη τὶς ἡ διαφορά. ἢ δηλονότι τὸ πῶς ἔχειν, ἐνταῦθα ὑπόστασις μᾶλλον. καί τοι εἰ μὴ κἀκεῖ ὑπόστασις, τί καταριθμοῦσιν ὡς ἓν γένος ἢ εἶδος. οὐ γὰρ δὴ ὑπὸ τὸ αὐτὸ, τὸ μὲν ὂν, τὸ δὲ οὐκ ὂν δύναται εἶναι. ἀλλὰ τί τοῦτο τὸ ἐπὶ τῇ ὕλῃ πῶς ἔχον. ἢ γὰρ ὂν, ἢ οὐκ ὄν. καὶ εἰ ὂν, πάντως ἀσώματον. εἰ δὲ οὐκ ὂν, μάτην λέγεται. καὶ ὕλη μόνον. τὸ δὲ ποιὸν οὐδέν. ἀλλ᾽ οὐδὲ τὸ πῶς ἔχον. ἔτι γὰρ μᾶλλον οὐκ ὄν. τὸ δὲ τέταρτον λεχθὲν, καὶ πολλῷ μᾶλλον. μόνον ὂν ἄρα ὕλη. τίς οὖν τοῦτο φησίν. οὐ γὰρ δὴ αὐτὴ ἡ ὕλη. εἰ μὴ ἄρα αὐτὴ, πῶς γὰρ ἔχουσα ὁ νοῦς. καί τοι τὸ πῶς ἔχουσα, προσθήκη κενή. ἡ ὕλη ἄρα λέγει ταῦτα, καὶ καταλαμβάνει. καὶ εἰ μὲν ἔλεγεν ἔμφρονα, θαῦμα ἂν ἦν, πῶς καὶ νοεῖ, καὶ ψυχῆς ἔργα ποιεῖ, οὔτε νοῦν οὔτε ψυχὴν ἔχουσα. εἰ δ᾽ ἀφρόνως λέγοι αὐτὴν, τιθεῖσα ὃ μὴ ἔστι μὴ δὲ δύναται, τίνι ταύτην δεῖ ἀνατιθέναι τὴν ἀφροσύνην. ἢ εἰ ἔλεγεν αὐτή. νῦν δὲ οὔτε λέγει ἐκείνη, ὅ, τε λέγων, πολὺ τὸ παρ᾽ ἐκείνης ἔχων λέγει. ὅλος μὲν ὢν ἐκείνης, εἰ καὶ μόνον ψυχὴν ἔχοι. ἀγνοίᾳ δὲ αὑτοῦ καὶ δυνάμεως, τῆς λέγειν τἀληθῆ περὶ τῶν τοιούτων δυναμένης.

materia nanque apud illos ad passiones suscipiendas exposita est. Sin autem qualia ipsa dicant esse composita, primò quidem diuisio erit absurda, quæ simplicia & composita ex opposito diuidit, eaq; in vnum genus accumulat. deinde ob hoc ipsum quoq; non recta, quoniam in altera specierum collocat alterum: quemadmodum siquis scientiam diuidēs, alteram quidem asserat esse grammaticam, alteram verò grammaticam quoque & aliquid insuper. Verùm si qualia ipsa dicāt materiam esse qualem, primò seminales rationes apud illos materiales quidem, neque duntaxat in materia positæ compositum quiddam efficient, sed ante compositum ab eis factū, ex materia specieq; constabunt. neque igitur ipsæ species erunt, neque etiam rationes. Quòd si obiecerint rationes nihil aliud esse præter materiam ipsam quodammodo se habentem, ipsa videlicet qualia esse quodammodo se habentia fatebuntur, atque erunt in quarto genere collocanda. Sin autem aliam quandam habitudinem introducant, interrogandum erit, quænam sit differentia: an videlicet ipsum quod dicitur quodammodo se habere, in hoc gradu potius est subsistētia quædam: quanquam nisi & ibi subsistētia sit, quidnam enumerāt tanquam vnum genus, vel speciem? Nō enim sub eodem aliud quiddam ens, aliud verò non ens numerari potest. Cæterùm quidnam est hoc, quod in materia dicitur quodammodo sese habens? Aut enim ens, aut non ens iudicatur. Atqui si ens, est penitus incorporeum: sin verò non ens, frustra dicitur, solumq; materia est: ipsum verò quale nihil prorsus existit: sed neq; etiam quod dici solet quoquo modo se habens. Id nanque multò magis non ens videri alicui potest. Quod deniq; numeratur quartum, multò minus ens esse videtur. sola igitur materia ens. Quisnam igitur hoc ipsum ait? Non enim ipsa materia, nisi fortè ipsa sit mens, videlicet quodammodo sese habens: tametsi hoc ipsum quod dicitur aliquo modo se habens est inanis adiunctio. materia igitur dicit hæc, atque comprehendit. Et profectò si recta sanaq; diceret, mirandum foret, quonam modo intelligat, animæq; officia peragat, cum neq; mentem, neq; animam habeat: sin verò insipienter inquit, quando se id quod ipsa neq; est neq; potest esse asserit, cui nam potissimum insipientiam hanc attribuere decet? Et profectò nulli præterquam ipsi, si modò eloqui posset. Nunc autem nec ipsa loquitur, & qui talia loquitur iccirco sic ait, quoniam hausit iam ex materia plurimum, ei quidē totus addictus etiam si solam habeat animam. Ita nempe loquitur ignorantia sui, atq; potentiæ, quæ vera de huiusmodi rebus exprimere possit.

Non rectè distinguunt quale & quomodo se habens. Nam & quale reuera est materia quodammodo se habens, atq; vicissim quodammodo se habens, est materia qualis. Præterea nec ipsum quodammodo se habens potest esse genus vnicum, nec quicquid est præter materiam qualem potest hoc nomine scilicet quodammodo se habens cognominari. Cap. XXX.

ΕΝ δὲ τοῖς πῶς ἔχουσιν, ἄτοπον μὲν ἴσως, τὰ πῶς ἔχοντα τρίτα τίθεσθαι, ἢ ὁπωσοῦν τάξεως ἔχειν, ἐπειδὴ περὶ τὴν ὕλην πῶς ἔχοντα πάντα. ἀλλὰ διαφορὰν τῶν πῶς ἐχόντων φήσουσιν εἶναι. καὶ ἄλλως πῶς ἔχειν τὴν

EA verò quæ quodammodo se habere dicuntur, absurdum forsan est in loco tertio collocare, vel qualemcunq; ordinem obtinere dicantur: quandoquidem circa materiam omnia sunt quæcunq; aliquo modo se habere traduntur. Verùm differentiam eorū quæ sic affecta sunt aliquam introducent, atq; aliter materiā ipsam

quodammodo affici hoc modo vel illo, aliter A autem affici reliqua quæ quoquo modo ſe habere ponuntur: quinetiam ipſa quidem qualia eſſe circa materiam quodammodo ſe habentia, ſed quę propriè quodammodo ſe tradũtur habere circa qualia ipſa verſari. Sed enim cum ipſa qualia nihil prorſus exiſtant, niſi materia quodammodo ſit affecta, rurſus quæ aliquo modo ſe habent apud illos in materiam reuoluuntur, atq; circa materiam verſabuntur. Præterea quonã pacto id ipſum quod aliquo mo B do dicitur ſe habere, vnum aliquid eſſe poteſt, cum in rebus eiuſmodi multa differentia ſit? Quo enim modo tricubitum atq; album redigentur in vnum, cum illud quidẽ ſit quantum, hoc verò ſit quale? Item quo pacto quod aliquando dicitur, & quod alicubi? Rurſus qui * fieri poteſt, vt omnino hæc ſint quodammodo ſe habentia, ſcilicet quod heri dicitur, & quod iamdiu, & in Lycio atq; Academia, qui iterum poteſt effici, vt tempus ſit ipſum quoquo mo- C do ſe habens? Neq; enim ipſum tempus, neq; quæ in tempore ſunt, neq; locus, neque etiam quæ ſunt in loco id ipſum eſſe poſſunt. Proinde ipſum quod facere dicitur, eſſe nequit quod aliquo modo ſe habere vel affici nominatur: quando nec ipſe quidem faciẽs eſt ipſum quodammodo ſeſe habẽs, ſed potius quodammodo faciens, aut omnino faciens tantum. Atqui & ipſe patiens non propriè eſt quodammodo ſeſe habens, ſed potius quodammodo patiens, D aut omnino ita vel ita patiẽs. Forſan verò quod dicitur aliquo modo ſe habẽs cum eo cõgruet, quod poni dici ſolet, ſitumq; tenere: item fortè cum ex eo quod nuncupatur habere. Veruntamen in hoc ipſo quod eſt habere, non propriè eſt ipſum ſe quodammodo habens, ſed potius habens. Proinde niſi relationis genus vnà cum alijs vnum conſtituiſſent, alia vtiq; ratio eſſet, quærentium videlicet, ſiquam ſubſiſtentiam habitibus eiuſmodi tradant: quippe cum paſ- E ſim minimè tradãt. Deniq; quidnam dicemus ad illud, quod in eodem genere ponunt rem nuper aduenientem cũ rebus quæ prius extiterant? Abſurdum tamẽ eſt, ſimul in eodem genere copulare, vnà cum prioribus quod eſt aduentitium. Oportet enim eſſe prius vnum atq; duo, vt & dimidium eſſe queat & duplum. De cæteris autem quicunq; aliter res ipſas vel rerum principia poſuerunt, ſiue infinita, ſeu finita, ſeu corporea, ſeu potius incorporea, vel forſan vtraq; ſimul, licet nobis ſeorſum de vnoquoq; perquirere, accipientibus inſuper quæ ab antiquis aduerſus opiniones eiuſmodi tractata fuerunt.

A ὕλην ὡδὶ, καὶ οὕτως. ἄλλως δὲ, ἐν τοῖς πῶς ἔχουσι. καὶ ἔτι τὰ μὲν ποιὰ, περὶ τὴν ὕλην πῶς ἔχοντα. τὰ ἰδίως δὲ πῶς ἔχοντα, περὶ τὰ ποιά. ἀλλὰ τῶν ποιῶν αὐτῶν οὐδέν. ἢ ὕλης πῶς ἐχούσης ὄντων, πάλιν τὰ πῶς ἔχοντα, ἐπὶ τὴν ὕλην αὐτοῖς ἀνατρέχει, καὶ περὶ τὴν ὕλην ἔσται. πῶς δὲ ἓν τὸ πῶς ἔχον, πολλῆς διαφορᾶς ἐν αὐτοῖς οὔσης. πῶς γὰρ τὸ τρί- B πηχυ καὶ τὸ λευκὸν εἰς ἓν, τοῦ μὲν ποσοῦ, τοῦ δὲ ποιοῦ ὄντος. πῶς δὴ τὸ ποτὲ καὶ τὸ ποῦ. πῶς δὲ ὅλως πῶς ἔχοντα, τὸ χθὲς καὶ τὸ πέρυσι. καὶ τὸ ἐν Λυκείῳ, καὶ Ἀκαδημίᾳ. καὶ ὅλως πῶς δὲ ὁ χρόνος πῶς ἔχων, οὔτε γὰρ αὐτὸς, οὔτε τὰ ἐν αὐτῷ τῷ χρόνῳ. οὔτε τὰ ἐν τῷ τόπῳ, οὔτε ὁ τόπος. τὸ δὲ ποιεῖν * πῶς ἔχον, ἐπεὶ οὐδ' ὁ ποιῶν πῶς ἔχων. ἀλλὰ μᾶλλον, πῶς ποιῶν. ἢ ὅλως οὐκ ὂν, ἀλλὰ ποιὸν μόνον. καὶ ὁ πάσχων, C οὐ πῶς ἔχων, ἀλλὰ μᾶλλον πῶς πάσχων. ἢ ὅλως πάσχων οὕτως, ἴσως δ' ἂν μόνον ἁρμόσει ἐπὶ τοῦ κεῖσθαι, τὸ πῶς * ἔχων, καὶ ἐπὶ τοῦ ἔχειν, ἐπὶ δὲ τοῦ ἔχειν, οὐ πῶς * ἔχων, ἀλλὰ * ἔχων. τὸ δὲ πρός τι εἰ μὲν μὴ ὑφ' ἓν τοῖς ἄλλοις ἐτίθεσαν, ἕτερος λόγος ἦν ἂν ζητούντων, εἴ τινα διδόασιν ὑπόστασιν τῇ τοιαύταις σχέσεσι πολλαχοῦ οὐ διδόντων. ἔτι δ' ἐν D γένει τῷ αὐτῷ ἐπιγινόμενον πρᾶγμα τοῖς ἤδη οὖσιν, ἄτοπον συντάττειν τὸ ἐπιγινόμενον, εἰς ταὐτὸν γένος, τοῖς πρότερον οὖσι. δεῖ γὰρ πρότερον ἓν καὶ δύο εἶναι, ἵνα καὶ ἥμισυ καὶ διπλάσιον. περὶ δὲ τῶν, ὅσοι ἄλλως τὰ ὄντα, ἢ τὰς ἀρχὰς τῶν ὄντων ἔθεντο, εἴτε ἄπειρα εἴτε πεπερασμένα, εἴτε σώματα, εἴτε ἀσώματα, ἢ καὶ τὸ συναμφότερον, χωρὶς περὶ ἕκαστον ἔξεστι E ζητεῖν, λαμβαίουσι καὶ τὰ παρὰ τῶν ἀρχαίων, πρὸς τὰς δόξας αὐτῶν εἰρημένα.

* πῶς ποιῶν ἔχον
* ἔχον
* ἔχον
* ἔχον

ΠΛΟΤΙΝΟΥ
ΕΝΝΕΑΔΟΣ ϛ.
ΛΟΓΟΣ Β.

PLOTINI
ENNEAD. SEXTAE,
LIBER II.

ΠΕΡῚ τῶν γενῶν τοῦ ὄντος δεύτερον.

De generibus entis.

Solum esse verum ens arbitramur, cui non miscetur entis oppositum, id est essendi defectus atq; priuatio. Cap. I.

Oportet igitur id esse in sua natura integrum, semperq; manere. Nō decet ens falsum vnà cum ente vero sub eodem genere collocare, sicut neq; Socratis imaginem cum Socrate. Prosequetur quidem Plotinus deinceps entium genera Platonico more: Interpretationem verò in his Magnanime Laurenti breuißimam à Marsilio tuo nunc accipies. Audisti enim nonnunquam, & fortè quandoq; leges familiarem tuum atq; meum Pierleonum, mysteria eiusmodi diuino quodam, vt cætera solet, instinctu tractantem.

* ἐπειδὴ

ΕΠΕῚ * δὲ περὶ τῶν λεγομένων δέκα γενῶν ἐπέσκεπται, εἴρηται δὲ καὶ περὶ τῶν εἰς ἓν ἀγόντων γένος, τὰ πάντα τέτταρα ὑπὸ τὸ ἓν οἷον εἴδη τιθεμένων, ἀκόλουθον ἂν εἴη εἰπεῖν, τί ποτε ἡμῖν περὶ τούτων φαίνεται, τὰ δοκοῦντα ἡμῖν, πειρωμένοις εἰς τὴν τοῦ Πλάτωνος ἀνάγειν δόξαν. εἰ μὲν οὖν ἓν ἔδει τίθεσθαι τὸ ὄν, οὐδὲν ἂν ἔδει ζητεῖν, οὔτ᾽ εἰ γένος ἓν ἅπασιν, οὔτε εἰ γένη μὴ ὑφ᾽ ἕν. οὔτ᾽ εἰ ἀρχάς. οὔτε εἰ τὰς ἀρχὰς καὶ γένη τὰς αὐτὰς δεῖ τίθεσθαι. οὔτε εἰ τὰ γένη καὶ ἀρχὰς τὰ αὐτά, ἢ τὰς μὲν ἀρχὰς ἁπάσας, καὶ γένη. τὰ δὲ γένη, οὐκ ἀρχάς. ἢ ἀνάπαλιν. ἢ ἐφ᾽ ἑκατέρων τινὰς μὲν ἀρχὰς καὶ γένη, καί τινα γένη καὶ ἀρχάς. ἢ ἐπὶ μὲν τῶν ἑτέρων, πάντα καὶ θάτερα. ἐπὶ δὲ τῶν ἑτέρων, τινὰ καὶ θάτερα. ἐπεὶ δὲ οὐχ᾽ ἓν φαμὲν τὸ ὄν, διότι δὲ εἴρηται καὶ τῷ Πλάτωνι καὶ ἑτέροις, ἀναγκαῖον ἴσως γίγνεται, καὶ περὶ τούτων ἐπισκέψασθαι πρότερον, εἰς μέσον τιθέντας, τίνα ἀριθμὸν λέγομεν καὶ πῶς. ἐπεὶ οὖν περὶ τοῦ ὄντος ἢ τῶν ὄντων ζητοῦμεν, ἀναγκαῖον πρῶτον παρ᾽ αὐτοῖς διελέσθαι τάδε. τί τε τὸ ὂν λέγομεν, περὶ οὗ ἡ σκέψις ὀρθῶς γίνοιτο νυνί, καὶ τί δοκεῖ μὲν ἄλλοις εἶναι ὄν, γινόμενον καὶ αὐτὸ λέγομεν εἶναι. ὄντως δέ, οὐδέποτε ὄν. δεῖ δὲ νοεῖν ταῦτα ἀπ᾽ ἀλλήλων διῃρημένα. οὐχ᾽ ὡς γένους τουτὶ εἰς ταῦτα διῃρημένου. οὐδ᾽ οὕτως οἴεσθαι τὸν Πλάτωνα πεποιηκέναι.

A POSTQVAM de generibus decem considerauimus, diximusq; deinde de illis qui sub vno quodā genere cuncta velut quatuor species complectuntur: reliquum iam est, vt nostram de ijs sententiam explicemus, conātes videlicet opinionem nostram ad sententiam Platonis redigere. Si igi-
B tur vnū ens oportuisset ponere, nihil opus esset inquirere, nunquid vnum sit genus in omnibus: nunquid rursus genera non reducantur in vnum: & num principia sint dicenda: neque rursus vtrum principia etiam genera sint ponenda: neq; vicissim vtrum genera ipsa eadem sint atq; principia: neq; vtrum principia quidē omnia sint & genera: genera verò non æquè principia, vel vicissim: siue potius in vtrisq; ali-
C qua quidem principia simul & genera, aliqua etiam genera simul atque principia: an fortè in alijs quidē omnia sint simul & alia, in alijs autē quædā simul & alia sint. Quoniā verò ens non vnum ponimus, ratioq; huius sententiæ à Platone & alijs præsertim suis est assignata, fortè necessarium est, de his quoq; cōsiderare, primò quidē, quem numerū, & quomodo ponamus in mediū afferēdo. Cum igitur de ipso ente vel entibus indagemus, necessariū est inprimis internos hæc ipsa distinguere. Quidnā videlicet
D ens ipsum dicamus, de quo in pręsentia ritè cōsideramus, quidue ens esse alijs videatur, quod tamē nos non quidē quod vnquā sit, sed quod fiat potius appellamus. Est autem operæpretium intelligere, hæc inter se distincta nō quasi aliquod vnū genus fuerit in ipsa diuisum. Neq; enim fas est putare Platonem ita distribuisse,

A Ridiculum namq; foret ens ipſum in vnũ cum non ente cõiungere: velut ſiquis Socratem ipſum & imaginem eius collocet ſub eodem. Iam verò diuidere hac ipſa in re nihil aliud eſt, quã ſegregare, ſeorſumq; diſponere, & quod videatur ens id non ens declarare, interim demonſtrando aliud reuera ens exiſtere. Atqui & ille qui enti ipſum ſemper adiunxit, tale eſſe ens oportere monſtrauit, vt nunquam in ipſa entis natura mentiatur & fallat. de hoc igitur ente
B loquentes, de hoc nimirum quaſi nõ ſit vnum tractabimus. Deinde ſi videatur, de generatione inſuper atque genito, mundoq; ſenſibili aliquid afferemus.

A γελοῖον γὰρ, ὑφ' ἓν θέσθαι τὸ ὂν τῷ μὴ ὄντι. ὥσπερ ἂν εἴ τις Σωκράτη ὑπὸ τὸ αὐτὸ θείη, καὶ τὴν τούτου εἰκόνα. τὸ γὰρ διελέσθαι ἐνταῦθα ἐστὶ, τὰ φορίσαι καὶ χωρὶς θεῖναι. καὶ τὸ δόξαν ὂν εἶναι, εἰπεῖν οὐκ εἶναι ὄν. ὑποδείξαντα αὐτοῖς, ἄλλο τὸ ὡς ἀληθῶς ὂν εἶναι. καὶ προστιθεὶς τῷ ὄντι τὸ ἀεὶ, ὑπέδειξεν ὡς δεῖ τὸ ὂν τοιοῦτον εἶναι, οἷον μηδέποτε ψεύδεσθαι
B τὴν τοῦ ὄντος φύσιν. περὶ δὴ τούτου, ὡς οὐχ ἑνὸς ὄντος σκεψόμεθα. ὕστερον δὲ εἰ δοκεῖ, καὶ περὶ γενέσεως καὶ τοῦ γινομένου, καὶ κόσμου αἰσθητοῦ τι ἐροῦμεν.

Ens primum eſt quidem vnum, ſed quodammodo conſtat ex multis, quæ & principia ſunt, & genera. Principia quidem, quoniam ipſa natura entis quaſi conſtat ex ipſis: genera verò, quia quodlibet eorum continet ſub ſe ſpecies gradatim multas & ſingula. Neq; confunduntur hæc in vnũ: ſeruat enim vnumquodq; proprium illic actum. Neq; ens ipſum appellandũ eſt genus, neq; enim diuiditur vt genus in ſpecies, neq; de ſuis prædicatur, vt genus. Ca. II.

A CVM igitur nõ eſſe vnum dicamus, conſequens eſt, vel numerũ quendam aſſerere, vel infinitum: nempe quõnam pacto dicimus non unum, niſi dicamus vnum ſimul & multa, & vnum quiddam varium in vno multa comprehendens? Neceſſarium igitur eſt, hoc ipſum quod ſic eſt vnum, aut genere vnum eſſe, ſpecies autem eius entia, quibus ſanè multa ſit ſimul & vnum: aut genera plura quàm vnum, ſic tamẽ vt ſint cuncta ſub vno: aut genera quidem plura, non tamẽ ſub alio aliud, ſed vnum-
B quodq; quæ ſub eo ſunt continere, ſiue & ipſa quoq; ſint genera, quamuis anguſtiora, vel ſpecies, ſub eiſq; ſingula, adeò vt in naturã vnam cuncta conducant, atq; ex omnibus ipſa mundi intelligibilis, quod ens appellamus, ſubſtantia conſtet. Quod quidem ſi ita ſe habet, ſequitur hæc non ſolùm eſſe genera, verùm etiam principia ipſius entis exiſtere: genera quidem, quoniam ſub eis alia quædam anguſtiora ſunt
C genera, ſpecieſq; poſt hæc & ſingula: principia verò, ſiquidẽ ens ſit ex multis, & ex his totum ipſum exiſtat. Si tamen plura quidem eſſent, ex quibus conſtet, cõcurrentia verò tota conficerent vniuerſum, nec haberent præterea ſub ſe ipſis alia, principia quidem forent, genera verò nequaquam: perinde ac ſiquis ex quatuor ſenſibile id componat, ex igne ſcilicet, cæteriſq; eiuſmodi. Hæc enim principia forẽt, genera verò nunquam, niſi quis fortè æquiuoca conditione genus acceperit. Quamobrem cum dica-
D mus principia quędam etiam eſſe genera, quærendum eſt, nunquid hæc ipſa ita dicamus genera, vt vnumquodq; eorum vnà cum ijs quæ ſequũtur ipſum accipientes ſimul commiſceamus omnia, totumq; conficiamus, miſtionem cunctorum inuicẽ facientes. Sed enim potẽtia quadam, non actu ſingula illic erunt, & ipſum vnũquodq; nõ erit purũ. Forſan verò dimittemus quidẽ genera, ſed ſingula cõmiſcebimus.
E Quænã igitur in ſeipſis genera erũt? An & illa in ſeipſis erũt, atq; pura? Et quæ miſta ſunt, illa nõ diſperdẽt, & quõnã pacto? Sed de his in ſequentibus. Nũc verò poſtquã admiſimus nonnulla & eſſe genera, & inſuper eſſentiæ ipſius principia, & alia quadam ratione principia eſſe, & compoſitiones quaſdam illic exiſtere, primò dicendum eſt erga quæ illa genera nuncupemus, & quo-

A ἘΠΕΙ' οὐχ ἓν φαμὲν, ἄρα ἀριθμὸν τινὰ ἢ ἄπειρον. πῶς γὰρ δὴ τὸ οὐχ ἕν. ἢ ἓν ἅμα καὶ πολλὰ λέγομεν. καί τι ποικίλον ἕν, τὰ πολλὰ εἰς ἓν ἔχον. ἀνάγκη τοίνυν τοῦτο τὸ οὕτως ἕν, ἢ τῷ γένει ἓν εἶναι, εἴδη δ' αὐτοῦ τὰ ὄντα, οἷς πολλὰ καὶ ἕν, ἢ πλείω ἑνὸς γένη. ὑφ' ἓν δὲ τὰ πάντα. ἢ πλείω μὲν γένη, μηδὲν δὲ ἄλλο ὑπ' ἄλλο, ἀλλ' ἕκαστον περιεκτικὸν τῶν ὑπ'
B αὐτό. εἴτε καὶ αὐτῶν γενῶν ἐλαττόνων ὄντων, ἢ εἰδῶν, καὶ ὑπὸ τούτοις ἀτόμων, συντελεῖν ἅπαντα εἰς μίαν φύσιν. καὶ ἐκ πάντων τῷ νοητῷ κόσμῳ, ὃν δὴ λέγομεν τὸ ὂν, τὴν σύστασιν εἶναι. εἰ δὴ τοῦτο, οὐ μόνον γένη ταῦτα εἶναι, ἀλλὰ καὶ ἀρχὰς τοῦ ὄντος ἅμα ὑπάρχειν. γένη μὲν, ὅτι ὑπ' αὐτὰ ἄλλα γένη ἐλάττω. καὶ εἴδη μετὰ τοῦτο καὶ ἄτομα: ἀρχὰς δὲ εἰ τὸ ὂν οὕτως ἐκ πολλῶν, καὶ ἐκ τούτων τὸ ὅλον ὑπάρ-
C χει. εἰ μέν τοι πλείω μὲν ἦν ἐξ ὧν, συνελθόντα δὲ τὰ ὅλα ἐποίει τὸ πᾶν, ἀλλ' οὐκ ἔχοντα ὑπ' αὐτὰ, ἀρχαὶ μὲν ἂν ἦσαν, γένη δὲ οὐκ ἄν. οἷον, εἴ τις ἐκ τῶν τεσσάρων ἐποίει τὸ αἰσθητὸν, πυρὸς καὶ τῶν τοιούτων, ταῦτα γὰρ ἀρχαὶ ἂν ἦσαν, γένη δὲ οὔ. εἰ μὴ ὁμωνύμως τὸ γένος. λέγοντες τοίνυν καὶ γένη τινὰ εἶναι, τὰ δ' αὐτὰ καὶ ἀρχὰς, ἄρα τὰ μὲν γένη ἕκαστον με-
D τὰ τῶν ὑπ' αὐτὰ ὁμοῦ μιγνῦντες ἀλλήλοις τὰ πάντα, τὸ ὅλον ἀποτελοῦμεν, καὶ σύγκρασιν ποιοῦμεν ἁπάντων, ἀλλὰ δυνάμει οὐκ ἐνεργείᾳ ἕκαστα. οὐ δὲ καθαρὸν αὐτὸ ἕκαστον ἔσται. ἀλλὰ τὰ μὲν γένη, ἐάσομεν· τὰ δὲ καθέκαστον μίξομεν. τίνα οὖν ἔσται ἐφ' αὐτῶν τὰ γένη. ἢ ἔσται κἀκεῖνα ἐφ' αὐτῶν καὶ καθαρά. καὶ τὰ μιχθέντα, οὐκ ἀπολεῖ αὐτά. καὶ πῶς, ἢ ταῦτα μὲν εἰσύστερον. νῦν δ' ἐπεὶ συγκεχωρήκα-
E μεν καὶ γένη εἶναι, καὶ προσέτι καὶ τῆς οὐσίας ἀρχὰς, καὶ τρόπον ἕτερον ἀρχὰς καὶ συνθέσεις, πρῶτον λεκτέον, πρὸς ἃ λέγομεν γένη.

καὶ πῶς διίσταμεν ἀπ' ἀλλήλων αὐτά, καὶ οὐχ ὑφ' ἓν ἄγομεν. ὥσπερ ἐκ τῆς τύχης συνελθόντα, καὶ ἕν τι πεποιηκότα. καίτοι πολλῷ εὐλογώτερον ὑφ' ἕν. ἢ εἰ μὲν εἴδη οἷόν τε ἦν τοῦ ὄντος ἅπαντα εἶναι, καὶ ἐφεξῆς τούτοις τὰ ἄτομα, καὶ μηδὲν τούτων ἔξω, ἦν ἂν ἴσως ποιεῖν οὕτως. ἐπειδὴ δὲ ἡ τοιαύτη θέσις ἀναίρεσίς ἐστιν αὐτοῖς. οὐδὲ γὰρ τὰ εἴδη, εἴδη ἔσται. οὐδ' ὅλως πολλὰ ὑφ' ἕν, ἀλλὰ πάντα ἕν, μὴ ἑτέρου ἢ ἑτέρων ἔξω ἐκείνου τοῦ ἑνὸς ὄντων. πῶς γὰρ ἂν πολλὰ ἐγίνετο τὸ ἕν, ὥστε καὶ εἴδη γεννῆσαι, εἰ μή τι ἦν παρ' αὐτὸ ἄλλο. οὐ γὰρ ἑαυτὸ πολλά, εἰ μή τις ὡς μέγεθος κερματίσει. ἀλλὰ καὶ οὕτως, ἕτερον τὸ κερματίζον. εἰ δ' αὐτὸ κερματιεῖ, ἢ ὅλως διαιρήσει, πρὸ τοῦ διαιρεθῆναι, ἔσται διῃρημένον. ταύτῃ μὲν οὖν καὶ δι' ἄλλα πολλά, ἀποστατέον τοῦ γένος ἕν. καὶ ὅτι οὐχ οἷόν τε ἕκαστον ὁποιοῦν ληφθέν, ἢ ὂν ἢ οὐσίαν λέγειν. εἰ δέ τις λέγοι ὄν, τῷ συμβεβηκέναι φήσει. οἷον, εἰ λευκὸν λέγοι τὴν οὐσίαν, οὐ γὰρ ὅπερ λευκὸν λέγῃ.

A & quomodo inter se partiamur, neque redigamus in vnum quasi forte quadam congredientia vnum aliquid faciant: quamuis multò probabilius redigerentur in vnum. Profectò si fieri posset, vt omnia entis ipsius species essent, & post hæc deinceps singula consequerentur, nihilq; foret extra, ita fortè liceret efficere. Postquam verò positio talis funditus hæc ipsa tollit, neq; enim species vlterius erũt species, neq; prorsus multa congregabuntur in vnum, sed
B omnia penitus vnum erunt, ne aliud sit extra aliud, vbi illius omnia sint vnius. Quo enim pacto vnum euasisset multa adeò vt species generaret, nisi esset aliquid aliud præter ipsum? Non enim ipsummet existit multa, nisi quis illud tanquam magnitudinem partiatur: verùm ita quoq; aliud erit, quod ipsum diuidat. Si autem vel à se, vel ab alio diuidatur, etiam antequam diuidatur, diuisum iam erit, vel indiuisibile. Hac igitur ratione alijsq; de causis cauen-
C dum est, ne genus vnum constituamus, præsertim quia fieri nequit, vt quodcunq; perceperis, vel ens, vel essentiam nuncupes. Nam & occurrit passim, quod non possit ens vel essentia nisi per accidens appellari, ceu siquis substantiam appellet albam. Non enim sic ipsum, quod per se album, quódue sit album, pronunciabit.

Multa quæ sunt in primo ente, quoniam ibi non casu cõcurrunt, necessariò sunt ab vno. Rursus cum ibi sint genera rerum prima inter se diuersa, non possunt intus reduci ad vnum genus, quod de ipsis more generis prædicetur: sed ad vnam non tam causam quàm naturam, quæ non tam constituatur ex illis, quàm constet ipsis, seq; ipsam in ipsa propaget, totamq; in singulis differentibus se conseruet. Hanc verò naturam vnam, quoniam est vnum non simpliciter, sed vnum ens, redigimus ad ipsum foras simpliciter vnum velut causam. *Cap. III.*

ΠΛΕΙ'Ω μὲν δὴ λέγομεν εἶναι, καὶ οὐ κατὰ τύχην πλείω. οὐκοῦν ἀφ' ἑνός. ἢ εἰ καὶ ἀφ' ἑνός, οὐ κατηγορουμένου δὲ κατ' αὐτῶν ἐν τῷ εἶναι, οὐδὲν κωλύει ἕκαστον οὐχ ὁμοειδὲς ὂν ἐν ἄλλῳ, χωρὶς αὐτὸ εἶναι γένος. ἆρ' οὖν ἔξωθεν τοῦτο τῶν γινομένων γενῶν, τὸ αἴτιον μέν, μὴ κατηγορούμενον δὲ τῶν ἄλλων ἐν τῷ τί ἐστιν; ἢ τὸ μὲν ἔξω. ἐπέκεινα γὰρ τὸ ἕν, ὡς ἂν μὴ συναριθμούμενον τοῖς γένεσιν, εἰ δι' αὐτὸ τὰ ἄλλα ἃ ἐπίσης ἀλλήλοις εἰς τὸ γένη εἶναι. καὶ πῶς ἐκεῖνο οὐ συνηρίθμηται; ἢ τὰ ὄντα ζητοῦμεν οὐ τὸ ἐπέκεινα. τοῦτο μὲν οὖν, οὕτως. τί δὲ τὸ συναριθμούμενον, ἐφ' οὗ καὶ θαυμάσειεν ἄν τις; πῶς συναριθμούμενον τοῖς αἰτιατοῖς; ἢ εἰ μὲν ὑφ' ἓν γένος αὐτὰ καὶ τὰ ἄλλα, ἄτοπον. εἰ δὲ οἷς αἴτιον, συναριθμεῖται ὡς αὐτὸ τὸ γένος καὶ τὰ ἄλλα ἐφεξῆς πρὸς αὐτό. καὶ οὐ κατηγορεῖται αὐτῶν ὡς γένος. οὐδ' ἄλλό τι κατ' αὐτῶν, ἀνάγκη καὶ αὐτὰ γένη εἶναι ἔχοντα ὑφ' αὐτά. οὐδὲ γὰρ εἰ σὺ τὸ βαδίζειν ἐγέννας, ὑπὸ σὲ ὡς γένος τὸ βαδίζειν ἦν ἄν. καὶ εἰ μηδὲν ἦν πρὸ αὐτοῦ ἄλλο ὡς γένος αὐτοῦ. ἦν δὲ τὰ μετ' αὐτό, γένος ἂν ἦν τὸ βαδίζειν ἐν τοῖς οὖσιν.

A PLVRA itaq; dicimus esse, neque fortè quadam fortuita plura. nonne igitur ab vno? Profectò & si ab vno dependent, non tamen ab aliquo vno quod de illis in ipso esse prædicetur, ideoq; nihil prohibet vnumquodq;, cum non sit conforme cum alio, ipsum seorsum genus existere. Num igitur hoc vnum extra nascentia genera causa quidem existens, non tamen in eo quod quid est, de alijs prædicatur? Forsan verò extra quidem est. Ipsum namque
B vnum desuper extat vtpote quod cum generibus minimè numeratur: siquidem per ipsum alia sunt, quæ ex æquo inter se adhoc ipsum vt sint genera, connumerantur, atque discernuntur. Et quònam pacto illud non est vnà cum eis connumeratum? sed profectò nunc entia quærimus, non quod superius extat. Hoc igitur ita se habeat. Quid verò dicemus de illo, quod connumeratur? De quo nimirum aliquis admirabitur, qua cõditione vnà cum suis
C effectibus numeretur. Sed enim si superiora illa simul & alia sub vno quodam genere numerentur, prorsus errabitur: sin autem simul cum his, quorum causa est, numeretur, tanquam ipsum quidẽ sit genus, reliqua deinceps inde sequantur, & quæ sequuntur ab illo diuersa sint, neq; de illis prædicetur vt genus, neque de illis alio quodam pacto dicatur, necessarium est ipsa quoq; genera esse habentia, videlicet, & alia sub seipsis. Neq; enim si tu incedendo producis incessũ, ob hoc incessus ipse sub te est quasi sub genere: ac nisi aliqd foret incessu superius, velut genus ipsius incessus, essent tamẽ nõnulla sub ipso, genus vtiq; in ordine rerũ ipse incessus existeret.

Fortassis autem neque dicendum est omnino A vnum, illud esse causam reliquorũ, sed reliqua potius esse velut partes elementaque illius, & cuncta simul vnam esse naturam, nostris cogitationibus distributam: illud autem esse ob mirabilem potestatem in omnia vnum, apparens multa, factũq; multa: velut si moueatur, & amplificabilis multiplicabilisque naturæ facultas efficiat, vt vnum iam non sit vnum. Nos autem quasi portiones illius aliquas proferentes, eas singulatim velut vnumquodq; ponimus, ge- B nus cognominantes, ignorantes videlicet, non totum simul nos cõspexisse: verùm secundum partes singulatimq; proferẽtes rursus illa congerimus, videlicet, non potentes illa sic diutius detinere, tanquam ad seipsa interim festinãtia. Quapropter rursus in totum ea dimittimus, & vnum iam fieri, imò verò vnum esse permittimus. Sed forsan tunc demum hæc planiora fiẽt, quãdo illa ipsa præcognita fuerint, quotq; genera sint, acceperimus. Sic enim & quo se C modo habeant planius declarabitur. Quoniam verò de rebus eiusmodi pertractantes oportet non negationes tantùm in medium introducere, verum etiam in ipsam eorum, de quibus agitur, notionem & intelligentiam penetrare: age iam sic agamus.

A ὅλως δὲ ἴσως, οὐδὲ τὸ ἓν φατέον, αἴτιον τοῖς ἄλλοις εἶναι, ἀλλ᾽ οἷον μέρη αὐτοῦ. καὶ οἷον στοιχεῖα αὐτοῦ. καὶ πάντα μίαν φύσιν μεριζομένην ταῖς ἡμῶν ἐπινοίαις. αὐτὸ δὲ τὸ εἶναι ὑπὸ δυνάμεως θαυμαστῆς ἓν εἰς πάντα, καὶ φαινόμενον πολλὰ, καὶ γινόμενον πολλὰ, οἷον ὅταν κινηθῇ, καὶ τὸ πολύχουν τῆς φύσεως ποιεῖν τὸ ἓν μὴ ἓν εἶναι, ἡμᾶς τε οἷον μοίρας B αὐτοῦ προφέροντας, ταύτας ἓν ἕκαστον τίθεσθαι καὶ γένος λέγειν, ἀγνοοῦντας ὅτι μὴ ὅλον ἅμα εἴδομεν, ἀλλὰ κατὰ μέρος προφέροντες, πάλιν αὐτὰ συνάπτομεν, οὐ δυνάμενοι ἐπὶ πολὺν χρόνον αὐτὰ κατέχειν σπεύδοντα πρὸς αὐτά. διὸ πάλιν μεθίεμεν εἰς τὸ ὅλον, καὶ ἐῶμεν ἓν γενέσθαι. μᾶλλον δὲ, ἓν εἶναι. ἀλλὰ ἴσως σαφέστερα ταῦτα ἔσται, κἀκείνων ἐγνωσμένων, ἣν τὰ γένη λάβωμεν ὁπόσα. C οὕτω γὰρ καὶ τὸ πῶς. ἀλλ᾽ ἐπεὶ δεῖ λέγοντα μὴ ἀποφάσεις λέγειν, ἀλλὰ καὶ εἰς ἔννοιαν καὶ νόησιν ἰέναι τῶν λεγομένων, ὧδε ποιητέον.

Cum mens & anima separatæ sint à materia & quãtitate, & icciro simplices indiuiduæq; sint, difficile inuentu est, quomodo ibi vnitas in se distinctam habeat multitudinem. *Cap. IIII.*

Vnio quidem siue vnitas in corporibus, post ipsam multorum compositionem sequitur, atq; est quasi quidam generationis finis: itaq; meritò dependet ab vnitate quadã, quæ sit ante multitudinem, sitq; generationis principium. Talis quidem est in anima atq; mente vnitas, cum multitudine non facta ex multis, sed fons multorum. Hæc deniq; procedit ab vnitate, quæ multitudinem talem in se permistam nullam habet.

SI cognoscere studeremus, quidnã & qua- A le potissimum esset ipsa natura corporis in toto hoc rerũ ordine, nõnne id primò in quadam partium suarum consideraremus? velut in lapide cogitãtes aliud quidẽ illic esse subiectum, aliud autem magnitudo, aliud deniq; qualitas, velut color, similiterq; in quouis alio corpore? Atque inde protinus diceremus in ipsa natura corporis, aliud tanquam substãtiam esse, aliud velut quantum, aliud autem quale. Simul quidem omnia, sed ratione quadam in numerum B ternarium distributa, triaq; hæc corpus vnum esse cõstaret. Quòd si motus etiam inesset substantiæ insitus, hunc quoque cum alijs numeraremus: quæ quidem quatuor vnum corpus existerent, adeò vt corpus quod est vnum, ad ipsum vnum suiq; naturam ex cunctis conficiatur, & pendeat. Eadem fermè ratione quoniam de substantia intelligibili, deque generibus principijsq; suis habetur oratio, considerare talia decet generationem quæ corporibus C inest auferendo, tollendo quinetiam cogitationem quæ sensu procedit, ac moles insuper segregando. Sic enim quod seorsum dicitur, & quæ inter se distincta sint, licebit accipere tanquam substantiam quandã intelligibilem, atq; ens reuera magisque vnum. In quo quidem oritur admiratio, quónam pacto quod sic est vnum, esse queat vnum simul & multa. In corporibus quidem absque controuersia concessum est idem esse vnum simul & multa. Nam idem quoq; infinitè diuiditur, & aliud ibi color est, aliud

A ΕΙ᾽ τὴν σώματος φύσιν ἰδεῖν ἐβουλόμεθα.* οἷόν τι ἐστὶν ἐν τῷδε τῷ ὅλῳ ἡ τοῦ σώματος φύσις. ἆρ᾽ οὐ καταμαθόντες ἐπί τινος τῶν μερῶν αὐτοῦ, ὡς ἔστι τὸ μὲν ὑποκείμενον αὐτοῦ, οἷον ἐπὶ λίθου. τὸ δὲ ὁπόσον αὐτοῦ, τὸ μέγεθος. τὸ δὲ ὁποῖον οἷον τὸ χρῶμα, καὶ ἐπὶ παντὸς ἄλλου σώματος εἴποιμεν ἂν, ὡς ἐν τῇ σώματος φύσει· τὸ μὲν ἐστιν οἷον, οὐσία, τὸ B δὲ ἐστι ποσὸν, τὸ δὲ ποιὸν, ὁμοῦ μὲν πάντα, τῷ δὲ λόγῳ διαιρεθέντα εἰς τρία; καὶ σῶμα ἂν ἦν ἓν τὰ τρία. εἰ δὲ καὶ κίνησις αὐτοῦ παρῆν σύμφυτος τῇ στάσει, καὶ τοῦτ᾽ ἂν συνηριθμήσαμεν. καὶ τὰ τέτταρα ἦν ἂν ἕν. καὶ τὸ σῶμα τὸ ἓν, ἀπήρτιστο πρὸς τὸ ἓν. καὶ τὴν αὐτοῦ φύσιν τοῖς ἅπασι. τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον, ἐπειδὴ περὶ οὐσίας νοητῆς καὶ τῶν ἐκεῖ γενῶν καὶ ἀρχῶν ὁ λόγος ἐστὶν, ἀφελόντας χρὴ τὴν ἐν τοῖς σώμα- C σι γένεσιν, καὶ τὴν δι᾽ αἰσθήσεως κατανόησιν, καὶ τὰ μεγέθη. οὕτω γὰρ καὶ τὸ χωρὶς, καὶ τὸ διεστηκότα ἀπ᾽ ἀλλήλων εἶναι, λαβεῖν τινὰ νοητὴν ὑπόστασιν. καὶ ὡς ἀληθῶς ὂν. καὶ μᾶλλον ἕν. ἐν ᾧ καὶ τὸ θαῦμα πῶς πολλὰ καὶ ἓν, τὸ οὕτως ἕν. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν σωμάτων, συγκεχώρηται τὸ αὐτὸ ἓν καὶ πολλὰ εἶναι. καὶ γὰρ εἰς ἄπειρον τὸ αὐτό: καὶ ἕτερον τὸ χρῶμα,

* οἷον, τί ἐστιν,

A καὶ τὸ σχῆμα ἕτερον· καὶ γὰρ χωρίζεται. εἰ δέ τις λάβοι ψυχὴν μίαν, ἀδιάστατον, ἀμεγέθη, ἁπλουστάτην ὡς δόξει, τῇ πρώτῃ τῆς διανοίας ἐπιβολῇ, πῶς ἄν τις ἐλπίσειεν πολλὰ εὑρήσειν πάλιν αὖ. καίτοι νομίσας εἰς τοῦτο τελευτᾶν, ὅτε διῄρητο τὸ ζῷον εἰς σῶμα καὶ ψυχήν. καὶ σῶμα μὲν πολυειδὲς, καὶ σύνθετον, καὶ ποικίλον. τὴν δὲ ψυχὴν ἐθάρρει ὡς ἁπλοῦν εὑρὼν, καὶ ἀναπαύσασθαι τῆς πορείας, ἐλθὼν ἐπ᾽ ἀρχήν. ταύτην τοίνυν τὴν ψυχήν, ἐπειδήπερ ἐκ τοῦ νοητοῦ τόπου προεχειρίσθη ἡμῖν, ὡς ἐκεῖ τὸ σῶμα ἐκ τοῦ αἰσθητοῦ, λάβωμεν πῶς τὸ ἓν τοῦτο πολλά ἐστι. καὶ πῶς τὰ πολλὰ ἕν ἐστιν. οὐ σύνθετον ἓν ἐκ πολλῶν, ἀλλὰ μία φύσις, πολλά. διὰ γὰρ τούτου ληφθέντος, καὶ φανεροῦ γινομένου, καὶ τὴν περὶ τῶν γενῶν τὴν ἐν τῷ ὄντι ἔφαμεν ἀλήθειαν, φανερὰν ἔσεσθαι.

A aliud verò figura: nam ibi hæc ſeparantur. Siquis autem animam acceperit vnam indiſtantem à magnitudine ſegregatam, item ſimpliciſsimam, quantũ apparebit primo cogitationis intuitu, quónam pacto ſperabit aliquis animam ipſam iterum ſe tanquã multiplicem inuenturum? præſertim cũ exiſtimauerit ad hoc ipſum ſe velut ſimpliciſsimum deniq; peruenturum, quando animal in corpus diuideretur B & animam, & corpus quidem facilè conſtaret multiforme & compoſitum variumq; exiſtere? Sed animam interea quiuis ſperabat ſimpliciſsimam inuenire, atq; ibi deniq; conquieſcere, quaſi ad quendam proceſsionis terminum iam peruenerit. Cum igitur hanc ipſam animam tanquã aliquid ex intelligibili mundo depromptum in medium produxerimus, ſicut & corpus ante ex mundo ſenſibili introduxeramus in medium, age conſideremus iam quónam pacto id vnum ſit multa, & quomodo C multa vnum. Nõ vnum inquam velut ex multis compoſitum, ſed velut natura quædam vna, quæ ipſamet ſit & multa. Diximus enim ſi hoc ipſum perceptum fuerit ac planè perſpectum, claram forè nobis inſuper veritatem generum in ipſo ente regnantium.

Cum multitudo & diuerſitas in corpore animato ſit quamplurima, atq; hæc proximè fiat ab anima genitali, meritò anima, & ſi magis eſt vnum atq; ens, quàm corpus, non tamen eſt vnum multitudinis expers. Eſt igitur genitalis anima vna quædam natura, rationumq; ſeminalium plenitudo, quæ rationes ita ſunt actus eius eſſentiales, ſicut radij lucis intimi. Eſt etiam in ipſa animæ eſſentia multitudo. non enim habet ipſum eſſe ſimpliciter, ſed vnà cum animali quadam proprietate rurſus eſſentiali. Cap. V.

A ΠΡΩ͂ΤΟΝ δὲ ἐκεῖνο ἐνθυμητέον, ὡς ἐπειδὴ τὰ σώματα, οἷον, τῶν ζῴων καὶ τῶν φυτῶν, ἕκαστον αὐτῶν πολλά ἐστι. καὶ χρώμασι. καὶ σχήμασι. καὶ μεγέθεσι. καὶ εἴδεσι μερῶν, καὶ ἄλλο ἄλλοθι. ἔρχεται δὲ τὰ πάντα ἐξ ἑνός, ἢ ἐξ ἑ πάντῃ παντὸς ἑνός, ἢ μᾶλλον μὲν ἑνός. ἢ οἷον τὸ ἐξ αὐτοῦ, ὥστε καὶ μᾶλλον ὄντος, ἢ τὸ γινόμενον. ὅσῳ γὰρ πρὸς ἓν ἡ ἀπόστασις, τόσῳ B καὶ πρὸς ὄν. ἐπεὶ οὖν ἐξ ἑνὸς μέν, οὐχ οὕτω δὲ ἑνὸς ὡς πάντῃ ἓν ἢ αὐτὸ ἕν, οὐ γὰρ ἂν διεστηκὸς *ἐν * ἂν πλῆθος ἐποίει. λείπεται εἶναι ἐκ πλήθους ἑνός. τὸ δὲ ποιοῦν, ἦν ψυχή. τοῦτο ἄρα, πλῆθος ἕν. τί οὖν τὸ πλῆθος οἱ λόγοι τῶν γινομένων; ἆρ᾽ οὖν αὐτὸ μὲν ἄλλο, οἱ λόγοι δὲ ἄλλοι, ἢ καὶ αὐτὴ λόγος καὶ κεφάλαιον τῶν λόγων, καὶ ἐνέργεια αὐτῆς κατ᾽ οὐσίαν ἐνεργούσης οἱ λόγοι. ἡ δὲ οὐσία δύναμις τῶν λόγων. πολλὰ C μὲν δὴ οὕτω, τοῦτο τὸ ἕν, ἐξ ὧν εἰς ἄλλα ποιεῖ δεδειγμένον. τί δ᾽ εἰ μὴ ποιεῖ. ἀλλά τις αὐτὴν μὴ ποιοῦσαν λαμβάνει. ἀναβαίνων αὐτῆς εἰς τὸ μὴ ποιοῦν, οὐ πολλὰς καὶ ἐνταῦθα εὑρήσει δυνάμεις. εἶναι μὲν γὰρ αὐτὴν, πᾶς ἄν τις συγχωρήσειεν. ἆρα δὲ ταὐτὸν ὡς εἰ καὶ λίθον ἔλεγεν εἶναι, ἢ οὐ ταὐτόν.

A IN primis verò cõſiderandum eſt, cum corpora præſertim animalium & plantarum ita ſe habeant, vt vnumquodque eorum multa ſit, tum coloribus, tum figuris, tum quantitatis diuerſitate, tum partium ſpeciebus, tum quoniam alibi aliud eſt, ab vno hæc omnia prouenire, ſiue ab eo quod omnino ſit vnum, ſiue habitudine quidã omnino vniuerſi vnius, ſiue ab aliquo quod magis vnum ſit, quàm quod B procedit ab eo, adeò vt ens quoque magis exiſtat, quàm quod inde procedit. quo enim longius ab vno diſceditur, eò longius & ab ente. Quoniam igitur ab vno quidem ſit corporum conſtitutio, non tamen ab eo proximè quod omnino vnum ſit, vel ipſum vnum, alioquin non adeò diſtantem faceret multitudinem, reliquum eſt, vt hæc ipſa corporum compoſitio à multitudine quadam vna conficiatur. Quod autem corpora facit, eſt anima: hæc igitur vna C quædam eſt multitudo. Verùm quidnam potiſsimum eſt in anima multitudo? Profectò eorum quæ inde fiũt ſeminariæ rationes. Num igitur aliud quidem eſt ipſa anima, aliæ verò ſunt rationes? Imò verò & anima ipſa ratio eſt, caputq; rationum: actuſque ipſius ſecundum eſſentiam agentis, ipſæ ſunt rationes: Eſſentia verò eſt vis ipſa ſeminalium rationum. Quamobrem vnum hoc ita multa eſt, & ſic ſe habere per ea compertum, ex quibus agit in alia. Quid verò, ſi nihil efficiat, ſed eam quiſpiam accipiat nihil prorſus efficientem, progreſſus videlicet in id ipſum, quod in anima nihil facit? Sed nonne hic quoque vires multas inueniet? Eſſe namque ipſam facilè quiuis admiſerit: num igitur ita prorſus eſſe hanc affirmabit, ac ſi lapidem eſſe dixiſſet?

Certè non ita. Iam verò & circa ipsum lapidem A esse quidem lapidis non est esse simpliciter, sed potius esse lapidem. Ita & hîc esse animæ vnà cum esse habet & esse animam. Sed nunquid aliud quidē est esse, aliud verò reliquum quod animæ ipsius complet essentiam? & hoc quidem est ens, differētia verò animam efficit. Forsan verò anima est quidem ens aliquod, nō tamen ita sicut homo albus, sed ita sicut homo ipse essentia sua tantū. Hoc autē idem est, ac si dicatur non extra essentiā habere quod habet. B

ἀλλ᾽ ὅμως κἀκεῖ ἐπὶ τοῦ λίθου τὸ εἶναι τῷ λίθῳ ἦν. οὐ τῷ εἶναι, ἀλλὰ τῷ λίθῳ εἶναι. οὕτω καὶ ἐνταῦθα τὸ εἶναι ψυχὴ, μετὰ τοῦ εἶναι ἔχει τὸ ψυχὴ εἶναι. ἆρ᾽ οὖν ἄλλο εἶναι, ἄλλο δὲ τὸ λοιπὸν ὃ συμπληροῖ τὴν τῆς ψυχῆς οὐσίαν; καὶ τὸ μὲν ὂν, διαφορὰ δὲ ποιεῖ τὴν ψυχὴν; ἢ τὶ ὂν μὲν ἡ ψυχὴ, οὐ μέν τοι οὕτως ὡς ἄνθρωπος λευκὸς, ἀλλ᾽ ὅς τις οὐσία μόνον. τοῦτο δὲ ταὐτὸν, τῷ μὴ ἔξωθεν τῆς οὐσίας ἔχειν ὃ ἔχει.

Essentia & vita in anima re quidem ipsa sunt vnum, sed differunt ratione: nam anima per essentiam cum multis conuenit, à quibus per vitam differt. Vita illic scilicet animalis non accedit extrinsecus ad essentiam, sed emicat ab essentia: igitur & in ipsa essentiæ virtute latens vita viget, & in ipso vitæ actu manifestior explicatur essentia. Cap. VI.

SED nunquid extra quidē essentiam suam A non habet illud, ita vt partim quidem secundum esse sit, partim verò secundum esse tale? Verùm si secundum tale esse, & hoc ipsum tale prouenit ab extrinseco, certè non totum qua ratione est anima, erit essentia: imò secundum aliquid, ideoq; pars eius erit essentia, sed non essentia totum. Præterea ipsius esse quidnam absq; alijs erit? an lapis? An potius oportet hoc esse eius in ipso esse, velut fontē principiumq; existere? imò verò existere omnia quotcunq; B existit ipsa, ideoque & vitam existere, & ambo simul vnum scilicet esse atq; vitam. Num igitur sic est vnum, vt ratio quædam vna? Profectò vnum est subiectum, & ita vnum, vt duo rursus, aut etiam plura, quotcunq; ipsa in primis est anima. Aut igitur essentia est & vita, aut habet vitam. Verùm si vitam habeat, sequitur vt id quod eam habet, non sit secundum se in vita, ac vicissim vt vita non sit in essentia. At si alterum non habet alterum, dicendum est ambo vnum esse, aut vnum atq; multa, & totidem C quot in vno intus apparent. Atqui & sibimet vnum, & multa rursus ad alia: tum verò vnum quidem in se existere, interea tamen velut suo quodam motu, multa se reddere, atqui totum esse vnum, sed tanquam studens intueri seipsum, effici multa, non secus atq; ipsum ens videatur non sustinere se vnicum permanere, vtpote quòd omnia possit, quotcunq; est & ipsum. Iam verò contemplatio ipsa causa est, vt ipsum multa iam appareat, vt intelligat. Si enim vnum apparuerit: nondum videtur intellexisse, sed adhuc illud ipsum existere.

ΑΛΛ᾽ * ἆρα οὐκ ἔξωθεν μὲν ἔχει τῆς ἑαυτοῦ οὐσίας, ἵνα ἡ μὲν κατὰ τὸ εἶναι ᾖ, ἡ δὲ κατὰ τὸ τοιόνδε εἶναι. ἀλλ᾽ εἰ κατὰ τὸ τοιόνδε εἶναι, καὶ ἔξωθεν τὸ τοιόνδε, οὐ τὸ ὅλον καθὸ ψυχὴ ἔσται οὐσία, ἀλλὰ κατά τι καὶ μέρος αὐτῆς οὐσία, ἀλλ᾽ οὐ τὸ ὅλον οὐσία. ἔπειτα τὸ εἶναι αὐτῇ τί, ἔσται ἄνευ τῶν ἄλλων, ἢ λίθος. ἢ δεῖ τοῦτο εἶναι αὐτῆς ἐν τῷ εἶναι, οἷον πηγὴν καὶ ἀρχήν. μᾶλλον δὲ πάντα, ὅσα αὐτή. καὶ ζωὴν τοίνυν. καὶ συνάμφω ἓν, τὸ εἶναι καὶ τὴν ζωήν. ἆρ᾽ οὖν οὕτως ἓν ὡς ἕνα λόγον, ἢ τὸ ὑποκείμενον ἕν; οὕτω δὲ ἓν, ὡς αὖ δύο ἢ καὶ πλείω, ὅσα ἐστὶν ἡ ψυχὴ τὰ πρῶτα. ἢ οὖν οὐσία καὶ ζωὴ, ἢ ἔχει ζωήν. ἀλλ᾽ εἰ ἔχει, τὸ ἔχον καθ᾽ αὑτὸ οὐκ ἐν ζωῇ. ἤτε ζωὴ, οὐκ ἐν οὐσίᾳ. ἀλλ᾽ εἰ μὴ ἔχει θάτερον τὸ ἕτερον, λεκτέον ἓν ἄμφω. ἢ ἓν καὶ πολλὰ. καὶ τοσαῦτα, ὅσα ἐμφαίνεται ἐν τῷ ἑνί. καὶ ἓν ἑαυτῷ. πρὸς δὲ τὰ ἄλλα πολλά. καὶ ἓν μὲν ὂν, ποιοῦν δὲ ἑαυτὸ ἐν τῇ οἷον κινήσει πολλά. καὶ ὅλον ἕν. οἷον δὲ θεωρεῖν ἐπιχειροῦν ἑαυτὸ, πολλά. ὥσπερ γὰρ οὐκ ἀνέχεται ἑαυτοῦ τὸ ὂν ἓν εἶναι, πάντα δυνάμενον ὅσα ἐστίν. ἡ δὲ θεωρία, αἰτία τοῦ φανῆναι αὐτὸ πολλὰ, ἵνα νοήσῃ. ἐὰν γὰρ ἓν φανῇ, οὐκ ἐνόησεν, ἀλλ᾽ ἔστιν ἤδη ἐκεῖνο.

* ἄρα

In primo intellectu est ens, motus, status, tanquam tria rerum genera: Illic ipsa natura vnum, ratione verò formali inter se differentia. Cap. VII.

Sicut maxima diuersitas membrorum in animali declarat esse aliquam differentiam rationum seminalium in semine, sic in exemplari mundi differre quodammodo inter se ens & vitam, id est motionem, atque statum, argumento nobis est quod in mundo corporeo hæc tria maximè separata sunt. Est autem ibi vita motio quædam essentialis intima, perpetua ipsius entis, entis actus, ens prorsus adultum. Atqui ipsum ens essentialiter vita est, vitaq; vicissim vitaliter est ens. Deniq; cum status motui opponatur, conijcimus illic neq; statum esse motum, nec alterutrum esse idem penitus cum ente.

QVÆNAM igitur sunt & quot quę in A tus inspiciūtur? Profectò cum in anima essentiam inuenerimus simul ac vitam, atq; ipsa essentia in omni anima sit cōmunis, communis etiam sit & vita, vita autē rursus in mēte, nimirum introducentes mentē insuper eiusq; vitā, ponemus vnum quoddā genus, ipsum scilicet

ΤΙ´ΝΑ οὖν ἐστι, καὶ πόσα τὰ ἐνορώμενα. ἐπειδὴ ἐν ψυχῇ εὕρομεν οὐσίαν ἅμα καὶ ζωήν: καὶ τοῦτο κοινὸν ἡ οὐσία, ἐπὶ πάσης ψυχῆς: κοινὸν δὲ, καὶ ἡ ζωὴ, ζωὴ δὲ καὶ ἐν νῷ. ἐπεισαγαγόντες καὶ τὸν νοῦν καὶ τὴν τούτου ζωὴν, κοινὸν τὸ ἐπὶ πάσῃ ζωῇ, τὴν κίνησιν ἕν τι γένος θησόμεθα.

οὐσίαν

οὐσίαν δὲ καὶ κίνησιν, τὴν πρώτην ζωὴν οὖσαν, δύο γένη θησόμεθα. καὶ γὰρ εἰ ἓν χωρίζει αὐτὰ τῇ νοήσει, τὸ ἓν οὐχ ἓν εὑρών. ἢ οὐκ ἂν δυνηθῇ χωρίσαι. ὅρα δὲ καὶ ἐν ἄλλοις σαφῶς τοῦ εἶναι τὴν κίνησιν, ἢ τὴν ζωὴν χωριζομένην. εἰ καὶ μὴ ἐν τῷ ἀληθινῷ εἶναι, ἀλλὰ τῇ σκιᾷ καὶ τῷ ὁμωνύμῳ τοῦ εἶναι. ὡς γὰρ ἐν τῇ εἰκόνι τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ ἐλλείπει, καὶ μάλιστα τὸ κύριον ἡ ζωή, οὕτω καὶ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς τὸ εἶναι, σκιὰ τοῦ εἶναι, ἀφῃρημένον τοῦ μάλιστα εἶναι, ὃ ἐν τῷ ἀρχετύπῳ ἦν ζωή. ἀλλ' οὖν ἔχομεν ἐντεῦθεν χωρίσαι τοῦ ζῆν τὸ εἶναι, καὶ τοῦ εἶναι τὸ ζῆν. ὄντως μὲν δὴ εἴδη πολλά. καὶ γένος. κίνησις δὲ οὔτε ὑπὸ τὸ ὂν τακτέα, οὔτ' ἐπὶ τῷ ὄντι. ἀλλὰ μετὰ τοῦ ὄντος. εὑρεθεῖσα ἐν αὐτῷ, οὐχ ὡς ἐν ὑποκειμένῳ. ἐνέργεια γὰρ αὐτοῦ, καὶ οὐδέτερον ἄνευ τοῦ ἑτέρου. ἢ ἐπινοίᾳ. καὶ αἱ δύο φύσεις, μία. καὶ γὰρ ἐνεργείᾳ τὸ ὄν, οὐ δυνάμει. καὶ εἰ χωρὶς μέν τοι ἑκάτερον λάβοις, καὶ ἐν τῷ ὄντι κίνησις φανήσεται. καὶ ἐν τῇ κινήσει τὸ ὄν. οἷον καὶ ἐπὶ τοῦ ἑνὸς ὄντος, ἑκάτερον χωρὶς εἶχε θάτερον. ἀλλ' ὅμως ἡ διάνοια δύο φησί. καὶ εἶδος ἑκάτερον διπλοῦν ἕν. κινήσεως δὲ περὶ τὸ ὂν φανείσης, οὐκ ἐξιστάσης τὴν ἐκείνου φύσιν, μᾶλλον δ' ἐν τῷ εἶναι, οἷον τέλειόν που οὔσης. ἀεί τε τῆς τοιαύτης φύσεως ἐν τῷ οὕτω κινεῖσθαι μενούσης, εἴ τις μὴ στάσιν ἐπεισάγοι, ἀτοπώτερος ἂν εἴη, τοῦ μὴ κίνησιν δόντος. προχειροτέρα γὰρ ἡ τῆς στάσεως περὶ τὸ ὂν ἔννοια καὶ νόησις, τῆς περὶ τὴν κίνησιν οὔσης. τὸ γὰρ κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως, καὶ ἕνα λόγον ἔχον, ἐκεῖ. ἔστω δὴ καὶ στάσις ἓν γένος, ἕτερον ὂν κινήσεως, ὅπου καὶ ἐναντίον ἂν φανείη. τοῦ δὲ ὄντος ὡς ἕτερον, πολλαχῇ δῆλον ἂν εἴη. καὶ διότι εἰ τῷ ὄντι ταὐτὸν εἴη, οὐ μᾶλλον τῆς κινήσεως ταὐτὸν τῷ ὄντι. διατί γὰρ ἡ μὲν στάσις τῷ ὄντι ταὐτόν, ἡ δὲ κίνησις οὔ. ζωή τις αὐτοῦ καὶ ἐνέργεια. καὶ τῆς οὐσίας, καὶ αὐτοῦ τοῦ εἶναι. ἀλλ' ὥσπερ ἐχωρίζομεν τὴν κίνησιν αὐτοῦ, ὡς ταὐτόν τε καὶ οὐ ταὐτὸν αὐτῷ, καὶ ὡς δύο ἄμφω ἐλέγομεν καὶ αὖ ἕν, τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ τὴν στάσιν χωριοῦμεν αὐτοῦ, καὶ αὖ οὐ χωριοῦμεν. τοσοῦτον χωρίζοντες τῷ νῷ, ὅσον ἄλλο γένος θέσθαι ἐν τοῖς οὖσιν. ἢ εἰ συνάγοιμεν πάντῃ εἰς ἓν τὴν στάσιν καὶ τὸ ὄν, μηδὲν μηδαμῇ διαφέρειν λέγοντες, τό, τε ὂν τῇ κινήσει, ὡσαύτως τὴν στάσιν, καὶ τὴν κίνησιν, διὰ μέσου τοῦ ὄντος εἰς ταὐτὸν συνάξομεν. καὶ ἔσται ἡμῖν ἡ κίνησις καὶ ἡ στάσις ἕν.

A motum in omni vita communem: atqui essentiam ac motum primum, qui & vita prima est, tanquam genera duo constituemus. Etenim si vnum sint, separare tamẽ ea licebit intelligentia, quod vnum est inueniendo nõ vnum, alioquin neq; separare licebit. Aspice & in alijs manifestius motionem, aut vitam ab ipso esse secretam: ac si minus in ipso vero esse, saltem in vmbra ipsius esse, atq; in eo quod esse æquiuocè dicitur. Sicut enim in hominis imagine mul-
B ta desunt, præsertim quod est potissimum, id est vita: sic & in rebus quæ sentiuntur, esse ipsius esse est vmbra: vtpote quòd eo careat, qđ est in esse potissimum, quod quidẽ est in principali rerum forma exemplarique vita. Nonne igitur hinc compertum habemus, quemadmodum separare liceat esse ab eo quod est viuere, vicissimq; quod viuere est ab ipso esse similiter? Entis ipsius quidem multæ sunt species: est & genus: motus autem neq; sub ente neque
C in ente, sed vnà cũ ente ponendus: quippe cum in eo compertus sit, nec tanquam in subiecto iacere: est enim actus ipsius, neque alterum est absq; altero, nisi fortè cogitatione quadam. Atqui duæ naturæ sunt hic vna: etenim ens ipsum nõ in potẽtia est, sed in actu. Ac si vtrunq; seorsum acceperis, adhuc & in ente motus, & in motu ens inesse videbitur: velut & in vno ente, vtrunq; seorsum acceptum possidet alterum: veruntamen cogitatio duo quædam esse dictat, & vtrunque velut speciem esse vnumq;
D duplex. Cum verò motus circa ens appareat, neque illius naturam distrahat: imò verò ex eo potius quòd illud sit perfectum, ibi adsit, semperq; natura talis in hoc ipso motionis eiusmodi ordine perseueret, certè siquis huc statũ non introducat, absurdior erit illo, qui motum minimè adhibuerit. Notio enim intelligẽtiaq; status ipsius enti magis accommodata videtur, quã notio motionis. Ibi namq; viget quod dici solet, secundum eadem eodemq; modo &
E vnà ratione se semper habere. Esto iam & status genus vnum quodammodo à motione diuersum: quandoquidem contrarium quoq; videri potest. Quòd verò ab ente quoque diuersum sit, ex multis quidem patere potest: ac prȩsertim quòd si vnà cum ente sit idem, non magis quàm motus, cũ ente poterit esse idem. Cur enim status quidem sit idem enti, motus verò nequaquam? quippe cum motio vita quædam sit ipsius, actusq; & essentiæ & ipsius esse. Sed
F profectò quemadmodum ab eo motum separabamus, tanquam idẽ cum ipso, rursusq; non idem, & velut duo dicebamus ambo, rursusq; vt vnum, eadem conditione statum quoq; segregare licet ab eo, rursumq; minimè segregare: eatenus videlicet intelligentia secernendo, quatenus velut genus aliud in rerũ ordine disponatur: alioquin si statum atq; ens in vnum prorsus copularemus, nullo prorsus modo differre dicentes: similiterq; ens vnà cum motu in vnum penitus conflaremus, eadem nimirum ratione statum atq; motum per ipsum ens velut medium omnino in idem coniungeremus: ex quo contingeret, vt motus & status vnum penitus essent.

Formæ à materia separatæ vel intellectus sunt, vel in intellectu, & ibi quidem non secundũ accidens, sed secundum essentiam intellectualem pariter atq; intelligibilem. *Cap. VIII.*

Sic intellectus primus quinq; in se concipit rerũ genera, scilicet ens, motum, statum, idem, alterum. In hoc intel-

lectu essentia eius atq; intelligentia quodammodo differunt: alioquin in ordine rerum inde nascentium, quatenus procedit essentia, eatenus intelligentia quoq; procederet. Illic igitur actus intelligendi tanquam motus quidam intimus innititur essentiæ siue enti velut cardini: innititur inquam, duobus modis: nam & inde prosilit, & illuc assiduè resilit. Ens ibi essentialiter est intelligentia, & vicissim intelligētia intellectualiter ens existit. Præterea intelligentia & à statu quodam exorditur, id est firmo vigore mentis, & tendit in statum, id est ideam intelligentiæ terminum. Proinde præter ens, motū, statum, illic est & alteritas, quatenus hæc ibi inter se ratione aliqua distinguuntur, & rursus identitas, quatenus in eadem natura sunt omnia. Tum verò quatuor illic sequentia non appellantur entis species, sed actus quidam entis ipsius comites. Deniq; quinq; illa ibi dicuntur genera entium, quoniam & quæcunq; sunt ad illorum aliquod rediguntur, & illa simul cuncta in re qualibet includuntur, hac tamen ex parte principia rerum etiam appellari possunt.

CÆTERVM oportet tria hæc ponere, siquidem intellectus vnumquodq; eorum seorsum intelligit: simul autem intelligit atq; ponit, si modò fuerint intellecta. Quorū enim esse vnà cum materia est, horum esse non est in intellectu esse, alioquin forent à materia segregata: quæ verò seiuncta sunt à materia, si intellecta sint, id ipsum eis est ipsum esse. Age itaq; contemplare intellectum purum, in eumq; penitus inspice, nō externum, sed intimum prorsus affigens intuitum. Ecce iam intueris illic essentiam tanquam Vestale numen, atque fundamētum, cernis & ibi peruigil & inextinguibile lumen: animaduertis insuper, qua ratione intellectus & in seipso quiescit, & quæ sunt simul ritè discernit, atq; distinguit: specularis vitam præterea permanentem: cognoscis intelligentiam non agentem circa futurum, sed in pręsens se potius intendentem, imò verò habentem, semperq; iam possidentem. Ibi certè præsens ipsum est & semper: ibi & intelligens non externum quicquam prospicit, sed inspicit penes se ipsum. Qua igitur ratione intelligit, actus ibi est atq; motus: qua verò seipsum animaduertit, essentia & ens ibi viget: existens enim intelligit, ac se intelligit existentem: atq; id ipsum quo vel in quod nititur ens existit. Actus sanè in ipsum directus non est essentia: id autem in quod annititur, & à quo dependet, ens iudicatur: neq; ipsa perspectio, sed perspectum potius ens est dicendum. Habet hæc insuper esse, quoniā & à quo pendet, & in quod tendit est ens. Cū verò non in potentia sit duntaxat, sed existat in actu, duo illa rursus coniungit in vnum, neq; disiungit, sed facit & seipsum illud, & vicissim illud quoque seipsum. Iam verò ens ipsum omnium est firmissimum, in quo & reliqua cuncta fundantur, atq; quod habet, non peregrinum, sed ex seipso possidet in seipso. Est etiam in quod intelligentia desinit, non exordiens status, & à quo erumpit, nō erumpens status. nō enim ex motu, nec in motum motus. Præterea idea quidem consistit in statu, cum sit terminus intellectus: intellectus autem ipsius est motus: quapropter vnum omnia esse videntur, & motus, & status, & quę per tota communiter existūt, genera sunt. Vnumquodq; verò sequētium ens aliquod est, & quidam status, & motus quidam. Hæc vtique tria contemplatus aliquis, dum videlicet entis naturam inspicit, eoque quod penes seipsum est ente, ens intuetur, & alijs similiter cernit alia, velut motum in illo, motu quodam suo, statumque statu, hæc illis accommodans, ac velut vnà confusis hæc ipsa commiscens, neque disiungens, sed post aliquantam distinctionem sistens illico gradum, vnde ritè discernit intuitus ens, statum, motum, tria hæc, & quodlibet vnum:

A ἈΛΛᾺ χρὴ τρία ταῦτα τίθεσθαι, εἴπερ ὁ νοῦς χωρὶς ἕκαστον νοεῖ. ἅμα δὲ νοεῖ καὶ τίθησιν. εἴπερ νενόηται. οἷς μὲν γὰρ τὸ εἶναι μετὰ ὕλης ἐστὶ, τούτων οὐκ ἐν τῷ νῷ τὸ εἶναι. ἀλλ' ἔστιν ἄϋλα. ἃ δέ ἐστιν ἄϋλα εἰ νενόηται, τοῦτ' ἔστιν αὐτοῖς τὸ εἶναι. ἴδε δὲ νοῦν καὶ καθαρὸν. καὶ βλέψον εἰς αὐτὸν ἀτενίσας, μὴ ὄμμασι τούτοις δεδορκώς. ὁρᾷς δὴ οὐσίας ἑστίαν. καὶ B φῶς ἐν αὐτῷ, ἄϋπνον. καὶ ὡς ἕστηκεν ἐν αὐτῷ. καὶ ὡς διέστηκεν ὁμοῦ ὄντα. καὶ ζωὴν μένουσαν. καὶ νόησιν οὐκ ἐνεργοῦσαν εἰς τὸ μέλλον. ἀλλ' εἰς τὸ ἤδη. μᾶλλον δὲ ἤδη. καὶ ἀεὶ ἤδη. καὶ τὸ παρὸν ἀεί. καὶ ὡς νοῶν ἐν ἑαυτῷ. καὶ οὐκ ἔξω. ἐν μὲν οὖν τῷ νοεῖν, ἡ ἐνέργεια καὶ ἡ κίνησις· ἐν δὲ τῷ ἑαυτὸν, ἡ οὐσία καὶ τὸ ὄν. ὢν γὰρ νοεῖ. καὶ ὄντα ἑαυτόν. καὶ εἰς ὃ οἷον ἐπερείδετο ὄν. ἡ μὲν γὰρ C ἐνέργεια ἡ εἰς αὐτὸν, οὐκ οὐσία. εἰς ὃ δὲ καὶ ἀφ' οὗ τὸ ὄν. τὸ γὰρ βλεπόμενον, τὸ ὄν, οὐχ ἡ βλέψις. ἔχει δὲ καὶ αὕτη τὸ εἶναι, ὅτι ἀφ' οὗ καὶ εἰς ὃ ὄν. ἐνεργείᾳ δὲ ὂν οὐ δυνάμει, συνάπτει πάλιν αὖ τὰ δύο, καὶ οὐ χωρίζει, ἀλλὰ ποιεῖ ἑαυτὸν ἐκεῖνο, κἀκεῖνο ἑαυτόν. ὂν δὲ, τὸ πάντων ἑδραιότατον. καὶ περὶ ὃ τὰ ἄλλα, τὴν στάσιν ὑπεστήσατο. καὶ ἔχει οὐκ ἐπακτὸν, ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ. ἔστι δὲ καὶ εἰς ὃ λήγει ἡ νόησις. οὐκ D ἀρξαμένη στάσις. καὶ ἀφ' οὗ ὥρμηται, οὐχ ὁρμήσασα στάσις. οὐ γὰρ ἐκ κινήσεως κίνησις, οὐδ' εἰς κίνησιν. ἔτι δὲ, ἡ μὲν ἰδέα ἐν στάσει, πέρας οὖσα νοῦ. ὁ δὲ νοῦς αὐτῆς, ἡ κίνησις. ὥστε ἓν πάντα, καὶ κίνησις καὶ στάσις. καὶ δι' ὅλων ὄντα, γένη. καὶ ἕκαστον τῶν ὕστερον τὶ ὂν καὶ τὶς στάσις καὶ τὶς κίνησις. τρία δὲ ταῦτα ἰδών τις, ἐν προσβολῇ τῆς τοῦ ὄντος φύσεως γεγενημένος, καὶ τῷ παρ' αὐτῷ ὄντι. καὶ E τὸ ὂν. καὶ τοῖς ἄλλοις ἰδὼν τὰ ἄλλα, τὴν κίνησιν τὴν ἐν ἑαυτῷ, τῇ ἐν αὐτῷ κινήσει. καὶ τὴν στάσιν τῇ στάσει. καὶ ταῦτα ἐκείνοις ἐφαρμόσας, ὁμοῦ μὲν γινομένοις, καὶ οἷον συγκεχυμένοις συμμίξας, οὐ διακρίνων, οἷον δ' ὀλίγον διαστήσας καὶ ἐπισχὼν καὶ διακρίνας, εἰσιδὼν ὂν, καὶ στάσιν, καὶ κίνησιν, τρία ταῦτα καὶ ἕκαστον ἕν.

A ἆρ' οὐχ ἕτερα ἀλλήλων εἴρηκε, καὶ διέστησεν ἐν ἑτερότητι, καὶ εἶδε τὴν ἐν τῷ ὄντι ἑτερότητα, τρία τιθεὶς καὶ ἓν ἕκαστον; πάλιν δὲ ταῦτα εἰς ἓν καὶ ἐν ἑνὶ, καὶ πάντα εἰς ἕν, εἰς ταὐτὸν αὖ συνάγων καὶ βλέπων, ταυτότητα εἶδε γενομένην καὶ οὖσαν. οὐκοῦν πρὸς τρισὶν ἐκείνοις, ἀνάγκη δύο ταῦτα προστιθέναι ταὐτὸν θάτερον, ὥστε τὰ πάντα γένη γίγνεσθαι πέντε B πᾶσι. καὶ ταῦτα διδόντα τοῖς μετὰ ταῦτα, τὸ ἑτέροις καὶ ταὐτοῖς εἶναι. καὶ τὶ γὰρ ταὐτὸν, καὶ τὶ ἕτερον ἕκαστον. ἁπλῶς γὰρ ταὐτὸν, καὶ τὶ ἕτερον ἄνευ τοῦ τὶ, ἐν γένει ἂν εἴη. καὶ πρῶτα δὲ γένη, ὅτι μηδὲν αὐτῶν κατηγορήσεις ἐν τῷ τί ἐστι. τὸ γὰρ ὂν κατηγορήσεις αὐτῶν. ὄντα γάρ. ἀλλ' οὐχ ὡς γένος. οὐ γὰρ ὅπερ * ὄντι. οὐδ' αὖ τῆς κινήσεως, οὐδὲ τῆς στάσεως. οὐ γὰρ εἴδη τοῦ ὄντος. ὄντα γὰρ τὰ μὲν ὡς εἴδη αὐτοῦ, τὰ δὲ μετέχοντα αὐτοῦ. οὐδ' C αὐτὸ ὂν μετέχον τούτων ὡς γενῶν αὐτοῦ. οὐ δὲ γὰρ ἐπαναβέβηκεν αὐτῷ, οὐδὲ πρότερα τοῦ ὄντος.

*ὄν τι.

A Hęc inquã sic aliquis cõtẽplatus, nónne diuersa quodã modo inter se existimat, atq; alteritate discernit? ipsamq; in ente alteritatẽ animaduertit? tria videlicet ponẽs, & quodlibet vnũ. Hæc rursus in vnum atque in vno, & ad vnũ. omnia, ideoq; in idem colligens atque conspiciens, identitatem agnoscit iã factam, imò iam existentem. Nónne igitur præter illa tria necessarium est duo hęc adiungere, idem scili- B cet atq; alterum? Quamobrem omnia omnibus quinque genera esse consequens est: quæ & sequentibus deinde sua quædam tradant, vnde & eadem & diuersa proueniant: nempe vnumquodque sequentiũ aliquid idẽ est & diuersum aliquid. Nã ipsum simpliciter idẽ vel diuersum absq; adiunctione, quæ per aliquid & quiddã fieri solet, in ordine generũ collocant. atqui & genera prima sunt, quoniã nihil de illis in eo quod quid est possumus prædi- C care. Licet quidẽ ens prædicare de illis: entia namq; sunt: sed nõ prædicatur vt genus. Non enim sic de essentia prędicatur, vt ipsa ens aliquod esse dicatur. Neq; rursus ita de motu, neque de statu: non enim hæc entis species sunt. nam entia alia quidem sunt tanquam ipsius species, alia verò tãquam participantia. Neq; rursus ens horum tanquam sui ipsius generum particeps dici debet: non enim ens ipsa transgrediuntur, neq; sunt ipso priora.

Ipsum simpliciter vnũ quod est ente superius, de nullo vel generum vel entium prædicatur vt genus. Cap. IX.

Quoniam propter indiuiduam prorsus simplicitatem suam differentias sui nullas admittit, nullas diuisiones, adiunctiones, compositiones excipit, per quas solet genus in species deriuari. Item nec vnum quod est in ente de generibus, aut entibus tanquam Peripateticum genus vniuocè prædicari potest. Nam in horum ordine aliud deinceps alio aliter atq; aliter, ac magis minúsue, & prius atq; posterius, & ens & vnum esse censetur. Deniq; quemadmodum in Luna quod sursum spectat, lucidum est simpliciter: quod verò deorsum, lucidum pariter, atq; non lucidum: sic & ens ab ipso simpliciter vno dependens, quatenus naturaliter vergit ad vnum, meritò ens est penitus vnum vel vnitũ. Quod autem post hoc in ipso sequitur est ens vnum pariter atq; multa. Illud quidem sui prorsus vnũ, vel unitum, cum sit indiuisibile, non est genus: hoc verò quod in eo sequitur, nõ nouũ præter genera superius dicta genus affert.

A Ἀλλ' ὅτι μὲν ταῦτα γένη πρῶτα, ἐκ τούτων ἄν τις, ἴσως δὲ καὶ ἄλλων βεβαιώσαιτο: ὅτι δὲ μόνα ταῦτα, καὶ οὐκ ἄλλα πρὸς τούτοις, πῶς ἄν τις πιστεύσειε; διατί γὰρ οὐ καὶ τὸ ἕν; διατί δ' οὐ τὸ ποσόν; καὶ τὸ ποιὸν δέ; τὸ δὲ πρός τι καὶ τὰ ἄλλα, ἅπερ ἤδη ἕτεροι κατηρίθμηνται; τὸ μὲν οὖν ἕν, εἰ μὲν τὸ πάντως ἕν, ἐν ᾧ μηδὲν ἄλλο πρόσεστι, μὴ ψυχὴ, μὴ νοῦς, μὴ ὁτιοῦν, οὐδενὸς B ἂν κατηγοροῖτο τοῦτο. ὥστε οὐδὲ γένος. εἰ δὲ τὸ προσὸν τῷ ὄντι ἐφ' οὗ τὸ ἕν, οὐ λέγομεν, οὐ πρώτως ἓν τοῦτο. ἔτι ἀδιάφορον ὂν αὐτοῦ, πῶς ἂν ποιήσειεν εἴδη. εἰ δὲ τοῦτο μὴ, οὐ γένος. πῶς γὰρ καὶ διαιρήσεις. διαιρῶν γὰρ, πολλὰ ποιήσεις. ὥστε αὐτὸ τὸ ἕν, πολλὰ ἔσται. καὶ ἀπολεῖ ἑαυτὸ, εἰ ἐθέλοι γένος εἶναι. ἔπειτα τί προσθήσεις, διαιρῶν εἰς εἴδη; οὐ γὰρ ἂν εἶεν διαφοραὶ ἐν τῷ ἑνὶ, ὥσπερ εἰσὶ τῆς οὐσίας. ὄντος μὲν γὰρ C δέχεται ὁ νοῦς εἶναι διαφοράς. ἑνὸς δὲ πῶς; εἶτα ἑκάστοτε μετὰ τῆς διαφορᾶς

A ESSE quidem hæc genera prima, per hæc aliquis ac fortè per alia potest asseuerare: esse verò hæc sola, nec alia pręterea, quánã ratione probabile fiet? Cur enim non & vnũ? Cur nõ quátũ? Cur nõ quale insuper genera sint? Item relatio & reliqua quæ alij quidam numerauerunt? Sed quantum spectat ad vnũ, si accipiatur ipsũ quod est penitus vnũ, cui nihil aliud adhibetur, nõ anima, nõ intellectus, nõ B aliud quicquã de nullo id prędicabitur: itaq; nec erit genus. Sin autem accipiatur vnum, quod adsit enti, in quo ipsum vnum ens appellamus, non erit hoc ipsum primò vnum. Præterea cum nullas in se ad se differentias vnquam admittat, quónam modo species poterit procreare? Quas nisi genuerit, genus esse non poterit. Iam verò quónam pacto diuidere poteris? Multa enim facies diuidendo. Quapropter ipsum vnũ multa iã euadet, ac si C genus esse voluerit, seipsum perdet. Accedit ad hęc, quòd si partiaris in species, interim aliquid adhibebis: alioquin nõ essẽt in vno differẽtię, queẽadmodũ ipsius essẽtię differẽtiæ sũt. Mẽs vtiq; differẽtias entis admittit, vnitus aũt quónã modo possit admittere? Itẽ vbiq; cũ differẽtia

duo quædam ponens, deſtrues vnũ: ſiquidem A vbiq; vnitatis adiunctio quãtũ prius obſcurat. Siquis autẽ dixerit vnũ quod eſt in ente, & vnũ quod eſt in motu atq; cæteris eſſe cõmune, idq; vnum vnà cum ente in idem redegerit, ſicut ens non cõceſsit aliorum genus exiſtere, propterea quòd non id ipſum quod ens eſt, exiſterent, ſed alio modo entia dicerentur: ita neq; ipſum vnum cõmune erit in illis, ſed aliud quidem primò erit tale, aliud verò aliter. B Si autem dixerit nõ omniũ genus eſſe, ſed vnum aliquid in ſeipſo ſicut & alia, acſi idẽ eſſe voluerit ens atq; vnũ, nimirum cum iam ens inter genera ſit numeratum, nũc nomẽ dũtaxat adducit. Quòd ſi vnum ipſum eſſe alterũ dicat, vtrumq; certè naturã quandam dicit, ac ſiquid addat, vnũ aliquid affert: ſin autẽ nihil addiderit, rurſus illud affert, quod de nullo penitus prædicatur. Si rurſus vnũ cum ente cõgrediens introduxerit, reſpondebimus iam C nos prædixiſſe id non primò vnũ exiſtere. Verùm quidnã prohibet hoc eſſe primò, excẽpto videlicet illo, quod eſt prorſus vnũ? Etenim ens poſt illud ens appellamus, atq; ens, primò ens affirmamus. Forſan prohibere videtur, quoniam quod ſuper ens exiſtit, non eſt ens dicendum: alioquin nõ eſſet hoc primò ens iudicandum: at verò quod ſuper hoc vnum ponitur, exiſtit vnum. Præterea ſi vnum ab ente intelligentia ſeparetur, differentias nul- D las admittit. Proinde vnum quod in ente ponitur, ſiue cõſequens illius aliquid ſit, & ſimiliter omnium, certè poſterius erit: genus autẽ prius eſſe debet, ſiue ſimul cũ ente concurrat, ſimiliterq; cũ alijs reſpondebitur, genus nõ ſimul eſſe debere, ſiue fortè ſit prius, certè principium quoddam illius tantũ erit: ſin autẽ illius principium, non etiam genus illius. Quòd ſi nõ illius, nec etiam aliorum, alioquin oporteret & ens ſimiliter eſſe genus omnium reli- E quorum. Omnino verò vnum in ente videtur propinquare quidem vni, & quaſi cum ente concurrere: quippe cum ipſius entis, quod quidem vergit ad vnum, ſit ens vnum: quod autem eſt poſt illud, ſit ens, quod quidem eſſe poteſt & multa. Vbi quidem illud, cum permaneat vnum, neq; diuidi velit, certè nec fieri genus admittit.

A δύο τιθεὶς, ἀναιρεῖς τὸ ἕν. ἐπείπερ πανταχοῦ ἡ μονάδος προσθήκη, τὸ πρότερον ποσὸν ἀφανίζει. εἰ δέ τις λέγοι, τὸ ἐπὶ τῷ ὄντι ἕν, καὶ τὸ ἐπὶ κινήσει ἕν, καὶ τοῖς ἄλλοις κοινὸν εἶναι, εἰς μὲν ταὐτὸν ἄγων τὸ ὂν καὶ τὸ ἕν, ἐν ᾧ λόγῳ τὸ ὂν οὐκ ἐποίει τῶν ἄλλων γένος, ὅτι μὴ ὅπερ ὄντα, ἀλλ' ἕτερον τρόπον ὄντα, οὕτως οὐδὲ τὸ ἓν κοινὸν ἐπ' αὐτῶν ἔσται. ἀλλὰ τὸ μὲν πρώτως, τὸ B δὲ ἄλλως. εἰ δὲ μὴ πάντων λέγοι ποιεῖν, ἀλλὰ ἕν τι ἐφ' ἑαυτοῦ, ὥσπερ τὰ ἄλλα. εἰ μὲν ταὐτὸν αὐτῷ τὸ ὂν καὶ τὸ ἕν, ἤδη τοῦ ὄντος ἠριθμημένου ἐν τοῖς γένεσιν, ὄνομα εἰσάγει. εἰ δὲ ἓν ἑκάτερον, τίνα φύσιν λέγοι. καὶ εἰ μὲν προστίθησί τι, ἕν λέγει. εἰ δὲ μηδέν, ἐκεῖνο ὃ οὐδενὸς κατηγορεῖται, πάλιν αὖ λέγει. εἰ δὲ τὸ τῷ ὄντι συνόν, εἴπομεν μέν, ὅτι οὐ πρώτως ἓν C λέγειν. ἀλλὰ τί κωλύει πρώτως εἶναι τοῦτο, ἐξῃρημένου ἐκείνου τοῦ παντελῶς ἑνός. καὶ γὰρ τὸ ὄν, μετ' ἐκεῖνο λέγομεν ὄν, καὶ ὂν πρώτως ὄν. ἢ ὅτι οὐκ ἦν τὸ πρὸ αὐτοῦ ὄν, ἢ εἴπερ ἦν, οὐκ ἂν ἦν πρώτως. τούτου δὲ τὸ πρὸ αὐτοῦ, ἕν. ἔπειτα χωρισθὲν τῇ νοήσει τοῦ ὄντος, διαφορὰς οὐκ ἔχει. ἔπειτα ἐν τῷ ὄντι, εἰ μὲν ἐπακολούθημα αὐτοῦ, καὶ πάντων, καὶ ὕστερον, πρότερον δὲ τὸ γένος. εἰ δὲ ἅμα, καὶ πάντων: τὸ δὲ γένος, οὐχ ἅμα: εἰ δὲ D πρότερον, ἀρχή τις καὶ αὐτοῦ μόνον: εἰ δὲ ἀρχὴ αὐτοῦ, οὐ γένος αὐτοῦ: εἰ δὲ μὴ αὐτοῦ, οὐδὲ τῶν ἄλλων. ἢ δέοι ἂν καὶ τὸ ὄν, καὶ τῶν ἄλλων πάντων. ὅλως γὰρ ἔοικε τὸ ἓν ἐν τῷ ὄντι, πλησιάζον τῷ ἑνί, καὶ οἷον συνεκπίπτον τῷ ὄντι. τοῦ ὄντος τὸ μὲν πρὸς ἐκεῖνο ἓν ὄντος, τὸ δὲ μετ' ἐκεῖνο ὄντος. ὃ δύναται καὶ πολλὰ εἶναι μένον αὐτὸ ἕν, καὶ οὐ θέλον μερίζεσθαι, οὐδὲ γένος εἶ- E ναι βούλεσθαι.

Ipſum ſimpliciter vnum non prædicatur vt genus de aliquo, ſcilicet generum, aut de ideis vllis. Cap. X.

Nam quoduis genus, & quæuis idea eſt in ſe vnum aliquid multitudinis neceſſariò particeps. Aequiuocè igitur ratione q; longè diuerſa illud primum & hæc nominantur vnum: neque minus multitudo quàm vnum de his generib. ideisq; prædicatur. Præterea genus varietatẽ in ſe prorſus admittit, quã nõ admittit ipſum vnũ, quod quidẽ cũ ſit ſimpliciter un, nonũ eſt unum genus: tum uerò unum omnibus entibus communiter ineſt, nec propterea eorũ genus exiſtit, ſicut neq; unitas numerorum, neq; punctum linearum, neq; ſimplex compoſitorum. Deniq; ſi unũ quod cum eſſentia congreditur, ſi abſq; ente conſideretur, non diuiditur per differentias ullas in unum hoc & illud, diuiſio uerò ratione entis accidit & in ente. Hoc igitur reſtat genus, qualecunque ſit genus.

QVO igitur pacto vnumquodq; eorum A quæ entis ipſius propria ſunt, eſt vnum? Fortè ex eo quòd eſt quiddã vnũ, nõ vnũ ipſum. Multa enim iam eſt quod eſt aliquid vnũ, ſed æquiuocè vnum eſt ſpecies vnaquæque, ſpecies enim multitudo eſt: quapropter vnum hoc in loco ſe habet, ſicut exercitus aut chorus: nõ igitur vnũ illud his ineſt, itaq; vnũ nõ eſt cõmune. Neq; conſiderari poteſt vnum ipſum, ipſo ente, neq; his quæ aliquid propriè ſunt, illud

A ΠΩΣ οὖν ἕκαστον τοῦ ὄντος ἕν; ἢ τῷ τὶ ἕν οὐχ' ἕν. πολλὰ γὰρ ἤδη τὸ τὶ ἕν. ἀλλ' ὁμωνύμως ἓν ἕκαστον τῶν εἰδῶν. τὸ γὰρ εἶδος, πλῆθος. ὥστε ἓν ἐνταῦθα, ὡς στρατὸς ἢ χορός. οὐ τοίνυν τὸ ἐκεῖ ἕν, ἐν τούτοις. ὥστε οὐ κοινὸν τὸ ἕν. οὐδὲ θεωρεῖ τὸ ἓν τῷ ὄντι, καὶ τοῖς τὶ οὖσι τὸ αὐτό.

ὥς τε οὐ γένος τὸ ἕν. ἐπεὶ παντὶ γένος, καθ' οὗ ἀληθεύεται, οὐκ ἔτι καὶ τὰ ἀντικείμενα. καθ' οὗ δὲ παντὸς ὄντος ἀληθεύεται τὸ ἕν, καὶ τὰ ἀντικείμενα. καθ' οὗ ἀληθεύεται τὸ ἓν ὡς γένος, κατὰ τούτου ἔσται οὐχ ὡς γένος. ὥς τε οὔτε τῶν πρώτων γενῶν ἀληθεύσεται ὡς γένος, ἐπείπερ καὶ τὸ ἓν ὄν, οὐ μᾶλλον ἓν ἢ πολλά. οὔτε τι τῶν ἄλλων γενῶν οὕτως ἓν ὡς μὴ πολλά. οὔτε κατὰ τῶν ἄλλων ὑστέρων, ἃ πάντως πολλά, τὸ δ' ὅλον γένος, οὐδὲν ἕν, ὥς τε εἰ τὸ ἓν γένος, ἀπολεῖ τὸ εἶναι ἕν. οὐ γὰρ ἀριθμὸς τὸ ἕν. ἀριθμὸς δ' ἔσται γενόμενον γένος. ἔτι τὸ ἐν ἀριθμῷ ἕν, εἰ γὰρ γένει ἕν, οὐ κυρίως ἕν. ἔτι ὥσπερ ἐν τοῖς ἀριθμοῖς τὸ ἓν οὐχ ὡς γένος κατ' αὐτῶν, ἀλλ' ἐνυπάρχειν μὲν λέγεται, οὐ γένος δὲ λέγεται, οὕτως οὐδ' εἰ ἐν τοῖς οὖσι τὸ ἕν, γένος ἂν εἴη, οὔτε τοῦ ὄντος, οὔτε τῶν ἄλλων, οὔτε τῶν πάντων. ἔτι ὥσπερ τὸ ἁπλοῦν ἀρχὴ μὲν ἂν εἴη τοῦ οὐχ ἁπλοῦ, οὐ μὴν τούτου καὶ γένος, ἁπλοῦν γὰρ ἂν εἴη, καὶ τὸ μὴ ἁπλοῦν, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ἑνός. εἰ τὸ ἓν ἀρχὴ οὐκ ἔσται τῶν μετ' αὐτὸ γένος, ἔσται οὖν οὔτε τοῦ ὄντος, οὔτε τῶν ἄλλων. ἀλλ' εἴπερ ἔσται τῶν ἓν ἑκάστων, οἷον εἴ τις ἀξιώσειε χωρίσαι ἀπὸ τῆς οὐσίας τὸ ἕν, τινῶν οὖν ἔσται. ὥσπερ γὰρ τὸ ὂν οὐ πάντων γένος, ἀλλὰ τῶν ὂν εἰδῶν, οὕτω καὶ τὸ ἓν τῶν ἓν ἑκάστων εἰδῶν. τίς οὖν διαφορὰ ἄλλου πρὸς ἄλλο καθὸ ἕν, ὥσπερ ἄλλου πρὸς ἄλλο ὄντος διαφορά. ἀλλ' εἰ συμμερίζεται τῷ ὄντι, καὶ τῇ οὐσίᾳ, καὶ τὸ ὄν, τῷ μερισμῷ, καὶ τὸ ἐν πολλοῖς θεωρεῖσθαι τὸ αὐτὸ γένος, διατί οὐ καὶ τὸ ἓν τοσαῦτα φαινόμενον, ὅσα ἡ οὐσία, καὶ ἐπὶ τὰ ἴσα μέρη μεριζόμενον, οὐκ ἂν εἴη γένος; ἢ πρῶτον οὐκ ἀνάγκη εἴ τι ἐνυπάρχει πολλοῖς γένος εἶναι, οὔτε αὐτῶν οἷς ἐνυπάρχει, οὔτε ἄλλων οὐδ' ὅλως, εἴ τι κοινὸν πάντων γένος. τὸ γοῦν σημεῖον ἐνυπάρχον ταῖς γραμμαῖς, οὐ γένος. οὔτε αὐτῶν, οὔτε ὅλως. οὐδέ γε ὥσπερ ἐλέγετο τὸ ἐν τοῖς ἀριθμοῖς ἕν. οὔτε τῶν ἀριθμῶν, οὔτε τῶν ἄλλων. δεῖ γὰρ τὸ κοινὸν καὶ ἐν πολλοῖς, καὶ διαφοραῖς οἰκείαις χρῆσθαι. καὶ εἴδη ποιεῖν. καὶ ἐν τῷ τί ἐστι. τοῦ δὲ ἑνός, τίνες ἂν εἶεν διαφοραί; ἢ ποῖα γεννᾷ εἴδη; εἰ δὲ τὰ αὐτὰ εἴδη ποιεῖ, ἃ περὶ τὸ ὄν, καὶ αὐτὸ ἂν εἴη τῷ ὄντι. καὶ ὄνομα μόνον θάτερον. καὶ ἀρκεῖ τὸ ὄν.

A illud quod est simpliciter ipsum, vnum igitur non est genus: quoniam omne genus ita se habet, vt de quo prædicatur, non etiam prædicentur opposita. At verò de quocunq; entis vniuersi affirmatur vnum, opposita etiam affirmantur: ideoq; de quocunq; affirmabitur vnum velut genus, de eodem iudicandum erit non tanquam genus. quare neq; de generibus primis tanquam genus reuera dicetur.
B Quandoquidem & vnum ens, non magis vnum est quàm multa, neq; quicquam generũ aliorum sic est vnum, vt etiam non sit multa; neq; etiam sic de alijs posterioribus prædicabitur, quæ omnino sunt multa. Sũmatim verò nullum genus totũ est vnum: iccirco si vnum ipsum sit genus, desinet protinus esse vnũ. ipsum namq; vnũ nõ est numerus: erit autem numerus, si genus fuerit. Erit præte-
C rea vnum quiddam in numero: nēpe si genere vnũ fuerit, nõ erit principaliter vnũ. Præterea sicut in numeris vnũ de illis nõ vt genus dicitur, sed inesse quidē asseritur, nõ tamē esse genus: ita neq; si vnũ entibus insit, ꝓpterea genus erit vel entis ipsius, vel aliorum, vel omniũ. Proinde sicut quod est simplex principium quidem esse potest rei minimè simplicis, non tamen est genus eiusdem: alioquin sim-
D plex quoque erit, quod non simplex: sic & in vno dicendum, nempe si locum principij teneat, sequentium genus esse non poterit. Nec igitur entis genus erit, nec aliorum: sed si modò genus fuerit, eorum erit duntaxat quæ singulatim dicuntur vnum, velut siquis vnum ab essentia existimauerit separandum: erit igitur aliquorum. Sicut enim ens non omnium genus est, sed specierum quæ singulatim ens
E nominantur: sic & vnum genus erit similiter specierum, quę singulatim vnum appellabuntur. Quænam igitur differentia erit aliud inter & aliud, quatenus vnum erunt, quemadmodum est & entis alterius ad alterũ differētia? Verùm si vnũ simul diuiditur cũ ente atq; essentia, & ipsum ens tum quia diuiditur, tum quia idem consideratur in multis, iccirco genus existit: cur non & ipsum vnum, cum to-
F tidem videatur esse, quot & essentia, equaliterq; diuisum, similiter genus existat? Sed profectò nõ est necessariũ, siquid multis insit, esse genus, vel eorum quibus inest, vel aliorum: nec oportet omnino, siquid cõmune sit, etiam genus esse. Iam verò pũctũ quod lineis inest, nõ est genus, aut earũ, aut omnino: quinetiã vt diximus, nec ipsum in numeris vnũ, genus est numerorũ vel etiã aliorũ. Oportet enim quod est cõmune vnũq; in multis, si modò genus futurũ sit, proprias admittere differētias, ac species ita conficere, & in eo quod quid est prædicari: ipsius autē vnius quænam differentiæ sunt? Quales nam species efficit? Quod si dicatur easdem species constituere, quæ enti quoq; conueniunt, certè idem cum ente erit, ideoq; solùm hîc nomen erit differens, & ens ipsum sufficere iudicandum.

Nec ens, nec unum eadem ubique ratione rebus insunt, sed ratione diuersa magisq; & minus gradatim, & prius atq; posterius. Cap. XI.

Rursus non est eadem omnino inter se ratio unius atq; ratio entis: nam exercitus nõ est minus ens quàm domus, nec domus quàm continuum: est tamen minus unum. Est autē ratio eadem unius atq; boni, & quatenus

quodlibet particeps fit vnius, eatenus & boni, atque vicißim. Alibi dictum est, vnum esse aliud superiusque quam ens, propterea vltra esse à rebus expeti bene esse. Id verò bonum vniuscuiusque rei in vnione consistit, id est vt partes suæ inuicem sint vnitæ, & totum vnitum sit principio atque fini. Atque ut res omnes tũ quæ magis inuicem sunt cognatæ coeant, tum quæ minus cognatæ concilientur.

OPERAEpretiũ est cõsiderare quomodo sit vnũ in ente, & quo pacto quæ dicitur partitio fiat: & omnino qualis sit partitio generũ. Item nunquid eadem, vel alia sit vtraq;. In primis igitur cogitandũ, quomodo omnino vnũquodlibet dicatur, atq; existat: deinde vtrũ similiter & in vno ente dicamus, & quomodo ibi dicatur. Iam verò vnũ, quod omnibus attribuitur, nõ est idẽ. neq; enim in rebus quæ sentiuntur similiter se habet, atq; in his quæ intelligẽtia tantũ percipiuntur: sed neq; etiã ens in eis se similiter habet, nec etiã in rebus sentiẽdis inter se similiter inest. Non enim idem vnum est in choro atq; exercitu, naueq;, & domo: nec rursus idem in his atq; in cõtinuo. Veruntamẽ idẽ omnia imitantur, sed alia quidem remotius, alia verò propinquius: atq; in mẽte proculdubio verius. Anima enim vna est: ac multò magis mẽs est vna, & ens est vnũ. Num igitur dicẽtes in quodlibet ens ipsius, pariter & vnũ dicimus? Atq; sicut habet entis, sic & vnius habet? An potius id quidẽ accidit? non tamen quatenus ens est, existit & vnũ: sed fieri potest, vt quod nõ minus est ens, minus tamen sit vnũ. Nõ enim minus ens est exercitus aut chorus, quã sit domus: veruntamẽ est minus vnum. Videtur igitur quod in quolibet vnũ est, id ipsum bonũ magis vnũ aspicere, & quantũ boni cõsequitur, tantũ & vnũ esse, atq; ipsum magis minúsue secundum vnũ in hoc ipso consistere. Nam vnumquodq; nõ simpliciter esse vult, sed esse cum bono. Ob hoc & quæ nõ sunt vnum, student quoad possunt vnum fieri: & quæ natura constãt, id affectant ipsa natura in idem cõgredientia, dum videlicet sibimet vniri desiderãt. Non enim seorsum à se inuicẽ fieri singula properãt, sed in se inuicẽ & ad seipsa festinant. atqui animæ omnes in vnũ quidem optarẽt euadere, propria videlicet essentia interim conseruata. Et profectò in vniuerso vtrinq; regnat vnum. Est enim vnum & à quo pendent, & in quod omnia tendunt. Exordiũtur enim ab vno, properantq; ad vnum: in hoc enim ipso omniũ consistit bonum: atq; ita in ordine rerum extitit vnumquodq;. Et postquam extitit, neque consisteret nisi festinaret ad vnum, neque quo minus huc properet, continere se potest. Quæ igitur natura ducuntur, ita se habẽt: quæ verò arte tractantur ita. Ars vnaquæque vnũquodq; ad hoc ipsũ, & quãtũ ipsa potest, & quantum singula possunt, ritè disponit: ipsum verò ens maximè omnium id assequitur. vni namque proximum est. Quamobrem alia quidem dicuntur tantùm, quod & dicuntur, velut homo: etenim si quando dicamus, homo ille vnus est, ad duo respicientes id dicimus. Quòd si & aliter vnum aliquid dicamus, adiungentes videlicet aliquid ita loquimur. In ipso autem ente, dicimus totum hoc, ens vnum, ac velut vnum, censemus: ostendentes videlicet maximam quandam eius cum bono propinquitatem. Fu-

QVOD verò pertinet ad quantitatem atque quantum, ſæpe dictum eſt in numero & magnitudine ponendum eſſe, quatenus vnũquodque eſt propriè tantùm, quod quidem conſiſtit in rerum corporearum numero, & in quodam ſubiecti ſpatio. Non enim de quantitate hinc ſeparata in præſentia diſputatur, ſed de hac ipſa quæ facit vt lignum ſit tricubitũ: ſimiliter de quinario numero qui eſt in equis quinque. Numerum ergo & magnitudinē ſolũ eſſe propriè quanta prædiximus: locum verò ac tempus in ratione quantitatis minimè cõputari, ſed tempus quidem ex eo quòd menſura motionis exiſtimetur, in relationis ordine collocari: locum quoque quum id habeat propriè, vt corporis ſit cõprehenſor, in habitudine quadã & relatione cēſeri. Quãdo & motus continuus quidē eſt, neque tamen eſt in quantitatis genere cõſtitutus. Magnũ verò & paruũ cur non in quantitate ponantur? Quod enim magnum eſt, quantitate quadam eſt magnum: atqui hæc ipſa magnitudo in relatione nõ ponitur, ſed maius atq; minus ad relationē meritò ſpectare putantur. Ad aliud enim hoc ipſum quod ſunt, dicuntur, ſicut & duplũ atque dimidium. Cur nam igitur mons quidē ſæpe paruus dicitur, granum verò milij ſæpe magnũ? Forſan quando paruum montem dicimus, paruũ ibi quaſi minorem intelligi volumus. Si enim etiã apud illos qui hæc tractant, conceditur montē appellari paruũ, quatenus cũ rebus eiuſdē generis, id eſt, cum montibus comparatur, meritò etiã eſt conceſsũ paruũ ibi accipi pro minore. Iam verò & magnum milium non ſimpliciter iudicatur magnum, ſed magnum propriè milij granum. Hoc aũt perinde eſt, ac ſi tantùm dicatur cum rebus eiuſdem generis cõparatũ, quibus profectò naturali ratione maius appellari poteſt. Deinde cur non & pulchrũ in relatione ponatur? Verùm id minimè fieri reſpondebitur, quia pulchrum quidem ſecundum ſeipſum accipiatur, ſitque quale: pulchrius autem in eorum eſſe numero, quæ ad aliud referuntur: tametſi etiam quod appellatur pulchrum videri poteſt turpe aliquando, ſi cum alio conferatur, qualis humana pulchritudo cum deorum pulchritudine comparata. Hinc vtique illud dictum eſt, pulcherrima inter ſimias turpis erit, ſi cum alio quodam genere conferatur. Sed profectò dicetur, id quidem perpulchrum ſecundum ſeipſum conſiderari: ſed aduerſus aliud, aut pulchrius, aut turpius iudicari. Ergo & in hoc genere magnum quidem aliquid eſt, in ſeipſo, ipſa magnitudine præditum, ad aliud verò non magnum: alioquin ſi minus deceat ita loqui, negare cogemur aliquid eſſe pulchrum, propterea quòd aliud quiddam

A ΠΕΡῚ δὲ ποσοῦ καὶ ποσότητος, ὡς ἐν ἀριθμῷ δεῖ τίθεσθαι καὶ μεγέθει, καθόσον ποσοῦτον ἕκαστον. ὅ ἐστιν ἐν ἀριθμῷ τῶν ἐνύλων, καὶ διαστήματι τοῦ ὑποκειμένου. οὐ γὰρ περὶ χωριστοῦ ποσοῦ, ὁ λόγος. ἀλλ' ὃ ποιεῖ τρίπηχυ εἶναι τὸ ξύλον, καὶ ἡ πεμπὰς ἡ ἐπὶ τοῖς ἵπποις, εἴρηται πολλάκις, ὅτι ταῦτα ποσὰ μόνον λεκτέον. τόπον δὲ καὶ χρόνον, μὴ κατὰ τὸ ποσὸν νενοῆσθαι. ἀλλὰ τὸν μὲν χρόνον, τῷ μέτρον κινήσεως εἶναι, καὶ τῷ B πρός τι, δοτέον αὐτόν. τὸν δὲ τόπον, σώματος περιεκτικὸν. ὡς καὶ τοῦτον ἐν σχέσει, καὶ τῷ πρός τι κεῖσθαι. ἐπεὶ καὶ ἡ κίνησις συνεχὴς, καὶ οὐκ ἐν ποσῷ ἐτέθη. μέγα δὲ καὶ μικρὸν, διατί οὐκ ἐν ποσῷ; ποσότητι γὰρ τινὶ μέγα, τὸ μέγα. καὶ τὸ μέγεθος δὲ, οὐ τῶν πρός τι. ἀλλὰ τὸ μεῖζον καὶ τὸ ἔλαττον, τῶν πρός τι. πρὸς γὰρ ἕτερον, ὥσπερ καὶ τὸ διπλάσιον. διατί οὖν ὄρος μικρὸν, κέγχρος C δὲ μεγάλη; ἢ πρῶτον μὲν ἀντὶ τοῦ μικροτέρου λέγεται. εἰ γὰρ πρὸς τὰ ὁμογενῆ ὁμολογεῖται, καὶ παρ' αὐτῶν εἰρῆσθαι, ὁμολογεῖται ὅτι ἀντὶ τοῦ μικρότερον λέγεται. καὶ τὸ μεγάλη κέγχρος, οὐχ ἁπλῶς λεγομένη μεγάλη, ἀλλὰ κέγχρος μεγάλη. τοῦτο δὲ ταὐτὸν τῶν ὁμογενῶν. τῶν δὲ ὁμογενῶν, κατὰ φύσιν ἂν λέγοιτο μείζων. ἔπειτα διατί οὐ καὶ τὸ καλὸν λέγοιτο ἂν τῶν πρός τι; D ἀλλὰ φαμὲν, καλὸν μὲν καθ' ἑαυτὸ καὶ ποιὸν, κάλλιον δὲ τῶν πρός τι. καίτοι καὶ καλὸν λεγόμενον, φανείη ἂν πρὸς ἄλλο αἰσχρὸν. οἷον, ἀνθρώπου κάλλος πρὸς θεῶν. πιθήκων φησὶν ὁ κάλλιστος, αἰσχρὸς συμβάλλειν ἑτέρῳ γένει. ἀλλ' ἐφ' αὑτοῦ μὲν καλὸν, πρὸς ἄλλο δὲ ἢ κάλλιον, ἢ τοὐναντίον. καὶ ἐνταῦθα τοίνυν, ἐφ' ἑαυτοῦ μὲν μέγα μετὰ μεγέθους· πρὸς ἄλλο δὲ, οὐ τοιοῦτον. ἢ ἀναιρετέον τὸ καλὸν, ὅτι ἄλλο

καλλίον αὐτοῦ. οὕτω τοίνυν, οὐδ' ἀναιρετέον τὸ μέγα, ὅτι ἐστὶ τι μεῖζον αὐτοῦ. ἐπεὶ οὐδὲ τὸ μεῖζον ὅλως ἂν εἴη, μὴ μεγάλου ὄντος, ὥσπερ οὐδὲ καλλίον, μὴ καλοῦ.

A eo pulchrius nobis occurrat: sed neque id negare debemus. Neque igitur negandum est aliquid esse magnum, quoniam aliud quiddam ipso sit maius: quandoquidem neque maius quicquam esset omnino, nisi esset & magnum: quemadmodum neque pulchrius, nisi foret & pulchrum.

Productio & contractio contraria sunt. Si producitur numerus, fit multus: si contrahitur, euadit paucus. Similiter dimensio contractione quidem parua, productione uerò fit magna. Paucum igitur atque multum contraria sunt, similiter paruum atque magnum. Cap. XII.

Sicut determinata est ratio quædam pulchri, ita calidi atque magni. Tum uerò in loco est oppositio propriè relatiua, ut inter superius & inferius. Denique oratio per accidens est in genere quantitatis, per se uerò est in motu.

ἈΠΟΛΕΙΠΤΕΌΝ τοίνυν καὶ ἐναντιότητα εἶναι περὶ τὸ ποσόν. αἱ γὰρ ἔννοιαι τὴν ἐναντιότητα συγχωροῦσιν, ὅταν μέγα λέγομεν, καὶ ὅταν μικρὸν, ἐναντίας τὰς φαντασίας ποιοῦσαι. ὥσπερ ὅταν πολλὰ καὶ ὀλίγα. καὶ γὰρ τὰ παραπλήσια, περὶ τοῦ ὀλίγα καὶ πολλὰ λεκτέον. πολλοὶ γὰρ οἱ ἐν τῇ οἰκίᾳ, ἀντὶ τοῦ πλείους. τοῦτο δὲ πρὸς ἄλλο. καὶ ὀλίγοι ἐν θεάτρῳ, ἀντὶ τοῦ, ἐλάττους. καὶ δεῖ ὅλως τὰ πολλὰ, πολὺ λέγειν πλῆθος ἐν ἀριθμῷ. πλῆθος δὲ πῶς τῶν πρός τι; τοῦτο δὲ ταὐτὸν, τῷ ἐπέκτασις ἀριθμοῦ, τὸ δὲ ἐναντίον συστολή. τὸ δ' αὐτὸ, καὶ ἐπὶ τῆς συνεχοῦς, τῆς ἐννοίας, τὸ συνεχὲς προσαγούσης εἰς τὸ πόῤῥω. ποσὸν μὲν οὖν, ὅταν τὸ ἓν προέλθῃ καὶ τὸ σημεῖον. ἀλλ' ἐὰν μὲν ταχὺ στῇ ἑκάτερον, τὸ μὲν ὀλίγον, τὸ δὲ μικρὸν. ἐὰν δ' ἡ πρόοδος περιοῦσα μὴ παύηται ταχὺ, τὸ μὲν πολὺ, τὸ δὲ μέγα. τίς οὖν ὅρος; τίς δὲ καλοῦ; θερμοῦ δὲ καὶ ἔνι θερμότερον καὶ ἐνταῦθα. ἀλλὰ λέγεται τὸ μὲν θερμότερον πρός τι· τὸ δὲ θερμὸν, ἁπλῶς ποιόν. ὅλως δὲ λόγον τινὰ ὥσπερ καλοῦ, οὕτω καὶ μεγάλου εἶναι. ὃς μεταληφθεὶς μέγα ποιεῖ, ὥσπερ καλὸν ὁ τοῦ καλοῦ. ἐναντιότης τοίνυν κατὰ ταῦτα, περὶ τὸ ποσόν. κατὰ γὰρ τὸν τόπον, οὐκ ἔτι ὅτι μὴ τοῦ ποσοῦ. ἐπεὶ καὶ εἰ τοῦ ποσοῦ ἦν ὁ τόπος, οὐκ ἦν ἐναντίον τὸ ἄνω τινί. μὴ ὄντος τοῦ κάτω ἐν τῷ παντὶ. ἐν δὲ τοῖς μέρεσι τὸ ἄνω καὶ κάτω λεγόμενον, ἄλλο οὐδὲν ἂν σημαίνοι, ἢ ἀνωτέρω καὶ κατωτέρω. καὶ ὅμοιον τῷ δεξιὸν καὶ ἀριστερόν. ταῦτα δὲ τῶν πρός τι. συλλαβῇ δὲ καὶ λόγῳ, συμβαίνει ποσοῖς εἶναι, καὶ ὑποκεῖσθαι τῷ ποσῷ. φωνὴ γὰρ ποσή. αὕτη δὲ κίνησίς τις. εἰς κίνησιν οὖν ὅλως ἀνακτέον, ὥσπερ καὶ τὴν πρᾶξιν.

A PERMITTENDVM igitur etiã contrarietatem existere circa quantum. Cogitationes enim ipsę contrarietatem hîc admittunt, quando magnũ dicimus, & quando paruum imaginationes contrarias afferentes: sicut quando multa & pauca dicimus. similia nanque illis etiam circa pauca & multa contingunt. Multi enim domi esse dicuntur, & interim sub hoc nomine multi, esse plures intelligũtur. Id ipsũ verò quod appellatur plures, B refertur ad aliud: sæpe etiam ferunt esse paucos in theatro, intelligentes ibi esse pauciores. Operæpretium est omnino quando dicimus multa, intelligere multitudinem in numero plurimam. Multitudo verò quonam pacto inter relatiua cõnumerabitur? Hoc aũt idem est, ac si dicatur, multitudinem esse perductionem propagationẽq; numeri: huius verò cõtrariũ est contractio. Idem verò euenit & in C ipsa notione continui in longũ quodãmodo cõtinuum protrahente. Quantitas enim oriri videtur, quando vnũ & signum progrediuntur. Verùm si citò vtrunq; sistat gradũ, illud quidẽ euadit paucũ, hoc verò fit paruũ: sin autẽ processio in progrediendo nõ citò desinat, illud certè euadit multum, hoc verò fit magnũ. Quis nam igitur terminus est vel definitio? Sed quis pulchi terminus? quis verò calidi? Atqui & in ordine calidi est calidius: sed D enim calidius quidem ad aliud refertur. calidum verò simpliciter existit quale. Omnino autẽ rationem quandam sicut pulchri, sic & magni esse decet. quæ quidem percepta reddit magnum, quemadmodũ pulchrum reddit ipsa ratio pulchri. Contrarietas igitur est secundum hæc circa quantum. Nam secundum locum quidem non est amplius contrarietas vlla, quoniam non propriè est in genere quantitatis: quandoquidem & si locus esset in genere quantitatis, nondum contrarium foret E alicui, quod sursum dici solet, nisi esset id quod deorsum in vniuerso. In partibus autem quod sursum deorsumúe dicitur, nihil significat aliud quàm superius atque inferius: idque simile est ei quod dicitur dextrum atque sinistrum. hæc autem in relationis genere numerantur. Syllabæ verò orationique contingit esse quanta, & subiici quantitati. Vox enim quanta censetur: ipsa verò motio quædam est. Ad motum igitur, sicut & actio omnino reducenda videtur.

Vnum quantitatis genus commune est numeris & continuis: item unus genere numerus omnibus numeris: una quoque continuitas generalis omnibus continuis. Species numerorum accipiuntur per paris & imparis differentiam: species continuorū per differentias inter lineam, superficiem, solidum: similiterq́ deinceps. Cap. XIII.

CONTINVVM profectò ab ipso discreto rectè discerni per cōmunem propriumque terminum definitiuū iam est dictum. Deinceps verò dicendum est in numero quidem discretionem fieri per imparem proprietatē, atque parē: ac similiter si sunt rursus vtriusq; horum differentiæ quædam: aut fortè concedenda eiusmodi discretio est rebus iam numerū possidentibus: vel oportet has quidem differentias numerorum ex vnitatibus compositorum asseuerare, numerorum verò in sensibilibus existentium minimè. Si qua verò ratio numeros in sensibilibus existentes separet, nihil prohibebit eorum quoque easdem differentias intelligere. Continuum verò quonam modo distinguitur? Profectò si dixerimus hoc quidem esse lineam, istud verò planum, illud denique solidum: vel si hoc ad vnum istud ad duo, illud ad tria potissimum pertinere, non in species diuidere, sed dinumerare solùm ita videbimur. Semper enim in numeris sic acceptis secundū prius ac posterius commune aliquid tanquam genus non reperitur: neque in primo & secundo atque tertio augmento commune quicquam erit: sed fortè qua ratione quantum illic est, est in eis æqualitas. neque alia quidem magis quanta, alia verò minus, quamuis alia dimensiones in plura possideant, alia verò in pauciora. in numeris igitur qua omnes numeri sunt, commune aliquid esse poterit. Fortè enim non vnitas duitatem, neque duitas trinitatem, sed aliquid idem hæc omnia procreat. Sin autem non fiunt hæc, sed sunt quidem, nos autem tanquam fiant excogitamus: esto sanè numerus minor ille prior, alius verò posterior, scilicet qui est maior: verumtamen qua numeri sunt, omnes redigantur in vnum. Quamobrē & in ordinem magnitudinum, numerorum conditionem traducere decet: separare verò licebit inter se lineam & planum atque solidum, quod & appellatur corpus, ex eo quòd cū magnitudines sint, specie differant. Quòd si oportet horum vnūquodque diuidere, partiemur lineam in rectam, circularem, atque obliquam: planum verò in figuram rectilineam & circularem: solidum denique in figuras solidas, in sphæram scilicet, & figuras habentes rectas pro lateribus lineas: atque hæc rursus geometrarum more in triangulos & quadrangulos, rursumque hæc in alia, & qua hæc conditione fiant considerabimus.

A Τὸ μὲν οὖν συνεχὲς ἀπὸ τοῦ διωρισμένου κεχωρίσθαι, καλῶς τῷ κοινῷ καὶ τῷ ἰδίῳ ὅρῳ εἴρηται. τὸ δ' ἐντεῦθεν ἤδη, ὅτι μὲν ἀριθμοῦ περιττῷ ἀρτίῳ. καὶ πάλιν εἴ τινες διαφοραὶ τούτων ἑκατέρου. ἢ παραλειπτέον τοῖς περὶ ἀριθμὸν ἔχουσιν * ἤδη. ἢ δεῖ ταύτας μὲν. διαφορὰς * εἴδη τῶν μοναδικῶν ἀριθμῶν τίθεσθαι. τῶν δ' ἐν τοῖς αἰσθητοῖς, οὐκέτι. εἰ δὲ τοὺς ἐν τοῖς αἰσθητοῖς B ἀριθμοὺς χωρίζει ὁ λόγος, οὐδὲν κωλύει καὶ τούτων τὰς αὐτὰς νοεῖν διαφοράς. τὸ δὲ συνεχὲς πῶς; εἰ τὸ μὲν γραμμή, τὸ δ' ἐπίπεδον. τὸ δὲ στερεόν. ἢ τὸ μὲν ὑφ' ἕν. τὸ δ' ἐπὶ δύο. τὸ δ' ἐπὶ τρία. οὐκ εἰς εἴδη διαιρουμένου δόξει, ἀλλὰ καταριθμησιν μόνον ποιουμένου. ἀεὶ γὰρ ἐν τοῖς ἀριθμοῖς οὕτω λαμβανομένοις κατὰ τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον, κοινόν τι ἐπ' αὐτῶν οὐκ ἔστι γένος. C οὐδ' ἐπὶ πρώτης καὶ δευτέρας καὶ τρίτης αὔξης, κοινόν τι ἔσται ἀλλὰ ἴσως καθόσον ποσόν, τὸ ἴσον ἐπ' αὐτοῖς. καὶ οὐ τὰ μὲν μᾶλλον ποσά, τὰ δὲ ἧττον, κἂν τὰ μὲν ἐπὶ πλείω τὰς διαστάσεις ἔχῃ, τὰ δὲ ἔλαττον. ἐπὶ τῶν ἀριθμῶν τοίνυν, καθόσον πάντες ἀριθμοί, τὸ κοινὸν ἂν εἴη. ἴσως D γάρ, οὐχ ἡ μονὰς τὴν δυάδα. οὐδ' ἡ δυὰς, τὴν τριάδα. ἀλλὰ τὸ αὐτὸ τὰ πάντα. εἰ δὲ μὴ γίνεται, ἀλλ' ἔστιν, ἡμεῖς δ' ἐπινοοῦμεν γινόμενα. ἔστω ὁ μὲν ἐλάττων, πρότερος· ὁ δὲ ὕστερος, ὁ μείζων. ἀλλὰ καθόσον ἀριθμοὶ πάντες ὑφ' ἕν. καὶ ἐπὶ μεγεθῶν τοίνυν, τὸ ἐπ' ἀριθμῶν μετενεκτέον. χωρίζομεν δὲ ἀπ' ἀλλήλων, γραμμήν, ἐπίπεδον, στερεόν. ὃ δὴ κέκληκε σῶμα, τῷ διάφορα τῷ εἴδει μεγέθη ὄντα εἶναι. E εἰ δὲ δεῖ ἕκαστον τούτων διαιρεῖν, γραμμὴν μὲν εἰς εὐθύ, περιφερές, ἑλικοειδές. ἐπίπεδον δέ, εὐθύγραμμον, καὶ περιφερὲς σχῆμα· στερεὸν δὲ εἰς στερεὰ σχήματα· σφαῖραν, εἰς εὐθυγράμμους πλευράς. καὶ ταῦτα πάλιν οἷα οἱ γεωμέτραι ποιοῦσι, τρίγωνα, τετράπλευρα: καὶ πάλιν ταῦτα εἰς ἄλλα, ἐπισκεπτέον.

Rectitudo uel curuitas adhibita lineæ proprietatem eius significat, neque compositionem affert: item figuræ non in genere qualitatis, sed quantitatis sunt ponendæ. Cap. XIIII.

Quando dicis triangulum esse quidem tres lineas, sed tali quodam pacto inuicem se habentes, significas hoc quodam termino inuicem terminatas, terminus uerò atque determinatio eiusmodi ad genus quantitatis potius quàm qualitatis pertinere uidentur.

PROINDE quid nā rectā lineā esse dicemus? nōne magnitudinē? Forsā verò aliqs ipsū rectū appellet qualē aliq̃ magnitudinē. Quid

A Τί γὰρ ἂν φαῖμεν εὐθεῖαν, οὐ μέγεθος εἶναι; ἤ, ποιὸν μέγεθος τὸ εὐθὺ φαίη τις ἄν. τί

οὖν

οὖν κωλύει διαφορὰν εἶ ἡ γραμμή. οὐ γὰρ ἄλλου τινὸς τὸ εὐθὺ, ἢ γραμμῆς. ἐπεὶ καὶ οὐσίας διαφορὰς κομίζομεν, παρὰ τοῦ ποιοῦ. εἰ οὖν γραμμὴ εὐθεῖα, ποσὸν μετὰ διαφορᾶς, καὶ οὐ σύνθετον. διὰ τοῦτο ἡ εὐθεῖα, ἐξ εὐθύτητος καὶ γραμμῆς εἰ δὲ σύνθετον, ὡς μετὰ οἰκείας διαφορᾶς. τὸ δ' ἐκ τριῶν γραμμῶν τὸ τρίγωνον, διὰ τί οὐκ ἐν τῷ ποσῷ. ἢ οὐχ ἁπλῶς τρεῖς γραμμαὶ τὸ τρίγωνον, ἀλλὰ οὑτωσὶ ἐχουσῶν. καὶ τὸ τετράπλευρον τέσσαρες οὑτωσί. καὶ γὰρ ἡ γραμμὴ ἡ εὐθεῖα, οὑτωσί. καὶ ποσόν. εἰ γὰρ τὴν εὐθεῖαν οὐ ποσὸν μόνον, τί κωλύει καὶ τὴν πεπερασμένην, μὴ ποσὸν μόνον λέγειν, ἀλλὰ πέρας τῆς γραμμῆς, στιγμή. καὶ οὐκ ἐν ἄλλῳ. καὶ τὸ πεπερασμένον τοίνυν ἐπίπεδον, ποσόν. ἐπείπερ γραμμαὶ περατοῦσιν, αἳ πολὺ μᾶλλον ἐν τῷ ποσῷ. εἰ οὖν τὸ πεπερασμένον ἐπίπεδον ἐν τῷ ποσῷ, τοῦτο δὲ ἢ τετράγωνον, ἢ πολύπλευρον, ἢ ἑξάπλευρον, καὶ τὰ σχήματα πάντα, ἐν τῷ ποσῷ. εἰ δ' ὅτι τὸ τρίγωνον λέγομεν ποιὸν, καὶ τὸ τετράγωνον ἐν ποιῷ θησόμεθα, οὐδὲν κωλύει ἐν πλείοσι κατηγορίαις θέσθαι τὸ αὐτό. καθὸ μὲν μέγεθος, καὶ τοιόνδε μέγεθος, ἐν τῷ ποσῷ, καθὸ δὲ τοιάνδε μορφὴν παρέχεται, ἐν ποιῷ. ἢ καὶ αὐτὸ τοιάδε μορφὴ τὸ τρίγωνον. τί οὖν κωλύει, καὶ τὴν σφαῖραν ποιὸν λέγειν. εἰ οὖν τις ὁμόσε χωρεῖ, τὴν γεωμετρίαν τοίνυν οὐ περὶ μεγέθη, ἀλλὰ περὶ ποιότητα καταγίνεσθαι. ἀλλ' οὐ δοκεῖ τοῦτο. ἀλλ' ἡ πραγματεία αὕτη περὶ μεγέθη. αἱ δὲ διαφοραὶ τῶν μεγεθῶν, οὐκ ἀναιροῦσι τὸ μεγέθη αὐτὰ εἶναι. ὥσπερ οὐδ' αἱ τῶν οὐσιῶν, οὐκ οὐσίας τὰς οὐσίας εἶναι. ἔτι πᾶν ἐπίπεδον, πεπερασμένον. οὐ γὰρ οἷόν τε ἄπειρον εἶναί τι ἐπίπεδον. ἔτι ὥσπερ ὅταν περὶ οὐσίαν ποιότητα λαμβάνω, οὐσιώδη ποιότητα λέγω, οὕτω καὶ πολὺ μᾶλλον ὅταν τὰ σχήματα λαμβάνω, ποσότητος διαφοφὰν λαμβάνω. ἔπειτα εἰ μὴ ταύτας διαφορὰς μεγεθῶν ληψόμεθα, τίνων θησόμεθα. εἰ δὲ μεγεθῶν εἰσι διαφοραὶ, τὰ γενόμενα ἐκ τῶν διαφορῶν μεγέθη διάφορα, ἐν εἴδεσιν αὐτῶν τακτέον.

A ergo prohibet eiuſmodi differentiam eſſe, qua ratione linea eſt? Nō enim alterius cuiuſdam eſſe dicitur rectitudo, quàm lineæ: quandoquidem & ſubſtantiæ differentias à qualitate ſæpenumero ducimus. Si igitur linea recta eſt quantitas quædam cum differentia ſimul, nō eſt compoſita propter hoc recta linea ex rectitudine, atque linea: ſin autem aliquid compoſitū eſt, id certè eſt tanquam cum propria differentia. Triangulus præterea ex tribus lineis

B propriè conſtitutus, cur non ſit in genere quantitatis? An fortè quia triangulus nō ſimpliciter eſt tres lineæ, ſed lineæ tres ſic propriè ſe habentes? Atqui & quadratum quatuor lineæ ſic ſe habentes eſſe dicitur, quinetiam linea recta in ſe & quantitatem habet, & talem quendam quantitatis modum: nempe ſi rectā lineam non ſolum quantum aliquid eſſe dicamus, quidnam prohibet & terminatam line-

C am non ſolùm quantum cognominare? At verò lineæ terminus eſt punctum, id verò in genere alio non exiſtit. Quamobrem planum quoque terminatū eſt propriè quantū: quandoquidem lineæ terminant; quę multò magis in genere quantitatis exiſtunt. Si igitur terminatum planum eſt in genere quantitatis, id autem eſt triangulus, vel quadrangulus, vel etiam figura ex pluribus angulis conſtituta, ni-

D mirum figuræ omnes in quantitatis genere numerantur. Sin autem quia triangulum dicimus qualem, & quadrangulum qualem, idcirco in qualitatis genere collocemus, nihil obſtabit quo minus in pluribus prędicamentis idem conſtituamus. Qua enim magnitudo eſt, & eiuſmodi magnitudo, in genere quantitatis: qua verò talem exhibet formam, in genere qualitatis. Fortè etiam triangulus ipſe eſt

E eiuſmodi quædam forma. Quid ergo vetabit ſphæram quoque quale aliquid appellare? Si quis igitur eodem tenore procedat, geometriam non circa magnitudines, ſed circa qualitates verſari concedet. Sed non videtur id admittendum: nam hęc ipſa doctrina verſari circa magnitudines iudicatur. Differentiæ verò magnitudinū non idipſum quod ſunt magnitudines auferunt: quemadmodum neque differentiæ vllę ſubſtantiarum efficiunt, vt ſubſtantiæ vlterius non ſubſtantiæ ſint. Pręterea omne planum eſt terminatum: non enim poſſibile eſt eſſe planum aliquod infinitum: item quemadmodum quando circa ſubſtantiam accipio qualitatem, eſſentialem qualitatem dico: ſic & multo magis quando figuras aſſumo, differentiam quantitatis accipio. denique niſi has tanquam magnitudinum differentias capiamus, quorum nam potiſsimum eſſe differentias arbitrabimur? Quòd ſi magnitudinum differentiæ ſunt, nimirum magnitudines differentes ex differentijs conſtitutæ, in ſpeciebus ipſarum collocandæ videntur.

Aequale & inæquale ſolùm ſunt in genere quātitatis: ſimile verò atque diſsimile propriè in genere qualitatis. Cap. XV.

Quodammodo etiam dicimus figuras inter ſe ſimiles non tam qualitate, quàm alia quadam conditione. Subſtantia qua ratione corporea & ſenſibilis cogitatur, congregatum quiddam eſt ex ſubſtantia, ſimul & accidentibus. Conſidera hominem quatuor gradibus: primò quidem in idea mentis: ſecundo in ſeminali animæ ratione: tertiò in hoc noſtro corpore: quartò denique in pictura. Quantò deterior eſt quartus tertio, tantò tertius ſecundo, tantò rurſus ſecundus primo.

CÆTERVM quonam pacto quantitatis propriũ est, quod æquale & inæquale dici solet? Iam verò trianguli similes esse dicuntur. An fortè magnitudines quoq; ritè simile appellantur? Et quæ similitudo dicitur, non tollit quin simile atque dissimile in genere quãtitatis inueniatur. Fortè enim hic in ordine magnitudinum, quod simile nominatur, aliter sese habet: neque perinde ac in genere qualitatis. Præterea non si proprium dixit ęquale & inæquale, propterea vetuit de aliquibus simile prædicari: verùm si dixerit simile atque dissimile duntaxat proprium esse qualis aliter dicendum est, vt prædiximus hoc ipsum in quantitate. Sin autem idem est id, quod simile dicitur, in hoc ętiam genere considerare nobis expedit alias vtriusque generis proprietates, tum quantitatis tum etiam qualitatis. Aut fortè dicendum ipsum simile etiam in quãtitatis genere dici, quatenus in ipso differentiæ sunt, in quantitatis genere dici: communiter autem simul ordinare decet, atque cõiungere differentias copulantes essentiam, cum eo ipso, cuius & differentiæ sunt: præsertim quando solius illius differentia est. Sin autẽ in alio quidem complet essentiam, siue substantiam, in alio verò nequaquam, cum eo copulanda est, cuius cõplet naturam. Illud autem cuius hęc substantiã minimè complet, in seipso tantum est assumendum: implere aũt substantiã dico non simpliciter substantiam, sed eiusmodi. Vbi profectò hoc ipsum quod eiusmodi dicitur, non substantialem admittit adiunctionem. Operæpretium verò est animaduertere æquales quidem nos ritè dicere triangulos & quadrangulos, figurasque in quavis specie, tam planas, quàm etiam solidas. Quapropter æquale & inæquale in genere quantitatis tanquam proprium absque controuersia est ponendũ. Simile verò atque dissimile nunquid duntaxat in genere qualitatis sit, cogitandum est. De ipso verò quali in superioribus dictum est, materiam quidẽ vnà cum alijs, & aliquid cõmistum quali, efficere sensibilis substantię cõplementum, viderique substantiam illam quę apud nos substãtia dicitur esse hoc quod ex multis est congregatum: non hoc aliquid propriè, sed potius quale. Videtur etiam ratio quidem ipsa velut ipsius ignis, hoc aliquid magis significare: forma verò hæc quam ipsa gignit magis significare quale: atque hominis ratio hoc aliquid esse. Quod autẽ inde in natura corporis effectum est, cum rationis simulachrum sit, quale quiddam potius esse: perinde ac si Socrates hic qui videtur à nobis, ipse sit homo, sed nihilominus imago eius in pictura ex coloribus pigmentisque tantum constans Socrates appelletur. Sic vtique cum ipsa ratio sit secundum quam est Socrates, nos tamen hunc qui videtur, Socratem appellamus: verumtamen colores & figuras huius Socratis apparentis, eorum quæ in ipsa ratione consistunt, imitationes quasdam appellare debemus: atque hanc insuper rationem erga verissimam hominis rationem idem perpeti iudicare. Et de his quidem ita sit dictum.

A Ἀλλὰ πῶς ἴδιον τοῦ ποσοῦ, τὸ ἴσον καὶ ἄνισον; ὅμοια γὰρ τρίγωνα λέγεται. ἢ καὶ ὅμοια λέγεται, μεγέθη. καὶ ἡ ὁμοιότης λεγομένη, οὐκ ἀναιρεῖ τὸ ὅμοιον καὶ τὸ ἀνόμοιον εἶναι ἐν τῷ ποιῷ. ἴσως γὰρ ἐνταῦθα ἐν τοῖς μεγέθεσι τὸ ὅμοιον ἄλλως, καὶ οὐχ ὡς ἐν τῷ ποιῷ. ἔπειτα, οὐκ εἰ ἴδιον εἶπε τὸ ἴσον καὶ ἄνισον, ἀνεῖλε καὶ τὸ ὅμοιον κατηγορεῖν τινῶν. ἀλλ' εἰ εἶπε τὸ ὅμοιον B καὶ ἀνόμοιον τοῦ ποιοῦ, ἄλλως λεκτέον ὡς ἔφαμεν τὸ ἐπὶ τοῦ ποσοῦ. εἰ δὲ ταὐτὸν τὸ ὅμοιον καὶ ἐπὶ τούτων, ἐπισκέψασθαι δεῖ ἰδιότητας ἄλλας ἑκατέρου τοῦ γένους, τοῦ τε ποσοῦ καὶ τοῦ ποιοῦ. ἢ λεκτέον τὸ ὅμοιον, καὶ ἐπὶ τοῦ ποσοῦ λέγεσθαι, καθόσον αἱ διαφοραὶ ἐν αὐτῷ. καθόλου δὲ, ὅτι συντάττειν δεῖ τὰς συμπληρούσας διαφορὰς, τοῦ οὗ διαφοραί. καὶ μάλιστα, ὅταν μόνου ἐκείνου ἡ διαφορὰ, ἡ διαφορά. εἰ δ' ἐν ἄλλῳ μὲν συμ- C πληροῖ τὴν οὐσίαν, ἐν ἄλλῳ δὲ μὴ, οὗ μὲν συμπληροῖ, συντακτέον. οὗ δὲ μὴ συμπληροῖ, μόνον ἐφ' ἑαυτοῦ ληπτέον. συμπληροῦν δὲ λέγω τὴν οὐσίαν, οὐ τὴν ἁπλῶς. ἀλλὰ τὴν τοιάνδε, τοῦ τοιάνδε προσθήκην οὐκ οὐσιώδη δεχομένου. κἀκεῖνο δὲ ἐπισημαντέον, ὅτι ἴσα μὲν λέγομεν καὶ τρίγωνα καὶ τετράγωνα. καὶ ἐπὶ πάντων σχημάτων, ἐπιπέδων τε καὶ στερεῶν. ὡς τὸ ἴ- D σον τε καὶ ἄνισον, κείσθω ἐπὶ ποσοῦ ἴδιον. ὅμοιον δὲ καὶ ἀνόμοιον, εἰ ἐπὶ ποιοῦ ἐπισκεπτέον. περὶ δὲ τοῦ ποιοῦ ἐλέχθη, ὡς σὺν ἄλλοις μὲν ὕλη καὶ ποιῷ συμμιχθὲν, συμπλήρωσιν ἐργάζεται αἰσθητῆς οὐσίας. καὶ ὅτι κινδυνεύει ἡ λεγομένη αὐτὴ οὐσία εἶναι τοῦτο τὸ ἐκ πολλῶν, οὐ τί. ἀλλὰ ποιὸν μᾶλλον. καὶ ὁ μὲν λόγος εἶναι οἷον πυρὸς, τὸ τί σημαίνων μᾶλλον. ἣν δὲ μορφὴν ἐργάζε- E ται, ποιὸν μᾶλλον. καὶ ὁ λόγος ὁ τοῦ ἀνθρώπου, τὸ τί εἶναι. τὸ δ' ἀποτελεσθὲν ἐν σώματος φύσει, εἴδωλον ὂν τοῦ λόγου, ποιόν τι μᾶλλον εἶναι. οἷον, εἰ ἀνθρώπου ὄντος τοῦ σωκράτους τοῦ ὁρωμένου, ἡ εἰκὼν αὐτοῦ ἡ ἐν γραφῇ χρώματα καὶ φάρμακα ὄντα, σωκράτης λέγοιτο. οὕτως οὖν, καὶ λόγου ὄντος, καθ' ὃν σωκράτης τὸν αἰσθητὸν σωκράτην, ἀλλὰ χρώματα καὶ σχήματα, ἐκείνων τῶν ἐν τῷ λόγῳ μιμήματα εἶναι. καὶ τὸν λό- F γον δὲ τοῦτον, πρὸς τὸν ἀληθέστατον ἤδη λόγον τοῦ ἀνθρώπου, τὸ αὐτὸ πεπονθότα εἶναι. ταῦτα μὲν οὖν, οὕτως.

Substantia incorporea reuera hoc aliquid appellatur: substantia uerò corporea tale aliquid. Accidens autem dicitur tale quale eiusmodi, item qualitates animæ quatenus uersãtur circa materiam & affectandam & tractandã, computantur in genere qualitatum corpora coniunctarum, eminentiores uerò in genere qualitatum separatarum. Caput XVI.

Item qualitates in uirtute animæ seminaria in genere coniuncto numerantur, quamuis non sint in materia, sed in anima separabili. Ipsam uerò substantiam animæ non in hoc quidem, sed in genere separatæ essentiæ collocamus.

A ἝΚΑΣΤΟΝ δὲ λαμβανόμενον χωρὶς τῶν ἄλλων τῶν περὶ τὴν λεγομένην οὐσίαν, ποιότητα τὴν ἐν τούτοις εἶναι. οὐ τὸ, τί. οὐδὲ τὸ ποσὸν οὐδὲ κίνησιν σημαίνοντα. χαρακτῆρα δὲ καὶ τὸ τοιόνδε, καὶ τὸ οἷον, καὶ τὸ ὁποῖον δηλοῦντα. καλὸν, αἰσχρὸν, τὸ ἐπὶ σώματι. ὁμώνυμον γὰρ τὸ καλὸν, τὸ τῇδε κἀκεῖ. ὥστε καὶ τὸ ποιόν. ἐπεὶ καὶ τὸ μέλαν καὶ τὸ λευκὸν, ἄλλο. B ἀλλὰ τὸ ἐν τῷ σπέρματι καὶ τῷ τοιούτῳ λόγῳ, πότερα, ταὐτὸν, ἢ ὁμώνυμον τῷ φαινομένῳ. καὶ τοῖς ἐκεῖ προσνεμητέον, ἢ τοῖς τῇδε. καὶ τὸ αἰσχρὸν τὸ περὶ τὴν ψυχήν. τὸ μὲν γὰρ καλὸν, ὅτι ἄλλα * ἤδη δῆλον. (* εἴδη) ἀλλ' εἰ ἐν τούτῳ τῷ ποιῷ καὶ ἡ ἀρετὴ, ἢ ἐν τοῖς τῇδε ποιοῖς, ἢ τὰς μὲν ἐν τοῖς τῇδε ποιοῖς, τὰς δὲ ἐν τοῖς ἐκεῖ, ἐπεὶ καὶ τὰς τέχνας λόγους οὔσας, ἀπορήσειεν ἄν τις εἰ ἐν τοῖς τῇδε. C καὶ γὰρ εἰ ἐν ὕλῃ λόγοι, ἀλλὰ ὕλη αὐτοῖς ἡ ψυχή. ἀλλ' ὅταν καὶ μετὰ ὕλης, πῶς ἐνταῦθα; οἷον, κιθαρῳδία. καὶ γὰρ περὶ χορδάς. καὶ μέρος πως τῆς τέχνης, ἡ ᾠδὴ φωνὴ αἰσθητή. εἰ μὴ ἄρα ἐνεργείας ταύτας τις, ἀλλ' οὐ μέρη θεῖτο. ἀλλ' οὖν ἐνέργειαι αἰσθηταί. ἐπεὶ καὶ τὸ καλὸν τὸ ἐν σώματι, ἀσώματον. ἀλλ' ἀπέδομεν αὐτὸ αἰσθητὸν ὂν, τοῖς περὶ τὸ σῶμα καὶ σώματος, γεωμετρίαν δὲ καὶ ἀριθμητικὴν D διττὴν θεμένους, τὰς μὲν ὧδι, ἐν τῷ δὲ τῷ ποιῷ τακτέον. τὰς δὲ αὐτῆς τῆς ψυχῆς πραγματείας, πρὸς τὸ νοητὸν ἐκεῖ τακτέον. καὶ δὴ καὶ μουσικὴν φησὶν ὁ πλάτων, καὶ ἀστρονομίαν ὡσαύτως. τὰς τοίνυν τέχνας περὶ σώματα ἐχούσας, καὶ ὀργάνοις αἰσθητοῖς καὶ αἰσθήσει χρωμένας, εἰ καὶ ψυχῆς εἰσι διαθέσεις, ἐπεὶ δὴ κάτω νευούσης εἰσὶν, ἐν τῷ δὲ τῷ ποιῷ τακτέον. E καὶ δὴ τὰς πρακτικὰς ἀρετὰς, οὐδὲν κωλύει ἐνταῦθα τὰς οὕτω πραττούσας ὡς πολιτικῶς τὸ πράττειν ἔχειν, ὅσαι μὴ χωρίζουσι τὴν ψυχὴν πρὸς τὰ ἐκεῖ ἄγουσαι, ἀλλ' ἐνταῦθα τὸ καλῶς ἐνεργοῦσι, προηγούμενον τοῦτο, ἀλλ' οὐχ ὡς ἀναγκαῖον τιθέμεναι. καὶ τὸ ἐν τῷ σπέρματι τοίνυν καλὸν, καὶ πολὺ μᾶλλον τὸ μέλαν καὶ τὸ λευκὸν, ἐν τούτοις. τί οὖν καὶ τὴν ψυχὴν F τὴν τοιαύτην ἐν ᾗ οὗτοι οἱ λόγοι, ἐν οὐσίᾳ τῇ τῇδε τάξομεν; ἢ οὐδὲ ταῦτα σώματα εἶ-

A VBI verò vnumquodque eorum, quæ circa dictam versantur essentiam seorsum considerámus, qualitatem in his existentem, non debemus significare hoc aliquid dicere, neq; etiam quantitatem hoc aliquid, neque motũ: sed characterem quendam, & quod dici solet eiusmodi, & quale: & quale quiddam hæc nobis significare putandum, veluti pulchrum & turpe videlicet quod est in corpore. Aequi- B uocum nanque est pulchrum apud nos, atq; in rebus à materia separatis. Quapropter & quale etiam est æquiuocum, quando & nigrũ albumq; diuersum est. Verùm quod in semine & eiusmodi ratione consistit, nunquid idem est? an potius æquiuocum ad hoc quod apud nos apparet? & nunquid separatis annumerandum est? an potius rebus inferioribus? Atqui turpe quod est in anima, num fortè ijs attribuẽdum est? Iam verò constat pul- C chrum esse diuersum. Sed iterum dubitatur, num virtus in ipso penes rationem quali consistat, an potius inter qualia hæc nostra sit cõputanda. Sed profectò alias quidem virtutes in qualitate hac inferiori, alias autem in ipsa superiori qualitate collocare debemus: quando & de artibus quæ rationes quædam sunt dubitare posset quispiam, numquid in qualitatum nostrarum genere poni deceat. Nam & si rationes in materia esse dicuntur, pro mate- D ria tamen illis est anima: sed quando etiam cũ materia sunt, quodammodo hîc collocandę videntur, quemadmodum quæ fit ad citharam cantilena. Est enim circa chordas, atque pars quodammodo artis est cantilena, vtpote quæ vox est sensibilis, nisi fortè quis eas actus quosdam potius quàm partes esse dixerit: attamen actus sensibiles sunt, quoniam & pulchrum quod est in corpore, est incorporeum: verum tamen cũ sensibile sit, ijs hoc attribuimus, quę E sunt circa corpus, corporisque sunt. Geometriam verò & arithmeticam duplicem ponere decet. Et alias quidem huc se deflectentes in hoc qualitatis genere constituere: alias autẽ quæ animę ipsius meditationes sunt, ad intelligibile illud reducere. Atqui & musicã inquit Plato, astronomiamque similiter se habere. Artes igitur quæ circa corpora versantur, & sensibilibus instrumentis sensibusque vtuntur, quamuis affectiones quędam animę sint, quia F tamen sunt animæ iam inferius declinantis, meritò in hoc nostro qualitatis genere numeramus. Quinetiam nihil vetat ibidem ponere virtutes actiuas, quæ quidẽ sic agant, vt duntaxat ciuiliter agãt, neq; hinc ad sublimia vnquã animum segregant, sed officij sui in rebus humanis perfectionem ponunt, eiusmodique honesta negocia non tanquam necessaria eligunt, sed sibi ea velut præcipua statuũt. Quamobrem pulchrũ quoque quod est in seminali virtute, multoq; magis nigrum & album, quod est ibidem, inter qualitates inferiores connumeranda videntur. Quid ergo? animã ne talẽ in qua sunt eiusmodi rationes in ordine essentię, quæ apud nos est, esse censebimus? At verò neque hęc quidẽ esse corpora di-

ximus : ſed quoniam rationes circa corpus corporûque affectiones verſantur, iccirco in noſtra hac qualitate poſuimus. Cùm verò ſenſibilem ſubſtantiã quiddam ex ſupradictis omnibus congregatum affirmauerimus, nullo modo in ea ſubſtantiam incorpoream ſtatuemus. Qualitates autem animæ quamuis omnes incorporeæ ſint, quia tamen in ea paſſiones quædam ſunt ad inferiora quodammodo declinantes, ijs nimirum annumerauimus, atque etiam rationes quæ animæ alicuius exiſtunt. Paſsionem nanque in duo diuiſam, tum in id circa quod verſatur, tum in id etiam in quo eſt, attribuimus animæ: quę quidem non corporea qualitas eſt, ſed tamen circa corpus exiſtit. Neque tamen animam huic accommodamus eſſentiæ, quoniam paſsionẽ eius affectionẽmque ad corpus qualitatis generi iam conceſsimus : ipſam verò animam abſque tali quadam affectione, ſeminariàque ratione conſideratam eidem ipſi vnde eſt, attribuimus, nullam prorſus eſſentiam quomodocunque intelligibilem, in hoc inferiorum genere relinquentes.

A πώμεν. ἀλλ' ἐπεὶ περὶ σῶμα καὶ σωμάτων, ποιήσεις οἱ λόγοι, ἐν ποιότητι ἐθέμεθα τῇ τῇδε. οὐσίαν δὲ αἰσθητὴν τὸ ἐκ πάντων τῶν εἰρημένων θέμενοι, οὐδαμῶς ἀσώματον οὐσίαν ἐν αὐτῇ τάξομεν. ποιότητας δὲ ἀσωμάτους ἁπάσας λέγοντες, ἐν αὐτῇ πάθη ὄντα νενευκότα τῇδε ἐνηριθμήσαμεν, καὶ λόγους ψυχῆς τινός. τὸ γὰρ πάθος μεμερισμένον εἰς δύο, εἴς τε τὸ περὶ ὅ ἐστι, καὶ ἐν ᾧ ἐστι, τῇ ψυχῇ ἐδίδομεν, B ποιότητι οὐ σωματικῇ οὔσῃ, περὶ σῶμα δὲ οὔσῃ. οὐκέτι δὲ τὴν ψυχὴν τῇδε τῇ οὐσίᾳ. ὅτι τὸ πρὸς σῶμα αὐτῆς, πάθος, ἤδη δεδώκαμεν ποιῷ. ἄνευ δὲ τοῦ πάθους καὶ τοῦ λόγου νοουμένην, τῷ ὅθεν ἐστὶν ἀποδεδώκαμεν, οὐδὲ μίαν οὐσίαν ὁπωσοῦν νοητὴν ἐνταῦθα καταλιπόντες.

Ambigit qua ratione qualitatis genus ritè per differentias in ſuas ſpecies diuidatur, ſed in hoc capite nihil fermè definit. Cap. XVII.

SI igitur ita videtur, diuidendũ eſt qualitatis genus in qualitates animæ atque corporis. Siquis autem animas omnes in ſupernis velit exiſtere, ſimiliterque earum proprias qualitates, licebit ſaltem qualitates inferiores pro ſenſuum diſtributione diuidere, aſsignando videlicet, alias quidem per oculos, alias verò per aures: item per tactum, & guſtum, atque olfactum : ſimiliterque ſiquæ in his etiam differentiæ ſint : viſui quidem colores, auditui voces, & alijs ſenſibus alia diſtribuendo : voces autem quatenus quales ſunt perdulce, aſperũ, lene diuidere poſſumus. Quoniam verò differentias quæ circa ſubſtantiam ſunt diuidimus qualitatibus, eiſdemque partimur & actus, & actiones pulchras aut turpes, & omnino tales exiſtentes : quantitatem nanque vel rarò vel nunquàm partimur per differẽtias quę conſtituant ſpecies, imò & quantitatẽ qualitatibus ſibi proprijs partiri ſolemus, dubitari poteſt quonam modo quiſpiam ipſam diuidat qualitatem. Nã qualibus potiſſimum differentijs vtetur in diuidendo, & ex quali genere has deducet? Abſurdum nanque videtur qualitatem ipſam qualitate diuidere: atque perinde ſe habere, ac ſiquis ſubſtantiæ differẽtias rurſus dicat eſſe ſubſtantias. Quónam igitur album & nigrum diuidet? quonã omnino colores à ſaporibus & qualitatibus quæ tanguntur? Quòd ſi per diuerſa ſenſuum inſtrumenta harum qualitatum differentias aſsignemus, nõ erit in ipſis ſubiectis eiuſmodi differentia. Atqui etiam quærendum eſt quomodo per eundem ſenſum differentiam qualitatum ad eundem pertinentium diſcernamus : ſin autẽ ex eo diuerſitas aſsignetur, quod hoc quidem uiſũ congregat, illud autem diſgregat : atqui & aliud diſgregat linguam, aliud verò congregat. Primò quidem & de ipſis paſsionibus dubitabitur, nunquid congregationes quædam diſgregationésque ſint: deinde non ea quibus hęc differũt, ſic aliquis aſsignauerit. Si quis aũt afferat, ſe ita in mediũ adduxiſſe illa quę propriè

A ΕΙ' μὲν οὖν οὕτω δοκεῖ, διαιρετέον τὰς μὲν ψυχικὰς, τὰς δὲ σωματικὰς, ὡς σώματος οὔσας ποιότητας. εἰ δὲ τὰς ψυχὰς ἁπάσας ἐκεῖ τὶς βούλεται, ταῖς αἰσθήσεσι τὰς τῇδε ποιότητας ἐστὶ διαιρεῖν. τὰς μὲν δι' ὀμμάτων, τὰς δὲ δι' ὤτων, τὰς δὲ δι' ἁφῆς, γεύσεως, ὀσφρήσεως. καὶ τούτων εἴτινες διαφοραὶ, ὄψεσι μὲν χρώματα, ἀκοαῖς δὲ φωνὰς, B καὶ ταῖς ἄλλαις αἰσθήσεσι. φωνὰς δὲ, ᾗ ποιαὶ, ἡδὺ, τραχὺ, λεῖον. ἐπεὶ τὰς διαφορὰς τὰς περὶ τὴν οὐσίαν, ποιότησι διαιρούμεθα, καὶ τὰς ἐνεργείας, καὶ τὰς πράξεις καλὰς ἢ αἰσχρὰς, καὶ ὅλως τοιάσδε. τὸ γὰρ ποσὸν, ἢ ὀλιγάκις εἰς τὰς διαφορὰς τὰς εἴδη ποιούσας, ἢ οὐδαμοῦ, καὶ τὸ ποσὸν δὲ ποιότησι ταῖς αὐτῶν οἰκείαις. πῶς αὖ τις καὶ τὸ ποιὸν διέλοι κατ' εἴδη, ἀπο- C ρήσειεν ἄν τις, ποίαις χρώμενος διαφοραῖς, καὶ ἐκ ποίου γένους. ἄτοπον γὰρ ἑαυτῷ καὶ ὅμοιον, ὥσπερ ἂν εἴ τις διαφορὰς οὐσίας, οὐσίας πάλιν αὖ λέγοι. τίνι οὖν τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν. τίνι δὲ τὰ χρώματα. ὅλως ἀπὸ χυμῶν, καὶ τῶν ἁπτικῶν ποιοτήτων. εἰ δὲ τοῖς διαφόροις αἰσθητηρίοις ταῦτα, οὐκ ἐν τοῖς ὑποκειμένοις ἡ διαφορὰ, ἀλλὰ κατὰ τὴν αὐτὴν D αἴσθησιν πῶς; εἰ δ' ὅτι τὸ μὲν, συγκριτικὸν, τὸ δὲ διακριτικὸν ὀμμάτων, τὸ δὲ διακριτικὸν γλώττης καὶ συγκριτικὸν, πρῶτον μὲν ἀμφισβητεῖται καὶ περὶ αὐτῶν τῶν παθῶν, εἰ διακρίσεις τινὲς καὶ συγκρίσεις ταῦτα. ἔπειτα οὐκ αὐτὰ οἷς διαφέρει εἴρηκεν. εἰ δέ τις λέγοι οἷς

δύνανται, καὶ οὐκ ἄλογον δὲ οἷς δύνανται, ἐκεῖνο ἴσως λεκτέον, ὡς οἷς δύνανται διαιρετέον τὰ μὴ ὁρώμενα, οἷον τὰς ἐπιστήμας. αἰσθητὰ δὲ ταῦτα ὄντα. διατί ἐξ ὧν ποιεῖ. καὶ ἐν ταῖς ἐπιστήμαις δὲ διαιροῦντες οἷς δύνανται, καὶ ὅλως ταῖς τῆς ψυχῆς δυνάμεσι διαστησάμενοι ὡς ἕτεραι ἐξ ὧν ποιοῦσιν, ἔχομεν λόγῳ διαφορὰς αὐτῶν λαμβάνειν: οὐ μόνον περὶ ἃ, ἀλλὰ καὶ λόγους αὐτῶν ὁρῶντες. ἢ τὰς τέχνας, ἄξομεν τοῖς λόγοις αὐτῶν καὶ τοῖς θεωρήμασι. τὰς δ' ἐπὶ σώματι ποιότητας, πῶς; ἢ κἀκεῖ ἐπὶ τῶν λόγων τῶν διαφόρων πῶς ἕτεροι, ζητήσειεν ἄν τις. καὶ γὰρ φαίνεται τὸ λευκὸν, τοῦ μέλανος διαφέρειν. ἀλλὰ τίνι ζητοῦμεν.

A propriè possint, neque esse ab re per illa quæ facere possunt partiri: illud forsan erit obijciendum, ea quidem quę non videntur esse diuidenda per illa quæ propriè facere possint, velut sciẽtias: hæc autem quæ sensui patent, curnam per illa quę faciunt diuidantur? Nempe cum scientias per ea quæ possunt facere distribuimus, atque omnino per varias animæ vires disponimus, tanquam ex his quæ faciũt, eas constet esse diuersas, possumus interea B differentias earum sumere ratione, nõ solùm circa quæ versentur prospicientes, sed rationes ipsarum inspicientes. An fortè artes quidem facilè possumus rationibus quibusdam suis, notionibusq; distinguere? Qualitates autem corporibus insitas quonã modo similiter partiri valemus? Atqui & in superiori natura interrogare licet, quomodo rationes ipsæ varię inter se distinguantur: patet enim album à nigro differre, sed quonam differat percontamur.

Sensibiles rerum species per differentias inter se distinguuntur, internas quidem præcipuè quodammodo etiam per externas: ipsæ uerò differentiæ non per differentias alias, sed per se ipsas inuicem distingũntur. Cap. XVIII.

Qualitates discernuntur inter se non per alias qualitates, sed uel penitus per seipsas, uel per quosdam suos existendi modos.

ἈΛΛᾺ γὰρ ταῦτα ἅπαντα τὰ ἀπορηθέντα, δεικνύει ὡς τῶν ἄλλων δεῖ διαφορὰς ζητεῖν, αἷς χωρίζομεν ἀπ' ἀλλήλων ἕκαστα. τῶν δὲ διαφορῶν διαφορὰς, καὶ ἀδύνατον καὶ ἄλογον. οὔτε γὰρ οὐσίας οὐσιῶν, οὔτε ποσοῦ ποσότητας, οὔτε ποιότητας ποιοτήτων, οὔτε διαφορὰς διαφορῶν οἷόν τε. ἀλλ' ἀνάγκη οὐκ ἐγχωρεῖ, τοῖς ἔξωθεν ἢ τοῖς ποιητικοῖς, ἢ τοῖς τοιούτοις. οὐ δὲ μηδὲ ταῦτα, οἷον πράσινον ὠχροῦ. ἐπεὶ δὲ λευκοῦ καὶ μέλανος λέγουσι, τί ἄν τις εἴποι. ἀλλὰ γὰρ ὅτι καὶ ἕτερα, ἡ αἴσθησις ἢ ὁ νοῦς ἐρεῖ, καὶ οὐ δώσουσι λόγον. ἡ μὲν αἴσθησις, ὅτι μηδ' αὐτῆς ὁ λόγος, ἀλλὰ μόνον μηνύσεις διαφόρους ποιήσασθαι. ὁ δὲ νοῦς ἐν ταῖς αὐτοῦ ἐπιβολαῖς ἁπλαῖς, καὶ οὐ λόγοις χρῆται πανταχοῦ, ὡς λέγειν ἕκαστον τόδε. καὶ ἔστιν ἑτερότης ἐν ταῖς κινήσεσιν αὐτοῦ, διαιροῦσα θάτερον ἀπὸ θατέρου, οὐχ ἑτερότητος αὐτὴ δεομένη. αἱ τοίνυν ποιότητες πότερα διαφοραὶ πᾶσαι γίνοιντο ἄν, ἢ οὔ; λευκότης μὲν γὰρ καὶ ὅλως αἱ χρόαι καὶ περὶ ἁφὴν καὶ χυμοὺς, γένοιντο ἂν, διαφοραὶ ἑτέρων καὶ εἴδη ὄντα. γραμματικὴ δὲ καὶ μουσικὴ, πῶς; ἢ τῷ τὴν μὲν γραμματικὴν ψυχὴν, τὴν δὲ μουσικήν. καὶ μάλιστα εἰ φύσει εἶεν, ὥστε καὶ εἰδοποιοὺς διαφορὰς γίνεσθαι. καὶ εἰ εἴη τις διαφορὰ ἐκ τούτου τοῦ γένους, ἢ καὶ ἐξ ἄλλου. καὶ εἰ ἐκ τούτου τοῦ γένους, τῶν ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους. οἷον, ποιοτήτων ποιότητας. ἀρετὴ γὰρ καὶ κακία. ἡ μὲν γὰρ ἕξις τοιάδε, ἡ δὲ τοιάδε. ὥστε ποιοτήτων οὐσῶν τῶν ἕξεων, αἱ διαφοραὶ ποιότητες. εἰ μή τις φαίη

A HAEC autem omnia, quę modò nobis in dubium veniebant, planè declarant aliorũ quidem differentias esse quærendas, quibus inter se singula discernamus. Differentiarum verò exigere differentias neq; posse nos neque vlla ratione debere. Fieri nanque non potest, vt substantiarum substantias, quantitatis quantitates, qualitatũ qualitates, differentias differentiarum inuestigemus: sed B necessarium est vbicũque fieri potest diuidere per illa quæ sunt extrinsecus, vel per efficacẽ conditionẽ, vel per talia quædam. Vbi verò hæc non suppetunt, discretio fiat tanquam viridis à pallido. Sed quoniam ab albo etiam & nigro discerni dicunt, quidnam dicemus? At verò hęc inter se differẽtia, sensus vel intellectus nobis enunciat, etiam si non afferant rationem. Sensus quidem, quoniam non C est eius officium adducere rationem, sed indicia nobis differentia duntaxat afferre: intellectus autem simplici suo quodam intuitu discernere potest. Non enim vbique rationibus vtitur, adeò vt de vnoquoq; dicat hoc est hoc. Est sanè in ipsis intelligentiæ motibus alteritas quędam alterum ab altero diuidens, nec ipsa egens alteritate. Qualitates igitur omnes vtrum differentiæ sint nec ne, quæri potest, neque tamen ita videtur. Albedo enim & colores omnino, & quæ ad tactum gustúmue pertinent, fieri possunt differentiæ alio- D rum, quamuis species per se existant. Grammatica verò, & musica quonã modo? Forsan verò possunt ex eo quòd hæc quidem animũ reddit grammaticum, hæc verò musicum, præcipuè si naturaliter insint, adeò vt differentiæ specificæ fiant. Considerandum prætera, si qua differentia sit ex eodẽ genere ducta, aut ex alio: ac si ex eodẽ genere, dicendum est, eorum quæ ex eodem gene sunt, eiusmodi differentiam esse, velut qualitates differentias qualitatũ. Virtus enim & prauitas ita fortè se habent. Hęc sanè talis quidã habitus est: illa verò talis. Quapropter quũ habit⁹ qualitates quędã sint, differẽtię hîc qualitates erũt: nisi fortè quis dicat,

habitum quidem abſque differentia non eſſe qualitatem, differentiam verò propriè facere qualitatem. Verùm ſi dulce nobis eſt vtile, amarum verò noxium, atque ita commodè diſcernantur, habitudine quadam potius quá qualitate diſtribuentur. Quid verò ſi dulce quidem craſſum eſſe dicatur, auſterum contra ſubtile? fortè hoc ipſum craſſum quid dulce ſit nō explicat, ſed ſignificat aliquid quo ſit dulcedo: atque eadem de auſtero ratio eſt. Itaque conſiderandum eſt numquid vbique non ſit qualitas differentia qualitatis, ſicut neque ſubſtantiæ ſubſtantia, neque quantitas quantitatis. Dic agè num quinque à tribus per duo differant? imò verò ſuperant quinque tria duobus, differunt verò per duo nequaquam. Quo enim pacto per duo ſegregātur à tribus, quum & in tribus duo contineantur? Iam verò neque motus à motu differt motu, neque aliquid aliorum ab alio ita diſcernitur. Quantum verò ad virtutem ſpectat & prauitatem, totum ſanè alterutrum ad totum velut diuerſum eſt opponendum, atque ita ſeipſis inter ſe diſtinguentur. Siquis autem ex eodem genere videlicet ex quali, nec ex alio diuidat, ex eo profectò quod hanc quidem circa voluptates, iſtam verò circa iras, & illam circa fructus curā verſari concedat: atque ita rectè diſtingui prorſus admittat, conſequens erit, differentias eſſe etiam quæ non ſint qualitates.

A τὴν μὲν ἕξιν, ἄνευ τῆς διαφορᾶς μὴ ποιότητα εἶναι, τὴν δὲ διαφορὰν, τὴν ποιότητα ποιεῖν. ἀλλ᾽ εἰ τὸ γλυκὺ ὠφέλιμον, βλαβερὸν δὲ τὸ πικρὸν, σχέσει οὐ ποιότητι διαιρεῖ. τί δ᾽ εἰ τὸ γλυκὺ παχὺ, τὸ δὲ αὐστηρὸν λεπτόν. οὐ τί ἦν γλυκὺ ἴσως λέγει παχὺ, ἀλλ᾽ ᾧ ἡ γλυκύτης. καὶ ἐπὶ τοῦ αὐστηροῦ ὁ αὐτὸς λόγος. ὥστε εἰ πανταχοῦ μὴ ποιότητος ποιότης, διαφορὰ, σκεπτέον B ὥσπερ οὐ δὲ οὐσίας οὐσία. οὐ δὲ ποσοῦ ποσότης. ἢ τὰ πέντε τῶν τριῶν διαφέρει δυσὶν, ἢ ὑπερέχει δυσί. διαφέρει δ᾽ οὐ λέγεται. πῶς γὰρ ἂν καὶ διαφέρει δυσὶν ἐν τοῖς τρισίν; ἀλλ᾽ οὐδὲ κίνησις κινήσεως κινήσει διαφέροι ἄν. οὐδ᾽ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἄν τις εὕροι. ἐπὶ δὲ τῆς ἀρετῆς καὶ κακίας, τὸ ὅλον πρὸς τὸ ὅλον ληπτέον, καὶ οὕτως αὐτοῖς διοίσει. τὸ δὲ ἐκ ταὐτοῦ γένους τοῦ C ποιοῦ καὶ μὴ ἐξ ἄλλου εἴ τις διαιρεῖ, τῷ τὴν μὲν περὶ ἡδονὰς, τὴν δὲ περὶ ὀργὰς, καὶ τὴν μὲν περὶ καρποῦ κομιδὴν, καὶ οὕτω παραδέξεται καλῶς ὡρίσθαι, δηλονότι ἐστὶ διαφορὰς εἶναι, καὶ μὴ ποιότητας.

In genere qualitatis præcipuè quidem ponitur ipſa qualitas vt pulchritudo: deinde verò qui qualitate præditus eſt, qua videlicet ratione ſic eſt affectus, vt pulcher. Tertiò qualitatis, eiuſmodi motus, vt quod adverbio pulchrè dicitur. Negationes verò qualitatum vel motus ad illas in hoc genere non ponuntur. Cap. XIX.

ACcommodandi præterea ſunt qualitatis generi quemadmodum viſum eſt, qui per qualitates quales denominantur, quatenus circa illos eſt qualitas. Neque tamen eos propriè adhibere debemus, ne duo propterea videantur prædicamēta, ſed ab eis ad hoc ipſum nos ſeuocare debemus, à quo tales cognominantur. Quod verò dici ſolet non album, ſi colorem ſignificet alium, eſt in genere qualitatis: ſin aūt negatio eſt duntaxat res ipſas negans, vel enumeratio quædam, nihil aliud eſt niſi vox, aut nomē, aut oratio, quæ etiā res quædam eſſe videtur, ipſumque ſimiliter. Ac ſi vox quidem eſt, motus aliquis erit: ſin aūt nomen aut oratio, ad relationem verget, quatenus hæc ſignificandi vim habent: at ſi eiuſmodi enumeratio non ſolùm rerum eſt ſecundum genus, verumetiam oportet, & quę dicuntur, & quæ ſignificant ſingulatim genus quiddam ſignificare: dicimus profectò alia quidem res ipſas ponere ſolùm has declarando, alia verò res è medio tollere, tametſi ſi fortè præſtat negationes rerum in eodem cum rebus genere non numerare, præſertim cùm affirmationes quoque aliquas nequaquam connumeremus, vt compoſitionem ex pluribus generibus deuitemus. De priuationibus autem quidnam dicemus? Profectò ſi illa, quorum priuationes dicuntur, ſunt qualitates, ipſæ etiam qualitates ſunt, velut edentulus, aut cæcus: at verò nudus atque veſtitus neuter eſt propriè qualis, ſed dicitur potius quodammodo ſeſe habens: itaque

A ΤΗ͂Ι δὲ ποιότητι, συντακτέον ὥσπερ ἐδόκει: καὶ τοὺς κατ᾽ αὐτὰς ποιοὺς, καθόσον ποιότης περὶ αὐτοὺς. οὐ προσποιουμένους αὐτοὺς, ἵνα μὴ κατηγορίαι δύο. ἀλλ᾽ εἰς τοῦτο ἀνιόντας ἀπ᾽ αὐτῶν, ἀφ᾽ οὗ λέγονται. τὸ δὲ οὐ λευκὸν, εἰ μὲν σημαίνει ἄλλο χρῶμα, ποιότης. εἰ δὲ ἀπόφασις μόνον εἴη πραγμάτων ἢ ἐξαρίθμησις, οὐδὲν ἂν εἴη, εἰ μὴ φωνὴ, ἢ ὄνομα, ἢ λόγος. γινομένου καὶ B αὐτοῦ πράγματος. καὶ εἰ μὲν φωνὴ κίνησίς τις. εἰ δ᾽ ὄνομα ἢ λόγος, πρός τι. καθὸ σημαντικά. εἰ δὲ μὴ μόνον πραγμάτων ἡ ἐξαρίθμησις κατὰ γένος. ἀλλὰ * δεῖ καὶ τὰ λεγόμενα καὶ τὰ σημαίνοντα, τίνος ἕκαστον γένους σημαντικὸν ἐροῦμεν, τὰ μὲν τίθεσθαι αὐτὰ μόνον δηλοῦντα, τὰ δὲ ἀναιρεῖν αὐτά. καίτοι βέλτιον ἴσως τὰς ἀποφάσεις αὐτῶν μὴ συναριθμεῖν, τάς γε καταφάσεις μὴ συναριθμοῦντας διὰ τὸ σύνθετον. C τὰς δὲ στερήσεις πῶς. τὰς δὲ στερήσεις εἰ ὧν αἱ στερήσεις ποιότητες, καὶ αὐταὶ ποιότητες. οἷον, νωδὸς, ἢ τυφλὸς. ὁ δὲ γυμνὸς καὶ ἠμφιεσμένος, οὐδέτερος ποιὸς, ἀλλὰ μᾶλλον πῶς ἔχων.

* δὴ

ἐν σχέσει οὖν τῇ πρὸς ἄλλο. πάθος δὲ τὸ μὲν ἐν τῷ πάσχειν ἔτι, οὐ ποιότης, ἀλλά τις κίνησις. τὸ δὲ ἐν τῷ πεπονθέναι καὶ ἔχειν μένον ἤδη τὸ πάθος, ποιότης. εἰ δὲ μὴ ἔχει ἔτι τὸ πάθος, λέγοιτο δὲ πεπονθέναι, κεκινῆσθαι. τοῦτο δὲ ταὐτόν, τῷ ἦν ἐν κινήσει. δεῖ δὲ μόνον κίνησιν νοεῖν, ἀφαιροῦντα τὸν χρόνον. οὐ δὲ γὰρ οὐδὲ τὸ νῦν προσλαμβάνειν προσήκει. τὸ δὲ καλῶς καὶ τὰ τοιαῦτα, εἰς μίαν νόησιν τὴν τοῦ γένους ἀνακτέον. εἰ δὲ τὸ μὲν ἐρυθριᾶν εἰς τὸ ποιὸν ἀνακτέον, τὸν δὲ ἐρυθρὸν μηκέτι, ἐπισκεπτέον. τὸ μὲν γὰρ ἐρυθαίνεσθαι, ὀρθῶς οὐκ ἀνακτέον. πάσχει γάρ, ἢ ὅλως κινεῖται. εἰ δὲ μηκέτι ἐρυθαίνεται, ἀλλ' ἤδη ἐστί, διατί οὐ ποιός. οὐ γὰρ χρόνῳ ὁ ποιός, ἤ τινι ὁριστέον. ἀλλὰ τῷ τοιῷ δὲ καὶ ἐρυθρὸν λέγοντες, ποιὸν λέγομεν. ἢ οὕτως τὰς ἕξεις μόνας ποιότητας ἐροῦμεν· τὰς δὲ διαθέσεις οὐκ ἔτι. καὶ θερμὸς τοίνυν, οὐχ ὁ θερμαινόμενος, καὶ νοσῶν, οὐχ ὁ ἀγόμενος εἰς νόσον.

A itaque in habitudine quadam ad aliud respiciente locatur. Proinde passio quæ adhuc in patiendo versatur, non est qualitas, sed motio quædam: quæ verò ex eo dicitur, quod aliquis iam passus fuerit, passionémque iam habeat permanentem, qualitas meritò iudicatur: sin autem non habeat amplius passionem, dicatur tamen fuisse perpessus, censebi- B tur propriè commotus fuisse. Id verò idem est ac si dicatur, hic erat in motu: oportet autem motum duntaxat excogitare tempore inde sublato: nam neque etiam momentum præsens ad hoc est assummendũ. Præterea quod dici solet, pulchrè vel bene, cæteráque eiusmodi, in vnam ipsam generis notionem redigere decet. Est autem consideratione dig- C num, nunquid ad qualitatis genus referre deceat, quod dici solet, rubere: rubeum verò, siue rubescentem nequaquam: nam rubefieri quidẽ ad id genus meritò non reducitur. Qui enim rubefit, patitur, vel omnino mouetur: sin autem non amplius rubefit, siue rubescit, sed iam est rubeus, cur nõ sit qualis? Nõ enim tẽpore quodã determinãdus est ipse qualis, sed tali quodam potius perpẽdendus: itaque rubeum siue rubescentem dicentes, qualẽ dicimus: alioquin sic solos habitus esse putabimus qualitates, dispositiones verò nequaquam. ideóque calidus quidem ita qualis erit, non qui calescit: similiterq; languidus propriè erit qualis, non qui labitur in languorem.

Non debemus qualitates illas duntaxat contrarias definire, quæ plurimò inter se qualitatum mediarum spatio distent: sed illas simpliciter, quæ cum in eodem qualitatis genere sint, in eo nullã in specie similitudinem mutuam habent, effectusq; nobis oppositos afferunt. Cap. XX.

Hac ratione sanitas & morbus inter quæ nihil est medium, contraria sunt. Vbi media qualitas cõponitur ex extremis, non potest extremis esse contraria, ut uiredo: ubi uerò non componitur, potest, ut moralis uirtus: ubi qualitas in proportione quadam certa indiuiduaq; consistit, non suscipit magis atque minus, ut harmonia, temperantia, iustitia, sanitas: ubi latum habet gradum, suscipit, ut calor atque frigus.

ΟΡΑ͂Ν δὲ δεῖ, εἰ μὴ πάσῃ ποιότητι ἔστι τις ἄλλη ἐναντία. ἐπεὶ καὶ τὸ μέσον τοῖς ἄκροις, δοκεῖ ἐπ' ἀρετῆς καὶ κακίας, ἐναντίον εἶναι. ἀλλ' ἐπὶ τῶν χρωμάτων τὰ μεταξύ, οὐχ οὕτως. εἰ μὲν οὖν ὅτι μίξεις τῶν ἄκρων τὰ μεταξύ, ἔδει μὴ ἀντιδιαιρεῖν, ἀλλὰ λευκῷ καὶ μέλανι. τὰ δ' ἄλλα συνθέσεις. ἢ τῷ μίαν τινὰ ἄλλην ἐπὶ τῶν μεταξὺ κἂν ἐκ συνθέσεως ἦ θεωρεῖσθαι, ἀντιτίθεμεν. ἢ ὅτι δὲ τὰ ἐναντία, οὐ μόνον διαφέρει, ἀλλὰ καὶ πλεῖστον. ἀλλὰ κινδυνεύει τὸ πλεῖστον διαφέρειν λαμβάνεσθαι, εἴδη ἐν τῷ θέσθαι *ἤδη ταῦτα τὰ μεταξύ. ἐπεὶ εἴ τις ταύτην τὴν διάταξιν ἀφέλοι, τίνι τὸ πλεῖστον ὁριεῖ. ἢ ὅτι τὸ φαιὸν, ἐγγυτέρω τοῦ λευκοῦ μᾶλλον, ἢ τὸ μέλαν. καὶ τοῦτο παρὰ τῆς ὄψεως μηνύεται. καὶ ἐπὶ τῶν χυμῶν ὡσαύτως, θερμὸν, ψυχρὸν, τὸ μηδέτερον μεταξύ. ἀλλ' ὅτι μὲν οὕτως ὑπολαμβάνειν εἰθίσμεθα, δῆλον. τάχα δ' ἄν τις ἡμῖν συγχωροῖ ταῦτα. τὸ δὲ λευκὸν καὶ τὸ ξανθὸν, καὶ ὁποιοῦν πρὸς ὁτιοῦν, ὁμοίως πάντη

A ANIMADuertendum est, ne fortè non omni qualitati alia sit contraria qualitas. Profectò circa virtutem & vitia media qualitas extremis contraria esse videtur: circa colores autem medij non videntur ita esse contrarij. Si ergo dicatur hoc inde contingere, quia colores medij mistiões quędã sint ex extremis, sanè non oportebat media & extrema ecõtra diuidere, sed diuidere potius coloris genus pẽ B album atque nigrum, cæteros verò compositiones ex his quasdam esse putare, aut ita distinguere, vt vnam quandam aliam qualitatem in medijs, siquidem ex compositione talem esse constet opponeremus: sin autẽ media iccirco extremis nõ esse contraria dicant, quia quæ contraria sunt, non solùm inter se discrepãt, sed quàmplurimum. Obijciemus hoc ipsum quod est plurimum discrepare, inde assumptum esse, quòd eiusmodi quædam C media iam interposita fuerint. Nam siquis dispositionem eiusmodi tollat, nescio quonam potissimũ plurimã definiat discrepantiam: at si in causa esse dicant, quòd fuscum propinquius sit albo quã nigrum, id profectò nobis sensus ipse nunciat, atque in humoribus eodem pacto, velut calidum & frigidum, & quod neutrum est medium vtriusque. Verùm nos sic existimare consueuisse planè cõpertum habemus: & talia nobis quiuis fortè concesserit: at verò album atque flauum & quodcunque aduersus quodlibet similiter omnino

inter

inter ſe differre videntur: cumq; differentia ſint, qualia eſſe contraria. Non enim ex eo ꝓpriè quòd aliquid inter hęc ſit medium contraria ſunt, ſed horum ꝓpria inter ſe contrarietas eſt iudicanda. Iam verò inter ſanitatē atq; morbum nihil interuenit medium, attamen inter ſe contraria ſunt. An fortè iccirco contraria iudicantur, quoniam quæ ex alterutro fiũt maximè differant? At quonã modo diſtantiam plurimã ibi licet aſſerere, vbi nulla vſquam minora ſint media? Non datur igitur circa ſanitatem atque morbum diſtantiã plurimã affirmare. Ex quo patet, idipſũ quod contrarium appellatur, alio quodam potius quàm plurimo ſpatio eſſe definiẽdum. Proinde ſi per multum determinetur, quærendum vtrum hoc ipſum quod multum dicitur, accipiatur loco pluris pauciori oppoſiti, an potius pro eo quòd ſimpliciter multũ. Si primo accipiatur modo, rurſus quæ medio carent, contrarietatem protinus ſubterfugient: ſin autẽ ſecundo modo, cũ facile concedatur cuiuis naturæ multũ diſtare, neque tamen detur pluri quodam metiri diſtantiã, conſiderandum eſt omnino quomodo cõtrarium aliquid perpendatur. Num igitur quæ ſimilitudinem quandã habent, non dico duntaxat ſecundum genus, neq; etiã omnino quòd alijs miſceantur velut formis ipſorum plura vel pauciora, quæ inquam ita ſe habent, nonne contraria eſſe neganda ſunt? nempe illa quibus nihil idẽ ſecundũ ſpeciem adeſt ritè cõtraria iudicantur: ſed adiungendũ eſt, vt in eodem ſcilicet qualitatis genere ſint. Hinc vti que aſſeuerare licet, & quę ſine medio vllo cõtraria nobis occurrunt, quibus profectò nihil adeſſe videtur ad ſimilitudinẽ conferens: quippe cũ nulla illic alia ſint, quæ ad vtrunq; vergẽntia mutuam ſimilitudinem habeant, vel cõcilient: ſed quædã duntaxat ſint, quæ non habeant. Quòd ſi ita ſit, quibus in coloribus cõmunio quædam ineſt, contrarij nequaquam erũt. At verò nihil prohibebit, non omne quidẽ omni, aliud autẽ alij ſic eſſe contrariũ: atq; in humoribus ſaporibuſq; ſimiliter. Sed de his hactenus ita ſit dubitatũ. Quæri ſolet præterea, vtrum qualitas magis minuſue admittat, necne. Et profectò conceſſum eſt, ea quæ qualitates participant, magis & minus participare. Vtrũ verò ſanitas ipſa & iuſtitia hos gradus capiant, hactenus dubitatur. Si ergo harum quælibet ſuã quandam latitudinem habet, concedendum eſt, ipſos quoque habitus eiuſmodi gradus admittere: ſin autem latitudinem nullam habet, ſed in quodam certo vnaquæque totum poſsidet, nimirum nec magis nec minus admittit.

A ἕτερα ἀλλήλων εἶναι. καὶ ἕτερα ὄντα, ποῖα ἐναντία εἶναι. οὐ δὲ γὰρ τῷ εἶναι, μεταξὺ αὐτῶν, ἀλλὰ τούτων, ἡ ἐναντιότης. ὑγεία γοῦν καὶ νόσῳ, οὐδὲν παρεμπέπτωκε μεταξύ, καὶ ἐναντία. ἢ ὅτι τὰ γινόμενα ἐξ ἑκατέρου, πλείστην παραλλαγὴν ἔχει. καὶ πῶς πλείστην ἔστιν εἰπεῖν, μὴ οὐσῶν ἐν τοῖς μέσοις ἐλαττόνων. οὐκ ἔστιν οὖν ἐπὶ ὑγείας καὶ νόσου, πλεῖστον εἰπεῖν. ἄλλῳ τοίνυν τὸ B ἐναντίον, οὐ τῷ πλεῖστον ὁριστέον. εἰ γὰρ τῷ πολλῷ, εἰ μὲν τὸ πολὺ ἀντὶ τοῦ πλέον πρὸς ἔλαττον, πάλιν τὰ ἄμεσα ἐκφεύξεται. εἰ δ' ἁπλῶς πολύ, ἕκαστον φύσει πολὺ ἀφεστάναι συγχωρηθέντος, μὴ τῷ πλείονι μετρεῖν τὴν ἀπόστασιν. ἀλλ' ἐπισκεπτέον, πῶς τὸ ἐναντίον. ἆρ' οὖν τὰ μὲν ἔχοντά τινα ὁμοιότητα, λέγω δὲ οὐ κατὰ τὸ γένος, οὐδὲ πάντως τῷ μεμίχθαι ἄλλαις, οἷον C μορφαῖς αὐτῶν, ἢ πλείονα ἢ ἐλάττονα, οὐκ ἐναντία, ἀλλ' οἷς μηδὲν ταὐτὸν κατὰ τὸ εἶδος ἐναντία. καὶ προσθετέον δὲ ἐν γένει, τὸ, ποιῷ. ἐντεῦθεν γὰρ καὶ τὰ μὲν ἄμεσα, τῶν ἐναντίων, οἷς μηδὲν εἰς ὁμοίωσιν, οὐκ ὄντων ἄλλων, τῶν οἷον ἐπαμφοτεριζόντων, καὶ ὁμοιότητα πρὸς ἄλληλα ἐχόντων, τῶν δέ τινων μόνων μὴ ἐχόντων. εἰ τοῦτο, οἷς μέν ἐστι κοινότης ἐν τοῖς χρώμασιν, οὐκ ἂν εἴη ἐναντία. ἀλλ' οὐδὲν κωλύσει μὴ πᾶν μὲν παντί, D ἄλλο δὲ ἄλλῳ οὕτως εἶναι ἐναντίον. καὶ ἐπὶ χυμῶν δὲ ὡσαύτως. ταῦτα μέν, οὕτω διηπορείσθω. περὶ δὲ τοῦ μᾶλλον ἐν μὲν τοῖς μετέχουσιν, ὅτι ἐστὶν ἐδόκει, ὑγίεια δὲ αὐτὴ καὶ δικαιοσύνη, ἠπορεῖτο. εἰ δὴ πλάτος ἔχει τούτων ἑκάστη αὐτῶν, καὶ τὰς ἕξεις αὐτὰς δοτέον: ἐκεῖ δὲ ἕκαστον τὸ ὅλον, καὶ οὐκ ἔχει τὸ μᾶλλον.

Probabilius pro genere motum ponimus, quã transmutationẽ, quia transmutatio naturam rei mutans aliud pro alio in medium affert. Motus autem & hoc quidem significat, & præter hoc significat etiã progreßionem quamlibet priore interim natura ſeruata. Cap. XXI

A VTRVM verò motum eſſe genus aſſerere debeamus nec ne, hunc in modũ poſſumus contemplari: profectò hac conditione genus eſſe poteſt. Primò quidẽ, ſi motum in genus aliud reducere non conueniat: deinde ſi ſuperius nihil de motu in eo quòd quid eſt prædicetur: præterea ſi multas accipiens differentias inde ſpecies pariat. Dic agè in quod nam genus potiſsimum motum redigere valeas? Neque enim ſubſtantia eſt, ne que qualitas eorum, quæ motum habent, neque

A ΠΕΡΙ' δὲ κινήσεως εἰ δεῖ γένος θέσθαι, ὧδ' ἄν τις θεωρήσειε. πρῶτον μέν, εἰ μὴ ἄλλο γένος ἀνάγειν προσήκει. ἔπειτα, εἰ μηδὲν ἄνωθεν αὐτῆς ἐν τῷ τί ἐστι κατηγοροῖτο. εἶτα εἰ πολλὰς διαφορὰς λαβοῦσα, εἴδη ποιήσει, εἰς ποῖόν τις γένος αὐτὴν ἀνάξει. οὔτε γὰρ οὐσία, οὔτε ποιότης τῶν ἐχόντων αὐτήν,

οὐ μὴν οὐδ᾽ εἰς τὸ ποιεῖν. καὶ γὰρ ἐν τῷ πάσχειν, πολλαὶ κινήσεις. οὐδ᾽ αὖ ἐν τῷ πάσχειν, ὅτι πολλαὶ κινήσεις, ποιήσεις. ποιήσεις δὲ καὶ πείσεις, εἰς ταύτην. οὐδ᾽ αὖ εἰς τὸ πρός τι ὀρθῶς, ὅτι τινὸς ἡ κίνησις, καὶ οὐκ ἐφ᾽ ἑαυτῆς. οὕτω γὰρ ἂν καὶ τὸ ποιὸν, ἐν τὸ πρός τι. τινὸς γὰρ ἡ ποιότης, καὶ ἔν τινι. καὶ τὸ ποσὸν, ὡσαύτως. εἰ δ᾽ ὅτι ὄντα ἐκεῖνά τινα, κἂν τινος ᾖ, καθό ἐστι τὸ μὲν ποιότης, τὸ δὲ ποσότης, εἴρηται. τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπειδὴ κἂν τινος ἡ κίνησις ᾖ, ἔστι τι πρὸ τοῦ τινὸς εἶναι. ὅ ἐστιν ἐφ᾽ αὑτοῦ, ληπτέον ἂν εἴη. ὅλως γὰρ πρός τι δεῖ τίθεσθαι, οὐχ ὅ ἐστιν, εἶτ᾽ ἄλλου ἐστὶν, ἀλλ᾽ ὃ ἡ σχέσις ἀπογεννᾷ, οὐδενὸς ὄντος ἄλλου παρὰ τὴν σχέσιν καθὸ λέγεται. οἷον τὸ διπλάσιον καθὸ λέγεται διπλάσιον, ἐν τῇ πρὸς τὸ πηχυαῖον παραβολῇ τὴν γένεσιν λαβὸν καὶ τὴν ὑπόστασιν, οὐδὲν νοούμενον * πρὸς τούτου ἐν τῷ πρὸς ἕτερον παραβεβλῆσθαι, ἔσχε τοῦτο λέγεσθαί τε καὶ εἶναι. τί οὖν ἐστι τοῦτο, ὃ ἑτέρου ὄν ἐστι τι, ἵνα καὶ ἑτέρου ᾖ, ὡς τὸ ποιὸν καὶ τὸ ποσὸν καὶ ἡ οὐσία. ἢ πρότερον, ὅτι μηδὲν πρὸ αὐτοῦ ὡς γένος κατηγορεῖσθαι, ληπτέον· ἀλλ᾽ εἰ τὴν μεταβολὴν λέγοι τις πρὸ κινήσεως εἶναι, πρῶτον μὲν ἢ ταὐτὸν λέγει, ἢ γένος λέγων, ἐκεῖνο ποιήσει ἕτερον παρὰ τὰ πρόσθεν εἰρημένα, εἶτα δηλονότι, ἐν εἴδει τὴν κίνησιν θήσεται. καὶ ἕτερον ἀντιθήσει τῇ κινήσει, τὴν γένεσιν ἴσως, μεταβολήν τινα κἀκείνην λέγων, κίνησιν δὲ οὔ. διατί οὖν οὐ κίνησις ἡ γένεσις; εἰ μὲν γὰρ ὅτι μήπω ἐστὶ τὸ γινόμενον, κίνησις δὲ οὐ περὶ τὸ ποιὸν, οὐδ᾽ ἂν μεταβολὴ δηλονότι ἂν εἴη ἡ γένεσις. εἰ δ᾽ ὅτι ἡ γένεσίς ἐστιν, οὐδὲν ἄλλο ἢ ἀλλοίωσίς τις καὶ αὔξη, τῶν ἀλλοιουμένων τινῶν καὶ αὐξομένων τὴν γένεσιν εἶναι, τὰ πρὸ τῆς γενέσεως λαμβάνει. δεῖ δὲ τὴν γένεσιν ἐν τούτοις, ἕτερόν τι εἶδος λαβεῖν. οὐ γὰρ ἐν τῷ ἀλλοιοῦσθαι παθητικῶς, τὸ γίνεσθαι καὶ ἡ γένεσις. οἷον, θερμαίνεσθαι ἢ λευκαίνεσθαι. ἔστι γὰρ τούτων γενομένων, μήπω τὴν ἁπλῶς γένεσιν γεγενῆσθαι. * ἀλλὰ τί γίνεσθαι; καὶ τὸ τοῦτο τὸ ἠλλοιῶσθαι. ἀλλ᾽ ὅταν ζῷον ἢ φυτὸν, ὅταν εἶδός τι λαμβάνει. εἴποι δ᾽ ἄν τις τὴν μεταβολὴν μᾶλλον ἁρμόττειν ἐν εἴδει τίθεσθαι, ἢ τὴν κίνησιν: ὅτι τὸ μὲν τῆς μεταβολῆς, ἄλλο ἀνθ᾽ ἑτέρου ἐθέλει σημαίνειν. τὸ δὲ τῆς κινήσεως, ἔχει καὶ τὴν ἐκ τοῦ οἰκείου μετάστασιν, ὥσπερ ἡ τοπικὴ κίνησις.

* πρὸ τούτου

* ἄλλο τι γίνεται.

A neque etiam ad actionem reducere potes: nã & in paſsione multi ſunt motus: neque rurſus ad paſsionem, quoniam multi motus ſunt actiones. Probabilius autẽ actiones & paſsiones reuocantur ad motum, ſed neque ad relationem ritè redigitur, propterea quòd motus non ſui ipſius ſit, nec in ſeipſo, ſed alicuius potius & in aliquo. Sic enim & qualitas in relatione collocaretur: nam qualitas alicuius eſt & in aliquo, & quantitas eodem modo. Si ad- B hæc reſpondeatur, illa quidem entia quædam propriè eſſe etiãſi ſint alicuius, quatenus hoc quidem qualitas eſt, illud verò quantitas: eadem ratione cum motus etſi alicuius eſt, ſit aliquid antequam ſit alicuius, meritò hoc ipſum quod eſt quodammodo in ſeipſo propriè nobis eſt aſſumendum. Omnino verò relatiuum propriè hoc eſt ponendum, non quòd primò quidem eſt id quod eſt, deinde eſt & alterius, C ſed quod in ipſa habitudine generatur nullo porſus illic alio exiſtẽte præter habitudinem, quatenus dicitur, velut duplum quadruplum dicitur, in ipſa ad dimidium comparatione generationem ſubſiſtentiamq; accipiens, & ante hoc nihil prorſus excogitatum in comparatione duntaxat ad alterum, vt id dicatur ſitq;, nanciſcitur. Quid igitur hoc eſt? quod alterius exiſtens, ipſum tamen eſt aliquid vt ſit & alterius: quemadmodum qualitas, & quantitas, & eſſentia. Sed præſtat forſan prius aſſe- D uerare, nihil ante ipſum tanquam genus prædicari de ipſo. Verùm ſiquis objiciat tranſmutationem ante motum exiſtere, primò quidẽ aut idem dicet omnino, aut genus illud appellans efficiet, vt genus quoddam aliud ſit præter decem illa prædicaméta: deinde abſq; controuerſia in ſpecie quadam motum ſtatuet, aliquidque aliud econtrà diſponens opponet motui, atque forſan generationem eam videlicet etiam tranſmutationem eſſe dicens, E motum verò nequaquam. Quid igitur obſtat, quominus generatio motus ſit? Si enim dicatur id obſtare, quoniam quod gignitur nondum ſit: motus autem circa non ens eſſe non poſsit, dicemus inde ſequi, vt generatio nec etiã tranſmutatio ſit. Si autẽ afferatur ad idẽ, generationem nihil aliud eſſe quàm alterationem ſiue permutationem quandã, & aliquod augmẽtum, propterea quòd generatio ſit aliquorum, quæ permutata ſiue alterata, & quo- F dammodo adaucta ſint: profectò qui hæc dixerit, quę generationem antecedunt, adducet in medium. Generationem verò oportet in his alteram quandam accipere ſpeciem: non enim in eo quòd aliquid paſsiuè quodammodo alteretur generatio gignique conſiſtit, quale eſt calefieri atque albefieri. Fieri nanque poteſt, vt hæc quidem facta iam ſint, nondum tamen generatio ſimpliciter ibi fuerit. Ac ſi quæras quid tunc dicamus fieri, reſpondebimus, hoc ipſum quod dicimus alterari, vel alteratum fuiſſe. At tunc demum fit generatio, quando animal fit, vel planta, vel ſimile, quando videlicet ſpecies quædam ibi ſuſcipitur. Proinde afferre quis poterit rationi conſentaneum fore, tranſmutationem potius quàm motum in ſpecie ponere, quoniam ipſa tranſmutationis conditio aliud quiddam alterius loco ſiue pro alio ſignificat fieri: motionis verò natura habet & quendam ex proprio tranſitum, ſicut localis motus.

Siquis aūt id minus velit, saltem ipse discendi actus, vel citharæ pulsus, vel omnino quiuis ex habitu motus erit eiusmodi. Quapropter permutatio ipsa, siue trāsmutatio cum motio quædā sit, aliquid extra se ponens, potius erit species motionis.

A εἰ δὲ μὴ τοῦτο βούλεταί τις, ἀλλ' ἡ μάθησις καὶ ἡ κιθάρισις, ἢ ὅλως ἡ ἀφ' ἕξεως κίνησις. ὥστε εἶδος τί ἂν εἴη κινήσεως μᾶλλον, ἡ ἀλλοίωσις, ἐκστατική τις οὖσα κίνησις.

Communis omnibus motibus est processio quædam ex potentia in actum, siue hic actus sit primus, ut forma siue secundus, ut actio aut passio quædam. Motus procedens in habitum naturalem species quædam dici potest:, procedens uerò in habitum præter naturam, casus speciei unius ad alterius aduentum. Est autem motus præsertim naturalis uitæ simillimus: maximè uerò propria motui est alteritas, id est aliter se habere quàm prius, propria consequenter & tempori Cap. XXII.

SED esto quidem notio permutationis siue alterationis, quatenus aliud motum sequitur: quid igitur motum esse dicendū est? Esto itaque motus, vt de hoc figura quadam summatim loquamur, exitus ex potentia in illud quod posse dicitur. Cùm enim aliquid sit in potentia, per quam in speciem aliquam prodeat, velut in potentia statua, rursusque aliquid in potentia qua euadat in actū sicut progressiuum, quando illud quidem procedit in statuam, ipse processus est motus: & quando progressiuum progrediēdi actum exequitur, progressio ipsa est motus: itē saltus similiter in eo qui saltare potest, quando iam saltat. Atqui in aliquo motu scilicet in eo qui perducit ad statuam, species efficitur alia quam adhibet motus: in aliquo verò velut in saltu ipsamet saltatio, simplex quædam species est potentiæ saltatoriæ, neque quicquam habet post seipsā, postquā motus ipse cessauit. Quamobrem siquis motum appellauerit speciem vigilem excitabundamque, cæteris quasi torpentibus speciebus oppositam, quatenus alia quidem quiescunt, alia verò nequaquam: appellaueritque causam cæteris speciebus quando post ipsam nonnihil efficitur, is minimè aberrabit. Siquis præterea motionem hanc de qua in præsentia loquimur, vitam quandam corporum nuncupauerit, nec ipse quidem à vero procul esse videbitur. Hunc enim motum ad mentis & animæ motus æquiuocum appellare debemus. Proinde motum esse genus non minus aliquis ob hoc ipsum sibi persuadebit, quòd neque facilè, neque fortè possibile sit ipsum definitione cōplecti. Verùm quomodo tunc motus species aliqua est, quando labitur in deterius, vel omnino passiuꝰ est motus? Forsan verò hoc ita fermè se habet, queēadmodū calefactio sub sole alia quidem auget, alia verò minuit, atque motus ipse commune aliquid est & in vtrisque idem: secundum verò subiecta eā quę apparet differentiam accipit. Sed hinc sequi videtur vt ægrotatio conualescentiáque sint idem. At verò qua motus quidem sunt idem esse videntur, sed quonam different? num subiectis? an potius alio? Verùm de hoc tractabitur in sequentibus, quando de alteratione considerabimus: nunc verò animaduertendum est quidnam sit in motibus omnibus idem: sic enim genus esse poterit. Sed fortè dicitur multipliciter, atque ita se habet, quemadmodum si ens genus esse quis dixerit. Ad id verò de quo præcipuè

A ἈΛΛ' ἔστω ταὐτὸν νοούμενον τὸ τῆς ἀλλοιώσεως, κατὰ τὸ παρακολουθεῖν τῇ κινήσει τὸ ἄλλο. τί οὖν δεῖ λέγειν τὴν κίνησιν; ἔστω δὴ ἡ κίνησις ὡς τύπῳ εἰπεῖν, ἡ ἐκ δυνάμεως ὁδὸς, εἰς ἐκεῖνο ὃ λέγεται δύνασθαι. ὄντος γὰρ τοῦ δυνάμει τοῦ μὲν, ὅτι ἥκοι ἂν εἰς εἶδός τι, οἷον δυνάμει ἀνδριὰς τοῦ δὲ, ὅτι ἥκοι ἂν εἰς ἐνέργειαν, οἷον τὸ βαδιστικὸν, ὅταν τὸ μὲν προσίῃ εἰς ἀνδριάντα, B ἡ πρόοδος κίνησις. τὸ δ' ἐν τῷ βαδίζειν, ἡ τὸ βαδίζειν αὐτὸ κίνησις. καὶ ὄρχησις ἐπὶ τοῦ δυναμένου ὀρχεῖσθαι, ὅταν ὀρχῆται. καὶ ἐπὶ μέν τινι κινήσει τῇ εἰς ἀνδριάντα, εἶδος ἄλλο ἐπιγίνεται ὃ εἰργάσατο ἡ κίνησις. τὸ δὲ ὡς ἁπλοῦν εἶδος ὂν τῆς δυνάμεως ἡ ὄρχησις, οὐδὲν ἔχει μετ' αὐτὴν, παυσαμένης τῆς κινήσεως. ὥστε εἴ τις λέγοι τὴν κίνησιν εἶδος ἐγρηγορὸς ἀντίθετον C τοῖς ἄλλοις εἴδεσι τοῖς ἑστηκόσιν, ᾗ τὰ μὲν μένει τὰ δ' οὔ, καὶ αἴτιον τοῖς ἄλλοις εἴδεσιν ὅταν μετ' αὐτήν τι γίνηται, οὐκ ἂν ἄτοπος εἴη. εἰ δὲ καὶ ζωήν τις λέγοι σωμάτων, ταύτην περὶ ἧς ὁ λόγος νῦν, τὴν γὰρ κίνησιν ταύτην ὁμώνυμον δεῖ λέγειν, ταῖς νοῦ καὶ ψυχῆς κινήσεσιν. ὅτι δὲ γένος ἐστὶν, οὐχ ἧττον αὐτὶς καὶ ἐκ τοῦ μὴ ῥᾴδιον εἶναι ὁρισμῷ ἢ καὶ ἀδύνατον εἶναι λαβεῖν, D πιστώσαιτο. ἀλλὰ πῶς εἶδός τι, ὅταν πρὸς τὸ χεῖρον ἡ κίνησις, ἢ ὅταν παθητικὴ ἡ κίνησις. ἢ ὅμοιον ὥσπερ ἂν ἡ θέρμανσις, τὰ μὲν αὔξει ἡ παρὰ τοῦ ἡλίου, τὰ δὲ εἰς τὸ ἐναντίον ἄγει. καὶ ἡ κοινόν τι ἡ κίνησις, καὶ ἡ αὐτὴ ἐπ' ἀμφοῖν. τοῖς δὲ ὑποκειμένοις, τὴν διαφορὰν τὴν δοκοῦσαν ἔχει. ὑγίανσις οὖν καὶ νόσανσις, ταὐτόν. ἢ καθόσον μὲν κίνησις ταὐτὸν, τίνι δὲ διοίσει, πότερα E τοῖς ὑποκειμένοις, ἢ καὶ ἄλλῳ. ἀλλὰ τοῦτο ὕστερον ὅταν περὶ ἀλλοιώσεως ἐπισκοπῶμεν. νῦν δὲ τί ταὐτὸν ἐν πάσῃ κινήσει σκεπτέον. οὕτω γὰρ ἂν καὶ γένος εἴη, ἢ πολλαχῶς ἂν λέγοιτο, καὶ οὕτως ἔσται, ὥσπερ ἂν εἰ τὸ ὄν. πρὸς δὲ τὴν

A ἀπορίαν ὅτι ἴσως δεῖ ὅσαι μὲν εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἄγουσιν ἢ ἐνεργοῦσιν ἐν τοῖς κατὰ φύσιν,] αὐτὰς μὲν οἷον εἴδη εἶναι ὡς εἴρηται. τὰς δὲ εἰς τὰ παρὰ φύσιν ἀγωγὰς, ἀνάλογον τίθεσθαι τοῖς ἐφ᾽ ἃ ἄγουσιν. ἀλλὰ τί τὸ κοινὸν ἐπί τε ἀλλοιώσεως καὶ αὐξήσεως καὶ γενέσεως, καὶ τῶν ἐναντίων τούτοις. ἔτι τε τῆς κατὰ τόπον μεταβολῆς, καθὸ κινήσεις αὗται πᾶσαι· ἢ τὸ μὴ ἐν τῷ αὐτῷ ἕκαστον, ἐν ᾧ πρότερον ἦν εἶναι. B μὴ δ᾽ ἠρεμεῖν, μὴ δ᾽ ἐν ἡσυχίᾳ παντελεῖ, ἀλλὰ καθόσον κίνησις πάρεστιν, ἀεὶ πρὸς ἄλλο τὴν ἀγωγὴν ἔχειν. καὶ τὸ ἕτερον, οὐκ ἐν τῷ αὐτῷ μένειν. ἀπόλλυσθαι γὰρ τὴν κίνησιν ὅταν μὴ ἄλλο. διὸ καὶ ἑτερότης, οὐκ ἐν τῷ γεγονέναι καὶ μεῖναι ἐν τῷ ἑτέρῳ, ἀλλ᾽ ἀεὶ ἑτερότης. ὅθεν καὶ ὁ χρόνος ἕτερον ἀεὶ, διό τι κίνησις αὐτὸν ποιεῖ. C μεμετρημένη γὰρ κίνησις, οὐ μένουσα. συνθεῖ οὖν αὐτῇ ὡς ἐπιφερομένης ὀχούμενος, κοινὸν δὲ πᾶσι τὸ ἐκ δυνάμεως καὶ τοῦ δυνατοῦ, εἰς ἐνέργειαν, πρόοδον καὶ ἀγωγὴν εἶναι. πᾶν γὰρ τὸ κινούμενον καθ᾽ ὁποιανοῦν κίνησιν, προϋπάρχον δυνάμενον τοῦτο ποιεῖν ἢ πάσχειν, ἐν τῷ κινεῖσθαι γίνεται.

A precipuè modò dubitabatur, dicendum videtur, forsitan oportere motus omnes, qui ad rem secundum naturam ducunt, vel saltem in ijs quæ secundum naturam sunt agunt, meritò tanquam species ponere, sicut est dictum, transitus autem ad aliquid præter naturam analogica quadam proportione ijs ad quę deducunt accommodare. Cæterùm quidnam est commune in alteratione & augmento & B generatione eorumq; contrarijs? rursusq; in mutatione per locum, quatenus videlicet hęc omnia motus sunt? Profectò cunctis qua motus sunt, id potissimum commune videtur, vt vnumquodque quod mouetur, non sit postea in eodem in quo antea fuerat, neque quiescat, neque ocium agat omnino: sed quatenus adest motus, semper ad aliud perducatur, comitémque semper alteritatem habeat, propterea C quòd nũquam permaneat in eodem: alioquin motus protinus disperdatur, si quando desierit aliud aliudq́ue succedere. Quamobrem alteritas est in motu, non ex eo quòd per actũ aliquid fit, iamque quies agatur in alio, sed ita penitus vt perpetua agatur alteritas. ex quo efficitur, vt tempus etiam semper sit alterum, quoniam motus ipsum procreat. Motus enim nõ quiescens, sed fluendo iugiter mensuratus producit tempus: quod quidem iccirco currit vnà cum ipso motu, quasi ab ipso currente vehatur. Denique motibus omnibus cõmune est, esse processum quendam atque ductum ex potẽtia, & ex eo quòd possibile est in actum. Quicquid enim mouetur, quocunque motu feratur, propterea prodit in motum, quòd potentia quædam in eo præcedit ad faciendum aliquid vel patiendum.

Motus est quasi stimulus aliquis uergens ad uarios actus, modos, habitus, uariasq; formas, qua quidem uarietate res uitæ similitudinem consequuntur. Virtus motrix sicut & uita est inuisibilis. Motus quinetiam per se inuisibilis ex uarietate deprehenditur. Dependet uerò motus ex mouenti & in mobile desinit, quasi mouentis afflatus. Vnde differentiæ motionum vtrinque accipiendæ uidentur. Cap. XXIII.

A ΚΑῚ ἔστιν ἡ κίνησις ἡ περὶ τὰ αἰσθητὰ παρ᾽ ἄλλου ἐνιεμένη σείουσα καὶ ἐλαύνουσα, καὶ ἐγείρουσα καὶ ὠθοῦσα τὰ μεταλαβόντα αὐτῆς, ὥς τε μὴ εὕδειν, μὴ δ᾽ ἐν ταυτότητι εἶναι. ἵνα δὴ τῇ μὴ ἡσυχίᾳ καὶ οἷον πολυπραγμονήσει ταύτῃ, εἰδώλῳ συνέχηται ζωῆς. δεῖ δὲ, οὐ τὰ κινούμενα, τὴν κίνησιν εἶναι νομίζειν. οὐ γὰρ οἱ πόδες ἡ βάδισις, ἀλλ᾽ ἡ περὶ τοὺς πόδας ἐνέργεια, ἐκ δυνάμεως. B ὁρατοῦ δὲ τῆς δυνάμεως ὑπαρχούσης, τοὺς ἐνεργοῦντας πόδας ὁρᾶν μόνον ἀνάγκη. οὐ πόδας ἁπλῶς ὥσπερ ἂν εἰ ἡσύχαζον, ἀλλ᾽ ἤδη μετ᾽ ἄλλου. ἀοράτου μὲν τούτου. ὅτι δὲ μετ᾽ ἄλλου κατὰ συμβεβηκὸς ὁρωμένου, τῷ τοὺς πόδας ὁρᾶν ἄλλον τόπον ἔχοντας καὶ ἄλλον, καὶ μὴ ἠρεμεῖν. τὸ δ᾽ ἀλλοιούμενον παρὰ τοῦ ἀλλοιουμένου, ὅτι μὴ ἡ αὐτὴ ποιότης. C ἐν τίνι οὖν ἡ κίνησις ὅταν ἄλλο κινῇ. καὶ ὅταν δὲ ἐκ τῆς ἐνούσης δυνάμεως, εἰς ἐνέργειαν ἴῃ, ἆρα ἐν τῷ κινοῦντι; καὶ πῶς τὸ κινούμενον καὶ πάσχον μεταλήψεται. ἀλλ᾽ ἐν τῷ κινουμένῳ; διατί οὖν ἐλθοῦσα οὐ μένει, ἢ δεῖ μήτε τοῦ ποιοῦντος ἀπηλλάχθαι, μήτε ἐν αὐτῷ εἶναι: ἀλλ᾽ ἐξ αὐτοῦ μὲν, καὶ εἰς ἐκεῖνο.

A EST autem motus qui circa sensibilia versatur, stimulus quidam vel impetus ab alio in aliud vergens, & excitans, & impellens participem motionis ne torpeat, neq; maneat in eodem, vt tali quadam inquietudine, ac velut distracta circa multa sollicitudine quandam vitæ imaginem consequatur. Neq; verò putandum est, ea quæ mouentur ipsum esse motum. Neque enim incessus est pedes, sed est actus quidam ex potentia circa pedes. Cùm B verò potentia non sit visibilis, necessarium est solùm pedes agentes à nobis videri: non pedes inquam simpliciter perinde ac si quiescerent, sed pedes iam vnà cum alio, quòd quidem inuisibile sit: quia verò vnà cum alio est per accidens videatur, quatenus videmus pedes aliũ deinceps aliũq; habentes locũ, neq; alicubi quiescẽtes. alterationẽ præterea ex eo quòd alteratur solemus animaduertere: quoC niã qualitas ibi nõ eadẽ sentiatur. In quonam igitur mot⁹ est quãdo mouet aliud, & quãdo ex infusa potẽtia ꝓdit in actũ? Nũquid est in mouẽte? Verũ si ita sit, quonam modo quod mouetur & patitur fiet particeps? Nũquid ergo in eo poti⁹ quod mouetur? At si ita, cur nã cũ ꝓcesserit, minimè permanet? Sed oportet ꝓfectò motũ neq; à mouẽte disiũgi, neq; in ipso esse, sed ex seipso q̃dẽ et in aliud emanare,

neque in alio quouis esse à motore disiunctũ: imò verò ab hoc in illud velut spiritum afflatumq; in aliud influentem. Quando igitur vis mouendi progressoria est, quasi propellit, cogitq; locum semper alium permutare: quando verò calefactoria uirtus est, calefacit protinus, motúsque ibi est alteratio. At vbi facultas ipsa nacta materiam, occupansque eam ædificat in habitum naturalem, augmentum est appellandũ: sed quando vis alia quædam aufert, accidit decrementum, in eo uidelicet quod minui potest. Proinde vbi virtus genitalis agit, fit generatio: at quum hæc vis minimè valet, quæ verò perdere potest exuperat, destructio sequitur: non destructionẽ inquam in eo quod iam factum fuerit & peractum, sed in eo quod adhuc in progressione versatur. Similiter conualescentia fit vbi uis quæ potest facere sanitatẽ agit, atq; dominatur. ægrotatio verò cõtingit quãdo contraria vis cõtraria facit. Quãobrẽ sequi videtur motũ nõ solùm esse perpẽdẽdũ penes illa in quib. fit, verumetiam penes ea ex quibus oritur, & per quæ traducitur: motionisq; ipsius proprietatem esse motum qualem, talemq; in talibus esse.

A οὐκ ἐν ἐκείνῳ δὲ ἀποτετμημένην εἶναι, ἀλλ' ἀπ' ἐκείνου εἰς ἐκεῖνο, οἷον πνοὴν εἰς ἄλλο. ὅταν μὲν οὖν ἡ δύναμις τοῦ κινεῖν βαδιστικὴ ᾖ, οἷον ὦσε, καὶ πεποίηκεν ἄλλον ἀλλάττειν ἀεὶ τόπον. ὅταν δὲ θερμαντικὴ, ἐθέρμανε καὶ ὅταν ἡ δύναμις ὕλην λαβοῦσα εἰς φύσιν οἰκοδομῇ, αὔξησις. ὅταν δ' ἄλλη δύναμις ἀφαιρῇ, μείωσις τοῦ δυναμένου ἀφαίρεσιν παθεῖν, μειουμένου. καὶ ὅταν B ἡ γεννῶσα φύσις ἐνεργῇ, γένεσις· ὅταν δὲ αὕτη ἀδυνατῇ, ἡ δὲ φθείρειν δυναμένη ἐπικρατῇ, φθορά. οὐχ ἡ ἐν τῷ ἤδη γεγονότι, ἀλλ' ἡ ἐν τῷ πορευομένῳ. ἔστι ὑγίανσις δὲ, κατὰ τὰ αὐτῆς ποιεῖν δυναμένης ὑγίειαν, ἐνεργούσης καὶ κρατούσης, ὑγίανσις. τῆς δὲ ἐναντίας δυνάμεως, τἀναντία ποιούσης. ὥστε συμβαίνειν, μὴ παρὰ τὰ ἐν οἷς μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ τὰ ἐξ ὧν, καὶ δι' ὧν, καὶ τὴν τῆς κινήσεως ἰδιότητα, ποιάν τὴν κίνησιν C καὶ τοιάνδε εἶναι ἐν τοῖς τοιούτοις.

Locales motus differre uidentur inter se, uel per terminos oppositos quos petunt, ut ascensus atque descensus, discessus, ac reditus: uel per figuram processionis, ut rectus & circularis. Cap. XXIIII.

SED circà localem motum, quomodo sumatur differentia est ambiguum, si sursum ferri, cõtrarium est ad illud quod est ferri deorsũ, & circularis motio motui recto contraria: velut si quid super caput vel infra pedes projciatur. Potentia enim impulsoria eadẽ est: nisi quis aliam esse dicat potentiam, quæ pellit sursum, aliamq; rursus quæ deorsum, & aliter se habere motum ad superius tendentem, aliter que motũ ad inferiora cadentem, præsertim si quid ita naturaliter moueatur: siquidem hîc leuitas quidem fit, ibi contrà fit grauitas: verũtamen cõmune in his idemq; est inpropriũ ferri locũ. Hîc itaq; apparet penes ea quę sunt extrinsecus accipi differentiã motionũ: nempe in circulari motu atque recto, si modò quis idem tum rectè, tum circulariter agitet, quonam modo motus differẽs esse potest? An fortè penes processionis ipsius figuram differẽtia capietur? Nisi fortè quispiam orbicularẽ motũ mistũ esse contendat, quasi non omnino sit motus, vtpote qui rem nõ omnino permutet. Verùm vnus denique localis motus in se esse videtur, differentias duntaxat per extrinseca sumẽs.

A ΠΕΡῚ δὲ τῆς κατὰ τόπον κινήσεως, εἰ τὸ ἄνω φέρεσθαι τῷ κάτω ἐναντίον, ἔστι τὸ κύκλῳ τοῦ ἐπ' εὐθείας διοίσει, πῶς ἡ διαφορά: οἷον, τὸ ὑπὲρ κεφαλῆς καὶ ὑπὸ πόδας ῥίπτειν. ἔστι γὰρ ἡ δύναμις ἡ ὠστικὴ μία. εἰ μή τις ἄλλην, τὴν ἄνω ὠθοῦσαν καὶ ἄλλην λέγοι, καὶ ἄλλως τὴν κάτω πρὸς τὴν ἄνω φοράν. καὶ μάλιστα εἰ φυσικῶς κινοῖτο, εἰ ἡ μὲν κουφότης εἴη, ἡ δὲ βαρύ- B της. ἀλλὰ κοινὸν ἔστι τὸ αὐτὸ, τὸ εἰς τὸν οἰκεῖον τόπον φέρεσθαι ὥστε ἐνταῦθα κινδυνεύειν, παρὰ τὰ ἔξω τὴν διαφορὰν γίνεσθαι. ἐπὶ δὲ τῆς κύκλῳ καὶ ἐπ' εὐθείας, εἰ οἷόν περ ἐπ' εὐθείας καὶ κύκλῳ περιθρέξαιεν, πῶς ἄλλη, ἢ παρὰ τὸ τῆς πορείας σχῆμα, εἰ μή τις μικτὴν λέγοι τὴν κύκλῳ, ὡς οὐ παντελῶς οὖσαν κίνησιν, οὐδὲ παντη ἐξισταμένην. ἀλλ' ἔοικεν ὅλως μία τις εἶναι ἡ το- C πικὴ, τοῖς ἔξωθεν τὰς διαφορὰς λαμβάνουσα.

Concretio & discretio sunt motus ab omnibus alijs motibus, atque etiam à qualitatibus differentes. Verumtamen circa concretionem & discretionem contingit localis motus, item alteratio: generatio quinetiam & augmentum: & condensatio, atq; opposita. Cap. XXV

PRÆTEREA considerandum est quonam modo cõcretio & discretio sese habeant. Nunquid alij motus sint præter illos quos suprà narrauimus, præter generationem inquam & corruptionem, augmẽtum & decrementum, localem motum, alterationem. an fortè oporteat eas ad hos motus quoquo modo reducere? an potius asserere quędam ex his motibus concretiones quasdam discretiones existere? Si igitur cõcretio in eo consistit, vt aliud accedat ad aliud & propinquet, & rursus discretio in eo vt quę propinquauerunt inde recedant, locales motus ita esse dicentur, dum videlicet fit vel motus ad vnum, vel recessus ab vno. Sin aũt qu

A ΣΎΓΚΡΙΣΙΣ δὲ καὶ διάκρισις, ἐπισκεπτέα πῶς. ἆρ' ἕτεραι κινήσεις τῶν εἰρημένων γενέσεως καὶ φθορᾶς, αὔξης καὶ φθίσεως, τοπικῆς μεταβολῆς, ἀλλοιώσεως, ἢ εἰς ταύτας αὐτὰς ἀνακτέον, ἢ τούτων τινὰς συγκρίσεις καὶ διακρίσεις θετέον. εἰ μὲν οὖν τοῦτ' ἔχει ἡ σύγκρισις πρόσοδον ἑτέρου πρὸς ἕτερον, καὶ τὸ πελάζειν καὶ αὖ ἀποχώρησιν, εἰς τοὐπίσω, τοπικὰς ἄν τις κινήσεις λέγοι. δύο κινουμένας λέγων πρός ἕν τι, ἢ ἀποχωροῦντα ἀπ' ἀλλήλων. εἰ δὲ

σύγκρασίν τινα καὶ μίξιν λαμβάνουσι καὶ κρᾶσιν, καὶ εἰς ἓν ἐξ ἑνὸς σύστασιν, τὴν κατὰ τὸ συνίστασθαι γινομένην, οὐ κατὰ τὸ συνεστάναι ἤδη, εἰς τίνα ἄν τις ἀνάγοι τῶν εἰρημένων ταύτας. ἄρξει μὲν ἡ τοπικὴ κίνησις, ἕτερον δὲ ἐπ' αὐτῇ τὸ γινόμενον ἂν εἴη. ὥσπερ καὶ τῆς αὔξης ἄν τις εὕροι, ἀρχούσαν μὲν τὴν τοπικὴν, ἐπιγινομένην δὲ τὴν κατὰ τόπον κίνησιν. οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα, ἡγεῖται μὲν τὸ κατὰ τόπον κινηθῆναι, ἕπεται δὲ οὐκ ἐξ ἀνάγκης συγκριθῆναι. οὐδ' αὖ διακριθῆναι, ἀλλὰ γενομένης μὲν συμπλοκῆς τοῖς ἀπαντήσασι, συνεκρίθη· σχισθέντων δὲ τῇ συντεύξῃ, διεκρίθη· πολλαχοῦ δὲ ἂν καὶ διακρινομένων, ἐφέποιτο ἂν *ἡ τοῦ τόπου, ἢ ἅμα συμβαίνει τοῦ πάθους, ἀλλ' οὐ περὶ τὰ διακρινόμενα. οὐ κατὰ τὸ κινεῖσθαι τοπικῶς νοουμένου, ἔν τε τῇ συγκρίσει ἄλλου πάθους καὶ συστάσεως, ἐπακολουθοῦντος ἑτέρου τῆς τοπικῆς κινήσεως. ἆρ' οὖν ταύτας μὲν ἐφ' ἑαυτῶν, τὴν δὲ ἀλλοίωσιν εἰς ταύτας ἀνακτέον; πυκνὸν γὰρ γενόμενον ἠλλοίωται. τοῦτο δὲ ταὐτὸν, τῷ συγκέκριται, μανὸν δὲ αὖ ἠλλοίωται. τοῦτο δὲ ταὐτὸν, τῷ διακέκριται. καὶ οἴνου καὶ ὕδατος μιγνυμένων, ἄλλο ἢ πρότερον ἦν ἑκάτερον, ἐγένετο. τοῦτο δὲ σύγκρισις, ἣ πεποίηκε τὴν ἀλλοίωσιν. ἢ φατέον καὶ ἐνταῦθα ἡγεῖσθαι τὰς συγκρίσεις καὶ διακρίσεις τινῶν ἀλλοιώσεων, ἑτέρας δὲ αὐτὰς εἶναι συγκρίσεων ἢ διακρίσεων. οὔτε γὰρ τὰς ἄλλας ἀλλοιώσεις εἶναι τοιαύτας οὔτε τὴν ἀραίωσιν καὶ πύκνωσιν, σύγκρισιν δὲ καὶ διάκρισιν, ἢ ἐκ τούτων ὅλως εἶναι. οὕτω γὰρ ἄν τις καὶ κενὸν παραδέχοιτο. ἐπὶ δὲ μελανίας ἢ λευκότητος, πῶς. εἰ δὲ ἐν τούτοις ἀμφισβητεῖ, πρῶτον μὲν τὰς χρόας, καὶ τάχα τὰς ποιότητας ἀναιρεῖ. ἢ τάς γε πλείστας. μᾶλλον δὲ πάσας. εἰ γὰρ πᾶσαν ἀλλοίωσιν ἣν λέγομεν κατὰ ποιότητα μεταβολὴν, σύγκρισιν καὶ διάκρισιν λέγοι, τὸ γινόμενον οὐδέν ἐστιν, ἡ ποιότης. ἀλλὰ ἐγγὺς κείμενα καὶ διεστῶτα. ἔπειτα τὸ μανθάνειν καὶ τὸ διδάσκεσθαι, πῶς συγκρίσεις;

* τοῦτό που

A quæ mouentur ita nanciſci dicantur commiſtionem quandã, & contemperationem conſtitutionemq; in vnum: eam inquam quæ in eo actu conſiſtit, dum aliquid conſtituitur, nõ in quodam habitu, poſtquam iam eſt aliquid conſtitutum, ita profectò in aliquem motum eorum qui narrati ſunt, hos aliquid reducere poterit. Exordietur enim motus ibi localis: ſed præter hunc motum aliud quiddam ibi fi- B et: quemadmodum facilè quiuis reperit localem motum eſſe principium incrementi, ſed ibi motũ mox proprium qualitatis accedere. Sic itaq; & hîc incipit quidem localis quidam motus, ſequitur autem non neceſſariò cõcretio ſiue diſcretio: ſed quando quæ ſibi obuiant ſeſe mutuò complectuntur, concretio accidit, contrà verò diſcretio ſequitur. Sæpe verò vbi diſcretio fit, ſequitur motus quoq; lo- C calis, aut ſimul ibi contingit. Dum videlicet paſsio quædam intelligitur alia circa ea quæ diſcernuntur, non ea ratione qua loco mutẽtur: atque in concretione alia quædam paſsio conſtitutióque conſequitur à locali motu diuerſa. Num igitur hos quidem motus in ſeipſis ponere decet? alterationem verò ad has ritè reducere? Quod enim factum eſt denſum, iam eſt alteratum. Id verò idem eſt, ac ſi dica- D tur fuiſſe concretum. Rarum quoque factum intelligitur alteratum: hoc autem perinde eſt, ac ſi diſcretum eſſe conſideretur: quinetiam vbi vinum cum aqua miſcetur, vtrunque aliud quàm prius erat euadit. Id autem eſt concretio quædam, quæ alterationem effecit: aut fortè dicendum hîc quoq; concretiones diſcretionéſque præcedere alterationes quaſdã, ipſas verò alterationes à concretionibus diſ- E cretionibusque differre. Neque enim alterationes alias eſſe tales, neque rarefactionem ipſam condenſationémque vel eſſe concretionẽ quandam atque diſcretionem, vel ex his omnino conſiſtere: alioquin ſic protinus aliquis vacuum in natura concedet. Iam verò nigredinem & albedinem qua nam conditione cõceſſerit aliquis in concretione diſcretioneque conſiſtere? Si quis autem in his ambigat, cogetur colores omnino, & fortè qualitates inde plures, imò verò omnes funditus extirpare: ſi enim alterationem omnem, quam eſſe dicimus quandam in qualitate mutationem, quiſpiam concretionẽ diſcretionemúe eſſe contẽdat, certè quod ibi fit nullo modo qualitas eſt, ſed reſtant ibi quædam vel propè poſita, vel ſeorſum. Præterea doceri atque diſcere quonam modo poteſt eſſe concretio?

Motuũ ſpecies probabilius diſtinguuntur per differentias internas quàm externas. Scilicet per uires motrices, aut inanimatas, aut animatas, item ſic uel aliter animatas: rurſus per impulſum naturæ uel artis, uel conſilij. Caput XXVI.

ἘΠΙΣΚΕΠΤΈΟΝ δὴ περὶ τούτων, καὶ ἤδη ζητητέον. πάλιν αὐτῶν κατ' εἴδη λεγομένων κινήσεων, οἷον ἐπὶ τοπικῆς, εἰ μὴ τὸ ἄνω καὶ κάτω καὶ εὐθεία καὶ κύκλῳ, ὡς ἠπόρηται, ἢ ἐμψύχων καὶ ἀψύχων κινήσει. οὐ γὰρ ὁμοία ἡ κίνησις τούτῳ. καὶ πάλιν ταύτας, τῇ πεζῇ, καὶ τῷ νεῖν, καὶ πτήσει. ἢ

A CONSIDERANDVM igitur de ijs videtur, rurſusq; inueſtigandum de illis, quæ dicuntur ſpecies motionis, velut in motu locali, ſi modò diſtinctio ibi non fiat per motum ad ſuperiora vel inferiora: item per rectum & circularem, ſicut in ſuperioribus eſt dubitatum, nunquid fortè diſtinguendum ſit per motum rerum animatarum, animáue carentium. Non enim ſimilis eſt horum inter ſe motus, & rurſus eiuſmodi motus per motionem progrediendi, natandi, volandi. An

etiam per impulſum naturalem minúſue naturalem. Fortè enim quis hûc in modum ſecundum vnamquanque ſpeciem partietur. hic verò modus non extrinſecus acciperet differentias motionum. Forſan verò ipſæ harum effectrices ſunt, neque tamen abſque his exiſtunt: ſed ipſa natura harum motionum externarumq; differentiarum principium eſſe videtur. Fortaſsis etiam partiri motum licet ita, vt partim natura fiat, partim verò arte, partim electione, & natura quidem incrementa & decrementa, arte verò ædificare ſiue domos ſiue naues: electione autem meditari, diſcere, publica gubernare, & omnino dicere atque agere. Denique circa augmentum & alteratioñe, & generationem diſtinguere licet per modũ ſiue naturalem, ſiue non naturalem, vel etiam per ſubiectorum varietatem.

A καὶ τῷ φύσει γε καὶ παρὰ φύσιν, τάχ' αὖ τις διέλοι καθ' ἕκαστον εἶδος. τοῦτο δὲ οὐκ ἔξωθεν διαφορὰς κινήσεων, ἢ ποιότητι καὶ τούτων αὗται, καὶ οὐκ ἂν αἱ δὲ τούτων. καὶ ἡ φύσις δὲ ἀρχὴ δοκεῖ τούτων. ἢ τὰς μὲν φύσει, τὰς δὲ τέχνῃ, τὰς δὲ προαιρέσει. φύσει μὲν, αὐξήσεις, φθίσεις. τέχνῃ δὲ, οἰκοδομεῖν, ναυπηγεῖν. προαιρέσει δὲ, σκοπεῖσθαι, μανθάνειν, πολιτεύεσθαι. ὅ-
B λως λέγειν, πράττειν. περὶ αὐξήσεως αὖ καὶ ἀλλοιώσεως, καὶ γενέσεως κατὰ φύσιν, παρὰ φύσιν. ἢ ὅλως τοῖς ὑποκειμένοις.

Status eſt in rebus æternis, ubi nullus eſt motus: quies autem eſt in rebus temporalibus ſcilicet quædam priuatio alicuius motus, uel motio quædam ualde tarda. Cap. XXVII.

Cum igitur quies ſit priuatio quædam, non eſt aliquod per ſe genus: motus autem non eſt priuatio ſimpliciter quietis, ſed eſt actus efficax auferens aliquid atq; afferens. Status in æternis non eſt priuatio motus, neque enim uel ibi ſtatus ſit ceſſante motu, uel illa nata ſunt ad motum. Motus duo habet oppoſita ſcilicet & motum qui diuerſos petit terminos & quietem, maximè ſi quies conſideretur in termino à quo motus iam diſcedit.

DE ſtatu verò qui motui eſt oppoſitus, vel de quiete, quidnam videtur eſſe dicendũ? nũquid & hoc genus vnum ponendum eſt? anpotius in aliquod genus eorum quę narrauimus eſt reuocandum? Sed pręſtat forſitã ſtatum quidem ipſum diuinis concedere, hîc autem de quiete perquirere. De hac ergo quiete quid ſit in primis inueſtigandum eſt: atque ſi idem omnino eſſe atq; ſtatus inueniatur, non rectè hîc requiri videbitur: quippe quum hîc nihil penitus maneat: ſed quod manere videtur, tardiore motu feratur. Sin autem quietẽ aliud quiddam præter ſtatum eſſe dicamus, propterea quòd ſtatus quidem ſit circa rem prorſus immobilem: quies autem circa rem quidem ſtãtem, natam verò ad motum etiam quando minimè moueatur: hoc ita eſt diſtinguendum. Népe ſi quietum fieri hîc aſſumatur, ipſum quieſcere dicetur eſſe motum nondum ceſſantem, ſed inſtantem: ſin autem hîc aſſumatur ea quæ non amplius circa id quod moueatur, exiſtit, profectò quærendum erit ſiquid apud nos ſit omnino non motum. At ſi impoſsibile eſt aliquid motibus ſimul omnibus agitari: ſed oportet quibuſdam motibus non moueri, vt ſaltem liceat dicere hoc quod mouetur eſſe, quid nam aliud dicendũ eſt de illo quod nõ mouetur loco, ſed quantũ ad hunc motum pertinet conquieſcit, niſi ipſum non moueri? ſic itaque quies erit negatio motionis. Quod autem eiuſmodi eſt, non propriè computatur in genere. Quieſcit autem non ſecundum alium quàm localem motum. Priuationem igitur huius tantùm ſignificat. Si quis autem interrogauerit, cur non etiam motum ſtatus ipſius ſiue quietis priuationẽ eſſe dicamus: reſpondebimus, quia videlicet motus aliquid ſecum ferens accedit, aliudque quiddam exiſtit agens concutienſque ſubiectũ, & plurima faciens atque diſperdens: quies autem vniuſcuiuſq; nihil eſt præter ipſũ, ſed hoc tantùm ſignificat, motũ videlicet nõ habere. Verùm cur nõ in rebus ipſis ad intelligentiã pertinẽtibus

A ΠΕΡΙ' δὲ στάσεως, ὃ ἀντιτέτακται κινήσει, ἢ ἠρεμίας, τί ποτε χρὴ λέγειν; πότερα, καὶ αὐτὸ ἕν τι γένος θετέον, ἢ εἰς τι γένος τῶν εἰρημένων ἀνακτέον. βέλτιον δ' ἴσως στάσιν τοῖς ἐκεῖ ἀποδόντα, ἠρεμίαν ἐνταῦθα ζητεῖν. τὴν οὖν ἠρεμίαν ταύτην, ζητητέον πρῶτον τί ποτε ἐστί. καὶ εἰ μὲν ταὐτὸν φανείη τῇ στάσει, οὐδ' ὀρθῶς ἂν ἐνταῦθα ταύτην ζητοῖ, οὐδενὸς ἑστηκότος,
B ἀλλὰ τοῦ φαινομένου ἑστάναι, σχολαιοτέρᾳ τῇ κινήσει χρωμένου. εἰ δ' ἕτερον ἠρεμίαν στάσεως λέγοιμεν, τὸ τὴν μὲν στάσιν περὶ τὸ ἀκίνητον παντελῶς εἶναι, τὴν δ' ἠρεμίαν περὶ τὸ ἑστὼς, πεφυκὸς δὲ κινεῖσθαι ὅταν μὴ κινῆται, εἰ τὸ μὲν ἠρεμίζεσθαι λέγοι τὸ ἠρεμεῖν κίνησιν, οὔπω πεπαυσαμένην, ἀλλ' ἐνεστῶσαν. εἰ δὲ τὴν οὐκέτι περὶ τὸ κινούμενον οὖσαν, πρῶτον μὲν ζητη-
C τέον, εἴ τί ἐστι μὴ κινούμενον ἐνταῦθα. εἰ δὲ μὴ πάσας οἷόν τέ τι τὰς κινήσεις κινεῖσθαι, ἀλλὰ δεῖ κινήσεις τινὰς μὴ κινεῖσθαι, ἵνα καὶ ἐξῇ λέγειν τόδε τὸ κινούμενον εἶναι, τί ἄλλο χρὴ λέγειν τὸ μὴ κινούμενον κατὰ τόπον, ἀλλὰ ἠρεμοῦν ταύτην τὴν κίνησιν, ἢ ὅτι μὴ κινεῖται. ἀπόφασις ἄρα ἔσται ἡ ἠρεμία, τοῦ κινεῖσθαι. τοῦτο δὲ οὐκ ἐν γένει. ἠρεμεῖ δὲ οὐκ ἄλλό τι, ἢ
D ταύτην τὴν κίνησιν, οἷον τὴν τοπικήν. τὴν οὖν ἀφαίρεσιν τούτου λέγει. εἰ δέ τις λέγει διατί δ' οὐ τὴν κίνησιν ἀπόφασιν τῆς στάσεως φήσομεν, ὅτι φήσομεν ἥκει τι φέρουσα ἡ κίνησις, καὶ ἔστιν ἄλλό τι ἐνεργοῦν καὶ οἷον ὠθοῦν τὸ ὑποκείμενον. καὶ μυρία ἐργαζόμενον αὐτὸ, καὶ φθεῖρον. ἡ δὲ ἠρεμία ἑκάστου, οὐδέν ἐστι παρ' αὐτὸ, ἀλλὰ σημαίνει μόνον, ὅτι κίνησιν οὐκ ἔχει. τί οὖν οὐ καὶ ἐπὶ τῶν νοητῶν

στάσιν εἴπομεν ἀπόφασιν κινήσεως, ἢ ὅτι οὐδ᾽ ἔστιν εἰπεῖν ἀναίρεσιν τῆς κινήσεως τὴν στάσιν, ὅτι οὐ παυσαμένης τῆς κινήσεως ἐστίν, ἀλλ᾽ οὔσης ἐκείνης, καὶ αὕτη ἐστί. καὶ οὐ πεφυκὸς κινεῖσθαι, καθόσον μὴ κινεῖται ἡ στάσις ἐκεῖ, ἀλλὰ καθὸ στάσις κατείληφεν, ἕστηκε. καθὸ δὲ ἔστι κινούμενον, ἀεὶ κινήσεται. διὸ καὶ στάσει ἕστηκε, καὶ κινήσει κινεῖται. ἐνταῦθα δὲ κίνησις μὲν κινεῖται. ἀπουσίᾳ δὲ ἠρεμεῖ, ἐστερημένον τῆς ὀφειλομένης κινήσεως. ἔπειτα δὲ ὁρᾶν δεῖ τί ἐστιν ἡ στάσις αὐτή. καὶ ὅταν ἐκ νόσου εἰς ὑγίειαν ἴῃ, ὑγιάζεται. τί οὖν τῇ ὑγιάνσει ταύτῃ, ἠρεμίας εἶδος ἀντιτάξομεν. εἰ μὲν γὰρ τὸ ἐξ οὗ, νόσος ἀλλ᾽ οὐ στάσις. εἰ δὲ τὸ εἰς ὅ, ὑγίεια. ὃ οὐ ταὐτὸν τῇ στάσει. εἰ δέ τις λέγει τὴν ὑγίειαν ἢ τὴν νόσον τινὰ στάσιν εἶναι, εἴδη στάσεως τὴν ὑγίειαν καὶ τὴν νόσον εἶναι φήσει. ὅπερ ἄτοπον. εἰ δὲ συμβεβηκέναι τῇ ὑγιείᾳ τὴν στάσιν, πρὸ τῆς στάσεως ἡ ὑγιεία, οὐχ ὑγιεία ἔσται. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων, ὅπῃ δοκεῖ ἑκάστῳ.

A tibus, ſtatũ priuationem motionis aſſerimus? Quia non licet ſtatum motus priuationem cognominare: quoniam non ceſſante motu ipſe fit ſtatus: imò verò exiſtente illo fit motus. Neque ſtatus illic eſt, quia quod natum ſit ad motum, quandoque non moueatur. Sed qua ratione ſtatus ibi ipſum intelligibile comprehendit, permanet: qua verò mouetur, mouebitur in perpetuum: quamobrem & ſtatu conſiſtit, & motu mouetur. Corporea verò na-
B tura motu quidem mouetur, & abſente motu quieſcit, orbata videlicet debita motione. Præterea videndum eſt, quid ipſe ſit ſtatus: item quando ex morbo ad ſanitatem aliquis peruenit conualeſcit. Quam igitur huic conualeſcētiæ quietis ſpeciem opponemus? Si enim affectionem à qua recedit, morbus ille eſt non ſtatus: ſin autem affectionem ad quam accedit, ſanitas illa eſt, quæ quidem non idem atque ſtatus exiſtit. Si quis autem dixerit ſani-
C tatem aut morbum eſſe ſtatum quendam, hic profectò ſanitatem atque morbum ſtatus ſpecies eſſe concedet: quod quidem iudicatur abſurdum. At ſi ſtatum ſanitati contingere propriè fateatur, ſanitas ante ſtatum nõ erit ſanitas. Sed de his quidem pro ſuo quiſq; arbitrio dicat.

EPILOGVS PRAEDICAMENTORVM.

ΕἼΡΗΤΑΙ δ᾽ ὅτι τὸ ποιεῖν καὶ τὸ πάσχειν, κινήσεις λεκτέον. καὶ ἔστι τὰς μὲν τῶν κινήσεων ἀπολύτους, τὰς δὲ ποιήσεις, τὰς δὲ πείσεις λέγειν. καὶ περὶ τῶν ἄλλων γενῶν λεγομένων, ὅτι εἰς ταῦτα, καὶ περὶ τοῦ πρός τι. ὅτι ἄλλου πρὸς ἄλλο σχέσις. καὶ ὅτι σύνεισιν ἅμα καὶ ἄμφω. καὶ τὸ πρός τι δέ, ὅταν σχέσις οὐσίας ποιῇ αὐτό, οὐχ ἡ οὐσία, ἔσται πρός τι. ἀλλ᾽ ἢ καθὸ μέρος. οἷον, χείρ, ἢ κεφαλή, ἢ αἴτιον, ἢ ἀρχή, ἢ στοιχεῖον. ἔστι δὲ καὶ τὰ πρός τι διαιρεῖν, ὥσπερ διῄρηται τοῖς ἀρχαίοις. τὰ μὲν ὡς ποιητικά, τὰ δὲ ὡς μέτρα· τὰ δ᾽ ἐν ὑπεροχῇ καὶ ἐλλείψει· τὰ δ᾽ ὅλως χωρίζονται ὁμοιότησι καὶ διαφοραῖς. καὶ περὶ μὲν τούτων τῶν γενῶν, ταῦτα.

Dictum verò nobis in ſuperioribus eſt, facere atq; pati motiones eſſe. Motiones autem alias quidem abſolutas eſſe, alias verò partim effectiones, partim etiam paſsiones. Dictum præterea de cæteris quæ dicuntur genera, ad noſtra hæc referri debere. dictum quoque de relatione, eam videlicet eſſe alterius ad alterũ habitudinem, & ſimul ambo concurrere. dictum denique circa relationem, quando videlicet habitudo ipſa ſubſtantiam efficit, illud ipſum quod refertur, non qua ratione ſubſtantia ſit relatiuũ eſſe: ſed qua pars aliqua, velut manus, aut caput, vel cauſa, vel principium, vel elementum. Licet autem & relatiua antiquorum more diuidere, adeò vt alia quidem tanquam effectiua ſint, alia verò tanquã menſuræ quędam: alia in exceſſu defectuque verſentur, alia denique per ſimilitudines atque differentias diſtinguantur. Sed hęc iam de his generibus dicta ſufficiant.

ΠΛΩΤΙΝΟΥ

ΕΝΝΕΑΔΟΣ ϛ.

ΛΟΓΟΣ Δ.

PLOTINI

ENNEAD. SEXTAE,

LIBER IIII.

ΠΕΡῚ τοῦ τὸ ὂν ἓν καὶ ταὐτὸν ὄν, ἅμα πανταχοῦ εἶναι ὅλον.

Quod ens vnum idemque ſimul totum eſt vbique.

Quum anima nec habeat quantitatem, nec paſsio ſit corporis quanti, quæritur quomodo per plurimum quaſi ſpatiũ diffundatur, ſiue per ſe ante corpus, ſiue unà cũ corpore in ipſo corpore per ipſũ eatenus propagetur. Cap. I.

NVNQVID anima vbique vniuerſo iccirco adeſt, quia corpus vniuerſi ſit tãtum? Ipſa quidẽ naturam habens, qua circa corpora diuidatur, an potius à ſeipſa quoque eſt vbique? Nõ quidem quatenus à corpore potrahatur, ſed quia corpus reperiat illam ante ipſum vbiq; præſentem, adeò vt vbicunq; ponatur, ibi animam reperiat iam exiſtentem, priuſquam ipſum in parte vniuerſi collocaretur, totumque vniuerſi corpus in anima iam exiſtente ponatur. Verùm ſi anima in tantum diffuſa eſt ante quam corpus tantum accederet, anima inquã implens vniuerſũ penitus interuallum, quidnam prohibet quo minus habeat magnitudinem? Aut quiſnam modus erit, quo ſit in vniuerſo antequam fieret vniuerſum, quando nõ dum hoc exiſteret? Contrà verò qua quiſpiã conditione admiſerit animam ipſam quæ impartibilis & magnitudinis expers eſſe dicitur vbique eſſe, cũ nullam habeat magnitudinẽ. Atqui etſi vnà cum corpore dicatur extendi, quum tamen ipſa non ſit corpus, neque ſic tamen dubitatio deuitabitur ex eo quòd ipſi magnitudo ſecũdũ accidens tribuatur: nempe ſimiliter aliquis hîc quoq; ritè perquiret, quonã modo ſecundũ accidẽs magna poſsit euadere. Nõ enim ſicut qualitas velut dulcedo vel color per totũ corpus extenditur, ita prorſus & anima. Hęc enim ſunt quædã corporũ paſsiones, vt nõ mirũ ſit totũ quod patitur corp9 paſsionẽ eiuſmodi poſsidere, atq; nihil eiuſmodi in ſeipſo cõſiſtere: quippe cũ corporis aliquid ſit, et tãquã in corpore cognoſcatur. Quapropter qualitas neceſſariò tanta eſt, quãtũ eſt & corpus. Accedit ad hæc, quod alterius partis albedo nõ cõpatitur vnà cũ albedine partis alterius: atque in albo eadem partis huius albedo ſecundum ſpeciem eſt, atque albedo quæ eſt in altera parte, neque tamen eſt numero eadem. At verò penes animam idem numero in pede eſt atque manu. Quod quidem conſenſio animaduerſioque demonſtrant. Præterea in qualitatibus quidem idem aliquid tanquam diuiſum conſidera-

A ἈΡΑ΄ ΓΕ ἡ ψυχὴ πανταχοῦ πάρεστιν, ὅτι σῶμα ἐστὶ τοῦ παντὸς τοσόνδε; περὶ τὰ σώματα φύσιν ἔχουσα μερίζεσθαι, ἢ καὶ παρ' αὐτῆς πανταχοῦ ἐστιν; οὐχ' οὗ περ ἂν ὑπὸ σώματος προαχθῇ, ἀλλὰ σώματος εὑρίσκοντος αὐ-
B τὴν, πρὸ αὐτοῦ πανταχοῦ οὖσαν: ὥστε ὅπου ἂν τεθῇ, ἐκεῖ εὑρίσκειν ψυχὴν οὖσαν, πρὶν αὐτὸ τεθῆναι ἐν μέρει παντὸς. καὶ τὸ ὅλον τοῦ παντὸς σῶμα τεθῆναι ἐν ψυχῇ οὔσῃ. ἀλλ' εἰ ἔστιν εἰς τοσοῦτον πρὶν τοσόνδε σῶμα ἐλθεῖν, πληροῦσα τὸ διάστημα πᾶν, πῶς οὐ μέγεθος ἕξει; ἢ τίς τρόπος ἂν εἴη τοῦ εἶναι ἐν τῷ παντὶ, πρὶν τὸ πᾶν γενέσθαι, τοῦ παντὸς οὐκ ὄντος; τό, τε ἀμε-
C ρῆ λεγομένην καὶ ἀμεγέθη εἶναι, πανταχοῦ εἶναι, μέγεθος οὐκ ἔχουσαν, πῶς ἄν τις παραδέξαιτο, καὶ εἰ τῷ σώματι λέγοιτο συνεκτείνεσθαι, μὴ σῶμα οὖσα, οὐδ' ὡς ἐκφεύγειν ποιεῖ τὴν ἀπορίαν, τῷ κατὰ συμβεβηκὸς τὸ μέγεθος αὐτῇ διδόναι. ὁμοίως γὰρ ἄν τις καὶ ἐνταῦθα ζητήσειεν εὐλόγως, ὅπως κατὰ συμβεβηκὸς μεγεθύνεται. οὐ γὰρ δὴ ὥσπερ ἡ ποιό-
D της γλυκύτης ἢ χρόα κατὰ πᾶν σῶμα, οὕτω καὶ ἡ ψυχή. τὰ μὲν γὰρ πάθη τῶν σωμάτων, ὥστε πᾶν τὸ πεπονθὸς ἔχειν τὸ πάθος, καὶ μηδὲν εἶναι ἐφ' ἑαυτοῦ σώματος ὄντι, καὶ γινωσκόμενον τότε. διὸ καὶ ἐξ ἀνάγκης, τοσοῦτον: τότε ἄλλου μέρους λευκὸν οὐχ' ὁμοπαθὲς τῷ ἄλλου: καὶ ἐπὶ τοῦ λευκοῦ, τὸ αὐτὸ μὲν εἴδει τὸ ἐπ' ἄλλου, πρὸς τὸ ἐπ' ἄλλου μέρος, οὐ μὴν ταὐτὸν* ἀριθμὸν. *ἀριθμῷ
ἐπὶ δὲ τῆς ψυχῆς τὸ αὐτὸ ἀριθμῷ, τὸ ἐν
E τῷ ποδὶ καὶ τῇ χειρὶ ὑπάρχει, ὡς δηλοῦσιν αἱ ἀντιλήψεις. καὶ ὅμως ἐν μὲν ταῖς ποιότησι, τὸ αὐτὸ μεμερισμένον θεωρεῖται:

ἐπὶ δὲ τῆς ψυχῆς τὸ αὐτὸ οὐ μεμερισμένον. οὕτω δὲ μεμερίσθαι λεγόμενον, ὅτι πανταχοῦ. λέγομεν οὖν ἐξ ἀρχῆς περὶ τούτων, εἴ πη ἡμῖν σαφὲς καὶ εὐπαράδεκτον γένοιτο, πῶς ἀσώματος καὶ ἀμεγέθης οὖσα, δύναται εἰς πλεῖστον ἰέναι, εἴ τε πρὸ τῶν σωμάτων, εἴτε ἐν τοῖς σώμασιν. τάχα δὲ εἰ φανείη καὶ πρὸ τῶν σωμάτων, τοῦτο δύνασθαι, ῥᾷον ἂν καὶ ἐπὶ τῶν σωμάτων παραδέξασθαι τὸ τοιοῦτον γένοιτο.

A tur: in anima verò idē, sed nō diuisum. Quod tamen propterea diuidi dicitur, quoniam vndequaque se fundit. Dicamus igitur de his iterum ab initio inuestigantes si qua ratione nobis perspicuè pateat, quomodo anima cùm incorporea sit expersq; magnitudinis, possit in plurimum propagari, siue ante corpora, siue in corporibus eatenus protendatur. Fortè enim si constiterit etiam ante corpora id fieri B posse, facilè admodum futurum est in corporibus quoque tale aliquid prorsus admittere.

Mundus intelligibilis, id est ens primum est uerum, uniuersum atque magnum, quoniam & cuncta entia est, & est in quolibet sui totum, nec est in uniuerso. Et quum dicitur ubiq; esse, est ipsum quod appellatur ubique. Mundus uerò sensibilis est uerè paruum, qui ubique constat ex paruis. Atque est in mundo superiore non tanquam in loco continente, nec tanquam in interuallo quodam uacuo, sed tanquam in efficiente, seruante, sistente, mouente, cōprehendente. Mundus hic ubiq; per quamlibet sui partem attingit illum totum, ideo non mouetur in rectum ad illum inueniēdum, sed circa illum ubique repertum reuoluitur in eodem. Cap. II.

ἜΣΤΙ δή, τὸ μὲν ἀληθινὸν πᾶν: τὸ δὲ τοῦ παντὸς μίμημα ἡ τοῦ δὲ τοῦ ὁρατοῦ φύσις· τὸ μὲν οὖν ὄντως πᾶν, ἐν οὐδενί ἐστιν· οὐδὲν γὰρ ἐστὶ πρὸ αὐτοῦ. ὃ δ' αὖ μετὰ τοῦτο ἦν, τοῦτο ἤδη ἀνάγκη ἐν τῷ παντὶ εἶναι εἴπερ ἔσται. καὶ μάλιστα ἐξ ἐκείνου ἠρτημένον, καὶ οὐ δυνάμενον ἄνευ ἐκείνου, οὔτε μένειν οὔτε κινεῖσθαι. καὶ γάρ, εἰ μὴ ὡς ἐν τόπῳ τίς τι θεῖτο τὸ τοιοῦτον τὸν τόπον νοῶν, ἢ πέρας σώματος τοῦ περιέχοντος καθὸ περιέχει, ἢ διαστήματι ὃ πρότερον ἦν τῆς φύσεως τοῦ κενοῦ, καὶ ἔτι ἐστίν, ἀλλὰ τῷ γε οἷον ἐρείδεσθαι ἐπ' αὐτοῦ καὶ ἀναπαύεσθαι πανταχοῦ ὄντος ἐκείνου, καὶ συνέχοντος, τὴν τοῦ ὀνόματος ἀφεὶς κατηγορείαν, τῇ διανοίᾳ τὸ λεγόμενον λαμβανέτω· τοῦτο δέ, ἄλλου χάριν εἴρηται. ὅτι τὸ πᾶν ἐκεῖνο καὶ πρῶτον καὶ ὄν, οὐ ζητεῖ τόπον οὐδ' ὅλως ἔν τινι. πᾶν δὴ τὸ πᾶν, οὐκ ἔστιν ὅπως ἀπολείπεται ἑαυτοῦ: ἀλλ' ἔστι πεπληρωκὸς ἑαυτὸ καὶ ὂν ἴσον ἑαυτῷ. * καὶ οὐ τὸ πᾶν ἐκεῖνο αὐτό. τὸ γὰρ πᾶν αὐτό ἐστιν: ὅλως τε, εἴ τι ἐν τῷ παντὶ ἱδρύθη, ἄλλο ὂν παρ' ἐκεῖνο, μεταλαμβάνει αὐτοῦ. καὶ συντυγχάνει αὐτῷ, καὶ ἰσχύει παρ' αὐτοῦ, οὐ μερίζον ἐκεῖνο: ἀλλ' εὑρίσκον αὐτὸ ἐν ἑαυτῷ, αὐτὸ προσελθὸν ἐκείνῳ, ἐκείνου οὐκ ἔξω ἑαυτοῦ γενομένου. οὐ γὰρ οἷόν τε ἐν τῷ μὴ ὄντι, τὸ ὂν εἶναι: ἀλλ' εἴπερ τὸ μὴ ὂν ἐν τῷ ὄντι: ὅλῳ οὖν ἐντυγχάνει τῷ ὄντι. οὐ γὰρ ἦν ἀποσπᾶσθαι αὐτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ, καὶ τὸ πανταχοῦ δὲ λέγεσθαι εἶναι, εἶναι αὐτὸ δηλονότι ἐν τῷ ὄντι, ὥστε ἐν ἑαυτῷ. καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν εἰ τὸ πανταχοῦ ἐν τῷ ὄντι, καὶ ἐν αὐτῷ. ἤδη γὰρ γίνεται τὸ πανταχοῦ ἐν ἑνί: ὑμεῖς δὲ τὸ ὂν ἐν αἰσθητῷ θέμενοι, καὶ τὸ πανταχοῦ ἐκεῖ τιθέμεθα. καὶ μέγα νομίζοντες τὸ αἰσθητόν, ἀποροῦμεν πῶς ἐν μεγάλῳ καὶ τοσούτῳ, ἐκείνη ἡ φύσις ἐκτείνεται. τὸ δέ ἐστι τοῦτο, τὸ λεγόμενον μέγα, μικρόν: ὃ δὲ νομίζεται μικρὸν ἐκεῖνο μέγα. εἴ γε ὅλον ἐπὶ πᾶν τὸ τοῦ μέρους

(margin: * ἐοῦ τὸ πᾶν ἆνο αὐτοῦ)

A EST vtique verum aliquod vniuersum: est etiam veri vniuersi illius imago, ipsa videlicet visibilis huius mundi natura. Ipsum igitur quod reuera vniuersum est, in nullo prorsus existit: nullum enim ens est ante ipsum. Quod autem post ipsum extat, hoc iam necessarium est in vniuerso esse, si modò aliquid sit futurum: præsertim cùm ex illo dependeat, neque absque illo manere valeat vel moueri. B Etenim si quis hoc in illo ponat, non tanquā in loco intelligens videlicet locum tanquam terminum quendam corporis continentis, quatenus contineat, vel interuallum aliquod quod prius hoc fuerit quasi de natura vacui, atque adhuc existat, sed affirmet hoc quasi in illo fundari atque quiescere: in illo inquam vbique existente, atq; id penitus comprehendente: quisquis inquam ita posuerit, nominis huius, id est loci appellationem iam dimittēs C ipsa cogitatione quod dicitur apprehendat. Hoc autē alterius gratia dictum est, quia videlicet vniuersum illud primūq; & ens neq; locū quærit, neque omnino quiescit in aliquo. Cū enim vndique penitus sit vniuersum, fieri nō potest, vt aliquo modo sibi ipsi desit, sed implet semetipsum, sibiq; est æquale: nec ibi illius est vniuersum, ipsum nanq; vniuersū illud prorsus existit. Omnino verò si quid in vniuerso fundatur, aliud existēs præter ipsum par- D ticipat illud, & cū ipso conspirat. Item corroboratur ab eo, nō diuidens ipsum, sed reperiens illud in seipso: & ipsum quidē illi propinquans, dū tamen illud nō ponitur extra seipsum. fieri nanq; non potest, vt ens sit in nō ente: verū si non ens in ente fuerit, in ens incidit totum. Non enim à seipso illud distrahi euellique poterat. Atqui quod dicitur vniuersum illud vbique esse, intelligendum est in ipso ente existere, atque ita in semetipso. Neque mi- E rum est, si ipsum quod vbiq; dicitur, est in ente atque in seipso. Iam enim ipsum vbique fit in vno. Nos autē ens ipsum esse sensibile hoc existimantes, consequenter ipsum quoq; vbiq; hìc esse putamus. Item putantes hoc sensibile magnū esse, haud ab re dubitamus, quomodo illa natura per magnum hoc tantumq; protendatur. Sed reuera hoc quod magnū dicitur, paruū est: quod autē paruū existimatur, est magnum: siquidem totum illud per vniuersum partis

vniuscuiusq; se fundit: imò verò vniuersum hoc vndiq; suis partibus ad vniuersum illud accedens inuenit illud vbique totum, seque proculdubio maius. Quamobrem quasi quod vlteriori protesione nihil plus accepturũ sit, sic enim fortè & extra vniuersum euadere videretur, meritò penes ipsum circuncurrere voluit: cùm verò non posset vel comprehendere, vel se intrò prorsus insinuare, satis sibi factum putauit, si locum & ordinem sortiretur, vbi proculdubio seruaretur ipsi præsenti propinquans, rursusq; non præsenti. Est enim illud in semetipso, etiam si quid ei velit adesse: quò sanè se conferens vniuersi corpus reperit vniuersum, adeò vt non sibi opus sit vlterius progredi, sed reuolui expediat in eodem, tanquam hoc in quo reuoluitur reuera sit vniuersum: vbi certè secundum omnem sui partem toto illo perfruitur. Si enim illud esset in loco, meritò progredi illuc rectaque via procedere expediret, atque in alia eius parte per aliam partem illud attingere, necessarióque tũ procul tum prope esse contingeret: sin autẽ neq; procul neque propè illic potest accidere, necessariũ est totũ illud adesse, si modò adsit. & profectò illorũ vnicuiq; totum adest, quibus neque propinquum est, neque remotum, sed propriè capere potentibus adest.

A φθάνει. μᾶλλον δὲ τοῦτο πανταχόθεν τοῖς αὐτοῦ μέρεσιν ἐπ' ἐκεῖνο ἰὸν, εὑρίσκει αὐτὸ πανταχοῦ πᾶν καὶ μεῖζον ἑαυτοῦ: ὅθεν ὡς οὐκ ἐν τῇ ἐκτάσει πλέον τι ληψόμενον. ἔξω γὰρ ἂν καὶ τοῦ παντὸς ἐγίνετο, περιθεῖν αὐτῷ ἐβουλήθη. οὔτε δὲ περιλαβεῖν δεδυναμένον, οὐδ' αὖ ἐντὸς γενέσθαι, ἠγάπησε τόπον ἔχειν. καὶ τάξιν οὗ σώζοιτο γειτονοῦν αὐτῷ, παρόντι καὶ οὐ παρόντι αὖ. ἔστι γὰρ ἐφ' ἑαυτοῦ ἐκεῖνο, κἄν τι αὐτῷ ἐθέλῃ παρεῖναι. B ὅπου δὴ συνιὸν τὸ σῶμα τοῦ παντὸς, εὑρίσκει τὸ πᾶν. ὥστε μηδὲν ἔτι δεῖσθαι τοῦ πόρρω, ἀλλὰ στρέφεσθαι ἐν τῷ αὐτῷ. ὡς παντὸς ὄντος * τόπου, οὗ[†] κατὰ πᾶν μέρος αὐτοῦ, ἀπολαύει ὅλου ἐκείνου. εἰ μὲν γὰρ ἐν τόπῳ ἦν ἐκεῖνο αὐτὸ, προσχωρεῖν τε ἔδει ἐκεῖ, καὶ εὐθυπορεῖν καὶ ἐν ἄλλῳ μέρει αὐτοῦ, ἄλλῳ μέρει ἐφάπτεσθαι ἐκείνου. καὶ εἶναι τὸ πόρρω καὶ ἐγγύθεν, ἀνάγκη ὅλον παρεῖναι C εἴπερ πάρεστι, καὶ ὅλως ἐστὶν ἐκείνων ἑκάστῳ. οἷς μήτε πόρρωθέν ἐστι, μήτε ἐγγύθεν, δυνατοῖς δὲ δέξασθαί ἐστιν.

[†] τούτου

Mundus intelligibilis excellentia potestatis uires suas per omnes partes mundi diffundit: & unicuiq; parti totus adest, interea supereminens. Cap. III.

Sicut omnibus participare potentibus uires communicat, ita uiribus suis ipse adest: atque ubi plures impartit uires euidentius adest: ubi omnes euidentissimè. Neque fit propria alicuius forma, uel loco proprio circunscribitur: alioquin nec ulterius uniuersum foret, nec omnibus communiter esset præsens. Corpus non in specie, sed in quantitate diuiditur: ideo facta diuisione etsi eadem nõ restat quantitas, eadem tamen species remanet: cùm uerò essentia, uita, mens prima, sit species quantitatis expers, si diuidatur secundum speciem, diuisa ipsam speciem permutabit.

NVM igitur vniuersum illud dicemus ipsum adesse? an ipsum quidem in seipso consistere? vires autem ab eo per cuncta diffundi atque ita illud vbique esse putari? sic enim animas tanquam iactus quosdam inde esse tradunt, adeò vt illud quidem in seipso quiescat: animas autem illinc emissas secũdum animal aliud aliudque euadere. Sed profectò quibus vnum aliquid illius conceditur, propterea quòd nequeant omnem illius naturam in se conseruare, ijs nimirum sic adesse dicitur, vt vis quædam adsit illius. Neque tamen ita vt illud omnino non adsit. Nam & tunc illud à sua illa potentia quam huic tradidit, minimè segregatur: sed quod accepit tantùm apprehendere potuit ex toto præsente. Vbi verò vires omnes communicantur, illud ipsum est euidentissimè præsens, sic tamen vt simul sit etiam separatum: nempe si huius rei species fieret, neque vniuersum esse posset, neque vbique esset in semetipso consistens, sed secundum accidens, & alterius esset. Quũ verò nullius sit etiam volentis ipsius esse, vnicuique ipsum volenti pro illius capacitate propinquat, neque tamẽ illius euadit, neq; rursus alterius, sed desiderio adest. neq; igitur mirandũ est sic in omnibus esse, quippe cũ in nullo rursus eorũ sic insit, ut euadat ipsorũ: quamobrẽ neq; fortè absurdũ est animã dicere secũdũ accidens, ita cũ corpore quodãmodo simul pati: si q̃dẽ ipsa in seipsa dicatur esse neq; materię neq; corporis facta: sed

A ἈΡ' οὖν αὐτὸ φήσομεν παρεῖναι, ἢ αὐτὸ μὲν ἐφ' ἑαυτοῦ εἶναι, δυνάμεις δὲ ἀπ' αὐτοῦ ἰέναι, ἐπὶ πάντα. καὶ οὕτως αὐτὸ πανταχοῦ λέγεσθαι εἶναι. οὕτω γὰρ τὰς ψυχὰς οἷον βολὰς εἶναι λέγουσιν. ὥστε αὐτὸ μὲν ἱδρύσθαι ἐν αὐτῷ. τὰς δὲ ἐκπεμφθείσας, κατ' ἄλλο καὶ κατ' ἄλλο ζῶον γίνεσθαι. ἢ ἐφ' ὧν μὲν τὸ ἓν, τῷ μὴ πᾶσαν τὴν φύσιν ἀποσώζειν τὴν οὖσαν ἐν αὐτῷ ἐκείνῳ, B ἐνταῦθα δύναμιν αὐτοῦ ᾧ πάρεστι παρεῖναι. οὐ μὴν, οὐδ' ὡς ἐκεῖνο μὴ ὅλως παρεῖναι. ἐπεὶ καὶ τότε, οὐκ ἀποτέτμηται ἐκεῖνο τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, ἣν ἔδωκεν ἐκείνῳ. ἀλλ' ὁ λαβὼν, τοσοῦτον ἐδυνήθη λαβεῖν, παντὸς παρόντος. οὗ δὲ πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτὸ σαφῶς πάρεστι χωριστὸν ὅμως ὄν. γενόμενον μὲν γὰρ τοῦδε εἶδος, ἀπέστη ἂν, τοῦ τε πᾶν εἶναι, τοῦ τε εἶναι ἐν αὐτῷ πανταχοῦ. κατὰ συμβεβηκὸς δὲ καὶ ἄλλου: μηδενὸς δὲ C ὄντος[*] τοῦ θέλοντος αὐτὴν[*] εἶναι, ᾧ ἂν αὐτὸ ἐθέλῃ, ὡς δύναται πελάζει, οὐ γενόμενον ἐκείνου:

[*] ὄντος
[*] αὐτοῦ

ἀλλ' ἐκείνου ἐφιεμένου αὐτοῦ, οὐδ' αὖ ἄλλου. θαυμαστὸν οὖν οὐδὲν οὕτως, ἐν πᾶσιν εἶναι. ὅτι αὖ, ἐν οὐδενί ἐστιν αὐτῶν οὕτως ὡς ἐκείνων εἶναι. διὸ καὶ τὸ κατὰ συμβεβηκὸς οὕτω λέγειν, * συμπαραθεῖν τῷ σώματι καὶ τὴν ψυχήν, οὐκ ἄτοπον ἴσως, εἰ αὐτὴ μὲν ἐφ' ἑαυτῆς λέγοιτο εἶναι οὐχ' ὕλης * γινομένης, οὐδὲ σώματος. τὸ δὲ σῶμα πᾶν, κατὰ πᾶν ἑαυτοῦ οἱονεὶ ἐλλάμποιτο. θαυμάζειν δὲ οὐ δεῖ, εἰ αὐτὸ μὴ ὂν ἐν τόπῳ, παντὶ τῷ ἐν τόπῳ ὄντι, πάρεστιν· ἦν γὰρ ἂν τοὐναντίου θαυμαστόν. καὶ ἀδύνατον πρὸς τῷ θαυμαστῷ, εἰ τόπον καὶ αὐτὸ ἔχον οἰκεῖον, παρῆν ἄλλῳ τῷ ἐν τόπῳ, ἢ ὅλως παρῆν. καὶ παρῆν οὕτως, ὥς τοι ἡμεῖς φαμέν. νῦν δέ φησιν ὁ λόγος, ὡς ἀνάγκη αὐτῷ τόπον οὐκ εἰληχότι ᾧ πάρεστι, τούτῳ ὅλον παρεῖναι, παντὶ δὲ παρόν, ὡς καὶ ἑκάστῳ ὅλον παρεῖναι, ἢ ἔσται αὐτοῦ τὸ μὲν ὡδί, τὸ δὲ ἄλλοθι. ὥστε μεριστὸν ἔσται, καὶ σῶμα ἔσται. πῶς γὰρ δεῖ καὶ μεριεῖς. ἆρά γε τὴν ζωὴν μεριεῖς; ἀλλ' εἰ τὸ πᾶν ἦν ζωή, τὸ μέρος ζωὴ οὐκ ἔσται· ἀλλὰ τὸν νοῦν, ἵν' ὁ μὲν ᾖ ἐν ἄλλῳ. ὁ δὲ ἐν ἄλλῳ; ἀλλ' οὐδέτερον αὐτῶν νοῦς ἔσται. ἀλλὰ τὸ ὂν αὐτοῦ; ἀλλὰ τὸ μέρος οὐκ ὂν ἔσται, εἰ τὸ ὅλον τὸ ὂν ὑπῆρχε. τί οὖν εἴ τις λέγοι καὶ τὸ σῶμα μεριζόμενον. καὶ τὰ μέρη ἔχει σώματα ὄντα. ἢ ὁ μερισμὸς ἦν οὐ σώματος, ἀλλὰ τοσοῦδε σώματος. καὶ σῶμα ἕκαστον ἐλέγετο τῷ εἴδει καθὸ σῶμα. τοῦτο δὲ οὐκ εἶχε τοσὸν δέ τι, ἀλλ' οὐδ' ὁπωσοῦν τοσόνδε.

A sed corpus omne per vniuersum sui velut illustretur ab anima. Nihil verò mirandum videri debet, si vniuersum illud diuinum, cum ipsum non sit in loco, adest omni quod est in loco: cōtrà verò & mirabile & insuper impossibile foret, si illud habens ipsum quoque locum proprium adesset alicui quod sit in loco, aut si adesset omnino, atque esset ita præsens, sicut nos in præsentia dicimus. Nunc au B tem ratio dictat necessarium esse, vt ipsum cū non habeat locum cuicunque præsens est adesse totum: cumq; sit vniuerso pręsens, sic adesse, vt & singulis adsit totum: alioquin aliud quidem ipsius hic, aliud autem ibi futurum, adeò vt & partibile sit & corpus. Iam verò interrogare licet, quomodo partiaris. Nunquid vitam diuides? At vbi diuiseris, si totum erat vita, pars vita non erit. Sed nunquid diuides intellectum, vt hic quidem in alio, ille autem C in alio sit? Verùm neuter illorum intellectus erit. An igitur ipsius ens partieris? At verò pars ita non erit ens, si totū ens extiterit. Quid ergo? si quis obiecerit & corpus diuisum habere partes, quæ adhuc ipsæ quoque sint corpora: sed profectò partitio non corporis fuit, sed tanti corporis potius: & corpus vnumquodq; specie factū est & dictum qua corpus existit. Hoc autē præcipuè quo ad speciē pertinet, nō habet propriè quantū quiddam, imò D neq; etiam quomodocunque quantum.

Vna essentia prima, id est mens diuina ubique tota est, similiter una mundi anima: nec multitudo partiū mundanarum impedit, quo minus una sit ubique tota: nec unitas primæ mentis & animæ prohibet quin multæ præterea mentes sint & animæ. Cap. IIII.

Nec per multa corporis eiusdem membra anima cogitur esse multiplex & partibilis: nec per multa corpora euadunt animæ multæ: sunt enim & mentes & animæ suis proprietatibus in seipsis inter se differentes, etiam aute corpora: suntq; in se inuicem naturali quadā cognatione & officij cōmunione coniunctæ, & interea alteritate proprietatis essentiæq; distinctæ, non loco.

ΠΩΣ οὖν τὸ ὂν καὶ τὰ ὄντα, καὶ νοῦς πολλούς, καὶ ψυχὰς πολλάς; εἰ τὸ ὂν πανταχοῦ ἕν, καὶ μὴ ὡς ὁμοειδές, καὶ νοῦς εἷς, καὶ ψυχὴ μία. καίτοι ἄλλην μὲν τοῦ παντός, τὰς δὲ ἄλλας. ταῦτά τε γὰρ ἀντιμαρτυρεῖν δοκεῖ, καὶ τὰ εἰρημένα, εἴ τινα ἀνάγκην, ἀλλ' οὐ πειθώ γε ἔχει· ἀπίθανον νομιζούσης τῆς ψυχῆς, τὸ ἓν οὕτω πανταχοῦ ταὐτὸν εἶναι. βέλτιον γὰρ ἴσως μερίσαντα τὸ ὅλον, ὡς μηδὲν ἐλαττοῦσθαι, ἀφ' οὗ ὁ μερισμὸς γεγένηται. ἢ καὶ γεννήσαντα ἀπ' αὐτοῦ, ἵνα δὴ βελτίοσι χρώμεθα ὀνόμασιν, οὕτω τὸ μὲν ἐᾶσαι ἐξ αὐτοῦ εἶναι. τάδ' οἷον μέρη γενόμενα, ψυχὰς συμπληροῦν ἤδη τὰ πάντα. ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν τὸ ὂν * ἐξ αὐτοῦ, ὅτι παράδοξον εἶναι δοκεῖ, τὸ ἅμα ὅλον τι πανταχοῦ παρεῖναι, ὁ αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ τῶν ψυχῶν ἔσται. * ἐν οἷς γὰρ λέγονται σώμασιν ὅλαι ἐν ὅλοις εἶναι, οὐκ ἔσονται. ἀλλ' ἢ μερισθήσονται, ἢ μένουσαι, ὅλαι που τοῦ σώματος δύναμιν αὐτῶν δώσουσιν. ἐφ' ὧν καὶ τῶν δυνάμεων, ἡ αὐτὴ ἀπορία ἔσται, ἡ ὅλου πανταχοῦ. καὶ ἔτι, τὸ μέν τι ψυχὴν ἕξει τοῦ σώματος· τὸ δὲ δύναμιν μόνον, ἀλλὰ πῶς

[margin: *συμπαθεῖν; *γενομένη; *ἐφ' ἑαυτοῦ; *ἐν οἷς γὰρ …νονται]

A CÆTERVM quonā pacto fas est dicere ens atque entia, & multas mentes, animasque multas? Si ens vbique vnum est, neque sic vnum quasi duntaxat conforme nonnihil: item si mens vna, si anima vna: tametsi acceperimus aliam esse animam vniuersi, alias autem reliquas. Hæc enim iam dictis refragari videtur: & quæ dicta sunt, si quam fortè necessitatem habēt, persuasionem tamen non afferūt, quippe cū animus incredibile putet, vnum ita vbique totum idem esse. Fortè igitur præstat vnum illud totum partiri, adeò tamen vt id ipsum ex quo partitio fit, nihil inde cōminuatur: aut potius ab illo, vt rectius loquamur, aliqua generare, atq; illud quidē permittere vt in seipso cōsistat: q verò velut partes in de gignūtur, esse animas omnia iā cōplētes existimare. Verùm si illud ens iccirco in se cōquiescit, ex eo ꝓpriè quòd incredibile videatur vnū aliquod totū esse simul vbiq;, eadē ꝓfectò C ratio circa animas similiter dubitabit. Hę nāq; in quibus corporibus totę esse dicūtur in totis, iā ita non erūt: sed aut diuidentur, aut si totæ permaneant, in quadā corporis parte sic propriè cōquiescent, atque inde uires suas per mēbra diffundent. Iāq; eadē & de viribus quæ & de anima ambiguitas orietur, nūquid vis ipsa vbiq; sit tota. Præterea aliud quidē corporis mēbrū habebit animā, aliud verò uim solā. Sed in primis inuestigādum est quo nam modo con-

ceſsis ſuperioribus multæ ſint animæ, multæ mentes, multa entia præter vnum. Iam verò quæ ex prioribus profluunt, ſic tamen vt non magnitudines ſint, ſed numeri, dubitationem ſimiliter afferent, quonam pacto impleant vniuerſum. nihil itaque nobis ex multitudine ſic profluente perſpicuè compertum eſt ad dubitionem conferens explicandam. Quando quidem & ipſum ens eſſe multa concedimus alteritate quadam, ſed non loco. Simul enim eſt ens vniuerſum, quamuis ita ſit multiplex: nempe, vt Parmenides ait, ens enti propinquat, ac ſimul eſt vniuerſum. Quinetiam intellectus eſt multiplex alteritate, non loco, ſed ſimul eſt omnis. Nunquid & animæ ita ſe habent? Forſan & animæ. Quoniam illud etiam quod circa corpora partibile dicitur, impartibile rurſus ſecundum naturam eſſe cenſetur: corpora verò habētia magnitudinem præſente videlicet illis ac ipſius animæ natura: imò verò cum corpora ibi fiant, & quatenus protenduntur ſecundum omnem partem natura illa animę ipſius appareat, quæ circa corpora verſatur, ſic vtique circa illa animam exiſtimari contingit diuiſibilem. Nam non eſſe illá in partes vnà cum partibus corporis diſtributam, ſed paſsim adeſſe totam inde perſpicuè nobis patet, quòd & naturam vnum aliquid & impartibile reuera eſſe ſit compertum. Neque igitur ex eo quòd anima vna ſit, tollitur eſſe multas: quemadmodum neq; ens vnum eſſe entia prohibet, neque multitudo illic vni repugnat: neque per multitudinem quádam vita implere corpora neceſſarium eſt: neque propter corporis magnitudinem exiſtimandum eſt fieri multitudinem animarum, ſed etiam ante corpora extare multas & vnà. In ipſo nanque toto iam multę conſiſtũt, non in potentia quidem, ſed in actu iam quælibet. Vna enim illa tota nihil prohibet in ſe multas exiſtere: multæque viciſsim vnam nihil impediunt. Diſtant enim inter ſe interim non diſtantes, adſuntque ſibi inuicem non alienæ. Non enim terminis vllis inter ſe ſeparantur: quemadmodum neque ſcientiæ multæ in vna quadam anima congregatæ: ſed eſt vna ipſa talis, vt in ſe cõtineat omnes. Ita prorſus eiuſmodi natura eſt infinita.

A ψυχαὶ πολλαί, καὶ νοῖ πολλοὶ, καὶ τὸ ὂν καὶ τὰ ὄντα. καὶ δὴ καὶ προϊόντα ἐκ τῶν προτέρων ἀριθμοὶ ὄντα, ἀλλ' οὐ μεγέθη, ὁμοίως ἀπορίαν παρέξουσι, πῶς πληροῦσι τὸ πᾶν. οὐδὲν οὖν ἡμῖν παρὰ τοῦ πλήθους οὕτω προϊόντος, ἐξεύρηται εἰς εὐπορίαν, ἐπεὶ καὶ τὸ ὄν, πολλὰ συγχωροῦμεν εἶναι, ἑτερότητι, οὐ τόπῳ. ὁμοῦ γὰρ τὸ ὄν, καὶ πολὺ οὕτως ἤ, ἐόν γὰρ ἐόντι πελάζει, καὶ πᾶν
B ὁμοῦ. καὶ νοῦς πολὺς, ἑτερότητι οὐ τόπῳ. ὁμοῦ δὲ πᾶς. ἆρ' οὖν καὶ ψυχαί; ἢ καὶ ψυχαί. ἐπεὶ καὶ τὸ περὶ τὰ σώματα μεριστὸν, λέγεται ἀμερὲς εἶναι τὴν φύσιν, τὰ δὲ σώματα μέγεθος ἔχοντα, ταύτης τῆς ψυχῆς, φύσεως αὐτοῖς παρούσης. μᾶλλον δὲ τῶν σωμάτων ἐκεῖ γινομένων, ὅσον ἐστὶ μεμερισμένα κατὰ πᾶν μέρος ἐκείνης
C * ἐμφανταζομένης τῆς φύσεως περὶ τὰ σώματα, οὕτως ἐνομίσθη εἶναι μεριστή. ἐπεὶ, ὅτι οὐ συνδιείληπται τοῖς μέρεσιν. ἀλλ' ὅλη πανταχοῦ, φανερὸν ποιεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ ἀμέριστον ὄντως τῆς φύσεως. οὔτ' οὖν τὸ, μίαν εἶναι τὰς πολλὰς ἀναιρεῖ. ὥσπερ οὐδὲ τὸ ὂν τὰ ὄντα, οὔτε μάχεται τὸ πλῆθος ἐκεῖ τῷ ἑνί. οὔτε τῷ πλήθει,
D συμπληροῦν δεῖ ζωῆς τὰ σώματα, οὔτω διὰ τὸ μέγεθος τοῦ σώματος, δεῖ νομίζειν ὁ πλῆθος τῶν ψυχῶν γίνεσθαι. ἀλλὰ πρὸ τῶν σωμάτων εἶναι, καὶ πολλὰς καὶ μίαν. ἐν γὰρ τῷ ὅλῳ αἱ πολλαὶ ἤδη, οὐ δυνάμει, ἀλλ' ἐν ἐνεργείᾳ ἑκάστη. οὔτε γὰρ ἡ μία ἡ ὅλη, κωλύει τὰς πολλὰς ἐν αὐτῇ εἶναι, οὔτω αἱ πολλαὶ τὴν μίαν. διέστησαν γὰρ, οὐ διεστῶσαι. καὶ πάρεισιν ἀλλήλαις, οὐκ ἀλλοτριω-
E θεῖσαι. οὐ γὰρ πέρασιν εἰσὶ διωρισμέναι. ὥσπερ δὲ ἐπιστῆμαι, αἱ πολλαὶ ἐν ψυχῇ μιᾷ. καὶ ἔστιν ἡ μία τοιαύτη, ὥς τε ἔχειν ἐν ἑαυτῇ πάσας. οὕτως ἐστὶν ἄπειρος ἡ τοιαύτη φύσις.

Anima mundi ſicut & mens eſt indiuidua ſimul & uniuerſum, ideo in mundo eſt ubique tota. Cap. V.

Anima quũ non habeat quantitatem, non eſt minor uel maior quantitate quàm mundus, ſed uirtute, quam nec totam mundus capit. Eadem uerò anima grandiori quæ & minori ſufficit corpori propter potentiæ magnitudinem.

PROINDE naturæ huius magnitudo non eſt ſecundum molem exiſtimanda: moles enim paruum quiddam eſt, caſurum verſus nihilum, ſi quis inde detraxerit. At ex illa natura neque fas eſt detrahere, neque ſi fortè ſub traxeris, vllo modo deficiet. Quod ſi nequaquam deficiat, non eſt metuendum, ne vſquá abſit ab vllo. Quo. n. modo abſit ab aliquo, cum nullum patiatur defectum, ſed ſempiterna natura ſit non fluens? alioquin ſi fluxerit, eouſque procedet, quouſq; profluere poſsit. Cùm vero minimè fluat, neque enim quò fluat habet, totum iam penitus comprehendit. Imò verò ipſa eſt vniuerſum, maiuſque aliquid eſt, quàm ut ſecundum corporeæ naturæ magnitudinem ęſtimetur. Paruum enim quiddá ritè cenſetur huic uniuerſo tribuere: quatenus videlicet hoc illius ferre valet. Oportet autem vniuerſũm illud ſupernũ neque minus appellare, neque minus ipſũ ſecundũ molẽ ponere,

A ΚΑῚ τὸ μέγα αὐτῆς οὕτω ληπτέον, οὐκ ἐν ὄγκῳ. τοῦτο γὰρ μικρόν ἐστιν, εἰς τὸ μηδὲν ἰὸν, εἴ τις ἀφαιροῖ. ἐκεῖ δὲ, οὐδὲ ἀφελεῖν ἐστιν, οὐδ' εἰ ἀφαιρεῖς, ἐπιλείψει. εἰ δὴ οὐκ, ἐπιλείψει. τί δεῖ δεδιέναι, μή τινος ἀποστῇ. πῶς γὰρ ἀποστατεῖ, οὐκ ἐπιλείπουσα, ἀλλ' ἀένναος οὖσα φύσις, οὐ ῥέουσα. ῥέουσα μὲν γὰρ ἐπὶ τοσοῦτον ἔρχεται, ἐφ' ὅσον ῥεῖν δύναται. μὴ ῥέουσα δὲ, οὐδὲ γὰρ αὖ, οὐδ' ὅπου ῥυήσοιεν ἔχει, ὃ γὰρ πᾶν, κατείληφε
B μᾶλλον δὲ αὐτή ἐστι τὸ πᾶν, καὶ μεῖζόν τι οὖσα ἢ κατὰ σώματος φύσιν. ὀλίγον γὰρ εἰκότως νομίζοιτο τῷ παντὶ διδόναι, ὅσον δύναται τοῦτο αὐτοῦ φέρειν. δεῖ δὲ ἐκεῖνο μήτε ἔλαττον λέγειν, μὴ δὲ τιθέμενον ἔλαττον τῷ ὄγκῳ,

ne

ἀπιστεῖν ἤδη, ὡς οὐ δυνατὸν ἐπὶ τὸ μεῖζον αὐτοῦ ἰέναι τὸ ἔλαττον. οὔτε γὰρ τὸ ἔλαττον* κατηγορητόν. οὐ δὲ παραθετέον ὄγκον, πρὸς ὄγκον ἐν μετρήσει. ὅμοιον γάρ, ὡς εἴ τις ἰατρικὴν λέγοι ἐλάττω εἶναι, τοῦ σώματος τοῦ ἰατροῦ. οὐδ' αὖ οὕτω μεῖζον νομιστέον τῇ ποσοῦ μετρήσει ἐπεὶ, οὐδ' ἐπὶ τῆς ψυχῆς· οὕτω τὸ μέγα καὶ τὸ μεῖζον τοῦ σώματος. μαρτυρεῖ δὲ τῷ μεγάλῳ τῆς ψυχῆς, καὶ τὸ μείζονος τοῦ ὄγκου γενομένου φθάνειν ἐπὶ πᾶν αὐτοῦ τὴν αὐτὴν ψυχήν, * ἣ ἐπὶ ἐλάττονος ὄγκου ἦν· γελοῖον γὰρ πολλαχῇ, εἴ τις προσθείη καὶ τῇ ψυχῇ ὄγκον.

[margin: *κατηγορητόν. *ἢ]

A ne fortè diffidere compellaris, illud tanquam minus poſſe per totum illud quod eo ſit maius amplificari. Neque enim hoc ipſum quod minus dicitur, de illo prædicandũ eſt, neque in ipſa menſura adhibenda eſt, vel comparanda moles ad molem. Id nanque perinde ſe haberet, ac ſi quis medicinæ dixerit diſciplinam ipſius medici corpore eſſe minorem. Neque rurſus maius illud cenſendum eſt ſecundum menſuram aliquam quantitatis, quando ne- D que in anima ſic animæ magnitudo cenſetur corpore maior. Magnitudinem verò animæ hinc licet potiſsimum coniectare, quòd quando moles ipſa ſit maior, anima eadem per totá illam vndique ſe diffundit, quæ prius erat in mole minore. Ridiculũ namq; plurimũ eſt futurum, ſi quis molem animæ etiam adhibuerit.

Quæſtiones de anima mundana & noſtra. Cap. *V I.*

Quærit ita: Si anima tantam habet magnitudinem uirtutis, quantam modò dicebamus, cur non accidit etiam uiuificando ad quodlibet corpus appoſitum. Reſpõdet eam poſſe, modò corpus accedat ad eam, id eſt conformitate formabili. Item dubitat ita: Si anima mundi occupat totum, nunquid corpus propria anima animatum habet ſimul ſuã atq; cõmunem? Et ſubdubitat quærendo, quomodo differant ibi hæ duæ animæ. Et reſpondet per adiunctiones differre, quia quãuis hæc & illa ſit anima, tamen hæc eſt anima eiuſmodi, illa illiuſmodi. Deinde confirmat animam mundi poſſe in corporibus remotis eandem eſſe totam, quia & in nobis anima noſtra cadem ſimul tota in pede eſt & manu. Et ſubiungit differentes ſenſus & paſsiones non obſtare, quo minus in homine ſit una anima, & in mundo una: quia uidelicet in homine quouis unus eſt iudex, ſic & in anima mundi. Deinde interrogat, cum duæ ſint in nobis animæ, altera communis, altera propria, cur anima noſtra non percipit iudicium animæ mundi? Reſpondet: Quia ex iudicio illo non reſultat in nobis compaſsio. Præterea neque eadem uis animæ ſemper quæ iudicat, animaduertit ſe iudicare, neque uis qualibet in eadem anima cõmunicat alteri ſuum iudicium: ideo non eſt mirum, ſi nec uis animæ noſtræ perſentit iudicium communis animæ, neque illa noſtræ communciat ſuum: ſed ratio in nobis animaduertit iudicia inferiorum in nobis uirium, & ratio in anima communi animaduertit ſimiliter ſuarum iudicia. Ratio quidẽ noſtra occupata eſt, & diſtracta circa ſenſibilia: ratio uerò communis animæ collecta circa intelligibilia: ideo cùm circa oppoſita conuertantur, non communicatur iudicium ab altera in alteram facilè. Mitto nunc quomodo per communem animam ſit in nobis cõmunio quædam uitæ & conſenſus & compaſsionis tũ inter nos, tum ad mundana & cœleſtia, in qua unione conſiſtit uis attractionis & magicæ. Tu caue ne putes Plotinum ponere unam tantùm in cunctis animam. Hoc enim illi repugnat ubique.

A ΤΙ οὖν οὐκ ἐπ' ἄλλο σῶμα ἔρχεται, ἢ ὅτι ἐκεῖνο δεῖ,* εἰ δύναιτο προσελθεῖν, τὸ δὲ προσεληλυθὸς καὶ δεξάμενον, ἔχει. τί οὖν τὸ ἄλλο σῶμα, τὴν αὐτὴν ψυχὴν ἔχει, ἔχον καὶ αὐτὸ ἣν ἔχει ψυχήν; τί γὰρ διαφέρει, ἢ καὶ ταῖς προσθήκαις. εἶτα πῶς ἐν ποδὶ καὶ χειρὶ τὴν αὐτήν: τὴν δὲ ἐν τῷδε τῷ μέρει τοῦ παντὸς, οὐ τὴν αὐτὴν τῇ ἐν τῷδε. εἰ δὲ αἱ αἰσθήσεις διάφοροι, καὶ τὰ πάθη τὰ συμπίπτοντα διάφορα λεκτέον, εἶναι. ἀλλὰ οὖν ἐστὶ τὰ κρινόμενα, οὐ τὸ κρῖνον. ὁ δὲ κρίνων ὁ αὐτὸς δικαστὴς, ἐν ἄλλοις καὶ ἐν ἄλλοις πάθεσι γινόμενος. καίτοι οὐχ ὁ πάσχων αὐτός. ἀλλ' ἡ τοῦ τοιοῦδε σώματος φύσις, καὶ εἰ ἐστὶν οἷον, εἰ αὐτὸς ἡμῶν καὶ ἡδονὴν κρίνει τὴν περὶ τὸν δάκτυλον, καὶ ἀλγηδόνα, τὴν περὶ τὴν κεφαλήν. διατί οὖν οὐ συναισθάνεται ἡ ἑτέρα, τὸ τῆς ἑτέρας κρῖμα, ἢ ὅτι κρίσις ἐστὶν, ἀλλ' οὐ πάθος. εἶτα οὐδ' αὐτὴ ἡ κρίνασα, κέκρικα λέγει, ἀλλ' ἔκρινα μόνον· ἐπεὶ οὐδὲ παρ' ἡμῖν ἡ ὄψις, τῇ ἀκοῇ λέγει· καίτοι ἔκρινον ἄμφω. ἀλλὰ ὁ λογισμὸς, ἐπ' ἀμφοῖν. τοῦτο δὲ ἕτερον ἀμφοῖν. πολλαχῇ δὲ καὶ ὁ λογισμὸς εἶδε, τὸ ἐν ἑτέρῳ κρῖμα. καὶ σύνεσιν ἔσχεν ἑτέρου πάθους. εἴρηται δὲ περὶ τούτου, καὶ ἐν ἄλλοις.

[margin: *ἀδύναται]

A QVID ergo nõ aliud corpꝰ accedit? Forſã verò corpus illud ſi modò poſsit, oportet accedere: accedens aũt accipit inde, & poſsidet quod accepit. Quid igitur? Corpus aliud animã ne habet eandẽ, poſsidens videlicet interim ipſum quoq; ſuam quam habet animam? Quid enim differt? Profectò adiunctionibus differt. Præterea quomodo in pede manuq; eandem ponimus animam, animam verò quę B eſt in hac vniuerſi parte, non affirmamus eandẽ cum anima illa, quæ ſit in alia eiuſdem parte? Sin autẽ ſenſus differentes ſunt, paſsiones etiã incidentes eſſe differentes exiſtimandũ. Alia igitur ſunt quæ iudicãtur, iudicans verò non aliud: nempe iudex idem in alijs & alijs iudicat paſsionibus, quamuis patiens non ſit idem ipſe qui iudicat. Sed hæc potius corporis talis natura. Idq; perinde ſe habet, velut ſi quis noſtrûm & voluptatẽ iudicet, quæ ſit cir- C ca digitum, & dolorem qui circa caput. Cur nam igitur altera iudicium alterius non perſentit? Forſan quia iudicium illud eſt, nõ paſsio. Præterea neque vis ipſa, quę iudicat dicit, iam iudicaui, ſed iudicauit tantũ: quoniam neq; apud nos quidẽ viſus auditui nunciat, quamuis vterq; iã iudicarit, ſed præſidens vtriſq; ratio: hęc aũt eſt ab vtriſq; diuerſa. Sæpe verò & ratio, quod in alio iudicium eſt cognouit, alteriúſque paſsionem animaduertit. Verùm de hoc alibi quoque diximus.

Multitudo numerorum ab uno, & linearum à centro fluentium non prohibent quo minus uel unum illud uel centrum hoc impartibile ſit & unicum. Similiter anima non cogitur diuiſibilis fieri, aut multiplex propter diuerſa membra uel corpora. Imò ſicut uirtus rectrix tota eſt in qualibet parte ponderis, ac lumen idem indiuiſibile totũ in qualibet parte aeris, ſic & anima. Cap. VII.

SED dicamus iterum quomodo idem per omnia ſit: id autem ſimile eſt, ac ſi quæramus qua conditione vnumquodque multorum ſenſibilium ſparſim vndequaq; diſpoſitorum, eiuſdem naturæ ſit particeps. Profectò cõſtat nefas eſſe vnum ipſum propter rerum multitudinem in multa partiri, ſed decere potius multa diuiſa in vnũ ritè colligere: quod quidem ad hæc non venerit. Sed hęc quia diſiecta ſunt, opinari nos cõpulerunt, illud quoq; ſecundũ hæc quodá modo eſſe diſiectũ: velut ſiquis id quod ſuperat, atq; continet, vnà cũ eo quod continetur, in partes æquales putauerit diuidendum. Tametſi continere quidẽ poteſt manus corpus totum lignumq; multicubitũ, & quoduis aliud. Vbi ꝓfectò vis ipſa quæ continet in eo quod tenetur, vbique viget, neq; tamen diuiditur in partes æquales ſimul cum eo quod manu tenetur: quamuis appareat quatenus manus attingit, eatenus eſſe potentiam circunſcriptam. At manus interim ſua quadá quantitate deſcribitur, non quantitate corporis quod ſuſpẽditur & tenetur: atqui ſi adiunxeris ſuſpenſo corpori aliá longitudinẽ, manusq; illam valeat ſubſtinere, vis ipſa regendi illud quoque reget, non ſecta videlicet in partes totidem, quot habet & corpus. Quid ergo? ſi quis finxerit corpoream manus molem clam è medio ſurripi: ſed relinquat interea vim illic eandem quę pondus ante ſuſtinebat, eratq; prius in manu, nonne vis eadem impartibilis in toto ſimiliter pondere per quamlibet erit partem? Præterea ſi exiguũ quoddá lucidumq; corpuſculum pro centro alicubi fixeris, eiq; maius aliquod corpus ſphęricum & perſpicuũ circunpoſueris: adeò vt intimi corpoſculi lumen in toto circundante perluceat, vbi non ſit aliunde terra externæ moli, nonnè intimũ lumen illud dicemus, dum nihil patitur, ſed permanet per totam molẽ extrinſecá proceſsiſſe? atq; lumẽ ibi in corpuſculo paruo conſpicuũ, inde totũ quod circunſtat penitus comprehẽdiſſe. Quoniam verò non ex ipſa corporea mole illius centri lumen ipſum extabat, non enim qua corpus eſt poſsidebat lumen, ſed qua corpus lucidum, per virtutẽ videlicet aliam incorporeá. Dic agè, ſiquis corporis illius molem ſubtraxerit, vim verò luminis ibi ſeruauerit, nunquid vlterius dicturus ſis alicubi propriè lumen eſſe? Nonne potius erit æquè & intus, & per ſphærá totam exteriorem? neq; amplius cogitationẽ figes vbi erát antea poſitum, neq; dices vlterius vel vnde, vel vbi ſit lumẽ: ſed de hoc eris ambiguꝰ ac prorſus admirabũdus: ſimul aũt & hîc & ibi per globũ lumẽ idẽ inſpicies. Iá verò & circa ſolẽ potes dicere vnde potiſsimũ lumẽ totũ aerẽ circũluſtrat, q̃do videlicet in corpꝰ ſolis aciẽ dirigis, ſimulq; lumẽ idẽ vbiq; circũſpicis neq; diuiſũ. Id verò teſtátur ipſę q̃ ex lumine fiũt deciſiões q̃dá: q̃ ꝓfectò nõ alibi lũmẽ reddũt, q̃ è regiõe unde lumẽ effluxerat, neq; lumẽ ſecát, neq; cõminuũt.

A ἈΛΛΑ' πάλιν λέγομεν πῶς ἐπὶ πάντα ἐστὶ τὸ αὐτό. τοῦτο δέ, ταὐτόν ἐστι, πῶς ἕκαστον τῶν πολλῶν τῶν αἰσθητῶν, οὐκ ἄμοιρον τοῦ αὐτοῦ πολλαχῇ κείμενον. οὐ γὰρ ἐκεῖνο ὀρθῶς ἔχει ἐκ τῶν εἰρημένων, μερίζειν εἰς τὰ πολλά. ἀλλὰ τὰ πολλὰ μεμερισμένα, εἰς τὸ ἓν μᾶλλον ἀνάγειν. κἀκεῖνο οὐκ ἐληλυθέναι πρὸς ταῦτα. ἀλλὰ ταῦτα ὅτι διέρριπται, * παρεσχηκέναι *περιεσχηκέναι
B δόξαν ἡμῖν κατὰ ταῦτα. κἀκεῖνο διειλῆφθαι, καὶ οἷον εἴ τις τὸ κρατοῦν καὶ συνέχον, εἰς ἴσα τῷ κρατουμένῳ διαιροῖ. καί τοι κρατεῖν ἄν, καὶ χεὶρ σῶμα ὅλον, καὶ ξύλον πολύπηχυ, καὶ ἄλλο τι. καὶ ἐπὶ πᾶν μὲν τὸ κρατοῦν. οὐ διείληπται δὲ ὅμως, εἰς ἴσα τῷ κρατουμένῳ ἐν τῇ χειρί, καθόσον ἐφάπτεται, εἰς τοσοῦτον περιγραφομένης ὡς δοκεῖ τῆς δυνάμεως, ἀλλ' ὅμως τῆς χειρὸς ὁριζομένης τῷ αὐτῆς ποσῷ, οὐ τῷ τοῦ αἰωρουμέ-
C νου καὶ κρατουμένου σώματος. καὶ εἰ προσθείης δὲ τῷ κρατουμένῳ σώματι μῆκος ἄλλο, καὶ δύναιτο ἡ χεὶρ φέρειν, ἡ δύναμις κἀκεῖνο κρατεῖ, οὐ διαληφθεῖσα εἰς τοσαῦτα μέρη, ὅσα τὸ σῶμα ἔχει. τί οὖν εἴ τις τὸν ὄγκον τὸν σωματικὸν τῆς χειρὸς ὑποθεῖτο ἀφῃρῆσθαι, καταλίποι τὴν δύναμιν τὴν αὐτὴν ἀνέχουσαν. καὶ πρότερον αὐτό, τὴν πρόσθεν ἐν τῇ χειρὶ οὖσαν.
D ἆρ' οὐκ αὖ ἡ αὐτὴ ἀμέριστος οὖσα ἐν παντί, ὡσαύτως κατὰ πᾶν μέρος εἴη; εἰ δὲ δὴ φωτεινὸν μικρὸν ὄγκον οἷον κέντρον ποιησάμενος, μεῖζόν τι περιθείης σφαιρικὸν σῶμα διαφανές. ὥστε τὸ φῶς τοῦ ἔνδον ἐν παντὶ τῷ περιέχοντι φαίνειν, οὐκ οὔσης ἄλλοθεν αὐγῆς τῷ ἔξωθεν. ὄγκῳ ἆρ' οὐ κἀκεῖνο τὸ ἔνδον φήσομεν αὐτὸ μηδὲν παθεῖν, ἀλλὰ μένον ἐπὶ πάντα
E τὸν ἔξωθεν ὄγκον ἐληλυθέναι, καὶ τῷ ἐκεῖ ἐνορώμενον ἐν τῷ μικρῷ ὄγκῳ φῶς κατειληφέναι τὸ ἔξω; ἐπειδὴ τοίνυν οὐ παρὰ τοῦ ὄγκου τοῦ σωματικοῦ τοῦ μικροῦ ἐκείνου ἦν τὸ φῶς, οὐ γὰρ ᾗ σῶμα ἦν εἶχε τὸ φῶς, ἀλλ' ᾗ φωτεινὸν σῶμα ἑτέρᾳ δυνάμει, οὐ σωματικῇ οὔσῃ. φέρε εἴ τις τὸν ὄγκον τοῦ σώματος ὑφέλοι, τηροῖ δὲ τὴν τοῦ φωτὸς δύναμιν. ἆρ' ἂν * εἴ τι εἴποις τοῦ *ἔτι εἶναι τὸ φῶς. ἢ ἐπίσης ἂν εἴη καθόλου τὴν
F ἔξω σφαῖραν; οὐκ ἔτι δὲ οὐδ' ἀπερείσει τῇ διανοίᾳ, ὅπου πρότερον ἦν κείμενον. καὶ οὔτε ἔτι ἐρεῖς ὅθεν, οὔτε ὅπῃ· ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου, ἄπορος ἔσῃ, ἐν θαύματι ποιούμενος. ἅμα δὲ ὧδὶ τοῦ σφαιρικοῦ σώματος ἀτενίσας, εἴσῃ τὸ φῶς· καὶ ὧδὶ αὐτός· ἐπεὶ καὶ ἐπὶ τοῦ ἡλίου, ἔχεις μὲν εἰπεῖν, ὅθεν τὸ φῶς ἐπιλάμπει κατὰ πάντα τὸν ἀέρα, εἰς τὸ σῶμα τοῦ ἡλίου βλέπων, τὸ δὲ αὐτὸ ὅ-
G μως ὁρᾷς φῶς πανταχοῦ. οὐ δὲ τοῦτο μεμερισμένον. δηλοῦσι δὲ αἱ ἀποτομαὶ ἐπὶ θάτερα, ἢ ὅθεν ἐλήλυθεν, οὐ διδοῦσαι εἶναι, οὐδὲ μερίζουσαι

καὶ δὴ τοίνυν εἰ δύναμις μόνον ὁ ἥλιος ἦν, σώματος χωρὶς οὖσα, καὶ φῶς παρεῖχεν, οὐκ ἂν *ἐνταῦθα ἤρξατο. οὐδ' ἂν εἶπες ὅθεν, ἀλλ' ἦν αὖ τὸ φῶς πανταχοῦ ἓν καὶ ταυτὸν τόν, οὐκ ἀρξάμενον, οὐδ' ἀρχὴν πόθεν ἔχον.

[margin: * ἐντεῦθεν]

A Atqui si sol ipse virtus quedā sola foret à corpore segregata, lumenq; effunderet, neq; hinc vel alicunde prorsus exordiretur, neq; tu vnde mittatur significares: sed esset omnino lumen vbiq; vnum idemq; existens, neq; exordiens, neque habens alicunde principium.

Anima cum sit prior omni re corporea, meritò à nulla dependet: nullo igitur loco indiget, nulli est addicta, ad omnem igitur locum indifferenter & æquè se habet: ideo & ubiq; cõmuniter est & nusquā nisi anima quædā per proprium affectū quandoq; ad aliquid proprium sese appplicet. Cap. VIII.

Item cum sit indiuidua, ubicunq; est existit tota. Quicquid igitur illam suscipit, accipiens non diuisam suscipit quodammodo totam, quamuis non cunctis eius uiribus penitus perfruatur. Anima mū di sicut in corporibus ipsa non sit corpus, uel passio, uel forma propria corporis, ita non sit multiplex, nec diuiditur, neque patitur. & quoniā mancipatur nulli, expedita cunctis adest.

ΤΟ ΜΕΝ οὖν φῶς ἐπειδὴ σώματός ἐστιν ὅθεν ἐλήλυθεν εἰπεῖν ἔχεις, ἔχων εἰπεῖν τὸ σῶμα ὅπου ἐστίν· ἄυλον δὲ εἴ τι ἐστὶ, καὶ δεῖται οὐδὲν σώματος, πρότερον ὂν τῇ φύσει παντὸς σώματος, ἱδρυμένον αὐτὸ ἐν ἑαυτῷ. μᾶλλον δὲ, οὐδὲ ἱδρύσεως δεόμενον οὐδὲν τῆς τοιαύτης. τοῦτο γὰρ τὸ τοιαύτην ἔχον φύσιν, οὐκ ἔχον ἀρχὴν ὅθεν ὁρμηθείη, οὔτε ἔκ τινος τόπου, οὔτε τινὸς ὂν σώματος, πῶς αὐτοῦ τὸ μὲν ὡδὶ φήσεις, τὸ δὲ ὡδί, ἤδη γὰρ ἂν καὶ τὸ ὅθεν ὡρμήθη ἔχει, καὶ τὸ τινὸς εἶναι. λέγεται τοίνυν εἰπεῖν, ὡς εἴ τι αὐτοῦ μεταλαμβάνει τῇ τοῦ ὅλου δυνάμει μεταλαμβάνει αὐτοῦ παντὸς, μηδὲν μήτ' οὖν ἀλλοῖον, μήτε μεμερισμένον. τῷ μὲν γὰρ σῶμα ἔχοντι, τὸ πάσχειν κἂν κατὰ συμβεβηκὸς ἂν γένοιτο. καὶ ταύτῃ παθητὸν ἂν λέγοιτο καὶ μεριστόν. ἐπειδὴ σώματός ἐστιν τι, οἷον πάθος, ἢ εἶδος. * ὃ δὲ μὴ ἐστὶ μηδενὸς σώματος, ἀλλὰ τὸ σῶμα ἐθέλει αὐτοῦ εἶναι, ἀνάγκη τοῦτο, τά τε ἄλλα πάθη τοῦ σώματος, μηδαμῶς αὐτὸ πάσχειν· μερίζεσθαί τε οὐχ οἷόν τε. σώματος γὰρ καὶ τοῦτο καὶ πρώτως πάθος, καὶ ᾗ σῶμα. εἰ δὴ ᾗ σῶμα τὸ μεριστὸν, ᾗ μὴ σῶμα τὸ ἀμέριστον, πῶς γὰρ καὶ μεριεῖς, οὐκ ἔχον μέγεθος. εἰ οὖν οὐκ ἔχοντος μέγεθος, τὸ ἔχον τὸ μέγεθος, ἀμηγέπη μεταλαμβάνει· οὐ μεριζομένου αὐτοῦ ἂν μεταλαμβάνοι ἢ μέγεθος αὖ ἕξει πάλιν. ὅταν οὖν ἐν πολλοῖς λέγῃς, οὐκ αὐτὸ πολλὰ γενόμενον λέγεις: ἀλλὰ τῶν πολλῶν τὸ πάθος, περιάπτεις τῷ ἑνὶ ἐκείνῳ, ἐν πολλοῖς αὐτῷ ἅμα ὁρῶν.* τὸ δὲ ἐν αὐτοῖς, οὕτω ληπτέον, ὡς οὐκ αὐτῶν γενόμενον ἑκάστου οὐδ' αὐτοῦ παντὸς,* ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν αὐτοῦ εἶναι, καὶ αὐτὸ εἶναι· αὐτὸ δὲ ὄν, οὐκ ἀπολείπεσθαι ἑαυτοῦ. οὐδ' αὖ τοσοῦτον, ὅσον τὸ πᾶν αἰσθητόν. οὐδ' εἴ τι μέρος τοῦ παντὸς· ὅλως γὰρ οὐδὲ ποσόν. πῶς ἂν οὖν τοσοῦτον. σώματι μὲν γὰρ, τοσοῦτον: τῷ δὲ μὴ σώματι, ἀλλ' ἑτέρας ὄντι φύσεως οὐδαμῇ δεῖ προσάπτειν τοσοῦτον. * ὅπου δὲ δεῖ, τὸ τοιοῦτον. οὐ τοίνυν οὐδὲ τόπου οὐ τοίνυν οὐδὲ τὸ ἐνταῦθα καὶ ἐνταῦθα. ἤδη γὰρ ἂν πολλάκις

[margin: ὃ δέ ἐστι μηδενός; τὸ δὲ ἐν αὐτοῖς; ἀλλ' ἐκείνου αὐτὸ εἶναι; ὅπου δὴ δὲ τοιοῦτον, οὐ[δὲ τόπου] τοίνυν οὐδὲ τοῦ]

A PROFECTO quoniam lumen est corporis aliquid, vnde venerit facilè potes dicere: quippe cum vbi sit corpus illud, valeas indicare: si quid autem expers materiæ sit, neq; indigeat corpore, quippe cum naturaliter prius sit omni corpore fundatum in seipso, imò verò tali quodam fundamento non indigens: hoc inquam natura eiusmodi prẹditū nō habens principium vnde exordiatur, nec intra locum aliquem habitans, nec corporis alicu-B ius existens, quonam pacto dicere poteris aliquid eius esse hic, & illic eius aliquid esse? Sic enim & vnde exordiretur haberet, & alieni iuris existeret. Reliquū igitus est asserere, si quid accipit illud ipsa totius potentia totum illud accipere. nec illud propterea vel aliud quiddam vel partibile fieri. Ei nanq; quod habet corpus quamuis sæpe per accidens, ritè tamē C pati cōuenit. Et hac ipsa ratione passiuum & diuisibile iudicari potest: quandoquidem corporis aliquid est, vel tanquam passio, vel tanquam species. Quod autem nullius corporis est, sed tale prorsus existit vt corpus esse illius affectet, necessarium est tum cẹteras corporis passiones in se nullas admittere, tum vel maximè diuidi nullo modo posse. Diuisio enim corporis passio est, atque primò, & qua est corpus. Si igitur qua est corpus diuisibile est, nimirum qua non corpus est, indiuisibile pror-D sus existit. Qua enim cōditione diuides quod magnitudinem nullam habet? Si igitur quod magnitudinem habet, eius quoquo modo fit particeps, quod magnitudinem habet nullā, illud percipit non diuisum: alioquin magnitudinē illud rursus haberet. Quando igitur vnum esse dicis in multis, non ipsum multa factum dicis, sed multorū potius passionem circum illi vni subnectis in multis ipsū simul inspiciēs. Vnum verò illud in ipsis sic accipiendum est, vt neq; vniuscuiusque illorum, neque cunctorū simul iam sit effectum: sed illud quidem sui iuris sit, ipsumq; met existat. Cúque ipsummet existat sibi nusquam deesse, defectúmue nullum admittere. Neque rursus putandum est ipsum esse propriè tantum quantum est sensibile vniuersum, ne dū tantum sit duntaxat, quanta pars aliqua vniuersi: omnino enim neque est vllo modo quantum. Quo igitur modo tantum propriè erit aut tantum: tanta nanq; mensura corpori conuenit: ei verò quod non est corpus, sed natura alia præditum, nullo modo mensura tanta est adhibenda: cum neq; etiā tale aliquid sit. Neq; igitur alicubi est ponendum: neque ita hic & ibi, alioquin sępe

foret alicubi. Si igitur diuisio secundum loca conuenit, quãdo aliquid rei ipsius hîc est, & aliquid ibi, sequitur, vt cui non conuenit alicubi esse, nullo modo partitio congruat: quãobrem necessarium est, illud secum ipso impartibile permanere, quamuis multa illud affectent, ac etiam assequantur. Si ergo multa illud desiderant, constat totũ ipsum appetere: itaque si assequi possint, totum ipsum pro viribus assequi: quamobrẽ oportet quæ participant illud, ita illius participare, quasi nõ participent, quippe cũ ipsum proprium nullius euaserit: sic enim manet in seipso totũ, simulque in quibus inspicitur totum, permanet & occurrit: alioquin nisi totũ ibi permanserit, neq; ipsum quidẽ erit, neq; res ipsæ ad ipsum quod optant participabunt, sed aliud quiddam potius quod minimè appetebant.

A που ε .εἰ τοίνυν ὁ μερισμὸς τοῖς τόποις, ὅταν ὁ μέν τοι αὐτοῦ ὡδί, τὸ δὲ ὡδί, ὅτῳ τὸ ὡδὶ μὴ ὑπάρχει, πῶς ἂν τὸ μερίζεσθαι ἔχοι. ἀμέριστον ἄρα δεῖ αὐτὸ σὺν αὐτῷ εἶναι, κατὰ τὰ πολλὰ αὐτοῦ ἐφιέμενα τυγχάνῃ. εἰ οὖν τὰ πολλὰ ἐφίεται αὐτοῦ, δηλονότι ὅλου ἐφίεται αὐτοῦ· ὥστε καὶ εἰ δύναται μεταλαβεῖν, ὅλου ἂν αὐτοῦ, καθόσον δύναται μεταλαμβάνοι. δεῖ οὖν τὰ μεταλαμβάνοντα αὐτοῦ, οὕτως ἔχειν αὐτοῦ, ὡς οὐ μετέλαβε, μὴ ἴδιον αὐτοῦ ὄντος. οὕτω γὰρ ἂν μένοι αὐτὸ ἐφ᾽ ἑαυτοῦ ὅλον, καὶ ἐν οἷς ὁρᾶται, ὅλον. εἰ γὰρ μὴ ὅλον, οὐκ αὐτό. οὐδ᾽ αὖ οὗ ἐφίεται ἡ μετάληψις ἔσται· ἀλλὰ ἄλλου, οὗ ἡ ἔφεσις οὐκ ἦν.

Anima prima dum se totam multis mundi partibus exhibet, neque multiplicatur in multas animas æquè primas, hæ nanq; nihilo inter se differrent, neq; in partes: est enim indiuisibilis: & alioquin ubi rectura molem accedit prorsus debilitata deficeret. Cap. IX.

Accommodat uerò uires suas mundi mẽbris: sed adeò essentiales propriæq; sunt hæ uires, ut inseparabiles sint ab ea: ipsa igitur est ubiq; tota. Quinetiã si imagines duntaxat uirium suarũ impartit mundo, ipsa toti similiter adest, suas imagines ubique rectura: denique sicut in nobis sic in mũdo, nisi eadem ubique uita uigeret, non esset tam mira partium inter se, & ad totum consensio passim atq; cõpassio. Quæ autem de anima mundi loquimur, de intellectu diuino similiter dictũ intellige.

PROINDE si vnum illud cõmune sic in multis diuidatur in partes, vt quęlibet pars sit velut ipsum totum: sequitur vt multa sint prima, & vnũquodq; primũ. Præterea multa hęc prima quonam discernentur, ne cuncta sint simul vnum? Non enim per corpora sua separabuntur: nam impossibile est ea corporum species esse: siquidem hæc quoque primo illi à quo manãt similia sunt. Sin aũt quæ dicuntur partes in multis cõmunis illius potentiæ sint, primò quidem non erit vlterius vnũquodq; totum: deinde quonam modo processerunt inde diuisæ, illudq; relinquentes? Si enim illud deserunt, constat alicubi reliquisse illud, ipsæ interim aliò procedentes. Item vtrum adhuc sint hæ in illo potetię, quæ hîc in loco sensibili factæ sunt, nec ne. si enim ibi nõ sunt, absurdum est illud cõminui infirmumq; euadere, priuatũ videlicet viribus quas prius habuerat. absurdũ impossibile rursus vires esse à suis essentijs segregatas. at si & in illo sũt & alibi, aut totæ aut partes earum hîc erunt. si partes nimirum quæ ibi reliqua sunt, partes erunt: sin verò totæ, vel eædẽ quæ sunt ibi, hic atq; sunt nullo modo diuisę: atq; ita erit rursus vbiq; idem nullo modo diuisũ: vel hæ potentię sunt illud totũ singulatim multa iã factũ, quorũ quodlibet sit totũ, suntq; vires eiusmodi inter se similes. Atq; ita & vna cũ essentia qualibet vis ipsa vna solũ erit: ipsa videlicet essentiã comitans: reliquæ verò potentiæ tantum erunt. Tametsi impossibile est, vel essentiam esse absq; potentia, vel sine essentia esse potẽtiam. Potentia enim illic substãtia est & essentia, vel maius aliquid quã essentia. sin autẽ aliæ quædã hîc potentiæ sunt tanquam minores & exiles quę inde manant: velut, si lumẽ ex lumine, fuscũ ex claro depẽdeat: atq; essentiæ quædã potentijs eiusmodi cõiunctæ sunt, ne fortè potẽtia seorsum ab essentia fiat. Profectò & in eiusmodi viribus omnino inter se cõformib. necessariũ est, vel eãdẽ vbiq;

A ΚΑΙ γὰρ, εἰ τὸ μέρος τὸ γενόμενον ἐν ἑκάστῳ ὅλον ἦν καὶ αὐτὸ ἕκαστον, οἷον τὸ πρῶτον ἀποτετμημένον ἀεὶ ἕκαστον, πολλὰ τὰ πρῶτα, καὶ ἕκαστον πρῶτον. εἶτα ταῦτα τὰ πολλὰ πρῶτα, τί ἂν εἴη διεῖργον, ὥστε μὴ ἐν ὁμοῦ τὰ πάντα εἶναι. οὐ γὰρ δὴ τὰ σώματα αὐτῶν. οὐ γὰρ τῶν σωμάτων οἷόν τε ἦν, ἤδη αὐτὰ εἶναι, εἴπερ ὅμοια καὶ ταῦτα ἐκείνῳ τῷ πρώτῳ ἀφ᾽ οὗ. εἰ δὲ δὴ δυνάμεις
B αὐτοῦ τὰ λεγόμενα μέρη τὰ ἐν τοῖς πολλοῖς, πρῶτον μὲν, οὐ ἔτι ὅλον ἕκαστον· ἔπειτα πῶς ἦλθον ἀποτμηθεῖσαι, καὶ καταλείπουσαι. εἰ γὰρ καὶ κατέλιπον, δηλονότι κατέλιπόν που ἰοῦσαι. εἶτα πότερα ἔτι εἰσὶν ἐν αὐτῷ αἱ δυνάμεις αἱ ἐνταῦθα ἐν τῷ αἰσθητῷ γεγενημέναι, ἢ οὔ. ἄτοπον ἐλαττωθῆναι ἐκεῖνο καὶ ἀδύναμον γεγονέναι, ἐστερημένον ὧν πρότερον εἶχε δυνάμεων. χωρίς τε τὰς δυνάμεις εἶναι τῶν οὐσιῶν ἑαυτῶν· πῶς
C ἂν οἷόν τε ἦν ἀποτετμημένας. εἰ δὲ ἐν ἐκείνῳ τέ εἰσι, καὶ ἀλλόθι, ἢ ὅλαι, ἢ μέρη αὐτῶν, ἐνταῦθα ἔσονται. ἀλλ᾽ εἰ μέρη, κἀκεῖνα τὰ λοιπὰ μέρη. εἰ δὲ ὅλαι, ἤτοι αἵπερ ἐκεῖ, καὶ ἐνταῦθα οὐ μερισμέναι. καὶ πάλιν * αὖ ἔσται τὸ αὐτὸ πανταχοῦ οὐ μερισμένον. ἢ πολλὰ γενόμενον ὅλον, ἕκαστον αἱ δυνάμεις, καὶ ὅμοιαι ἀλλήλαις, ὥστε καὶ μετὰ τῆς οὐσίας ἑκάστης, ἡ δύναμις ἡ μία μόνον
D ἔσται, ἡ συνοῦσα τῇ οὐσίᾳ. αἱ δ᾽ ἄλλαι, δυνάμεις μόνον. καίτοι οὐχ οἷόν τε ὥσπερ οὐσίαν ἄνευ δυνάμεως, οὕτως οὐδὲ δύναμιν ἄνευ οὐσίας. ἡ γὰρ δύναμις, ἐκεῖ. ὑπόστασις καὶ οὐσία, μεῖζον οὐσίας. εἰ δ᾽ ἕτεραι, ὡς ἐλάττους καὶ ἀμυδραὶ δυνάμεις αἱ ἐξ ἐκείνου * οἱονεὶ φῶς ἐκ φωτὸς ἀμυδρὸν ἐκ φανερωτέρου καὶ δὴ οὐσίαι συνοῦσαι ταῖς δυνάμεσι ταύταις, ἵνα μὴ γένηται ἄνευ οὐσίας δύναμις. πρῶτον μὲν καὶ ἐπὶ τῶν τοιούτων δυνάμεων ἀναγκαῖον ὁμοειδῶν πάντως πρὸς ἀλλήλας γινομένων, ἢ τὴν αὐτὴν πανταχοῦ

* οὐκ

* οἷον ἂ φῶς ἐκ φωτὸς

συγχωρεῖν εἶναι. ἢ καὶ εἰ μὴ πανταχοῦ, ἀλλ' οὖν πανταχῇ ἅμα τὴν αὐτὴν ὅλην οὐ μεμερισμένην· οἷον ἐν ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ σώματι. εἰ δὲ τοῦτο, διὰ τί οὐκ ἐν παντὶ τῷ ὅλῳ. εἰ δὲ μεμερίσθαι ἑκάστην εἰς ἄπειρον, καὶ οὐκ ἔτι οὐδ' αὐτὴ ὅλη. ἀλλὰ τῷ μερισμῷ ἔσται ἀδυναμία. ἔπειτα ἄλλη κατ' ἄλλο οὖσα, οὐ καταλείψει συναίσθησιν. ἔπειτα δέ, εἰ καθάπερ τὸ ἴνδαλμα τινὸς, οἷον καὶ τὸ ἀσθενέστερον φῶς ἀποτεμνόμενον τοῦ παρ' οὗ ἐστιν, οὐκ ἔτ' ἂν εἴη, καὶ ὅλως πᾶν τὸ παρ' ἄλλου τὴν ὑπόστασιν ἔχον, ἴνδαλμα ὂν ἐκείνου, οὐχ οἷόν τε ἀποτέμνοντα ἐν ὑποστάσει ποιεῖν εἶναι. οὐδ' ἂν αἱ δυνάμεις αὗται αἱ ἀπ' ἐκείνου ἐλθοῦσαι, ἀποτετμημέναι ἂν ἐκείνου εἶεν. εἰ δὲ τοῦτο οὗ εἰσιν αὗται, κἀκεῖνο ἀφ' οὗ ἐγένοντο ἐκεῖ ἅμα ἔσται. ὥστε πανταχοῦ ἅμα πάλιν αὐτό, οὐ μεμερισμένον ὅλον ἔσται.

A inesse, vel si non vbiq; simpliciter, saltē passim eandem totam non diuisam tanquam in vno quodam eodemq; corpore. Si autem hoc, cur non in toto insuper vniuerso? Sin autē contingat infinitè quamlibet diuidi, nō amplius ipsa tota consistet, sed partitione in potentia q̄dā prorsus euadet. Deinde cū alia diuersis partibus aliaq; vis insit, nulla sentiendi mutua cōmunio relinquetur. Deniq; si quemad-B modum alterius simulachrum velut & lumē debilius ab eo vnde fit segregatum non est amplius: atq; omnino quicquid ab alio ita depēdet, vt sit eius imago, nequit absq; illo consistere: meritò neq; hæ vires ab illo profectę vbi segregātur ab eo esse possunt. quod si ita sit, vbicunque hę sunt, ibidem simul & illud à quo gignuntur. quamobrem vbiq; simul iterum erit illud totum nullo modo diuisum.

Omnis intellectualis anima est expressa imago & uirtus quædā intellectus primi per essentiam immobilis, quoniam ab immobili solùm existit essentia. Similiter radij solis firmi perseuerarent, si sol ipse permanserit: ubiq; sunt res & uires quædā ita dependentes penitus à mente, uel anima prima, sicut specularis imago. ubiq; igitur mens prima est similiter & anima prima. Tum uerò hîc & suprà & infrà sæpe per uerba Plotini notabis plures esse mentiū animarumq; substantias semper inter se distinctas, quamuis inter eas unio sit mirabilis. *Cap. X.*

ΕἸ ΔῈ τις λέγοι ὡς οὐκ ἀνάγκη τὸ εἴδωλον τοῦ συνηρτῆσθαι τῷ ἀρχετύπῳ. ἔστι γὰρ καὶ εἰκόνα εἶναι ἀπόντος τοῦ ἀρχετύπου ἀφ' οὗ ἡ εἰκών, καὶ τοῦ πυρὸς ἀπελθόντος τὴν θερμότητα εἶναι ἐν τῷ θερμανθέντι, πρῶτον μὲν ἐπὶ τοῦ ἀρχετύπου καὶ τῆς εἰκόνος, εἰ τὴν παρὰ τοῦ ζωγράφου εἰκόνα λέγοι τις, οὐ τὸ ἀρχέτυπον φήσομεν τὴν εἰκόνα πεποιηκέναι, ἀλλὰ τὸν ζωγράφον, οὐκ οὖσαν αὐτοῦ εἰκόνα. οὐδ' εἰ αὐτόν τις γράφει, τὸ γράφον ἦν. οὐ τὸ σῶμα τοῦ ζωγράφου, οὐδὲ τὸ εἶδος τὸ μεμιμημένον, καὶ οὐ τὸν ζωγράφον· ἀλλὰ τὴν θέσιν τὴν οὑτωσὶ * τῶν χρωμένων λεκτέον ποιεῖν, τὴν τοιαύτην εἰκόνα· οὐδὲ κυρίως ἡ τῆς εἰκόνος καὶ τοῦ ἰνδάλματος ποίησις. οἷον ἐν ὕδασι καὶ κατόπτροις, ἢ ἐν σκιαῖς. ἐνταῦθα ὑφίσταταί τε παρὰ τοῦ προτέρου κυρίως καὶ γίνεται * ἀπ' αὐτοῦ. καὶ οὐκ ἔστιν ἀφ' ἑαυτοῦ ἀποτετμημένα, τὰ γεγενημένα εἶναι. τοῦτον δὲ τὸν τρόπον καὶ τὰς ἀσθενεστέρας δυνάμεις, παρὰ τῶν προτέρων ἀξιώσουσι γίνεσθαι. τὸ δ' ἐπὶ τοῦ πυρὸς λεγόμενον, οὐκ εἰκόνα τὴν θερμότητα τοῦ πυρὸς λεκτέον εἶναι. εἰ μή τις λέγοι, καὶ πῦρ ἐν τῇ θερμότητι εἶναι. εἰ γὰρ τοῦτο χωρὶς πυρὸς ποιήσει τὴν θερμότητα, εἶτα οὐκ ἂν εἰ μὴ αὐτίκα: ἀλλ' οὖν παύεται καὶ * ψύγεται τὸ σῶμα τὸ θερμανθὲν, ἀποστάντος τοῦ πυρός. εἰ δὲ καὶ οὗτοι ταύτας τὰς δυνάμεις σβεννύοιεν, πρῶτον μὲν, ἓν ἄφθαρτον φήσουσι: τὰς δὲ ψυχὰς καὶ τὸν νοῦν, φθαρτὰ ποιήσουσιν. εἶτα καὶ οὐκ ἐκ ῥεούσης οὐσίας, ῥέοντα τὰ ἐξ αὐτῆς ποιήσουσι. καίτοι εἰ μὲν ὁ ἱδρυθεὶς ἥλιος ὁπουοῦν τὸ αὐτὸ φῶς ἂν παρέχοι, τοῖς αὐτοῖς τόποις εἰ δὲ λέγοι τις μὴ τὸ αὐτό, τούτῳ ἂν πιστῶτο, τὸ τὸ σῶμα ῥεῖν τοῦ ἡλίου. ἀλλ' ὅτι μὲν μὴ φθαρτὰ τὰ παρ' ἐκείνου, ἀθάνατοι δὲ καὶ αἱ ψυχαὶ καὶ νοῦς πᾶς, ἐν ἄλλοις διὰ πλειόνων εἴρηται.

[margin: * τῶν χρωμάτων] [margin: * ἐπ' αὐτῇ] [margin: * ψύχεται]

A SI quis autem objiciat non esse necessariū imaginem ab exēplari continuè dependere, reperiri enim imaginem absente exemplo à quo imago extiterit: item absente igne calorem in calefacto restare: primò quidem quantum ad exēplar & imaginem pertinet, respondemus. Siquis imaginem à pictore factam induxerit, exēplar ipsum, imaginē non fecisse, sed pictorem potius effecisse illam, neq; tamen ipsius imaginem: etiam si seipsum pingere quis op-B tauerit: non enim corpus pictoris, neq; forma quam pictura illic imitatur propriè pingit: neque pictorē, sed talem quandam colorum positionem existimare debemus talem imaginē facere. Sed neq; propriè hîc introducta est imaginis similitudinisq; effectio: qualis potius est in aqua, speculis, vmbris. Vbi profectò similitudo quędā priori propriè subest, fitq; ab illo: neq; potest cum inde propriè fiat ab illo seorsum existere. Hoc aūt modo reuera debiliores C quoq; vires à præstantioribus, superioribusq; fieri ritè prorsus existimabūt. Proinde ad illud quod de igne objiciebatur, respondemus, calorem non esse ignis imaginem, nisi quis fortè dixerit in calore quoq; ignem esse. Si enim id affirmauerit, ita calorē ab igne nō segregabit: iā verò etsi nō subitò, tamē paulò post calefactū corpus refrigescit, igne illinc abeūte. Cæterū si qui dixerint has quoq; vires ab intelligibili mundo huic vniuerso infusas extingui: D primò quidē vnū duntaxat asse immortale putabunt. Animas autē & intellectum mortalia iudicabunt. Præterea quæ ex immobili fiunt essentia, fluere non rectè concedent: quanquam sicubi sol ipse fingatur, lumen idem eisdem locis infundet. At si quis objiciat, non idem prorsus infundere, ex hoc ipso sibi persuadere facilè poterit, corpus solis continuè fluere. Quòd autem quæ à mundo immortales, alibi quoq; est ex pluribus confirmatū.

Anima nostra tota totisq; suis uiribus cuilibet membro adest, quamuis alia membra uires inde alias & magis minusúe accipiant: similiter ad mundi partes anima mundi atq; mens diuina se habet. Cap. XI.

Res corporeæ inter se distant sæpe per exteriores terminos: res uerò incorporeæ quamuis per externos terminos inter se non distent, intimis tamen proprietatibus discernuntur: sic ideæ ab ideis in mente, scientiæ à scientijs in anima intellectuali, mens ab anima, mentes à mentibus, animæ ab animis. corpus quidem corpori non facilè adest, facilè corpus animæ, facilius anima animæ, atque menti facillimè mentes. Facilior quidem est unio luminis ad lumen, quàm luminis ad diaphanum. atque facilior hæc, quàm qualitatis ad qualitatem uel ad corpus: rursusq; ista facilior, quàm corporum inter se commercium.

CÆTERVM si vniuersum ipsum intelligibile est vbique totum, cur non & omnia intelligibile totũ accipiunt? Item quomodo in ordine intelligibili hoc quidẽ primũ est, istud verò secundũ, & similiter alia cõsequenter? Sed profectò quę ad capiendũ paratiora sunt, illi præsentiora censentur: quin etiam iudicandũ est ens ipsũ vbiq; per naturã entis existere, nusquam sibi ipsi deficiens: præsens autẽ illi fieri, quicquid potest esse præsens, & quatenus valet, eatenus illi præsens esse, non loco, sed quemadmodũ perspicuũ corpus lumini: nam in corpore turbido, vel opaco participationẽ fieri aliter arbitrandũ. Præterea quando ibi prima, secunda, tertia disponũtur nõ loci gradibus, sed ordini, virtuti, differẽtijs gradatim accõmodandũ. Nihil enim prohibet simul esse quę differunt: queadmodũ animã, intellectũ, scientias omnes, tũ maiores tũ minores: quoniã & circa pomũ idem, oculus quidem colorẽ videt, olfactus aũt odoris sentit suauitatẽ: sensusq; similiter alius ibidẽ aliã qualitatẽ, vbi tamen cunctæ sunt simul, neq; reipsa inuicẽ seiunguntur: sed nõnne igitur intelligibele illud variũ prorsus erit & multiplex? Profectò variũ, ita tamẽ vt sit & simplex, vnũq; multa. Ratio enim est & vna simul & plurima. Tum verò omne ens est vnũ: nam & quòd sit alterũ, ex seipso habet, ipsaq; alteritas aliquid est ipsius. nõ enim est non entis, ipsumq; ens ita consistit, vt vnum inde non sit disiunctũ, nẽpe vbicũq; est ens, ipsius quoque vnũ sibi adest: atq; vnũ ens rursus in seipso consistit. Fieri enim potest, vt quod aliqua ratione distinguitur, simul tamen existat & adsit: aliter autẽ sensibilia intellibilibus præsentia sunt, quæcunq; sunt præsentia, & quibus propinquent: aliter rursus intelligibilia mutuò sibi adsunt. Quoniã & aliter corpus propinquat animæ, aliter eidẽ animę scientia hæret. Atq; scientia est scientiæ præsens in eodem videlicet vtraque simul existens. Corpus autem corpori præter hæc aliter appropinquat.

A ἈΛΛᾺ διατί εἴπερ ὅλον πανταχοῦ, οὐχ ὅλου πάντα μεταλαμβάνει τοῦ νοητοῦ; πῶς δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἐκεῖ, τὸ δὲ ἔτι δεύτερον, καὶ μετ' ἐκεῖνο ἄλλα· ἢ τὸ παρὸν ἐπιτηδειότητι τοῦ * δεξαμένου εἶναι νομιστέον. καὶ εἶναι μὲν πανταχοῦ τοῦ ὄντος τὸ ὄν. οὐκ ἀπολειπόμενον ἑαυτοῦ, παρεῖναι δὲ αὐτῷ, τὸ δυνάμενον παρεῖναι· καὶ καθόσον δύναται, κατὰ τοσοῦτον αὐτῷ. οὐ τόπῳ B παρεῖναι. οἷον τῷ φωτὶ τὸ διαφανές, τῷ δὲ τεθολωμένῳ ἡ μετάληψις ἄλλως· καὶ δὴ τὰ πρῶτα καὶ δεύτερα καὶ τρίτα, τάξει καὶ δυνάμει καὶ διαφοραῖς, οὐ τόποις. οὐδὲν γὰρ κωλύει, ὁμοῦ εἶναι τὰ διάφορα, οἷον ψυχὴν καὶ νοῦν, καὶ πάσας, μείζους τε καὶ * ὑφιμένας ἐπεὶ καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, ὁ μὲν ὀφθαλμὸς, εἶδε τὸ χρῶμα· ἡ δὲ ὄσφρησις, τὸ εὐῶδες. ἄλλη δὲ αἴσθησις, ἄλλο ὁ- C μοῦ πάντων ἀλλ' οὐ χωρὶς ὄντων. οὐκοῦν ἐκεῖνο ποικίλον καὶ πολύ: ἢ τὸ ποικίλον, ἁπλοῦν αὖ. καὶ τὰ πολλὰ ἕν. λόγος γὰρ εἷς καὶ πολύς. καὶ πᾶν τὸ ὂν, ἕν. καὶ γὰρ τὸ ἕτερον ἑαυτῷ, * καὶ ἡ ἑτερότης αὐτοῦ. οὐ γὰρ δὴ τοῦ μὴ ὄντος. καὶ τὸ ὂν δὲ, τοῦ ἑνὸς οὐ κεχωρισμένου. καὶ ὅπου ἂν ᾖ τὸ ὂν, πάρεστιν αὐτῷ, καὶ τὸ αὐτοῦ ἕν. καὶ τὸ ἓν ὂν αὖ ἐφ' ἑαυτοῦ. ἔστι γὰρ καὶ παρεῖναι χωρὶς * ὤν. ἄλλως δὲ τὰ αἰσθητὰ τοῖς νοητοῖς πάρεστιν, ὅσα πάρεστιν αὐτῶν. καὶ οἷς πά- D ρεισιν, ἄλλως τὰ νοητὰ αὐτοῖς· ἐπεὶ καὶ ἄλλως ψυχὴ σῶμα, ἄλλως ἐπιστήμη ψυχῇ: καὶ ἐπιστήμη, ἐπιστήμῃ. ἐν τῷ αὐτῷ * ἑτέρα οὖσα: σῶμα δὲ σώματι παρὰ ταῦτα ἑτέρως.

* δεξαμένου * ὑφειμένας * καὶ ἑτερότης αὐτοῦ * ὄν * ἑκατέρα

Sicut multæ aures eandem vocẽ audiunt nõ diuisam, sed totã vbiq; sonãtẽ: sic multa passim corpora mũdi ab eadẽ mũdi anima simul ubiq; tota vitã accipiunt, & multa in nobis mẽbra vitã similiter ab anima nostra. Cap. XII.

Dicere verò corpora mundi cum primum apta sunt suscipere vitale aliquid ex anima mundi non prohibet hæc interim habere proprias animas, quia & has accipiunt illa præparãte, & animæ vicissim corpora illius virtute viuificant. Mundus vitæ hic nominatus significat congregationem communionemq; mutuam omnium intellectuum intellectualiumq; animarum. Anima quælibet intellectualis semper secundum totam substantiam eius est, & in mundo vitæ simul & in mundo corporeo, quamuis hic non cunctas sui vires exerceat. Et quia semper est ibi, per hunc totum excellenter existit. & quoniam per essentiam hic extat simul, & ibi: ideo nõ hæc ad corpus, sed corpus ad hanc videtur accedere quadam videlicet ad illam accommodatione & proprietate formabili.

SÆPENVMERO vox pᵉ aerẽ sonat, oratioq; voce cõprehẽditur: auris aũt pͤsens accipit atq; sentit, præsertim in regione trãquilla: ac si auris alia in alia regiõis eiusdẽ parte adhibeatur, accedat ad ipsã vox similiter et oratio, imò verò auris ad sermonẽ vocemq; accedet

A ὭΣΠΕΡ δὲ φωνῆς οὔσης κατὰ τὸν ἀέρα πολλάκις καὶ λόγου ἐν τῇ φωνῇ. οὓς μὲν παρὸν ἐδέξατο, καὶ ᾔσθετο, καὶ εἰ ἕτερον θείης μεταξὺ τῆς ἐρημίας, ἦλθε καὶ πρὸς αὐτὸ ὁ λόγος καὶ ἡ φωνή, μᾶλλον δὲ τὸ οὖς ἦλθε πρὸς τὸν λόγον. καὶ ὀφ-

A ΠΟΛΛᾺ γὰρ ὄντα τὰ νοητὰ, ἕν ἐστι· καὶ ἓν ὄντα, τῇ ἀπείρῳ φύσει πολλά ἐστι καὶ πολλὰ ἐν ἑνί. καὶ ἓν ἐπὶ πολλοῖς, καὶ ὁμοῦ πάντα, καὶ ἐνεργεῖ πρὸς τὸ ὅλον μετὰ τοῦ ὅλου, καὶ ἐνεργεῖ πρὸς τὸ μέρος αὖ μετὰ τοῦ ὅλου. δέχεται δὲ τὸ μέρος εἰς αὐτὸ τὸ ὡς μέρους πρῶτον ἐνέργημα. ἀκολουθεῖ δὲ τὸ ὅλον. οἷον, εἰ ὁ ἄνθρωπος ἐλθὼν εἰς τὸν τινὰ ἄνθρωπον, τὶς ἄνθρωπος γίνοιτο ὢν αὖ ἄν- B θρωπος. ὁ μὲν οὖν ἄνθρωπος ὁ ἐν τῇ ὕλῃ, ἀφ' ἑνὸς τοῦ ἀνθρώπου τοῦ μετὰ τὴν ἰδέαν, πολλοὺς ἐποίησε τοὺς αὐτοὺς ἀνθρώπους. καὶ ἔστιν ἓν τὸ αὐτὸ ἐν πολλοῖς οὕτως, ὅτι ἐστὶν ἕν τι οἷον ἐν σφραγιζόμενον ἐν πολλοῖς αὐτό. αὐτὸ δὲ ἄνθρωπος, καὶ αὐτὸ ἕκαστον. καὶ ὅλον τὸ πᾶν, οὐχ οὕτως ἐν πολλοῖς, ἀλλὰ τὰ πολλὰ ἐν αὐτῷ. μᾶλλον δὲ περὶ αὐτό. ἄλλον γὰρ τρόπον τὸ λευκὸν πανταχοῦ, C καὶ ἡ ψυχὴ ἑκάστου ἐν παντὶ μέρει τοῦ σώματος ἡ αὐτή. οὕτω γὰρ καὶ τὸ ὂν πανταχοῦ.

Anima nostra intelligit plenitudinẽ idearum, scilicet conuersa ad intellectum suum, neq; tamen illic per idearum imagines: ergo ipsa per intellectum est uniuersum. Atq; ita in uniuersali rerum forma omnes animæ sunt quodammodo unum, quamuis sua quadam singulæ proprietate distinctæ: quatenus autem ab intellectu digrediuntur, inter se disiunguntur. Cap. VII.

Plotinus in his duobus libris non intendit probare quòd non possit esse nisi una anima, sed quòd una anima possit esse ubique, non obstante magnitudine uel multitudine corporum: & quod non oportet in diuersis mundi partibus animas multas ponere, quia una cõmunis non sufficiat ubiq; esse & regere. Quòd si ponuntur multæ, propter aliam rationẽ ponuntur, quàm propter illius unius insufficientiã: & hæ multæ sunt unum cum illa scilicet unione spatij: item quia agunt sub communi uirtute illius: item quia ad communem rediguntur animæ ideam: item quia quælibet anima est omnia in se rerum semina, sicut anima mundi, & quando in se cõuertitur, explicat se in omnia, & adæquatur illi, & cũ illa æquè gubernat, & cum mente communi æquè contemplatur omnia: talisq; fit unio qualis in luminibus omnium stellarum in lumine solis, ubi omnia sunt ubique, omnia æquè habent uires ad cuncta regenda, sed cætera agunt in uirtute Solis. item exemplum est in quinque sensibus, qui unum sunt, primò quia ab uno communi sensu & ad unum. secundò quia in retractione à corpore quilibet eorum sentit in communi sensu. tertiò fingamus uisum in sensu communi sentire non modò visibilia, sed mox etiam cætera sensibilia. Similiter auditum sentire primò sua, deinceps alia: sic & alios. Tunc quilibet esset unum tum cum alijs, tum cum cõmuni, & tamen adhuc essent distincti: tum quia quilibet potest se reflectere ad propria sicut prius, tum quia licet quilibet fundat se per omnia, tamen à proprio quodam exorditur, ac tandem redit in idem. Scito Plotinum post hos libros, & post librũ Vtrum omnes animæ sint una anima, composuisse tres libros de Dubijs animæ, ubi manifestè ostendit numerum animarum.

NEMPE & nostrum ad ens ipsum reducitur, quò & nos ipsi reducimur, ad illud ascendimus, ab illo existimus ab initio: intelligimus illa nõ per illorum imagines, non per figuras vllas quas habeamus. Sin autem intelligimus quidem illa, neque tamen per imagines vel figuras, sequitur vt illa intelligamus ipsi existentes illa.

A ἈΝΆΓΕΤΑΙ γὰρ καὶ τὸ ἡμέτερον καὶ ἡμεῖς, εἰς τὸ ὄν. καὶ ἀναβαίνομεν τε εἰς ἐκεῖνο, καὶ τὸ πρῶτον ἀπ' ἐκείνου. καὶ νοοῦμεν ἐκεῖνα, οὐκ εἴδωλα αὐτῶν, οὐδὲ τύπους ἔχοντες. εἰ δὲ μὴ τοῦτο, ὄντες ἐκεῖνα. εἰ οὖν ἀληθινῆς ἐπιστήμης μετέχομεν, ἐκεῖνα ἐσμέν. οὐκ ἀπολαβόντες

Si ergo sumus scientiæ veræ participes, illa sumus, non accipientes

αὐτὰ ἐν ἡμῖν, ἀλλ' ἡμεῖς ἐν ἐκείνοις ὄντες. ὄντων δὲ καὶ τῶν ἄλλων, οὐ μόνον ἡμῶν ἐκεῖνα, πάντες ἐσμὲν ἐκεῖνα. ὁμοῦ ἄρα ὄντες μετὰ πάντων, ἐσμὲν ἐκεῖνα. πάντα ἄρα ἐσμὲν ἕν. ἔξω μὲν οὖν ὁρῶντες ἢ ὅθεν ἐξήμμεθα, ἀγνοοῦμεν ἓν ὄντες. οἷον πρόσωπα πολλὰ, εἰς τὸ ἔξω πολλὰ, κορυφὴν ἔχοντα εἰς τὸ εἴσω μίαν. εἰ δέ τις ἐπιστραφῆναι δύναιτο, ἢ παρ' αὐτοῦ, ἢ τῆς Ἀθηνᾶς αὐτῆς εὐτυχήσας τῆς ἕλξεως, θεόν τε καὶ αὐτὸν καὶ τὸ πᾶν ὄψεται. ὄψεται δὲ τὰ μὲν πρῶτα, οὐχ' ὡς τὸ πᾶν. εἶτ' οὐκ ἔχων ὅπῃ αὑτὸν στήσας ὁριεῖ, καὶ μέχρι τινὸς αὐτός ἐστιν ἀφεὶς περιγράφειν ἀπὸ τοῦ ὄντος ἅπαντος αὑτὸν, εἰς ἅπαν τὸ πᾶν ἥξει προελθὼν οὐδαμοῦ, ἀλλ' αὐτοῦ μείνας, οὗ ἵδρυται τὸ πᾶν.

A quidem in nobis ea, ſed nos potius exiſtentes in illis. Quum verò nō ſolùm nos illa ſimus, verumetiam alia ſint & illa, nimirum omnes illa ſumus. Simul igitur vnà cū omnibus exiſtentes illa ſumus: omnia itaq; vnum ſumus. Quum verò foras proſpiciamus, neque illuc vnde ſuſpendimur, aciem dirigamus, meritò nos eſſe vnum nequaquam animaduertimus: perinde ac ſi multi vultus in orbē vno quodā vertice ſiue intima vnaq; radice cōnecterentur. B Siquis autem ad intima reflecti poſſet, ſiue ſuapte natura, ſiue reflectēte Minerua, ſeipſum iam eſſe Deum vniuerſumq; cōſpiceret, inſpiceret inquam, ſe primò quidē nō tanquā penitus vniuerſum, ſed deinde nō habēs vbi potiſsimū ſiſtēs gradū determinet ſemetipſū, & quouſq; ſit ipſe definiat: nimirū mox prætermitteret ſeipſum circūſcribere, atq; ab ente vniuerſo ſecernere. Itaq; ad vniuerſū ipſū vndiq; penitus perueniret, ita tamen vt nuſquā procederet, ſed permaneret ibidem, vbi conſiſtit & totum.

Mens diuina per ſuas ideas in materiam agit, non extrinſecus more artis humanæ, ſed intrinſecus modo artificioſæ naturæ: nec eſt ſeiuncta ſecundū locum à materia, alioquin loco propria deputabitur: nec mixta materiæ, alioquin minimè dominabitur. Cap. VIII.

Vbiq; verò eſt idea ignis, ubiq; ignem genitura: nō diuiſa, ne pereat: non extenſa, ne corporea fiat: non multiplicata numero, ne fiat innumerabilis: una ſufficit: una eſt ubiq; tota.

ΟἾΜΑΙ δὲ ἔγωγε, καὶ εἴ τις ἐπισκέψαιτο τὴν τῆς ὕλης τῶν εἰδῶν μετάληψιν, μᾶλλον ἂν εἰς πίστιν ἐλθεῖν τοῦ λεγομένου. καὶ μὴ ἂν ἔτι ὡς ἀδυνάτῳ ἀπιστεῖν, ἢ ἀπορεῖν. εὔλογον γὰρ καὶ ἀναγκαῖον οἶμαι, μὴ κειμένων τῶν εἰδῶν χωρὶς, καὶ αὖ τῆς ὕλης πόῤῥωθεν, ἄνωθέν ποθεν τὴν ἔλλαμψιν εἰς αὐτὴν γεγονέναι. μὴ γὰρ ᾖ κενὸν τοῦτο λεγόμενον. τί γὰρ ἂν εἴη τὸ πόῤῥω ἐν τούτοις, καὶ τὸ χωρίς. καὶ οὐκ αὐτὸ δύσφραστον. καὶ τὸ ἀπορώτατον ἦν, τὸ τῆς μεταλήψεως λεγόμενον, ἀλλ' εἴρητο ἂν προχειρότατα, γνώριμον ὂν τοῖς παραδείγμασιν. ἀλλὰ κἂν ἔλλαμψιν λέγομέν ποτε, οὐχ' οὕτως ἐροῦμεν, ὡς ἐπὶ τῶν εἰς αἰσθητὸν τὰς ἐλλάμψεις. ἀλλ' ἐπεὶ εἴδωλα τὰ ἐν τῇ ὕλῃ, ἀρχετύπων δὲ τάξιν ἔχει τὰ εἴδη, τὸ δὲ τῆς ἐλλάμψεως τοιοῦτον οἷον χωρὶς ἔχειν τὸ ἐλλαμπόμενον, οὕτω λέγομεν. δεῖ δὲ νῦν ἀκριβέστερον λέγοντας, μὴ οὕτω τίθεσθαι, ὡς χωρὶς ὄντος τόπῳ τοῦ εἴδους, εἶθ' ὥσπερ ἐν ὕδατι ἐνορᾶσθαι τῇ ὕλῃ τὴν ἰδέαν ἀλλὰ τὴν ὕλην εἶναι πανταχόθεν, οἷον ἐφαπτομένην, καὶ αὖ οὐκ ἐφαπτομένην τῆς ἰδέας, κατὰ πᾶν ἑαυτῆς ἴσχειν παρὰ τοῦ εἴδους τῷ πλησιασμῷ, ὅσον δύναται λαβεῖν οὐδενὸς μεταξὺ ὄντος οὐ τῆς ἰδέας διὰ πάσης διεξελθούσης καὶ ἐπιδραμούσης, ἀλλ' ἐν αὐτῇ μενούσης. εἰ γὰρ μὴ ἐν τῇ ὕλῃ ἐστὶν οἷον πυρὸς ἡ ἰδέα, τὴν δὲ τοῖς στοιχείοις ὕλην ὑποβεβλημένην, ὁ λόγος λαμβανέτω. αὐτὸ δὲ πῦρ τὴν ὕλην

A ARBITROR equidem quiſquis conſiderauerit, qua conditione materia quodammodo ſpecies accipit, facilius quod in præſentia dicitur, conceſſurū: neq; vlterius vel tanquam impoſſibile negaturū, vel rurſus quicquam dubitaturum. Probabile nanq; neceſſariumq; exiſtimo non ita diſponi naturam, vt ſpecies quidem hinc ſeorſum poſitę ſint: materia verò illic locata ſeorſum, atq; deſuper alicunde illuſtratio quædam veniat in materiā. B Verendum eſt enim ne hoc fortè ſit dictu ridiculū, nempe quidnā foret in his hoc ipſum quod dicitur procul atq; ſeorſum? Præterea nōnne tum explicatu difficile, tum ambiguitatis plenum foret, quod de participationis cōditione modò tetigimus? Sed id quidem ſi quando dicatur, facilè prompteq; nimium ſit adductum, quippe cùm ad huius notitiam perueniatur exemplis. Verùm ſiquando nos C illuſtrationē quandam in medium introducimus, nō ita dictum volumus, ſicut in rebus ſenſui manifeſtis remota quædam à remotis illuminari videmus. Sed quoniam quę in materia ſunt, imagines quædam ſunt: ipſæ verò ſpecies exemplariū primorum obtinent ordinem, hæc ab illis emicare videntur, noſq; in his illuſtrationis nomine vtimur, propterea quòd illuſtrator cum illuſtrato minimè commiſcetur. Oportet verò nunc loquentes exactius hęc nō ita diſponere, vt ſpecies ipſa hinc ſit loco ſeorſum, deinde velut in aqua, ſic in D materia ideæ fulgor inſpiciatur: ſed materiā exiſtimādū eſt vndiq; ideā velut attingere, rurſuſq; nequaq̄ attingere: atq; ita ſecūdū ſe totā à ſpecie reportare nōnihil, cōferente ad id ꝓpinquitate, quatenus accipere poteſt nullo prorſus interueniēte medio: neq; rurſ⁹ ita vti dea ꝑ totā diſcurrat materiā, ſiue ſupferatur, ſed poti⁹ in ſeipſa ꝑmaneat. Si enim ipſa ignis idea in materia minimè iacet, materiā verò nūc ſubiectā elemētis accipiam⁹, ipſe ꝓfectò ignis idealis materiā

superās, nec inhærens ipse materiæ, formam ignis per totam ignitam materiam exhibebit. Supponatur autem ignem primùm materialem, molem multam protinus esse factū. Eadem præterea ratio cæteris congruit elementis. Si igitur ipse ignis idealis in omnibus prorsus inspicitur imaginem sui præbens: neq; sic quidem præbet quasi loco seiunctus, qualis illuminatio est oculis manifesta, alioquin iam esset alicubi vniuersus hic ignis coram sensu, si modò ipse totus multę sit partes: certè quasdam sui præbet imagines, dum ipsius idea cōsistit non circunscripta loco, sed ipse loca generat ex seipso: alioquin oporteret ipsum, si modò multiplex secundū partes esset factus, à se diffugere, vt ita foret multus, sæpius particeps eiusdem fieret. Iam verò idea ipsa cùm secari non possit, nihil sui ipsius materiæ præbuit: neq; tamen quamuis vnum sit, extitit impotens ad illud quod non est in ipsius vnitate formandū: neq; etiam compulsa est adesse sic vniuerso, vt alia quidē sui parte partē hanc vniuersi, alia verò partē formaret illam, sed potius se tota quodlibet atq; totum. Ridiculum nanq; foret, multas iccirco ideas ignis inferre, vt vnusquisq; ignis à sua quadā idea, hic quidē ab illa, ille verò formetur ab alia: sic enim ideę innumerabiles essent. Pręterea quónā pacto quæ fiunt, cōmodè partieris, siquidē ignis vnus sit atq; continuus? Tū verò si huic materiæ ignem alium adiungamus amplificantes illum: profectò secundum illam quoq; materiæ portionem cōcedendum est, eandem prorsus ideam eadem effecisse, neq; enim aliam illic ideam fore quis dixerit.

A οὐκ ἐγγινόμενον αὐτὸ τῇ ὕλῃ, μορφὴν πυρὸς κατὰ πᾶσαν τὴν πυρωθεῖσαν ὕλην παρέξεται. ὄγκος δὲ πολὺς, πῦρ τὸ πρῶτον ἔνυλον ὑποκείσθω γενόμενον. ὁ γὰρ αὐτὸς λόγος, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν λεγομένων στοιχείων ἁρμόσει. εἰ οὖν τὸ ἐν ἐκείνῳ πῦρ, ἡ ἰδέα ἐν πᾶσι θεωρεῖται παρέχον εἰκόνα ἑαυτοῦ, καὶ τόπῳ χωρὶς ὂν, οὐ παρέξει ὡς ἡ ἔλλαμψις ἡ ὁρωμένη. ἤ- B δη γὰρ εἴ που πᾶν τοῦτο τὸ πῦρ ἐν αἰσθήσει, εἰ πᾶν αὐτὸ πολλὰ ἢ ἑαυτοῦ, τῆς ἰδέας αὐτοῦ μενούσης * ἐν ἀτόπῳ, αὐτὸ τόπους γεννῆσαι ἐξ αὐτοῦ. ἐπείπερ ἔδει τὸ αὐτὸ πολὺ γενόμενον, φυγεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ, ἵν' ᾖ πολὺ οὕτως, καὶ πολλάκις μεταλάβῃ τοῦ αὐτοῦ. καὶ οὐκ ἔδωκε μὲν ἑαυτῆς οὐδὲν τῇ ὕλῃ ἡ ἰδέα, ἀσκέδαστος οὖσα. οὐ μὴν ἀδύνατος γέγονεν ἓν οὖσα, τὸ μὴ ἐν τῷ C ἑνὶ αὐτῆς μορφῶσαι, καὶ παντὶ αὐτοῦ οὕτω τι παρεῖναι, ὡς ἄλλῳ μὲν μέρει αὐτῆς τί δε, ἄλλῳ δὲ ἄλλο μορφῶσαι. ἀλλὰ παντὶ ἕκαστον καὶ πᾶν. γελοῖον γὰρ πολλὰς ἰδέας πυρὸς ἐπεισφέρειν, ἵν' ἕκαστον πῦρ ὑφ' ἑκάστης ἄλλης, τὸ δὲ ἄλλης μορφοῖτο. ἄπειροι γὰρ οὕτως ἔσονται αἱ ἰδέαι. εἶτα πῶς καὶ μεριεῖς τὰ γινόμενα, συνεχοῦς πυρὸς ἑνὸς ὄντος. καὶ εἰ προσθείημεν τῇ ὕλῃ ταύτῃ ἄλλο πῦρ, μεῖζον ποιήσαντες αὐτὸ, καὶ κατ' ἐκεῖνο αὖ τὸ μέρος τῆς ὕλης, D φατέον τὴν αὐτὴν ἰδέαν, τὰ αὐτὰ εἰργάσθαι. οὐ γὰρ δὴ ἄλλην.

* ἐν οὐ τόπῳ

Vna mundi machina & fabricata est ab vna mente, & vegetatur ab vna anima tota simul ubiq; præsente.
Cap. IX.

Sicut intra vnam sphæram multæ sunt, & vnitæ cum ea pariter & distinctæ, sic penes vnam animam animæ multæ. Anima mundi nec vt punctum est ex multis, sed eminentius, ideo non habet certum in dimensione sione situm: nec rursus vnum est ex multis, sed vnitas in se explicans multitudinem, ideo to ta potest multis & partibus & corporibus simul adesse, nec est ab vllo disiuncta secundū locum, cùm ipsa rebus eiusmodi sit eminentior, & quātitatem procreet atque locum. Denique quum non substineatur ab ipsa mundi machina, sed eam ipsa sustineat, meritò viget vbiq; tota: similiterq; intellectus mundi faber.

A PROINDE si ratione aliquis omnia elementa iam facta in vnam circularem figuram ducit, certè non est dicendum auctores multos sphæram efficere, ita vt alius alibi distributus sit ad partem efficendam: sed vnam esse fabricę causā se tota perficientē, neq; parte sui alia aliud fabricantē: alioquin multi rursus effectores forent, nisi in vnū indiuisibile totā fabricā referas: imò verò nisi vnū impartibile sit sphęræ totius effector: neq; tamē ita vt auctor ipse diffūdatur in sphærā, sed tota sphæra suspensa penitus hæreat auctori. Vita igitur vna sphærā habet eadē, atq; sphæra in vna vita locatur. Itaq; & omnia quæ sunt in sphęra, in vitā redigūtur vnā, ideoq; & oēs animæ vna quodāmodo sūt. Vna verò sic est anima, ut rursus sit infinita: quamobrē nōnulli animā numerū esse dixerūt: alij verò numerū ipsū tradiderūt naturā animę augere. Ita forsan excogitātes, qa videlicet nusquā anima desit, sed per omnia extet, interea hoc ipsū quod est existēs.

A ΚΑΊ τοίνυν εἰ πάντα γενόμενα ἤδη τὰ στοιχεῖα, τῷ λόγῳ τις εἰς ἓν σφαιρικὸν σχῆμα ἄγει, οὐ πολλοὺς φατέον τὴν σφαῖραν ποιεῖν, κατὰ μέρη ἄλλον ἄλλῃ ἀποτεμνόμενον αὐτῷ, εἰς τὸ ποιεῖν μέρος. ἀλλ' ἓν εἶναι τὸ αἴτιον τῆς ποιήσεως, ὅλῳ ἑαυτῷ ποιοῦν. οὐ μέρους αὐτοῦ, ἄλλου ἄλλο ποιοῦντος. οὕτω γὰρ αὖ πάλιν πολλοὶ εἶεν, εἰ μὴ εἰς ἓν ἀμερὲς ἀναφέροις τὴν ποίη- B σιν. μᾶλλον δ' εἰ ἓν ἀμερὲς τὸ ποιοῦν τὴν σφαῖραν εἴη, οὐκ αὐτοῦ χυθέντος εἰς τὴν σφαῖραν τοῦ ποιοῦντος, ἀλλὰ τῆς σφαίρας ὅλης εἰς τὸ ποιοῦν ἀνηρτημένης. καὶ ζωὴ τοίνυν μία τὴν σφαῖραν ἔχει ἡ αὐτὴ, τῆς σφαίρας αὐτῆς τεθείσης ἐν ζωῇ μιᾷ. καὶ τὰ ἐν τῇ σφαίρᾳ τοίνυν πάντα, εἰς μίαν ζωήν. καὶ πᾶσαι αἱ ψυχαὶ τοίνυν, μία. οὕτω δὲ μία, ὡς ἄπειρος αὖ. διὸ καὶ οἱ μὲν C ἀριθμὸν ἔλεγον· οἱ δὲ αὐτὸν αὔξοντα τὴν φύσιν αὐτῆς. φαντασθέντες ταύτῃ ἴσως, ὡς οὐδενὶ ἐπιλείπει. ἀλλ' ἐπὶ πάντα ἐστὶν, ὅ ἐστι μένουσα. καὶ

εἰ

εἰ πλεῖον ὁ κόσμος ἦν, οὐκ ἂν ἐπέλιπεν ἡ δύναμις, μὴ οὐκ ἐπὶ πάντα αὖ ἐλθεῖν. μᾶλλον δὲ τοῦτον ἐν πάσῃ αὐτῇ εἶναι. δεῖ δῆτα λαβεῖν τὸ αὖξον, οὐχ' ὡς τῷ ῥήματι λέγεται, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἐπιλείπει εἰς τὸ πανταχοῦ, ἓν οὖσα· τοιοῦτον γὰρ αὐτῆς τὸ ἕν, ὡς μὴ τοιοῦτον εἶναι, οἷον μεμετρῆσθαι ὅσον. τοῦτο γὰρ φύσεως ἄλλης τὸ ἓν ψευδομένης, καὶ μεταλήψει ἓν φανταζομένης. τὸ δ' ἀληθείας ἐχόμενον ἕν, οἷον μήτε συγκεῖσθαι ἐκ πολλῶν ἕν, ἵν' ἀφαιρεθέντος τινὸς ἀπ' αὐτοῦ, ἀπολωλὸς ᾖ ἐκεῖνο τὸ ὅλον ἕν, μήτε διειλῆφθαι πέρασιν, ἵνα μὴ ἐναρμοζομένων αὐτῷ τῶν ἄλλων, ἢ ἐλαττοῖτο αὐτῶν μειζόνων ὄντων, ἢ διασπῷτο, βουλόμενον ἐπὶ πάντα ἰέναι, παρῇ τε οὐχ' ὅλον πᾶσιν, ἀλλὰ μέρεσιν αὐτοῦ μέρεσιν ἐκείνων. καὶ τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο, ἀγνοεῖ ὅπου γῆς ἐστιν, εἰς μίαν τινὰ συντέλειαν οὐ δυνάμενον ἰέναι, ἅτε διεσπασμένον ἑαυτοῦ. εἴπερ οὖν ἀληθεύσει τὸ ἓν τοῦτο, καθ' οὗ δὴ καὶ κατηγορεῖν ἐστιν ὡς οὐσίας τὸ ἕν, δεῖ αὐτὸ φανῆναι τρόπον τινά, τὴν ἐναντίαν αὐτοῦ φύσιν ἔχον τὴν τοῦ πλήθους ἐν τῇ δυνάμει, τὸ δὲ μὴ ἔξωθεν αὐτὸ πλῆθος τοῦτο ἔχειν, ἀλλὰ παρ' αὐτοῦ καὶ ἐξ αὐτοῦ τούτῳ ἓν ὄντως εἶναι. καὶ ἐν τῷ ἑνὶ ἔχειν τὸ εἶναι, ἄπειρόν τε καὶ πλῆθος. τοιοῦτον δὲ ὄν, πανταχοῦ ὅλον φαίνεσθαι ἕνα λόγον ἔχοντα, ἑαυτὸν περιέχοντα· καὶ τὸν περιέχοντα, αὐτὸν εἶναι. καὶ τὸν περιέχοντα αὐτόν, οὐδαμοῦ αὐτοῦ ἀποστατοῦντα, ἀλλ' ἐν αὐτῷ πανταχοῦ ὄντα. οὐ δή ἐστιν αὐτὸ οὕτω ἄλλου, τόπῳ διειλημμένου. πρὸ γὰρ τῶν ἐν τόπῳ ἁπάντων ἦν ὄν, καὶ οὐδὲν ἐδεῖτο αὐτὸ τούτων, ἀλλὰ ταῦτα ἐκείνου, ἵνα ἱδρυθῇ. ἱδρυθέντα δέ, οὐκ ἀπέστησεν ἐκεῖνο τῆς αὐτοῦ ἐν αὐτῷ ἕδρας. κινηθείσης γὰρ ἐκείνης, ἀπώλετο ἂν αὐτά. ἀπολομένης αὐτῶν τῆς βάσεως, καὶ τοῦ στηρίζοντος αὐτά. οὐδ' αὖ ἐκεῖνο οὕτως ἀνόητον ἦν, ὥστε ἀπαλλαγὲν αὐτὸ ἑαυτοῦ, διασπασθῆναι, καὶ σωζόμενον ἐν ἑαυτῷ, ἀπίστῳ δοῦναι ἑαυτὸ τόπῳ τῷ αὐτοῦ, πρὸς τὸ σώζεσθαι δεομένῳ.

A Iam verò maior adhuc foret mundus, nusquam animæ vis ipsa deficeret, quo minus per omnia rursus propagaretur, neq; tamen per omnia curreret, imò verò vniuersum hoc in vniuersa anima foret. Tum verò hoc ipsum quod diximus augere, non sic accipiendum est, vt verbo profertur: sed quoniam anima & si vnum est, nusquã tamen deest vniuerso: ipsum nanq; quod eius est vnum, non tale est, vt quantũ sit metiri liceat: hæc enim cõditio B alterius est naturę, quę falsò sibi vendicat ipsum vnum, & participatione quadam duntaxat assequitur, vt appareat vnum. Quod autẽ veritate quadã est vnum, tale prorsus existit, vt non sit vnum ex multis accumulatũ, ne fortè quodam inde sublato, totum illud vnum intereat. Tale rursus, vt nullis aliunde terminis separetur, ne adhibitis ei quandoq; cæteris vel minus euadat, vbi sint illa maiora, vel C cupiens dilatari per omnia dissipetur, atq; ita non totum omnibus adsit, sed per partes propriè suas illorum partibus appropinquet. Itaque (sicut dici solet) vbinam gentiũ sit, prorsus ignoret, quippe cùm in vnam continuationem conspirationemq; peruenire nõ possit, vtpote quod est à seipso diuulsum. Si hoc igitur reuera ipsum sibi vnum vẽdicat, de quo sanè tanquam de essentia vnum liceat prædicare: oportet ipsum videri quodammodo op- D positã sibi naturam, id est multitudinem sua quadam potentia continere, neq; ab externis hanc multitudinem mutuari, sed penes seipsum, atque ex seipso, esseq; reuera vnum, atq; in ipso vno habere hoc ipsum, vt sit infinitum atq; multitudo. Cùm verò eiusmodi sit, necessarium est vbiq; totũ esse vnam in se rationẽ existentem, item se comprehendentem, ipsũque comprehensorem ipsummet existere, adeò vt comprehendens ipsum nullo modo di- E stet ab ipso, sed in ipso existat vbique, vbicunque sit ipsum: quod quidem à nullo est limitibus loci disiunctum: neq; certè sic ipsum est alterius loco disiuncti, siquidem ipsum est ante omnia quę sunt in loco: neq; ijs ipsum indiget, sed hæc illo potius egent, vt fundentur in eo. Vbi verò hęc in eo fundata sunt, illud ne quaq̃ è ꝓpria sede discedit, q̃ sanè nihil aliud est quàm in seipso sedere. Si enim moueatur ipsa, ꝓtinꝰ illa ꝑdũtur: quippe quũ eorũ subla tum sit fundamentum, cui quidem ea sistenti prius innitebantur: atqui nec ipsum est adeò demens, vt à seipso discedens dissolutionis discrimen aliquando subeat, & quum in seipso penitus conseruetur, temerè tamen infido se committat loco, qui proculdubio illo potius indiget quo seruetur.

Hæc tria rerum principia sunt ubique: ipsum bonum: item diuinus intellectus, qui ipsa pulchritudo est, rursus uita mundi. Hæc occultis tractibus ad se omnia rapiunt, colliguntq; in unum appetentia bonum, & pulchritudinem, atque uitam. Cap. X.

Superna bonitas intelligentia, uita, eadem adest ubiq; tota, sufficitq; cunctis: quoniam addicta nulli permanet in seipsa. Præterea sicut oculi multi uno Solis lumine passim toto fruuntur: sic omnes intellectuales animæ uno intelligentiæ primæ lumine potiuntur, & ubique præsente, & nusquam diuiso, in quo & cunctæ sunt unum. Vno similiter bono cuncta uescuntur absente nusquam, una quinetiam uita ubique uigentem spirant. Vnio uerò rerum in mundo corporeo distantiæ discordiæq; pleno nulla foret, nisi supernus ille mundus & habitatores eius unionem mirabilem possiderent: quos quidẽ habitatores secundum essentias interim inter se differre in hoc capite & in multis aperit.

PERMANET igitur illud in seipso sapientia pollens, neq; alijs vnquã hæret: reliqua verò ex eo cõtinuè pendent, vtpote quæ vbi illud sit, ipso inueniãt desiderio. atq; hic est ille amor, quo pleriq; affecti ad amatę rei fores pernoctare feruntur: amor inquã extrinsecus semper assistens, pulchrumq; desiderans, satisq; sibi factũ existimãs, si modò quoad potest aliquãdo potiatur. Nam & superni illius amator ipsam quidem nõ accipit pulchritudinem, sed quadam propinquitate participat: illa verò in seipsa consistit, multiq; vnius sunt amatores. Amãtes totum, & quando habent pro uiribus totum habentes: totum enim ipsum est quod amatur. Quidnã igitur prohibet, quo minus illud sufficiat omnibus, dũ permanet in seipso? Quandoquidem ob hoc ipsum omnibus satis facit, quoniam permanet, & propterea pulchrum est, quoniam omnibus totum adest. Iam verò & ipsa intelligentia tota omnibus adest, quapropter communis intelligentia est: neq; hæc quidem intelligentia hic propriè, illa verò illic existit. Ridiculum nanque aliquid erit, si loco quodam indigeat, neq; profectò sic passim se habet intelligentia sicut albedo Non enim corporis officium est intelligere: verùm si modò intelligẽtiæ reuera participes sumus, in vnum aliquid atq; idem secum ipso totum simul existens necessariò conspiramus. Neq; sic inde accipimus, vt portiones quasdam illius percipiamus: neque rursus ita vt totum ego habeam, & tu habeas totum diuisum alterutrũ ab alterutro. Id quidẽ conciones cœtusq; inuestigantiũ imitantur, tanquam in vnã concurrant intelligentiam, & vnusquisq; seorsum sit ad sapientiam impotens. Quum verò in ipso cœtu veraq; ad intelligendum copulã omnes cõijciunt, conferuntq; in vnum, intelligentiam generant, & inueniunt. Quid enim prohibere potest, quo minus intellectus ab alio atq; alio sit in eodẽ? Sed profectò quãuis intelligentes alij ad idẽ nobiscũ congrediantur, non tamen simul cõgredi nobis apparent: perinde ac si quis rem eandem digitis simul multis attingẽs, aliud interim atque aliud se opinetur attingere: aut si eandem chordam in lyra quispiam pulset, se illam pulsare non videns: quanquam considerandum nobis erat, quemadmodũ bonum animabus attingimus. Non enim aliud ego bonum attingo, aliud autem ipse, sed idem. Neq; rursus sic attingimus idẽ, vt inde in me quidẽ aliud, in te verò aliud affluat, adeò vt illud alicubi supernè sit situm, munera verò eius ad hæc nostra descendant. sed oportet largitorem ipsum accipientibus prorsus adesse, vt reuera illinc accipiãt: & qui largitur, non alienis, sed suis elargiatur. Intellectualis nãq; largitio non more transmissionis cuiusdam nuntijúe peragitur: quandoquidem & corporibus ipsis inter se loco distantibus munus sæpe persimile alijs simul alijsq; attribuitur, traditioq; & effectio fertur in idem. Quinetiam vniuersi corpus agit ac patitur in seipso, neq; quicquã ab externis accedit ad ipsum. Si igitur in corp⁹ ipsũ nihil extrinsecus incidit, quod tamẽ suapte natura quasi seipsum fugit, in re certè ipsa nullam distantiã patiẽte, quonã modo externũ aliquid habet locũ? Quãobrẽ existẽtes in eodẽ, bonũ ipsũ & videmus & tãgimus: existentes inquã simul, illudq; nostris intelligibilibus attingẽtes. Et profectò mũdus illic multò magis quàm hic est vn⁹, alioqn

A ΜΕΝΕΙ οὖν ἐν ἑαυτῷ σωφρονοῦν, καὶ οὐκ ἂν ἐν ἄλλῳ γένοιτο. ἐκεῖνα δὲ τὰ ἄλλα, ἀνήρτηται εἰς αὐτό, ὥσπερ οὐ* ἐστι πόθῳ ἐξευρόντα, καὶ οὗτός ἐστιν ὁ θυραυλῶν ἔρως, παρὼν ἔξωθεν ἀεὶ καὶ ἐφιέμενος τοῦ ἄθλου, καὶ ἀγαπῶν ἀεὶ οὕτως, ὡς δύναιτο μετασχεῖν. ἐπεὶ καὶ ὁ ἐνταῦθα ἐραστής, οὐ δεχόμενος τὸ κάλλος, ἀλλὰ παρακείμενος οὕτως ἔχει. τὸ δὲ ἐφ' ἑαυτοῦ μένει. * οὐ

B καὶ οἱ ἑνὸς ἐρασταί, πολλοί. ὅλου ἐρῶντες, ὅλον ἔχουσιν οὕτως, ὅταν ἔχωσι. τὸ γὰρ ὅλον ἦν τὸ ἐρώμενον. πῶς ἂν οὖν ἐκεῖνο, οὐκ ἂν πᾶσιν ἀρκοῖ μένον. ἐπεὶ καὶ διὰ τοῦτο ἀρκεῖ, ὅτι μένει· καὶ καλόν, ὅτι πᾶσιν ὅλον. καὶ γὰρ καὶ τὸ φρονεῖν, πᾶσιν ὅλον. διὸ καὶ ξυνὸν τὸ φρονεῖν. οὐ τὸ μὲν ὧδε, τὸ δὲ ὡδὶ ὄν. γελοῖον γὰρ καὶ τόπου δεόμενον τὸ φρονεῖν ἔσται. καὶ οὐχ οὕτω τὸ φρονεῖν, ὡς τὸ λευκόν. οὐ γὰρ σώματος τὸ φρονεῖν.

C ἀλλ' εἴπερ ὄντως μετέχομεν τοῦ φρονεῖν, ἓν δεῖ εἰς τὸ αὐτὸ πᾶν ἑαυτῷ συνιόν. καὶ οὕτως ἐκεῖθεν, οὐ μοίρας αὐτοῦ λαβόντες. οὐδὲ ὅλον ἐγώ, ὅλον δὲ καὶ σύ, ἀποσπασθὲν ἑκάτερον ἑκατέρου. μιμοῦνται δὲ καὶ ἐκκλησίαι καὶ πᾶσα σύνοδος, ὡς εἰς ἓν τὸ φρονεῖν ἰόντων. καὶ χωρὶς ἕκαστος εἰς τὸ φρονεῖν ἀσθενής, συμβάλλων δὲ εἰς ἓν πᾶς ἐν τῇ συνόδῳ, καὶ τῇ ὡς ἀληθῶς συνέσει, τὸ φρονεῖν ἐγέννησε καὶ εὗρε.

D τί γὰρ δὴ καὶ διείρξει, ὡς μὴ ἐν τῷ αὐτῷ εἶναι νοῦν ἀπ' ἄλλου. ἀλλ' ὁμοῦ ὄντες ἡμῖν, οὐχ ὁμοῦ δοκοῦσιν εἶναι. οἷον εἴ τις πολλοῖς τοῖς δακτύλοις ἐφαπτόμενος τοῦ αὐτοῦ, ἄλλου καὶ ἄλλου ἐφάπτεσθαι νομίζει. ἢ τὴν αὐτὴν χορδὴν μὴ ὁρῶν κρούει. καίτοι καὶ ταῖς ψυχαῖς ὡς ἐφαπτόμεθα τοῦ ἀγαθοῦ, ἐχρῆν ἐνθυμεῖσθαι. οὐ γὰρ ἄλλου μὲν ἐγώ, ἄλλου δὲ σὺ ἐφάπτῃ. ἀλλὰ τοῦ αὐτοῦ. οὐ δὲ τοῦ αὐτοῦ μέν, προσελθόντος δέ μοι

E ῥεύματος ἐκεῖθεν ἄλλου, σοὶ δὲ ἄλλου. ὥστε τὸ μὲν εἶναί που ἄνω, τὰ δὲ παρ' αὐτοῦ ἐνταῦθα. καὶ τὸ δίδον τοῖς λαμβάνουσιν. ἵνα οὕτως λαμβάνωσι, καὶ δίδωσι τὸ διδόν, οὐ τοῖς ἀλλοτρίοις, ἀλλὰ τοῖς ἑαυτοῦ. ἐπεὶ οὐ πόμπιμος ἡ νοερὰ δόσις. ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς διεστηκόσιν ἀπ' ἀλλήλων τοῖς τόποις σώμασιν, ἡ δόσις ἄλλου ἄλλου συγ-

F γενής. καὶ εἰς αὐτὸ ἡ δόσις καὶ ἡ ποίησις. καὶ τό γε σωματικὸν τοῦ παντός, δρᾷ καὶ πάσχει ἐν αὐτῷ. καὶ οὐδὲν ἔξωθεν εἰς αὐτό. εἰ δὴ ἐπὶ σώματος οὐδέν, ἔξωθεν τοῦ ἐκ φύσεως, οἷον φεύγοντος ἑαυτὸ ἐπὶ πράγματος ἀδιαστάτου, πῶς τὸ ἔξωθεν. ἐν τῷ αὐτῷ ἄρα ὄντες, καὶ ὁρῶμεν τἀγαθόν, καὶ ἐφαπτόμεθα αὐτοῦ, ὁμοῦ ὄντες τοῖς ἡμετέροις νοητοῖς. καὶ κόσμος εἷς πολὺ μᾶλλον ἐκεῖ, ἢ

duo

δύο κόσμοι αἰσθητοὶ ἔσονται, ὅμοια μεμερισμένοι. καὶ ἡ σφαῖρα ἡ νοητή, εἰ οὕτως ἓν ὡς αὕτη, ὥστε διοίσει, ἢ γελοιοτέρα ἔσται. εἴπερ τῇ μὲν ἐξ ἀνάγκης ὄγκος σύλλογος, ἡ δὲ μηδὲν δεομένη ἐκτενεῖ ἑαυτήν, καὶ ἑαυτῆς ἐκστήσεται. τί δὲ καὶ ἐμπόδιον τοῦ εἰς ἕν. οὐ γὰρ δὴ τὸ ἕτερον ἀπωθεῖ θάτερον, τόπον οὐ παρέχον, ὥσπερ οὐχ ὁρῶντες πᾶν μάθημα καὶ θεώρημα, καὶ ὅλως ἐπιστήμας πάσας ἐπὶ ψυχῆς οὐ στενοχωρουμένας. ἀλλ' ἐπὶ οὐσιῶν φήσει τις, οὐ δυνατόν· ἀλλ' οὐ δυνατὸν ἦν ἄν, εἴπερ ὄγκοι ἦσαν αἱ ἀληθιναὶ οὐσίαι.

A duo mundi ſenſibiles erunt, diuiſi ſimiliter, ipſaq; intelligibilis ſphæra ſenſibilis erit, ſi modò nō aliter atque hæc noſtra ſit vnum. Quapropter admodum vnitate præſtabit, aut certè ridiculoſior erit: ſiquidem neceſſitate quadā huic ſphæræ moles conſentanea ſit, illa verò extenſione non indigens ſeſe protendat, & à ſeipſa diſcedat. Denique quidnam illic impedimenti eſt, quo minus in vnū cuncta conſpirent? Non enim alterum ibi quaſi non concedens locum repellit alterum: quemadmodum B neq; qui doctrinam cōtemplationemq; vniuerſam conſpiciunt, & omnino ſcientias omnes in anima minimè coarctatas. Siquis autem obijciat vnionem hanc non poſſe in eſſentijs fieri, reſpondebo equidē, tunc demum fieri minimè poſſe, ſi modò eſſentiæ veræ moles extiterint.

Mens diuina ſicut per indiuiduam æternitatem, quæ temporis cauſa eſt, totum tempus adæquat & ſuperat: ita per indiuiſibilem eſſentiam uirtutemq; infinitam totum ſpatium obtinet & excedit, ipſa uidelicet ſpatium & quæ ſunt in eo ubiq; procreans & conſeruans. Cap. XI.

Sicut enim ſe habet totum tempus ad indiuiduum illius ſtatum, ſic tota dimenſio ad excellentem ſubſtantiæ indiuiſibilis poteſtatem: eſt enim & ibi tum perſeuerantiæ, tum uirtutis immenſitas, & hic imago quædam muneris utriuſque.

ἈΛΛᾺ πῶς τὸ ἀδιάστατον παρῆκε παρὰ πᾶν σῶμα, μέγεθος τοσοῦτον ἔχον; καὶ πῶς οὐ διασπᾶται ἓν ὂν καὶ ταὐτόν, ὃ πολλάκις ἠπόρηται, παύειν τοῦ λόγου τὸ ἄπορον τῆς διανοίας, περὶ τῇ προθυμίᾳ βουλομένου. ἀποδέδεικται μὲν οὖν ἤδη πολλαχῇ, ὅτι οὕτως. δεῖ δ' ἐπῳδῶν καὶ παραμυθιῶν. καίτοι οὐκ ἐλάχιστον, ἀλλὰ μέγιστον εἰς πειθὼ ἦν ἐκείνη ἡ φύσις, οἵα ἐστὶ διδαχθεῖσα. ὅτι οὐκ ἔστιν οἷα λίθος, οἷον κύβος τις μέγας κείμενος, οὗ κεῖται τοσοῦτον ἐπέχων, ὅσος ἐστίν. ἐκβαίνειν οὐκ ἔχων τοὺς αὐτοὺς ὅρους, μετρηθεὶς ἐπὶ τοσοῦτον καὶ τῷ ὄγκῳ καὶ τῇ συμπεριγραφείσῃ ἐν αὐτῷ τῇ τοῦ λίθου δυνάμει. ἀλλὰ οὖσα πρώτη φύσις, καὶ οὐ μετρηθεῖσα, οὐδὲ ὁρισθεῖσα ὁπόσον δεῖ εἶναι, ταύτῃ γὰρ ἑτέρα μετρηθήσεται. πᾶσα ἐστὶ δύναμις οὐδαμοῦ τοσήδε. διὸ οὐδ' ἐν χρόνῳ, ἀλλὰ παντὸς χρόνου ἔξω τοῦ μὲν χρόνου σκιδναμένου ἀεὶ πρὸς διάστασιν, τοῦ δ' αἰῶνος ἐν τῷ αὐτῷ μένοντος, καὶ κρατοῦντος, καὶ πλείονος ὄντος δυνάμει ἀϊδίῳ, τοῦ ἐπὶ πολλὰ δοκοῦντος ἰέναι χρόνου, οἷον εἰ γραμμῆς εἰς ἄπειρον ἰέναι δοκούσης, εἰς σημεῖον ἀνηρτημένης, καὶ περὶ αὐτὸ θεούσης, πανταχῇ οὗ ἂν δράμῃ, τοῦ σημείου αὐτῇ ἐμφανταζομένου. αὐτοῦ οὐ θέοντος, ἀλλὰ περὶ αὐτὸ ἐκείνης κυκλουμένης. εἰ τοίνυν χρόνος πρὸς τὸ ἐν τῷ αὐτῷ μένον, ἐν οὐσίᾳ ἔχοι τὴν ἀναλογίαν, ἔστι δὲ ἐκείνη ἡ φύσις οὐ μόνον τῷ ἀεὶ ἄπειρος, ἀλλὰ καὶ τῇ δυνάμει, χρὴ καὶ πρὸς ταύτην τὴν ἀπειρίαν τῆς δυνάμεως, ἀντιπαραθεῖσαν ἀπὸ

A CÆTERVM quonam modo quod nullam in ſe dimenſionem habet, per vniuerſum corpus attingit tanta magnitudine præditū? Cūr ue non diſpergitur propagatione eiuſmodi, quū vnum idemq; per omnia porrigatur? Quod quidem ſæpe in dubiū iā adduximus, propēſius affectantes dubitationi quandoq; finem imponere. Demonſtratū eſt igitur ſæpe iam ſic ſe habere, ſed operæpretium eſt etiam perſuaſiones afferre, quanquam nō minimum, B imò verò plurimum ad perſuaſionē contulit illa ipſa natura, qualis videlicet ſit oſtenſa: ſimiliterq; conferre videtur, ſi cogitemus eam non eſſe velut ingens ſaxum alicubi ſitum: atque vbi ſitum eſt, quantum eſt, tantundem occupans: neque potens eoſdem limites pertranſire: quippe cùm menſuram certam habeat quantitatis, menſurā etiam habeat poteſtatis in natura lapidea circunſcriptæ. C Imò verò cùm illa ſit prima natura, neque menſurata, neq; determinata quanta debeat eſſe: hac enim natura potius altera menſuratur, nimirum vniuerſa poteſtas exiſtit nullo modo tanta vel tanta. Quamobrem neque etiam eſt in tempore, ſed extra omne tempus exiſtit, dum videlicet tempus quidem per inualla continuè ſpargitur: æternitas autem in ſeipſa eodem habitu permanet, continetq; & ſuperat, ampliorq; exiſtit tempore per potentiam ſempiternam, quāuis hoc ipſum in plurima videatur excreſcere. D Veluti ſi linea quædam per immēſum procedere videatur, verūtamen ſemper redigatur ad ſignū, circaq; ipſum currat, & quocunque currit, in ea ſignū conſpiciatur: quod quidem minimè currat, ſed illa potius circa ipſum ſe vndiq; voluat. Si ergo tempus ad illud quod in eodem permanet in eſſentia analogicam quandam proportionem habet, eſt autem illa natura non ſolùm ob ipſam ſempiternitatem, ſed etiam propter exceſſum potentiæ infinita, oportet ſanè ad hanc quoque virtutis infinitatem conſequenter red-

dere naturam quandam econtrà & æquè currentem: quæ quidem econtrà pariter eleuetur, pendeatq; ex illa, dum vis altera secundû tempus æquè percurrit vnà cùm virtute manente. Et profectò virtus illa propterea est amplior, quoniam efficit vt ad amplitudinem suam pro viribus vniuersum amplificetur. Quęnam igitur est hæc, quæ naturæ huius est particeps, quoad particeps esse potest? Dû profectò natura hęc adest vbiq; tota, neq; tamen in quolibet tota perspicitur in firmitate subiecti. Adest autem illud penitus vniuerso, non quemadmodû materialis triangulus idê quodâmodo in multis numero plura, sed quemadmodû immaterialis ipse triangulus, à quo qui in materia sunt depêdent. Sed cur materialis triangulus non est vbiq;, siquidem immaterialis vbiq; viget? Quoniâ videlicet non omnis materia particeps est effecta, sed & aliud quiddam habet: neq; enim omnis accômodatur ad omne: quandoquidem neque omnis illa prima ad omne se statim adhibuit, sed in primis ad genera prima, deinde per hæc ad reliqua: veruntamen natura superior æquè aderat vniuerso.

A δοῦναι φύσιν, αὐταιωρουμένην καὶ ἐξηρτημένην ἐκείνης, ταύτης τὰ ἴσα πως τῷ χρόνῳ θεούσης, προσμενοῦσαν δύναμιν. πλείω οὖσα τῶ ποιεῖν ἐκείνη ἐστὶν, ὅσον παρετάθη. τίς οὖν αὕτη ἐστὶν ἡ μεταλαμβάνουσα ταύτης τῆς φύσεως, καθόσον οἷόν τε αὐτῇ μεταλαβεῖν. πάσης μὲν παρούσης, οὐ παντὶ δὲ πάσης ἐνορωμένης, ἀδυναμίᾳ τοῦ ὑποκειμένου. πάρεστι δὲ ταὐτὸν
B πάντῃ, οὐχ ὡς τὸ ἔνυλον τρίγωνον ἐν πολλοῖς πλείω ὂν ἀριθμῷ ταὐτὸν, ἀλλ' ὡς τὸ ἄυλον αὐτὸ, ἀφ' οὗ καὶ τὰ ἐν ὕλῃ. διατί οὖν οὐ πανταχοῦ τρίγωνον ἄνυλον, εἴπερ πανταχοῦ τὸ ἄυλον; ὅτι οὐ πᾶσα μετέσχεν ὕλη, ἀλλὰ ἄλλο τι ἔχει. καὶ οὐ πᾶσα πρὸς πᾶν, ἐπεὶ οὐδὲ ἡ πρώτη πᾶσα πρὸς πᾶν, ἀλλὰ πρὸς τὰ πρῶτα τῶν γενῶν. εἶτ' ἐπὶ τούτοις ἄλλα. παρῆν μέν τι παντί.

Vita in mundo duplex, scilicet intellectualis & animalis: est & ab omni mole penitus expedita, & uigore uitali, efficaciaq; infinita, ideo cunctas machinæ mundanæ partes ipsa tota impartibilis pariter obtinet atq; uegetat.

Caput XII.

Anima quoq; tua quamuis per uires inferiores tuo corpori sit addicta, tamen per intellectum est uniuersum, per rationem uerò media. Quando igitur ratio & se & uires inferiores conuertit ad intellectum, totus animus tuus fit uniuersum. Tunc de uita illa uniuersi ubique regnante non diffidis, quoniam & ipse fermè similiter es vbique. Vbique sunt & dij omnes, animarum ciuitatumq; rectores, ad primum omnia dirigentes.

SED quomodo adest? profectò tanquam vita vna. Vita enim in animali non vsque ad certum quiddam duntaxat extenditur, vltra quod per totum progredi nequeat, imò se fundit per vniuersum. Siquis autem quærat iterum, quonam modo meminisse debet vim ipsam vitæ non esse propriè tantam, imò si cogitatione partiatur in infinitû, semper occurrit vis eadem funditus infinita. Non enim ipsa vita in se materiam habet, cuius causa vnà cû magnitudine molis in paruum, rursusq; paruum lapsa deficiat. Si igitur infinitatem in ea perpetuò vigentem accipias, naturam inde fessam prorsusq; inuictam, nec vllo modo, nec vsquã in seipsa deficientem, tanquã vita prorsus exuberantem, putâs ne quoquam intueri te posse, vel ad aliquid mentê affigere, vbi non reperias eam? Contrà verò tibi continget: nô enim tu procedens trâsgredieris, neq; rursus in paruo quodã sistes gradu, quasi non habeat illa quod tribuat vltrà, propterea quòd gradatim per parua deficiat. At si concurrere vales, imò verò si in vniuerso consistens nihil vltra requiras, ita demum illius vbiq; præsentiam consequeris: alioquin si id nequeas, aut renuas, in aliud quiddã protinus excides, ac præsens decides, & id quidem nequaquam aduertens, propterea quòd aliò prospicias. Verùm si nihil vltra quæsiueris, quonam pacto sic affectus euades? Profectò ex eo quòd accesseris vniuerso, neque in eius parte restiteris, adeò vt neque tu quidem dicas, equidem tantus sum duntaxat: nempe vbi hoc ipsum quod tantùm propriè dicitur, prorsus omiseris, factus es vniuersus, tametsi prius quoque vniuersus eras. Sed quoniam aliud insuper aliquid tibi præter & post vniuersum aderat,

A ΠΑ'ΡΕΣΤΙΝ οὖν πῶς; ὡς ζωὴ μία. οὐ γὰρ μέχρι τινὸς ἐν ζώῳ ἡ ζωή. εἶτ' οὐ δύναται εἰς ἅπαν φθάσαι. ἀλλὰ πανταχοῦ. εἰ δέ τις ζητεῖ πάλιν πῶς, ἀναμνησθήτω τῆς δυνάμεως ὅτι μὴ ποσή. ἀλλ' εἰς ἄπειρον διαιρῶν τῇ διανοίᾳ ἀεὶ ἔχει δύναμιν τὴν αὐτὴν βυσσόθεν ἄπειρον. οὐ γὰρ ἐν ζωῇ τὴν ὕλην, ἵνα τῷ μεγέθει τοῦ ὄγκου συνεπιλείπει εἰς μικρὸν ἐλθοῦσα. ἐὰν
B οὖν λάβῃς ἀέναον ἐν αὐτῇ ἀπειρίαν, φύσιν ἀκάματον καὶ ἄτρυτον, καὶ οὐδαμῇ ἐλλείπουσαν ἐν αὐτῇ οἷον ὑπερζέουσαν ζωῇ, ἢ ποῦ ἐπιβαλὼν, ἢ πρός τι ἀτενίσας, οὐχ εὑρήσεις ἐκεῖ. τοὐναντίον δ' ἄν σοι γένοιτο. οὐ γὰρ σύγε ὑπερβήσῃ παρελθὼν. οὐδ' αὖ στήσῃ εἰς μικρὸν, ὡς οὐκέτι ἐχούσης διδόναι, ἐν τῷ κατὰ μικρὸν ἐπιλιπεῖν. ἀλλ' ἢ συνθεῖν δυνηθεὶς, μᾶλλον δὲ ἐν τῷ παντὶ γενόμενος, οὐδὲν ἔτι ζητήσεις. ἢ ἀπειπὼν, παρεκ-
C βήσῃ εἰς ἄλλο, καὶ πεσῇ παρὸν οὐκ ἰδὼν, τῷ εἰς ἄλλον βλέπειν. ἀλλ' εἰ οὐδὲν ἔτι ζητήσεις, πῶς ποτε τοῦτο πείσῃ. ἢ ὅτι παντὶ προσῆλθες, καὶ οὐκ ἔμεινας ἐν μέρει αὐτοῦ. οὐδ' εἶπας οὐδὲ σὺ, τοσοῦτός εἰμι. ἀφεὶς δὲ τοσοῦτον, γέγονας πᾶς. καί τοι καὶ πρότερον ἦσθα πᾶς. ἀλλ' ὅτι καὶ ἄλλο τι προσῆν σοι μετὰ τὸ πᾶν,

ἐλάττων ἐγίνου τῇ προσθήκῃ. οὐ γὰρ ἐκ τοῦ παντὸς ἦν ἡ προσθήκη. οὐδὲν γὰρ ἐκείνῳ προσθήσεις, ἀλλὰ τοῦ μὴ παντός. γενόμενος δέ τις καὶ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, ἔστιν οὐ πᾶς. ἀλλ' ὅταν τὸ μὴ ὂν ἀφῇ. αὔξεις τοίνυν σεαυτὸν, ἀφεὶς τὰ ἄλλα. καὶ πάρεστί σοι τὸ πᾶν ἀφέντι. μετὰ δὲ ἄλλων ὄντι, οὐ φαίνεται. οὐκ ἦλθεν ἵνα παρῇ. ἀλλὰ σὺ ἀπῆλθες, ὅτε οὐ πάρεστιν. εἰ δ' ἀπῆλθες, οὐκ ἀπ' αὐτοῦ. αὐτὸ γὰρ πάρεστιν. οὐ δὲ * τοῦτο ἀπῆλθες, ἀλλὰ παρὼν, ἐπὶ τὰ ἐναντία ἐστράφης. οὕτω γὰρ καὶ οἱ ἄλλοι θεοὶ, πολλῶν παρόντων, ἑνὶ φαίνονται πολλάκις. ὅτι, ὁ εἷς ἐκεῖνος μόνος δύναται βλέπειν. ἀλλ' οὗτοι μὲν οἱ θεοὶ ὅτι παντοῖοι τελέθοντες ἐπιστρωφῶσι τὰς πόλεις. εἰς ἐκεῖνον δὲ αἱ πόλεις ἐπιστρέφονται. καὶ πᾶσα ἡ γῆ, καὶ πᾶς οὐρανός. πανταχοῦ ἐπ' αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ μένοντα, καὶ ἔχοντα ἐξ αὐτοῦ τὸ ὂν καὶ τὰ ἀληθῶς ὄντα, μέχρι ψυχῆς καὶ ζωῆς ἀνηρτημένα, καὶ εἰς ἓν ἰὸν παρὰ μεγέθει τῷ ἀπείρῳ.

* τότε

A rat, minor adiunctione eiusmodi euasisti. Non enim ex vniuerso tibi erat adiunctio: nã nihil illi vnquam adiunxeris, sed ex non vniuerso potius erat. Iam verò quicunq; fit aliquis, isq; fit ex nõ ente, iam est minimè vniuersus. Sed tunc reuera vniuersus existit, quando nõ ens omnino dimiserit, tunc itaq; teipsum auges, quando dimittis alia, tunc & vniuersum tibi adest cætera dimittenti. Dum verò es vnà cũ cæteris, illud tibi minimè fulget: sed enim quando fulget, non accedit vt adsit: imò verò tu inde discesseras, quãdo non aderat. B Quòd si discesseras, non ab illo quidem, illud nanq; passim adest, sed neque etiam aliò quoquam abisti, sed dum etiam esses præsens, te ad contraria diuertisti. Eadem ratione cæteri quoq; dij sæpe cum multis sint æquè præsentes, vni tamen apparent: quoniam ille solus omnium suspicere potest. Sed hi quidem dij prorsus omnigeni præsentes vbique ciuitates ad meliora conuertunt: C ciuitates autem in supernum illum deniq; cõuertuntur, in illum tota tellus, in illũ deniq; cælum, vbiq; penes ipsum & in ipso perseuerantia. Ex illo quinetiã quæ verè sunt entia ens ipsum habent, vsque ad animã atq; vitam illi prorsus annexa. Atqui & ipsum quod ens modò dicebam, penes magnitudinem infinitam conspirat in vnum.

ΠΛΩΤΙΝΟΥ
ΕΝΝΕΑΔΟΣ ϛ.
ΛΟΓΟΣ ϛ.

PLOTINI
ENNEAD. SEXTAE,
LIBER VI.
ΠΕΡῚ ἀριθμῶν.
De numeris.

Si unum ipsum bonumq́ idē est, meritò multitudo quo longius discedit ab uno atq́ unione, eo fit deterior. Igitur si fingatur multitudo uel infinita, uel quomodolibet unitatis expers, erit ipsum malum. *Cap. I.*

Maximè unita secum ipsa est species qualibet separata & idea cuiusq́, quoniam essentia simplex & indiuidua est. Minus unita secum ipsa species naturalis per corporis partes extensa, etiam quandiu continuitatem suam seruat: ergo minus bonum. Minimũ unitatis habet multitudo discreta contingens dissolutione continui: ergo malum. Quòd uerò nullam unionem seruare fingitur, appellatur maximè malum.

ΑΡ' ἐστὶ τὸ πλῆθος ἀπόστασις τοῦ ἑνὸς, καὶ ἡ ἀπειρία ἀπόστασις παντελὴς, τῷ πλῆθος ἀνάριθμον εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο κακὸν εἶναι ἡ ἀπειρία, καὶ ἡμεῖς κακοὶ, ὅταν πλῆθος. καὶ γὰρ πολὺ ἕκαστον, ὅταν ἀδυνατοῦν εἰς αὑτὸ μένειν, χέηται καὶ ἐκτείνηται σκιδνάμενον. καὶ πάντη μὲν στερισκόμενον ἐν τῇ χύσει τοῦ ἑνὸς, πλῆθος γίγνεσθαι. οὐκ ὄντος τοῦ ἄλλου πρὸς ἄλλο μέρος αὐτοῦ ἑνοῦντος. εἰ δ' ἔτι γένοιτο, ἀεὶ γένοιτο, ἀεὶ χεόμενον, μένον μέγεθος γίνεται. ἀλλὰ τί

A QVÆRENDVM videtur in primis, nũquid multitudo sit discessus distantiaq; ab vno, ideoq; infinitas ipsa extremus sit ab vnitate discessus, propterea quòd hęc sit innumerabilis multitudo, atq; ob hoc ipsũ infinitas malũ sit, nosq; mali sim⁹, quãdo multitudo sumus. Tũc enim quodlibet multũ fit, quãdo nõ po- B tẽs penes idẽ in seipso manere dissũditur, & extenditur iã dispersũ: & quãdo in ipsa diffusione prorsus vno priuatur, fit multitudo, vbi deest quod partẽ aliam cum alia vniat. Sin autẽ adsit quidam conciliator, tunc quod fusum est permanendo fit magnitudo. Sed quid

A nam est in magnitudine mali? Profectò si per- sentiret, pateret in ea malum. Sentiret enim res illa se à seipsa iam procul abijsse. Vnumquodque sanè non aliud expetit, sed seipsum. Progressus autem ad externa factus vel vanus est, vel certè coactus. Præcipuè verò est vnūquodq;, non quãdo fit multum, aut magnū, sed quando suipsius existit: sui verò ipsius est, quando solum sibimet annuit. Quod autē
B appetit sic fieri magnū, ignorat quid reuera sit magnum, festinatq; quò non expedit, sed extra prorumpit. Ad se autē vergere, est intus assiduè permanere: testatur id præcipuè quod efficitur magnitudine. Si enim extra protrahitur, adeò vt vnaquæq; partium ipsius existat, singulæ quidē partes erūt, sed non ipsū propriè quod ab initio. Sin verò ipsū, oportet partes omnes ad vnū uerti, adeò vt illud existat quando quoquo modo vnū est, non
C quãdo magnum: quamobrem propter ipsam magnitudinem, & quãtum est in ea à seipso disperditur. Quatenus autē habet vnū, habet quoq; seipsū, veruntamen vniuersū magnum est & pulchrum: sed iccirco pulchrū est, quoniam non est permissum ad infinitatē prorsus effugere, sed est vnitate comprehensum. Iam verò pulchrū est nō magnitudine quidē ipsa, sed potius pulchritudine: atqui idcirco indiguit pulchritudine, quia factum est magnum. Quandoquidem si hoc foret ab ipsa pulchritudine destitutū, quatenus magnū est eatenus apparuisset & turpe, atq; ita hoc ipsum magnum pulchritudinis materia est, quoniam multū est quod indiget ornamento. Itaque quod magnum est, si à pulchritudine secernatur, magis est inornatum magisque turpe

A δεινὸν τῷ μεγέθει, ἢ εἰ ᾐσθάνετο, ἦν ἂν ἀφ' ἑαυτοῦ γὰρ τι γενόμενον, καὶ ἀφιστάμενον εἰς τὸ πόρρω, ᾐσθάνετο. ἕκαστον γὰρ οὐκ ἄλλο, ἀλλ' αὐτὸ ζητεῖ. ἡ δ' ἔξω πορεία, μάταιος. ἢ ἀναγκαία. μᾶλλον δέ ἐστιν ἕκαστον, οὐχ ὅταν γένηται πολὺ ἢ μέγα. ἀλλ' ὅταν ἑαυτοῦ ᾖ. ἑαυτοῦ δέ ἐστι, πρὸς αὐτὸ νενευκός. ἡ δὲ ἔφεσις ἡ πρὸς τὸ οὕτως μέγα, ἀγνοοῦντός ἐστι, τὸ ὄντως μέγα καὶ σπεύδοντος οὐχ
B οὗ δεῖ, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἔξω. τὸ δὲ πρὸς αὐτὸ, τὸ ἔνδον ἦν. μαρτύριον δὲ τὸ γενόμενον μεγέθει, εἰ μὲν ἀπηρτημένον, ὡς ἕκαστον τῶν μερῶν αὐτοῦ εἶναι, ἐκεῖνα εἶναι ἕκαστα. ἀλλ' οὐκ * αὐτοῦ τὸ ἐξ ἀρχῆς. εἰ δ' ἔσται αὐτὸ, δεῖ τὰ πάντα μέρη πρὸς ἕν. ὥστε εἶναι αὐτὸ ὅταν ἁμηγέπη ἓν, μὴ μέγα ᾖ. γίνεται τοίνυν διὰ μὲν τὸ μέγεθος καὶ ὅσον ἐπὶ τῷ μεγέθει, ἀπολλύμενον αὐτοῦ. ὅτι δὲ ἔχει
C ἕν, ἔχει ἑαυτό. καὶ μὴν τὸ πᾶν, μέγα καὶ καλόν. ἢ ὅτι οὐκ ἀφείθη φυγεῖν εἰς τὴν ἀπειρίαν, ἀλλὰ περιελήφθη ἑνί, καὶ καλὸν οὐ τῷ μέγα, ἀλλὰ τῷ καλῷ. καὶ ἐδεήθη τοῦ καλοῦ, ὅτι ἐγένετο μέγα. ἐπεὶ ἔρημον ὂν τούτου, ὅσῳ μέγα τοσούτῳ ἂν κατεφάνη αἰσχρόν. καὶ οὕτω τὸ μέγα ὕλη τοῦ καλοῦ, ὅτι πολὺ δὲ δεόμενον κόσμου: μᾶλλον οὖν ἄκοσμον τὸ μέγα καὶ μᾶλλον αἰσχρόν.

*αὐτὸ

Si fingatur multitudo infinita, non erit propriè numerus. Numerus enim entiū in mundo incorporeo definitus est, atq; inde in mundo corporeo terminatus: neq; animus numerans facit, augetúe numeros reuera, quamuis fingat, sed in eo sunt utrinque naturaliter terminati. *Cap. II.*

A QVIDNAM igitur dicendum est de illo qui infinitatis dicitur numerus? Sed prius quęrendum est quomodo sit numerus, si infinitus extiterit. Neq; enim quæ subiecta sunt sensibus, sunt infinita. Quapropter neq; qui in eis est numerus, est infinitus: atqui neque qui numerat, infinitatem ipsā enumerat: sed quamuis dupla & tripla, & deinceps similiter multiplicia computet, hæc certè definit, ac si ad futurum aut præteritū multiplicationem
B sumat, hæc quoque interea definire videtur. Nunquid ergo dicendum est, numerum quidem non esse quidem simpliciter infinitum, sed ita duntaxat, vt subinde semper liceat adhibere: sed profectò non est in numerante generandorum auctoritas numerorum: sed iam determinati erant numeri, ac prorsus extabant. Iam verò in mundo intelligibili sicut entia determinata sunt, sic & definitus est numerus numero entium designatus. Nos autē sicut hominem multa quædam facimus adhi
C bentes ei sæpe & pulchrum & cætera generis eiusdem: ita simul cum quolibet simulachro numeri quoq; concipimus simulachrum: & quemadmodum vrbem quandam multiplicamus non existentem, sic fermè numeros deinceps multiplicare solemus, ac si tempore numeremus, his videlicet numeris quos habemus, eos ipsos ad tempora iam traducimus, dum tamen in nobis numeri permanent.

A ΤΙ' ΟΥ͂Ν ἐπὶ τοῦ λεγομένου ἀριθμοῦ τῆς ἀπειρίας; ἀλλὰ πρῶτον, πῶς ἀριθμὸς εἰ ἄπειρος. οὔτε γὰρ τὰ αἰσθητὰ ἄπειρα, ὥστε οὐδὲ ὁ ἐπ' αὐτοῖς ἀριθμός, οὔτε ὁ ἀριθμῶν τὴν ἀπειρίαν ἀριθμεῖ. ἀλλὰ κἂν διπλάσια ἢ πολλαπλάσια ποιῇ, ὁρίζει ταῦτα. κἂν πρὸς τὸ μέλλον ἢ τὸ παρεληλυθὸς λαμβάνῃ, ἢ καὶ ὁμοῦ, ὁρίζει ταῦτα. * ἆρ' οὖν οὐχ ἁπλῶς ἄπειρος, οὕτω δέ,
B ὥστε ἀεὶ ἐξεῖναι λαμβάνειν. ἢ οὐκ ἐπὶ τῷ ἀριθμοῦντι τὸ γεννᾶν, ἀλλ' ἤδη ὥρισται καὶ ἕστηκεν. ἢ ἐν μὲν τῷ νοητῷ ὥσπερ τὰ ὄντα, οὕτω καὶ ἀριθμὸς ὡρισμένος ὅσος τὰ ὄντα. ἡμεῖς δὲ ὡς τὸν ἄνθρωπον πολλὰ ποιοῦμεν ἐφαρμόζοντες πολλάκις, καὶ τὸ καλὸν καὶ τὰ ἄλλα, οὕτω μετὰ τοῦ εἰδώλου ἑκάστου, καὶ εἴδωλον * ἀριθμοῦ συναπογεννῶμεν. καὶ ὡς τὸ ἄστυ πολλαπλασιοῦμεν, οὐχ ὑφεστός, οὕτως τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τοὺς ἀριθμοὺς
C * πολυπλασίους ποιοῦμεν καὶ εἰς τοὺς χρόνους δὲ ἀριθμοῖμεν: ἀφ' ὧν ἔχομεν ἀριθμῶν ἐπάγομεν ἐπὶ τοὺς χρόνους, μενόντων ἐν ἡμῖν ἐκείνων.

*ἆρ' οὖν

*ἀριθμοῦ

*πολλαπλασίους

Mundus

Mundus intelligibilis quoniam ab ipsa unitate processit in multitudinem idearum, non est ipsum bonum, neque tamen est ibi multitudo malum, quoniam superatur ab uno. Est enim idearum omnium communis una indiuiduaq; natura, atque idea quælibet est unita cunctis. Caput III.

Infinitas ipsa nullum actu propriũ habet esse, alioquin computata esset in genere entium, ibiq; designata, igitur definita: quare nec actu iam esset infinitas, ueruntamen latet infinitudo sub termino semper aliquid terminante. Igitur si quando formas omnes quasi terminos atque fines è medio tollas, quod reliquũ fingitur, infinitudo uocatur. Si hanc apprehendis, iam terminas: sin terminas, non apprehendis infinitatem. Denique si per omnia oppositorũ genera pro arbitrio curras, neutrum oppositorum seorsum dedicabis infinitati, alioquin mox eam tibi finieris: rursumq; alterutrum oppositorum in ea poteris per negationem alterius appellare.

ἈΛΛᾺ τὸ ἄπειρον δὴ τοῦτο, πῶς ὑφέστηκεν ὂν ἄπειρον; ὃ γὰρ ὑφέστηκε καὶ ἔστιν ἀριθμῷ κατείληπται ἤδη. ἀλλὰ πρότερον εἰ ἐν τοῖς οὖσιν ὄντως πλῆθος, πῶς κακὸν τὸ πλῆθος. ἢ ὅτι ἥνωται τὸ πλῆθος καὶ κεκώλυται πάντη πλῆθος εἶναι, ἓν ὂν πλῆθος· καὶ διὰ τοῦτο δὲ ἐλαττοῦται τοῦ ἑνός, ὅτι πλῆθος ἔχει. καὶ ὅσον πρὸς τὸ ἕν, χεῖρον. καὶ οὐκ ἔχον δὲ τὴν φύσιν ἐκείνου, ἀλλὰ ἐκβεβηκὸς, ἠλάττωται. τῷ δ' ἑνὶ παρ' ἐκεῖνο, τὸ σεμνὸν ἔχει, καὶ ἀνέστρεψε δὲ τὸ πλῆθος εἰς ἕν, καὶ ἔμεινεν. ἀλλ' ἡ ἀπειρία πῶς, ἡ γὰρ οὖσα ἐν τοῖς οὖσιν ἤδη ὥρισται. ἢ εἰ μὴ ὥρισται, οὐκ ἐν τοῖς οὖσιν. ἀλλ' ἐν τοῖς γενομένοις ἴσως, ὡς καὶ τῷ χρόνῳ ἢ κἂν ὁρισθῇ, τούτῳ γε ἄπειρος. οὐ γὰρ τὸ πέρας, ἀλλὰ τὸ ἄπειρον ὁρίζεται. οὐ γὰρ δὴ ἄλλο τι μεταξὺ πέρατος καὶ ἀπείρου, ὃ τὴν τοῦ ὅρου δέχεται φύσιν. τοῦτο δὴ τὸ ἄπειρον, φεύγει μὲν αὐτὸ, τὴν τοῦ πέρατος ἰδέαν. ἁλίσκεται δὲ περιληφθὲν ἔξωθεν· φεύγει δὲ οὐκ εἰς τόπον ἄλλον ἐξ ἑτέρου. οὐ γὰρ οὐδ' ἔχει τόπον. ἀλλ' ὅταν ἁλῷ, ὑπέστη τόπος. διὸ οὐδὲ τὴν λεγομένης κίνησιν αὐτῆς, τοπικὴν θετέον. οὐδέ τινα ἄλλην τῶν λεγομένων αὐτῇ παρ' αὐτῆς ὑπάρχειν. ὥστε οὐδ' ἂν κινοῖτο. ἀλλ' οὐδ' ἕστηκεν αὖ. ποῦ γάρ. τοῦ ποῦ ὕστερον γινομένου. ἀλλ' ἔοικεν ἡ κίνησις αὐτῆς τῆς ἀπειρίας οὕτω λέγεσθαι, ὅτι μὴ μένει. ἆρ' οὖν οὕτως ἔχει, ὡς μετέωρος εἶναι ἐν τῷ αὐτῷ, ἢ αἰωρεῖσθαι ἐκεῖσε καὶ δεῦρο; οὐδαμῶς. ἄμφω γὰρ, πρὸς τὸν αὐτὸν τρόπον κρίνεται, τό, τε μετέωρον, οὐ παρεγκλῖνον πρὸς τὸν αὐτὸν τόπον, καὶ τὸ παρεγκλῖνον. τί ἂν οὖν τις ἐπινοήσειεν αὐτήν. ἢ χωρίσας τὸ εἶδος τῇ διανοίᾳ. τί οὖν νοήσει, ἢ τὰ ἐναντία ἅμα, καὶ οὐ τὰ ἐναντία. καὶ γὰρ μέγα καὶ μικρὸν νοήσει. γίνεται γὰρ ἄμφω. καὶ ἑστὼς καὶ κινούμενον, καὶ γὰρ ταῦτα γίνεται, ἀλλὰ πρὸ τοῦ γίνεσθαι, δῆλον ὅτι οὐδέτερον ὡρισμένος. εἰ δὲ μὴ ὥρισας. εἰ οὖν ἄπειρος, καὶ ταῦτα ἀπέρως καὶ ἀορίστως, φαντασθείη γ' ἂν ἑκάτερα.

A SED infinitum hoc quomodo extitit, quum sit infinitum? Quod enim extitit atq; est, numero iam est comprehensum: verùm prius est indagandum, si multitudo reuera in verorum entium ordine collocatur, quomodo multitudo sit malum. At verò multitudo illic est vnita, neque permittitur in multitudinem prorsus euadere, quippe quũ ibi multitudo sit ens vnum: atqui ob hoc ipsum id ab vno degenerat, eiq; succumbit, quoniá multitudinem habet, & quantum ad vnum spectat, labitur in deterius. Quumq; naturam illius non habeat, sed exciderit inde, meritò subit defectum: sed vnius ipsius virtute penes ipsum habet aliquid honorandũ, nempe multitudo conuersa est ad vnum, atque constitit. Ipsa verò infinitas quonam modo illic esse potest? Si enim habet esse, iam est in ordine entium definita: aut certè nisi fuerit definita, nõ est in genere entium collocanda, sed forsan in eorum ordine, quę fiunt computanda videbitur, sicut accidit & in tempore. Fortè etiá & si definitur, ob hoc ipsum est etiam infinita: non enim terminus, sed infinitum determinatur: neque aliud quicquam medium inter infinitum terminumq; locatur, quod naturam termini subeat. Hoc vtique infinitum fugit quidem ipsum ideam termini, sed comprehenditur extrinsecus circumuentum: fugit autem non in alium ex alio locum, neque enim locum habet vllum: sed quando comprehensum est, tunc primùm iam locus extitit. Quamobrẽ non est putandũ motionem, quæ infinitati inter loquendum tribuitur esse localem, neque aliam quandam earum quæ nominari solent, ex se illi contingere. Itaque mouetur nunquá, sed neque rursum permanet. Vbi enim maneat, quum hoc ipsum quod dicitur vbi, posterius oriatur? Videtur autem iccirco infinitati motus attribui, quoniam nõ consistit. Num igitur ita se habet vt in eodem sit altè suspensa, seq; volutans? An potius & attollatur illuc, & huc usque se iactet? Nullo modo. Hæc enim ambo ad eundem iudicantur locum, tum quod attollitur non declinans quo ad eundem locum pertinet, tũ etiam quod declinat. Quidnam igitur esse infinitatem aliquis cogitabit? Tunc profectò cogitabit eam, quando speciem intelligentia separauerit. Quid ergo tunc intelliget? Fortè contraria simul, & non contraria: etenim magnum illic intelliget atq; paruũ: fit enim ambo permanens scilicet atq; motũ, ná hæc ibi fiunt: sed antequá fiant, constat illá neutrũ illorũ esse determinatè, alioquin iá illá determinaueris. Si ergo natura illa est infinita, atq; hæc q̃ modò dicebá, infinitè & indeterminatè sunt ibi, sic ibi nimirũ vtraq; appa

rebunt. Quòd si prope illuc accesseris, neque terminum aliquem adhibueris, quo eam valeas irretire, tibi protinus subterfugiet, neque quicquam illic inuenies, alioquin iam definisses. Imò verò si cui occurreris velut vni, subitò occurrit vt multa. Tũ verò sis multa dixeris, iterum mentieris: nempe ubi quodlibet non est vnum, neque etiam multa sunt omnia, atque hæc ipsa infinitatis est natura, vt secundũ alteram quidem imaginationem motus sit: quatenus autem accessit imaginatio, status. Iam verò hoc ipsum quod ipsam per seipsam inspicere nequeas, motus quidã est casusq; à mẽte. Quod aũt aufugere nequeat, sed circũ coherceatur extrinsecus, vsqueadeò vt limites non liceat trãsgredi, status quidam est iudicandus: ex quo apparet, non solùm licere motum illic affirmare, sed statum.

C μὸς, τοῦτο ἀντὶ τούτου. μόνου δ' ὄντος θατέρου τί καὶ λογίζεται. πῶς οὖν τὸ μόνον καὶ ἓν καὶ ἁπλῶς, ἔχει ἀναπλυσσόμενον τὸ τοῦτο. ἵνα μὴ τοῦτο. καὶ ἔμελλε γὰρ τοῦτο, εἰ μὴ τοῦτο. καὶ χρήσιμον τοῦτο ἀνεφάνη. καὶ σωτήριον τοῦτο γενόμενον. προείδετο ἄρα, καὶ προελογίσατο ἄρα. καὶ δὴ καὶ τὸ νῦν ἐξ ἀρχῆς λεχθὲν, τὰς αἰσθήσεις διὰ τοῦτο. καὶ ἔδωκε τὰς δυνάμεις, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα ἄπορος ἡ δόσις. καὶ πῶς.

D οὐ μὴν. ἀλλ' εἰ δεῖ ἑκάστην ἐνέργειαν μὴ ἀτελῆ εἶναι, μηδὲ θεμιτὸν θεοῦ ὁτιοῦν ὂν, * ἀλλ' ὅτι νομίζειν. ἢ ὅλον τε καὶ πᾶν, δεῖ ἐν ὅτῳ οὖν τῶν αὐτοῦ πάντα ἐνυπάρχειν. δεῖ τοίνυν καὶ τοῦ μέλλοντος ἤδη πρῶτον εἶναι. οὐ δὴ ὑστερόν τι ἐν ἐκείνῳ. ἀλλὰ τὸ ἤδη ἐκεῖ παρὸν, ὕστερον ἐν ἄλλῳ γίνεται. εἰ οὖν ἤδη πάρεστι τὸ

E μέλλον, ἀνάγκη οὕτω παρεῖναι, ὡς προνενοημένον εἰς τὸ ὕστερον. τοῦτο δέ ἐστιν, ὡς μηδὲν δεῖσθαι μηδενὸς τότε. τοῦτο δ' ἐστὶ, μηδὲν ἐλλείψοντος. πάντα ἄρα ἤδη ἦν, καὶ ἀεὶ ἦν, καὶ οὕτως ἦν, ὡς εἰπεῖν ὕστερον τόδε μετὰ τόδε: ἐκτεινόμενον μὲν γὰρ, καὶ οἷον ἁπλούμενον ἐκεῖ, δείκνυται τόδε, μετὰ τόδε. ὁμοῦ δὲ ὂν, πᾶν τόδε, τοῦτο δέ ἐστιν ἔχον ἐν ἑαυτῷ καὶ τὴν αἰ-

F τίαν.

Margin notes: * ὑστέροις; * γὰρ τοῖς [...]ομένοις; * ἀλλ' ὅτι

A intellectus. Verùm si intellectus quidem e- propositiones quædam, conclusio verò scientia, sequitur vt de nullo sensibili tunc fuerit cō sultum. Non enim principium quidem ex intelligibili pendet, finis autem in quiddam non intelligibile deuenit. Tum verò quónammodo contigit ante sensibile talem quendam habitum excogitationemq́ incidere? Quamobrem neque animalis vllius, neque omnino mundi huius ex quadam rationis discursione

B prouidentia contigit: siquidem nec omnino vlla apud deum argumentatio est, nominatur tamen interdum rationale quoddam in Deo consilium, ut ita potissimum indicetur, sic ab eo singula constituta, vt sapiens aliquis in rebus posterioribus consilio faceret. Tum verò præuisio nuncupatur in Deo: quoniam ita disposuit, quemadmodum sapiens aliquis rebus posterioribus prouidisset. In his enim quæ ante argumentationem minimè fiunt, argumentatio confert ob potentiæ illius infir-

C mitatem, quæ actum argumentandi præcedit. Confert quoque præuisio, quoniam penes eum qui præuidet non erat facultas per quam non egeret præuisione. Prȩuisio enim huc tendit, vt non hoc quidem, sed illud eueniat: vbi quodammodo timetur nequid incidat alienū. Vbi autem non hoc vel illud imminet, sed hoc tantùm adest, non est vlla præuisio: quinetiam argumentatio hoc pro illo quærere vel assummere solet. At vbi alterum adest solum, quid-

D nam argumentatione sit opus? Quomodo igitur illud quod est solum, & vnum, & omnino se simpliciter habet, reuolutionem in se admittit eiusmodi: in qua hoc aliquid statuatur, ne forsitan eueniat aliud? In qua & dicatur, nisi hoc fiat, accideret illud. In qua rursus addatur, hoc iam apparuit vtile, & si hoc fiat, seruabit effectum. Si enim apud Deum ita cogitaretur, igitur præuidisset: igitur & ante esset ar-

E gumentatus. Atqui & quod modò ab initio dicebatur, sensus ac vires ob hoc ipsum dedisse videtur: quamuis tributio hæc vtrum fiat, & quomodo fiat, dubitationem plurimam subeat. Verùm tamen si oportet quamlibet illic actionem esse defectus expertem, neque fas est penes Deum esse aliquid, quod non sit totum & vniuersum, profectò necessarium est in vno quoque eorum, quæ dei ipsius propria sunt, omnia contineri. Quamobrem cum & ip-

F sum futurum, sit ibi iam præsens, nihil est in eo posterius: verùm quod ibi iam adest, posterius euadit in alio. Si ergo futurum, iam est prȩsens, necesse est sic esse præsens, tanquam præcognitum in posterius: idest, vt nihil tunc indigeat aliquo: id est, vt nihil desit omnino. Omnia igitur iam erant: erantque semper, & ita erant, vt posterius liceret dicere, hoc esse post illud: nempe quando quod illic est explicatur & panditur, tunc hoc post illud apparet. Qua verò ratione secum simul existit, non occurrit hoc amplius atque illud, sed potius hoc vniuersum: id est causam quoque possidens in seipso.

Duo

Duo de quolibet potissima quæri solent: quid videlicet, & propter quid res ipsa sit. Illud quidem explicatur definitione, hoc autem declaratur assignatione causæ efficientis, atque finalis: & inuicem coniuncta sunt ambo.

Caput II.

Sensus quidem neutrum quærit: ratio verò quærit vtrunque seorsum: intellectus autem possidet vtrunq; simul. Atq; in hoc ratio simul consequitur ambo: nempe cum primum quid ipsa rei natura sit definierit, mox in ea ipsa definitione deprehendit efficientem eius causam & finalem, atq; vicissim cum primum eiusmodi causam apprehenderit, comprehendit ibidem ipsius rei naturam. Præterea *in animali tum mundano, tum quolibet, ita membra inuicem sunt contexta, totaq; simul prodeunt, vt quouis inspecto, causa statim eiusdem conspiciatur, atq; cõuerso. Multo maior in mundo diuino est vtriusque copula, vbi in quauis idea cæteræ sunt connexæ. Atque mens ipsa quid simul, & propter quid de vnoquoque tenens idea quælibet ipsamet existit. Deniq; ignis quidem quòd nascatur, quod ita se habeat, quòd sic agat, sic patiatur, sortitur causam aliunde: quòd autem sit hoc ipsum quod naturaliter est, scilicet corpus calidum, siccum, lucidum, non aliunde reportat: sed ob hoc tantùm quòd est ignis profert hæc tria simul, atque vicissim. Hac igitur ratione quid in eius natura, & propter quid minimè segregantur: vnde rerum species definitionesq; solent à Platonicis necessariæ æternæq; nuncupari.*

HINC igitur aliquis non minus naturam mentis perdiscere potest, quam magis etiam quàm alia cernimus: neque sic tamen, ut quanti sit mens videamus. Iam verò mentem dicimus penes se habere quid vnumquodque sit, propter quid autem minimè. Aut si id concesserimus, non tamen alterum seorsum habebit ab altero. Videamus age hominem, aut oculum si contingat, illic existentem tanquam simulachrum aliquod & spectaculum, vel spectaculi partem. Tale profectò quiddam est homo illic, & propter quid rursus homo. Siquidem intellectualem oportet illic esse hominem atque oculum, & in eo intellectuali conditione propter quid sit contineri: alioquin illic omnino non erit, nisi hoc ipsum quod dicitur propter quid in seipso contineat. Apud nos autem quemadmodum partes alię ab aijs quodammodo separatæ sunt, sic & ipsum propter quid ab eo quod quid est similiter separatur. At verò illic in vno sunt omnia: quapropter idē est omnino res ipsa, & ꝓpter quid res ita se habeat. Sæpe etiam in regione corpora, res ipsa, & propter quid ad rem eandē pertinens, prorsus est idem: velut quid est Solis Lunæúe defectus. Quidnam igitur prohibet, & vnumquodque tum quid, tum propter quid esse? Atque hoc ipsum propter quid esse essentiam cuiuscunque: imò verò necessarium est. Vnde illis qui sic quid vnúquodq; sit conantur accipere, rectè succedit. Quod enim est vnumquodque, propter hoc & existit. Non autem dico nunc ita, quia species vnicuique causa sit essendi: id nanque verum esse constat: sed quia si quamlibet speciem penes seipsam euoluas, statim propter quid in ea reperies. Quod enim inefficacem & vanam essentiam vitamque sortitur, non omnino propter quid possidet in seipso. Quod autem & species est, & mentis proprium, quónam modo aliunde propter quid ita sit accipere poterit? Si quis autem accipere propter quid dicat à mente, certè non est seorsum: siquidem mens hæc ipsa species est. Si igitur oportet mentem habere hæc absque vllo defectu, necessarium est, neque ipsum quidem propter quid eis vllo modo deesse. Mens autem penes seipsam habet ꝓpter q̃d potissimùm singula q̃ in ea sunt, ita se habeans: quæ verò in ea sũt, eadē ipsa mēs existit. tum summatim, tũ etiã singulatim: adeò vt nihil eorũ hoc ipso quod dicitur ꝓpter quid factũ sit, egeat: sed simul & factũ est, & habet in se ꝓpriæ substãtiæ causam. Quum verò non sit temerè genitũ, nihil prætermisit omnino, quod ad rationem ꝓpter quid sit, pertineat

A ΔΙΟ` καὶ ἐνταῦθα ἄν τις, οὐχ᾽ ἧττον καταμάθοι τὴν νοῦ φύσιν, ἣν καὶ πλέον τῶν ἄλλων ὁρῶμεν. οὐδ᾽ ὡς ὅσον ἐστὶ τὸ νοῦ χρῆμα ὁρῶμεν. τὸ μὲν γὰρ ὅτι, δίδωμεν αὐτὸν ἔχειν. τὸ δὲ διότι, οὐκ ἔτι. ἢ εἰ δοίημεν χωρὶς, καὶ ὁρῶμεν ἄνθρωπον ἢ ὀφθαλμὸν εἰ τύχοι, ὥσπερ ἄγαλμα. ἢ ἀγάλματος, τὸ δέ ἐστιν ἐκεῖ ἄνθρωπος, καὶ διατὶ ἄνθρωπος, εἴπερ καὶ νοερὸν αὐτὸν δεῖ τὸν ἐκεῖ

B ἄνθρωπον εἶναι, καὶ ὀφθαλμὸν καὶ διατί. ἢ οὐκ ἂν ὅλως εἴη, εἰ μὴ διατί, ἐνταῦθα δὲ ὥσπερ ἕκαστον τῶν μερῶν χωρὶς, οὕτω καὶ τὸ διατί. *ἐκεῖ δὲ, καὶ ἐνὶ παῖτα. ὥς τε ταὐτὸ πρᾶγμα, καὶ τὸ διατὶ τοῦ πράγματος. πολλαχοῦ δὲ καὶ ἐνταῦθα τὸ πρᾶγμα καὶ τὸ διατὶ ταὐτόν. οἷον τί ἐστιν ἔκληψις. ἢ οὖν κωλύει καὶ ἕκαστον διατὶ εἶναι, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, καὶ τοῦτο εἶναι τὴν οὐσίαν ἑκάστου. μᾶλλον δὲ ἀνάγκη, [*ἐκεῖ δ᾽ ἐν ἑνὶ πάντα]

C καὶ πειρωμένοις οὕτως * τὸ τί εἶναι ἦν λαμβάνειν, ὀρθῶς συμβαίνει. * οὐ γὰρ ἐστὶν ἕκαστον, διὰ τοῦτο ἐστι. λέγω δὲ οὐχ᾽ ὅτι τὸ εἶδος ἑκάστῳ αἴτιον τοῦ εἶναι. τοῦτο μὲν γὰρ ἀληθές. ἀλλ᾽ ὅτι εἰ καὶ αὐτὸ τὸ εἶδος ἕκαστον πρὸς αὐτὸ * ἀναπίπλοις. εὑρήσεις ἐν αὐτῷ τὸ διατί. ἀργὸν μὲν γὰρ ὂν καὶ ζωὴν ἔχον, τὸ διατὶ οὐ πάντως ἔχει. εἶδος δὲ ὂν καὶ νοῦ ὄν, πόθεν ἂν λάβοι τὸ διατί. [*τὸ τί ἦν εἶναι] [*ὃ γάρ ἐστι] [ἀναπτύσσοις]

D εἰ δὲ παρὰ νοῦ τις λέγοι. οὐ χωρίς ἐστιν εἴ γε καὶ αὐτό ἐστιν. εἰ οὖν δεῖ ἔχειν ταῦτα μηδενὶ ἐλλείποντα, μὴ δὲ τὸ διατὶ ἐλλείπειν. νοῦς δὲ ἔχει τὸ διατὶ, οὕτως ἕκαστον τῶν ἐν αὐτῷ. τὰ δὲ ἐν αὐτῷ αὐτὸς ἕκαστον ἂν εἴη τῶν ἐν αὐτῷ, ὥς τε μηδὲν προσδεῖσθαι τοῦ διατὶ γέγονεν. ἀλλ᾽ ὁμοῦ γέγονε. καὶ ἔχει ἐν αὐτῷ τὴν τῆς ὑποστάσεως αἰτίαν. γεγονὸς δὲ οὐκ εἰκῇ, οὐδὲν ἂν παραλελειμμένον ἔχοι τοῦ διατί.

sed

διὰ τί, ἀλλὰ πᾶν ἔχον, ἔχει καὶ τὸ καλῶς, ὁμοῦ τῆς αἰτίας. καὶ, τοῖς ἄρα μεταλαμβάνουσιν, οὕτω δίδωσιν ὡς τὸ διατί ἔχειν. καὶ μὴν, ὥσπερ ἐν τῷδε τῷ παντὶ ἐκ πολλῶν συνεστηκότι συνείρηται πρὸς ἄλληλα τὰ πάντα, καὶ ἐν τῷ πάντα εἶ ναί ἐστι καὶ τὸ διότι ἕκαστον, ὥσπερ καὶ ἐφ᾽ ἑκάστου τὸ μέρος πρὸς τὸ ὅλον ἔχον ὁρᾶται. οὐ τούτου γινομένου, εἶτα τούτου μετὰ τόδε, ἀλλὰ πρὸς ἄλληλα ὁμοῦ τὴν αἰτίαν καὶ τὸ αἰτιατὸν συνιστάντα, οὕτω χρὴ πολὺ μᾶλλον ἐκεῖ τά τε πάντα πρὸς τὸ ὅλον ἕκαστα καὶ ἕκαστον πρὸς αὐτό. εἰ οὖν ἡ συνυπόστασις ὁμοῦ πάντων καὶ οὐκ εἰκῇ πάντων, καὶ δὴ ἀπηρτῆσθαι, ἐν αὐτοῖς ἂν ἔχοι τὰ αἰτιατά, τὰς αἰτίας. καὶ τοιοῦτον ἕκαστον, οἷον ἀναιτίως. τὴν αἰτίαν ἔχειν. εἰ οὖν μὴ ἔχειν αἰτίαν τοῦ εἶναι, αὐτάρκη δέ ἐστι, καὶ μεμονωμένον αἰτίας ἐστὶν, εἴη ἂν ἐν αὐτοῖς ἔχοντα σὺν αὐτοῖς τὴν αἰτίαν. καὶ γὰρ αὖ εἰ μηδέν ἐστι μάτην ἐκεῖ. πολλὰ δὲ ἐν ἑκάστῳ. *ἐπὶ πάντα ὅσα ἔχει, ἔχοις ἂν εἰπεῖν διότι ἕκαστον. προῆν ἄρα καὶ συνῆν τὸ διότι ἐκεῖ. οὐκ ὂν διότι, ἀλλ᾽ ὅτι. μᾶλλον δὲ ἄμφω ἕν. τί γὰρ ἂν καὶ περιττὸν εἶχε νοῦ. ὡς ἂν νοῦ νόημα μὴ τοιοῦτον ὂν, οἷον μὴ τέλεον γέννημα. εἰ οὖν τέλεον, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ὅτῳ ἐλλείπει. οὐ δὲ διατί τοῦτο* πάρεστι. παρὸν ἄρα ἔχοις ἂν εἰπεῖν διότι πάρεστι. ἐν ἄρα τῇ ὑποστάσει, τὸ διατί. ἐν ἑκάστῳ τοίνυν νοήματι καὶ ἐν ἐνεργήματι. οἷον καὶ ἀνθρώπου πᾶς προεφάνη ὁ ἄνθρωπος συμφέρων ἑαυτὸν αὐτῷ. καὶ πάντα ὅσα ἔχει ἐξ ἀρχῆς ὁμοῦ ἔχων, ἕτοιμός ἐστιν ὅλος. εἶτα εἰ μὴ πᾶς ἐστιν ἀλλὰ δεῖ τι αὐτῷ προστεθῆναι γεννήματός ἐστιν. ἔστι δὲ ἀεὶ ὥς τε πᾶς ἐστι. ἀλλ᾽ ὁ γινόμενος ἄνθρωπος, γεννητός.

πάντα ἔχει

πάρεστι.

A sed posſidens vniuerſum, habet ſimul & ratio nem propter quid ita bene fiat ad cauſſam per tinentem. Præterea & his quæ participant, ita naturam tradit, vt etiam propter quid ſic eam acceperint, nanciſcantur. Proinde ſicut in hoc mundo ex multis cōpoſito omnia inter ſe cōnexa ſūt, atq; in eo ipſo quod in eo ſunt omnia ineſt inſuper propter quid, ita ſit vnūquodq; queādmodū & in quouis corpore pars ad totū ſe habere videtur: vbi pfecto non ſit quidē hoc B primò, deinde poſt hoc & illud: ſed inuicē cauſam ſimul continent & effectum. Sic oportet multoq; magis illic & omnia ad totum ſingulatim ſeſe habere, & quodlibet ad ſeipſū. Quā obrem ſi eiuſmodi ſimul omnium conſiſtentia eſt, neq; temerè omnium, oportetq; nullo modo ſeiungi, nimirum effectus cauſas in ſe habent: & vnumquodq; tale eſt, vt quaſi cauſam habeat ſine cauſa. Si ergo cauſam eſſendi non habent, ſeipſis verò ſufficientia ſunt, etiā C ſi ſolitaria ſint quantum ad ſocietatem cauſæ pertinet, profectò ſunt in ſeipſis ſecum habentia cauſam. Prꝫterea ſi nihil ibi temerè eſt, multa verò in vnoquoq; ſunt, & vnumquodq; eſt cuncta quæ poſsidet, poteris vtique propter quid ſit quodlibet explicare. Præerat igitur, & ſimul erat propter quid ibi, non propter quid propriè, ſed quid prorſus exiſtens: imò verò ambo ſunt vnum. Profectò ſi intellectualis ipſe mentis conceptus, qua mentis eſt, talis foret D qualis imperfecta quædam genitura, nonnihil etiam ſuperflui pateretur. Si ergo conceptus eſt perfectus, in quo deficiat aſsignari non poteſt: neque afferri propter quid hoc non adſit. Cum igitur adſit, potes propter quid ſit præſens aſſeuerare: in ipſa igitur ſubſtantia ipſum propter quid ſit continetur. In qualibet igitur mentis notione actioneq; totum ſimul occurrit, velut in ea, quæ ad hominē pertinet, totus præfulget homo ſimul afferens cum ea ſeipſū, E atque omnia quæcunque habet à principio ſimul poſsidens: itaq; in prōptu ſimul totus eſt poſitus. Iam verò niſi ſit totus, ſed aliquid inſuper ſit addendum, ad genituram id potius pertinebit. At ille ſemper eſt: quapropter eſt totus. Qui uerò ſit homo, eſt proculdubio generabilis.

Quoniam intellectualis forma per quam Deus agit, eſt ipſa natura Dei, facitq́; eadem ſemper eodem modo, meritò non tam conſilio quodam agit, quàm naturali quadam forma ſeipſam foras quaſi naturaliter exprimente;
Caput III.

In qualibet forma diuinitus procreata variæ quædam formæ ſant, quaſi totius eſſentiæ partes. Propter eiuſmodi partes tota exiſtit eſſentia, & eſſentiæ gratia partes ſunt adhibitæ: & cunctæ partes eiuſmodi ipſa ſunt eſſentia. Vides igitur in formali ratione rei, quid ipſa ſit, & propter quid pariter declarari.

Τί οὖν κωλύει προβουλεύσασθαι περὶ αὐτοῦ.* ἢ κατ᾽ ἐκεῖνόν ἐστιν. ὥς τε οὔτε τι ἀφελεῖν δεῖ, οὔτε προσθεῖναι. ἀλλὰ τὸ βουλεύσασθαι καὶ λελογίσθαι, διὰ τὴν ὑπόθεσιν. ὑπέθετο γὰρ γινόμενα. καὶ οὕτω μὲν, ἡ βούλησις καὶ ὁ λογισμός. τῷ δ᾽ ἀεὶ γινόμενα ἐνδείξασθαι καὶ ὅτι λογίζεται ἀνεῖλεν. οὐ γὰρ ἐνιλογίζεσθαι ἐν τῷ ἀεί. καὶ γὰρ αὖ *ἐπιλελησμένου ἦν, ὅπως καὶ πρότερον. εἶτα εἰ μὲν ἀμείνω ὕστερον οὐκ ἂν καλὰ πρότερον

* εἰ

ἐπιλελήσμενου ἦν,

A QVAERET hîc aliquis, quid nā phibeat, quo minus de illo intellectus anteà cōſultauerit. Sed dicendū eſt, eſſe penitus ſecundū illū: ideoq; nihil adimendū eſſe, inhil addendū: veruntamē ob ipſam ſuppoſitionē fingitur ille cōſultare atq; argumētari. Suppoſitū nāq; eſt, illa fieri: atq; ita nimirū deliberatio & diſcurſiō qdā ptinus adhibetur. Ex eo aūt quod demōſtratū eſt fieri ſemp, argumētatio tollitur. Non enim in eo quod ſemper extat, argumētatio cōpetit: nāq; etiā cōditio hꝫc eſſet obliti, quomo- B do pri⁹ egerit: deinde ſi melius efficit poſtea, opera ſua pri⁹ pulchra nō eſſēt: ſin verò pulchra erāt,

eodem modo res ipſa ſe habet. Pulchra verò ſunt, ſiquidem ſint vnà cum cauſa: quandoquidem & nunc pulchrum aliquid eſt, quoniam ſua poſsidet omnia. Hoc enim & ipſa ſpecies eſt quod omnia poſsidet, præſertim ſi materiá occupet, occupat aũt ſi nihil ipſi⁹ reliquerit nõ formatũ. Informe verò relinqueret, ſi qua forma deeſſet, velut oculus aut quodlibet aliud: quamobrem vbi aſsignas cauſam, omnia dicis, cur nam igitur oculi ſunt, vt videlicet adſint omnia? Iterum cur nares, vt omnia prorſus adſint? Iam verò ſi gratia ſalutis tribui hæc adducas, cuſtodem eſſentiæ quendam afferes in ipſamet exiſtentem: id autem eſſe aliquid conferens iudicabis. Sic igitur & ante hoc erat eſſẽtia: atque ita cauſa pars eſt eſſentiæ. Ac ſi aliud ſit, hoc ipſum tamen quod eſt eſſentia ipſius exiſtit. Omnia igitur inter ſe conſpirant, atq; tota & perfecta & vniuerſa eſſentia eſt, atque hoc ipſum vt bene ſe habeat vnà cũ cauſa eſt, & eſt in cauſa. Atqui & eſſentia, & quod quid eſt, propter quid eſt, vnum eſſe conuincitur. Si igitur in ipſa ſpecie velut humana incluſa hæc conditio eſt, vt ſenſualis homo ſit, & quomodo ſenſualis, æterna quadã neceſsitate perfectioneque mentis: quæ ſi modò perfecta eſt, cauſas in ſeipſa complectitur, adeò vt nos animaduertamus in poſterum, ſic rem rectè diſponi: ibi enim cauſa vnum eſt cum eſſentia cõplens eſſentiam, atque homo illic non intellectus tantum eſt, cui poſtea dum in generationem mittitur, ſentiendi vis adiungatur: ſi in quã res ita ſe habeat, dubitatur quidnam prohibeat, quo minus ille intellectus ad hæc inclinetur. Quid enim erit hoc ipſum quod dicitur ſenſuale? An fortè quod apprehendere quandoque ſenſibilia poſsit? Si ita ſit, quomodo nõ abſurdum fuerit? Ibi quidem eſſe ſenſitiuum aliquid ab æterno, hîc verò denique perſentire, actumque illius potentiæ hîc duntaxat expleri, quando anima deterior iam euaſit.

A εἰ δ᾽ ἦν καλά, ἔχει τὸ ὡσαύτως. καλὰ δὲ ἐστὶ μετὰ τῆς αἰτίας. ἐπεὶ καὶ νῦν καλόν τι, ὅτι πάντα. τοῦτο γὰρ καὶ εἶδος τὸ πάντα, καὶ ὅτι τὴν ὕλην κατέχει. κατέχει δέ, εἰ μηδὲν αὐτῆς ἀμόρφωτον καταλείποι. καταλείποι δέ, εἴ τις μορφὴ ἐλλείποι. οἷον ὀφθαλμός, ἢ ἄλλο τι, ὥστε αἰτιολογῶν, πάντα λέγεις. διατί οὖν ὀφθαλμοί, ἵνα πάντα. καὶ διατί ὀφρύες, ἵνα πάντα. B καὶ γὰρ εἰ ἕνεκα σωτηρίας λέγοις, φυλακτικὸν τῆς οὐσίας λέγεις ἐν αὐτῇ ὑπάρχον. τοῦτό δε εἶναι συμβαλλόμενον, οὕτως ἄρα οὐσία ἦν, πρὶν καὶ τοῦτο. καὶ αἴτιον ἄρα μέρος τῆς οὐσίας. καὶ ἄλλο τοίνυν τοῦτο. ὃ δ᾽ ἐστὶ τῆς οὐσίας. πάντα τοίνυν ἀλλήλοις. καὶ ἡ ὅλη καὶ τελεία καὶ πᾶσα, καὶ τὸ καλῶς, μετὰ τῆς αἰτίας, καὶ ἐν τῇ αἰτίᾳ, καὶ ἡ οὐσία, καὶ τὸ τί ἦν εἶναι, C καὶ τὸ διότι ἕν. εἰ τοίνυν ἔγκειται τὸ αἰσθητικὸν εἶναι, καὶ οὕτως αἰσθητικόν, ἐν τῷ εἴδει ὑπὸ ἀϊδίου ἀνάγκης καὶ τελειότητος νοῦ, ἐν αὐτῷ ἔχοντος, εἴπερ τέλειος τὰς αἰτίας ὥστε ἡμᾶς ὕστερον ἰδεῖν, ὡς ἄρα ὀρθῶς οὕτως ἔχει, ἐκεῖ γὰρ ἓν καὶ συμπληρωτικὸν τὸ αἴτιον. καὶ οὐχὶ ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖ μόνον νοῦς ἦν. προσετέθη δὲ τὸ αἰσθητικόν, ὅτε εἰς γένεσιν ἐστέλετο, πῶς D οὐκ ἂν ὁ νοῦς ἐκεῖνος πρὸς τὰ τῇδε ῥέποι. τί γὰρ ἂν εἴη αἰσθητικόν, ἢ ἀντιληπτικὸν αἰσθητῶν. πῶς δὲ οὐκ ἄτοπον, ἐκεῖ μὲν αἰσθητικὸν ἐξ ἀϊδίου, ἐνταῦθα δὲ αἰσθάνεσθαι καὶ τῆς ἐκεῖ δυνάμεως τὴν ἐνέργειαν πληροῦσθαι ἐνταῦθα, ὅτε χείρων ἡ ψυχὴ γίνεται.

Vnaquæque res hoc ipſum quod eſt intrinſecus à forma ſpeciali naturaliter habet. Qui igitur hominem definit id quod eſt ex anima corporeq; coniunctum, nondum rationem formalem aſsignat, qua homo hoc ipſum quod eſt, exiſtit. Cap. IIII.

A RVRSVS ad dubitationem hanc enodãdam: quid homo ille ſit, tanquam abinitio nobis eſt aſſumendum. Ac forſan prius quid homo ſit hic viuens, ſatius eſt explicare: ne fortè nondum omnino quid hic ſit cognoſcentes, tanquam hunc iam teneamus curioſius illum inueſtigemus. Fortè enim quibuſdam videri poteſt homo idem eſſe hic noſter & ille: initiũ verò conſiderandi hinc potiſsimum aſſumatur. Quærendum eſt ſanè, nunquid noſter hic B homo ſit ratio quædã ab anima differens hunc hominem faciente, eique vitam rationisq; diſcurſum ſuppeditante? an potius ipſa anima, talis inquã anima homo ſit? An deniq; homo ſit anima tali quodam corpore vtens? Verùm ſi homo eſt animal rationale, animal autem eſt quod ex anima corporeque componitur, definitiua hæc hominis ratio non eadẽ atq; anima erit. Atqui ſi ipſa hominis ratio eſt, quod ex anima rationali cõſtat & corpore, quomodonã eC rit ſubſtãtia ſempiterna? Quippe cũ ratio hæc talis hominis tunc deniq; fiat, quando anima & corpus congrediuntur: nẽpe eiuſmodi ratio

A ΠΑ´ΛΙΝ οὖν πρὸς ταύτην τὴν ἀπορίαν ἄνωθεν ληπτέον, τὸν ἄνθρωπον ὅς τις ἐκεῖνος ἐστίν. ἴσως δὲ πρότερον χρὴ τὸν τῇδε ἄνθρωπον, ὅς τις ποτ᾽ ἐστὶν εἰπεῖν. μή ποτε οὐδὲ τοῦτον ἀκριβῶς εἰδότες, ὡς ἔχοντες τοῦτον, ἐκεῖνον ζητοῦμεν, φανείη δ᾽ ἂν ἴσως τισίν, ὁ αὐτός, οὗτός τε κἀκεῖνος εἶναι. ἀρχὴ δὲ τῆς σκέψεως ἥδε, ἐντεῦθεν, ἆρα ὁ ἄνθρωπος οὗτος, λόγος ἐστὶ ψυ- B χῆς ἕτερος, τῆς τὸν ἄνθρωπον τοῦτον ποιούσης καὶ ζῆν αὐτὸν καὶ λογίζεσθαι παρεχομένης; ἢ ἡ ψυχὴ ἡ τοιαύτη ὁ ἄνθρωπος ἐστίν; ἢ ἡ τῷ σώματι τῷ τοιῷδε ψυχὴ προσχρωμένη; ἀλλ᾽ εἰ μὲν ζῶον λογικὸν ὁ ἄνθρωπος, ζῶον δὲ τὸ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, οὐκ ἂν εἴη ὁ λόγος οὗτος *τῆς ψυχῆς ὁ αὐτός. ἀλλ᾽ εἰ τὸ ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος ὁ λόγος τοῦ ἀνθρώπου, πῶς C ἂν εἴη ὑπόστασις ἀΐδιος; τούτου τοῦ λόγου τοῦ τοιούτου ἀνθρώπου γινομένου, ὅταν σῶμα καὶ ψυχὴ συνέλθῃ, ἔσται γὰρ ὁ λόγος οὗτος, δηλωτι-

*τῇ ψυχῇ

δηλωτικὸς τοῦ ἐσομένου, οὐχ οἷος ὃν φαμὲν αὐτὸ ἄνθρωπος, ἀλλὰ μᾶλλον, ἐοικὼς ὅρος. καὶ τοιούτῳ, οἵῳ μὴ δὲ δηλωτικῷ τοῦ τί ἦν εἶναι. οὐ γὰρ εἴδους ἐστὶ τοῦ ἐνύλου, ἀλλὰ τὸ συναμφότερον δηλῶν ὅ ἐστιν ἤδη. εἰ δὲ τοῦτο, οὔπω εὕρηται ὁ ἄνθρωπος. ἦν γὰρ ὁ κατὰ τὸν λόγον, εἰ δέ τις λέγοι τὸν λόγον δεῖ τὸν τῶν τοιούτων εἶναι συναμφότερόν τι, τὸ δὲ ἐν τῷδε καθὸ ἐστιν ἕκαστον. οὐκ ἀξιοῖ λέγειν, χρὴ δὲ,* καὶ εἰ ὅτι μάλιστα τῶν εἰδῶν, καὶ μετὰ τῆς ὕλης τοὺς λόγους χρὴ λέγειν. ἀλλὰ τὸν λόγον αὐτὸν τὸν πεποιηκότα, οἷον τὸν ἄνθρωπον λαμβάνειν, καὶ μάλιστα ὅσοι τοῦ τί ἦν εἶναι ἀξιοῦσιν ἐφ' ἑκάστου ὁρίζεσθαι, ὅταν κυρίως ὁρίζωνται. τί οὖν ἐστι τῷ εἶναι ἀνθρώπῳ. τοῦτο δέ ἐστι. τί ἐστι τὸ πεποιηκὸς τοῦτον τὸν ἄνθρωπον ἐνυπάρχον οὐ χωριστόν. ἄρ' οὖν αὐτὸς ὁ λόγος ζῶόν ἐστι λογικὸν, ἢ τὸ συναμφότερον, αὐτὸς δὲ τίς ποιητικὸς ζώου λογικοῦ, τίς τῶν αὐτὸς, ἢ τὸ ζῶον ἀντὶ ζωῆς λογικῆς, ἐν τῷ λόγῳ. ζωὴ τοίνυν λογικὴ, ὁ ἄνθρωπος. ἄρ' οὖν ζωὴ ἄνευ ψυχῆς; ἢ γὰρ ἡ ψυχὴ παρέξεται τὴν ζωὴν τὴν λογικὴν, καὶ ἔσται ὁ ἄνθρωπος ἐνέργεια ψυχῆς καὶ οὐκ οὐσία, ἢ ἡ ψυχὴ ὁ ἄνθρωπος ἔσται. ἀλλ' εἰ ἡ ψυχὴ ἡ λογικὴ ὁ ἄνθρωπος ἔσται, ὅταν εἰς ἄλλο ζῶον ἴῃ ἡ ψυχὴ, πῶς οὐκ ἄνθρωπος.

* ἴσως μὴ τῶν ἐνύλων εἰδῶν

futurum significat, neque talis est, quale quãdo dicimus ipse homo, sed poti⁹ definitioni cuidam similis, descriptioni inquam tali, qualisquod quid sit non explicet. Nam neq; speciei cuiusquã est materialis, sed designat potius cõpositum quiddam aliquando factum: si autem id sit, nondum inuentus est homo, quem profectò secundum rationem ipsam esse constat. Si quis autem dicat, rationem quidem talium oportere coniunctum aliquid esse, quod autem hac ipsa in re inest, secundum quod est vnumquodq; non existimet afferendum: quod tamen adducendum est, & si quàmmaximè rationes formarum materialium cum materia sint assignandæ. Veruntamen rationem ipsam, quæ facit vt homo sit homo oportet accipere, apud eos præsertim, qui existimant in vnaquaque re ritè definiẽda ipsum, quod quid est penitus explicandum. Quidnam igitur est esse ipsum homini? Idest perinde ac si quæramus, quid est, quod efficit hũc esse hominem, ita tamen vt non separatum sit, sed insit. Num igitur ratio ipsa est animal rationale? an potius hoc est coniunctum? Ipsa verò ratio rationalis animalis effectrix aliquid existens ipsa, quidnã existit? An fortè in ipsa definitiua hominis ratione rationale animal ponitur pro vita quadam rationali? Ideoq; homo vita rationalis erit. Sed nunquid vita sine anima? Aut enim anima rationalem præbebit vitam homo, que ipse erit non substantia quædam, sed actus aliquis animę: aut potius anima homo erit. Verùm si anima scilicet rationalis ipse homo erit, quando in animal aliud anima transit, quidnam prohibet adhuc hominem esse?

Homo est anima intellectualis rationalisq́; simul & sensualis. Atque hæc animæ humanæ conditio ex amussim ad ideæ nostræ characterem est expressa. *Cap. V.*

Quæ quidem idea primus homo est: anima verò ita sicut dixi se habens est homo secundus: tertius verò homo est & quasi iam non homo, animal compositum ex corpore nostro simul atque vita quadam huic infusa ab anima præcedente, in qua sensus est efficacior, ni animali verò sensus obtusior, sed humana quædam affectio, quæ declarat hanc animalis vitam, non ab anima tantùm sphæræ, sed à nostra etiam dependere, sicut nostra diuinitus dependet semper & agit.

ΛΟΓΟΝ τοίνυν δεῖ τὸν ἄνθρωπον, ἄλλον παρὰ τὴν ψυχὴν εἶναι. τί κωλύει συναμφότερόν τι τὸν ἄνθρωπον εἶναι ψυχὴν ἐν τοιῷδε λόγῳ. ὄντος τοῦ λόγου, οἷον ἐνεργείας τοιᾶσδε. τῆς δὲ ἐνεργείας μὲν δυναμένης ἄνευ τοῦ ἐνεργοῦντος εἶναι. οὕτω γὰρ καὶ οἱ ἐν τοῖς σπέρμασι λόγοι. οὔτε γὰρ ἄνευ ψυχῆς, οὔτε ψυχαὶ ἁπλῶς. οἱ γὰρ λόγοι οἱ ποιοῦντες, οὐκ ἄψυχοι. καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν, τὰς τοιαύτας οὐσίας λόγους εἶναι. οἱ οὖν μὴ ποιοῦντες ἄνθρωπον λόγοι, ποίας ψυχῆς ἐνέργειαι; ἆρα τῆς φυσικῆς. ἢ τῆς ζῶον ποιούσης; ἐναργεστέρας τινὸς καὶ αὐτὸ τοῦτο, ζωτικωτέρας. ἡ δὲ ψυχὴ ἡ τοιαύτη ἡ ἐγγενομένη τῇ τοιαύτῃ ὕλῃ ἅτε οὖσα τοῦτο, οἷον οὕτω διακειμένη καὶ ἄνευ τοῦ σώματος ἄνθρωπος, ἐν σώματι δὲ μορφώσασα κατ' αὐτὴν καὶ ἄλλον εἴδωλον ἀνθρώπου, ὅσον ἐδέχετο τὸ σῶμα ποιήσασα, ὥσπερ καὶ τούτου αὖ ποιήσει ὁ ζωγράφος ἔτι ἐλάττω ἄνθρωπόν τινα,

OPORTET igitur, hominem aliam quãdã ratione esse præter animã. Iam verò quid nã obstat, adhuc cõiunctũ aliquid hominem esse? Animam scilicet in tali quadam ratione potissimum constitutam? Vbi profectò hæc ipsa ratio sit tanquã quidam actus eiusmodi actus autem absq; agente esse non possit. Sic enim & quæ seminibus rationes insunt se habere videntur: nam neque absque anima sunt, neque sunt simpliciter animæ. Efficaces enim rationes nõ sunt animæ prorsus expertes. Neque mirari quisquam debet, tales essentias rationes existere. Sed enim rationes illę, quæ non faciunt hominem, qualis animæ potissimum actus sunt? num fortè vegetalis animæ? an potius animal facientis clarioris profectò efficaciorisq;, atq; ob hoc ipsum viuacioris? Anima verò talis assistens videlicet materiæ tali, vtpote quæ sit hoc ipsum tãquam sic affecta, etiã absq; corpore esse iudicatur homo. Quę profectò secũdum seipsam aliquid format in corpore, & simulachrũ hominis aliud, quãtũ capit natura corporis efficit: queadmodũ & huius insup simulachrũ pictor efficere solet: efficit inquã hominẽ quẽdã

deteriorem, qui tamen & formam habet, & rationes vel mores, affectionesque & vires debiles & obscuras: obscura denique omnia, quoniam hic non est homo primus. Atqui & species sensuum aliter, & sensus alios, qui etsi perspicaces apparent, obtusi tamen sunt & imagines quædam, si cum superioribus sensibus conferantur: ipse verò huic præsidēs homo animæ iam diuinioris existit habentis hominem meliorem: sensusque admodum clariores. Atqui hunc fortè hominem Plato definit. Adiungit autem in definiendo, animam vtentem corpore, quoniam anima quæ definitur homo, incubat illi animæ, quæ proximè corpore vtitur. diuinior autem anima secundo loco vtitur corpore. Quando enim id quod factum est, sensua le iam euasit, consequitur hæc vitam tradens integriorē: imò verò non consequitur, sed quasi ipsam adhibet: non enim à mundo intelligibili distat, sed contingens assiduè illum velut sibi suspensam tenet inferiorem, commiscens seipsam cum ratione ad rationem. Quapropter homo hic in se obscurus, fit eiusmodi illustratione lucidior.

A τὴν μορφὴν ἔχει καὶ τοὺς λόγους, ἢ τὰ ἤθη, τὰς διαθέσεις τὰς δυνάμεις, ἀμυδράς. πάντα, ὅτι μὴ οὗτος πρῶτος. καὶ δὴ καὶ εἴδη αἰσθήσεων ἄλλων, αἰσθήσεις ἄλλας ἐναργεῖς δοκούσας εἶναι, ἀμυδροτέρας δὲ, ὡς πρὸς τὰς πρὸ αὐτῶν καὶ εἰκόνας. ὁ δὲ ἐπὶ τούτῳ ἄνθρωπος, ψυχῆς ἤδη θειοτέρας, ἐχούσης βελτίω ἄνθρωπον καὶ αἰσθήσεις ἐναργεστέρας. καὶ εἴη ἂν ὁ πλάτων, τοῦτον ὁρισάμενος. προσθεὶς δὲ τὸ B χρωμένην σώματι, ὅτι ἐποχεῖται, ἣ ἥτις προσχρῆται πρώτως σώματι. ἡ δὲ δευτέρως, ἡ θειοτέρα ἤδη. γὰρ αἰσθητικοῦ ὄντος τοῦ γινομένου, ἐπηκολούθησεν αὕτη τρανοτέραν ζωὴν διδοῦσα. μᾶλλον δὲ, οὐδ' ἐπηκολούθησεν, ἀλλὰ οἷον προσέθηκεν αὑτήν. οὐ γὰρ ἐξίσταται τοῦ νοητοῦ. ἀλλὰ συναψαμένη, οἷον ἐκκρεμαμένην ἔχει τὴν κάτω. συμμίξασα ἑαυτὴν λόγῳ πρὸς λόγον. C ὅθεν καὶ * ἀμυδρὸς οὗτος ὤν, ἐγένετο φανερὸς τῇ ἐλλάμψει. * ἀμυδρῶν

Anima nostra sensum adeo radicitus habet, vt sensu quodam semper [illegible]atur. Cap. VI.

Nam & extra terrenū corpus per corpus aeriū sentit in aere, & per celeste corpus in cælo, hic quidem aeria maximè, ibi verò cælestia. Quin etiā extra cœlū intimo quodā imaginationis sensu ipsas intelligentiæ notiones in cōceptus trāsformat imaginabiles. Vnusquisque nostrûm tres homines habet, idealem, rationalem, sensualem: qui sibi deniceps ordine sunt connexi. Sed alij nostrûm atque aliàs, secundum alium horum trium, atque alium vitam agūt, Et quatenus formas viuendi mutant, eatenus cōmutant & dæmonas proprios præsentis vitæ duces. Tū verò quæ vitā intellectualē potissimum agunt, dæmonē sublimiorem nactæ per eum etiam Deum ducem adipiscuntur. Ludit post hæc ægyptio more Plotinus circa irrationalis animæ transmigrationem atque etiam circa transitum rationalis animæ in ipsam bruti naturam: quæ nec ipse prorsus affirmat, nec alij Platonici comprobant, & nos alibi confutauimus.

SED quonam modo in anima illa præstantiore est sentiendi facultas? Profectò sentiendi vis illa ad ea propriè, quæ illic dicuntur sensibilia pertinet: atq; ita ibi sensus est, sicut & sensibilia. Quapropter & ita sensibilem illo sensu percipit harmoniam, dum videlicet sensualis homo sensu cōtinetur & percipit, atq; coaptat quod sequitur ad vltimum vsq; ad harmoniam ibi vigentem. Quinetiam ignis hic cū illo igne congruit, quem suo quodam sensu anima illa percipiebat, sensu inquam proportionem quādam habente ignis illius naturæ conuenientē. Si enim essent hæc ibi corpora, hæc & ibi anima sentiret atq; animaduerteret. Iam verò homo illic viuens talis quædam anima est, hæc apprehendere potens, vnde & posterior homo imitatio quædā illius imitatione quadam habet & rationes. Atq; homo qui est in mente, homine præfert omnes homines præcedentē, qui sanè secundo fulget homini: secundus tertio quoq; subrutilat. Habet autem quodammodo omnes homo postremus nō factus illis, sed potius adiacens. Agit autem hic quidē noster ad vltimū: huic verò aliquid refulget à præcedente: illi rursus à tertio superiore subgeritur actus: atq; est vnusquisq; secūdū quē & agit, quāuis vnusquisq; habeat omnes, rursusq; non habeat. Postquā verò tertia hæc vita separata est à corpore, similiterque tertius homo, si proximè præcedens anima consequatur, consequēs videlicet à supernis minimè segregata: tunc vbicunque est vltima, præcedens quoque dicitur esse.

A ΠΩΣ οὖν ἐν τῇ κρείττονι τὸ αἰσθητικὸν, ἢ τὸ αἰσθητικὸν τῶν ἐκεῖ ἀναισθήτων. καὶ ὡς ἐκεῖ τὰ αἰσθητά. διὸ καὶ οὕτως αἰσθάνεται τὴν αἰσθητὴν ἁρμονίαν. τῇ δὲ αἰσθήσει παραδεξαμένου τοῦ αἰσθητικοῦ ἀνθρώπου, καὶ συναρμόσαντος εἰς ἔσχατον πρὸς τὴν ἐκεῖ ἁρμονίαν, καὶ πυρὸς ἐναρμόσαντος, πρὸς τὸ ἐκεῖ πῦρ. οὗ αἴσθησις ἦν ἐκείνῃ τῇ ψυχῇ, ἀνάλογον τοῦ πυ-B ρὸς τοῦ ἐκεῖ φύσει. ἢ γὰρ ἦν ἐκεῖ σώματα, ταῦτα ἦσαν αὐτῶν τῇ ψυχῇ αἰσθήσεις καὶ ἀντιλήψεις. καὶ ὁ ἄνθρωπος ὁ ἐκεῖ, ἡ τοιαύτη ψυχὴ ἀντιληπτικὴ τούτων. ὅθεν, καὶ ὁ ὕστερος ἄνθρωπος, τὸ μίμημα, εἶχε τοὺς λόγους ἐν μιμήσει. καὶ ὁ ἐν νῷ ἄνθρωπος, τὸν πρὸ πάντων ἀνθρώπων ἄνθρωπον. ἐλλάμπει δ' οὗτος τῷ δευτέρῳ, καὶ οὗτος, τῷ τρίτῳ. ἔχει δὲ πως * τοὺς πάντας ὁ ἔσχατος, οὐ γινόμενος ἐκείνοις. ἀλλὰ παρακεί-C μενος ἐκείνοις. ἐνεργεῖ δὲ ὁ μὲν ἡμῶν, κατὰ τὸν ἔσχατον. τῷ δέ τι καὶ παρὰ τοῦ πρὸ αὐτοῦ. τῷ δὲ καὶ παρὰ τοῦ τρίτου ἡ ἐνέργεια. καὶ ἔστιν ἕκαστος, καθ' ὃν ἐνεργεῖ καίτοι πάντας ἕκαστος ἔχει καὶ αὖ οὐκ ἔχει. τοῦ δὲ σώματος χωρισθήσης * τῆς τοιαύτης ζωῆς. καὶ τοῦ τρίτου ἀνθρώπου, εἰ συνέποιτο ἡ δευτέρα, συνέποιτο δὲ μὴ χωρισθεῖσα τῶν ἄνω, καὶ ἐκείνη αὐτῇ λέγεται * πάντας * τῆς τρίτης ζωῆς.

εἶναι. μεταλαβούσης δὲ θήρειον σῶμα, θαυμάζεται δέ, πῶς λόγος οὖσα ἀνθρώπου· ἢ πάντα ἦν. ἄλλοτε δὲ ἐνεργεῖ κατ' ἄλλον. καθαρὰ μὲν οὖν οὖσα καὶ πρὶν κακωθῆναι, ἄνθρωπον θέλει, καὶ ἄνθρωπός ἐστι. καὶ γὰρ κάλλιον τοῦτο. καὶ τὸ κάλλιον, ποιεῖ. ποιεῖ δὲ καὶ δαίμονας προτέρους, ὁμοειδεῖς τῇ ἄνθρωπον. καὶ ὁ πρὸ αὐτῆς, δαιμονιώτερος. μᾶλλον δὲ θεός, καὶ ἔστι μίμημα θεοῦ δαίμων εἰς θεὸν ἀνηρτημένος. ὥσπερ ἄνθρωπος εἰς ἄνθρωπον. οὐ γὰρ λέγεται θεός, εἰς ὃν ὁ ἄνθρωπος. ἔχει γὰρ διαφορὰν ἣν ἔχουσι ψυχαὶ πρὸς ἀλλήλας, κἂν ἐκ τοῦ αὐτοῦ ὦσι στίχου. λέγειν δὲ δεῖ δαίμονας, εἶδος δαιμόνων, οὓς φησιν ὁ Πλάτων δαίμονας. ὅταν δὲ συνέπηται τὴν θήρειον φύσιν ἑλομένη ψυχὴ ἡ συνηρτημένη τῇ ὅτε ἄνθρωπος ἦν, τὸν ἐν αὐτῇ. λόγον ἐκείνου τοῦ ζώου ἔδωκεν. ἔχει γὰρ καὶ ἡ ἐνέργεια αὕτη χείρων.

A esse. At cùm in bruti corpus traducitur, mirum videri potest quónam pacto eodem transferatur & illa, quæ hominis ipsius est ratio: sed perfectò iam omnia erat: alias autem agit secundũ aliam rationem. Quatenus igitur existit pura, neque dum deprauata est, hominem vult, homoque existit. Id namque melius est, quódue est melius agit. Agit quoque dæmones priores quidem, sed conformes illi quæ agit hominem: & qui ante ipsam est magis est dęmonicus: imò B verò est Deus. Nempe imitatio quædam Dei est annexus Deo dæmon, quemadmodum home hic suspensus ad hominem illũ. Non enim Deus dicitur in quem proximè homo suspensus erigitur. Differentia nanque hîc eadem est, quam & animæ inter se habent, si quidem ex ordine sint eodem. Oportet autem dæmones dicere speciem dæmonum, quos Plato dæmones nuncupat. Quando verò comitatur animã quæ elegit iam bruti naturam, tunc quæ anne- C xa est eratque animæ superiori, etiam dum agebat hominem, i[illegible] bi seminalẽ animalis illius exhibet rationem. Habet enim eam, actusque eiusmodi deterior iudicatũr.

Quum Plotinus velit ideam hominis cum idea equi commisceri non posse: item intellectum nostrum in diuinis perpetuò permanere: rationemque ab intellectu proximè regi: rursus diuinam animæ nostræ naturam ad inferiora nequaquam præcipitari, sed vicessim anniti hæc ad illam, consequens erat dicere, humanam speciem in equinam minimè permutari. Notabis in nostro corpore vltra vitale vestigium impressum ab anima mundi, quod nimium est commune, imprimi vestigium quoque vitale propriumque ab anima nostra, atque hanc ab anima mundi diuersam esse, nec ab externis, sed à seipsa potius permutari. Vnde consequens est, nulla eiusmodi mutatione speciem propriam prorsus exuere. Anima denique etiam in mundo diuino sensibus vti dicitur, quoniam corporea percipit, quamuis ab excelsiore specula prospicere videatur.

Cap. VII.

ἈΛΛ' εἰ κακωθεῖσα καὶ χείρων γενομένη, πλάττει θήρειον φύσιν, οὐκ ἦν ὃ ἐξ ἀρχῆς βοῦν ἐποίει, ἢ ἵππον, καὶ ὁ λόγος ὁ ἵππου. καὶ ἵππος παρὰ φύσιν, ἢ ἔλαττον, οὐ μὴν παρὰ φύσιν, ἀλλ' ἐκεῖνό πως, καὶ ἐξ ἀρχῆς, ἵππος, ἢ κύων. καὶ εἰ μὲν ἔξει, ποιεῖ τὸ κάλλιον· εἰ δὲ μή, ὃ δύναται, ἥ γε ποιεῖ προσταχθεῖσα, οἷα καὶ οἱ πολλὰ εἴδη ποιεῖν εἰδότες δημιουργοί. εἶτα τοῦτο ποιοῦντες, ἢ ὃ προσετάχθησαν, ἢ ὃ ἡ ὕλη ἐθέλει τῇ ἐπιτηδειότητι. τί γὰρ κωλύει τὴν μὲν δύναμιν τῆς τοῦ παντὸς ψυχῆς προϋπογράφειν, ἅτε λόγον πάντα οὖσαν, πρὶν καὶ παρ' αὐτῆς ἥκειν τὰς ψυχικὰς δυνάμεις, καὶ τὴν προϋπογραφὴν, οἷον προδρόμους ἐλλάμψεις εἰς τὴν ὕλην εἶναι, ἤδη δὲ τοῖς τοιούτοις ἴχνεσιν ἐπακολουθοῦσαν τὴν ἐξεργαζομένην ψυχήν,* κατὰ μέρη τὰ ἴχνη διαρθροῦσαν ποιῆσαι καὶ γενέσθαι ἑκάστην τοῦτο, τῷ προσῆλθε σχηματίσασα ἑαυτήν, ὥσπερ τὸν ἐν ὀρχήσει πρὸς τὸ δοθὲν αὐτῷ δρᾶμα. ἀλλὰ γὰρ ἐπισπώμενοι τῷ ἐφεξῆς, εἰς τοῦτο ἥκομεν. ἦν δὲ ἡμῖν ὁ λόγος, τὸ αἰσθητικὸν ὅπως τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πῶς οὐκ ἐκεῖνα πρὸς γένεσιν βλέπει. καὶ ἡμῖν ἐφαίνετο καὶ ὁ λόγος ἐδείκνυεν, οὐκ ἐκεῖνα πρὸς τὰ τῇδε βλέπειν, ἀλλὰ ταῦτα εἰς ἐκεῖνα ἀνηρτῆσθαι καὶ μιμεῖσθαι ἐκεῖνα. καὶ τοῦτον τὸν ἄνθρωπον, παρ' ἐκείνου

* [illegible] μέρη

A VERVM si anima iam deprauata factaq; deterior brutam fingit naturam, nó erat ab initio, quòd bouem faceret aut equum, seminalisq; ratio equi & equus præter naturam erũt: imò verò minus aliquid sunt, neq; tamen præter naturam. At illud quodammodo etiam ab initio equus, aut canis erat, atq; si facultas suppetat, quod est melius efficit: sin minus saltem quodcunque potest: anima ipsa videlicet addicta iam ad agendum: quemadmodum artifices, B qui etsi sciunt species plurimas fabricare, id postea tamen agunt ad quod vel addicti sunt, vel quod sua quadam præparatione materia postulat. Quid enim obstat, quin virtus animę mundi, vtpote quæ est ratio vniuersa, materiã quodammodo præfiguret? prius etiam quàm ab anima particulari animales potentiæ veniant, & ipsa præfiguratio sit velut illustrationes quędam in materiam præcurrentes? Atque vestigia iam eiusmodi anima prosequens peragendo, singulaque vestigia membratim dearticulã C do proprium perficiat opus? Et quælibet anima potissimũ id euadat, in quod inciderit, seipsam videlicet figurãdo? queadmodũ vnusquisque in tripudio atq; ludo seipsum ad mandatũ sibi actum gestumq; accõmodat. Sed enim eo quod deinceps sequebatur, ducti hucusq; deuenimus. Institutũ verò nostrũ erat inquirere, quomodo in ipso homine sit sentiẽdi facultas: & quomodo diuina illa ad generationẽ minimè inclinẽtur. Iam verò nobis apparuit, & ratio demõstrauit, nó illa quidẽ ad hęc aspicere, sed hęc potius ad illa prorsus anniti, inde pendere, illa pro viribus imitari, hominemq; hunc ab illo

habere vires ad illa. Quin etiam sensibilia hæc cum hoc homine coniugari, illa verò cum illo. Illa enim quodammodo etiam sensibilia sunt: quæ ita nominauimus, quia corpora sunt, sed aliter quàm hæc nostra percipiũtur. Constitit insuper hũc sensum illa perceptione obscuriorem esse, quàm sensum ideo nuncupauimus, quia corpora percipit, sed longè perspicaciorẽ esse concessimus. Atque ob hoc hunc quoque hominem esse diximus sensualem: quoniã deteriori modo deterioraque apprehendit, scilicet illorum duntaxat imagines, vt meritò dici possit, hos quidem sensus obscuras intelligentias esse: intelligentias autem illas sensus admodum perspicaces.

A ἔχοντα τὰς δυνάμεις πρὸς ἐκεῖνα. καὶ συνέζευχθαι ταῦτα τὰ αἰσθητὰ, τούτῳ. ἐκεῖνα δ' ἐκείνῳ. ἐκεῖνα γὰρ τὰ αἰσθητὰ ἃ οὕτως* ὠνομάσαμεν ὅτι ἀσώματα ἄλλον δὲ τρόπον ἐν ἀντιλήψει. καὶ τὴν δὲ τὴν αἴσθησιν ἀμυδροτέραν οὖσαν τῆς ἐκεῖ ἀντιλήψεως, ἣν ὀνομάζομεν αἴσθησιν, ὅτι σωμάτων ἦν, ἐναργεστέραν εἶναι. καὶ διὰ τοῦτο καὶ τοῦτον αἰσθητικὸν ὅτι ἐλαττόνως, καὶ ἐλαττόνων ἀντιληπτικὸν εἰκόνων ἐκείνων, ὥστε εἶναι B τὰς αἰσθήσεις ταύτας, ἀμυδρὰς νοήσεις: τὰς δὲ ἐκεῖ νοήσεις, ἐναργεῖς αἰσθήσεις.

* ὠνόμασα

Intellectus primus fœcunditate lucis exuberante in quamplurimos seipsum intus naturaliter propagat radios ideales. Ex hac propagatione intellectuali simul & naturali naturales rerũ formæ foras tãquã lumina profluunt.

Cap. VIII.

Illic igitur nõ excogitatur equus, ut hic fiat equus: alioquin & hinc illa penderent, & notus ibi foret equus antequam notus. Tum uerò multitudo illic formarum eatenus enumerabilis esse uidetur, quatenus quicquid acceperis in eo quod est post ipsum unum, semper occurrit ut multiplex Plenitudo quinetiã prima quicquid habet, intus omnium habet æquè plenum.

VERVM sentiendi quidem facultas ita se * habeat. Sed quonam pacto equus ille totus, & quodlibet illic animal ad hęc nostra non respicit? siquidem vt hic generetur equus vel aliud quoduis animal, intellectus ille ipsam equi inuenerit notionem, tametsi impossibile cognitu est, illum iam volendo equum, facere equũ deinde cogitauisse. Iam enim proculdubio equi intelectio extitisset, si modò equum volebat efficere. Quapropter non datur, vt faciat illum excogitasse, sed prius equum ingenitum extitisse patet ante futurum hic equum. Si ergo ante generationem erat, neq; vt gigneretur intellectus fuit, nimirum non ad hæc nostra respiciens penes seipsum habuit equũ, qui ipsum ibi possidet equum: neq; vt hæc efficeret, equũ habuit atq; alia: sed erant illa quidem, hæc autem ad illa sunt necessariò subsecuta: non enim dabatur vsque ad illa duntaxat progredi, ibiq; desistere. Quis enim potestatem illam cohibuisset manere pariter progrediq; potentẽ? Cęterùm quæri potest, cur nam ibi sint hæc animalia. Quid enim hæc in Deo? Rationalia quidem ibi sint: tanta verò irrationalium multitudo quidnam habet honesti? Quin potius turpitudinem videtur inferre. Patet vtique ens ipsum vnum oportere quinetiam esse multa: quippe cum sit post illud quod est penitus vnum: alioquin post illud minimè foret, sed potius illud. Cum verò sit post illud, fieri nequit, vt in eo quod est vnũ esse superet ipsum: sed necesse est sub illo deficere. Cum verò optimum omnino sit vnum, oportuit hoc plus esse quàm vnum: multitudo enim in defectu versatur. Sed quid prohibet ens ipsum ad binarium vsq; tantùm multiplicari? Nempe quia vtrunq; in binario positum tale est, vt penitus vnum esse non possit. Sed necessarium est alterũ atq; alterũ rursus duo quædam saltem existere: rursusque eorum quodlibet eodem pacto multiplicari, proinde in primo binario motus est insuper atque status. Est etiam intellectus, est & uita: perfectus inquam intellectus, & vita perfecta. Est igitur non tanquam intellectus vnus, sed intellectus omnis, intellectus omnes continens singulatim: multiplicatus eatenus, quatenus intelle-

A ΑΛΛΑ τὸ μὲν αἰσθητικὸν,* οὕτως. τὸ δὲ ἵππος * ὅλως καὶ ἕκαστον τῶν ζώων ἐκεῖ, πῶς οὐ πρὸς τὰ ἐνταῦθα ἐθέλει βλέπειν. ἀλλ' εἰ μὲν ἵνα ἐνταῦθα ἵππος γένοιτο, ἢ ἄλλο τι ζῶον, ἐξεῦρε νόησιν ἵππου. καίτοι πῶς οἷόν τε ἦν βουλόμενον ἵππον ποιῆσαι, νοῆσαι ἵππον. ἤδη γὰρ δῆλον ὅτι ὑπῆρχεν ἵππου νόησις, εἴπερ ἠβουλήθη ἵππον ποιῆσαι. ὥστε οὐκ ἔστιν B ἵνα ποιήσῃ νοῆσαι. ἀλλὰ πρότερον εἶναι τὸν μὴ γενόμενον ἵππον, πρὸ τοῦ μετὰ ταῦτα ἐσομένου. εἰ οὖν πρὸ τῆς γενέσεως ἦν, καὶ οὐχ ἵνα γένηται ἐνοήθη. οὐ πρὸς τὰ τῇδε βλέπων εἶχε παρ' ἑαυτῷ, ὃς εἶχε τὸν ἐκεῖ ἵππον. οὐδ' ἵνα τὰ τῇδε ποιήσῃ εἶχε τοῦτόν τε καὶ τὰ ἄλλα. ἀλλὰ ἦν μὲν ἐκεῖνα. ταῦτα δὲ ἐπηκολούθη ἐξ ἀνάγκης ἐκείνοις. οὐ γὰρ ἦν στῆναι μέχρι τῶν ἐκεῖ. τίς C γὰρ ἂν ἔστησε δύναμιν, μένειν τε καὶ προϊέναι δυναμένην. ἀλλὰ διατί, ἐκεῖ ζῶα ταῦτα. τί γὰρ ἐν θεῷ ταῦτα; τὰ μὲν γὰρ λογικὰ ἔστω. ἀλόγων δὲ τοσοῦτον πλῆθος, τί τὸ σεμνὸν ἔχει. * τί δ' οὐ τοὐναντίον. ὅτι μὲν οὖν πολλὰ δεῖ τοῦτο τὸ ἓν εἶναι, ὂν μετὰ τὸ πάντη ἕν, δῆλον. ἢ οὐκ ἂν ἦν μετ' ἐκεῖνο, ἀλλ' ἐκεῖνο. μετ' ἐκεῖνο δὲ ὂν, * ὑπὲρ μὲν ἐκεῖνο ὑπῆρχεν ἐκεῖνο πρὸς τὸ D μᾶλλον ἓν γενέσθαι, οὐκ ἦν. ἐλλεῖπον δὲ ἐκείνου, τοῦ δ' ἀρίστου ὄντος ἑνὸς, ἔδει πλέον ἢ ἓν εἶναι. τὸ γὰρ πλῆθος ἐν ἐλλείψει. τί οὖν κωλύει δυάδα εἶναι, ἢ ἑκάτερον τῶν ἐν τῇ δυάδι, οὐχ οἷόν τε ἦν, ἓν παντελῶς εἶναι. ἀλλὰ πάλιν αὖ δύο τοὐλάχιστον εἶναι. καὶ ἐκείνων αὖ ὡσαύτως. εἶτα καὶ κίνησιν ἦν * ἐν τῇ δυάδι καὶ πρώτη καὶ στάσις. ἦν δὲ καὶ νοῦς, καὶ ζωὴ ἦν ἐν αὐτῷ. καὶ τέλειος νοῦς, καὶ ζωὴ τελεία. ἦν τοίνυν οὐχ ὡς νοῦς εἷς, ἀλλὰ πᾶς. καὶ πάντας τοὺς E καθέκαστα νοῦς ἔχων, καὶ τοσοῦτος, ὅσοι

* ὄντως
* ὅλος
* τί δὲ οὐ τοὐναντίον.
* ὑπὲρ μὲν ἐκεῖνο πρὸς τὸ μᾶλλον ἓν γενέσθαι, οὐκ ἦν.
* ἐν τῇ δυάδι τῇ πρώτῃ

ctus

πάντες, καὶ πλείων. καὶ ἔζη οὐχ ὡς ψυχὴ μία, ἀλλ' ὡς πᾶσαι καὶ πλείω. δύναμιν εἰς τὸ ποιεῖν ψυχὰς ἑκάστας ἔχων. καὶ ζῶον παντελὲς ἦν, οὐκ ἄνθρωπον ἐν αὐτῷ μόνον ἔχον· μόνος γὰρ ἄνθρωπος ἐνταῦθα ἦν.

A ctus omnes, imò rursus & amplior. Viuit profectò mens illa non vt anima vna, sed vt omnes; vimque posſidens ampliorem ad ſingulas animas procreandas. Eſt & animal vniuerſum, nō hominem in ſe ſolum habens: alioquin ſolus hic homo foret.

Quum in ente primo ſit primus numerus origo rerum, meritò illic eſt omnis rerum numerus. Item quum ſit prima forma, iure illic res inter ſe formarum gradibus differunt tanquam ſpecies. Rurſus in vita intelligentiaq́ perfecta idea quælibet rerum, hîc etiam non viuentium vita eſt & intelligentia quædam. Cap. IX.

Similiter metallorum formæ in ſe etiam non lucentium in planetis ſuis lucent omnes varietate lucis: & animalium formæ deformium formoſæ ſunt in cælo. Vita illic intelligentiaque mirabiliter efficax mouetur intra ſe quã plurimum: eiuſmodi motu ſe deriuando quaſi ſe diuidit: nec tamen materiali quadam diuiſione continui: ergo formali. Plurimis interim formarum gradibus ſe diſtinguit: atque ſicut diuiſio progreſsioq́ mundana, ſic illa deinceps in anguſtiora procedit, minorũ deinceps ideas intra ſe proferẽs. Sed quoniã omnes illic ideæ ex vna & in vna indiuiduaq́ vita & intelligentia ſunt, nimirũ omnes in qualibet continentur: ſicut in quauis ſtella ſunt & aliarum vires, quatenus omnes in cælo in eodem Solis lumine congruunt, quamuis ſingulæ & aſpectu & effectu primo proprietatem ſuam præferant. Similiter profert & quæuis idea ſuam, reliquas interea continens.

Ἀλλ' ἔστω φησί τις τὰ τίμια τῶν ζώων, πῶς αὖ τὰ εὐτελῆ καὶ τὰ ἄλογα ἦν; τὸ εὐτελὲς δηλονότι τῷ ἀλόγῳ ἔχοντα, εἰ τῷ λογικῷ τὸ τίμιον. καὶ εἰ τῷ νοερῷ τὸ τίμιον, τῷ ἀνοήτῳ τὸ ἐναντίον. καίτοι πῶς ἀνόητον ἢ ἄλογον ἐκείνου ὄντος ἐν ᾧ ἕκαστα, ἢ ἐξ οὗ. πρὸ δὴ τῶν περὶ ταῦτα καὶ πρὸς ταῦτα λεχθησομένων, λάβωμεν, ὡς ὁ ἄνθρωπος ὁ ἐνταῦθα, οὐ τοιοῦτός ἐστιν οἷος ἐκεῖνος. ὥστε καὶ τὰ ἄλλα ζῶα, οὐχ οἷα τὰ ἐνταῦθα, κἀκεῖ, ἀλλὰ μειζόνως δεῖ ἐκεῖνα λαμβάνειν. εἶτα οὔτε τὸ λογικὸν ἐκεῖ, τῷδε γὰρ ἴσως λογικός. ἐκεῖ δὲ ὁ πρὸ τοῦ λογίζεσθαι. διὰ τί οὖν ἐνταῦθα λογίζεται οὗτος, τὰ δ' ἄλλα οὔ. ἢ διαφόρου ὄντος ἐκεῖ τοῦ νοεῖν, ἔν τε ἀνθρώπῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις, διάφορον καὶ λογίζεσθαι. ἔνι γάρ πως. καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις πολλὰ διανοίας ἔργα. διὰ τί οὖν οὐκ ἐπίσης λογικά. διὰ τί δὲ ἄνθρωποι πρὸς ἀλλήλους οὐκ ἐπίσης. δεῖ δὲ ἐνθυμεῖσθαι. ὡς τὰς πολλὰς ζωὰς οἷον κινήσεις οὔσας, καὶ τὰς πολλὰς νοήσεις, οὐκ ἐξῆν τὰς αὐτὰς εἶναι. ἀλλὰ καὶ ζωὰς διαφόρους καὶ νοήσεις ὡσαύτως. τὰς δὲ διαφορὰς πως φωτεινοτέρας καὶ ἐναργεστέρας. καὶ τὸ ἐγγὺς δὲ τῶν πρώτων, πρώτας καὶ δευτέρας καὶ τρίτας. διόπερ τῶν νοήσεων, αἱ μὲν, θεοί, αἱ δὲ, δεύτερόν τι γένος, ἐν τῷ τὸ λογικὸν ἐπίκλην ἐνταῦθα. ἑξῆς δὲ ἀπὸ τούτων, τὸ ἄλογον κληθέν. ἐκεῖ δὲ καὶ τὸ ἄλογον λεγόμενον λόγος ἦν. καὶ τὸ ἄνουν νοῦς ἦν. ἐπεὶ καὶ ὁ νοῶν ἵππον, νοῦς ἐστι. καὶ ἡ νόησις ἵππου, νοῦς ἦν. ἀλλ' εἰ μὲν νόησις μόνον, ἄτοπον οὐδὲν τὴν νόησιν αὐτὴν νόησιν οὖσαν, ἀνοήτου εἶναι. νῦν δ' εἰ ταὐτὸν ἡ νόησις

A At verò ſint ibi dicet aliquis, animalia potiſſimùm honoranda: ſed quònam pacto viliora rurſus & ratione capta? Quæ profectò propterea quòd ratione orbata ſint, abiecta cẽſentur: ſiquidem ob virtutem rationalem animal honorandum exiſtimatur. Ac ſi ob naturam intellectualem eſt aliquid honorandum, meritò propter eius abſentiam contemnẽdum. Quãquã difficile dictu eſt, quomodo ſit ibi aliquid mente vel ratione uacans: quippe cum illud in B quo vel ex quo ſingula ſunt, ratio ipſa & intellectus primus exiſtat. Iam igitur ante illa quæ circa hæc & ad hæc dicenda ſunt, in ipſo prorſus conueniamus, hominem videlicet hîc viuẽtem, non talem qualis ille eſt, eſſe: ſimiliterque nec animalia cætera qualia hîc ſunt, talia illic exiſtere: ſed præſtantiori quodam gradu illa prorſus accipienda. præterea nec rationale quicquam propriè illic exiſtere. Hîc enim forC tè aliquis ratione diſcurrat: illic autẽ actus viget rationali diſcurſione ſuperior. Sed cur nã hîc homo quidẽ ratiocinatur, cætera verò nequaquam? Profectò quia illic intelligentia in homine alijsque animalibus differẽs eſt, ideoq; & hîc ratiocinatio differẽs: inſunt enim quodammodo cæteris etiam animantibus multa cogitationis officia. Cur igitur nō æquè rationalia ſunt? Ad id verò obijciendum eſt rurſus interrogando, cur nec ipſi homines æquè inter ſe ratio- D nes exiſtant? Operæpretium eſt conſiderare multas vtique vitas, velut motiones quaſdã multaſque intelligentias nequaquam oportuiſſe eaſdem inter ſe exiſtere, ſed & differentes vitas & intelligentias ſimiliter differentes, ipſaſque quodãmodo differentias magis minùſue lucidas & perſpicuas eſſe: atq; quod primis eſt proximum per primas differentias deſignari: quod verò ſecundum, ſimiliter per ſecundas: tertium quoque per tertias. Quamobrem in ipſo intelligentiarum ordine aliæ quidem dij ſunt, aliæ verò ſecundum obtinent genus: in quo ſanè id continetur, quod rationale apud nos appellatur. Deinceps verò natura ſequitur, quæ irrationalis nuncupatur à nobis. Illic autem illud etiam ratio quædam eſt, quod à nobis irrationale vocatur, & quod mente vacans illic eſt intellectus: quippe cum & qui intelligit equum ſit intellectus, & intelligentia equi ſit ſimiliter intellectus. Proinde ſi intelligentia ibi ſola eſſet, nihil foret abſurdum intelligentiam eiuſmodi in quodam mentis experte verſari. Nunc autem ſi idem eſt intelligentia ipſaque res intellecta,

quónam pacto hæc quidē intelligentia est, res ipsa vero intellectu priuata? alioquin sic vtiq; mens ipsa faceret se amentem. Sed profectò ipsa res ibi non est intellectu vacans, sed intellectus eiusmodi. Est enim & eiusmodi vita. Sicut enim vita quælibet non eo munere caret quo sit & vita, sic neque intellectus talis à simili abest munere quo sit intellectus. Quandoquidē neque intellectus secundum vnumquodque animal illic vigens ea dote priuatur, qua sit intellectus & omnium, velut & hominis: siquidē quācūq; acceperis partē, hæc ipsa illic est omnia, sed fortè aliter, atque aliter. Actu enim pars quedā est, sed interim omnia potest: nos aūt in singulis quod actu existit, accipimus. Quod verò existit actu, est vltimum: adeò vt huius vtiq; intellectus vltimum equus sit: & qua parte desinit intellectus, ille in minorē semper progrediens vitam, suboriatur equus: vbi verò inferius desinit, & inferius animal. Vires enim illæ dum explicantur, continuè desuper quidem relinquunt. Procedunt autem semper aliquid dimittentes, & in dimittendo alia semper, & alia suggerunt: ac propter indigentiam animalis iam emicantis, ex eo quod defectū patitur, adhibere aliud machinantur: velut quoniam non est amplius ad vitam sufficientia, apparuit vnguis & rostrum, apparuerunt cornua, dentes. Quapropter quocunque mens ipsa descendit, ibidem rursus naturæ suæ sufficientia supernè se recipit & emergit, reperitque in se deficientis expositam medicinam.

τῷ πράγματι, πῶς ἡ μὲν, νόησις, ἀνόητον ἢ τὸ πρᾶγμα. οὕτω γὰρ αὖ νοῦς ἀνόητον ἑαυτὸ ποιεῖ. ἢ οὐκ ἀνόητον, ἀλλὰ νοῦς τοιόσδε ζωὴ γὰρ τοιάδε. ὡς γὰρ ἡ ποσουῦν ζωὴ οὐκ ἀπήλλακται τοῦ εἶναι νοῦς, ἐπεὶ οὐδὲ ὁ νοῦς ὁ κατὰ ὁτιουνοῦν ζῶον ἀπήλλακται αὖ, τοῦ νοῦς εἶναι πάντων, οἷον καὶ ἀνθρώπου. εἴπερ ἕκαστον μέρος ὅτι ἂν λάβῃς, πάντα, ἀλλ' ἴσως ἄλλως. ἐνεργείᾳ μὲν γὰρ, ἐκεῖνο. δύναται δὲ πάντα. λαμβάνομενον δὲ καθ' ἕκαστον τὸ ἐνεργείᾳ, τὸ δ' ἐνεργείᾳ * ἕκαστον ὥστε τοῦδε τοῦ νοῦ τὸ ἔσχατον, ἵππον εἶναι. *ἔχατον καὶ ᾗ ἔληξε προϊὼν, ἀεὶ εἰς ἐλάττω ζωὴν, ἵππον εἶναι. ἄλλον δὲ κατωτέρω λῆξαι. ἐξελιττόμεναι γὰρ αἱ δυνάμεις, καταλείπουσιν ἀεὶ, εἰς τὸ ἄνω. προΐασι δέ τι ἀφιεῖσαι, καὶ ἐν τῷ ἀφεῖναι δὲ ἄλλα. ἀλλὰ διὰ τὸ ἐνδεὲς τοῦ ζώου τοῦ φανέντος, ἐκ τοῦ ἐλλείποντος, ἕτερον ἐξεῦρουσαι προσθεῖναι. οἷον ἐπεὶ οὐκ ἔστιν ἔτι τὸ ἱκανὸν εἰς ζωὴν, ἀνεφάνη ὄνυξ καὶ τὸ γαμψώνυχον, ἢ τὸ καρχαρόδουν, ἢ κέρατος φύσις. ὥστε ᾗ κατῆλθεν ὁ νοῦς, ταύτῃ πάλιν αὖ τῷ αὐτάρκει τῆς φύσεως ἀνακύψαι· καὶ εὑρεῖν ἐν αὐτῷ τοῦ ἐλλείποντος κειμένην ἴασιν.

Vita & intelligentia prima, & animal perfectissimum omnes quotcunque cogitari possunt vitæ, & intelligentiæ. & animalium gradus, speciesq́; continet. *Cap.* X.

Quum ibi prima multiplicatio sit, meritò quod melius est multiplicatur in species: quæ & vnitæ inuicem magnopere sunt, pariterq́; distinctæ. In materia quidem tenebrosa formæ rerum & vix inuicem vniuntur, & mox inter se confunduntur: in prima verò forma efficacissima simul atque clarissima. Formæ rerum omnes vnà cū communi natura proprietates suas mirificè seruant, vniuersumq́; illic vniforme pariter occurrit & omniforme.

A CAETERVM quæ sunt in mente, secundum quid potissimum boniformia sunt? Nunquid qua ratione species est vnumquodque? An quia pulchra sunt singula? An propter aliud quiddam? Si verò quicquid à bono prouenit, vestigium figuramque habet illius, aut ab illo, quatenus inde descendit, quemadmodum ab igne genitum, ignis habet vestigiũ, & quod à dulci similiter dulcis impressionem, proue- B nit autem in intellectum ab illo & vita. Nam ex actu quodam ab illo pendente extitit, atque intellectus extitit propter illum. Item specierum inde pulchritudo descendit, omnia profectò boniformia erunt, vita, intellectus, idea. Verùm quidnam commune? Non enim sufficit hoc ipsum scilicet esse ab illo, ad hoc tandẽ, vt aliquid propterea sit in omnibus idem: in ipsis enim commune ipsum oportet inesse. Fieri namque potest, vt ab eodem non idem effi- C ciatur: aut etiam quod similiter datum est in accipientibus diuersum euadat: quoniam & aliud illud in quod munus boni traducitur, primus est actus, aliud verò ipsum est, quod actui primo tribuitur. Quod autem in his resultat, aliud iam existit: aut fortè nihil prohibet secundum quodlibet quidem esse boniforme, magis tamen secundum aliud. Quid igitur hoc ipsum est, secundum quod potissimum boniforme censetur? Sed forsan prius illud expedit indagare: nunquid bonum sit ipsa vita, hoc D ipso videlicet quòd est vita, etiam si pura prorsus & nuda consideretur? An potius vita propriè quæ sit à bono? Esse autem à bono nihil sit aliud quàm vitam esse talem? Rursus ergo quidnam est vita talis? Nunquid vita boni? At verò non ipsius est propriè, sed ex ipso. Verùm si in illa vita insit hoc ipsum, quod fit ex illo, atque est ipsa vera vita, nihilque ab illo profluens, vile esse dicendum: profectò & qua ratio- E ne vita iudicanda est esse bonum, similiterque in intellectu vero primoque illò necessarium est concedere, illum scilicet esse bonũ: & quamlibet speciem bonum esse, atq; boniforme. Si igitur ita se res habet, fortè vnum quodque horum bonũ aliquod habet, siue cõmune, siue potius aliud, siue hoc quidẽ primò bonum habet, illud autem deinceps graduq; secundo. Cum enim acceperimus vnumquodq;, tanquam in essentia sua iam boni aliquid habens, nimirum & ob hoc ipsum est vnũquodq; bonum. Constitit sanè vitã esse bonũ, nõ quidẽ simpliciter, sed quoniã vera vita, atq; ab illo, intellectũq; similiter bonũ: quoniã verus sit, & inde ꝓgenitus, oportet certè aliqd ipsius eiusdẽ in his inueniri. Quãdo enim de rebus inter se differentibus idẽ aliquid prædicatur,

A nihil prohibet in illorum quidem eſſentia illud ineſſe, ſimul tamen licet ipſum accipere ratione ſeorſum: quemadmodum & animal in homine ſimul & equo, calidum in aqua & igne. Sed ibi quidem tanquam genus hic autem tanquam hoc quidem primo tale ſit, illud verò poſterius. Num igitur vita & intellectus & cætera ſingulatim vniuocè, an æquiuocè, an potius analogia quadam dicuntur bonū? An igitur ineſt eorum eſſentiæ bonum? Vel potius totum vnumquodq; bonum eſt? Nō
B ſecundum vnum bonum. Quomodo igitur? Nunquid velut partes? At verò impartibile eſt ipſum bonum. Forſan verò vnum quidem eſt ipſum: id autem hoc modo ſe habet. Etenim actus primus eſt bonum: idque quod in eo determinatum eſt, exiſtit bonum: itemque ambo. Atque id quidem iccirco bonum eſt, quia factum eſt ab eo: hoc autem quia ornamentum eſt ab ipſo: illud verò, quoniam ambo cēſetur.
C Hæc igitur omnia ab ipſo eodemque ſunt: nihilque eſt idem, velut ſi ab eodē vox proueniat & inceſſus, aliúdue quiddam, omnia denique rectè compoſita. Fortè verò in his dicuntur ſimiliter omnia rectè diſponi, quoniam ordo numerusque omnibus ineſt. In illis autem quidnam eſt commune? Dicet fortè quiſpiam, in his quidem totum vnumquodque, vt rectè ſe habeat, exrrinſecus adipiſci, cum differentia ſint ea circa quę ordo verſatur: ibi verò ipſa quoque ſingulatim eſſe bonum. Sed cur nam & ipſa? Non enim hoc ipſo duntaxat confidendum eſt, ſcilicet hæc eſſe bona, quoniam ſint ab illo, atque ita quieſcere. Concedendum eſt profectò, hęc cum ab illo ſint, eſſe admodum pretioſa: ſed ulterius non ipſa deſiderat, ſecundum quid potiſsimum illorum exiſtimetur bonum.

A οὐδὲν ἐν τῇ οὐσίᾳ αὐτῶν τοῦτο ἐνυπάρχειν. ὅμως δέ ἐστι λαβεῖν αὐτὸ χωρὶς τῷ λόγῳ. οἷον καὶ τὸ ζῷον ἐπ' ἀνθρώπου καὶ ἵππου, καὶ τὸ θερμὸν ἐπὶ ὕδατος, καὶ πυρὸς τὸ μὲν, ὡς γένος, τὸ δ' ὡς τὸ μὲν πρώτως, τὸ δὲ δευτέρως. ἢ ὁμωνύμως ἂν ἑκάτερον ἢ ἕκαστον λέγοιτο ἀγαθόν. ἆρ' οὖν ἐνυπάρχει τῇ οὐσίᾳ αὐτῶν τὸ ἀγαθόν; ἢ ὅλον ἕκαστον ἀγαθόν ἐστιν; οὐ καθ' ἓν τὸ ἀγα-
B θόν. πῶς οὖν; ἢ ὡς μέρη; ἀλλὰ ἀμερὲς τὸ ἀγαθόν. ἢ ἓν μὲν αὐτό: οὑτωσὶ δὲ τόδε. καὶ γὰρ ἡ ἐνέργεια, ἡ πρώτη ἀγαθόν. καὶ τὸ ἐπ' αὐτῇ ὁρισθὲν ἀγαθόν, καὶ τὸ συναμφότερον. καὶ τὸ μὲν ὅτι γενόμενον ὑπ' αὐτοῦ. τὸ δ' ὅτι κόσμος ἀπ' αὐτοῦ. τὸ δ' ὅτι συνάμφω. ἀπ' αὐτοῦ οὖν καὶ οὐδὲν ταὐτὸν, οἷον εἰ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ φωνὴ, καὶ βάδισις, καὶ ἄλλο τι πάντα κατορθούμενα.
C ἢ ἐνταῦθα, ὅτι τάξις καὶ ῥυθμός. ἐκεῖ δὲ, τί. ἀλλ' εἴποι τις ἂν, ὡς ἐνταῦθα ὅλον εἰς τὸ καλῶς ἔξω ... ν, διαφόρων ὄντων, τῶν περὶ ἃ ἡ τάξις. ἐκεῖ δὲ, καὶ αὐτά. ἀλλὰ διατί καὶ αὐτά. οὐ γὰρ ὅτι ἐπ' ἐκείνου δεῖ πιστεύοντας ἀφεῖναι. δεῖ μὲν γὰρ συγχωρεῖν ἀπ' ἐκείνου ὄντα, τίμια εἶναι, ἀλλὰ ποθεῖ ὁ λόγος λαβεῖν, κατὰ τί τὸ ἀγαθὸν αὐτῶν.

Bonum neque definiendum eſt per id quod ſit appetibile, neque per id quod ſit vniuſcuiuſque virtus. In prima enim deſcriptione adhibentur poſteriora bono. Atque propter appetentium appetibiliumq; diuerſitatem, iudicium veri boni reſtat ambiguum. In ſecunda adhuc ſupereſt quærendum, quare & quomodo virtus aliqua vel virtus ipſa ſit bonum. *Caput XIX.*

A NVM igitur deſiderio atque animæ iudicium tribuemus? Atque huius affectui fidem penitus adhibentes, quod huic appetibile eſt, bonum eſſe cenſebimus: propter quid autem deſideretur, nequaquam inueſtigabimus. Atque quid vnumquodque ipſorum ſit, demonſtrationibus explicabimus: ipſam verò boni rationem appetitui committemus? Veruntamen multa ſic abſurda nobis occurrunt. Primum quidem, quod & bonum vnum aliquid
B erit eorum quæ ſunt circa aliud: deinde quoniam multa ſunt, quæ appetunt, aliaque ab alijs appetuntur. Quomodo igitur ipſo appetentis affectu, vtrum aliquid ſit melius iudicabimus? Sed fortè neque ipſum quidem melius cognoſcemus ignorantes bonum. Sed nunquid bonum exiſtimabimus ſecundum vniuſcuiuſque virtutem? Sed ita certè id in ſpeciem rationemque reducemus, rectè quidem progredientes. Poſtquam verò illuc deniq; proceſſerimus, quidnam reſpondebimus, ſi inueſti-
C gandum fuerit, qua ratione hęc ipſa ſint bona? In rebus quidē deterioribus, vt videtur, facilè naturam talem cognoſceremus, quamuis non ſincerè admodū ſe habentem. Illic autē non primò cōparatione quadam ad deteriora cēſebimus: vbi autē nihil eſt malū, ipſa verò meliora in ſeipſis exiſtūt, dubitationibus implicabimur. An igitur

A Ἆρ' οὖν τῇ ἐφέσει καὶ τῇ ψυχῇ * ἐπιστρέψωμεν τὴν κρίσιν; καὶ τῷ ταύτης πάθει πιστεύσαντες, τὸ ταύτῃ ἐφετὸν ἀγαθὸν φήσομεν; διότι δὲ ἐφίεται οὐ ζητήσομεν. καὶ τί μὲν ἕκαστον, περὶ τούτου ἀποδείξεις κομιοῦμεν, τὸ δ' ἀγαθὸν τῇ ἐφέσει δώσομεν; ἀλλὰ πολλὰ ἄτοπα ἡμῖν φαίνεται. πρῶτον μὲν ὅτι καὶ τὸ ἀγαθὸν, ἕν τι τῶν πέρι. ἔπειτα ὅτι πολλὰ τὰ ἐφιέμενα καὶ ἄλ-
B λα ἄλλων. πῶς οὖν κρινοῦμεν τῷ ἐφιεμένῳ, εἰ βέλτιον; ἀλλ' ἴσως οὐδὲ τὸ βέλτιον γνωσόμεθα, τὸ ἀγαθὸν ἀγνοοῦντες. ἀλλὰ ἄρα τὸ ἀγαθὸν ὁριούμεθα, κατὰ τὴν ἑκάστου ἀρετήν; ἀλλ' οὕτως, εἰς εἶδος καὶ λόγον ἀνάξομεν, ὀρθῶς μὲν πορευόμενοι. ἀλλὰ ἐλθόντες ἐκεῖ, τί ἐροῦμεν, αὐτὰ ταῦτα ζητοῦντες, πῶς ἀγαθά, ἐν μὲν γὰρ τοῖς χείροσιν ὡς ἔοικε γινώσκοιμεν ἂν, τὴν φύσιν τὴν τοιαύτην, καίτοι οὐκ ἐχούσαν εἰλικρινῶς. ἐκεῖ
C δὲ, οὐ πρώτως, τῇ πρὸς τὰ χείρω παραθέσει. ὅπου δὲ μηδέν ἐστι κακὸν, αὐτὰ δὲ ἐφ' ἑαυτῶν ἐστι τὰ ἀμείνω, ἀπορήσομεν. ἆρ' οὖν

* ἐπιτρέψωμεν

ἐπεὶ δὴ λόγος, τὸ διότι ζητεῖ, ταῦτα δὲ ἀγαθὰ παρ' αὐτῶν, διὰ τοῦτο ἀπορεῖ τοῦ διότι τὸ ὅτι ὄντως; ἐπεὶ κἂν ἄλλο φῶμεν αἴτιον τὸν θεὸν, λόγου μὴ * φθάνοντος ἐκεῖ, ὁμοίως ἡ ἀπορία. * οὐ μὴν ἀποστατέον εἴπῃ κατ' ἄλλην ὁδὸν προσδομένοις τι φανείη.

* φάνοντος

* καὶ μὴν

A quoniam ratio præsens, propter quid inuestigat, hæc autem penes seipsa sunt bona, propterea dubitat? Quippe cum ibi hoc ipsum quod dicitur propter quid idem sit, atque illud quod quid est appellatur. Quoniam & si aliam huius causam afferamus, videlicet ipsum Deum, cum tamen ratio illuc vsque nequaquam peruenerit, similis imminet ambiguitas. Sed denique retrahere hinc pedem tentandum nobis est, conantibus siquo pacto alia incedentibus via occurrat aliquid manifestius.

Quærentibus quid sit ipsum bonum, intellectus palàm occurrit nobis vt bonum: quoniam & per ipsum de bonis reuera iudicamus ac malis: & ordo speciesque rerum & uita ab intellectu procedit. Vita quinetiam adulta, quam animus optat, est intellectus. Neque tamen intellectus est ipsum bonum. Hoc enim non illum omnia cupiunt. Iam verò animæ prius & frequentius bonum quàm intelligentiam appetunt, neque in hac quiescunt, sed in illo. Cupiunt quidem esse, viuere, agere non sub ratione essendi, viuendi, agendi, intelligendi, sed boni. quapropter bonum ab his omnibus diuersum est, atque superius.

Caput XX.

ἘΠΕΙ δὴ τοίνυν ἀπιστοῦμεν ἐν τῷ παρόντι ταῖς ὀρέξεσι πρὸς τὸ τοῦ τί ἐστιν ἢ ποῖόν ἐστι θέσει, ἄρα χρὴ πρὸς τὰς κρίσεις ἰέναι, καὶ τὰς τῶν πραγμάτων ἐναντιώσεις, οἷον τάξιν ἀταξίαν συμμετρον ἀσύμμετρον, ὑγείαν νόσον, εἶδος, ἀμορφίαν. οὐσίαν φθοράν. ὅλως σύστασιν. ἀφάνισιν. τούτων γὰρ τὰ πρῶτα καθ' ἑκάστην συζυγίαν, τίς ἂν ἀμφισβητήσειε, μὴ οὐκ ἐν ἀγαθοῦ εἴδει εἶναι. εἰ δὲ τοῦτο, καὶ τὰ ποιητικὰ αὐτῶν ἀνάγκη, ἐν ἀγαθοῦ μοίρᾳ τίθεσθαι. καὶ ἀρετὴ δὴ καὶ νοῦς καὶ ζωὴ καὶ ψυχή. ἥγε ἔμφρων, ἐν ἀγαθοῦ εἴδει. καὶ ὧν ἐφίεται τοίνυν ἔμφρων ζωή. τί οὖν οὐ στησόμεθα φήσει τις εἰς νοῦν, καὶ τοῦτο τὸ ἀγαθὸν * θησόμεθα; καὶ γὰρ ψυχὴ καὶ ζωή, νοῦ ἴχνη. καὶ τούτου ἐφίεται ψυχή, καὶ κρίνει τοίνυν, καὶ ἐφίεται νοῦ. κρίνουσα μὲν δικαιοσύνην ἀντ' ἀδικίας ἄμεινον, καὶ ἕκαστον εἶδος ἀρετῆς, πρὸ κακίας εἴδους. καὶ τῶν αὐτῶν * ἡ προστίμησις, ὧν καὶ ἡ αἵρεσις. ἀλλ' εἰ μὲν νοῦ μόνον ἐφίεται, τάχ' ἂν πλείονος ἐδέησε λόγου. δεικνύτων, ὡς οὐ τὸ ἔσχατον ὁ νοῦς, καὶ νοῦ μὲν οὐ πάντα· ἀγαθοῦ δὲ πάντα. καὶ τῶν μὲν μὴ ἐχόντων νοῦν, οὐ πάντα νοῦν κτήσασθαι ζητεῖ. τὰ δὲ ἔχοντα νοῦν, οὐχ ἵσταται ἤδη, ἀλλὰ πάλιν τὸ ἀγαθὸν ζητεῖ, καὶ νοῦν μὲν ἐκ λογισμοῦ. τὸ δ' ἀγαθὸν καὶ πρὸ τοῦ λόγου. εἰ δὲ καὶ ζωῆς ἐφίεται καὶ τοῦ ἀεὶ εἶναι καὶ ἐνεργεῖν, οὐχ ᾗ νοῦς αὖ, εἴη ται ἐφετόν. ἀλλ' ᾗ ἀγαθόν. καὶ ἀπὸ ἀγαθοῦ, καὶ εἰς ἀγαθὸν ἐπεὶ καὶ ἡ ζωή, οὕτως.

* στησόμεθα

* ἡ προτίμησις

A CVM igitur in præsentia diffidamus affectibus, quantum spectat ad asseuerandū quid vnumquodque sit & quale: nunquid forsan operæpretium est ad alia quædam iudicia peruenire, & ad rerum oppositiones accedere, velut ordinem & vacationem ordinis? Contemperatum incompositum, sanitatem infirmitatem, formam informitatem, essentiam corruptionem, consistentiam euanescentiam. Horum namque prima secundum coniugationē quālibet, quisnam dubitet quin in boni specie cō-B putentur? Si res ita se habet, horum etiam effectiua necessarium est in boni sorte connumerare: atqui & virtus, intellectus, vita, anima sapiens in boni gradu versantur, ideoque ibidem ponuntur & illa, quæ sapiens vita desiderat. Cur non igitur dicet aliquis, gradum in mente sistamus, eamque esse bonum asseueremus? Etenim anima & vita mentis vestigia sunt, eamq; affectat anima, & secundum illam iudi-C cat, & iudicando se confert ad mentem, iudicans quidem iustitiam iniustitia melius, & quamlibet virtutis speciem speciei prauitatis proculdubio anteponit: constatque illa in honore præferre, quæ præ cæteris iudicat eligenda. Sed vtrum intellectum solùm appetat nécne, disputationem plurimam exigit, qua demonstretur, intellectum non esse supremū vltimumque finem: item non omnia intellectum desiderare: bonum verò omnia cupere.
D Præterea ex eorum numero quæ intellectu vacant, non omnia possessionem mentis optare: quæ verò mentem habent, nondum quiescere, sed bonum vlterius affectare. Denique intellectum quidem ex quodam rationis discursu: bonum verò etiam ante rationem desiderari. Quòd si vitam appetunt, & esse semper, & agere, profectò hoc ipsum, non qua ratione intellectus sit, est expetendum, sed qua bonum & à bono pendet, ad bonumque refertur. nam & vita quidem sic est duntaxat optanda.

Vita, intelligentia, species, boniformia appetenda sunt: quoniam illa est actus circa bonum, ista actus iam determinatus à bono: hæc ipse terminus impressus à bono. Geminam ab ipso bono hæc omnia lucem habent. Vna quidem nascenti facta est vnicuique propria, in alijs alia, sicut color: altera superfertur quasi cunctis vnum commune lumen, alibi tamen magis gratiúsue quàm alibi fulgens. Per primam bona quidem sunt, & clam ac leuiter appetuntur: per secundam meliora, atque palam & ardenter amantur.

Caput XXI.

QVID NAM igitur vnū in his omnibus idemque existens efficit vnumquodq; bonū? Sic igitur audeamus asserere, esse quidem intellectum, vitamque illam proculdubio boniformem: expeti verò hæc etiam qua boniformia sunt. Esse inquam boniformia propterea quòd vita quidem ipsius boni sit actus, imò verò actus ex ipso bono dependens: intellectus verò actus iam determinatus existat. Atque hæc splendore quodam desuper circunfundi, animamque hæc ideo prosequi, quoniā inde proficiscantur: & ad illa rursus affici quodammodo velut ad propria quædam, non tamen tanquam per se bona. Cum verò boniformia sint, neque sic quidem contēnenda putātur. Quod enim familiare propriumq; est, nisi sit bonum, proprium quidem est, fugere tamen hoc aliquis aliquando potest. Nempe & alia quædam longè distantia, inferiusq; etiam posita appetitum ad se nonnunquam attrahunt. Incitatur autem vehemens ad hæc amor, non quando id solum quod sunt, existunt, sed quando iam id ipsum quod sunt existentia, aliud quiddam ex alto suscipiunt. Sicut enim in corporibus quāuis mixtum naturaliter sit intus lumen, alio tamen opus est lumine, vt palam appareat color eis infusus, id est lumen naturaliter insitum, sic supernis quoque rebus, quamuis lumen habeant plurimum, præstantiore quodam opus est lumine, vt & à seipsis, & à quouis alio discernantur.

A Τί οὖν ἓν ὂν ἐν πᾶσι τούτοις, ποιεῖ ἀγαθὸν ἕκαστον, ὧδε τοίνυν τετολμήσθω, εἶναι μὲν τὸν νοῦν, καὶ τὴν ζωὴν ἐκείνην ἀγαθοειδῆ. ἔφεσιν δὲ εἶναι καὶ τούτων, καθόσον ἀγαθοειδῆ. ἀγαθοειδῆ δὲ λέγω τῷ τὴν μὲν τἀγαθοῦ εἶναι ἐνέργειαν. μᾶλλον δὲ ἐκ τἀγαθοῦ ἐνέργειαν. τὴν δὲ, ἤδη ὁρισθεῖσαν ἐνέργειαν, εἶναι δ' αὐτὰ, μεστὰ μὲν ἀγλαΐας καὶ διώκεσθαι ὑπὸ ψυχῆς, ὡς B ἐκεῖθεν καὶ πρὸς ἐκεῖνα αὖ, ὡς τοίνυν οἰκεῖα. ἀλλ' οὐχὶ ἀγαθὰ ἀγαθοειδῆ δὲ ὄντα, οὐ δὲ ταύτῃ ἀπόβλητα εἶναι. τὸ γὰρ οἰκεῖον, εἰ μὴ ἀγαθὸν εἴη, οἰκεῖον μὲν ἐστι, φεύγει δέ τις αὐτό. ἐπεὶ καὶ ἄλλα πόρρω ὄντα καὶ κάτω, κινήσειεν ἄν. γίνεται δὲ πρὸς αὐτὰ ἔρως ὁ σύντονος, οὐχ ὅταν ᾖ ἅπερ ἐστὶν, ἀλλ' ὅταν ἐκεῖθεν ἤδη ὂν ἅπερ ἐστὶν, ἄλλο προσλάβῃ, οἷον γὰρ ἐπὶ τῶν σωμάτων φωτὸς ἐμμεμιγμένου, ὅμως δεῖ φωτὸς ἄλλου, C ἵνα καὶ φανείη τὸ ἐν αὐτοῖς χρῶμα τὸ φῶς, οὕτω τοι δεῖ καὶ ἐπὶ τῶν ἐκεῖ, καίπερ πολὺ φῶς ἐχόντων, φωτὸς κρείττονος ἄλλου. ἵνα κἀκεῖνα καὶ ὑπ' αὐτῶν καὶ ὑπ' ἄλλου ὀφθῇ.

Absque mirifica primi boni gratia nec amant res vllæ, nec amantur. Caput. XXII.

Quòd inspectandis formosis amore nos corripit, neque materia est, neque proportio, sed viuidus quidam fulgor ab anima in proportione refulgens. Quòd iterum in excogitandis animus eorumq; virtutibus & officijs ardenti quadā beneuolentia capit, intellectualis quidam splendo est ab intellectu diuino subrutilans. Quod tandem dum intellectus & intelligibilia contomplatur, nouo quodam nos accendit amore, radius est à primo bono micans, hinc quidem inflammans & excitans voluntatem, inde verò quæ contemplanda nobis occurrunt gratia mirifica donans. Cùm verò gradatim inde omnia pendeant, sequitur vt nec etiam in sensibus & corporibus absq; influxu primi boni proprio vel amabilis vsquam gratia fulgeat, vel accendatur amor.

QVOTIENS igitur animus lumen hoc inspicit, totiens ad res diuinas hoc circumfusas lumine incitatur, affectansque lumē in his præfulgens occursu eius admodum gratulatur. Quemadmodum & qui corpora hæc videntur amare, nō subiecta quidem amant, sed pulchritudinem palam in corporibus effulgentē. Existit enim quodlibet hoc ipsum quod est in seipso: euadit autem optabile, cum hoc bonū ipsum quasi colorat, dum videlicet rebus quidem expetendis gratias abundè largitur, appetentibus verò infundit amores. Iam verò animus cum influxum inde susceperit, mouetur, debacchatur, stimulis incitatur: atque ita in hunc influit amor. Antea verò neque ad mentem quidem mouetur, quamuis pulchrā: ipsius enim pulchritudo torpet priusquam boni lumen acceperit, ipseque animus ex se recidit resupinus, & ad omnia torpet, menteq; præsente ad eam dormitare videtur. Postquā verò inde accensus est calor, corroboratur protinus excitaturque, alijsque fulcitur. Ac dum ad id quod proximum est, vehementer afficitur, ad aliud interim quasi reminiscentia quadā excellētius eleuatur. Et quousq; aliquid restat præsente superius natura sursum attollitur,

A ὍΤΑΝ οὖν τὸ φῶς τοῦτο τις ἴδῃ, τότε δὴ καὶ κινεῖται ἐπ' αὐτὰ καὶ τοῦ φωτὸς τοῦ ἐπιθέοντος ἐπ' αὐτοῖς γλιχόμενος, εὐφραίνεται. ὥσπερ καὶ τῶν ἐνταῦθα σωμάτων οὐ τῶν ὑποκειμένων ἐστὶν ὁ ἔρως. ἀλλὰ τοῦ ἐμφανταζομένου κάλλους ἐπ' αὐτοῖς, ἐστι γὰρ ἕκαστον ὅ ἐστιν ἐφ' αὐτοῦ. ἐφετὸν δὲ γίνεται ἐπιχρώσαντος αὐτὸ τοῦ ἀγαθοῦ. ὥσπερ χάριτας δόντος αὐτοῖς. καὶ εἰς τὰ ἐφιέμενα ἔρωτας, καὶ τοίνυν ψυχὴ λαβοῦ- B σα εἰς αὐτὴν ἐκεῖθεν ἀπόρροιαν, κινεῖται. καὶ ἀναβακχεύεται καὶ οἴστρων πίμπλαται, καὶ ἔρως γίνεται. πρὸ τοῦ δὲ οὐδὲ πρὸς τὸν νοῦν κινεῖται, καίπερ καλὸν ὄντα· ἀργόν τε γὰρ τὸ κάλλος αὐτοῦ, πρὶν τοῦ ἀγαθοῦ φῶς λάβῃ, ὑπτία τε ἀναπέπτωκεν ἡ ψυχὴ παρ' αὐτῆς, καὶ πρὸς πᾶν ἀργῶς ἔχει καὶ παρόντος νοῦ, ἐστι πρὸς αὐτὸν νωθής. ἐπειδὰν δὲ ἥκοι εἰς αὐτὴν ὥσπερ θερμα- C σία ἐκεῖθεν, ῥώννυταί τε καὶ ἐγείρεται καὶ ὄντως πτεροῦται, καὶ πρὸς τὸ παρακείμενον καὶ πλησίον, καίπερ ἐπτοημένη, ὅμως πρὸς ἄλλο, οἷον ἐπτοημένη τῇ μνήμῃ μεῖζον κουφίζεται. καὶ ἕως τί ἐστιν ἀνωτέρω τοῦ παρόντος, αἴρεται φύσει ἄνω,

* ἐρωμένη

* αἰρομένη * καὶ νοῦν

* ἐρωμένη ὑπὸ τοῦ δόντος τὸν ἔρωτα. * καὶ νοῦ μὲν ὑπεραίρει· οὐ δύναται δὲ ὑπὲρ τὸ ἀγαθὸν δραμεῖν· ὅτι μηδέν ἐστι * τὸ ὑποκείμενον. ἐὰν δὲ μένῃ ἐν νῷ, καλὰ μὲν καὶ σεμνὰ θεᾶται. οὔπω μὴν ὃ ζητεῖ πάντῃ ἔχει. οἷον γὰρ προσώπῳ πελάζει, καλῷ μὲν, οὔπω δὲ ὄψιν κινεῖν δυναμένῳ, ᾧ μὴ ἐμπρέπει χάρις ἐπιθέουσα τῷ κάλλει. διὸ καὶ ἐνταῦθα φατέον μᾶλλον τὸ κάλλος, τὸ ἐπὶ τῇ συμμετρίᾳ ἐπιλαμπόμενον, ἢ τὴν συμμετρίαν εἶναι καὶ τοῦτο εἶναι τὸ ἐράσμιον. διὰ τί γὰρ ἐπὶ μὲν ζῶντος προσώπου μᾶλλον τὸ φέγγος τοῦ καλοῦ, ἴχνος δὲ ἐπὶ τεθνηκότος, καὶ μήπω τοῦ προσώπου ταῖς σαρξὶ καὶ ταῖς συμμετρίαις μεμερισμένου, καὶ τῶν ἀγαλμάτων δὲ τὰ ζωτικώτερα καλλίω, κἂν συμμετρότερα τὰ ἕτερα ᾖ. καὶ αἰσχίων ζῶν, καλλίων τοῦ ἐν ἀγάλματι καλοῦ. ἢ ὅτι τὸ δὶ ἐφετὸν μᾶλλον. τοῦτο δ' ὅτι ψυχὴν ἔχει. τοῦτο δ' ὅτι ἀγαθοειδέστερον. τοῦτο δ' ὅτι ἀγαθοῦ ἁμηγέπῃ φωτὶ κέχρωσται· καὶ χρωσθεῖσα, ἐγήγερται, καὶ ἀνακεκούφισται, καὶ ἀνακουφίζει ὃ ἔχει καὶ ὡς οἷόν τε αὐτῷ ἀγαθοποιεῖ αὐτὸ καὶ ἐγείρει.

* τοῦ ὑπερηωρημένου

A ab eo sublatus, qui infudit amorem: & intellectum quidem transcendit, nequit autem super gredi bonum: quoniam nihil bono superius esse potest. Si autem in mentem defigat intuitum, pulchra quidem cernit atque veneranda, nondum tamen habet omnino quod quærit. Quasi enim propinquat vultui formoso quidē, nondum tamen aspectum ad se rapienti: quippe cum ea adhuc decora gratia careat, quæ solet in pulchritudine refulgens allicere. Quam-
B obrem & hic pulchritudinem esse putandum est id ipsum potius quod in proportione refulget, quàm ipsam proportionem: idque esse proprie quod est amabile. Cur enim in facie quidē viuentis magis pulchritudinis splendor apparet, in facie verò defuncti necdum manifestē permutata figura, vix pulchritudinis restat vestigium? Cur iterum inter imagines, quæ videntur viuaciores, etiam pulchriores occurrunt; quamuis aliæ quædam exactiori sint mensura
C compositæ? Cur ipsa viuentis forma etiam si minus composita sit, pulchrior tamen occurrit quauis imaginis pulchritudine? Forsan quia hoc reuera magis est expetendum: id verò quoniam habet animam: id rursus, quia hæc quodam ipsius boni lumine est insignita: inde verò colorata protinus excitatur, & quasi leuior attollitur altius, eleuatque quod habet, & quatenus capere potest bonum reddit & excitat.

Primum rerum principium idem est atque ipsum bonum. Cap. XXIII.

Nihil enim melius ipso bono: nihil similiter primo rerum principio melius. Item ipsum bonum per se sibi sufficientißimum est: sufficere verò sibi principium solum potest. Præterea, malum per discessum quidem à principio crescit, per accessum verò augetur bonum. Infimum ergo rerum est, ipsum malum: primum verò similiter ipsum bonū. Denique quoniam omnia bonum appetunt, atque eius participatione proficiunt, planè constat, ac ipso cuncta & esse & conseruari, eiusque virtute moueri, & agere quicquid rite & naturaliter agunt.

ΕΚΕΙ͂ δὴ ὃ ψυχὴ διώκει, καὶ ὃ νῷ φῶς παρέχει, καὶ ἐμπεσὸν αὐτοῦ ἴχνος κινεῖ, οὔτοι δεῖ θαυμάζειν, εἰ τοιαύτην δύναμιν ἔχει, ἕλκον πρὸς αὐτὸ καὶ ἀνακαλούμενον ἐκ πάσης πλάνης, ἵνα πρὸς αὐτὸν ἀναπαύσαιτο. εἰ γὰρ ἐκ τούτου τὰ πάντα, οὐδέν ἐστι κρεῖττον αὐτοῦ. ἐλάττω δὲ πάντα. τὸ δὴ ἄριστον τῶν ὄντων, πῶς οὐ ἀγαθόν ἐστι. καὶ μὴν εἰ δεῖ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ φύσιν, αὐταρκεστάτην τε εἶναι αὐτῇ, καὶ ἀνενδεᾶ ἄλλου ὁτουοῦν παντὸς, τίνα ἂν ἄλλην ἢ ταύτην οὖσαν εὕροις. * ἢ πρὸς τῶν ἄλλων ἦν ὅπερ ἦν, ὅτε μὴ δὲ κακία πω ἦν. εἰ δὲ τὰ κακὰ ὕστερον, ἐν τοῖς μὴ δὲ καθ' ἓν τούτων μετειληφόσι, καὶ ἐν τοῖς ἐσχάτοις, καὶ οὐδὲν ἐπέκεινα τῶν κακῶν πρὸς τὸ χεῖρον, ἐναντίως ἂν ἔχοι τὰ κακὰ πρὸς αὐτὸ, οὐδὲν ἔχοντα μέσον πρὸς ἐναντίωσιν. τὸ ἄρα ἀγαθὸν, τοῦτο ἂν εἴη; ἢ γὰρ οὐκ ἔστιν ὅλως ἀγαθὸν, ἢ εἰ ἀνάγκη εἶναι, τοῦτο ἂν καὶ οὐκ ἄλλο εἴη, εἰ δέ τις λέγοι μὴ εἶναι, οὐ δὲ κακὸν ἂν εἴη. ἀδιάφορα ἄρα πρὸς αἵρεσιν τῇ φύσει: τοῦτο δ' ἀδύνατον. ἃ δ' ἄλλα λέγουσιν ἀγαθὰ, εἰς τοῦτο, αὐτὸ δὲ εἰς οὐδέν. τί οὖν ποιεῖ τοιοῦτον ὄν;

* ἢ πρὸ τῶν ἄλλων

A NEQVE verò mirari quisquam debet, ipsum quod anima sequitur, quod menti lumen infundit, cuius vestigium hæc passim concitat, tantam habere potentiam, dum videlicet ad se ipsum trahit animam atque mentem, & passim reuocat ab errore, vt penes ipsum denique conquiescant. Si enim illud à quo sunt omnia nihil se melius esse patitur, minus verò bona sunt omnia, sequitur ipsum rerum omniū optimū, bonum ipsum existere. Quin etiam si oportet
B ipsam boni naturam per se sibi sufficientissimā esse, nec indigam alicuius: quam potissimum aliam ipsam quis esse reperiat, præter hanc quę ante alia est hoc ipsum quod existit, quādo nōdum est malum. Si autem mala posterius sunt, in his rebus quę nihil participant munerum diuinorum atque postremis, neque mali quicquam est apud superos, neque aliquid ipso malo peius, sicut neque melius aliquid ipso bono,
C profectò mala cōtrario modo se habent ad primum: nihil ad contrarietatem habētia mediū. Ipsum itaque bonum hoc prorsus existit. Aut enim omnino nihil est bonum, aut si necessarium est bonum esse, hoc vtique duntaxat nec aliud erit. Si quis autem objiciat, bonum omnino non esse, cogetur non esse malum similiter confiteri: vnde sequetur res omnes ad electionem esse secundum naturam indifferentes: id autē est impossibile. Cætera verò quæ appellātur bona, referūtur ad primū, ipsū verò refertur ad nullū. Cùm igitur ipsū bonū tale sit, quid nā agit?

Profectò fecit mentem, fecit vitam, fecit ex mẽte animas, & reliqua prorsus quæcunque rationis vel mentis vel vitæ participia sunt. Quisnã igitur exprimere possit quale quantúmue bonum sit, quod horum fons est atque principium? Verum quid nunc operatur? nunc certè seruat illa quæ fecit. Efficit enim vt & intelligẽtia passim intelligant, & viuentia viuant, inspirans mentem, inspirans & vitam, inspirans esse saltem, vbi accipi vita non potest.

A * ἐποίησε νοῦν. ἐποίησε ζωὴν, ψυχὰς ἐκ τούτου, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα λόγου, ἢ νοῦ, ἢ ζωῆς μετέχει. ὃ δὴ τούτων πηγὴ καὶ ἀρχὴ, τίς ἂν εἴποι, ὅπως ἀγαθὸν καὶ ὅσον; ἀλλὰ τί νῦν ποιεῖ, ἢ καὶ νῦν σώζει ἐκεῖνα, καὶ νοεῖν ποιεῖ τὰ νοοῦντα, καὶ ζῆν τὰ ζῶντα, ἐμπνέον νοῦν, ἐμπνέον ζωήν. [* ἢ ἐποίησε νοῦν]

Esse appetibile non tam est ipsa natura boni, quàm conditio quædam consequens ad ipsam boni naturam. Ambigitur quidnam sit ipsa natura ratioque quæ boni, & consequuntur bonum: vtrum voluptatẽ solam, an & aliud insuper inde reportent: quóue inditio certo verum adesse bonum discernere valeamus. Cap. XXIIII.

RELIQVVM foret inquirere, quid potissimum erga nos operetur. Sed rursus de lumine dicturi sumus: quidnam sit lumen quo mens illustratur, cuius est & anima particeps. Verùm præstat in præsentia hoc in posterum differentes, prius inuestigare, nunquid ipsum bonum propterea quòd alteri sit expetẽdum, bonum sit atque dicatur: & quod alicui est appetibile, sit & alicui bonum: quod autem omnibus appetendum, ipsum bonũ asseueremus. An potius inditium hoc boni aliquis iudicet, oporteatque quod est appetibile eam naturã, qua iure sibi appellationem eiusmodi vendicet. Quærendum est præterea, nunquid hoc appetentia id appetant ab eo nonnihil accipiendo, an duntaxat ipso gaudendo? Et si quid accipiant, quidnam sit illud? Sin tantùm gaudeant, cur hoc duntaxat, nec alio quopiam? Vbi sanè & hoc indagandum, num bonum per ipsius proprij rationem, an per aliud perpendendum? Tum verò nunquid bonum omnino alterius sit, an etiam sibimet bonũ ipsum sit bonum? An potius cuicunq; bonum sit, sibi quidem non sit bonum, sed alteri necessariò? Item cui potissimum naturæ sit bonum: est enim nonnulla natura, cui nihil est bonum. Neque illud silentio prætereundum censeo, quod forsan aliquis pertinax & contentiosus obijciat. Quidnam ô viri dicet, sursum deorsum que spectando rem vestram gloriosius exornatis? Vitam bonum dicitis, mentem quoque bonum: quamuis super hæc statuatis ipsum bonum. Dicite quæso, quidnam mens ipsa sit bonum? quid species ipsas intelligens habeat bonum, dum quid vnumquodque sit, contemplatur? Fieri fortasse potest, vt horum oblectatione deceptus appellet bonum: similiter quoque vitã tanquam sibi dulcem existimet bonum. Qui si fortè sit in eo habitu constitutus vt nulla voluptate tangatur, cur nam bona hæc affirmabit? An fortè bonum esse putabit, videlicet se existere? Sed quidnam fructus ex ipso esse percipiet? Quid ve apud ipsum intererit esse, aut omnino non esse, nisi quispiam quandam erga se amicitiam esse horum causam asserat? Adeo vt ob hanc deceptionem nobis naturaliter insitam, mortisque timorem bonorum existimatio sit inducta.

A ΕἸ δέ τι μὴ δύναται ζῆν, εἶναι. ἡμᾶς δὲ τί ποιεῖ. ἢ πάλιν περὶ τοῦ φωτὸς λέγομεν * τί φωτὸς ᾧ καταλάμπεται μὲν νοῦς. μεταλαμβάνει δὲ αὐτοῦ ψυχὴ, ἢ τοῦτο νῦν εἰς ὕστερον ἀφέντες, εἰκότως ἐκεῖνα πρότερον ἀπορήσωμεν. ἆρά γε τὸ ἀγαθὸν ὄν, τί ἐστιν ἄλλον ἐφετὸν, ἔστι καὶ λέγεται ἀγαθὸν, καὶ τινὶ μὲν ὂν ἐφετὸν, τινὶ δὲ ἀγαθὸν, πᾶσι δὲ ὂν τοῦτο λέγομεν B εἶναι τὸ ἀγαθὸν, ἢ μαρτύριον μὲν ἄν τις τοῦτο ποιήσαιτο, τοῦ εἶναι ἀγαθόν; δεῖ δέ γε φύσιν αὐτὸ τὸ ἐφετὸν ἔχειν τοιαύτην, ὡς δίκαιον αὖ τυχεῖν τῆς τοιαύτης προσηγορίας. καὶ πότερα τῷ τι δέχεσθαι τὰ ἐφιέμενα, ἐφίεται, ἢ τῷ χαίρειν αὐτῷ; καὶ εἰ μέντοι δέχεται, τί τοῦτο. εἰ δὲ τὸ χαίρειν διατί τοῦτο ἀλλὰ μὴ ἄλλῳ τινὶ, ἐν ᾧ δὴ, καὶ πότερα τῷ οἰκείῳ νῷ τὸ ἀγαθὸν, C ἢ ἄλλῳ τινί. καὶ δὴ καὶ πότερα τὸ ἀγαθὸν ὅλως ἄλλου ἐστιν, ἢ καὶ αὐτῷ τὸ ἀγαθὸν ἀγαθόν ἐστιν. * ἢ ὃ ἂν ᾖ ἀγαθὸν. αὐτῷ μὲν οὐκ ἔστιν. ἄλλου δὲ ἐξ ἀνάγκης, καὶ τινὶ φύσει ἀγαθόν ἐστιν. ἔστι δέ * τις φύσις, ᾗ μηδὲν ἀγαθόν ἐστι. κἀκεῖνο δὲ οὐκ ἀφετέον, ὅ τάχ᾽ ἄν τις δυσχεραντικὸς ἀνὴρ εἴποι, ὡς ἡμεῖς ὦ οὗτοι, τί δὴ ἀποσεμνύνετε τοῖς * σώμασιν, ἄνω καὶ κάτω ζωὴν * ἀγαθὴν λέγοντες καὶ νοῦν ἀγαθὸν λέγοντες, καί τοι ἐπέκεινα τούτων, τί γὰρ ἂν καὶ ὁ νοῦς ἀγαθὸν εἴη. D ἢ τί ὁ νοῶν τὰ εἴδη αὐτὰ, ἀγαθὸν ἔχοι, αὐτὸ ἕκαστον θεωρῶν. ἠπατημένος μὲν γὰρ ἂν καὶ ἡδόμενος ἐπὶ τούτοις, τάχ᾽ ἂν ἀγαθὸν λέγοι. καὶ τὴν ζωὴν ἡδεῖαν οὖσαν. στὰς δὲ ἐν τῷ ἀνήδονος εἶναι, διατί ἂν φήσειεν ἀγαθά. ἢ τὸ αὐτὸν εἶναι. τί γὰρ ἂν ἐκ τοῦ εἶναι καρπώσαιτο. ἢ τί ἂν διαφέροι ἐν τῷ εἶναι ἢ ὅλως μὴ εἶναι, εἰ E μή τις τὴν πρὸς αὑτὸν φιλίαν αἰτίαν τούτων θεῖτο. ὥστε διὰ ταύτην τὴν ἀπάτην φυσικὴν οὖσαν καὶ τὸν φόβον τῆς φθορᾶς τὴν τῶν ἀγαθῶν νομισθῆναι θέσιν.

[* τί τὸ φῶς] [* ταὐτοῦ] [* ἀλλά] [τοῖς ὄμμασιν] [* ἀγαθόν]

Bonum materiæ quidem forma est, corpori verò anima, animæ intellectus, intellectui simul & omnibus principium omnium. Caput XXV.

Forma materiæ actum exhibet atque ordinem tanquam bonum: anima corpori vitam atq; motum, intellectus animæ virtutem, principium intellectui actum vitalem intellectualemq;, & lumen inæstimabile: sicut naturã ignis id sequitur, vt distantia quidẽ illuminet, propinquantia verò etiã calefaciat: imò sicut centrũ grauia trahit & sistit, ita naturã boni hæc cõditio comitatur, vt remota quidẽ trahat per appetitũ, præsentia verò detineat atq; delectet.

Plato

Ὁ ΜῈΝ οὖν Πλάτων, ἡδονὴν τῷ τέλει μιγνὺς, καὶ τὸ ἀγαθὸν οὐχ ἁπλοῦν, οὐδὲ ἐν νῷ μόνῳ τιθέμενος ὡς ἐν τῷ Φιλήβῳ γέγραπται, τάχα ἂν αἰσθόμενος ταύτης τῆς ἀπορίας, οὔτε παντάπασιν ἐπὶ τὸ ἡδὺ τίθεσθαι τὸ ἀγαθὸν ἐτράπετο, ὀρθῶς ποιῶν, οὔτε τὸν νοῦν ἀνήδονον ὄντα. ᾠήθη δεῖν θέσθαι ἀγαθὸν τὸ κινοῦν ἐν αὐτῷ οὐχ ὁρῶν. τάχα δὲ, οὐ ταύτῃ, ἀλλ' ὅτι ἠξίου τὸ ἀγαθὸν ἔχον φύσιν ἐν αὐτῷ τοιαύτην, δεῖν ἐξ ἀνάγκης χαρτὸν εἶναι τό τε ἐφετὸν τῷ τυγχάνοντι, καὶ τυχόντι, πάντως ἔχειν * τὸ χαίρειν. ὥστε ᾧ μὴ τὸ χαίρειν ἀγαθὸν, μηδὲ εἶναι καὶ ὥστε εἰ τὸ χαίρειν τῷ ἐφιεμένῳ τῷ πρώτῳ μὴ εἶναι, ὥστε μηδὲ τὸ ἀγαθὸν, καὶ οὐκ ἄτοπον τοῦτο. αὐτὸς γὰρ οὐ τὸ πρῶτον ἀγαθὸν ἐζήτει, τὸ δ' ἡμῶν, καὶ ὅλως ἑτέρου ὄντος ἐστὶν αὐτῷ, ἕτερον ὂν αὐτοῦ. * ἀλλ' εἰ πρὸς ὄντος αὐτοῦ, καὶ ἴσως συνθέτου. ὅθεν καὶ τὸ ἔρημον καὶ μόνον, μηδὲν ἔχειν ἀγαθὸν, ἀλλ' εἶναι ἑτέρως καὶ μειζόνως. ἐφετὸν μὲν οὖν δεῖ τὸ ἀγαθὸν εἶναι, οὐ μέντοι τῷ ἐφετὸν εἶναι ἀγαθὸν γίνεσθαι. ἀλλὰ τὸ ἀγαθὸν εἶναι ἐφετὸν γίνεσθαι. ἆρ' οὖν τῷ μὲν ἐσχάτῳ ἐν τοῖς οὖσι, τὸ πρὸ αὐτοῦ καὶ ἀεὶ ἀνάβασις, τὸ ὑπὲρ ἕκαστον διδοῦσα ἀγαθὸν εἶναι τῷ ὑπ' αὐτὸ * εἰ ἡ ἀνάβασις οὐκ ἐξίσταιτο οὐ ἀνάλογον, ἀλλὰ ἐπὶ μεῖζον ἀεὶ προχωροῖ. τότε δὲ στήσεται ἐπ' ἐσχάτῳ, μεθ' ὃ οὐδέν ἐστιν εἰς τὸ ἄνω λαβεῖν. καὶ τοῦτο, τὸ πρῶτον, καὶ τὸ ὄντως, καὶ τὸ μάλιστα κυρίως ἔσται. καὶ αἴτιον δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις. τῇ μὲν γὰρ ὕλῃ, τὸ εἶδος. εἰ γὰρ αἴσθησιν λάβοι, ἀσπάσαιτο ἄν. τῷ δὲ σώματι, ψυχή. καὶ γὰρ οὐδ' ἂν εἴη, οὐδ' ἂν σῴζοιτο. ψυχῇ δὲ ἀρετή. ἤδη δὲ καὶ ἀνωτέρω νοῦς. καὶ ἐπὶ τούτῳ, ἣν δὴ φαμὲν πρώτην φύσιν. καὶ δὴ καὶ τούτων ἕκαστον ποιεῖν τι εἰς τὰ ὧν ἀγαθά ἐστι. τὰ μὲν, τάξιν καὶ κόσμον, τὰ δ' ἤδη ζωὴν, τὰ δὲ φρονεῖν καὶ ζῆν εὖ. τῷ δὲ νῷ, τὸ ἀγαθὸν, ὅ φαμεν καὶ εἰς τοῦτο ἥκειν καὶ ὅτι ἐνέργεια ἐξ αὐτοῦ. καὶ ὅτι καὶ νῦν δίδωσι φῶς λεγόμενον. ὃ δὴ, τί ποτ' ἐστιν, ὕστερον.

* τῷ χαίρειν
* ἐλλειποῦς
* ἢ ἡ ἀνάβασις

A PLATO igitur cum voluptatem admiſceret fini, ipſumq; bonum neq; ſimplex neq; in ſolo intellectu poneret, ſicut ſcribitur in Philebo, fortè ambiguitatẽ eiuſmodi ſentiens, neque auſus eſt ipſum bonũ prorſus in voluptate ſtatuere, & rectè quidem, neque intellectum voluptatis expertem exiſtimauit bonũ ipſum eſſe cenſendum: quippe cum non videret in eo quod incitaret affectum. Forſan verò nec ita prorſus accepit: ſed ita bonum iccirco compo-
B ſuit, quoniam iudicauit bonum ipſum cũ naturam in ſe talem habeat, neceſſariò eſſe delectabile, & optabile proſequenti, & delectabile cõſecuto. Quapropter cui non inſit gaudium, nec adeſſe bonum: ideoq; ſi primo deſideranti non inſit lætitia, nec etiã aſsiſtere bonum: neq; ab re bonum ita cõpoſuit. Non enim primũ ibi bonum inueſtigabat, ſed bonum duntaxat humanum. quod quidem omnino et alterius eſt,
C & ipſum eſt pariter alterum, cum ipſum ſit deficiens, ac fortè compoſitum. Quamobrẽ quod ſolitarium eſt atq; ſolum, nullũ habere iudicat bonũ, ſed alia quadam conditione excellentioriq; ratione ipſum exiſtere bonum. Neceſſariũ eſt igitur bonum ipſum expetendum eſſe, non tamen quia ſit appetendum, iccirco fieri bonũ: ſed potius quia ſit bonũ, ideo appetibile fieri. An igitur ultimo quidem in ordine rerũ quod præcedit, eſt bonum, ſemperque aſcenſus eiuſmodi facit, ut quod ſuperius eſt, ſequenti dein-
D ceps adſit vt bonũ, ſi modò aſcenſus à proportione analogiæ nuſquã diſcedat, ſed ſemper in maiora procedat. Sed gradum deniq; ſiſtet in eo quod eſt ſupremum, ultra quod nihil reliquum eſt, quod ſuperius accipi poſsit: idq; primum eſt ac reuera bonũ, & bonum præcipuè maximum, cæteriſq; cauſa bonitatis. Materiæ igitur bonũ eſt ipſa forma. Si enim ſenſum materia nanciſcatur, aduẽtu formæ proculdubio gratulabitur. Corpori verò bonum eſt anima:
E nam abſq; anima neq; eſſet, neq; etiam ſeruaretur: at animæ bonum virtus: iamque etiam ſuperius intellectus: intellectui denique bonũ eſt illa, quam naturam primam appellare ſolemus. Exiſtimandum eſt præterea horum quælibet aliquid in ea facere, quorũ ſunt & bona. Hæc quidem adhibere ordinem & ornatum: illa verò iam vitam: alia ſapientiam beneq; viuendi dotem: intellectui denique bonum ipſum largiri munus, quod dicimus in intellectum inde venire, ac bonum euadere, quoniam eſt actus ex illo. Et quoniam etiam nunc quod lumen appellatur, inde in hunc infunditur: quod ſanè quid ſit, in ſequentibus diſſeremus.

Quæ ſenſu prædita ſunt hoc potiſsimum boni iam præſentis ſignum habere poſſunt, quòd hoc ipſo ſtabiliter delectantur, atque in eo libentiſsimè conquieſcunt, meliusq; inde ſe habent. Cap. XXVI.

Quemadmodum circa res ſenſus carentes duo hæc ſcilicet, inclinatio ad naturale bonum finemq; ſuum, & quies in eo ſcilicet, in fine habituq; naturali aliud quiddam ſunt præter naturale bonum: ſunt enim quidam rei proſequẽtis actus ad bonum, vel circa bonum, vel in bono. Sic in rebus ſenſu præditis appetitus & voluptas aliud quiddã ſunt quàm bonum, nec voluptas ipſa ſufficit. Optabilius enim eſt præſente bono, quod appetimus delectari, quàm delectari ſimiliter abſque illo.

ΚΑῚ δὴ τὸ πεφυκὸς αἰσθάνεσθαι παρ' αὐτὸν. * ἢ ἥκοι αὐτῷ, τὸ ἀγαθὸν γινώσκειν, καὶ λέγειν ἔχειν. τί οὖν εἰ ἠπάτηται. δεῖ ἄρα τινὰ εἶναι ὁμοίωσιν, καθ' ἣν

* ᾧ ἥκοι αὐτῷ

A TVM verò quod natura ſentire poteſt, quod accedit ad ipſum, ſi quando accedit bonũ, cognoſcere poteſt, idq; habere ſe dicere, Sed quidnam dicendum eſt, ſi fortè decipiatur? Oportet profectò aliquam eſſe ſimilitudinem, qua

sit deceptum. Quod si ita sit, illud certè huic erit bonum, à quo est & deceptũ: nam & quãdo illud aduenit, ab eo quod fefellerat iam discedit. Iam verò vniuscuiusque appetitus & stimulus testatur esse aliquod vnicuiq; bonum. Rebus quidem inanimatis ab alio fit largitio boni: in eo autem quod habet animam, appetitus ipse suum prosequitur bonum: quemadmodum corpora naturaliter vita carentia à viuentibus curantur atque coluntur. Viuentia verò sibimet pro viribus prouident. Quod autem bonum aliquis iam fuerit consecutus, credi proculdubio potest, quando videlicet se habet melius, nec afficitur pœnitentia, sed impletur, & in eo permanet, neq; aliud expetit. Quare voluptas non est per se sufficiens: nam qui voluptate afficitur, non affectat idem. Nam etiam si voluptatem ipsam affectare dicatur, nõdum tamen idem expetere conuincetur: aliud namq; semper est illud, quo delectatur. Oportet vtique bonum, quod aliquis in primis exoptet, esse non passionem affectionemúe quandam, qua qui consequitur, intus afficiatur: vnde & vacuus restare potest, qui affectionem ipsam esse iudicat bonum, quando affectionem habet solam, quam similiter præsente bono alius possideret. Quamobrem nullus inprimis eliget, ita se affici non habendo bonũ aliquod sicut alter habendo: ceu gaudere quasi habeat filium, cum non habeat. Neq; qui ventrem implere cupiunt, eligunt tanquam bonum ita delectari, non comedendo quasi comedant. Neq; qui Veneri prorsus indulgent, tanquam suum eligent bonum, ita duntaxat voluptate perfundi, re amata non potiundo, neque rem peragendo, perinde ac si potiantur & peragant.

A ἠπάτηται. εἰ δὲ τοῦτο, ἐκεῖνο ἀγαθὸν ἂν, αὐτῷ εἴη, ἀφ' οὗ ἠπάτηται. ἐπεὶ καὶ ὅταν ἐκεῖνο ἥκῃ, ἀφίσταται ἀφ' οὗ ἠπάτηται. καὶ ἡ ἔφεσις δ' αὐτοῦ ἑκάστου καὶ ἡ ὠδὶς, μαρτυρεῖ ὅτι ἐστί τι ἀγαθὸν ἑκάστου. τοῖς μὲν ἀψύχοις, παρ' ἄλλου τοῦ ἀγαθοῦ αὐτοῖς ἡ δόσις. τῷ δὲ ψυχὴν ἔχοντι, ἡ ἔφεσις τὴν δίωξιν ἐργάζεται, ὥσπερ καὶ τοῖς νεκροῖς γεγενημένοις σώμασι, * παρὰ * παρὰ τῶν ζώντων B τῶν ζώων ἡ ἐπιμέλεια καὶ ἡ κήδευσις. τοῖς δὲ ζῶσι, παρ' αὐτῶν ἡ πρόνοια. ὅτι δ' ἔτυχε, πιστοῦται, ὅταν βελτίονι γίνεται. καὶ ἀμετανόητον ᾖ, καὶ πεπληρῶσθαι αὐτῷ γίγνεται. καὶ ἐπ' ἐκείνου μένῃ, καὶ μὴ ἄλλο ζητῇ. διὸ καὶ ἡ ἡδονὴ, οὐκ αὔταρκες. οὐ γὰρ ἀγαπᾷ ταὐτόν. οὐ γὰρ ὅτι ἡδονὴν πάλιν ταὐτὸν, ἄλλο γὰρ ἀεὶ τὸ ἐφ' ᾧ ἥδεται. δεῖ δὴ τὸ ἀγαθὸν ὃ αἱρεῖταί τις εἶναι, οὐ τὸ πάθος C τῷ τυχόντι. ὅθεν καὶ κενὸς μένει ὁ τοῦτο ἀγαθὸν νομίζων, τὸ πάθος μόνον ἔχων, ὃ ἔσχεν αὖ τις ἀπὸ τοῦ ἀγαθοῦ. διὸ οὐ κἂν ἀνάσχοιτό τις τοῦ πάθους, ἐφ' ᾧ οὐκ ἔχων, οἷον ἐπὶ τῷ παιδὶ, ὅτι πάρεστιν ἥδεσθαι, οὐ παρόντος. οὐδέ γε οἶμαι οἷς ἐν τῷ πληροῦσθαι σωματικῶς τὸ ἀγαθὸν ἥδεσθαι, ὡς ἐσθίοντα μὴ ἐσθίοντα, ὡς ἀφροδισίοις χρώμενον μὴ συνόντα ᾗ ἐβούλετο, ἢ ὅλως μὴ δρῶντα.

Neque appetitus neque voluptas efficit, vt aliquid bonum sit, sed ipsa natura boni eminus quidem allicit appetitum, cominus autẽ voluptate demulcet. Similiter nec propria quædã familiaritas causa est, vt aliquid tibi sit bonũ.

Caput XXVII.

Non enim optabile salutareq́; tibi est quodlibet simile vel propinquum, neque satisfacit æqualitas, sed ipsam boni naturam virtus eiusmodi comitatur, qua tanquam domesticum propriumque nobis occurrat, quamvis vbique sit natura superius. Bonum igitur vniuscuiusq́; se habet vbique, vel tanquam species quædam ad subiectum, vel tanquam speciei principium ad speciem & subiectum.

SED quidnam oportet contingere vnicuique, vt quod sibi est consentaneum habeat? Profectò speciem quandam dicemus: consentanea enim est materiæ species, & animæ species, id est virtus. Hæc verò species, nunquid ex eo quòd propria est, familiarisque illi, est & illi bonum? appetitioque vergit ad propriũ? Fortè non ita. Simile enim proprium est: atque si velit aliquis habeatque simile, eoque gaudeat, nondum tamen possidet bonũ. An igitur quãdo concesserimus esse bonum, non etiam proprium concedemus? Dicendum est vtique iudiciũ de proprio ad ipsum præstantius ac melius referendum esse, ad quod videlicet aliquid est in potentia. Cum enim in potentia sit ad aliud, illo proculdubio indiget: illud autem quo velut præstantiore id indiget, certè huic est bonum. Materia verò maximè omniũ est egena, cui forma vltima conueniens & proxima est. At vltra materiam gradatim ad superiora consurgitur. Proinde si idem sibimet bonum est, multò magis est ei bonum perfectio eius & species, quòdue est eo præstantius: quod sanè & sua natura tale est, & ei tale prouenit, quoniam & ipsi bonũ affert. Sed cur nam ipsum est bonum? An quoniã sibi est maximè propriũ?

A ἈΛΛΑ' τίνος γινομένου ἑκάστῳ, τὸ αὐτῷ προσῆκον ἔχει; ἢ εἴδους τινὸς φήσομεν. καὶ γὰρ τῇ ὕλῃ εἶδος, καὶ ψυχῇ, ἡ ἀρετὴ εἶδος. ἀλλὰ τὸ εἶδος τοῦτο, ἆρά γε τὸ οἰκεῖον εἶναι ἀγαθόν ἐστιν ἐκείνῳ, καὶ ἡ ἔφεσις πρὸς τὸ οἰκεῖον, ἢ οὔ; καὶ γὰρ τὸ ὅμοιον, οἰκεῖον. * κἂν ἐθέλῃ αὐτὸ καὶ * κἂν ἔχῃ χαίρῃ τῷ ὁμοίῳ, οὔπω τὸ ἀγαθὸν ἔχει, ἀλλ' οὐκ οἰκεῖον φήσομεν, ἀγαθὸν εἰπόντες εἶναι, ἢ B φατέον τοῦ οἰκείου τῷ κρείττονι κρίνειν δεῖ, καὶ τῷ βελτίονι αὐτοῦ, πρὸς ὃ δυνάμει ἐστίν. ὂν γὰρ δυνάμει πρὸς ὅ ἐστιν, ἐνδεές ἐστιν αὐτοῦ. οὐδὲ ἐνδεές ἐστι κρείττονος ὄντος, ἀγαθόν ἐστι αὐτῷ ἐκεῖνο. ἡ δὲ ὕλη, πάντων ἐνδεέστατον, καὶ τὸ ἔσχατον εἶδος προσεχὲς αὐτῇ μετ' αὐτὴν γὰρ πρὸς τὸ ἄνω. εἰ δὲ δὴ καὶ αὐτὸ ἑαυτῷ ἀγαθόν ἐστι, πολὺ μᾶλλον ἂν εἴη ἀγαθὸν αὐτῷ, ἡ τελειώτης αὐτοῦ. καὶ τὸ εἶδος καὶ C τὸ κρεῖττον αὐτοῦ, καὶ τῇ ἑαυτοῦ φύσει ὂν τοιοῦτον καὶ αὐτῷ. ὅτι καὶ αὐτὸ ἀγαθὸν ποιεῖ. ἀλλὰ διὰ τί αὐτὸ ἀγαθὸν ἔσται. ἆρα ὅτι οἰκειότατον αὐτῷ;

Non

ἢ οὔ, ἀλλ' ὅτι ἐστί τις ἀγαθοῦ μοῖρα. διὸ καὶ μᾶλλον οἰκείωσις πρὸς αὐτοὺς τοῖς εἰλικρινέσι καὶ τοῖς μᾶλλον ἀγαθοῖς. ἄτοπον δὴ τὸ ζητεῖν διά τι ἀγαθὸν ὄν, αὑτῷ ἀγαθόν ἐστιν, ὥσπερ δέον πρὸς αὑτὸ ἐξίστασθαι τῆς ἑαυτοῦ φύσεως. καὶ μὴ ἀγαπᾶν ἑαυτὸ ὡς ἀγαθόν. ἀλλ' ἐπὶ τοῦ ἁπλοῦ τοῦτο σκεπτέον. εἰ ὅπου μηδαμῶς ἔνι ἄλλο. τὸ δὲ ἄλλο ἐστὶν ἡ οἰκείωσις πρὸς αὐτό, ἀγαθόν ἐστιν ἑαυτῷ. νῦν δὲ εἰ ταῦτα ὀρθῶς λέγεται, καὶ ἡ ἐπανάβασις ἔχει τὸ ἀγαθόν, ἐν φύσει τινὶ κείμενον. καὶ οὐχ ἡ ἔφεσις ποιεῖ τὸ ἀγαθόν, ἀλλ' ἡ ἔφεσις ὅτι ἀγαθόν. καὶ γίνεταί τι τοῖς κτωμένοις, καὶ τῷ ἐπὶ τῇ κτήσει ἡδύ. ἀλλὰ τὸ μὲν εἰ μὴ ἐποιεῖτο ἡδονή, αἱρετέον τὸ ἀγαθόν, καὶ αὐτὸ ζητητέον.

A Non sanè sed quoniam est quędam sors & portio boni. Quamobrem illis qui sinceri melioresque sunt familiaritas tum ad se, tum inter se magis propria est. Iam verò per absurdum est inquirere, cur nam aliquid cùm sit bonum sibimet sit bonum, quasi verò oporteat ab ipsa sui natura distare, neque amare seipsum tanquam bonum. Sed in re ipsa simplici hoc est indagãdum: nunquid vbi nullo modo inest aliud atque aliud, sit propria quædam ad seipsum necessitudo: ideoque sibimet sit bonum. B In præsentia verò si rectè hæc à nobis dicta sunt, atque ascẽsus gradatim præstat bonum in natura aliqua constitutum, nec appetitio facit bonũ, sed appetitio surgit potius quia bonũ: item aliquid in eis fit quæ nanciscuntur bonum, quòdue ipsam boni comitatur adeptionem, est voluptas: profectò etiam si voluptas nulla comitaretur, adhuc tamen eligendum esset ipsum bonum, ipsumque per se quærendum.

Materiam primam cogitamus quasi potentiam quandam informem quidem, sed naturaliter capiendæ formæ paratam. Qua igitur ratione informis est, malum est neque propriè sic appetit bonum: qua verò ratione potentia parata formæ, non est malum. Ac si quomodo possit appetere, sic bonum, idest formam appetit, præsertim occulto quodã suæ deformitatis odio. Cap. XXVIII.

Sicut ipsum bonum sibi & omnibus est amabile, ita si fingatur ipsum malum nec alijs, nec sibi erit amandum. Vnicuique bonum est sua quædam species, forma, perfectio, actus supernè dependens: sed forma speciesq; materiali informitati passim opponitur. Quo igitur forma est à materia separatior, eò gradatim magis species est, magisq; bonũ: separatissima tandẽ species optimum. Ipsum verò bonum nec species vlla iam est, nec alicuius bonum, sed specierum autor pariter & bonorum.

ΤΟ' δὲ ἐκ τοῦ λόγου συμβαῖνον, νῦν ὀπτέον. εἰ γὰρ πανταχοῦ τὸ παραγινόμενον ὡς ἀγαθὸν εἶδος, καὶ τῇ ὕλῃ δὲ εἶδος ἂν τὸ ἀγαθόν, πότερον ἠθέλησεν ἂν ἡ ὕλη εἴπερ ἦν αὐτῇ τὸ θέλειν, εἶδος μόνον γενέσθαι; ἀλλ' εἰ τοῦτο, ἀπολέσθαι θελήσει. τὸ δὲ ἀγαθὸν αὐτὸ πᾶν, ζητεῖ. ἀλλ' ἴσως *οὐχ ἡ ὕλη εἶναι ζητήσει, ἀλλὰ εἶναι. τοῦτο δ' ἔχουσα, *ἀφεῖναι αὐτῆς θελήσει τὴν κακήν. ἀλλὰ τὸ κακόν, πῶς ἔφεσιν * ἔχει τοῦ ἀγαθοῦ. ἢ οὐδὲ τὴν ὕλην ἐν ἐφέσει ἐτίθεμεν, ἀλλὰ ὑπόθεσιν ἐποιεῖτο ὁ λόγος. αἴσθησιν δοὺς, εἴπερ οἷόν τε ἦν δοῦναι ὕλην τηροῦσιν. ἀλλὰ τοῦ εἴδους ἐπελθόντος ὥσπερ ὀνείρατος ἀγαθοῦ, ἐν καλλίονι τάξει γεγονέναι. εἰ μὲν οὖν τὸ κακὸν ἡ ὕλη, εἴρηται. εἰ δ' ἄλλο τι οἷον κακία.* ἢ αἴσθησιν λάβοι τὸ εἶναι αὐτῆς, ἆρ' οὖν ἔτι τὸ οἰκεῖον πρὸς τὸ κρεῖττον τὸ ἀγαθὸν ἔσται, ἢ οὐχ ἡ κακία ἦν ἡ αἱρουμένη, ἀλλὰ τὸ κακούμενον; εἰ δὲ ταὐτὸν τὸ εἶναι καὶ τὸ κακόν, πῶς τοῦτο τὸ ἀγαθὸν αἱρήσεται. ἀλλ' ἆρά γε εἰ αἴσθησιν αὐτοῦ λάβοι τὸ κακόν, ἀγαπήσει αὐτὸ καὶ πῶς ἀγαπητόν, τὸ μὴ ἀγαπητὸν ἔσται, οὐ γὰρ δὴ τῷ οἰκείῳ ἐθέμεθα τὸ ἀγαθὸν καὶ ταῦτα μὲν ταύτῃ. ἀλλ' εἰ εἶδος τὸ ἀγαθὸν πανταχοῦ, καὶ μᾶλλον ἐπαναβαίνουσι μᾶλλον εἶδος, μᾶλλον γὰρ ψυχὴ εἶδος, ἢ σώματος εἶδος, καὶ ψυχῆς τὸ μέν, μᾶλλον τὸ δ'

* οὐχ' ὕλη
* ἀφεῖναι
* ἕξει
* εἰ αἴσθησιν

A QVOD autẽ ex superioribus sequitur considerãdũ nũc arbitramur. Si vbiq; quod tãquã bonũ adest species quædã est, & species est ipsi materię bonum, quærendũ est, nunquid si materia volendi aliquid cõpos euaserit, velle possit solam se speciem fieri? Verum si hoc voluerit, interire volet: Omnia verò bonum ipsum appetunt. Sed fortè nõ exoptabit quidem esse materia, sed esse duntaxat: id verò habens malũ suum abijcere volet. At verò malũ, quomodo B bonum appetet? Sed profectò neq; materiæ appetitionem attribuimus: sed suppositionem quandam adduxit conditio disputandi, attribuens quidem sensum si modò attribui possit seruata materia. Et sanè adueniente specie velut insomnio quodam boni, in meliori ordine constitit materiam collocari. Si ergo malum materia est, quomodo res se habeat iam est dictum: sin autem aliud quiddam tanquam (vt ita loquar) malitia atque ipsum eius esse sen- C sum accipiat, nunquid adhuc ipsum proprium familiareque penes id quod est præstantius erit bonum? Sed profectò non erat malitia ipsa quæ eligebat bonum, sed potius quod habebat in se malum. Sin autem idem ibi sit esse atque malum, quónam pacto hoc bonum expetet? An forsan videri poterit si malum seipsum sentiat amaturũ esse seipsum? Sed profectò quonam modo amari poterit ipsum non amabile? D Non enim in eo ipso quòd propriũ dicitur & domesticum, rationem boni censuimus collocandam. Et de his quidem nunc ita sit dictum.

Verùm si species vbique est ipsum bonum, semperque altius ascendendo species magis occurrit: magis enim species est anima quàm corporis species. Ac penes animam species magis atque

magis: & denique intellectus magis species est quàm anima: certè ipsum bonū opposita quædam ipsi materiæ via procedit, eique præcipuè connenit, quod purgatum est, & à materia longè semotum, pro puritatis quidē gradibus vnicuique: maximum verò bonum ipsi congruit, à quo quicquid materiæ cogitari potest longè seiungitur. Atqui & ipsius boni natura omnē materiam fugiens: imò verò nec vsquam, nec vlla conditione propinquans, proculdubio in naturam aufugit specie omnino vacantē: à qua prima species oritur. Sed de hoc in sequentibus pertractabitur.

A ἐπὶ μᾶλλον· καὶ νοῦς ψυχῆς τὸ ἀγαθὸν ἂν προχωροῖ τῷ τῆς ψυχῆς ἐναντία, καὶ οἷον καθαιρομένῳ καὶ ἀποτιθεμένῳ, κατὰ δύναμιν μὲν ἑκάστῳ, τὸ δὲ μάλιστα πᾶν, ὅτι ὕλης ἀποτιθεμένῳ. καὶ δὴ καὶ ἡ τοῦ ἀγαθοῦ φύσις, πᾶσαν ὕλην φυγοῦσα· μᾶλλον δὲ οὐδαμῇ οὐδαμῶς πλησίον γενομένη, ἀναπεφευγυῖα ἂν εἴη εἰς τὴν ἀνείδεον φύσιν, ἀφ᾽ ἧς τὸ πρῶτον εἶδος. B ἀλλὰ περὶ τούτου, ὕστερον.

Manifestiore solemus voluptate moueri, dum extra perfectum corporis vel animi habitum positi restituimur in illum, quàm vbi perfectum iam sumus habitum consequuti: ex quo patet voluptatē illam, quæ quasi motio quædam est, non esse finem perfectionemq́ naturæ. Cap. XXIX.

Nempe in habitu naturali statuq́ vitæ perfecto mobilis quidem voluptas illa desinit facta iam tranquillitas, & optima (vt ita dixerim) valetudo habitudoq́ naturalis mobili voluptate constantior, verior, optabilior. Contra illos, qui opinantur nec sine voluptate, nec præter voluptatem aliquid esse bonum Plotinus asserit, esse, viuere, sentire, intelligere, & similia esse bona eligendaq́, non eo duntaxat argumento, quod communiter cum voluptate quædam manifesta contingant: sed quoniam eorum opposita tanquam mala naturaliter fugiantur.

VERUM nisi voluptas sequatur bonum, fiat autem ante voluptatem aliquid, propter quod & voluptas soleat comitari, cur non bonum etiam tunc gratum amabileq; occurrat? Sed cum gratū lætumq; dixerimus, simul iam diximus voluptatem. at si existat quidē bonū existente vero, possibile sit non esse iucundū, quidnam dicemus? Sed forsan si ita sit, etiā præsente bono, qui sensum habet bonū, non agnoscet adesse. Fortè etiam nihil prohibet aliquē cognoscere quidē bonum: neq; tamen moueri aliter postquā illud habet, quod quidē maximè conuenit admodū tēperato, & nullius egeno. Quapropter nec primò exhilaratio conuenit, nō solū quia simplex est omnino, sed quoniam ipsa duntaxat adeptio, quæ indigentis est voluptate perfunditur. Sed hoc quidē tunc demū perspicuè apparebit, postquam reliqua omnia purgauerimus, sermonemq; illum nobis oppositū expulerimus. Hic verò est qui dubitat, quidnā fructus accipiat, qui mentē habet ad cōparandā boni sortē, si nullo prorsus moueatur affectu dum hæc audit, propterea quod hæc re ipsa nequaquam percipiat, siue dum audit nomen, vel aliud quoduis eorum existimat singulatim, siue aliquid sensibile quærit, bonumque in diuitijs vel alijs, eiusmodi ponit. Aduersus hunc ergo dicendum est, quando hæc despicit, interea confiteri, positum esse aliquid apud se bonum, cum verò dubitet vbi potissimum, & qua ratione sit positū, nimirum notioni illius apud se insitę, hæc deinceps accōmodare. Fieri nanq; non potest, vt qui huius ipsius omnino imperitus est & ignarus, aliquando dicat: istud aut illud hoc ipsum esse non potest. Fortè etiā eiusmodi sermo ipsum bonum supermentem esse vaticinatur. Præterea si ad ipsum bonum vel ad illius proximum suspiciens non discernit, expedit saltem ex oppositis bonum excogitare: alioquin nec ignorantiam quidem malum esse fatebitur: quanquā omnes intelligere cupiunt, omnes intelligentia gloriantur. Testatur hoc & sensus, qui ad notitiā ac velut intelligentiā natura contēdunt. Si igitur intellectus pulchrū quiddam est atq; venerandū, maximè verò primus: dic agè, quid nā imagineris ęstimaturū, siquis genito-

A ἈΛΛ᾽ εἰ μὴ ἕποιτο ἡδονὴ τῷ ἀγαθῷ, γίνοιτο δὲ πρὸ τῆς ἡδονῆς τι, διὸ καὶ ἡ ἡδονή, διατί οὐκ ἀσπαστόν. ἢ εἰπόντες ἀσπαστόν, ἡδονὴν ἤδη εἴπομεν, ἀλλ᾽ εἰ ὑπάρξει μέν, ὑπάρξαντος δέ, δυνατὸν μὴ ἀσπαστὸν εἶναι. ἀλλ᾽ εἰ τοῦτο, παρόντος τοῦ ἀγαθοῦ, αἴσθησιν ἔχον, τὸ ἔχον, οὐ γνώσεται ὅτι, ἢ τί κωλύει καὶ γινώσκειν καὶ μὴ κινεῖσθαι, ἀλλ᾽ ὡς μετὰ τὸ αὐτὸ ἔχειν. ὃ B μᾶλλον ἂν, τῷ σωφρονεστέρῳ ὑπάρχοι. καὶ μᾶλλον τὸ μὴ ἐνδεεῖ. διό, οὐδὲ τῷ πρώτῳ. οὐ μόνον ὅτι ἁπλοῦν, ἀλλ᾽ ὅτι ἡ κτῆσις δεηθέντος ἡδεῖα. ἀλλὰ καὶ τοῦτο καταφανὲς ἔσται, τὰ ἄλλα ὅσα λοιπὰ πρὸς ἀνακαθηραμένοις, καὶ ἐκεῖνον τὸν ἀντίτυπον λόγον ἀπωσαμένοις. ἔστι δὲ οὗτος, ὃς ἀπορεῖ, τί ἂν καρπώσαιτο ὁ νοῦς ἔχων εἰς ἀγαθοῦ μοῖραν, οὐδὲν πληττόμενος, C ὅταν ταῦτα ἀκούῃ, τῷ μὴ σύνεσιν αὐτῶν ἴσχειν. ἢ ὄνομα ἀκούων, ἢ ἄλλο τι ἕκαστον αὐτῶν ὑπολαμβάνων, ἢ αἰσθητόν τι ζητῶν, καὶ τὸ ἀγαθὸν * ἐν χρήμασιν, ἢ τισι τοιούτοις τιθέμενος. [* ἐν χρώμασιν] πρὸς ὃν λεκτέον. ὡς ὅταν ταῦτα ἀτιμάζῃ, ὁμολογεῖ τίθεσθαί τι παρ᾽ αὐτῷ ἀγαθόν. ἀπορῶν δὲ ὅπῃ τῇ ἐννοίᾳ τί, παρ᾽ αὐτῷ ταῦτα ἐφαρμόττει. οὐ γὰρ ἔστι λέγειν μὴ τοῦτο ταύτῃ ἄπειρον καὶ ἀνενόητον ὄντα τούτου. τάχα δὲ καὶ D τὸ ὑπὲρ νοῦν ἀπομαντεύεται. ἔπειτα δὲ εἰ τῷ ἀγαθῷ ἢ τῷ ἐγγὺς τούτου προσβάλλων ἀγνοεῖ, ἐκ τῶν ἀντικειμένων, εἰς ἔννοιαν ἴτω· ἢ οὐδὲ κακὸν τὴν ἄνοιαν θήσεται. καίτοι πᾶς αἱρεῖται νοεῖν, καὶ νοῶν, σεμνύνεται. μαρτυροῦσι δὲ καὶ αἱ αἰσθήσεις, εἰδήσεις εἶναι θέλουσαι. εἰ δὴ νοῦς τίμιον καὶ καλόν, καὶ νοῦς ὁ πρῶτος μάλιστα, τί ἂν φαντασθείη τις, εἴ τις δύναιτο τοῦ τούτου γεννη-

τὴν καὶ πατέρα. τὸ δὲ εἶναι καὶ τὸ ζῆν ἀτιμάζων, ἀντιμαρτυρεῖ ἑαυτῷ, καὶ τοῖς ἑαυτοῦ πάθεσι πᾶσιν. εἰ δέ τις δυσχεραίνει τὸ ζῆν ᾧ θάνατος μέμικται, τὸ τοιοῦτον δυσχεραίνει, οὐ τὸ ἀληθῶς ζῆν.

A genitorē patrēq; mentis inſpicere poſsit? Proinde qui eſſe & viuere verbis ſpernit, ipſe interim contrà teſtatur, & omnes verbis habet repugnantes affectus. Quòd ſi quis grauiter ferat vitam, is certè non veram vitam, ſed illam potius quæ morti miſcetur reſpuere iudicatur.

Finis intellectualis animæ eſt expeditas & ſummus actus intelligentiæ in ipſum vniuerſi bonū prorſus intētus. Caput XXX.

Actus eiuſmodi beatitudo eſt, etiam ſi nulla huic voluptas exterior adiungatur, neque tamen ipſe eſt voluptatis expers. Ipſa enim expedita actionis integritas atque ſummitas eſt voluptas. Tunc verò maximè & ſimplex vnumq; exiſtit: gaudet verò ſeipſa penitus ex ſuperiori lumine iam formata. Profectò ſicut ſummitas luminis circa ſpeculū concauum iam eſt calor, ita ſummitas eſſendi iam eſt vita. Similiter viuendi ſenſus, ſentiendi imaginatio, imaginādi ratio, rationis intelligentia, intelligentiæ gaudium, gaudij bonum: nempe ad ſupremum vniuerſi gradum, non per diuiſionem, ſed per vnionem aſcenditur paulatim. Iam verò ſicut elementa eodem naturæ nixu quod ſibi conſentaneū eſt petunt atq; fruuntur: ita mens eodē actu, quādo ſummus eſt, vergit in finē ultimū tanquā verum, & fruitur tanquam bono. Sed de fine & intelligentia & voluptate in Commentarijs Philæbi latius diſputamus.

ἈΛΛᾺ εἰ δεῖ τῷ ἀγαθῷ τὴν ἡδονὴν μεμῖχθαι, καὶ μὴ τέλεόν ἐστι τὸ ζῆν. εἴ τις τὰ θεῖα θεῷτο, καὶ μάλιστα τὴν τούτων ἀρχὴν, νῦν ἰδεῖν ἐφαπτομένους τοῦ ἀγαθοῦ πάντως προσήκει. τὸ μὲν οὖν οἴεσθαι τὸ ἀγαθὸν ἔκ τε τοῦ νοῦ ὡς ὑποκειμένου, ἔκ τε τοῦ πάθους τῆς ψυχῆς, ὅτι γίνεται ἐκ τοῦ φρονεῖν, οὐ τὸ τέλος. οὐδ' αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν τὸ συναμφότερόν ἐστι τιθέντος. ἀλλὰ νοῦς ἂν εἴη τὸ ἀγαθὸν, ἡμεῖς δὲ χαίροντες τῷ τὸ ἀγαθὸν ἔχειν καὶ εἴη ἂν αὕτη τις δόξα. περὶ ἀγαθοῦ. ἑτέρα δὲ εἴη ἂν παρὰ ταύτην, ἡ μίξασα ὡς νῷ τὴν ἡδονὴν. ὡς ἕν τι ἐξ ἀμφοῖν ὑποκείμενον τοῦτο εἶναι τίθεται, εἶναι, ἵν' ἡμεῖς τὸν τοιοῦτον νοῦν κτησάμενοι ἢ καὶ ἰδόντες, τὸ ἀγαθὸν ἔχωμεν. τὸ γὰρ ἔρημον καὶ μόνον, οὔτε γενέσθαι, οὔτε αἱρετὸν εἶναι δυνατὸν, ὡς ἀγαθόν. πῶς ἂν οὖν μιχθείη νοῦς ἡδονῇ, * εἰς μίαν φύσιν συντέλειαν. ὅτι μὲν οὖν τὴν σώματος ἡδονὴν οὐκ ἄν τις οἰηθείη, νῷ δυνατὴν εἶναι μίγνυσθαι, παντὶ δή που δῆλον. ἀλλ' οὐδ' ὅσαι χαραὶ ψυχῆς ἀνάλογοι γίνονται. ἀλλ' ἐπειδὴ πάσῃ ἐνεργείᾳ, καὶ διαθέσει δὲ καὶ ζωῇ, ἕπεσθαι δεῖ οἷον τὸ ἐπιθέον καὶ συνεῖναι. καθὸ, τῇ μέν ἐστι κατὰ φύσιν οὔσῃ τὸ ἐμποδίζον, καίτοι τοῦ ἐναντίου παραμεμιγμένον, ὃ οὐκ ἐᾷ τὴν ζωὴν ἑαυτῆς εἶναι. τῇ δὲ, καθαρὸν, καὶ εἰλικρινὲς τὸ ἐνέργημα. καὶ ἡ ζωὴ ἐν διαθέσει σφαιδρά, τὴν τοιαύτην τοῦ νοῦ κατάστασιν ἀσμενιστὴν καὶ αἱρετωτάτην εἶναι τιθέμενοι, ἡδονῇ μεμῖχθαι λέγουσιν, ἀπορίᾳ οἰκείας προσηγορίας. οἷα ποιοῦσι καὶ τὰ ἄλλα ὀνόματα τὰ παρ' ἡμῖν ἀγαπώμενα μεταφέροντες. τὸ μεθυσθεὶς, ἐπὶ τοῦ νέκταρος. καὶ ἐπὶ δαῖταν, καὶ ἐπὶ ἑστίασιν. καὶ τὸ μείδησε δὲ πατὴρ, οἱ ποιηταί. καὶ ἄλλα τοιαῦτα μυρία. * ἔστι γὰρ καὶ τὸ ἄσμενον ὅλως ἐκεῖ. καὶ τὸ ἀγαπητότατον, καὶ τὸ ποθεινότατον οὐ γινόμενον. οὐδ' ἐν κινήσει. αἴτιον δὲ τὸ ἐπιχρῶσαν αὐτὰ καὶ ἐπιλάμψαν, καὶ σφαιδρύναν. διὸ καὶ ἀλήθειαν

* εἰς μίαν συντέλειαν φύσεως

* ἔστι γὰρ καὶ τὸ ἄσμενον ὄντως ἐκεῖ

A POST hæc, vtrū voluptatē bono oporteat eſſe permiſtā, alioquin imperfecta ſit vita, etiā ſi quis diuina eorūq; principiū ſpeculetur, attingentes bonum animo inueſtigare debemus. Iam verò vbi Plato bonum cōponere videtur ex intellectu tanquā ſubiecto, atq; ex affectione quadā animæ, quæ intelligentiam ſequitur, ibi certè neq; finē neq; bonū ipſum cōpoſitum eſſe aſſerit, ſed illic ipſe intellectus eſt bonū, nos autē huius boni poſſeſsione gaude-

B mus. atq; hæc vna de bono opinio eſt. Altera verò opinio vel expoſitio eſt illa, quę ſic admiſcet intellectui voluptatē, vt vnū aliquid ex vtriſq; ſubiectū ponat, vt nos intellectū eiuſmodi cōparantes, ſiue cernētes, bonū iam habeamus: quippe cū deſertum aliquid atq; ſolū neque fieri poſsit, neq; ſi poſsit tanquā bonū nobis ſit exoptandū. Sed quærendū eſt, qua conditione potiſsimū intellectus voluptati in vnā

C naturæ conſpirationē perfectionemq; cōmunem permiſceatur. Conſtat proculdubio corporis voluptatē menti permiſceri non poſſe: quinetiam neq; lætitiam vllam animi cum voluptate corporis congruentem. Sed profectò quālibet actionem, affectionem, vitam ſequi oportet & pariter comitari, quaſi aliquid ſuperfuſum, dum videlicet alicui quidem actui naturaliter contendenti obſtat impedimentum, & contrarij aliquid admiſcetur, quod quidem nō permittit vitam ſui iuris exiſtere. Alicui verò

D actionis ipſe tenor purus ſincerusq; procedit, vitaq; viget affectione ſerena. Hanc ob cauſam qui talem mentis habitum eſſe libentiſsimum & optatiſsimum arbitrantur, illum interea dicūt cum voluptate miſceri: idq; appellationis propriè defectu afferre videntur, quemadmodum faciunt & qui alia quoque nomina nobis amata transferunt ad diuina. Quare illud eſt: Intellectus nectare ebrius. Item: Ad conuiuium itur & pabulum. Rurſus apud poetas:

E Iupiter ipſe ſubriſit: ſimiliaque permulta. Eſt enim illic reuera vitæ ſors libentiſsima amabiliſsimaque, & maximè omnium exoptanda. Conditioque eiuſmodi neque fit aliquando, neque in motu verſatur: cuius quidem cauſa eſt, quòd colorat ipſa & illuſtrat atque ſerenat. Quamobrem Plato veritatem adhibet

miſtioni, præponitq; miſturæ moderatorẽ. Ait etiam, contemperationem & pulchritudinem in miſtura in pulchrum inde procedere. Itaq; ſecũdum hoc, nos in hoc ponimus portiones. Hoc autem eſt reuera nobis amandum, eſt & conſequendum, quatenus ad id, quod in nobis eſt optimum, noſmet pro viribus reuocamus. Hoc itaque contemperatum & pulchrum, & ſpeciem ita compoſitam, conſtat eſſe vitam perſpicuam, intellectualemque & pulchram.

A τῷ μίγματι προστίθησι. καὶ τὸ μέτρησον, περὶ αὐτοῦ ποιεῖ. καὶ ἡ συμμετρία, καὶ τὸ κάλλος ἐπὶ τῷ μίγματι, ἐκεῖθέν φησιν εἰς τὸ καλὸν ἐλήλυθεν. ὥστε κατὰ τοῦτο ἂν ἡμεῖς καὶ ἐν τούτῳ μοίρας. τὸ δὲ ὄντως ὀρεκτὸν ἡμῖν, ἄλλως μὲν ἡμεῖς αὐτοῖς. εἰς τὸ βέλτιστον ἑαυτῶν, ἀνάγοντες ἑαυτούς. τοῦτο δὴ τὸ σύμμετρον καὶ καλὸν καὶ εἶδος σύνθετον, καὶ ζωὴν ἐναργῆ καὶ νοερὰν, καὶ καλήν.

Ipſum bonum vniuerſi principium non ſolùm mentem animamq; procreat, ſed etiam radio his infuſo velut amatorio quodam hamo aſsiduè reuocat ad ſeipſum: vbi radium tum in anima, tum in mente, tandem in lumen vitale gratioſumque conuertit: atque hæc vtrobique eſt ipſa felicitas. Cap. XXXI.

Anima non ſolum per amorem diuinitus inſitum, verumetiam per rationem ad ſupernam pulchritudinem prouocatur. Quãdo videlicet argumẽtatur, corporeã pulchritudinẽ tanquã in deformitate diſtãtia mobilitate poſitam neceſſariò imperfectam eſſe: ideoq; ab incorporea proficiſci. Sic anima tandem diuina mente formatur: vnde mox patrem diuinæ mentis agnoſcit.

CVM igitur omnia ex illo facta ſint pulchra, quod eſt ante oĩa, & inde cũcta refulgeãt: intellect⁹ qdẽ intellectualis actionis fulgorẽ illinc adept⁹ ſit, quo deinceps naturã pferẽs illuſtrauit, anima verò vim inde accipiat ad viuẽdum, plurima videlicet vita in eã exuberãte, nimirũ & intellectus illuc ptinus erectus eſt, atq; permãſit: ſatis ſibi factũ putãs, dum illi propius adſtat, & anima illuc cõuerſa, quæcũq; poteſt cũ primũ agnouit, atq; perſpexit, admodũ ſpectaculo gaudet: & quatenus vidẽdi cõpos eſt, protinus obſtupeſcit. Videt autẽ velut inde pulſata, atq; illius aliquid in ſe habẽs, velut ſui cõſcia ſimul in ſeipſa perſentit. Atqui quodammodo iam affecta deſiderare cœpit, inſtar eorũ, qui ex quadã rei amãdæ imagine incitãtur ad ipſi⁹ rei ſpectaculũ exoptãdũ. Quẽadmodũ verò apud nos amatores ſe ad amati ſimilitudinẽ cõfigurãt, tũ corpora cõcinniora, tũ elegantiores animos pro amati ſimilitudine ſtudioſè reddẽtes, vt quoad fieri poteſt amati tẽperantia aliſq; virtutib. nihilo inferiores euadãt, alioquin ab amatis virtute præditis prorſus cõtẽnerentur, atq; ij ſunt ex amantiũ numero, qui amati familiaritate frui quãdoq; poſſunt. Eodẽ pacto & anima amat quidẽ ipſum bonũ, ſed ab ipſo eodem ſtatim ab initio prouocata eſt ad amãdum. Et profectò quæcunq; prõptũ habet amorẽ, nequaquã expectat, vt ex his, quæ apud nos pulchra ſunt, in ipſius boni memoriã reuocetur: ſed amorẽ in ſe habẽs, etiã ſi quod habet ignoret, aſsiduè quæritat, volẽſq; ad illud accedere, noſtra hęc omnia deſpicit: nẽpe cõſiderãs, q̃ in hoc mũdo pulchra vidẽtur, nõ iniuria deſpicit, cũ ea in carne corporeq; iacẽtia videat, pręſentiq; ſubiecto locoq; polluta, dimẽſionibus quoque diſperſa: quę profectò etſi pulchra dicũtur, nõ tamẽ ipſa, vera ſunt pulchra. Nefas enim eſt opinari ipſa, quæ reuera pulchra ſunt, ſeipſa qualia ſunt in corporũ lutũ immergere, & fœdare ſeipſa, atq; diſperdere. Iã verò quãdo quæ apud nos pulchra putãtur, cõſiderat in ppetuo fluxu verſari, deprehẽdit omnino, hæc quod in eis emicat, aliũde nãciſci. Poſt hęc illud prorſus attollitur, potẽs videlicet quod amat denique cõſequi, neq; prius deſiſtit, quã aſſequatur, niſi fortè quis illi extirpet amorẽ: vbi tandẽ & omnia pulchra & verè exiſtẽtia cernit, & impleta entis ipſius vita valde corroboratur: fitq; & ipſa ipſum uerè ens, habitatq; ibidẽ verè cõprehendens, & proximè habitãs, quod iamdiu quærit, perſpicuè ſentit.

A Ἀλλ' ἐπεὶ ἐκαλλιώθη τὰ πάντα ἐκείνῳ τῷ πρὸ τούτων, καὶ φῶς ἔσχε, νοῦς μὲν, τὸ τῆς ἐνεργείας τῆς νοερᾶς φέγγος, ᾧ τὴν φύσιν ἐξέλαμψε. ψυχὴ δὲ δύναμιν ἔσχεν εἰς τὸ ζῆν, ζωῆς πλείονος εἰς αὐτὴν ἐλθούσης. ἤρθη μὲν οὖν ἐκεῖ, καὶ ἔμεινεν ἀγαπήσας, τὸ περὶ ἐκεῖνον εἶναι. ἐπιστραφεῖσα δὲ καὶ ψυχὴ ἡ δυνηθεῖσα, ὡς ἔγνω καὶ εἶδεν, ἥσθη τε τῇ θέᾳ, καὶ ὅσον οἷά τε ἦν ἰδεῖν, ἐξεπλάγη. εἶδε δὲ, οἷον πληγεῖσα, καὶ ἐν αὐτῇ ἔχουσά τι αὐτοῦ, συνῄσθετο. καὶ διατεθεῖσα, ἐγένετο ἐν πόθῳ. ὥσπερ οἱ ἐν τῷ εἰδώλῳ τοῦ ἐρασμίου κινούμενοι, εἰς τὸ αὐτὸ ἰδεῖν ἐθέλειν τὸ ἐρώμενον. ὥσπερ δὲ ἐνταῦθα σχηματίζονται εἰς ὁμοιότητα τῷ ἐραστῷ οἷον ἂν ἐρῶσι. καὶ τὰ σώματα εὐπρεπέστερα καὶ τὰς ψυχὰς ἄγοντες εἰς ὁμοιότητα, ὡς μὴ λείπεσθαι κατὰ δύναμιν ἐθέλειν, τῇ τοῦ ἐρωμένου σωφροσύνῃ τε καὶ ἀρετῇ τῇ ἄλλῃ. ἢ ἀπόβλητοι ἂν εἶεν τοῖς ἐρωμένοις τοῖς τοιούτοις. καὶ οὗτοί εἰσιν οἱ συνεῖναι δυνάμενοι, τοῦτον τὸν τρόπον. καὶ ψυχὴ μὲν ἐρᾷ ἐκείνου, ὑπ' αὐτοῦ ἐξ ἀρχῆς εἰς τὸ ἐρᾶν κινηθεῖσα, καὶ ἡ πρόχειρον ἔχουσα τὸν ἔρωτα, ὑπόμνησιν οὐ περιμένει ἐκ τῶν καλῶν τῶν τῇδε. ἔχουσα δὲ τὸν ἔρωτα, κἂν ἀγνοῇ ὅτι ἔχει, ζητεῖ ἀεί. καὶ πρὸς ἐκεῖνο φέρεσθαι θέλουσα, ὑπεροψίαν τῶν τῇδε ἔχει. καὶ ἰδοῦσα τὰ ἐν τῷδε τῷ παντὶ καλὰ, ὑποψίαν ἔχει πρὸς αὐτὰ, ὅτι ἐν σαρξὶ καὶ σώμασιν ὁρᾷ αὐτὰ ὄντα, καὶ μιαινόμενα τῇ παρούσῃ οἰκήσει καὶ τοῖς μεγέθεσι διειλημμένα, καὶ οὐκ αὐτὰ τὰ καλὰ ὄντα, μὴ γὰρ ἂν τολμῆσαι ἐκεῖνα οἷά ἐστιν, εἰς βόρβορον σωμάτων ἐμβῆναι, καὶ ῥυπᾶναι ἑαυτὰ καὶ ἀφανίσαι. ὅταν δὲ καὶ παραρρέοντα ἴδῃ, ἤδη παντελῶς γινώσκει. ὅτι ἄλλοθεν ἔχει ὃ ἦν αὐτοῖς ἐπιθετέον. εἶτα ἐκεῖ φέρεται δεινὴ ἀνευρεῖν, οὗπερ ἐρῶσα. καὶ οὐκ ἂν πρὶν *ἐλθεῖν ἀποστᾶσα, εἰ μή πού τις αὐτῆς καὶ τὸν ἔρωτα ἐξέλοι. ἔνθα δὴ εἶδε μὲν καλὰ πάντα καὶ ἀληθῆ ὄντα. καὶ ἐπερρώσθη πλέον τῆς τοῦ ὄντος ζωῆς πληρωθεῖσα, καὶ ὄντως ὂν καὶ αὐτὴ γενομένη, καὶ συνεῖσα ὄντως λαβοῦσα, ἐγγὺς οὖσα αἰσθάνεται οὗ πάλαι ζητεῖ.

* ἑλεῖν

Quicquid

Quicquid est in mundo intelligibili species quædã est: & ipse totus est species constans ex speciebus. Species autẽ vnaquæq; est aliquid intelligentia definitum. Vnde & altera ab altera plane distinguitur. Vniuersa rursus species cõstans ex definitis, est deniq; definita. Item in multitudine specierum vnus illic pulchritudinis splendor emicat.

Caput XXXII.

Oportet igitur & super definitam illius mundi naturã peruenire ad ipsam incõparabilis virtutis immẽsitatẽ, & à pulchritudine quæ splẽdor quidã est in multis, quasi stellis ascendere ad simplicẽ ipsius boni lucẽ, velut Solis. Quæ quãuis species nulla sit, est tamen ipsa pulchritudinis pulchritudo. Et quoniã bonitas pulchritudoq; infinita est, infinitum propinquantibus accendit amorem. Hinc argumentari possumus, animarum beatitudinem sempiternam.

* ποῦ οὖν ὁ ποιήσας τὸ τοσοῦτον κάλλος

*ΠΟΥ͂ οὖν ὁ ποιήσας αἰσθάνεται τὸ τοσοῦτον κάλλος, καὶ τὴν τοσαύτην ζωὴν, καὶ γεννήσας οὐσίαν; ὁρᾷς τι ἐπ' αὐτοῖς ἅπασι ποικίλοις οὖσιν εἴδεσι κάλλος; καλὸν μὲν, ὧδε μένειν. ἀλλ' ἐν καλῷ ὄντα, δεῖ βλέπειν ὅθεν ταῦτα καὶ ὅθεν καλά. δεῖ δ' αὐτὸν εἶναι, τούτων μηδὲ ἕν. τι γὰρ αὐτῶν ἔσται, μέρος τι ἔσται. οὐ τοίνυν οὐδὲ τοιαύτη μορφὴ οὐδέ τις δύναμις. οὐδ' αὖ πᾶσαι αἱ γεγενημέναι καὶ οὖσαι ἐνταῦθα. ἀλλὰ δεῖ ὑπὲρ πάσας εἶναι δυνάμεις, καὶ ὑπὲρ πάσας μορφάς. ἀρχὴ δὲ, τὸ ἀνείδεον, οὐ τὸ μορφῆς δεόμενον, ἀλλ' ἀφ' οὗ πᾶσα μορφὴ νοερά. τὸ γὰρ γινόμενον εἴπερ ἐγίνετο, ἔδει γενέσθαι τι. καὶ μορφὴν ἰδίαν ἔχειν. ὃ δὲ μηδεὶς ἐποίησε, τίς ἂν ποιήσειεν. οὐδὲν οὖν τούτων τῶν ὄντων, καὶ πάντα, οὐδὲν μὲν, ὅτι ὕστερα τὰ ὄντα. πάντα δὲ, ὅτι ἐξ αὐτοῦ, πάντα δὲ ποιεῖν δυνάμενον. τί ἂν μέγεθος ἔχοι; ἢ ἄπειρον ἂν εἴη. ἀλλ' εἰ ἄπειρος, μέγεθος ἂν ἔχοι οὐδέν. καὶ γὰρ μέγεθος ἐν τοῖς ὑστάτοις. καὶ δεῖ εἰ καὶ τοῦτο ποιήσοι, αὐτὸν μὴ ἔχειν. τότε τῆς οὐσίας μέγα, οὐ ποσόν. ἔχοι δ' ἂν καὶ ἄλλο τι μετ' αὐτὸν τὸ μέγεθος. τὸ δὲ μέγα αὐτοῦ, τὸ μηδὲν αὐτοῦ εἶναι δυνατώτερον, παρισοῦσθαί τε μηδὲν δύνασθαι. τίνι γὰρ τῶν αὐτοῦ εἰς ἴσον *ἄντι ἔλθοι, μηδὲν ταὐτὸν ἔχον. τό τε εἰς ἀεὶ καὶ εἰς πάντα, οὐ μέτρον αὐτῷ δίδωσιν, οὐδ' αὖ ἀμετρίαν. πῶς γὰρ ἂν τὰ ἄλλα μετρήσειεν, οὐ τοίνυν αὖ, οὐδὲ σχῆμα. καὶ μὴν ὅτου ἂν ποθεινοῦ ὄντος, μήτε σχῆμα μήτε μορφὴν ἔχεις λαβεῖν, ποθεινότατον καὶ ἐρασμιώτατον ἂν εἴη. καὶ ὁ ἔρως ἂν, ἄμετρος εἴη. οὐ γὰρ ὥρισται ἐνταῦθα ὁ ἔρως. ὅτι μηδὲ τὸ ἐρώμενον. ἀλλ' ἄπειρος ἂν εἴη ὁ τούτου ἔρως. ὥστε καὶ τὸ κάλλος αὐτοῦ ἄλλον τρόπον, καὶ κάλλος, ὑπὲρ κάλλος. οὐδὲν γὰρ ὄν, τί κάλλος. ἐράσμιον δὲ ὄν, τὸ γεννῶν ἂν εἴη τὸ κάλλος. δύναμις οὖν παντὸς καλοῦ, αἴθος ἐστὶ *κάλλος καλλοποιόν. καὶ γὰρ γεννᾷ αὐτὸ *καὶ κάλλιον οὐ ποιεῖ. τῇ παρ' αὐτοῦ περιουσίᾳ τοῦ κάλλους. ὥστε ἀρχὴ κάλλους, καὶ πέρας κάλλους. οὖσα δὲ καὶ κάλλους ἀρχὴ, ἐκεῖνο μὲν καλὸν ποιεῖ, οὗ ἀρχή· καὶ καλὸν ποιεῖ οὐκ ἐν μορφῇ, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ γινόμενον,

* ἂν ἧς

* κάλλους

* καὶ κάλλιον ποιεῖ

A HIC iam fas est quærere hunc in modum: Agè dic anima, vbi nam ille sit qui tam ingentẽ pulchritudinem procreauit, qui tam excellentem progenuit vitam, qui primam fecit essentiã? Cernis ô anima ipsam in omnibus & varijs speciebus pulchritudinem coruscantem? Pulchrum quidem est ibi consistere. Sed operęprecium est animum in pulchro iam existentem, vnde nam hæc sint, & vnde pulchra fiant, inuestigare. B Oportet sanè ipsum pulchrorũ omniũ autorẽ, eorũ nullũ penitus esse: alioquin siquid eorũ sit, pars tantũ quædã erit. Igitur neq; forma quædã talis est, neq; potentia quædã. Neq; rursus est cunctæ quæ ibi fiunt existẽntq; formæ atq; potentiæ: sed oportet super omnes extare potentias atq; formas. Est ergo principiũ ipsum specie vacans, non ita quidẽ vt indigeat forma, sed potius, à quo omnis forma intellectualis exoritur. Quod enim factũ est si modò C fiebat, oportuit aliquid effici: ideoq; propriam accepit formã: quod autẽ à nullo factum est, nimirum neq; factum est aliquid. Hoc igitur nullum entium est, & entia cuncta: nullum quidẽ quoniam posteriora hoc entia sunt: cuncta verò quoniã ex ipso nascũtur. Cum verò facere omnia possit, quã in se habeat magnitudinẽ? An forsan erit immensum? Verùm si immensum, magnitudinẽ habet nullam. Magnitudo enim in rebus solũ postremis habet locum. Iam verò oportet ipsum magnitudinis effectorẽ nõ esse D participẽ magnitudinis. Quinetiã ipsa quæ dici solet essentiæ magnitudo, non est quantitas vlla. Habere proculdubio potest, quod post illud est, magnitudinem. Magnitudo vero illius est, nihil eo potentius esse, nihil æquari posse cũ illo. quo enim ex suis illi æquari quis possit, cum nihil possideat idem? Pręterea quod dici solet, Deum per omnia secula perq; vniuersum vbiq; regnare, neq; significat in Deo mensuram, neq; vastam rursus immensitatem: alioquin E quonam pactor eliqua metiretur? Neque igitur figuram rursus in eo vllã fingere decet. Proinde res illa desiderabilis, cuius neq; figurã, neq; formam accipere vllam potes, summoꝑe desideranda est & amanda, immensusque illius est amor. Neq; enim hic finitus est amor, quando neq; amatũ quidẽ ipsum est finitũ: sed amor huius est infinitus. Quapropter & pulchritudo eius alia ratione se habet. Est enim ipsa super pulchritudinẽ pulchritudo. Cùm enim nullũ sit entiũ, quõnã pacto esse potest aliqua pulchritudo? Cum vero amabile sit, nimirũ est pulchritudinis auctor. Est itaq; pulchritudinis vniuersę potestas ac flos ipse, pulchrã efficiẽs pulchritudinẽ: eã nãq; generat, & genitã suę pulchritudinis abũdãtia efficit pulchriorẽ: quãobrẽ pulchritudinis principiũ est & finis. Cumq; sit principiũ pulchritudinis, illud q̃dẽ cuiꝰ principiũ est efficit pulchrũ: pulchrũ verò facit non in forma, sed ipsum

quoque factum illic est non formatum, & alio quodam pacto consistit in forma. Quæ enim hoc ipsum quod est duntaxat existit forma, sedet in alio. quæ quidem si sedeat in seipsa aliquid sine forma censetur. Quod igitur est pulchritudinis particeps, formatum est: non autem ipsa pulchritudo formatur.

A ἄμορφον. ἄλλον δὲ τρόπον, ἐν μορφῇ, ἡ γὰρ λεγομένη αὐτὸ τοῦτο μόνον μορφή, ἐν ἄλλῳ. ἐφ' ἑαυτῆς δὲ οὖσα, ἄμορφον. τὸ οὖν μετέχον κάλλους, μεμόρφωται, οὐ τὸ κάλλος.

Pulchritudo ipsius boni specie vniuersa superior est: pulchritudo intelligibilis mundi est species vniuersa, itemque pura, quoniam nihil ibi est informe: nihil ita formatum, quin ipsum sit & forma. Pulchritudo mundi corporei est inferior vera specie, quoniam ex forma simul atque informi, ac etiam deformitate componitur.

Caput XXXIII.

Omniformis illa diuini mundi formositas, & si quàm plurimum admiranda, tamen definitum quiddam est: nec amanda summoperè, sed ipsa bonitas melior omniforma. Nam & in mundo diuino quamuis vnumquodque sit forma quædam, est tamen aliquid ibi ad aliud comparatum quasi materia. Vnde & hoc & illud est aliquid definitum. Pulchritudo igitur in mundo diuino tanquam ipsius boni splendor animam illic admirabundã per amorem clam reuocat ad ipsum bonum: pulchritudo similiter in anima tanquam splendor intelligentiæ per amorem ad amandũ intellectum latenter inuitat. Pulchritudo in corpore velut pulchritudinis animalis imago ad desiderandam incorpoream pulchritudinem adhortatur.

QVANDO igitur pulchritudo dicitur, procul à tali quadam forma nobis est fugiendum, neque ponenda nobis est ante oculos, ne ab ipso reuera pulchro in aliquid, quod exigua participatione pulchrum dicitur, corruamus: nempe species nõ formata reuera pulchra est: si modò sit species. Et profectò quatenus à materia segregando in formam omnem progrederis, velut ad ipsam in ratione seminaria formã, in qua differre aliud ab alio dicimus: quẽadmodum iustitia & temperantia inter se distinguntur, quoniam intellectus propriũ quiddam in his intelligit: profectò etsi illic omnia pulchra sunt, tamen ex eo quòd proprium aliquid designatur, quodammodo diminuta deprehendes, etiam si cuncta simul quæ in mundo intelligibili sunt comprehenderis: nempe si vnumquodque singulatim illic acceperis, formam vnam intelligibilem habere videbis: si cũcta simul, velut formam quandã varietate discretam. Iam verò si huc vsque processeris, considerare te vlterius oportebit, quale potissimũ illud excogitandum sit, quod sanè hoc ipso superius est vndique pulchro & omniformi varietate distincto, ipsum tamen nulla varietate discretum: quod animus quidem appetit, neq; tamen cur tale quiddam appetat vnquam exprimit. Ratio verò dictat hoc esse reuera nobis amandum: si quidem in eo gradu, qui omnem speciem supereminet ipsius optimi maximeque amandi natura consistit. Quamobrem quodcunque in speciem referens monstraueris animo, in hoc ipso aliud quiddam semper quod formauerit expetit. Docet itaque ratio quod formam habet, ipsamque formam speciemque esse aliquid mensuratum: id verò nec vniuersum esse, neque per se sufficiens, neque suapte natura pulchrum, sed & hoc esse permistum. Oportet igitur hæc quidem esse pulchra, sed mensurata: ipsum verò quod reuera pulchrum, vel potius superpulchrum nullius mensuræ limite circunscribi. si ita se habet, certè nec esse formatum: item nec esse speciem. Quod igitur primò est amabile, primumq; existit, omnem prorsus speciem supereminet, pulchrique intelligibilis illic pulchritudo decorque extat, ipsa boni natura. Testantur hoc amantium passiones. Quandiu enim circa figuram oculis manifestam duntaxat quis intuendo versatur, nondum amore corripitur: sed quum primùm animus ab illa se reuocans, figuram in seipso concipit non vltra visibilem, neq; diuiduam, amor protinus oritur.

A ΔΙΟ' καὶ ὅταν κάλλος λέγηται, φευκτέον μᾶλλον ἀπὸ μορφῆς τοιαύτης. ἀλλ' οὐ πρὸ ὀμμάτων ποιητέον, ἵνα μὴ ἐκπέσῃς τοῦ καλοῦ, εἰς τὸ ἀμυδρᾷ μετοχῇ καλὸν λεγόμενον. τὸ δὲ ἄμορφον εἶδος καλόν, εἴπερ εἶδός ἐστι. καὶ ὅσῳ ἂν ἀποσυλήσας *εἴης πᾶσαν μορφήν, οἷον καὶ τὴν ἐν λόγῳ ἣ διαφέρειν ἄλλο ἄλλου λέγομεν, ὡς δικαιοσύνην καὶ σωφροσύνην ἀλλήλων B ἕτερα, καίτοι καλὰ ὄντα. ἐπειδὴ ὁ νοῦς ἴδιόν τι αἴτιον νοεῖ, ἠλάττωται. κἂν ὁμοῦ πάντα λάβῃ ὅσα ἐν τῷ νοητῷ. κἂν ἕκαστον μίαν μορφὴν νοητὴν ἔχει. ὁμοῦ δὲ πάντα οἷον ποικίλην τινά, ἔτι ἐν δεήσει. οἷον *δὴ θεάσασθαι ὄν, ὑπὲρ ἐκεῖνο τὸ πάγκαλον καὶ ποικίλον καὶ οὐ ποικίλον. οὗ ὀρέγεται μὲν ψυχή, οὐ λέγουσα διατί τοιοῦτον ποθεῖ. ὁ δὲ λόγος λέγει, ὅτι τοῦτο τὸ ὄντως, C εἴπερ ἐν τῷ πάντη ἀνειδέῳ ἡ τοῦ ἀρίστου φύσις, καὶ ἡ τοῦ ἐρασμιωτάτου. *διόπερ ἄν, εἰς εἶδος ἀνάγων τῇ ψυχῇ δεικνύῃς, ἐπὶ τούτῳ ἄλλο τὸ μορφῶσαν ζητεῖ. λέγει δὲ ὁ λόγος, ὅτι τὸ μορφὴν ἔχον, καὶ ἡ μορφή, καὶ τὸ εἶδος μεμετρημένον πᾶν, τοῦτο δὲ οὐ πᾶν οὐδὲ αὔταρκες. οὐδὲ παρ' αὑτοῦ καλόν, ἀλλὰ καὶ τοῦτο μέμικται. δεῖ τοίνυν, ταῦτα μὲν καλά, τὸ δὲ ὄντως ἢ τὸ ὑπέρκαλον μὴ μεμετρῆσθαι. εἰ δὲ τοῦτο, μὴ μεμορφῶσθαι, μηδὲ εἶδος εἶναι. D ἀνείδεον ἄρα τὸ πρώτως καὶ πρῶτον, καὶ ἡ καλλονὴ ἐκεῖ, νοητοῦ ἀγαθοῦ φύσις. μαρτυρεῖ δὲ καὶ τὸ τῶν *ἐρετῶν πάθος, ὡς ἕως ἐστὶν ἐν ἐκείνῳ τῷ *τὸ αἰσθητὸν ἔχοντι, οὔπω ἐρᾷ. ὅταν δὲ ἀπ' ἐκείνου αὐτὸς ἐν αὑτῷ οὐκ αἰσθητὸν γεννήσῃ τύπον ἐν ἀμερεῖ ψυχῇ, τότε ἔρως φύεται.

*ἴης *δεῖ *διὸ ὅτι ἂν *ἐραστῶν *τὸν αἰσθητόν

Amatum

βλέπειν δὲ ζητεῖ τὸ ἐρώμενον, ἵν' ἐκεῖνο ἐπάρδοι μαραινόμενον. εἰ δὲ * σύνθεσιν λάβοι ὡς δεῖ μεταβαίνειν, ἐπὶ τὸ ἀμορφώτερον, * ἐκεῖνο ἂν ὀρέγοιτο. καὶ γὰρ ὃ ἐξ ἀρχῆς ἔπαθεν, ἐκ σέλαος ἀμυδροῦ, ἔρως φωτὸς μεγάλου. τὸ γὰρ ἴχνος τοῦ ἀμόρφου μορφή. τοῦτο γοῦν γεννᾷ τὴν μορφήν, οὐχ ἡ μορφὴ τοῦτο, καὶ γεννᾷ, ὅταν ὕλη προσέλθοι. ἡ δὲ ὕλη, πορρωτάτω ἐξ ἀνάγκης, ὅτι μηδὲ τῶν ὑστάτων μορφῶν, παρ' αὐτῆς τινα ἔχει. εἰ οὖν ἐράσμιον μὲν, οὐχ ἡ ὕλη, ἀλλὰ τὸ εἰδοποιηθὲν διὰ τὸ εἶδος. τὸ δὲ ἐπὶ τῇ ὕλῃ εἶδος παρὰ ψυχῆς, ψυχὴ δὲ μᾶλλον εἶδος, καὶ μᾶλλον ἐράσμιον: καὶ νοῦς μᾶλλον ταύτης εἶδος, καὶ ἔτι μᾶλλον ἐρασμιώτερον, ἀνείδεον δεῖ τὴν καλοῦ τίθεσθαι φύσιν τὴν πρώτην.

* σύνεσιν

* ἐκείνου

Amatū tamen adhuc intueri desiderat, vt quod in amante arescit, amati iugiter irrigetur aspectu. Sin autem animaduertat transcendendum esse ad aliquid à forma remotius, illud manifestius exoptabit. Etenim quod ab initio passus est, id certè est quiddam ex tenui quodam lumine incitatus ingentis luminis amor. Forma nanque rei cuiusdam (vt ita loquar) informis, vestigium est: quę quidem gignit formam, interim ipsa non forma gignit, inquam, formā, quando materia iam propinquat. Materia verò suapte natura necessariò remotissima est: quippe quum ne postremarum quidem formarum vllam ex seipsa possideat. Quamobrem si amabile nobis est, nō quidē materia, sed quod specie formatum est: species autem in materia fit ab anima, anima verò magis species est magisque amanda. Itē intellectus magis est quā anima, species, magisq; amabilis: proculdubio primam ipsam pulchri naturā oportet super omnes formæ limites constituere.

Quum pulchritudo quælibet, à quocunque ametur, semper appetatur sub ratione boni, necessarium est ipsum bonum esse pulchritudinis principium & amoris. Cap. XXXIIII.

Bonum igitur ipsum semper vbique præsens, cum primùm illuxerit animo iam sereno, mirificum accendit amorem: quando videlicet animus formas omnes intentionesque non solùm imaginabiles, sed etiam intellectuales exuerit: tunc per amorem infiniti boni infinitum vnà cum bono mirabiliter copulatur, gaudio illinc ineffabili plenus. Quod quidem non solùm post vitam præsentem, verùm etiam in hac vita consequi quandoque potest.

ΚΑΙ οὐκ ἔτι θαυμάσομεν τὸ τοὺς δεινοὺς πόθους παρέχον, εἰ πάντῃ ἀπήλλακται καὶ μορφῆς νοητῆς. ἐπεὶ καὶ ψυχὴ ὅταν αὐτοῦ ἔρωτα σύντονον λάβῃ, ἀποτίθεται πᾶσαν, ἣν ἔχει μορφήν. καὶ εἴτις ἂν καὶ νοητοῦ ᾖ ἐν αὐτῇ. οὐ γάρ ἐστιν ἔχοντά τι ἄλλο καὶ ἐνεργοῦντα περὶ αὐτὸ, οὔτε ἰδεῖν, οὔτε ἐναρμοσθῆναι, ἀλλὰ δεῖ μήτε κακὸν μήτε αὖ ἀγαθὸν οὐδὲν, ἄλλο πρόχειρον ἔχειν, ἵνα δέξηται μόνη μόνον ὅταν δὲ τούτου εὐτυχήσῃ ἡ ψυχὴ καὶ ἥκῃ πρὸς αὐτὴν, μᾶλλον δὲ παρὸν φανῇ ὅταν ἐκείνη ἐκνεύσῃ τῶν παρόντων, καὶ παρασκευάσασα αὐτὴν ὡς ὅτι μάλιστα καλὴν, καὶ εἰς ὁμοιότητα ἐλθοῦσα. ἡ δὲ παρασκευὴ καὶ ἡ κόσμησις, δήλη πού τοῖς παρασκευαζομένοις. ἰδοῦσα δὲ ἐν αὐτῇ ἐξαίφνης φανέντα, μεταξὺ γὰρ οὐδὲν. οὐδ' ἔτι δύο, ἀλλ' ἓν ἄμφω. οὐ γὰρ ἂν διακρίναις ἔτι, ἕως πάρεστι. μίμησις δὲ τούτου καὶ οἱ ἐνταῦθα ἐρασταὶ καὶ ἐρώμενοι συγκρῖναι θέλοντες, καὶ οὔτε σώματος ἔτι αἰσθάνεται, ὅτι ἐστὶν ἐν αὐτῷ, οὔτε ἑαυτὴν ἄλλ' ὅτι λέγει οὐκ ἄνθρωπον, οὐ ζῶον, οὐκ ὂν, οὐδὲ πᾶν. ἀνώμαλον γὰρ ἡ τούτων πως θέα καὶ οὐδὲ σχολὴν ἄγει πρὸς αὐτὰ, οὔτε θέλει, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ ζητήσασα, ἐκείνῳ παρόντι ἀπαντᾷ. * κἀκεῖνο ἀντ' αὐτῆς βλέπει. τίς οὖσα βλέπει, οὐδὲ τοῦτο σχολάζει ὁρᾶν. ἔνθα δὴ οὐδὲν πάντων ἂν τούτου ἀλλάξαιτο. οὐδ' εἴτις αὐτῇ πάντα τὸν οὐρανὸν ἐπιτρέποι, ὡς οὐκ ὄντος ἄλλου ἔτι ἀμείνονος

* κἀκεῖνο ἂν ταύτης

QVVM ita se res habeat, haudquaquā admiraturi sumus vlterius, quod acerrimos amoris stimulos incitat, procul ab omni forma etiā intelligibili esse semotum. Quandoquidem & anima cùm ardenti illius flagrat amore, quamcunque formam habet in se, deponit, etiam si qua intelligibilis ipsius in ea sit forma. Fieri nāque non potest, vt qui aliud quoduis habet, vel circa aliud agit, aut videat illud, aut congruat cum illo, atque copuletur: sed oportet neque mali, neque boni aliud quicquam in promptu habere, vt quandoque capiat sola solum. Postquam verò id anima feliciter consequuta fuerit, idq; ad eam accesserit: imò verò iam præsens nuper illuxerit, quādo videlicet illa seipsam à cæteris præsentibus reuocauerit præparās, si ipsam interea vt pulcherrima fiat, similisque euadat, apparatus autē eius atq; ornatus illis qui se ritè preparāt duntaxat est cognitus: postquam, inquam, ita se animus comparauerit, cernet in se deum ipsum subitò corruscantem: nihil enim interuenit medium. neque ibi duo quædam discernentur vlterius, sed am bo iam vnum: neque enim quandiu adest discernere licet. Id autem apud nos imitari solēt amantes & amati mutuò redamantes, qui conflari nituntur in vnum. Iam verò animus ita defixus in Deū corpus suū nō sentit vlterius, neq; se esse animaduertit in corpore, neq; seipsum aliud quiddā esse pnūciat, nō hominē, nō animal, non ens, non vniuersum. Horū nanq; prospectus inæqualis quodámodo est, atq; distractus. Neq; tātùm animus tunc habet ocij, vt aciē ad ea cōuertat, neq; velit habere: verùm cū ipsum studiosè quæsiuerit, illi præsenti se prorsus insinuat, illudque pro seipso iam cernit, neque tantùm ei uacat, vt hunc agnoscat eu·n:um. Quo quidem in statu nullis thesauris præsentē thesarum cōmutabit: neq; etiā si quis cœlum totū elargiatur: quippe cū cognoscat nihil esse prestan-

A tius, nihil melius: nempe nec ſuperius aſcendere poteſt. Cętera verò contueri nihil aliud eſſet quàm deſcendere, quamuis & illa ſint excelſa, & animus ipſe ſublimis. Tunc demum animus iudicium omnino verum aſſequitur: tunc prorſus agnoſcit hoc ipſum eſſe quod olim totis viribus affectabat: tunc proculdubio aſſerit nihil eſſe præſtātius. Nulla enim eſt ibi fallacia: alioquin in aliquid veritate verius licebit incidere. Quod igitur tunc dicit animus, ipſe iam illud exiſtit, dicitque poſterius, dicitque ſilendo. B Cumq; beata iam ſuauitate ſit affectus quòd optimè ſit affectus, minimè fallitur. Non enim hoc ait quaſi corpore titillāte, ſed iam illud eſſe ctus quod & quondam, quando felix exiſteret. Tum verò cætera prorſus omnia quibus delectari antea conſueuerat, quando potentia opibus, ornamentis, formis, doctrinis oblectaba- C tur, agnoſcit iam penitus contemnenda. Quod quidē non facilè tunc deprehendere poterat, quando nondum meliora fuerat conſequutus. Præterea nihil timet aduerſi, dum vel copulatur illi, vel aſpicit illud. Deniq; ſi contigerit alia circa animum omnia deſtrui, hoc ipſum libentius approbabit, vt ſolùm ſit penes ipſum, eo vſq; iam affectionis proſperè ſuauiſq; proceſsit.

A οὐδὲ μᾶλλον ἀγαθοῦ· οὔτε γὰρ ἀνωτέρω τρέχει, τά τε ἄλλα πάντα κατιούσης, κἂν ᾖ ἄνω. ὥστε τότε ἔχει καὶ τὸ κρίνειν καλῶς, καὶ γινώσκειν ὅτι τοῦτό ἐστιν,* οὗ ἐφίεται, καὶ τίθεσθαι, ὅτι μηδέν ἐστι κρεῖττον αὐτοῦ. οὐ γάρ ἐστιν ἀπάτη ἐκεῖ. ἢ ποῦ ἂν τοῦ ἀληθοῦς ἀληθέστερον τύχοι. ὃ οὖν λέγοι, ἐκεῖνό ἐστι, καὶ ὕστερον λέγει, καὶ σιωπῶσα δὲ λέγει, καὶ εὐπαθοῦσα οὐ ψεύδεται, ὅτι εὐ- B παθεῖ.* οὐ δὲ γὰρ γαλιζομένου λέγει τοῦ σώματος, ἀλλὰ τοῦτο γενομένη, ὃ πάλαι ὅτε εὐτύχει. ἀλλὰ καὶ τὰ ἄλλα πάντα οἷς πρὶν ἥδετο, ἀρχαῖς, ἢ δυνάμεσιν, ἢ πλούτοις, ἢ κάλλεσιν, ἢ ἐπιστήμαις, ταῦτα ὑπεριδοῦσα λέγει. οὐκ ἂν ὑποῦσα, μὴ κρείττοσι συντυχοῦσα τούτων.* οὐδὲ φο- C βεῖται μή τι πάθῃ μετ᾽ ἐκείνου οὖσα. οὐδ᾽ ὅλως ἰδοῦσα, εἰ δὲ καὶ τὰ ἄλλα περὶ αὐτὴν φθείροιτο εὖ μάλα καὶ βούλεται, ἵνα πρὸς* τούτῳ ᾖ μόνον, εἰς τόσον ἥκει εὐπαθείας.

* οὐ ἐφίεται
* οὐ δὲ γὰρ γαλιζομένου
* ὁ δὲ
* τούτῳ

Ipſum bonum ita eſt ab omni multiplicitatis mobilitatiſq; ſuſpitione ſemotum, vt anima illo fruens intelligentiam exuere compellatur, quodammodo actioni cuidam multiplici mobiliq; conſimilem. Cap. XXXV.

In hac autem fruitione idem ipſe Deus eſt lumen quod intuetur animus, & per quod intuetur: euaditq; ibi viſio ipſa luminis ipſum lumen. Eſt autē in intellectu primo intuitus atque contuitus: ille directus, in Deum inde formatur, fitq; mox naturæ ſuæ ſic iam formatæ contuitus. Illo ſupra ſeipſum Deo fruitur: hoc autem ſeipſo potitur. In anima quoq; eſt vnitas intellectu ſuperior, per quam Deo fruitur viſione quadam intelligentiam ſuperante.

A ADEO verò tunc ad votum affectus eſt animus, vt intelligentiam quoq; nihil pendat, quódue prius eam admiratus fuerit, iam minimè probet: quippe cū intelligentiā eſſe motionem quandam planè cognoſcat, ipſe verò moueri non optet. Atqui neq; etiā illum eſſe pronuntiat intellectum, quē cernit, quāuis animus ipſe intellectus iam factus intueatur: vtpote in intellectu penitus occupatus, in locoq; intelligi- B bili conſtitutus: at verò poſitus quidem in ipſo & circa ipſum habens intelligibile nimirum intelligat. Poſtquam verò Deum illum vidit, omnia prorſus obmittit: perinde ac ſiquis domum ingreſſus variè admodum exornatam, ſingula intus ornamenta conſideret, & priuſquam dominum eius viderit, admiretur. At poſtquam inſpexerit dominum imaginum illarum pulchritudinem admodum ſuperantē: vtpote qui non velut imago quædam pulchra, C ſed reuera pulcher occurrat, ideoque ſupra modum hunc admiretur, illiſque demiſsis, ſolùm in poſterum contempletur, attentiuſque oculis in eum defixis inſpiciens, haud vlterius ipſa videndi continuitate ipſum propriè viſibile videat, ſed viſionem miſceat cum viſibili, adeo vt in ipſo quod prius erat viſibile ipſa iam viſio fiat, cætera verò ſpectacula eum interea lateant. Forſan verò ſimilitudo hæc analogiam proportionemque ſeruaret, ſi quidem ille qui contemplatori domus occurit no n homo, ſed Deus quidē foret: & hic quidē nō aſpectui patēs, ſed contemplantis mentem penitus implens.

A ΤΟΥΤΩ δὲ διάκειται τότε, ὡς καὶ* τοῦ νοεῖν καταφρονεῖν, ὃ τὸν ἄλλον χρόνον ἠσπάζετο. ὅτι τὸ νοεῖν, κίνησίς τις ἦν. αὕτη δὲ, οὐ κινεῖσθαι θέλει, καὶ γὰρ οὐδ᾽ ἐκεῖνόν φησιν ὃν ὁρᾷ, καίτοι νοῦς γενόμενος, αὕτη θεωρεῖ. οἷον νοωθεῖσα, καὶ ἐν τῷ τόπῳ τῷ νοητῷ γενομένη. ἀλλὰ γενομένη μὲν ἐν αὐτῷ, καὶ περὶ αὐτὸν ἔχουσα, τὸν νοητὸν νοεῖ. ἐπὰν δὲ ἐκεῖνον ἴδοι τὸν θεὸν, πάντα ἤδη ἀφίη- B σιν, οἷον εἴ τις εἰσελθὼν εἰς οἶκον ποικίλον, καὶ οὕτω καλὸν θεωροίη ἔνδον ἕκαστα τῶν ποικιλμάτων, καὶ θαυμάζοι, πρὶν ἰδεῖν τὸν τοῦ οἴκου δεσπότην. ἰδὼν δ᾽ ἐκεῖνον, καὶ ἀγασθεὶς οὐ κατὰ τὴν τῶν ἀγαλμάτων φύσιν ὄντα, ἀλλὰ ἄξιον τῆς ὄντως θέας, ἀφεὶς ἐκεῖνα, τοῦτον μόνον τοῦ λοιποῦ βλέποι. εἶτα βλέπων, καὶ μὴ ἀφαιρῶν τὸ ὄμμα, μηκέτι ὅραμα βλέποι τῷ συνεχεῖ τῆς θέας. ἀλλὰ τὴν ὄψιν αὐτὴν συγκεράσαιτο τῷ θεά- C ματι. ὥστε ἐν αὐτῷ ἤδη τὸ ὁρατὸν πρότερον ὄψιν γεγονέναι. τῶν δ᾽ ἄλλων πάντων ἐπιλάθοιτο θεαμάτων. καὶ τάχ᾽ ἂν σώζοι τὸ ἀνάλογον ἡ εἰκών, εἰ μὴ ἄνθρωπος εἴη ὁ ἐπιστὰς τῷ τὰ τοῦ οἴκου θεωμένῳ. ἀλλά τις θεὸς, καὶ οὗτος οὐ κατ᾽ ὄψιν φανεὶς, ἀλλὰ τὴν ψυχὴν ἐμπλήσας τοῦ θεωμέ

* τὸ νοεῖν

Exiſtimandum

νοῦ. καὶ τὸν νοῦν τοίνυν τὴν μὲν ἔχειν δύναμιν εἰς τὸ νοεῖν, ἣ τὰ ἐν αὐτῷ βλέπει. τὴν δέ, ἣ τὰ ἐπέκεινα αὐτοῦ ἐπιβολῇ τινὶ καὶ παραδοχῇ, καθ' ἣν καὶ πρότερον ἑώρα μόνον, καὶ ὁρῶν, ὕστερον καὶ νοῦν ἔσχε. * καὶ ἔνεστι καὶ ἔστιν ἐκείνη μὲν ἡ θέα νοῦ ἔμφρονος, αὕτη δὲ νοῦς ἐρῶν. ὅταν ἄφρων γένηται μεθυσθεὶς τοῦ νέκταρος, τότε ἐρῶν γίνεται. ἁπλωθεὶς εἰς εὐπάθειαν τῷ κόρῳ. καὶ ἔστιν αὐτῷ μεθύειν βέλτιον,* ἢ σεμνότερον εἶναι τοιαύτης μέθης. παρὰ μέρος δὲ ὁ νοῦς ἐκείνης, ἄλλα, τὰ δὲ ἄλλο τι, ἄλλα ὁρᾷ, ἢ οὔ. ὁ δὲ λόγος διδάσκων, γινόμενα ποιεῖ. τὸ δὲ ἔχει, τὸ νοεῖν ἀεί. ἔχει δὲ καὶ τὸ μὴ νοεῖν, ἀλλὰ ἄλλως ἐκεῖνον βλέπειν. καὶ γὰρ ὁρῶν ἐκεῖνον, ἔσχε γεννήματα, καὶ συνῄσθετο. καὶ τούτων γινομένων καὶ ἐνόντων. καὶ ταῦτα μὲν ὁρῶν, λέγεται νοεῖν. ἐκεῖνο δέ, ᾗ δυνάμει ἔμελλε νοεῖν. ἡ δὲ ψυχὴ οἷον συγχέασα καὶ ἀφανίσασα, μένοντα τὸν ἐν αὐτῇ νοῦν, μᾶλλον δὲ αὐτῆς ὁ νοῦς ὁρᾷ πρῶτος. ἔρχεται δὲ ἡ θέα καὶ εἰς αὐτήν, καὶ τὰ δύο ἓν γίνεται. ἐκταθὲν δὲ τὸ ἀγαθὸν ἐπ' αὐτοῖς καὶ συναρμοσθὲν τῇ ἀμφοτέρων συστάσει, ἐπιδραμὸν καὶ ἑνῶσαν τὰ δύο, ἔπεστιν αὐτοῖς μακαρίαν διδοὺς αἴσθησιν καὶ θέαν. τοσοῦτον ἄρας, ὥστε μήτε ἐν τόπῳ εἶναι, μήτε ἐν τῷ ἄλλῳ, ἐν οἷς πέφυκεν, ἄλλο ἐν ἄλλῳ εἶναι, οὐδὲ γὰρ αὐτός που. ὁ δὲ νοητὸς, τόπος ἐν αὐτῷ, αὐτὸς δέ, οὐκ ἐν ἄλλῳ. διὸ οὐδὲ κινεῖται ἡ ψυχὴ τότε, ὅτι μηδ' ἐκεῖνο, οὐ δὲ ψυχὴ τοίνυν, ὅτι μηδὲ ζῇ ἐκεῖνο, ἀλλὰ ὑπὲρ τὸ ζῆν. οὐδὲ νοῦς, ὅτι μηδὲ νοεῖ. ὁμοιοῦσθαι γὰρ δεῖ. νοεῖ δὲ οὐδ' ἐκεῖνο, ὅτι οὐδὲ νοεῖ.

* καὶ ἕν ἐστι

* ἢ σεμνοτέρῳ εἶναι

A Existimandum est igitur, intellectum geminā vim habere: alteram quidem ad intelligendum per quam interna sibi conspiciat: alteram verò qua superiora suspiciat iactu quodam intuendi & perceptione quadam: quo quidem intuitu, atq; acceptione prius etiam videbat solùm, videndoque accepit posterius intellectum, vt numq; existit. Atqui illa quidem sanæ mentis visio est: hæc autem ipsa mens est amans. Quādo enim insanit nectare penitus ebria, tunc a- B more corripitur, seipsam in affectionem suauitatemq; beatam saturitate diffundens. Et profectò huic satius est ebrietate hac occupari, quàm procul ab eiusmodi potu sobriè viuere. Sed nunquid mens illa vicissim alia prius, alia posterius contemplatur? nequaquam: quamuis disputatio docendi gratia introducat eam quasi alternis vicibus contemplantem. Intellectus autem ipse semper exercet actum, quo & C intelligit propriè: & rursus propriè non intelligit, sed alia quadam Deum inspicit ratione. Nempe dum cerneret Deum inde fœtus in seipso concepit, eosque iam genitos insitus persensit, ac dum hos cōtuetur, intelligere dicitur: Deum verò ea suspexit potentia, qua deinceps intellectus erat. Proinde anima intellectum in ipsa manentem quasi confundens ac delens suspicit Deum: imò verò intellectus ipsius inspicit primus, sed visio in eam quoq; traducitur: duoque ibi vnum fiunt. Ipsum verò bonū per D hæc se propagans, horumque constitutioni applicans semetipsum, superuolat eis, & duo cōiungens in vnū, imminet ipsis, felicem sensum largiens contemplationemq; beatam. Præterea vsque adeo hæc attollit, vt neque amplius sint in loco, neq; in quouis alio, quacunque cōditione aliud esse posit in alio. neque enim est ipse Deus alicui. Locus autem intelligibilis est in eo, ipse verò in nullo prorsus existit. Quamobrem neq; tunc mouetur anima, quoniam nec ille mouetur: neq; igitur est anima propriè, cum neque propriè viuat: quoniam nec ille propriè viuit, sed viuendi munus excedit: sed neq; etiam est intellectus, quoniam nec intelligit. Assimilari nanq; oportet, intelligit autem non illum, quoniam nec intelligit quidem.

Scala per quam ascenditur ad principium, septem gradus habet: primus est purgatio animi: secundus, cognitio operum diuinorum singulatim comparata: tertius contemplatio ordinis, quo opera inferiora reducuntur ad superiora gradatim: quartus, comparatio quædam proportionalis ex ordine huiusmodi ad diuinum ordinem sese conferens: quintus, negatio per quam cuncta quæ concipis separes à principio: sextus, supplex ad Deum oratio, vt ipse intellectualis mundi pater te reddat mundum intellectualem actu: ens enim potentia mundus hic ab initio: septimus, vt quum ipse intellectualis mundus euaseris, vlterius amore boni concitus ex statu intellectuali transformeris in bonum superius intellectu.

Cap. XXXVI.

Cum bonum sit longè superius intellectu, & iccirco fruitio eius non rectè dicatur intelligentia, uidetur neq; cognitio nominanda. Est enim naturalior & optabilior quàm cognitio. Appellamus tamen vtcunque possumus tum visionem propter lucem & puritatem, tum tactum propter maximam vnionem. Appellatur et gustus propter suauitatem illic penitus infusam animo, nutrientemq; salubriter & mirabiliter in melius transformantem.

ΤΑ' μὲν γὰρ ἄλλα δῆλα. εἴρηται δέ τι καὶ περὶ τούτου: ἀλλ' ὅμως καὶ νῦν ἐπ' ὀλίγον λεκτέον, ἀρχομένοις μὲν ἐκεῖθεν διαλογισμῶν δὲ προϊοῦσιν * ἔστι μὲν ἀγαθοῦ εἴτε γνῶσις εἴτε ἐπαφή, μέγιστον, καὶ μέγιστόν φησι τοῦτο εἶναι μάθημα, οὐ τὸ πρὸς αὐτὸ ἰδεῖν μάθημα λέγων, ἀλλὰ περὶ αὐτοῦ μαθεῖν τι πρότερον. διδάσκουσι μὲν οὖν ἀναλογίαι

* ἔστι μὲν γὰρ ἡ τοῦ ἀγαθοῦ

A CAETERA quidem perspicua sunt. Dictum verò de hoc etiam est nonnihil: verumtamen nunc rursus nonnihil addendum, exordiendo quidem inde, per argumentationes autē pgrediēdo. Est enim ipsius boni siue cognitio siue tactus aliquid proculdubio maximum: cuius disciplinam Plato maximā appellauit, non appellans quidem disciplinā ibi boni ipsius intuitū, sed notitiā quādā hūc intuitū præcedentē. Docet itaq; nos hoc analogię, id est propor-

tionum conuenientiae quaedam: item negationes: rursus eorum quae fiunt ab ipso cognitio: denique ascensus quidam ritè gradibus procedentes. Peruenimus autem ad ipsum purgationibus, precibus, cultu animum exornante, ascensu ad intelligibilem mundum, ibidem perseuerantia, dum videlicet illius mundi dapibus animus vescitur, quicunque spectatur simul spectaculumque euadit, tum ipse sui ipsius, tum etiam aliorum: factusq; essentia & intellectus & animal vniuersum non vlterius ipsum extrinsecus aspicit, sed id denique factus iam summo propinquat. Quod quidem summum illic est proculdubio proximum per totum prorsus intelligibilem mundũ supernè coruscans: vbi certè dimissis omnibus disciplinis animus huc usque perductus & collocatus in pulchro, vsque ad illud in quo est intelligit hactenus: eductus autem inde quasi vnda quadã intellectus eiusdem, altiusque ab ipso velut tumescente & exundante sublatus nesciens quomodo subitò perspicit. Sed ipse intuitus oculos lumine cõplẽs nõ efficit quidẽ, vt per illud interim aliud videatur: imò lumẽ ipsum idẽ est penit⁹ quod videtur. Non enim est in illo hoc quidem visibile, hoc autem eius lumen, neque intellectus & intellectum: sed viget ibi lex haec in sequentibus generans, concedensq; apud se permanere. Ipsa tamen solum lux existit generans intellectum, nec extinguitur generando: sed dum ipsa permanet, sequitur aliud ex eo quòd ipsa consistit. Nisi enim sic illa consisteret, inde aliud non subsisteret.

A τι καὶ ἀφαιρέσεις, καὶ γνώσεις τῶν ἐξ αὐτοῦ, καὶ ἀναβασμοί τινες. πορεύουσι δὲ καθάρσεις πρὸς αὐτὸ * καὶ ἀρεταὶ καὶ κοσμήσεις, καὶ τοῦ νοητοῦ ἐπιβάσεις, καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ ἱδρύσεις, καὶ τῶν ἐκεῖ ἑστιάσεις. ὅς τις γένηται ὁμοῦ θεατής τε καὶ θέαμα αὐτὸς αὐτοῦ καὶ τῶν ἄλλων, καὶ γενόμενος οὐσία, καὶ νοῦς, καὶ ζῶον παντελὲς, μηκέτι ἔξωθεν αὐτὸ βλέποι. τοῦτο δὲ γενόμενος, ἐγγύς ἐστι, καὶ τὸ ἐφεξῆς ἐκεῖνο καὶ πλησίον, αὐτὸ ἤδη B ἐπὶ παντὶ τῷ νοητῷ ἐπιστίλβον. ἔνθα δὴ ἐάσας τις πᾶν μάθημα, καὶ μέχρι τοῦ παιδαγωγηθεὶς, καὶ ἐν καλῷ ἱδρυθεὶς, ἐν ᾧ μέν ἐστι μέχρι τούτου νοεῖ. ἐξενεχθεὶς δὲ τῷ αὐτῷ τοῦ νοῦ οἷον κύματι, καὶ ὕψου ὑπ᾽ αὐτοῦ οἷον οἰδήσαντος ἀρθεὶς εἰσεῖδεν ἐξαίφνης. οὐκ ἰδὼν ὅπως, ἀλλ᾽ ἡ θέα πλήσασα φωτὸς τὰ ὄμματα, οὐ δι᾽ αὐτοῦ πεποίηκεν ἄλλο ὁρᾶν. ἀλλ᾽ αὐτὸ τὸ φῶς τὸ ὅ- C ραμα ἦν. οὐ γὰρ ἦν ἐν ἐκείνῳ, τὸ μὲν ὁρώμενος. τὸ δὲ, φῶς αὐτοῦ, οὐδὲ νοῦς, καὶ νοούμενον. ἀλλ᾽ αὐτὴ γεννῶσα ταῦτα εἰς ὕστερον, καὶ ἀφεῖσα εἶναι παρ᾽ αὐτῆς. αὐτὸς δὲ αὐτὴ μόνον γεννῶσα νοῦν, οὔτι σβέσασα αὐτῆς ἐν τῷ γεννῆσαι. ἀλλὰ μείνασα μὲν αὐτή. γενομένου δ᾽ ἐκείνου, τῷ τοῦτο εἶναι. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο τοιοῦτον ἦν, οὐκ ἂν ὑπέστη ἐκεῖνο.

*καὶ ἀρεταὶ

Cùm Plotinus semel intelligentiam definierit, actum reflexum essentiae viuae dependentis à bono, conatumq; eiusmodi quaerentis se simul atque causam, viuentisque tum partes secum suas, tum seipsam causae merito negat principium eiusmodi intelligentiae adminiculis indigere. Cap. XXXVII.

Videtur quidem sicut se habet visus ad lumen, sic ad boni lucem intelligentia se habere, similiterq; distingui: veruntamen multò magis à bono differt intelligentia, quàm visus à lumine: siquidem altitudine latitudineq; maiore bonum transgressio videtur intelligentiam, quàm lumen visum. Cum igitur boni ipsius intelligentiaeq; rationes adeo distinctae sint, ideoque naturae sint duae, iure cum bonum primò dixeris, vt conserues ipsum simplex, sibique sufficiens, noli intelligentiã adhibere, quae quidẽ essentiam vitamq; sequitur: bonum verò excedit vtranque. Esse enim atque uiuere ratione & gratia boni duntaxat optatur. Neque tamen demens Deus est mente praestantior: neque quicquam latet eum, per quem omnia patent.

QVICVNQVE igitur disputationibus suis intelligentiam summo rerũ principio tradiderunt, minorum quidem eorumue quae ab eo proficiscuntur cognitionem penitus abstulerunt. Quanquam & hoc nonnullis videtur absurdum, Deum alia nullo modo cognoscere. Verùm illi quidem cùm nihil eo praestantius inuenirent, cognitionem illi sui ipsius attribuerunt: perinde ac si illud ex ipso intelligentiae munere venerabilius sit futurum, ipsumque intelligentiae munus prestantius sit quàm principium, dum hoc ipsum quod est duntaxat existit: quasi illud non dignitatem omnem praestet intelligentiae, sed accipiat. Proinde quaerendum est, quo nam potius ipse Deus suam habeat dignitatem: intelligentia ne, an se ipso. Si per intelligentiam comparat dignitatem, certè seipso aut nullo modo, aut certè minus est venerandum: sin autem seipso suam possidet dignitatem, certè ante intelligentiam est perfectus, nec fit perfectus intelligendo. Ac si quis dixerit, quoniam Deus non potentia est, sed actus, idcirco eum intelligere oportere, ita protinus distinguemus. Aut Deus essentia est semper intelligens, aut actus tantum intelligendi. Si essentia semper intelligens,

A ΟἹ ΜῈΝ οὖν νόησιν αὐτῷ διδόντες τῷ λόγῳ, τῶν μὲν ἐλαττόνων καὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ, οὐκ ἔδοσαν. καίτοι καὶ τοῦτο ἄτοπον, τὰ ἄλλα φασί τινες μὴ εἰδέναι. ἀλλ᾽ οὖν ἐκεῖνοι, ἄλλο τιμιώτερον οὐχ᾽ εὑρόντες, τὴν νόησιν αὐτῷ αὐτοῦ εἶναι ἔδοσαν. ὥσπερ τῇ νοήσει σεμνοτέρου αὐτοῦ ἐσομένου, καὶ τοῦ νοεῖν κρείττονος ἢ καθ᾽ αὐτὸν ὅ ἐστιν ὄντος. ἀλλ᾽ οὐ αὐτοῦ σεμνύνοντος τὴν νόησιν. τίνι B γὰρ τὸ τίμιον ἕξει τῇ νοήσει, ἢ αὐτῷ. εἰ μὲν οὖν τῇ νοήσει, αὐτῷ οὐ τίμιον, ἢ ἧττον. εἰ δὲ αὐτῷ, * πρὸς τῆς νοήσεώς ἐστι τέλειος. καὶ οὐ τῇ νοήσει τελειούμενος. εἰ δ᾽ ὅτι ἐνέργειά ἐστιν, ἀλλ᾽ οὐ δύναμις, δεῖ νοεῖν. εἰ μὲν οὐσία ἐστὶν ἀεὶ νοοῦσα,

*πρὸ τῆς νοήσεως

&

A καὶ τοῦτο ἐνέργειαν λέγουσι, δύο ὅμως λέγουσιν τὴν οὐσίαν καὶ τὴν νόησιν. καὶ οὐχ ἁπλοῦν λέγουσιν, ἀλλά τι ἕτερον προστιθέασιν αὐτῷ, ὥσπερ ὀφθαλμοῖς, τὸ ὁρᾶν κατ' ἐνέργειαν, κἂν ἀεὶ βλέπωσιν *εἰ δ' ἐνέργεια λέγουσιν, ὅτι ἐνέργειά ἐστι καὶ νόησις. οὐκ αὖ οὖσα νόησις νοεῖ. ὥσπερ οὐδὲ κίνησις, κινοῖτο ἄν. τί οὖν* εἰ καὶ αὐτοὶ λέγετε οὐσίαν καὶ ἐνέργειαν εἶναι ἐκεῖνα. ἀλλὰ πολλὰ ταῦτα ὁμολογοῦμεν εἶναι, B καὶ ταῦτα ἕτερα. τὸ δὲ πρῶτον, ἁπλοῦν, καὶ τὸ ἐξ ἄλλου, δίδομεν νοεῖν καὶ οἷον ζητεῖν αὐτοῦ τὴν οὐσίαν καὶ αὐτό, καὶ τὸ ποιῆσαν αὐτό. καὶ ἐπιστραφὲν ἐν τῇ θέᾳ καὶ γνωρίσαν, νοῦν ἤδη δικαίως εἶναι. τὸ δὲ μήτε γινόμενον μήτε ἔχον πρὸ αὐτοῦ, ἀλλὰ ἀεὶ ὅ ἐστι, τίς αἰτία τοῦ νοεῖν ἕξει. διόπερ νοῦν φησιν ὁ Πλάτων εἶναι ὀρθῶς. νοῦς μὲν γὰρ μὴ νοῶν, ἀνόητος. ᾧ γὰρ ἡ φύσις ἔχει τὸ C νοεῖν, εἰ μὴ τοῦτο πράττοι, ἀνόητον· ᾧ δὲ μηδὲν ἔργον ἐστί, τί ἂν τούτῳ τις ἔργον προσάγων, κατὰ στέρησιν αὐτοῦ, κατηγορεῖ τοῦτο, ὅτι μὴ πράττει; οἷον εἰ ἀνίατρον αὐτόν τις λέγοι. μηδὲν δὲ ἔργον εἶναι αὐτῷ, ὅτι μηδὲν ἐπιβάλλει αὐτῷ ποιεῖν. ἀρκεῖ γὰρ αὐτός, καὶ οὐδὲν δεῖ ζητεῖν παρ' αὐτὸν ὑπὲρ τὰ πάντα ὄντα. ἀρκεῖ γὰρ αὐτῷ καὶ τοῖς ἄλλοις ὢν αὐτὸς ὅ ἐστιν.

* εἰ δ' ἐνέργεια

* οὐ καὶ αὐτοί

A & propterea actum nominant, duo simul afferunt, essentiã scilicet, atq; intelligentiam: neq; simplex ita ponunt, sed aliud quiddam illi adhibent, sicut oculis adiungere solent visionẽ secundum actum, etiam si semper aspiciant. Sin autẽ in actu Deum esse dicant, propterea quod actus & intelligentia sit, sequitur, vt cũ sit intelligentia non intelligat, quemadmodum neque motus ipse mouetur. Sed hic aliquis ita nobis objiciet: Nonne & vos diuina essentiam & actũ B esse dicitis? Nos profectò talia quædã esse multa & diuersa fatemur: primum verò penitus esse simplex, eiq; quod pendet ex alio intelligentiam assignamus, per quã quasi sui ipsius quærat essentiam ac seipsum, & effectorem. Idq; intuendo conuersum, & ita discernens, nimirum esse iam dicimus intellectum. Quod autẽ neq; factũ est, neq; supra se aliud habet, sed semper id ipsum quod est existit, quã intelligendi occasionẽ habeat, nõ videmus. Quamobrem Plato C summum Deum intellectui rectè præfecit. Intellectus itaq; nisi intelligat, demens meritò iudicatur. In quo enim natura intelligentiã postulat, nisi intelligat, amens iure censetur. Cui verò opus est nullum, quódnam opus aliquis huic assignans, deinde ab operis huius absentiam, iure objicere possit ab opere & officio id vacare? perinde ac si quis Deum medendi muneris dicat expertem. Opus autem Deo assignamus nullum, quoniam facere Deo non expedit: sufficit enim ipse, neq; huic vltra se aliud est quærendũ, super omnia existenti. Sufficit enim tum sibi, tum alijs: dum ipse hoc ipsum quod est, existit.

Cùm ipsa essentia. ratio & alia sit, & inferior quam ratio boni, non rectè prædicatur esse de bono. Et si bonũ ob summam simplicitatem nihil de se quasi intrinsecus loquendo componit, non tamen sibimet obscurum est & incertum. Ipsum siquidem certitudinis est origo paterq; luminum. Cap. XXXVIII.

A ἜΣΤΙ δέ, οὐδὲ τὸ ἔστιν, οὐδὲν γὰρ οὐδὲ τούτου δεῖται· ἐπεὶ οὐδὲ τὸ ἀγαθός ἐστι κατὰ τούτου, ἀλλὰ καθ' οὗ τὸ ἔστι τόδε ἐστίν, οὐχ ὡς κατ' ἄλλου ἄλλο, ἀλλ' ὡς σημαῖνον ὅ ἐστι. λέγομεν δὲ τὸ ἀγαθόν, περὶ αὐτοῦ, λέγοντες *οὐκ αὐτό. οὐδὲ κατηγοροῦντες ὅτι αὐτῷ ὑπάρχει, ἀλλ' ὅτι αὐτό. εἶτα οὐδ' ἔστιν ἀγαθὸν λέγειν ἀξιοῦντες. *οὐδὲ τὸ τὸ προστιθέναι αὐτοῦ. δηλοῦν δὲ οὐ δυνάμενοι, εἴ τις αὐτὸ παντάπασιν ἀφέλοι, ἵνα μὴ ἄλλο. τὸ δ' ἄλλο ποιῶμεν, ὡς μὴ δεῖσθαι τοῦ ἔστιν ἔτι. οὕτω λέγωμεν τἀγαθόν. ἀλλά τις B παραδέξεται φύσιν, οὐκ οὖσαν αἰσθήσει καὶ γνώσει αὐτῆς. τί οὖν γνώσεται; ἐγώ εἰμι. ἀλλ' οὐκ ἔστι. διατί οὖν οὐκ ἐρεῖ τὸ ἀγαθόν εἰμι. ἢ πάλιν τὸ ἔστι κατηγορήσει αὐτοῦ. ἀλλὰ τὸ ἀγαθὸν μόνον ἐρεῖ τι προσθείς. ἀγαθὸν μὲν γὰρ νοήσειεν ἄν τις ἄνευ τοῦ ἐστιν, εἰ μὴ κατ' ἄλλου C κατηγοροῖ. ὁ δὲ αὐτὸ νοῶν ὅτι ἀγαθόν, πάντως νοήσει τὸ ἐγώ εἰμι τὸ ἀγαθόν. εἰ δὲ μή, ἀγαθὸν μὲν νοήσει. οὐ πάρεσται δὲ αὐτῷ, τὸ ὅτι αὐτός ἐστι τοῦτο νοεῖν. δεῖ οὖν τὴν νόησιν εἶναι,

* οὐκ αὐτῷ

* οὐδὲ τὸ τό προστιθέναι αὐτοῦ

A PRAETEREA neque verbum quidem, est, de Deo prædicare debemus: neq; enim hoc indiget: quoniã neq; etiã de ipso prædicamus, Deus est bonus. Sed de quo prædicatur, est, de eodẽ prædicatur, est bonus. Deus autem conuenit ipsum est, non tanquã aliud de alio prædicetur, sed tanquam hoc ipsum quod est significet. Dicimus autem de ipso bonum, non aliquid assignantes illi, neque sic prædicantes tãquam illi bonum adsit, sed quoniam ipsum exi B stit bonum. Præterea cum nequaquam existimemus de illo dicendum esse, est bonum: neq; præponendam esse illi eiusmodi dictionem, scilicet hoc, aut illud, neque tamen ipsum exprimere valeamus: si quis omnino circa id auferat cauendo videlicet, ne fortè aliud ipsum & aliud faciamus, profectò quasi non etiam hoc verbo, est, indigeat, ita simpliciter bonum pronunciamus. Verum quisnam admittet naturam eiusmodi, neque sentientem, neque cogno C scentem vllo modo seipsam? Quid ergo? Cognoscet saltem ego sum, sed quonam modo, cum minimè sit? An forsan dicet bonum sum? Sed rursus ipsum est, ita de se prædicabit. At verò si bonum duntaxat pronuntiet, quidnam adiungere iudicabitur? Bonum sanè cognoscere potest aliquis absque hoc verbo quod est appellatur, nisi fortè bonum de alio prædicet. Qui verò se ipsum bonum esse cognoscit, prorsus hoc ipsum intelliget, scilicet ego sum bonum: alioquin bonum quidem intelliget. Non tamen id assequetur, vt scilicet seipsum hoc esse intelligat. Oportet igitur si illic boni intelligentia est, talem

esse vt bonũ, sum, intelligat. Atqui si ipsa intelligentia bonum ipsum est, certè non ipsius, sed boni intelligentia erit, nec ipse quidem, imò intelligentia erit ipsum bonum. Sin autem intelligentia boni diuersa est à bono, sequitur, vt bonum ante ipsius intelligentiam iam existat. Quòd si ante intelligentiam bonum ipsum est suapte natura sufficiens, & certè sufficiens, sibimet ad bonũ, nullo modo sui intelligentia indigebit: quapropter qua ratione bonũ, seipsum nequaquam intelligit.

A ὅτι ἀγαθόν εἰμι * καὶ εἰ μὲν νόησις αὐτὴ τὸ ἀγαθὸν, οὐκ αὐτοῦ ἔσται νόησις, ἀλλ' ἀγαθοῦ, αὐτός τε οὐκ ἔσται τὸ ἀγαθὸν, ἀλλ' ἡ νόησις. εἰ δὲ ἑτέρα τοῦ ἀγαθοῦ, ἡ νόησις τοῦ ἀγαθοῦ. ἔστιν ἤδη τὸ ἀγαθὸν πρὸ τῆς * νοήσεως αὐτοῦ. εἰ δέ ἐστι πρὸ τῆς νοήσεως τὸ ἀγαθὸν αὔταρκες, αὔταρκες ὂν αὑτῷ εἰς ἀγαθὸν. οὐδὲν ἂν δέοιτο τῆς νοήσεως τῆς περὶ αὐτοῦ.

* εἰ μὲν

* ἀναστάσεως

In primo rerum principio nec est intelligentia sui, nec aliorum: si modò intelligentia est cognitio quædam, eiusmodi habens conditiones. Cap. XXXIX.

ΠΩΣ οὖν εἰς βούλησιν πρότερον ἀνήγομεν τοῦτο, λέγοντες ὃ παρὰ τὸ βουληθῆναι γένοιτο ἄν. ἢ κἀκεῖ ἐλέγετο, ἢ μὴ γένοιτο. εἰ οὖν τά τε νῦν ὀρθῶς λέγεται, κἀκεῖνα τε τούτοις συμφώνως ἕξει, φήσομεν τὴν μὲν ἀρετὴν καὶ τὸν νοῦν, κύρια εἶναι, καὶ εἰς ταῦτα χρῆναι ἀνάγειν τὸ ἐφ' ἡμῖν καὶ τὸ ἐλεύθερον. ἀδέσποτα δὲ ὄντα ταῦτα, τὸν μὲν, ἐφ' αὑτοῦ εἶναι· τὴν δὲ ἀρετὴν, βούλεσθαι μὲν ἐφ' ἑαυτῆς εἶναι, ἐφεστῶσαν τῇ ψυχῇ, ὥστε εἶναι ἀγαθήν. καὶ μέχρι τούτου, αὐτήν τε ἐλευθέραν καὶ τὴν ψυχὴν ἐλευθέραν παρέχεσθαι. προσπιπτόντων δὲ τῶν ἀναγκαίων καὶ παθημάτων τε καὶ πράξεων, ἐφεστῶσαν. ταῦτα μὲν, μὴ βεβουλεῦσθαι γενέσθαι. ὅμως γε μὴν, καὶ ἐν τούτοις διασώσειν τὸ ἐφ' ἑαυτῇ, εἰς αὐτὴν καὶ ἐνταῦθα * ἀναφέρουσαν. οὐ γὰρ τοῖς πράγμασι ἐφέψεσθαι, οἷον σώζουσα τὸν κινδυνεύοντα, ἀλλ' εἰ δοκεῖ αὐτῇ καὶ προϊεμένην τοῦτον. καὶ τὸ ζῆν κελεύουσαν προΐεσθαι, καὶ χρήματα καὶ τέκνα καὶ αὐτὴν πατρίδα, σκοπὸν τὸν καλὸν αὐτῆς ἔχουσαν, ἀλλ' οὐ τὸ εἶναι τῶν ὑπ' αὐτήν. ὥστε καὶ τὸ ἐν ταῖς πράξεσιν αὐτεξούσιον καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν, οὐκ εἰς τὸ πράττειν ἀνάγεσθαι. οὐδ' εἰς τὴν ἔξω, ἀλλ' εἰς τὴν ἐντὸς ἐνέργειαν καὶ νόησιν καὶ θεωρίαν αὐτῆς τῆς ἀρετῆς. δεῖ δὲ τὴν ἀρετὴν ταύτην, νοῦν τινὰ λέγειν εἶναι, οὐ συναριθμοῦντα τὰ πάθη τὰ δουλωθέντα ἢ μετρηθέντα τῷ λόγῳ. ταῦτα γὰρ ἔοικε φησὶν, ἐγγύς τι τείνειν τοῦ σώματος, ἔθεσιν καὶ ἀσκήσεσι κατορθωθέντα. ὥστε εἶναι σαφέστερον, ὡς τὸ

* διαφέρουσαν

A SED quanā ratione id muneris ad uoluntatē ſuprà retulimus, dicentes id in nobis eſſe quod pro volūtate fieret? Profectò reſpondendū eſt, ibi quoq; fuiſſe ſubiunctū vel nō fieret. Quamobrē ſi & hæc in pręſentia rectè dicūtur, & illa cū ijs omnino cōſentiūt, mentē ac virtutē eſſe dominas aſſeremus, ad easq́; quod cōſiſtit in nobis, atq; libertatē referri decere. Cùm verò duo hęc minimè ſeruiār, putādū eſt mētē quidē in ſeipſa ſedere, virtutē verò velle quidē B in ſeipſa quieſcere, animæ videlicet præſidētē vt inde ſit bona: atq; hucuſq; & ipſā liberā permanere, & animū inde fieri liberū. Quādo verò neceſſariæ paſsiones actionesq́; incidūt his gubernādis incūbere, neq; voluiſſe quidē hæc accidere: attamē in eis etiā ipſum quod in ſe eſt arbitriū conſeruare, dū videlicet horū quoq; curā ad ſeipſā refert. Nō enim res ipſa ſequitur quaſi velit omnino ſeruare periclitantē: imò ſi ſibi pręſtare iudicet hūc, abijcit, iubetq́; pecu- C nias, & filios, & patriā, vitāq́; proijcere: ſtatuēs ſcilicet ſibi pro fine nō inferiorū ſalutē, ſed propriam honeſtatē. Ex quo apparet, libertatē & quod eſt in nobis inter res agendas neq; ad actiones effectum, neq; ad exteram actionē, ſed ad actum intimum, & intelligentiam contemplationemq́ue virtutis ipſius omnino referri. Hanc verò virtutem oportet mentem quandā exiſtimare: non connumerando cum ea per- D turbationes redactas in ſeruitutem ratione vel temperatas. De his vtiq; Plato loquens ait more quodam curandi corporis, hæc vſu exercitationeq́; corrigi dirigiq́; ſolere. Hinc itaque conſtat apertius, libertatē ad rē ipſam expertē

materiæ pertinere: atque ad hanc reduci quod est in nobis: atque hanc ipsam voluntatem esse dominã, & in seipsa consistere. Iam verò si quid ad externa præcipit, necessitate quadam adducta præcipere solet. Quotcunque igitur ex hac atque propter hanc aguntur, cõsistũt in nobis: atque extra simul & in seipsa, illud est quod ipsa vult peragitque minimè impedita: idq; etiã primum est in nobis. Intellectus autem contemplator & primus, sic habet quod dicitur in seipso, quòd opus illius nullo modo consistit in alio, sed totus reflectitur ad seipsum, opusque ipsius est ipse, positusque in bono, nec indigẽs vltra, sed plenus pro voluntate viuit ad votum: ipsa verò voluntas ipsa intelligentia est, sed est appellata voluntas, quoniam secundum intellectum videtur existere. Etenim quæ voluntas dicitur, ipsum quod secundum intellectum est imitatur. Voluntas enim bonum vult. Verè autem intelligere est in bono: intellectus igitur habet quod voluntas expedit, quòdue consequutã iam ea ratione euadit intelligentia. Quãobrem si boni ipsius voluntati dedimus quod est in nobis, quod in eo iam situm est in quo esse voluntas appetit, cur non habeat quod dicitur in seipso? Iam verò si quis ad hoc pertinere nolit quod sit in seipso, excellentius aliquid est putandum.

A ἄυλον ἐστὶ τὸ ἐλεύθερον. καὶ εἰς τοῦτο ἡ ἀναγωγὴ τοῦ ἐφ᾽ ἡμῖν, καὶ αὕτη ἡ βούλησις ἡ κυρία καὶ ἐφ᾽ ἑαυτῆς οὖσα· καὶ εἴτι ἐπιτάξειε πρὸς τὰ ἔξω, ἐξ ἀνάγκης. ὅσα οὖν ἐκ ταύτης καὶ διὰ ταύτην ἐφ᾽ ἡμῖν, ἔξω τε καὶ ἐφ᾽ αὑτῆς, ὃ αὐτὴ βούλεται καὶ ἐνεργεῖ ἀνεμποδίστως, τοῦτο καὶ πρῶτον ἐφ᾽ ἡμῖν. ὁ δὲ θεωρητικὸς νοῦς καὶ πρῶτος, οὕτω τὸ ἐφ᾽ ἑαυτὸ, διότι τὸ ἔργον αὐτοῦ B μηδαμῶς * εἰς ἄλλο, ἀλλὰ πᾶς ἐπέστραπται πρὸς αὐτόν. καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ, αὐτός. καὶ ἐν τῷ ἀγαθῷ κείμενος, ἀνενδεὴς καὶ πλήρης ὑπάρχων. καὶ οἷον κατὰ βούλησιν ζῶν· ἡ δὲ βούλησις, ἡ νόησις. βούλησις δ᾽ ἐλέχθη, ὅτι κατὰ νοῦν. καὶ γὰρ λεγομένη βούλησις, τὸ κατὰ νοῦν μιμεῖται. ἡ γὰρ βούλησις, θέλει τὸ ἀγαθὸν τὸ δὲ νοεῖν ἀληθῶς, ἐστιν ἐν τῷ ἀγαθῷ. ἔχει οὖν ἐκεῖνος, ὅπερ ἡ βούλησις θέλει. καὶ οὗ τυχοῦσα αὐτὴ, αὕτη νόησις γίνεται. C εἰ οὖν βουλήσει τοῦ ἀγαθοῦ ἐτίθεμεν τὸ ἐφ᾽ ἡμῖν, τὸ ἤδη ἐν ᾧ θέλει ἡ βούλησις εἶναι ἱδρυμένον, πῶς οὐ τὸ ἐφ᾽ ἑαυτῷ ἔχει. ἢ μεῖζον εἶναι θετέον, εἰ μήτις ἐθέλει εἰς τοῦτο ἀναβαίνειν τὸ ἐφ᾽ αὑτῷ.

Si anima per virtutem intellectualẽ fit quandoque libera, sequitur vt intellectus primò sit liber. Item si intellectus vitam possidet summopere liberam atque voluntariã, quoniam ipsi bono sit quamproximus, meritò ipsum bonum est ipsa libertas. *Cap. VII.*

Si seruitus & fortuna circa inferiora versantur, sed libertas & ordo ad superiora pertinent, & quod quid superius eo est ordinatius pariter & liberius, certè principium omnium neque fortuitum est, neque coactum: quippe cum sit ordinis omnis, ac liberæ auctoritatis origo. In quo cum tanquam summo bono sit tota voluntarij ratio, tota est, & ratio libertatis. Vbi si modò essentia & actio nominari possint, non potes dicere actionem essentiæ suæ seruire: quippe cum nulla sit ibi distinctio. Quapropter si quemadmodum existit naturaliter, ita & agit, vicissim sicut agit, ita naturaliter & existit. Sed de his in Theologia nostra satis diximus.

EVADIT igitur anima per mentẽ libera ad bonũ absq; impedimẽto se cõferens, quódue propter hoc agit, cõsistit in ipsa. Intellectus aũt per se ipsum liber. Ipsius verò boni natura, est ipsum quod omnibus appetendũ, & ꝓpter quod habẽt alia quod consistat in eis, quando hoc quidẽ sine impedimẽto cõsequi potest, illud autẽ iã possidere. Ipsum itaq; omniũ dominũ, quę sub eo preciosa cẽsentur, primaq; in sede cõsistẽs, ad quod cætera passim ascẽdere volũt, pendẽtq; ex illo, & ab eo vires accipiũt, per quas habere mun⁹ possint quod cõsistat in ipsis, quonã pacto poterit aliquis ad hãc ipsã cõditionẽ redigere, in qua est propriè quod vel in me vel in te cõsistere dicitur? Quãdoquidẽ ipse intellectus ad hãc cõditionẽ vix quidẽ, & violẽtia quadã tractus esse videtur: nisi quis fortè temerarius sermo aliũde huc iniectus afferat, naturã primã forte quadã id nactã fuisse, vt sic se haberet, vt habet, neq; huius ipsi⁹ quod est, existere dominã: cũ videlicet hoc ipsum quod est nõ sit à seipsa. ideoq; nec libertatẽ, nec quod in ea cõsistat habere: qppe cũ faciat vel nõ faciat, quod facere, vel nõ facere est iã necessitate cõpulsa. Qui sanè sermo aduers⁹ in se est, & in cert⁹, omneq; volũtarij ac liberi, ei⁹q; quod est in nobis naturã & rationẽ è medio tollit: adeò ut frustra hęc nominẽtur à nobis, sintq; voces q̃dã nusq̃ existẽtiũ rerũ. Sermonis nãq; illi⁹ auctor fateri cõpellitur, nõ solũ nihil esse auctoritatis in ali quo

A ΓΙ´ΝΕΤΑΙ οὖν ψυχὴ μὲν ἐλευθέρα διὰ νοῦ, πρὸς τὸ ἀγαθὸν σπεύδουσα ἀνεμποδίστως. καὶ ὃ διὰ τοῦτο ποιεῖ, ἐφ᾽ ἑαυτῇ. νοῦς δὲ δι᾽ αὐτόν. ἡ δὲ τοῦ ἀγαθοῦ φύσις, αὐτὸ τὸ ἐφετόν. καὶ διὸ τὰ ἄλλα ἔχει, τὸ ἐφ᾽ ἑαυτοῖς, ὅταν τὸ μὲν, τυγχάνειν ἀνεμποδίστως δύνηται. τὸ δὲ ἔχειν πῶς δὴ αὐτὸ τὸ κύριον ἁπάντων τῶν μετ᾽ αὐτὸ τιμίων καὶ ἐν πρώτῃ ἕδρᾳ ὂν, πρὸς ὃ τὰ ἄλλα B ἀναβαίνειν θέλει, καὶ ἐξήρτηται αὐτοῦ, καὶ τὰς δυνάμεις ἔχει παρ᾽ αὐτοῦ, ὥστε δύνασθαι τὸ ἐπ᾽ αὐτοῖς ἔχειν, πῶς ἄν τις εἰς τὸ ἐπ᾽ ἐμοὶ ἢ ἐπί σοι ἄγοι. ὅπου καὶ νοῦς μόλις, ὅμως δὲ βίᾳ εἵλκετο. εἰ μή τις τολμηρὸς λόγος* ἑτέρωθεν σταλεὶς λέγοι, ὡς τυχοῦσα οὕτως ἔχειν ὡς ἔχει, καὶ οὐκ οὖσα κυρία τοῦ ὅ ἐστιν. οὖσα τοῦτο ὅ ἐστιν, οὐ παρ᾽ αὑτῆς, οὔτε τὸ ἐλεύθερον ἂν ἔχοι, οὔτε τὸ ἐπ᾽ αὐτῇ ποιοῦ C σα, ἢ μὴ ποιοῦσα, ὃ ἠνάγκασται ποιεῖν, ἢ μὴ ποιεῖν ὃς δὴ λόγος, ἀντίτυπός τε καὶ * ἄπειρος, καὶ παντάπασι τὴν τοῦ ἑκουσίου τε * καὶ ἐφεκουσίου φύσιν καὶ τὴν ἔννοιαν τοῦ ἐφ᾽ ἡμῖν ἂν εἴη ἀναιρῶν, ὡς μάτην εἶναι ταῦτα λέγεσθαι, καὶ φωνὰς πραγμάτων ἀνυποστάτων. οὐ γὰρ μόνον μηδὲν ἐπὶ μηδενὶ εἶναι λέγει,

* εἰπ᾽ ἂν

* ἄπορος

* καὶ αὐτεξουσίου φύσιν

ἀλλ' οὐδὲ νοεῖν, οὐδὲ συνιέναι ἀναγκαῖον αὐτῷ λέγειν ταύτην τὴν φωνήν. εἰ δὲ ὁμολογεῖ συνιέναι, ἤδη ἂν ῥαδίως ἐλέγχοιτο τῆς ἐννοίας τοῦ ἐφ' ἡμῖν ἐφαρμοζομένης, οἷς ἐφαρμόττειν οὐκ ἔφη. ἡ γὰρ ἔννοια τὴν οὐσίαν οὐ πολυπραγμονεῖ, * οὐδὲ ἐκείνην προσλαμβάνει. [* εἰ δ' ἐκείνην προσπαραλαμβάνει] ἀδύνατον γὰρ * ἑαυτό τι ποιεῖν, [* ἑαυτοῦ] καὶ εἰς ὑπόστασιν ἄγειν. ἀλλὰ ἐθέλει θεωρεῖν ἡ ἐπίνοια τί τῶν ὄντων δοῦλον ἑτέρων. καί τι ἔχει τὸ αὐτεξούσιον, καί τι μὴ ὑπ' ἄλλῳ ἀλλ' αὐτὸ τῆς ἐνεργείας κύριον, ὃ καθαρῶς τοῖς ἀϊδίοις ὑπάρχει, καὶ τοῖς καθὸ εἰσὶ ἀΐδιοι, καὶ τοῖς ἀκωλύτως τὸ ἀγαθὸν διώκουσιν, ἢ ἔχουσιν. ὑπὲρ δὴ ταῦτα τοῦ ἀγαθοῦ ὄντος αὐτοῦ, οἷον ἄλλο παρ' αὐτοῦ ἀγαθὸν ζητεῖν, ἄτοπον. ἐπεὶ καὶ τὸ κατὰ τύχην λέγειν αὐτὸ εἶναι, οὐκ ὀρθόν. ἐν γὰρ τοῖς ὕστερον καὶ ἐν πολλοῖς ἡ τύχη. τὸ δὲ πρῶτον, οὔτε κατὰ τύχην ἂν λέγοιμεν, οὔτε οὐ κύριον τῆς αὐτοῦ γενέσεως, ὅτι μηδὲ γέγονε. τὸ δὲ ὅτι ὡς ἔχει ποιεῖ, ἄτοπον. εἴ τις ἀξιοῖ τό, τε εἶναι τὸ ἐλεύθερον, ὅταν παρὰ φύσιν ποιῇ ἢ ἐνεργῇ. οὐδὲ δὴ τὸ τὸ μοναχὸν ἔχον ἀφῄρηται τῆς ἐξουσίας εἰ τὸ μοναχὸν, μὴ τὸ κωλύεσθαι παρ' ἄλλου ἔχοι, ἀλλὰ τῷ τοῦτο * αὐτὸ [* αὐτὸ εἶναι] μόνον. καὶ οἷον ἀρέσκειν ἑαυτῷ, καὶ μὴ ἔχειν ὅτι κρεῖττον αὐτοῦ ἢ οὕτω γε τὸ μάλιστα τυγχάνον τοῦ ἀγαθοῦ, ἀφαιρήσεταί τις τὸ αὐτεξούσιον, εἰ δὲ τοῦτο ἄτοπον, ἀτοπώτερον ἂν γίνοιτο αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν ἀποστερεῖν τοῦ αὐτεξουσίου, ὅτι ἀγαθὸν, καὶ ὅτι ἐφ' ἑαυτοῦ μένει. οὐ δεόμενον κινεῖσθαι πρὸς ἄλλο, τῶν ἄλλων κινουμένων πρὸς αὐτό. * οὐδὲν δεόμενον πρὸς οὐδενός. [* καὶ οὐδὲν δεόμενον οὐδενός] ὅταν δὲ δὴ ἡ οἷον ὑπόστασις αὐτοῦ, ἡ οἷον ἐνέργεια ᾖ, οὐ γὰρ ἡ μὲν, ἕτερον, ἡ δὲ, ἕτερόν ἐστιν, εἴ γε μηδὲ ἐπὶ τοῦ νοῦ τοῦτο. ὅτι μᾶλλον κατὰ τὸ εἶναι ἡ ἐνέργεια, ἢ κατὰ τὴν ἐνέργειαν τὸ εἶναι. ὥστε οὐκ ἔχει τὸ ὡς πέφυκεν ἐνεργεῖν. οὐδὲ ἡ ἐνέργεια καὶ ἡ οἷον ζωὴ, ἀνενεχθήσεται * εἰς τὴν οἷον οὐσίαν. [* εἰς τὴν οὐσίαν] ἀλλ' ἡ οἷον οὐσία συνοῦσα καὶ οἷον συγγινομένη ἐξ ἀϊδίου τῇ ἐνεργείᾳ, ἐξ ἀμφοῖν * αὐτὸ ποιεῖν καὶ ἑαυτοῦ καὶ οὐδενός. [* αὐτὸ αὑτὸ ποιεῖ]

A quo verum etiam se nec intelligere, neque vllo modo cognoscere quid vox eiusmodi sibi velit. Quòd si cognoscere id affirmet, iam facilè refelletur, ratione videlicet eius quod est in nobis congruẽte cũ illis, quibus non accõmodari dicebat. Ipsa nanq; rei notio nec disturbat essentiam, nec eam adauget cum alio assumẽdo. Non potest enim aliquid per se facere, ac perducere quippiã ad substantiam, vel existentiã: sed
B conatur notio meditari quidnam inter alia seruiat alijs, quidue habeat libertatẽ: nec subijciatur alijs in agendo, sed suæ sit dominus actionis. Quod quidẽ munus purè cõuenit sempiternis, & ijs quidem, quatenus sempiterni sunt: & omnino qui bonũ absq; impedimento vel iam habent, vel etiã prosequuntur. Proinde absurdũ dictu est, bonum ipsum omnibus his, superius tanquam aliud vltra seipsum bonum desiderare. Tum verò nullo modo rectè dicitur ipsum fortuna quadam existere: in rebus
C namque posteriorbus, ac multis fortuna cõtingit: ipsum verò primum neque secundum fortunam esse fas est asserere: neque rursus suæ generationis dominum non existere, quoniã neque genitum quidem esse potest. Præterea quãdo quis negat primum esse liberum, propterea quod ita duntaxat faciat, vt se naturaliter habet, absurdum est, si quis existimet quippiã tũc esse liberum, quando præter naturam facit vel
D operatur. Neq; verò quòd vnica ratione se habet, ob hoc ipsum libertate priuatur: si vnicum hoc non ex eo habeat, quòd habere aliud cohibeatur ab alio, sed ex eo quòd ipsum propriè sit hoc ipsum, sicq; sibi ipsi placeat, neq; liceat, neque libeat aliquid excellẽtius esse: alioquin posset aliquis quod maximè compos est boni, asserere libertate priuatum. Sin autem id foret absurdum, multò absurdius erit ipsum bonum libertate priuare: quoniam bonum, & quia permanet in seipso, nec moueri ad aliud
E vsquam indiget: cum alia potius moueantur ad illud, nec ipsum vlla conditione indigeat aliquo. Denique cum ipsa velut eius substãtia, sit ipsa velut eiusdem actio: neq; enim hæc quidem aliud, illa verò est aliud: siquidem nec in intellectu etiam discrimen id accidit: profectò non magis secundũ esse illic editur actio, quàm secundum actionem esse consistat. Quapropter nec illic cõditioni subijcitur, vt sic operetur, sicut est naturaliter institutum. Neque actio & velut vita in ipsam velut essentiam redigetur: sed ipsa illic velut essentia quasi conspirans cum actione, & tanquam in vnum ab æterno conflata, idem omnino conficit ex ambobus. quod quidem & nullius sit, & sui ipsius duntaxat existat.

Neq; libertatẽ neq; aliud quicquã venerandũ attribuere Deo debemus ea ratione qua sequentibus, sed ineffabili. Eiusmodi conditio qua aliquid sic existat & agat, sicut ad hoc est naturaliter institutum, rebus subiectis tempori propriè competit, æternis translatione quadam, essentiæ primæ abusione quadam. Nam propriè dicitur ex seipsa existere: principio nullo modo. Sors uerò contingens tam remota est à primo, vt vix etiam reperiatur in vltimis ordinante primo.

Caput VIII.

Ἡμεῖς δὲ θεωροῦμεν οὐ συμβεβηκὸς τὸ αὐτεξούσιον ἐκείνῳ, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν περὶ τὰ ἄλλα αὐτεξουσίων, ἀφαιρέσει τῶν ἐναντίων, αὐτὸ ἐφ' ἑαυτὸ πρὸς αὐτὸ, τὰ ἐλάττω ἀπὸ τῶν ἐλαττόνων μεταφέροντες, ἀδυναμίᾳ τοῦ τυχεῖν τῶν, ἃ προσήκει λέγειν περὶ αὐτοῦ, ταῦτα ἂν περὶ αὐτοῦ εἴποιμεν: καίτοι οὐδὲν ἂν εὕροιμεν

A NOS vtique cogitamus libertatis munus illi non tanquam accidens aliquod conuenire, sed à muneribus libertatis quæ attribuuntur alijs subtractione videlicet contrariorũ ipsum in seipso ad seipsum excogitamus, dum minora à minoribus illucusque transferimus: quippe cum illa quæ de illo decet loqui, consequi nequeamus. Atque ita de illo hæc loqui contingit: tametsi nihil inuenire possimus,

quod ritè loquamur, nedũ prædicando de illo, ſed nec ei vlla propriè ratione accomodando. Omnia namq; & pulchra & veneranda poſteriora ſunt illo. Illud enim horum omnium eſt principium, quamuis modo etiam alio nõ principium, cum omnia ſecernamus ab eo, ideoq; quod liberum arbitrium operandi, quódue in ipſo cõſiſtere dici ſolet, velut poſterius aliquid ſeiungamus ab illo. Id namque actionem in aliud tendentem ſignificare videtur: tendentem inquam abſq; impedimento. itẽ eſſe & alia quę ad idem non impedita cõtendant: omnino verò ad nullum oportet primum ipſum dicendo referre. Eſt enim hoc ipſum quod exiſtit etiam ante omnia, quandoquidem & hoc quod dicitur eſt, ab eo ſecernimus: ideoq; eſſe quoquomodo ad entia rite negamus. Proinde neq; ſic exiſtere id dicimus, ut eſt naturaliter inſtitutum. nam & hoc poſterius eſt. Atq; ſi de ſupernis quoque dicatur, certè de illis quæ ex alio ſunt, dicetur. Itaq; de eſſentia primò dicetur quoniam nata eſt ex illo. Quod ſi in rebus ſubiectis tempore natura verſatur, nimirum neq; de eſſentia ipſa dicemus, ita vt nata fuerit ſe habere: neque ſanè dicendum eſt eſſentiam ex ſe ipſa nõ eſſe, ſic enim & eſſe ipſum auferremus. Et profectò non à ſeipſa diceretur eſſe, quãdo eſſe acciperet aliunde. Num igitur de ſummo rerum principio dicendum eſt, ſic exiſtere contigiſſe: ſed certè neque contigiſſet dicendum. Neq; enim ipſi contigit, neque ad aliud accidit. In rebus namque multis contingentia locum habet: vbi hæc quidẽ ſunt, hoc autẽ his accidit. Qua igitur ſorte primũ ipſum eueniſſe poteſt? Neq; enim venit, vt quærere quomodo venerit nos oporteat, & quæ nam fortuna perduxerit ipſum vel cõſtituerit: quando neque fortuna quidem erat, neq; caſus fortuitus vllo modo. Caſus enim & ab alio accidit, & in his quæ fiunt contingere ſolet.

A εἰπεῖν οὐχ' ὅτι κατ' αὐτοῦ, ἀλλ' οὐδὲ περὶ αὐτοῦ κυρίως. πάντα γὰρ ἐκείνου καὶ τὰ καλὰ καὶ τὰ σεμνὰ ὕστερα. τούτων γὰρ αὐτὸς ἀρχή. καίτοι ἄλλον τρόπον οὐκ ἀρχή. ἀποτιθεμένοις δὲ πάντα καὶ τὸ * ὑπ' αὐτῷ ὡς ὕστερον, καὶ τὸ αὐτεξούσιον. * ἐπ' αὐτῷ
ἤδη γὰρ εἰς ἄλλο ἐνέργειαν λέγει. καὶ ὅτι ἀνεμποδίστως, καὶ ὄντων ἄλλων τῶν εἰς αὐτὰ ἀκωλύτως. δεῖ δὲ ὅλως πρὸς οὐδὲν αὐτὸν λέγειν,
B ἔστι γὰρ ὅπερ ἐστὶ καὶ πρὸ αὐτῶν. ἐπεὶ καὶ τὸ, ἔστιν ἀφαιροῦμεν. ὥς τε * καὶ τὸ πρὸς τὰ ὄντα ὁπωσοῦν. οὐ δὲ δεῖ τὸ ὡς πέφυκεν, ὕστερον γὰρ καὶ τοῦτο, καὶ εἰ λέγοιτο, καὶ ἐπ' ἐκείνων, ἐπὶ τῶν ἐξ ἄλλου ἂν, λέγοιτο, ὥς τε πρώτως ἐπὶ τῆς οὐσίας, ὅτι ἐξ ἐκείνου ἔφυ. * εἰ δὲ τοῖς ἐν χρόνῳ ἡ φύσις, οὐδὲ ἐπὶ τῆς οὐσίας. οὐδὲ δὴ τὸ οὐ παρ' αὐτῆς, εἶναι λεκτέον. τό, τε γὰρ εἶναι ἀφῃροῦμεν.
* ἢ πρὸς τὰ ὄντα ἀπουσιῶν
* εἰ δ' ἐν τοῖς χρόνῳ ἡ φύσις
C τό, τε οὐ παρ' αὐτῆς λέγοιτο ἂν, ὅταν ὑπ' ἄλλου. οὕτως οὖν συνέβη, ἢ οὐδὲ τὸ συνέβη * λεκτέον. οὔτε γὰρ αὐτῷ, οὔτε πρὸς ἄλλο, ἐν γὰρ πολλοῖς τὸ συνέβη. ὅταν, τὰ μὲν ᾖ, τὸ δὲ, ἐπὶ τούτοις συμβῇ. πῶς οὖν τὸ πρῶτον συνέβη; οὐδὲ γὰρ ἦλθεν, ἵνα ζητῇς. πῶς οὖν ἦλθε τύχη τίς ἤγαγεν ἢ ὑπέστησεν αὐτό: ἐπεὶ, οὐδὲ τύχη πω ἦν, οὐδὲ τὸ αὐτόματον δέ, καὶ γὰρ τὸ αὐτόματον,
* λεκτέον
D καὶ παρ' ἄλλου καὶ ἐν γινομένοις.

Non licet fingere contingenter eueniſſe, vt hoc ipſum quod nunc omnium principium eſt, omnium ſit principiũ, quaſi contingere potuerit aliud, & aliter affectum fore principium. Cap. IX.

Vnica enim eſt principij ratio, ipſa videlicet ſummitas, quam & infinitatem poſſumus nominare, quæ cum alijs præſertim propinquioribus firmitatem neceſſitatemque imponat, meritò non eſt contingenter, ſed neceſſariò, imò eſt ipſa neceſſitas. Et quoniã primum eſt & ipſum bonum, ideo eſt & ſua ſponte neceſſitas: neque quodlibet contingenter extitiſſe potuit: neque rurſus oportuit eſſe, vel eſt determinatum hoc aut illud, ſed eſt plus quàm vniuerſa poteſtas neceſſariò, pariter, atque vltro id ipſum quod eſt exiſtens.

VERVM ſiquis hoc ipſum quod dici ſolet, contigit vel euenit, acceperit ad ipſum idẽ, non decet in appellatione hac immorari, ſed qua ratione qui hoc dicit intelligat animaduertere. Quidnam igitur id ſibi vult? Nunquid ipſum naturã hanc poteſtatẽ habẽs, principiũ extitiſſe? Ac ſi quam aliam habuiſſet, poſſe etiam extitiſſe principium, ſecundum hoc ipſum quod eſſet, & ſi fortè deterius, eſſet tamen ſecũdum ſuam eſſentiam operatum. Ad hæc autem obijciendum eſt, fieri non potuiſſe, vt cũ principium eſſet omnium, contingens fortuitúmue foret: ac ne dum contigiſſe poſſe deterius, ſed neque etiam bonum quidem, aliter verò bonum velut aliquid indigentius. Sed oportet principium omnium eſſe ſequentium præſtantiſsimum: ideoque quaſi determinatum quiddam, determinatum inquam, propter ſingularem & vnicam rationem. Neq; tamen ita determinatũ, & vnica ratione cõſiſtẽs, quaſi ex neceſsitate dico. Nõdũ enim neceſsitas erat. In his enim quæ

A ἈΛΛᾺ πρὸς αὐτὸ εἴτις λαμβάνοι τὸ συνέβη. οὐ τι δὴ πρὸς τὸ ὄνομα ἵστασθαι, ἀλλὰ ὅπως νοεῖ ὁ λέγων συνιέναι. τί οὖν νοεῖ τοῦτο, ὅτι ταύτην ἔχον τὴν φύσιν καὶ τὴν δύναμιν ἀρχήν; καὶ γὰρ εἰ ἄλλην εἶχεν, ἦν ἂν ἀρχὴ τοῦτο, ὅπερ ἦν, καὶ εἰ χεῖρον ἐνήργησεν ἄν, κατὰ τὴν αὐτοῦ οὐσίαν. πρὸς δὴ τὸ τοιοῦτον λεκτέον. ὅτι μὴ οἷόν τε ἦν ἀρχὴν οὖσαν πάντων, τὸ τυχὸν εἶναι, μὴ ὅτι χεῖρον, ἀλλ' οὐδ' ἀγαθὸν μέν,
B ἀγαθὸν δ' ἄλλως, οἷον ἐνδεέστερον. ἀλλὰ δεῖ κρείττονα εἶναι τὴν ἀρχήν, πάντων τῶν μετ' αὐτήν. ὥστε ὡρισμένον τι. λέγω δὲ ὡρισμένον, ὅτι μοναχῶς καὶ οὐκ ἐξ ἀνάγκης. οὐδὲ γὰρ ἦν ἀνάγκη. ἐν γὰρ τοῖς

A ἑπομένοις τῇ ἀρχῇ, ἡ ἀνάγκη. καὶ οὐδὲ αὕτη ἔχουσα ἐν αὐτοῖς τὴν βίαν. τὸ δὲ μοναχὸν τοῦτο, παρ' αὐτοῦ τοῦτο οὖν καὶ οὐκ ἄλλο. ἀλλ' ὅπερ ἐχρῆν εἶναι, οὐ τοίνυν οὕτω συνέβη, ἀλλ' ἔδει οὕτω. τὸ δ' ἔδει τοῦτο, ἀρχὴ τῶν ὅσα ἔδει. τοῦτο τοίνυν, οὐ κἂν οὕτως εἴη ὡς συνέβη. οὐ γὰρ ὅπερ ἔτυχ' ἐστὶν, ἀλλ' ὅπερ ἐχρῆν εἶναι. μᾶλλον δὲ, *οὐδ' ὅπως ἐχρῆν. ἀλλὰ ἀναμένειν δεῖ τὰ ἄλλα, τί ποτε αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς φανείη. καὶ τοῦτο ὅπερ ἐστὶν αὐ- B τὸς, τοῦτο αὐτὸν θέσθαι. οὐχ ὡς συνέβη φανέντα. ἀλλὰ ὄντως βασιλέα καὶ ὄντως ἀρχὴν, καὶ τὸ ἀγαθὸν ὄντως, οὐκ ἐνεργοῦντα κατὰ τὸ ἀγαθόν. οὕτω γὰρ ἂν δόξειεν ἕπεσθαι ἄλλῳ. ἀλλ' ὄντα ἓν, ὅπερ ἐστὶν, ὥστε οὐ κατ' ἐκεῖνο, ἀλλ' ἐκεῖνο. εἰ τοίνυν οὐδὲ ἐπὶ τοῦ ὄντος *τὸ συνέβη. τῷ γὰρ ὄντι, εἴ τι συμβήσεται τὸ συνέβη, ἀλλ' οὐκ αὐτὸ τὸ ὂν συνέβη, οὐδὲ συνέκυρσε τὸ ὂν *ὄντως C εἶναι. οὐδὲ παρ' ἄλλου τὸ* ὄντως εἶναι ὂν ὡς ἐστίν. ἀλλ' αὕτη* ὄντως φύσις ὂν εἶναι. πῶς ἄν τις ἐπὶ τοῦ ἐπέκεινα ὄντος τοῦτο ἐνθυμοῖτο, τὸ οὕτω συνέβη, ᾧ ὑπάρχει γεγεννηκέναι τὸ ὂν, ὃ οὐχ οὕτω συνέβη.* ἀλλ' εἰ ἔστιν, ὡς ἔστιν ἡ οὐσία οὖσα, ὅπερ ἐστίν. καὶ ὅπερ ἐστὶ νοῦς. ἐπεὶ οὕτως τις καὶ τὸν νοῦν εἴποι, οὕτω συνέβη νοῦν εἶναι. ὥσπερ ἄλλο τι ἂν τὸν νοῦν ἐσόμενον. ἢ τοῦτο ὃ δὴ φύσις ἐστὶ νοῦ. τὸ δὴ *ὑπερεκβεβηκὸς ἑαυτὸ, ἀλλ' ἀ- D κλινὲς ὂν ἑαυτοῦ, αὐτὸ ἄν τις κυριώτατα λέγει εἶναι ὅ ἐστι. τί ἂν οὖν τις λέγει ἐκεῖ, εἰς τὸ ὑπὲρ τοῦτο ἀναβὰς, καὶ εἰσιδών· ἆρά γε τὸ οὕτως ὡς εἶδεν αὐτὸν ἔχοντα τὸ οὕτω συνέβη, ἢ οὔτε τὸ οὕτω, οὔτε τὸ ὁπωσοῦν συνέβη; ἀλλ' οὐδὲ ὅλως τὸ συνέβη, ἀλλὰ τὸ οὕτω μόνον, καὶ οὐκ ἂν ἄλλως. ἀλλ' οὕτως. ἀλλ' οὐδὲ τὸ οὕτως. οὕτω γὰρ ἂν ὁρίσας εἴης καὶ τόδε τι. ἀλλ' ἔστι τῷ ἰδόντι οὐδὲ τὸ οὕτως E εἰπεῖν δύνασθαι. οὐδ' αὖ τὸ μὴ οὕτως. τί γὰρ ἂν εἴποις αὐτὸ τῶν ὄντων, ἐφ' ὧν τὸ οὕτως. ἄλλο τοίνυν παρ' ἅπαντα τὸ οὕτως. ἀλλ' ἀόριστον ἰδὼν αὐτὸ, τὰ πάντα μὲν ἕξεις εἰπεῖν, τὰ μετ' αὐτό.* φύσεως δὲ οὐδὲν ἐκείνων εἶναι. ἀλλὰ εἴπερ δύναμιν πᾶσαν, αὐτῆς ὄντως *κυρίως, τοῦτο οὖσαν ὃ θέλει, μᾶλλον δὲ ὃ θέλει, ἀπορρίψασαν εἰς τὰ ὄντα. αὐτὴν δὲ μείζονα παντὸς τοῦ θέλειν οὖσαν, τὸ θέλειν μετ' αὐτὴν θεμένην, F οὔτ' οὖν αὐτὴ ἠθέλησε τὸ οὕτως, ἵνα ἂν εἵπετο, οὔτε ἄλλος πεποίηκεν οὕτως.

*οὐδὲ ὅπερ ἐχρῆν *συνέβη *οὕτως *οὕτως *ὄντος *ἀλλ' ἔστιν *οὐ περιεκβεβηκὸς *φήσεις δὲ οὐδὲν ἐκείνων εἶναι *κυρίαν

A quæ sequuntur principium, necessitas dominatur: neque hæc quidem violentiã eis infert. Vnicum verò hoc & singulare possidet à seipso. Hoc ipsum igitur est non aliud: sed quod ex pediebat siue debeat esse. Non igitur ita contigit, sed oportuit ita. Hoc ipsum verò quod oportuit dicitur, omnium est, quæ oporteat esse principium. Hoc igitur nequaquam ita est, vt cõtigit, nõ enim vt forte incidit, extat: sed quod oportebat esse. imò verò neq; id quidẽ quod o- B portuerit esse. Iam verò decet alia expectare quid quandoq; res illis appareat, idq; duntaxat quod existit ipse illum prorsus asseuerare, certè nõ vt euenit apparẽtẽ, sed verè regẽ, verè principiũ. verè bonũ. Nec secundũ bonũ quidẽ agẽtem, sic enim sequi alterũ videretur, sed vnum hoc ipsum quod est penitus existentẽ. Itaq; nec secundũ bonũ agere, sed ipsum prorsus existere bonum. Si ergo neq; in ipso quidem ente aliquid est cõtingens: alioquin ens quiddã foret, C & certè cuidam enti incideret aliquid, non tamen ipsum ens vllo modo contigit, neq; forte quadã nactum est ens ipsum ita esse: nec ab alio sic esse ens, vt est, accepit, sed ipsa natura entis est ens existere: quõnãmodo aliquis in eo quod ente superius extat, cõditionẽ hanc scilicet ita contigisse vel euenisse poterit cogitare? quippe cũ illud ens ipsum genuerit. Quod quidẽ non ita cõtigit, sed est prout est essentia ipsa existẽs hoc ipsũ quod est essentia, & hoc ipsũ quod est D intellectus: alioquin simili quispiã ratione intellectum quoque dixerit sic accidisse, perindè quasi aliud quiddam intellectus fore potuerit, præter hoc quod natura ipsius existit. Quod itaq; naturã propriã nõ trãsgreditur, nec vsquã à seipso declinat, facilè quis potissimũ hoc ipsum quod est, existere dixerit. Quidnam igitur dicet ille qui hoc quoq; transcenderit, summũque inspexerit? Nunquid queadmodũ ipsum viderit se habere, ita & contigisse? sed profectò E neque sic neque quolibet modo contigisse dicendum, imò nec omnino & simpliciter accidisse. An igitur dici potest ita solum, neque aliter, sed duntaxat ita? imò verò neq; hoc ipsum quod dicitur ita, vel hoc modo illi est assignãdum: alioquin eo pacto circũscriberes ipsum, & hoc aliquid redderes. Nẽpe qui cernit illud, neque ita debet dicere, neque non ita, alioquin aliquid ipsum ex rerum numero dixeris, quibus inest hoc ipsum, quod ita vel hoc modo dici solet. Est igitur aliud præter omnia, quæ ita & F hoc modo se habere dicuntur. Tu verò cum ipsum inueneris infinitum, omnia quidem quæ sunt post illud dicere poteris. Illud autẽ nullũ eorum esse dices, sed tanquam vniuersam potestatem reuera sui ipsius dominam, quòdue vult existentem. Imò verò hoc ipsum quod vult in res ipsas proijcientem, dum videlicet ipsa excellentior est omni voluntatis actu, actumque eiusmodi sibi subdit. Neque igitur ipsa hoc ipsum voluit, quod dicitur ita se habere, adeo vt id secum ipsa dixerit, neque quisquam alius, vt ita se haberet effecit.

Cum principium omnibus formam & terminum, ordinemq; imponat, atque ordo rationalis sit fortunæ contrarius, meritò si principium fortuitum rebus inciderit, nullus vsquam ordo restabit. Quod principium vnicè firmiterque sit, maneatq; hoc ipsum quod iam existit, nec aliunde sortitur: Hæc enim ipsa eius natura est. Nec vlla debilitas in causa est, vt nec aliud extitisse, nec ad aliud processisse potuerit. Esse enim & permanere immensam bonitatem atque potestatem, hæc ipsa est summa libertas pariter & potestas. Caput X.

INTERROGARE licet eum qui Deũ ait ſic accidiſſe,quã nam conditione fieri poſſe exiſtimet, vt deprehendatur contingentiã eſſe falſam,ſicubi falſa fuerit? Quóue pacto quiſpiã ipſam auferat contingentiam? Atqui ſiqua natura ſit tollens è medio contingentiam, profectò conditio contingentis cum natura non cõgruet. Si enim naturã hoc ipſum quod eſt fortè contingere ab alijs cunctis auferentem, fortunæ cõmittas, nuſquã dabitur aliquid quod non caſu proueniat. Tollit autem ab omnibus fortuitam contingentiam, ipſum principium aliorum,ſpeciem,terminum,formam vnicuiq; tribuens, neque fas eſt vſquam in rebus ſic ratione diſpoſitis,fortunę ſeriem hanc aſcribere. Sed cauſam hic rationi aſsignãdo, ſic putamus cauſam afferendam. In rebus autem quæ nec ex antecedenti p opoſito fiunt, neq; procedũt ordine conſequentis,ſed caſu potius incidunt, fortuna verſatur. Ipſum verò rationis omnis & ordinis terminique principium q uonã pacto quiſp m fortuita quadam ſorte conſtare conceſſerit? Fortuna certè multorum domina eſt, intellectum verò & rationem & ordinem generare non poteſt. Nempe cum fortuna rationis contraria videatur, nullo modo poteſt eſſe genitrix rationis. Si ergo fortuna non generat intellectum, meritò neque quod eſt ſuperius ac melius intellectu. Nec enim habuiſſe poteſt vnde crearet, nec ipſa erat omnino nec prorſus in eſt ſempiternis. Quamobrem ſi nihil eſt ſuper illud,ipſumque exiſtit primò, ſiſtere in eo g adum expedit, neque vlterius de hoc aliquid dicere: ſed perſcrutari potius quomodo ſequentia facta fuerint: de illo verò nullo modo quomodo exortũ ſit indagare, quoniã reuera nõ eſt natum. Quid ergo ſi ortum quidem non fuerit, eſt autem quale eſt, non exiſtens propriè eſſentiæ dominus? Ac ſi non eſſentiæ dominus ſit, ſed hoc ipſum quod eſt exiſtat, ſibi quidem ipſi non exhibens exiſtentiam, ſed ſeipſo qualiſcũque ſit vtens, ideoque hoc ipſum quod eſt neceſſariò ſit, nec aliter vnquam. Sed profectò nõ propterea ita ſe habet, quia non aliter ſe habere potuerit, ſed quia optimum eſt ita ſe duntaxat habere. procedere quidem in melius non vbique volũtarium eſt: ad deteriu autem venire, nequaquam ab alio prohibitum eſſe poteſt: ſed quod in deterius nõ deuenerit, à ſeipſo habet non deueniſſe, non propterea quod cohibitum fuerit: ſed quoniam illud hoc ipſum ſit, quod nullo modo proceſsit. Iam verò ad deterius deuenire non poſſe, nullam ſignificat in eo qui non venit debilitatem: ſed hoc ipſum non ire illud à ſe ipſo & propter ſeipſum habet. Quódue dicitur ad aliud nuſquam accedere, excellentiam in eo poteſtatis planè demonſtrat: dum videlicet ipſum non quidem neceſsitate conprehenditur, ſed neceſsitas eſt & lex omnium aliorum. Num igitur ipſa neceſsitas ſibimet præbuit exiſtentiam? imò verò neque extitit quidem: quippe cum cætera quæ ſunt poſt primum, virtute ipſius exiſtant. Quod igitur ſuper exiſtentiam ſiue ſubſiſtentiam eſt, quónam pacto vel ab alio vel à ſeipſo extitiſſe, vel ſubſtitiſſe dici debet?

A ΚΑΙ τοίνυν καὶ ἐρωτῆσαι χρὴ τὸν λέγοντα τῷ οὕτω συνέβη, πῶς ἂν ἀξιώσειε ψεῦδος εἶναι, τὸ συνέβη, εἴ τι εἴη, καὶ πῶς ἄν τις ἐφέλοι τὸ συνέβη, καὶ εἴ τις εἴη φύσις, τότε φύσει οὐκ ἐφαρμόζειν τὸ συνέβη, εἰ γὰρ τὴν τῶν ἄλλων ἀφαιροῦσαν τὸ οὕτω συνέβη ἀνατίθησι τύχῃ, ποῦ ποτε τὸ μὴ ἐκ τύχης εἶναι γένοιτο, ἀφαιρεῖ δὲ τὸ ὡς ἔτυχεν αὕτη ἡ ἀρχὴ τῶν ἄλλων, εἶδος
B καὶ πέρας, καὶ μορφὴν διδοῦσα, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν τοῖς οὕτω κατὰ λόγον γινομένοις, τύχῃ ἀναθεῖναι. ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο, λέγω τὴν αἴτιον, ἐν δὲ τοῖς μὴ * προηγουμένοις, καὶ μὴ ἀκολούθως, ἀλλὰ συμπτώμασιν ἡ τύχη. τὴν δὴ ἀρχὴν παντὸς λόγου τε καὶ τάξεως καὶ * ὅρου, πῶς ἄν τις τὴν τούτου ὑπόστασιν ἀναθείη τύχῃ, καὶ μὴν, πολλῶν μὲν ἡ τύχη κυρία. νοῦ δὲ καὶ λόγου καὶ τάξεως
C εἰς τὸ γεννᾶν ταῦτα, οὐ κυρία. ὅπου τε καὶ ἐναντίον * δοκεῖ εἶναι λόγῳ τύχη, πῶς ἂν γεννήτειρα αὐτοῦ γένοιτο. εἰ οὖν μὴ γεννᾷ νοῦν τύχη, οὐδὲ τὸ πρὸ νοῦ, οὐδὲ τὸ κρεῖττον νοῦ. οὔτε γὰρ εἶχεν * ὅτι γεννήσει, οὔτε ἦν τὸ παράπαν αὕτη οὐδ' ὅλως ἐν τοῖς ἀϊδίοις. εἰ οὖν μηδὲν πρὸ ἐκείνου αὐτὸς δὲ πρῶτος, στῆναι ἐνταῦθα δεῖ, καὶ μηδὲν ἔτι περὶ αὐτοῦ λέγειν. ἀλλὰ τὰ μετ' αὐτὸ ζητεῖν, πῶς ἐγένετο. αὐτὸ δὲ μηκέτι ὅπως, * ὅτι μὴ τοῦ-
D το ὄντως ἐγένετο. τί οὖν εἰ μὴ ἐγένετο. ἔστι δὲ οἷόν ἐστιν οὐκ ὢν τῆς αὐτοῦ οὐσίας κύριος. καὶ εἰ μὴ οὐσίας δὲ ἀλλ' ὢν ὅς ἐστιν, οὐχ ὑποστήσας ἑαυτὸν, χρώμενος δὲ ἑαυτῷ οἷός ἐστιν, ἐξ ἀνάγκης τοῦτο ἂν εἴη ὅ ἐστι. καὶ οὐκ ἂν ἄλλως, ἢ οὐχ ὅτι οὐκ ἄλλως οὕτως. ἀλλ' ὅτι τὸ ἄριστον οὕτως. πρὸς μὲν γὰρ τὸ βέλτιον ἐλθεῖν, οὐ πᾶν αὐτεξούσιον, πρὸς δὲ τὸ χεῖρον ἐλθεῖν. οὐδὲν ὑπ' ἄλλου κεκώλυται. ἀλλ' ὅτι μὴ ἦλθε παρ' αὐτοῦ, οὐκ ἐλήλυθεν. οὐ τῷ κε-
E κωλῦσθαι, ἀλλὰ τῷ αὐτὸ εἶναι, ὃ μὴ ἐλήλυθεν. καὶ τὸ ἀδύνατον ἐλθεῖν πρὸς τὸ χεῖρον, οὐκ ἀδυναμίαν σημαίνει τοῦ μὴ ἥκοντος, ἀλλὰ παρ' αὐτοῦ καὶ δι' αὐτὸν, τὸ μὴ ἥκειν. καὶ τὸ μὴ ἥκειν πρὸς μηδὲν ἄλλο, τὴν ὑπερβολὴν τῆς δυνάμεως ἐν αὐτῷ δείχει. οὐκ ἀνάγκῃ κατειλημμένου, ἀλλ' αὐτοῦ ἀνάγκης τῶν ἄλλων οὔσης καὶ νόμου. αὐ-
F τὴν οὖν ἡ ἀνάγκη ὑπέστησεν, ἢ οὐδὲ ὑπέστη τῶν ἄλλων ὑποστάντων τῶν μετ' αὐτὸ, δι' αὐτό. τὸ οὖν πρὸ ὑποστάσεως, πῶς ἂν ἢ ὑπ' ἄλλου, ἢ ὑφ' αὐτοῦ ὑπέστη;

* προηγουμένως
* ὅρου
* δοκεῖ λόγου εἶναι τύχη
* ὅθεν γεννήσει
* ὅτι ὄντως τοῦτο μὴ ἐγένετο

Ordo mirabilis vniuerſi intellectuali ratione perſpectus purgatis tandem mentis oculis principium ſuum offert, quaſi incomparabilem ſummi tatem, ſimplicitatem, poteſtatem, bonitatem. Sed tu poſtquam principium ſimpliciter tibi ſic illuxerit, noli quid ſi , & propter quid inquirere. Cap. XI.

Si enim quidnam ſit indagaueris, ad anguſtiam illud tuæ intelligentiæ contrahes & compones, tibiq; protinus ſubterfugiet. Tum verò cum ratio principium inuenerit ſuper eſſentiam, non poteſt vlterius indagare quid ſit: ſiquidem eiuſmodi quæſtio deſinit in eſſentiam. Neque fas eſt de principio propter quid perſcrutari: ſanè quæſtio hæc reſoluitur in principium. Denique cum de eo ſis negaturus eſſentiam, multoq; magis & accidentia, quónam pactò in eo contingentem ſortem poteris affirmare?

ἈΛΛᾺ τὸ μὴ ὑποστὰν τοῦτο, τί, ἢ σιωπήσαντας, δεῖ ἀπελθεῖν, καὶ ἐν ἀπόρῳ τῇ γνώμῃ θεμένους, μηδὲν ἔτι ζητεῖν. τί γὰρ ἄν τις καὶ ζητήσειεν, εἰς οὐδὲν ἔτι ἔχων προελθεῖν, πάσης ζητήσεως εἰς ἀρχὴν ἰούσης, καὶ ἐν τῷ τοιούτῳ ἱσταμένης. πρὸς δὲ τούτοις, ζήτησιν ἅπασαν χρὴ νομίζειν, ἢ τοῦ τί ἐστιν εἶναι. ἢ τοῦ οἷον. ἢ τοῦ διατί. ἢ τοῦ εἶναι. τὸ μὲν οὖν εἶναι, ὡς λέγομεν ἐκεῖνο εἶναι, ἐκ τῶν μετ' αὐτό· τὸ δὲ διατί, *ἀρχὴν πάλιν ζητεῖ. ἀρχὴ δὲ τῆς πάσης, οὐκ ἔστιν ἀρχή. τὸ δὲ οἷόν ἐστι, ζητεῖν τί συμβέβηκεν αὐτῷ, ᾧ συμβέβηκε μηδέν. τὸ δὲ τί ἐστι, δηλοῖ μᾶλλον τὸ μηδὲν δεῖν περὶ αὐτοῦ ζητεῖν. αὐτὸ μόνον ἀδύνατον αὐτοῖς λαβόντας, ἐν τῷ μηδὲν αὐτῷ θεμιτὸν εἶναι προσάπτειν μαθόντας. ὅλως δὲ ἐοίκαμεν ταύτην τὴν ἀπορίαν ἐνθυμηθῆναι περὶ ταύτης τῆς φύσεως εἴπερ ἐνεθυμήθημεν ἐκ τοῦ πρῶτον μὲν τίθεσθαι χώραν καὶ τόπον, ὥσπερ τι χάος. εἶτα χώρας ἤδη οὔσης. ἐπαγαγεῖν ταύτην τὴν φύσιν εἰς τὸν ἐν τῇ φαντασίᾳ ἡμῶν γεγονότα ἢ ὄντα τόπον. εἰσάγοντες δὲ αὐτὸν εἰς τὸν τοιοῦτον τόπον, οὕτω τοι ζητεῖν, οἷον πόθεν καὶ πῶς ἐλήλυθεν ἐνταῦθα. καὶ ὥσπερ ἔπηλυν ὄντα ἐζητηκέναι αὐτοῦ τὴν παρουσίαν, καὶ οἷον τὴν οὐσίαν. καὶ δὴ καὶ ὥσπερ ἔκ τινος βάθους, ἢ ἐξ ὕψους τινὸς, ἐνθάδε ἐρρίφθαι. διόπερ δὴ τὸ αἴτιον τῆς ἀπορίας ἀνελόντα, ἔξω ποιήσασθαι τῆς ἐπιβολῆς τῆς πρὸς αὐτὸ πάντα τόπον, καὶ μηδὲν ἐν ὁτῳοῦν τίθεσθαι αὐτό. μήτε ἀεὶ κείμενον ἐν αὐτῷ καὶ ἱδρυμένον, μήτε ἐληλυθότα. ἀλλ' ὄντα μόνον ὡς ἔστι λεγόμενον, ὑπ' ἀνάγκης τῶν λόγων εἶναι. τὸν δὲ τόπον ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα, ὕστερον. καὶ ὕστερον ἁπάντων. τὸ οὖν ἄτοπον τοῦτο νοοῦντες ὡς νοοῦμεν, οὐδὲν περὶ αὐτὸ ἔτι τιθέντες οἷον κύκλῳ. οὐ γὰρ περιλαβεῖν ἔχοντες ὅσος, οὐδὲ τὸ ὅσον αὐτῷ συμβεβηκέναι φήσομεν. οὐ μὴν οὐδὲ τὸ ποιὸν, οὐδὲ γὰρ μορφή τις περὶ αὐτὸν, οὐδὲ νοητὴ ἂν εἴη, οὐδὲ τὸ πρὸς ἄλλο. ἐφ' αὑτοῦ γὰρ καὶ ὑφέστηκεν πρὶν ἄλλο. τί ἂν οὖν ἔτι εἴη τὸ οὕτω συνέβη; ἢ πῶς φθεγξόμεθα τοῦτο. ὅτι καὶ τὰ ἄλλα ἐν ἀφαιρέσει πάντα τὸ περὶ τούτου λεγόμενα; ὥστε ἀληθὲς μᾶλλον, οὐ τὸ οὕτως συνέβη. ἀλλὰ τὸ οὐδὲ οὕτως συνέβη. ὅπου καὶ τὸ, οὐδὲ συνέβη ὅλως.

*ἀρχὴν ἄλλην ζητεῖ

A HOC autem quod non propriè ſubſiſtit, vel exiſtit, quidnam eſſe dicendum? Sed profectò incerta mente ſilentes hinc decet abire, nec quicquam vlterius indagare. Quid enim quiſpiam indagauerit, cum nihil pateat vlterius quò procedat? quippe cum omnis quæſtio ſe conferat ad principium, & in tali quodam denique conquieſcat. Accedit ad hæc, quod omnis quæſtio, vel quid aliquid ſit inquirit, vel
B quale, vel propter quid, vel vtrum ſit nec ne. Eſſe quidem rerum principium omnium, ſicut dicimus illud eſſe per ea quæ ſunt ab illo conjectare ſolemus: quæſtio verò propter quid deſiderans principium aliud expetit: ſed vniuerſi principij nullum poteſt eſſe principium. Præterea quærere quale ſit illud, nihil aliud eſt, quã inquirere quid accidat ei, cui nihil penitus accidit. Ipſum verò quid eſt, declarat magis hoc ipſum quod nihil de illo quærere debeamus,
C ipſum videlicet ſolummodo poſsimus accipientes, atque in eo quod nihil ei fas ſit adiungere cognoſcentes. Omnino autem dubitationis huius ſcrupulum de hac ipſa natura in animũ inieciſſe videmur, ſiquidem iniecerimus, propterea quod primo quipem regionem locumque ponamus quaſi chaos, deinde poſita regione hanc naturam introducamus in locum iam vel imaginatione confictum, vel in natura cõpertũ. Cũ verò illud in eiuſmodi locũ intro-
D duxerimus, nimirum adducimur ſciſcitari, vnde nam & qua conditione protinus huc acceſſerit: & tanquam aduenam iudicantes inquirere qua ratione ſit præſens, quæue & qualis ſit eius eſſentia: quaſi vel ex profundo quodam huc emerſerit, vel ab excelſo deſcenderit. Quãobrem operæprecium eſt ſublata dubitationis occaſione, omnem prorſus locum ab intuitu in Deũ directo longè ſecernere, nec in aliquo ipſum ponere, ſiue ſemper in eo ſit fundatus,
E ſiue aliquando venerit: ſed exiſtentem ſolum ſicut dicitur ex neceſsitate rationum exiſtere fas eſt cogitare: locum verò ſicut & alia poſteriorem eſſe, omniumque poſtremum. Hoc ipſum igitur vigens mirabiliter extra locum, intelligentes vtcunque intelligamus, nihil penitus circa ipſũ vltra poſſumus admouere, quaſi aliquid circundemus: neque quantus ſit metiri valemus, neque ipſum quantum ei contingere concedemus: neque rurſus quale ſit effin-
F gemus. Neque enim forma eſt circa ipſum vlla nedum ſenſibilis, ſed nec etiam intelligibilis aliqua. Præterea nec ei quod vllo modo ad aliud referri dicatur, licet accommodare. nam & in ſeipſo conſiſtit, & antequam aliud quicquam exiſteret, extitit. Cum igitur ita ſit, quónam modo poſſumus illic dicere ita id contigiſſe? vel quomodo audebimus id proferre, quandoquidem & alia omnia quæ de hoc dicuntur negatione dicantur? adeò vt non verum quidem ſit de illo dicere, ita contigit: ſed contra non ita contigit, multoque verius: quando nec ſimpliciter quidem contigiſſe dicendum.

Summus Deus rectius dicitur suapte natura libertas, quàm naturæ suæ dominus. Non enim actio penes eum ullo modo distinguitur à natura, ideo non debet dici in agendo naturæ suæ dominus: sed est vel simplicissimus actus, per quem libertas potius appellatur, vel principium finisque actuumque actionum omnium: vnde libertas iterum in se nominatur: dominus verò non tam sui quàm aliorum. Essentia prima per actionem suã quodãmodo ab ipsa distinctã, suæ existentiæ domina dici potest. Anima verò cũ non sit essentia ipsa simpliciter, sed essentia quædã, nequaquã dicenda est essentia suæ domina, quamuis quodammodo domina sui. Forma postremò corporea tanquam expers essentiæ liberum sui dominatum nullum habet. Contrà verò Deus per quem superiora sunt libera, dominanturque sequentibus, libertas est simul & dominatio summa.

Cap. XII.

QVID ergo dicemus? nonne hoc ipsum quod est existit? Ipsius autem esse quod est, vel ipsius quod sit ipso esse superius, nunquid ipsemet Deus est dominus? Rursus animus nondum persuasus ex dictis, restat ambiguus: ad hęc igitur in pręsentia nobis est ita dicendum: Vnusquisque nostrûm secundum corpus quidem est ab essentia longè remotus, secundum verò animam, & quod maximè ipsi sumus, essentiæ participes sumus, & profectò sumus essentia quædam. Id autem est velut quiddã ex differentia simul essen tiaq; compositum. itaq; nec essentia præcipuè, nec ipsa essentia. quamobrem neque sumus nostræ essentiæ domini. Aliud namque quodammodo essentia est, aliud nos existimus. Nec nos quidem sumus essentiæ nostræ domini: sed ipsa essentia potius est domina nostrûm: siquidem hæc ipsa & differentiam adhibet. Sed quoniam nos quodam modo sumus & illud quod dominatur nobis, hac vtique conditione nihilominus & hìc domini nostrûm possumus appellari. Quod autẽ omnino est id quod est ipsa essentia, neq; aliud quidem ipsum, aliud autẽ eius essentia est: certè hoc ipsum quod existit, est dominans, nec amplius refertur in aliud qua vide et ratione est, & qua existitit essentia. Etenim rursus dimissum est sui ipsius dominum esse: siquidem quod ibi primum est redigitur in essentiã. Iam verò quod liberã facit essentiam, vtpote cuius natura sit res facere liberas, riteq; liberator cognominatur, cuinam seruiret? si modò fas est id etiam quoquo modo pronunciare. Hoc autem sui ipsius essentia liberum iudicatur: sed & hæc ab ipso libera est atque posterior: ipsum verò non habet essentiam. Si qua igitur in eo actio est, ipsumque ponimus in actione, non tamen ob hoc erit alterum à seipso, neque minus sui ipsius dominus à quo editur actio: quoniam nõ est alterum quiddã ibi actio, alterum verò ipsum. Si autem omnino actionẽ in eo esse non concedamus, sed alia circa ipsum operantia retinere substantiam, multò minus ibi vel dominum vel dominatorem esse fatebimur: sed neque etiam sui ipsius dominum esse dicemus. Non quoniam Deo quicquam aliud dominetur: sed quoniam sui ipsius esse dominum, essentiæ iam attribuimus. Summum verò Deum in gradu quodam excellẽtiore locauimus, quàm quòd sibimet dominetur. Quidnam igitur est excelsius eo, qui sui ipsius sit dominus? Profectò quoniam in ipso qui primò sui ipsius dominus appellatur, essentia & actio duo quædam quodammodo sunt, nimirum ex actione ipsam domini præstitit rationem. Hæc autem idem atque essentia est, propterea & seorsum factum est vt dominus esset, suique ipsius dominus id est appellatum. Vbi autem non duo quidẽ sunt vt vnum, sed est penitus vnum, aut enim solum actus est, aut omnino non est ibi actus, illic nec etiam rectè dicitur, dominum sui ipsius existere.

A Τί οὖν οὐκ ἔστιν ὅ ἐστι, τοῦ δὲ εἶναι ὅ ἐστιν, ἢ τοῦ ἐπ' ἐκεῖνα εἶναι, ἆρά γε κύριος αὐτός; πάλιν γὰρ ἡ ψυχὴ οὐδέν τι πεισθεῖσα τοῖς εἰρημένοις, ἄπορός ἐστι. λεκτέον τοίνυν πρὸς ταῦτα ὧδε, ὡς ἕκαστος μὲν ἡμῶν, κατὰ μὲν τὸ σῶμα, πόρρω ἂν εἴη οὐσίας. κατὰ δὲ τὴν ψυχὴν, καὶ ὃ μάλιστα ἐσμὲν, μετέχομεν οὐσίας. καὶ ἐσμέν τις οὐσία. τοῦτο δέ ἐστιν, οἷον σύνθετόν τι ἐκ διαφορᾶς

B καὶ οὐσίας. οὔκουν κυρίως οὐσία. * οὐδ' αὐτὶς οὐσία. διὸ, οὐδὲ κύριοι τῆς αὐτῶν οὐσίας. ἀλλ' ἡ οὐσία αὐτὸ ἡμῶν, εἴπερ αὐτὴ καὶ τὴν διαφορὰν προστίθησιν. ἀλλ' ἐπειδὴ ὅπερ κύριον ἡμῶν ἡμεῖς πως ἐσμὲν, οὕτω τοι οὐδὲν ἧττον καὶ ἐνταῦθα λεγοίμεθα ἂν αὐτῶν κύριοι. ὃ δέ γε παντελῶς ἐστιν ὅ ἐστιν αὐτοουσία, καὶ οὐκ ἄλλο μὲν αὐτό, ἄλλο δὲ ἡ οὐσία αὐτοῦ, ἐνταῦθα ὅπερ ἐστὶ τοῦτό ἐστι καὶ κύριον. καὶ οὐκ ἔτι, εἰς ἄλλο ἡ ἐστι, * καὶ ἡ ἐστιν οὐσία.

C καὶ γὰρ αὖ ἀφείθη κύριον εἶναι αὐτοῦ, ἢ ὃ πρῶτον εἰς οὐσίαν. τὸ δὴ πεποιηκὸς ἐλεύθερον τὴν οὐσίαν, πεφυκὸς δηλονότι ποιεῖν ἐλεύθερον, καὶ ἐλευθεροποιὸν ἂν λεχθὲν, τίνι ἂν δοῦλον εἴη, εἴπερ ὅλως καὶ θεμιτὸν φθέγγεσθαι; τῇ δὲ τῇ αὐτοῦ οὐσίᾳ, ἀλλὰ καὶ αὕτη παρ' αὐτοῦ ἐλευθέρα καὶ ὑστέρα καὶ αὐτὸ οὐκ ἔχον οὐσίαν. εἰ μὲν οὖν ἐστι

D τις ἐνέργεια ἐν αὐτῷ, καὶ ἐν τῇ ἐνεργείᾳ αὐτὸν θησόμεθα, οὐδ' ἂν διὰ τοῦτο εἴη ἂν ἕτερον αὐτοῦ. καὶ οὐκ αὐτὸς αὐτοῦ κύριος ἀφ' οὗ ἡ ἐνέργεια. ὅτι μὴ ἕτερον ἐνέργεια καὶ αὐτός. εἰ δ' ὅλως ἐνέργειαν οὐ δώσομεν ἐν αὐτῷ εἶναι, ἀλλὰ τ' ἄλλα περὶ αὐτὸν ἐνεργοῦντα τὴν ὑπόστασιν ἴσχειν. ἔτι μᾶλλον οὔτε τὸ κύριον οὔτε τὸ κυριευόμενον ἐκεῖ εἶναι δώσομεν. ἀλλ' οὐδὲ τὸ αὐτοῦ κύριος. οὐχ' ὅτι ἄλλο αὐτοῦ κύριον, ἀλλ' ὅτι τὸ αὐτοῦ κύριον, τῇ οὐσίᾳ ἀπέδομεν. τὸ δὲ ἐν τιμιωτέρῳ, ἢ κατὰ

E τοῦτο ἐθέμεθα. τί οὖν τὸ ἐν τιμιωτέρῳ, τοῦ ὅ ἐστιν αὐτοῦ κύριον, ἢ ὅτι ἐπειδὴ οὐσία καὶ ἐνέργεια ἐκεῖ, δύο πως ὄντα, ἐκ τῆς ἐνεργείας * τὴν ἔννοιαν ἐδίδου τοῦ κυρίου, τοῦτο δὲ ἦν τῇ οὐσίᾳ ταὐτόν. διὰ τοῦτο καὶ χωρὶς ἐγένετο τὸ κύριον εἶναι. καὶ αὐτὸ αὐτοῦ ἐλέγετο κύριον. ὅπου δὲ οὐ δύο, ὡς ἑνὸς ἀλλὰ ἕν. ἢ γὰρ ἐνέργεια μόνον, ἢ

F οὐδ' ὅλως ἐνέργεια. οὐδὲ τὸ κύριον αὐτοῦ ὀρθῶς.

* οὐδ' αὐτὸ οὐσία
* καὶ ἥ ἐστιν οὐσία
* τὴν ἐνέργειαν

Quocunque modo eſſentia, voluntas, actio in Deo nominari poßint, penitus idem ſunt. Si ergo ſicut naturaliter eius eſſentia fert, ita deus vult & agit: vicißim quoque quemadmodum vult & agit, ſic eius natura ſe habet. Eſt igitur neque fortuna neque fato, ſed propria voluntate quod eſt. Cap. XIII.

Eatenus vnumquodque ſeipſum vult, ſuiq́ iuris exiſtit, quatenus eſt cum bono. Ipſum ergo bonum penitus vt vult, exiſtit & liberum: ac ſi detur optio commutandi, nunquam aliud quàm quod eſt ſe eſſe, ſit voliturũ. Præterea cum voluntates omnium in bonum confluant, & vniantur in eo, certè in ipſo bono eadem eſt cum bonitate voluntas, quæ nec aliud vult eſſe quàm ſeipſam. Iam verò maximopere ſibi quod eſt placet, ſiquidem ſola participatione boni res habent, vt ſibimet ipſæ placeant. Poſt hæc Plotinus ait, Si velle & eſſe idem eſt penes bonum, ſequitur, ſicut eſt ipſum in ſe naturaliter, ita velle: atque vicißim vt vult, ſic ipſum naturaliter & exiſtere. Excogitat interim, Chriſtianorum more, Deum per voluntatis actum aliquam in ſe producere (vt ita dixerim) ſubſiſtentiam. Alibi quoque dixit, Deum per intelligentiam in ſe neſcio quam ſubſiſtentiam genuiſſe. Deniqueſicut voluntatis actum excellẽtiorẽ volũtate concedit ipſi bono, ſimiliter actũ intelligentiæ intelligẽtia excelſiorẽ eſt proculdubio cõceſſurus.

ἈΛΛ' εἰ καὶ τὰ ὀνόματα ταῦτα ἐπάγειν δεῖ οὐκ ὀρθῶς τοῦ ζητουμένου, πάλιν αὖ λεγέσθω, ὡς τὰ μὲν, ὀρθῶς εἴρηται ὅτι οὐ ποιητέον, *οὐδ' ὡς εἰς ἐπίνοιαν δύο, τὰ δὲ νῦν, τῆς πειθοῦς χάριν. καίτοι παρὰ νοητέον ἐν τοῖς λόγοις. εἰ γὰρ δοίημεν ἐνεργείας αὐτῷ, τὰς δὲ ἐνεργείας αὐτοῦ οἷον βουλήσει αὐτοῦ, οὐ γὰρ ἀβουλῶν ἐνεργεῖ· αἱ δὲ ἐνέργειαι, ἡ οἷον οὐσία αὐτοῦ, ἡ βούλησις αὐτοῦ, καὶ ἡ οὐσία ταὐτὸν ἔσται. εἰ δὲ τοῦτο, ὡς ἄρα ἐβούλετο, οὕτω καὶ ἔστιν. οὐ μᾶλλον ἄρα ὡς πέφυκε βούλεταί τε καὶ ἐνεργεῖ, ἢ ὡς βούλεταί τε καὶ ἐνεργεῖ ἡ οὐσία ἐστὶν αὐτοῦ. κύριος ἄρα πάντη ἑαυτοῦ, ἐφ' ἑαυτῷ ἔχων καὶ τὸ εἶναι. ἴδε δὴ καὶ τόδε. τῶν ὄντων ἕκαστον, ἐφιέμενον τοῦ ἀγαθοῦ, βούλεται ἐκεῖνο μᾶλλον ἢ ὅ ἐστιν εἶναι. καὶ τότε μάλιστα οἴεται εἶναι, ὅταν τοῦ ἀγαθοῦ μεταλάβῃ, καὶ ἐν τῷ τοιούτῳ, αἱρεῖται * ἑαυτῷ τὸ ἕκαστον εἶναι. καὶ ὅσον ἂν παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ ἴσχῃ ὡς τῆς τοῦ ἀγαθοῦ φύσεως, ἑαυτῇ δηλονότι πολὺ πρότερον αἱρετῆς οὔσης, εἴπερ τι ὅση μοῖρα ἀγαθοῦ, παρ' ἄλλῳ αἱρετωτάτη. καὶ οὐσία ἑκούσιος. καὶ παραγινομένη θελήσει. καὶ ἓν καὶ ταὐτὸν οὖσα, θελήσει. καὶ διὰ θελήσεως ὑποστᾶσα. καὶ ἕως μὲν τὸ ἀγαθὸν μὴ εἶχεν ἕκαστον, ἠθέλησεν ἄλλο. ᾗ δὲ ἔσχεν, ἑαυτό τε θέλει ἤδη καὶ ἔστιν οὔτε κατὰ τύχην ἡ τοιαύτη παρουσία οὔτε ἔξω τῆς βουλήσεως αὐτοῦ ἡ οὐσία. καὶ * τούτῳ καὶ ὁρίζεται, καὶ ἑαυτῆς ἐστι τούτῳ. εἰ οὖν * τούτῳ αὐτό τι ἕκαστον ἑαυτὸ ποιεῖ. δῆλον δήπου γίνεται ἤδη, ὡς ἐκεῖνο γίνεται ἂν ἤδη ἑαυτῷ τοιοῦτον πρώτως, ᾧ καὶ τὰ ἄλλα ἑαυτοῖς ἐστιν εἶναι. καὶ σύνεστιν αὐτοῦ τῇ οἷον οὐσίᾳ ἡ θέλησις, τοῦ οἷον τοιοῦτον εἶναι. καὶ οὐκ ἔστιν αὐτὸν λαβεῖν, ἄνευ τοῦ θέλειν ἑαυτῷ ὅπερ ἐστί. καὶ σύνδρομος αὐτὸς ἑαυτῷ, θέλων αὐτὸς εἶναι. καὶ τοῦτο ὤν, ὅπερ θέλει. καὶ ἡ θέλησις καὶ αὐτὸς ἕν, καὶ τούτῳ οὐχ ἧττον ἕν, ὅτι μὴ ἄλλο αὐτὸς ὅπερ ἔτυχεν, ἄλλο δὲ τὸ ὡς ἐβουλήθη ἄν. τί γὰρ ἂν καὶ ἠθέλησεν, ἢ τοῦτο ὅ ἐστι. καὶ γὰρ εἰ ὑποθοίμεθα ἑλέσθαι αὐτῷ ὅτι θέλοι γενέσθαι, καὶ ἐξεῖναι αὐτῷ ἀλλάξασθαι τὴν αὐτοῦ φύσιν, εἰς ἄλλο. μήτε ἂν ἄλλο τι γενέ-

* οὐδ' ὡς εἰς ἐπίνοιαν δύο

* ἑαυτῷ ἕκαστον τὸ εἶναι

* τούτῳ

* τούτῳ

A CAETERVM ſi hæc quoque nomina, & ſi non rectè, tamẽ vtcunque introducere cogimur: rurſus circa id quod à principio quęritur dicendum videtur, partim quidem rectè fuiſſe dictum, videlicet non eſſe ponenda duo quædã in ſummo, etiã ſi tantùm differãt ratione, partim verò in præſentia perſuaſionis gratia liberius videtur eſſe loquendum, & à ſeuera intelligentiæ norma in loquendo aliquãtulum declinandum. Si ergo ſummo Deo actiones attri
B buamus, actiones autem eius tanquam voluntati ſuæ accommodemus, non enim operatur nolens, actiones verò ſunt ipſa velut eius eſſentia, nimirum voluntas eius eſſentiaq́; idem penitus erit. Quòd ſi ita, ergo vt voluit, ita prorſus exiſtit. Ideoq́; non magis vt ſua fert natura, ita vult & agit, quàm vt vult agitq́;, ſic eſſentia eius exiſtit. Omnino igitur ſui ipſius eſt dominus, ſuum videlicet eſſe proprio arbitrio poſsidens. Præterea ita conſidera: eorum quæ ſunt
C vnumquodq, bonum appetens, mauult illud, quàm quod eſt eſſe, maximeq́; tunc eſſe ſe putat, quãdo particeps euadit boni: & in tali quodam ſuum eligit eſſe, eoq́; magis ſuum eſſe probat, quo magis habet à bono: quaſi ipſa boni natura multò prius ſibimet ſit potiſsimum eligenda. Siquidem quo maior electiorq́; portio boni alteri attribuitur, eo magis eius eſſentia eligenda eſt libenter & expetenda, voluntatiq́;
D aſsiſtens, vnumq́ue & idem voluntati exiſtẽs, neq́; per ipſam voluntatem ipſa ſubſiſtens. Proinde quouſq́; vnumquodq́; non habet bonum, aliud quiddã vult: quando autẽ habet, hac ſtatim conditione iam vult ſeipſum. Neq́; ſecundum fortunam eiuſmodi præſentia fit, neq́; extra voluntatem ipſius eſſentia eſt, atque hoc ipſo etiã determinatur, eoq́; ſui ipſius exiſtit. Si igitur hoc ipſo quodlibet ſe efficit ipſum aliquid, conſtat planè illud ſeipſo eſſe primò tale,
E quo & alia vt ſeipſis ſint nanciſcantur: ſimulq́ue cum ipſa velut illius eſſentia copulari penitus voluntatem, tanquam exiſtendi tale, neque licere illud accipere abſque volendi actu ſibimet hoc ipſum quod eſt approbante. Itaq́; concurrit Deus ipſe ſecũ volens ipſe exiſtere, idq́; exiſtens quod & vult, voluntasq́ue & ipſe vnum eſt, atque ex hoc non minus eſt vnum: quoniam non aliud quidem eſt ipſe, quod videlicet contigit, aliud autem quod eſſe voluiſſet exiſtere. Quid enim voluerit aliud præter hoc, quod nunc exiſtit? Etenim ſi fingamus in eius optionem adduci, vt quodcunque velit efficiatur, eiq́ue licere naturam ſuam in aliud commutare, conſtat ſanè hunc nolle ſe aliud eſſe,

vel extitisse: neq; quicquã in se incusare, quasi cogẽte necessitate id ipsũ quod est euaserit, ꝑpterea quòd id propriè ipse sit, quod ipsemet & uoluit semper, & vult. Est enim reuera ipsa boni natura ipsiusmet voluntas, non adeò quidem vt portio quædam illi fuerit assignata, vel propriam quandam secutus naturam, sed ipse potius voluerit semetipsum, quoniam nec erat aliud ad quod potius traheretur. Accedit ad hæc quod aliorum nullũ in essentia sua rationem sibi placendi comprehendit: non nihil etiam esse potest, quod seipsum offendat, sibiq; displiceat. At in ipsa boni substantia necessariũ est electionem sui ipsius & voluntatem procul dubio contineri: alioquin nihil vsquam id assequetur, vt quandoque valeat sibi ipsi placere: quæ quidem vel participatione quadã, vel falsa tem imagine boni sibi ipsis placere solent. Decet autem veniam præstare nominibus, siquis de illo loquens nominibus quibusdam minus accommodati vti demonstrandi gratia compellatur: quæ tamen exactior disputandi regula non admitteret. Saltem verò in nomine quolibet minus congruo dictiones eiusmodi, quasi, & velut, & tanquam, singulatim accipiatur. Si igitur bonũ ipsum exstit, simulq; cũ eo existit electio atq; volũtas: absq; enim his nõ erit, oportet autẽ hoc multa non esse, nimirum voluntatem & essentiam atq; velle redigere prorsus debemus in vnũ. Cùm verò ipsum velle fit ab illo, necessarium est ab illo quoque ipsum esse sibimet adesse. Quapropter & ipsum effecisse seipsum ratio hæc inuenit Si enim voluntas est à seipso, ac velut ipsius opus, hæc autem idẽ atq; eius substãtia est, profectò sic ipse se in actũ edidit existendi. Quamobrẽ non illud est quod esse contigerit, sed potius quod ipse voluerit.

A ἔσται βουληθεῖσα, μήτ' ἂν ἑαυτῷ τι μέμψασθαι ὡς ὑπὸ ἀνάγκης τοῦτο ὄν, ὅ ἐστι τοῦτο, τὸ αὐτὸς εἶναι ὅπερ αὐτὸς ἀεὶ ἠθέλησε καὶ θέλει. *ἔστι γὰρ ὄντως ἡ ἀγαθοῦ φύσις, θέλησις αὐτοῦ, οὐ δεδεκασμένου, οὐδὲ τῇ ἑαυτοῦ φύσει ἑπισπομένου, ἀλλ' ἑαυτὸν ἑλομένου, ὅτι μηδὲ ἦν ἄλλο, ἵνα πρὸς ἐκεῖνο ἑλχθῇ. καὶ μὴν, κἀκεῖνο αὖ τις λέγοι. ὡς ἐν τῇ αὐτῶν ἕκαστον τὰ ἄλλα οὐσίᾳ, οὐ περιείληφε B τὸν λόγον τοῦ ἀρέσκεσθαι αὑτῷ· καὶ γὰρ ἂν καὶ δυσχεραίνοι τι αὐτό. ἐν δὲ τῇ τοῦ ἀγαθοῦ ὑποστάσει, ἀνάγκη τὴν αἵρεσιν καὶ τὴν αὐτοῦ θέλησιν, ἐμπεριειλημμένην εἶναι, ἢ σχολῇ γ' ἂν ἄλλῳ ὑπάρχοι ἑαυτῷ ἀρεστῷ εἶναι. ἃ μετ' οὐσίας, ἢ ἀγαθοῦ φαντασίᾳ, ἀρέσκεται αὑτοῖς. δεῖ δὲ συγχωρεῖν τοῖς ὀνόμασιν, εἴ τις περὶ ἐκείνου λέγων, ἐξ ἀνάγκης ἐνδείξεως ἕνεκα αὐτοῖς χρῆται, ἃ ἀκριβείᾳ οὐκ ἐῶμεν λέγεσθαι· λαμβανέτω δὲ, C καὶ τὸ οἷον ἐφ' ἑκάστου. εἰ οὖν ὑφέστηκε τὸ ἀγαθὸν, καὶ συνυφίστησιν αὐτὸ ἡ αἵρεσις καὶ ἡ βούλησις, ἄνευ γὰρ τούτων οὐκ ἔσται, δεῖ δὲ τοῦτο, μὴ πολλὰ εἶναι, συνακτέον ὡς ἓν, τὴν βούλησιν καὶ τὴν οὐσίαν, καὶ τὸ θέλειν. τὸ δὲ θέλειν παρ' αὐτοῦ ἀνάγκη καὶ τὸ εἶναι παρ' αὐτοῦ τι εἶναι αὐτῷ εἶναι. ὥστε αὐτὸν πεποιηκέναι αὐτὸν, ὁ λόγος ἀνεῦρεν. εἰ γὰρ ἡ βούλησις παρ' αὐτοῦ καὶ οἷον ἔρ- D γον αὐτοῦ, αὕτη δὲ ταὐτὸν τῇ ὑποστάσει αὐτοῦ, αὐτὸς ἂν οὕτως ὑποστήσας ἂν εἴη αὑτόν. ὥστε οὐχ ὅπερ ἔτυχέν ἐστιν. ἀλλ' ὅπερ ἐβουλήθη αὐτός.

* ἔτι

Confirmatio superiorum. Cap. XIIII.

Singula in corporibus indiuidua possunt quidẽ cõtingenter in exitum processisse: in quibus præter specialẽ necessariamq; essentiã est aliquid aduentitiũ. Anima verò intellectualis & idea qualibet vbi totũ est ad essentiam ac speciẽ necessariũ, hoc ipsum quod existit ex intima sui natura prodit, nõ fortuitò quidẽ sed necessariò. Cùm verò hæc tanquã principio proxima id bonum consequantur ab eo, ipsum in primis id munus habet extra fortunã. Præterea in omni idea, idemq; substantia, vel forma ad ideam ex amussim expressa, hæc duo inuicem coniunguntur, scilicet quid & propter quid existat. Quapropter si diligenter inspexeris in ipsa dispositione naturæ ex partibus suis cõstante rationẽ, causamq; partium totiusq; inuenies: tantũ verò munus à principio rerum habent, idem eminentius in se habente. Alienissima verò illinc est fortuna, vbi existendi ratio causaq; intrinsecus continetur.

PROINDE considerare idem hac etiam ratione nos decet. Vnumquodq; eorũ quę esse dicũtur, aut idem est, quod & ipsum eius esse, aut potius aliud. quemadmodũ alius est hic homo, aliud ipsum esse homini: particeps tamen est hic homo eius quod est ipsum esse homini. Anima verò & esse animæ idem est, si est anima simplex, nec de alio prædicatur. Itẽ idealis ipse homo idem est atq; ipsum esse homini. Et hoc quidẽ fortuna quadã homo fieri potest, vbi aliud est ipsum esse homini. Quod autẽ est ipsum homini esse, siue hominem esse, nunquã id fieri fortuna cõtingit. Id est autẽ à seipso est ipse homo. Quãobrẽ si hoc ipsũ quod dicitur esse homini, vel esse hominẽ, est id à seipso, neq; secũdum fortunam hoc existit, neque sic accidit esse, quonam pacto illud quod ipso homine superius est, ipsumq; generat hominẽ idealẽ, gignit & illud quo entia omnia cõtinẽtur, secundũ fortunam

A ἜΤΙ δὲ ὁρᾶν δεῖ, καὶ ταύτῃ ἕκαστον τῶν λεγομένων εἶναι. ἢ ταὐτόν ἐστι τῷ εἶναι αὐτοῦ, ἢ ἕτερον. οἷον ἄνθρωπος ὅδ' ἕτερος, καὶ τὸ ἀνθρώπῳ εἶναι ἄλλο. μετέχει γε μὴν ὁ ἄνθρωπος, τοῦ ὅ ἐστιν ἀνθρώπῳ εἶναι. ψυχὴ δὲ καὶ τὸ ψυχῇ εἶναι, ταὐτόν. εἰ ἁπλοῦν ψυχὴ καὶ μὴ κατ' ἄλλου. καὶ ἄνθρωπος αὐτὸ, καὶ τῷ ἀνθρώπῳ εἶναι καὶ τὸ μὲν ἂν, κατὰ τύχην γένοιτο ἄνθρωπος, ὅτῳ ἕτερον *τοῦ B ἀνθρώπῳ εἶναι. τὸ δὲ ἀνθρώπῳ εἶναι, οὐκ ἂν γένοιτο κατὰ τύχην. τοῦτο δέ ἐστι παρ' αὐτοῦ, ἄνθρωπος αὐτό. εἰ δὴ τῷ ἀνθρώπῳ εἶναι παρ' αὐτοῦ καὶ οὐ κατὰ τύχην τοῦτο, οὐδὲ συμβέβηκε, πῶς ἂν τὸ ὑπὲρ τὸ ἄνθρωπος αὐτὸ, τὸ γεννητικὸν τοῦ ἀνθρώπου αὐτὸ, *καὶ οὐ τὰ ὄντα πάντα κατὰ τύ-

* τὸ ἀνθρώπῳ εἶναι

* καὶ οὗ τὰ ὄντα πάντα

tunam

χὴν ἂν λέγοιτο, φύσις ἁπλουστέρα τοῦ ἀνθρώπου εἶναι, καὶ τοῦ ὅλως τὸ ὂν εἶναι. εἰ πρὸς τὸ ἁπλοῦν ἰόντι, οὐκ ἔστι συναναφέρειν τὴν τύχην. ἔτι δὲ κἀκεῖνο ἀναμνησθῆναι προσήκει, ἢ δή που εἰρημένον, ὡς ἕκαστον τῶν κατ' ἀλήθειαν ὄντων καὶ ὑπ' ἐκείνης τῆς φύσεως ἐλθόντων εἰς ὑπόστασιν. καὶ εἴ τι δὲ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς τοιοῦτον, τῷ ἐπ' ἐκείνῳ τοιοῦτον. λέγω δέ, τὸ τοιοῦτον, τὸ σὺν αὐτῇ τῇ οὐσίᾳ ἔχειν, καὶ τῆς ὑποστάσεως τὴν αἰτίαν. ὥστε τὸν ὕστερον θεατὴν ἑκάστου, ἔχειν εἰπεῖν, διὸ ἕκαστον τῶν ὑπαρχόντων. οἷον διὰ τί ὀφθαλμός. καὶ διατί πόδες τοῖς δε, τοιοίδε, καὶ τὴν αἰτίαν συναπογεννῶσαν ἕκαστον μέρος, ἑκάστου εἶναι, καὶ δι' ἄλληλα τὰ μέρη εἶναι. διατί πόδες εἰς μῆκος. ὅτι καὶ τόδε τοιόνδε, καὶ ὅτι πρόσωπον τοιόνδε. καὶ πόδες τοιοίδε, καὶ ὅλως ἡ πρὸς ἄλληλα πάντων συμφωνία, ἀλλήλοις αἰτία. καὶ τὸ διατί τόδε. ὅτι τοῦτο ἐστὶ τῷ ἀνθρώπῳ εἶναι. ὥστε ἓν καὶ τὸ αὐτό, τὸ εἶναι, καὶ τὸ αἴτιον. ταῦτα δὲ ἐκ μιᾶς πηγῆς οὕτως ἦλθεν οὐ λελογισμένης, ἀλλὰ παρεχούσης ὅλον ἀθρόον τό, διατί, καὶ τὸ εἶναι. πηγὴ οὖν τοῦ εἶναι καὶ διατί εἶναι, ὁμοῦ ἄμφω διδοῦσα. ἀλλ' οἷα τὰ γινόμενα, πολὺ ἀρχετυπώτερον καὶ ἀληθέστερον. καὶ μᾶλλον ἢ κατ' ἐκεῖνα πρὸς τὸ βέλτιον, τὸ ἀφ' οὗ ταῦτα. εἰ οὖν μηδὲν εἰκῇ, μηδὲ κατὰ τύχην, μηδὲ τὸ συνέβη γὰρ οὕτως, τῶν ὅσα τὰς αἰτίας ἐν αὐτοῖς ἔχει, ἔχει δὲ τὰ ἐξ αὐτοῦ ἅπαντα λόγου ὢν καὶ αἰτίας καὶ οὐσίας αἰτιώδους πατήρ, ἃ δὴ πάντα πόρρω ὑπάρχει τύχης, εἴη ἂν ἀρχὴ καὶ οἷον παράδειγμα τῶν ὅσα μὴ κεκοινώνηκε τύχῃ, τὸ ὄντως καὶ τὸ πρῶτον, ἀμιγὲς τύχαις. καὶ αὐτομάτῳ καὶ συμβάσει αἴτιον ἑαυτοῦ. καὶ παρ' αὐτοῦ. καὶ δι' αὐτὸν αὐτός. καὶ γὰρ πρώτως αὐτὸς καὶ ὑπερόντως αὐτός.

A tuná esse potest? præsertim cùm simplicior natura sit eo quòd est esse hominem, atq; eo quòd est ens ipsum prorsus existere? Siquidem ad simplex ordine procedēti non licet secum eodem ferre fortunam. Quocirca ad illud quod est omnium simplicissimum ascendere fortuna non potest. Præterea in memoriam reuocādum est quod & iam dictum fuit, vnumquodq; videlicet eorum quæ reuera sunt, & ab illa natura in substantiam prouenerunt, B vnà cū eius essentia habere etiam substantiæ siue subsistentiæ causam: ac si quid inter illa quæ sentiuntur est tale, propterea quòd præcipuè ab illis pendeat esse tale: Quo efficitur vt qui aliquid postea contēplatur, assignare possit propter quid potissimum singula quæ insunt, aut sint, aut ita se habeāt: velut propter quid oculus, & quā ob causam pedes talibus dati sint tales: causáq; probare valeat partem quamlibet concreantē C vniuscuiusque esse, partesque se inuicem in ipsa causæ ratione iuuare. Cur nam pedes in longitudinem protenduntur? Quoniam videlicet & hoc est tale, & quoniam talis est facies: ideoque tales sunt & pedes: atque omnino mutua omnium consonantia inuicem causa est. Item cur nam hoc est? Quoniam scilicet hoc ipsum est esse homini: quapropter vnū idēq; est esse simul & causa. Hæc autem sic ex fonte vnico profluxerunt nullo rationis ad hæc vtente dis- D cursu, sed simul totum ipsum propter quid ipsumq; esse ꝓtinus exhibē e. Est itaq; fons ipsi⁹ esse, ipsiusq; propter quid esse dicatur, ambo simul præbēs. Qualia verò sunt quæ fiunt, tale est illud, à quo proueniūt, sed potiori quadam veriorique admodum ratione, atque ad id quod melius est, illa quæ fiunt supra modum exuperante. Cum igitur nullum eorum quæ in se causas possident, temerè, vel fortuitò, vel vlla sortis conditione sic potius contingentis, E ita se habeat, habeat aūt primū illud quæ ex ipso sunt cūcta: pater rationis, & causę, & essentię (vt ita dixerim) causalis, quę quidē omnia à fortuna sunt lōgè remota, erit profectò principium ac velut exemplar eorum quæcunque nullum habent cum fortuna commertium: hoc ipsum videlicet, quod reuera primumque nullam habet cum fortuna casuque & sorte commistionem: quippe cum sit sui ipsius causa atque à seipso, & propter se sit hoc ipsum quod dicitur ipse. Est enim primò ipse, vel supernere, & (vt ita dixerim) superenter ipse.

Confirmatio superiorum. *Cap. XV.*

Si vnumquodque eatenus sibi est amabile, quatenus sit boni particeps, ipsum certè bonum sibimet potissimū est amabile: ibiq; amor & amatus est idem. Non est igitur aliud quàm quod semper esse se amat. Præterea tunc demū extra contingentia positi sumus, experimurq; libertatem, quando cæteris omnino posthabitis, vnico ipsius boni lumini intelligentiam superanti nos exponimus. Ipsum ergo bonum libertas ipsa est extra fortunam. Deniq; cum ratio casui opposita sit, atq; à principio tota ratio vniuersi processerit, consequens est, ipsum non solùm extra casum, sed etiam super rationem id ipsum quod est existere.

ΚΑΙ ἐράσμιον, καὶ ἔρως ὁ αὐτός. καὶ αὐτοῦ ἔρως. ἅτε οὐκ ἄλλως καλός, ἢ παρ' αὐτοῦ. καὶ ἐν αὐτῷ. καὶ γὰρ καὶ τῷ συνεῖναι ἑαυτῷ, οὐκ ἂν ἄλλως ἔχοι, εἰ μὴ τὸ συνὸν καὶ τὸ ᾧ σύνεστιν, ἓν καὶ ταὐτὸν εἴη. εἰ δὲ τὸ συνὸν τῷ ᾧ σύνεστιν ἕν, καὶ τὸ οἷον ἐφιέμενον τῷ ἐφετῷ ἕν, τὸ δὲ ἐφετὸν κατὰ τὴν ὑπόστασιν καὶ οἷον ὑποκείμενον, πάλιν αὖ ἡμῖν ἀνεφάνη ταὐτὸ ἡ ἔφεσις καὶ ἡ οὐσία.

A IDEM præterea Deus & amabile est & amor, suique ipsi⁹ est amor, vtpote qui nō aliter quàm à seipso & in seipso pulcher existit. Atqui & hoc ipsum quod dicitur simul esse secū, non aliter habere potest, quàm si & quod simul inest, & qui cum est simul, vnum sit penitus atq; idem. Si ergo & coexistens & illud cui coexistit est vnū, atq; quod ibi est velut appetēs, similiter vnū est cū illo quod est appetēdū, & quod illic appetibile dicitur vel appetēdū secūdū sub

ſtantiam & quaſi ſubiectum conſideratur: rurſus hinc nobis apparuit, appetitum & eſſentiã eſſe idem. Quod ſi ita ſe habet, conſtat iterum, Deum ſeipſum efficere, ſuique exiſtere dominum, neque ſic eſſe factum, vt aliud quicquam voluerit, ſed quemadmodum ipſe vult. Proinde vbi Deum dicimus nec quicquam in ſe accipere, nec ab alio capi, hac quoque ratione eũ ab ea conditione longius ſegregamus, per quã forte quadam talis euaſiſſe dicatur, non ſolùm ex eo quòd agat, ſeu reddat ſe vnicũ, & (vt ita dixerim) ſolitarium, purumque conſeruet ab omnibus: verùm etiam quoniam ſi quando & nos in nobis naturam eiuſmodi quandam inſpiciamus, aliorum nihil habentem, quotcunque nobis adhærent, per quæ nobis accidere ſolet quicquid contigerit perpeti, caſuque viuere, libertatẽ prorſus experiemur. Alia enim quæcunque noſtra dicuntur, ſeruiunt, fortunæque expoſita ſunt, & quaſi fortuitò nobis accidunt. In hoc autem ſolo conſiſtit ſui ipſius dominum liberumque exiſtere, per actum videlicet quendam luminis boniformis, & boni exuperantis mentem, actum inquam vim non aduentitiam in ſe habentem, quæ omnem excedat intelligentiam. Huc ergo cum aſcenderimus, ſolumque id euaſerimus, cæteris longè poſthabitis, age quidnã de hoc ſtatu dicemus? Profectò clamabimus, nos eſſe tunc libertate omnique arbitrio valde ſuperiores. Quiſnam nos eo tempore fortunis exponet, vel temeritati faciet fortique obnoxios? quippe cum ipſa vera vita tunc effecti ſimus: aut in eo penitus conſtituti: quod ſanè nihil habet aliud, ſed ſolum ipſum prorſus exiſtit. Cætera quidem ſi ſola ſint ab alijs ſegregata, ad ſuum eſſe ſufficere nequeunt: ipſum verò principium id ipſum quod eſt exiſtit pariter & ſi ſegregatum. Subſtantia ſanè prima non cõſiſtit in re non viuẽte, neque etiam in vita rationis experte. Hæc enim ad exiſtendum debilis eſt: quippe cum rationis diſperſio ſit & natura quædam indefinita. At quatenus in rationem procedit, eatenus relinquit fortunam. quod enim ratione progreditur, nequaquam in fortuna verſatur. Nobis verò altius procedentibus principium ipſum non occurrit vt ratio, ſed quiddam pulchrius ratione: tãtum abeſt vt ſorte contingat. Eſt enim radix quædam rationis ſuapte natura: atque huc tandẽ omnia deſinunt. Eſt & tanquã ingentis cuiuſdã arboris ratione viuẽtis principium atq; fundamẽtũ in ſeipſo quidem permanens, tradens verò eſſe arbori per rationem inde ſuſceptam.

A εἰ δὲ τοῦτο, πάλιν αὖ αὐτός ἐστιν· οὗτος ὁ ποιῶν ἑαυτὸν καὶ κύριος ἑαυτοῦ.* καὶ οὐχ ὥς τις ἕτερος ἠθέλησε γενόμενος, ἀλλ' ὡς θέλει αὐτός. καὶ μὴν καὶ λέγοντες αὐτόν, οὔτε τι εἰς αὐτὸν δέχεσθαι, οὔτε ἄλλο αὐτόν, καὶ ταύτῃ ἂν εἴημεν ἔξω ποιοῦντες, τοῦ τύχῃ εἶναι τοιοῦτον. οὐ μόνον *τῷ μονοῦν αὐτὸν καὶ τῷ καθαρὸν ποιεῖν ἀπὸ πάντων, ἀλλ' ὅτι εἴποτε καὶ αὐτοὶ ἐν αὐτοῖς ἐνίδοιμέν τι-
B να φύσιν τοιαύτην, οὐδὲν ἔχουσαν τῶν ἄλλων ὅσα συνήρτηται ἡμῖν. κατὰ πάσχειν ὅτι περ ἂν συμβῇ καὶ κατὰ τύχην ὑπάρχῃ. πάντα γὰρ τὰ ἄλλα ὅσα ἡμῶν, δοῦλα καὶ κείμενα τύχαις, καὶ οἷον κατὰ τύχην προσελθόντα. τούτῳ δὲ μόνῳ, τὸ κύριον αὐτοῦ καὶ τὸ αὐτεξούσιον, φωτὸς ἀγαθοειδοῦς καὶ ἀγαθοῦ ἐνεργείᾳ, καὶ μείζονος ἢ κατὰ νοῦν, οὐκ ἐπακτὸν τὸ ὑπὲρ τὸ νοεῖν ἐ-
C χούσης, εἰς ὃ δὴ * ἀναβαίνοντες καὶ γενόμενοι τοῦτο μόνον, τὰ δ' ἄλλα ἀφέντες, τί ἂν εἴποιμεν αὐτό, ἢ ὅτι πλέον ἢ ἐλεύθεροι. καὶ πλέον ἢ αὐτεξούσιοι. τίς δ' ἂν ἡμᾶς προσάψειε τύχαις ἢ τῷ εἰκῇ ἢ τῷ συμβέβηκεν, αὐτὸ τὸ ἀληθινὸν ζῆν γενομένους. ἢ ἐν τούτῳ γενομένους, ὃ μηδὲν ἔχει ἄλλο, ἀλλ' ἔστιν αὐτὸ μόνον. τὰ μὲν οὖν ἄλλα μονούμενα, οὐκ ἔστιν αὐτοῖς αὐτάρκη εἶναι εἰς
D τὸ εἶναι. τοῦτο δ' ἐστίν, ὅ ἐστι καὶ μονούμενον· ὑπόστασις δὲ πρώτη, οὐκ ἐν ἀψύχῳ, οὐδ' ἐν ζωῇ ἀλόγῳ. ἀσθενὴς γὰρ εἰς τὸ εἶναι καὶ αὕτη, σκέδασις οὖσα λόγου καὶ ἀοριστία. ἀλλ' ὅσῳ πρόεισιν εἰς λόγον, ἀπολείπει τύχην. τὸ γὰρ κατὰ λόγον, οὐ τύχῃ. ἀναβαίνουσι δὲ ἡμῖν, ἐκεῖνο μέν, οὐ λόγος. κάλλιον δὲ ἢ λόγος, τοσοῦτο ἀπέχει τοῦ τύχῃ συμβῆναι. ῥίζα γὰρ λόγου παρ' αὐτῆς. καὶ εἰς τοῦτο λήγει τὰ πάντα. ὥσπερ φυτοῦ με-
E γίστου κατὰ λόγον ζῶντος, ἀρχὴ καὶ βάσις· μένουσα γὰρ αὐτὴ ἐφ' ἑαυτῆς, διδοῦσα δὲ κατὰ λόγον τῷ φυτῷ ὃν ἔλαβεν εἶναι.

* καὶ οὐχ ὥς τι ἕτερον

* τῷ μονοῦν αὐτὸν

* ἀναβάντες

Confirmatio ſuperiorum. Cap. XVI.

Si Deus nec eſt in tempore, nec eſt in loco, non poteſt hoc ipſum quod eſt, vel aliquando, vel alicubi contigiſſe. Eſt autem Deus non tam ſemper quàm ſempiternitas ipſa, nec propriè vbique habitat, ſed ipſe certè hoc ipſum eſt, quod à nobis appellari ſolet vbique. Intellectus in Deo mirus intelligibili intellectu ſuperior tam efficaciter in ſe agit, vt exiſtentiam generet in ſeipſo: ſimiliter & voluntas appetente voluntate ſuperior exiſtentiam in ſe volẽdo producit. Cum verò nihil in Deo ſit præter ipſum, ſic certè intelligendo ac volendo in ſe ipſe emicat à ſeipſo, adeò vt neque ſorte neq; aliũde vi illata, ſed pro intelligentia voluntateq; ſua id ipſum quod eſt, exiſtat. Sed hæc & quæ ſequuntur, in Theologia noſtra diligentius explicamus.

QVONIAM verò fatemur, probabileq; videtur Deũ & vbiq; eſſe & nuſquam, de hoc quoque quale ſit, nobis diligenter conſiderandum. Hinc rurſus quod quærimus indaganti bus: ſi enim nuſquam eſt, nuſquam certè con-

A ΕΠΕΙ δὲ φαμὲν καὶ δοκεῖ πανταχοῦ τε εἶναι τοῦτο, καὶ αὖ εἶναι οὐδαμοῦ, τοῦτό τοι χρὴ ἐνθυμηθῆναι, καὶ νοῆσαι οἷον δεῖ. καὶ ἐνταῦθα σκοποῦμένοις θέσθαι, περὶ ὧν ζητοῦμεν. εἰ γὰρ μηδαμοῦ, οὐδαμοῦ

* καὶ ἐντεῦθεν

δαμοῦ συμβέβηκε. καὶ εἰ πανταχοῦ ὅσος ἐστὶν αὐτὸς τοσοῦτον πανταχοῦ. ὥστε τὸ πανταχοῦ καὶ τὸ πάντῃ, αὐτός. οὐκ ἐν ἐκείνῳ ὢν τῷ πανταχοῦ· ἀλλ' αὐτὸς ὢν τοῦτο. καὶ δοὺς εἶναι τοῖς ἄλλοις, ἐν τῷ πανταχοῦ παρακεῖσθαι. ὁ δ' ὑπερτάτην ἔχων τάξιν, μᾶλλον δ' οὐκ ἔχων. ἀλλ' ὢν ὑπέρτατος αὐτός, δοῦλα πάντα ἔχει, οὐ συμβὰς αὐτοῖς αὐτῷ δὲ τῶν ἄλλων. μᾶλλον δὲ περὶ αὐτὸν τῶν ἄλλων, οὐ πρὸς αὐτὰ βλέποντος αὐτοῦ, ἀλλ' ἐκείνων πρὸς αὐτόν. ὁ δ' εἰς τὸ εἴσω οἷον φέρεται αὐτοῦ οἷον ἑαυτὸν ἀγαπήσας αὐγὴν καθαράν, αὐτὸς ὢν τοῦτο ὅπερ ἠγάπησε. τοῦτο δ' ἐστὶν, ὑποστήσας αὐτόν, εἴπερ ἐνέργεια μένουσα, καὶ τὸ ἀγαπητότατον οἷον νοῦς. νοῦς δὲ ἐνέργημα, ὥστε ἐνέργημα αὐτὸς ἀλλὰ ἄλλου μὲν οὐδενός. ἑαυτοῦ ἄρα ἐνέργημα αὐτός. οὐκ ἄρα ὡς συμβέβηκεν ἐστὶν, ἀλλ' ὡς ἐνεργεῖ αὐτός. ἔτι τοίνυν εἰ ἔστι μάλιστα ὅτι πρὸς αὐτὸν οἷον στηρίζει καὶ οἷον πρὸς αὐτὸν βλέπει, καὶ τὸ οἷον εἶναι τοῦτο αὐτῷ τὸ πρὸς αὐτὸν βλέπειν, οἷον ποιοῖ ἂν αὐτὸν οὐχ ὡς ἔτυχεν ἄρα ἐστὶν, ἀλλ' ὡς αὐτὸς ἐθέλει, καὶ οὐδ' ἡ θέλησις εἰκῇ. οὐδ' οὕτω συνέβη. τοῦ γὰρ ἀρίστου ἡ θέλησις οὖσα, οὐκ ἔστιν εἰκῇ. ὅτι δ' ἡ τοιαύτη νεῦσις αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν, οἷον ἐνέργεια οὖσα αὐτοῦ καὶ μονὴ ἐν αὐτῷ τὸ εἶναι ὅ ἐστι ποιεῖ, μαρτυρεῖ ὑποτεθὲν τοὐναντίον. ὅτι εἰ πρὸς τὸ ἔξω νεύσειεν αὐτοῦ, ἀπολεῖ τὸ εἶναι ὅπερ ἐστί. τὸ ἄρα εἶναι ὅπερ ἐστὶν, ἡ ἐνέργεια ἡ πρὸς αὐτόν. τοῦτο δὲ ἓν καὶ αὐτός. αὐτὸς ἄρα ὑπέστησεν αὐτὸν, συνεξενεχθείσης τῆς ἐνεργείας μετ' αὐτοῦ, καὶ οἷον ἐγρήγορσις. οὐκ ἄλλου ὄντος τοῦ ἐγρηγορότος ἐγρήγορσις καὶ ὑπερνόησις ἀεὶ οὖσα, ἔστιν οὕτως ὡς ἐγρηγόρησεν. ἡ δὲ ἐγρήγορσίς ἐστιν, ἐπέκεινα οὐσίας. καὶ νοῦ καὶ ζωῆς ἔμφρονος. ταῦτα δὲ αὐτός ἐστιν αὐτὸς ἄρα ἐστὶν ἐνέργεια, ὑπὲρ νοῦν καὶ φρόνησιν καὶ ζωήν. ἐξ αὐτοῦ δὲ ταῦτα, καὶ οὐ παρ' ἄλλου. παρ' αὐτοῦ ἄρα αὐτῷ καὶ ἐξ αὐτοῦ τὸ εἶναι. οὐκ ἄρα ὡς συνέβη οὕτως ἐστὶν, ἀλλ' ὡς ἠθέλησεν αὐτός ἐστιν.

A tigit: rursus si est vbiq;, proculdubio quãtus ipse est, tãtus est & vbiq;. Quapropter hoc ipsum quod vbiq; & quod vndiq; dicitur, ipsemet existit, neq; ipsum vbiq; est in eo, neq; vicissim, sed ipse potiꝰ est hoc ipsum, cęterisq; largitur esse, propterea quòd in eo quod ipsum vbiq; est, admittãtur. Hic aũt supremũ obtinẽs ordinẽ, imò verò nõ obtinẽs, sed existẽs ipse supremus subdita habet omnia, nõ illis quidẽ ipse cõtingẽs, sed sibi cætera cõtingẽtia, imò verò cætera circa ipsum. B Nec ille quidẽ ad illa prospicit, sed ad ipsum cũcta suspiciũt. Ille aũt intra se æquè per totũ quasi perfertur, tanquã seipsum amãs purã lucẽ, ipse hoc ipsum quod amat existẽs, id est aũt in subsistẽtiã se producẽs, siquidẽ actus est permanẽs, & quod ibi amabilissimũ est, velut intellectus existit. Intellectus aũt ipsius est opificiũ. quapropter opificiũ ipse est. Cum verò nõ sit opus alterius, sequitur vt sui ipsius ipse sit opus. C Quãobrẽ nõ ita est vt cõtigit, sed potius vt ipse ait Præterea si ex eo maximè est, quoniam quasi sibimet innititur, & quasi respicit ad seipsum, ipsumq; velut esse sibi est respicere ad seipsum, nimirũ quasi efficit semet ipsum. Nõ igitur est vt cõtigit, sed vt ipse vult: neq; voluntas ibi temeraria est & vana, neq; sic accidit. Cum enim optimi sit volũtas, nõ est inanis atq; fortuita. Quod autẽ eiusmodi nutus erga seipsum quasi quædã eius actio & quies in semetipso efficiat vt hoc ipsum quod est existat, D testatur muneris huius oppositũ, si cõcedatur. Nẽpe si prospiciat, annuatq; extra se ipsum, ꝓtinus quod est amittit. Esse igitur hoc ipsum quod existit, est actio ad se ipsum. hoc aũt atq; ipse est vnũ. Ille igitur sibimet exhibet subsistentiã, vnà cũ ipso eiꝰ actione collata. Si ergo facta nõ est eius actio, sed semper extitit quasi vigilãtia quædã, nec aliud ibi vigilãs est, aliud vigilãtia, quæ quidẽ superintelligẽtia quędã est semper vigẽs, ꝓfectò sic est, sicut & vigilauit. E Vigilãtia verò super essentiã intellectũq; & vitã sapientẽ extat. id aũt ipse est. Ille igitur actus est super intellectũ & sapientiã atq; vitã: ex eo autẽ hæc sunt, nec ab alio quopiã. Ab illo igitur & ex illo suũ esse producitur. Non ergo sicut contigit, sed vt ipse voluit, sic prorsus existit.

Confirmatio superiorum. Cap. XVII.

In homine quidẽ aliud est natura, per quã generat similẽ: aliud ars & prouidẽtia, per quam artificiosa facit. At in opifice mundi vita eadẽ est intelligẽtia simul atque natura. Cũ igitur prouida & artificiosa dispositio mũdi illinc proueniat intellectuali pariter naturaliq; ratione, necesse est hanc ibi quasi formam eius existere naturalẽ. Si igitur eiusmodi mundi forma, multo magis & illius procul est à casu: remotissimum denique à fortuna est illius formæ principium, quod pro natura & volũtate sua segregauit filium à fortuna. Denique si principium aspiciat aliorsum, se perdet. Dum ergo se tantùm respicit, seipsum quasi conseruat, atque agit. Igitur ex seipso id quod est existit. Non contingit ex fortuna.

ΕΤΙ δὲ καὶ ὧδε. ἕκαστα φαμὲν τὰ ἐν τῷ παντί, καὶ τόδε τὸ πᾶν οὕτως ἔχειν, ὡς ἂν ἔσχεν. ὡς ἡ τοῦ ποιοῦντος προαίρεσις ἠθέλησε. καὶ οὕτως ἔχειν ὡς ἂν προϊέμενος καὶ προϊδὼν ἐν λογισμοῖς κατὰ πρόνοιαν, οὕτως εἰργάσατο. ἀεὶ δὲ οὕτως ἐχόντων, καὶ ἀεὶ οὕτως γιγνομένων οὕτω τὸ καὶ ἀεὶ ἐν τοῖς συνοῦσι κεῖσθαι τοὺς λόγους ἐν μείζονι

A PRAETEREA idem hac ratione probamus: Singula in mundo posita, totumque mũdum sic se habere asserimus: quemadmodũ se habuisset, si auctor suus quasi deliberando sic elegisset. Ac si pręcedente consilio & argumentatione quadam id præuidente, secundum prouidentiã mundus sic esset effectus. Cum verò sic semper omnia & sint, & fiant, ita profectò & semper in his quæ simul existũt, cõstat esse insitas rationes, in quodã quasi mẽtis habitu trãquillio

re admodum atq; certiore firmiter permanentes. Quapropter super prouidentiam illa sunt, superque electionem atq; propositũ: omniaq; semper intellectuali conditione firma perseuerant, quæcunq; in ipso ente consistunt. Siquis igitur dispositionem eiusmodi nominet prouidentiam, sic id accipiat, esse videlicet super id vniuersum intellectum firmiter permanentẽ, à quo, & secundum quem totum id constituitur. Si igitur intellectus est ante omnia, principiumq; est intellectus eiusmodi, nunquam vt forte contigit, ita se habet, præcipuè cum multiplex quidem sit, sed secum ipse conspirans, ac velut cõflatus in vnum. Quod enim multiplex multitudoq; ordinata simul existit, & in quo rationes omnes per totum comprehenduntur in vnum, nullo modo vtcunq; contigit, vel forte euenit se habere putandũ: sed à natura eiusmodi procul abest fortunæ temeritas, ipsaque fortuna in quadã rationis orbitate se versans, rationi prorsus opponitur. Si autem quod ante tale quiddã existit ipsum omniũ est principium, certè proximum est huic ita vt dictum est affecto. Idq; ita dispositum, secundum illud dispositum est, eiusq; participat, taleq; existit, quale vult illud, illiusque potestas. Ille igitur Deus est indistans. Vna quidem omnia ratio, numerus vnus. Vnus autem maior genio atque potentior, nihil illo maius, nihil est melius. Itaque nec esse, nec esse tale qualiscunque dicatur, ab alio accipit Ipse igitur seipso id quod est existit, ad seipsum & penitus in seipsum: vt neque etiam hac conditione aspiciat extra, vel ad aliud vsquam, sed totus potius ad seipsum.

A δίθυμοσύνη ἑστῶτας. ὥστε ἐπέκεινα προνοίας τἀκεῖ εἶναι, καὶ ἐπέκεινα προαιρέσεως. καὶ πάντα ἀεὶ νοερῶς ἑστηκότα εἶναι, ὅσα ἐν τῷ ὄντι. ὥστε τὴν οὕτω διάθεσιν εἴ τις ὀνομάζει πρόνοιαν, * οὕτω νοητῶ, ὅτι ἐστὶ πρὸ τοῦδε νοῦς τοῦ παντὸς ἑστὼς. ἀφ᾽ οὗ καὶ καθ᾽ ὃν τὸ πᾶν τόδε. εἰ μὲν νοῦς πρὸ πάντων σὺν καὶ ἀρχὴ ὁ τοιοῦτος νοῦς, οὐκ ἂν εἴη ὡς ἔτυχε. πολὺς μὲν ὢν, συνῳδῶς δὲ αὐτῷ. καὶ οἷον B εἰς ἓν συντεταγμένου. οὐδὲν γὰρ πολὺ καὶ πλῆθος συντεταγμένον. καὶ λόγοι πάντες. καὶ περιληφθέντες ἐν ἰδίᾳ παντὸς ὡς ἔτυχε, καὶ ὡς συνέβη. ἀλλὰ πόρρω φύσεως τῆς τοιαύτης. καὶ ἐναντίον, ὅσον τύχη ἐν ἀλογίᾳ κειμένη λόγῳ. εἰ δὲ πρὸ τοῦ τοιούτου ἀρχὴ, δηλονότι προσεχὴς τούτῳ τῷ οὕτω λεγομένῳ. καὶ τὸ οὕτω λεγόμενον τοῦτο, κατ᾽ ἐκεῖνο. καὶ μετέχον ἐκείνου. καὶ οἷον θέλει ἐκεῖνο, καὶ C δύναμις ἐκείνου. ἀδιάστατος τοίνυν ἐκεῖνος. εἷς πάντα λόγος. εἷς ἀριθμός. καὶ εἷς μείζων τοῦ γινομένου καὶ δυνατώτερος. καὶ οὐδὲν μείζων αὐτοῦ, οὐδὲ κρεῖττον. οὐδὲ ἄρα ἐξ ἄλλου ἔχει. οὔτε τὸ εἶναι, οὔτε τὸ ὁποῖός ἐστιν εἶναι. αὐτὸς ἄρα αὐτῷ ὅ ἐστι πρὸς αὐτὸν καὶ ἐς αὐτὸν, ἵνα μὴ δὲ ταύτῃ πρὸς τὸ ἔξω, ἢ πρὸς ἄλλον. ἀλλὰ πρὸς αὐτὸν πᾶς.

Confirmatio superiorum. Caput XVIII.

Nihil extra Deum licet fingere. Nam Deus excogitatur tanquam superessentialis potestatis, imò actus immẽsitas, tum comprehendens superficies omnium, tum se tota penetrans profunda rerum. Intellectus primus ad Deũ comparatur tanquam circulus inferior ad centrum superioris circuli sese applicans, & naturaliter inde dependens: rursum quemadmodum lumen radijs quam plurimis foras effusum ad simplicem & intimum Solis lucem. Cum igitur intellectus sit imago quædam naturalis primi Dei, sitq; totus penitus tota ratio, constat primum illud tum natura tum voluntate rationis vniuersæ patrem, fortuitum in se nihil admittere. Denique cum tota ratio decentis expedientis opportuni tanquam bona contineatur in ipso bono, meritò bonum ipsum est ipsum decus & opportunũ. Non igitur vtcunque contigit, sed vt per suum naturale decus decet, naturaliter existit.

TV ergo quęris, nihil extra Deum quęrito: A sed intra Deum omnia quæ sunt post Deum: ipsum verò dimitte. Quod enim extra est, ipse Deus existit, comprehensio omnium & mensura, aut intimum vniuersi profundum. Quod autem extra Deum occurrit velut circulo tangens illum, totumq; inde suspensum, ratio & intellectus existitit. imò verò eatenus intellectus euadit, quatenus attingit illum, & qua ratione attingit, & qua inde depẽdet, vtpote qui hoc ipsũ quod sit intellectus habet ab illa. Age considera circulũ cẽtrũ vndiq; attingẽtẽ: ideoq; à cẽtro vim habere, & quasi centralẽ, & (vt ita dixerim) centriformem: vbi lineæ circuli ad centrũ vnicum confluentes, terminum suum centro proximum talem reddunt, quale est & illud ad quod perferuntur, & à quo quodammodo pullulant: quod quidem præstantius est, quàm cõditio linearum atque terminorum, qui sanè signa sunt linearum Atqui hæc sunt quodammodo quale & illud, obscura tamẽ atq; debilia, eiusq; quasi vestigia: quod q. dẽ & ipsa & lineas sua potestate cõtinet atq; parit. Quę sanè lineæ

A ΚΑΙ σὺ ζητῶν, μηδὲν ἔξω ζήτει αὐτοῦ, ἀλλ᾽ εἴσω πάντα τὰ μετ᾽ αὐτόν. αὐτὸν δὲ, ἔα. τὸ γὰρ ἔξω, αὐτός ἐστι περίληψις πάντων καὶ μέτρον. ἢ εἴσω ἐν βάθει. τὸ δ᾽ ἔξω αὐτοῦ, οἷον κύκλῳ ἐφαπτόμενον αὐτοῦ καὶ ἐξηρτημένον πᾶν, ὁ λόγος καὶ νοῦς. μᾶλλον δ᾽ ἂν εἴη νοῦς, καθὸ ἐφάπτεται. καὶ ᾗ ἐφάπτεται αὐτοῦ, καὶ ᾗ ἐξήρτηται, ἅτε παρ᾽ ἐκείνου ἔχων, τὸ νοῦς εἶναι. ὥσπερ ἂν οὖν κύκλος ἐ- B φάπτοιτο κέντρου κύκλῳ, ὁμολογοῖτο ἂν τὴν δύναμιν παρὰ τοῦ κέντρου ἔχειν, καὶ οἷον κεντροειδής. ᾗ γραμμαὶ ἐκ κύκλου πρὸς κέντρον ἓν συνιοῦσαι, τὸ πέρας αὐτῶν τὸ πρὸς τὸ κέντρον ποιοῦσι τοιοῦτον εἶναι, οἷον τὸ πρὸς ὃ ἠνέχθησαν, καὶ ἀφ᾽ οὗ οἷον ἐξέφυσαν, μείζονος ὄντος, ἢ κατὰ ταύτας τὰς γραμμὰς καὶ τὰ πέρατα αὐτῶν τὰ αὐτῶν, σημεῖα τῶν γραμμῶν. C καὶ ἔστι μὲν, οἷον ἐκεῖνο: ἀμυδρὰ δὲ καὶ οἷον ἴχνη ἐκείνου, τοῦ ὃ δύναται αὐτὰ, καὶ τὰς γραμμὰς δυνάμενον, αἳ πανταχοῦ

ἔχου-

ἔχουσιν αὐτό, καὶ ἐμφαίνεται διὰ τῶν γραμμῶν, οἷόν ἐστιν ἐκεῖνο. οἷον ἐξελιχθὲν * οὐκ ἐληλιμένον, οὕτω τοι καὶ τὸν νοῦν καὶ τὸ ὂν χρὴ λαμβάνειν. γινόμενον ἐξ ἐκείνου καὶ οἷον ἐκχυθὲν καὶ ἐξελιχθέν, καὶ ἐξηρτημένον ἐκ τῆς αὐτοῦ νοερᾶς φύσεως μαρτυρεῖν τὸν οἷον ἐν ἑνὶ νοῦν, οὐ νοῦν ὄντα. ἓν γὰρ ὥσπερ οὐδ᾽ ἐκεῖ γραμμάς, οὐδὲ κύκλον, τὸ κέντρον. κύκλου δὲ καὶ γραμμῶν πατέρα, ἴχνη * αὐτοῦ ὄντα. καὶ δυνάμει μενούσῃ γραμμὰς καὶ κύκλον οὐ πάντη ἀπηρτημένα αὐτοῦ, ῥώμῃ τινὶ γεγεννηκότα. οὕτω τοι κἀκεῖνα τῆς νοερᾶς περιθεούσης δυνάμεως, τὸ οἷον ἰνδάλματος αὐτοῦ ἀρχέτυπον, ἐν ἑνὶ νοῦν πολλοῖς καὶ εἰς πολλὰ οἷον νενικημένου. καὶ νοῦ διὰ ταῦτα γινομένου ἐκείνου, * πρὸς νοῦ μείναντος. τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, νοῦς γεννήσαντος, τίς ἂν συντυχία. ἢ τὸ αὐτόματον ἢ τὸ ὡς συνέβη εἶναι, τῆς τοιαύτης δυνάμεως τῆς νοοποιοῦ, * καὶ οἷον ὄντως ποιητικῆς πλησίον ἥκοι. οἷον γὰρ τὸ * ἐν νῷ πολλαχῇ μεῖζον. ἢ τοιαῦτον τὸ ἐν ἑνὶ ἐκείνῳ. ὥσπερ φωτὸς ἐπὶ πολὺ σκεδασθέντος ἐξ ἑνός τινος, ἐν αὐτῷ ὄντος διαφανοῦς. εἴδωλον μὲν τὸ σκεδασθέν. τὸ δ᾽ ἀφ᾽ οὗ τὸ ἀληθές. οὐ μὴν ἀλλοειδὲς τὸ σκεδασθὲν εἴδωλον ὁ νοῦς. ὅς, οὐ τύχη. ἀλλὰ καθ᾽ ἕκαστον αὐτοῦ, λόγος καὶ αἰτία. αἴτιον δὲ ἐκεῖνο, τοῦ αἰτίου. μειζόνως ἄρα οἷον αἰτιώτατον καὶ ἀληθέστερον αἰτία. ὁμοῦ πάσας ἔχον τὰς μελλούσας ἀπ᾽ αὐτοῦ ἔσεσθαι νοερὰς αἰτίας. καὶ γεννητικόν, τοῦ οὐχ ὡς ἔτυχεν, ἀλλ᾽ ὡς ἠθέλησεν αὐτός. ἡ δὲ θέλησις οὐκ ἄλογος ἦν. οὐδὲ τοῦ εἰκῆ. οὐδ᾽ ὡς ἐπῆλθεν αὐτῷ, ἀλλ᾽ ὡς ἔδει. ὡς οὐδενὸς ὄντος ἐκεῖ εἰκῆ. ὅθεν καὶ δέον καὶ καιρὸν ὁ Πλάτων ὡς οἷόν τε ἦν σημῆναι. ἐφιέμενος, ὅτι πόρρω τοῦ ὡς ἔτυχεν. ἀλλ᾽ ὅπερ ἐστί, τοῦτο δέον. εἰ γὰρ τὸ δέον τοῦτο, οὐκ ἀλόγως τοῦτο. καὶ εἰ καιρός, τὸ μάλιστα κυριώτατον ἐν τοῖς μετ᾽ αὐτό. καὶ πρότερον αὐτῷ, καὶ οὐχ οἷον ἔτυχε * οἷόν ἐστιν. ἀλλὰ τοῦτο ἐστιν, ὅπερ οἷον ἐβουλήθη αὐτός. εἴπερ τὰ δέοντα βούλεται καὶ ἓν τὸ δέον, καὶ ἡ τοῦ δέοντος ἐνέργεια. καὶ ἔστι δέον, οὐχ ὡς ὑποκείμενον, ἀλλ᾽ ὡς ἐνέργεια πρώτη· τοῦτο ἑαυτὴν ἐκφήνασα, ὅπερ ἔδει. οὕτω γὰρ αὐτὸν λέγειν. ἀδυνατοῦντα λέγειν ὅς τις ἐθέλει.

* οὐκ ἐξεληλιγμένον
* αὐτοῦ δ᾽ ὄντα
* πρὸ νοῦ μείναντος
* καὶ οἷον ποιητικῆς πλησίον ἥκοι
* ἐν τῷ νῷ
* τοῦτο

A illud vbique habent: ac per lineas quale ſit ipſum apparet vbique, & quaſi euolutum, & iterum non euolutum. Simili quadam ratione intellectum ipſumque ens contemplare genitum ex illo, ac velut effuſum & explicatum, atque ex ipſius intellectuali natura ſuſpenſum: ideoque intellectum eiuſmodi teſtari cogita velut intellectum in vno vigentem, qui tamen non ſit intellectus: eſt enim penitus vnum. Quemadmodum neque in circulo centrum vel linea B vlla, vel circumferentia eſt: circumferentiæ verò linearumque pater, dum ſui veſtigia præbet, poteſtateque permanente lineas circumferentiamq; producit. Quæ quidem haud omnino inde ſunt ſegregata, validiſsimo quodam vigore illinc effecta. Sic itaque ſummũ cogita Deũ, eſſe velut exemplar primum, intellectualis potentiæ circumcurrentis, ipſius tanquam imaginis: Deum inquam velut intellectum in vno vigentem, C cuius vigor quaſi multis modis moueatur atque per multa, & ita illic intellectus euadat: dum tamen Deus ſuper mentem extat, ex ſuaque potentia generat intellectum. Quænam igitur contingentia? Quis caſus? Quis euentus fortuitus apud poteſtatem tantam atque talem mentis procreatricem, vereq; effectricẽ accidere poteſt? Quale enim eſt id quod eſt in mente, tale fermè cogitatur quod eſt in D vno, quamuis ſit longè præſtantius: perinde ac ſi lumen longè diffuſum ex vno quodam in ſe manente penituſque perſpicuo prodeat. Vbi profectò quod eſt diffuſum, alterius eſt imago. Illud autem vnde hoc emicat, lumẽ eſt proculdubio verum: non tamen imago diffuſa aliena eſt & difformis, ipſe ſcilicet intellectus: qui ſanè nullam admittit fortunam, ſed quicquid ſingulatim eſt in eo, ratio quædam in ſe eſt & cauſa. Deus autem eſt cauſa cauſæ. Potiori itaque gradu cauſa Deus exiſtit, vtpote ſummopere E cauſa: cauſa inquam ratione admodum veriore, oẽs intellectuales cauſas pullulaturas inde ſimul in ſe complectens, opuſque ſuum generans non vtcunque contigit, ſed vt ipſe voluit. Voluntas autem non erat rationis expers, neque temerè fruſtraque ferebatur, neque vt forte protinus incidebat, ſed potius vt decebat: quippe cum nihil ibi temerarium ſit & vanũ. Hinc Plato ipſum appellauit decens atq; opportunum, optans vtcunque poſſet ſignifica- F re, Deum eſſe à ſorte fortuita remotiſsimum, ſed hoc ipſum quod eſt ipſum eſſe decens. Si autẽ ipſum decẽs hoc exiſtit, certè nõ abſque ratione hoc exiſtit. Ac ſi eſt opportunitas ipſa, cuius proprietas in ſequentibus maximè dominatur, nimirũ multo prius ſibi ipſi opportunitas adeſt. Itaque non quale accidit, hoc exiſtit: ſed hoc eſt potius, quod tanquam ipſe voluerit: ſiquidem decentia velit, vnumque ibi eſt ipſum decens vel opportuuum actioque decentis. Eſtque decens nõ velut ſubiectum, ſed tanquam actio prima, hoc propriè ſeipſam in lucem edens, quod & decuit. Danda eſt nominibus noſtris venia. Nam ita de Deo nos oportet loqui, poſtquam loqui de illo nõ valemus ad votum.

Confirmatio ſuperiorum. Caput XIX.

A primo rerum principio multa id munus habent, vt in ſeipſis conſiſtant, multa etiam vt quaſi ex ſeipſis exiſtant. Illud igitur ſi modò dicendum eſt exiſtere, ſummopere eſt exiſtentiæ ſuæ dominus, omni apud intellectum cogitabili exiſtentia longè ſuperior.

EX superioribus igitur aliquis ad summũ rerum principium prouocatus, illud ipsum accipiat: atque ita & ipse perspiciet, quamuis nõ quantum velit exprimere valeat. Videns autẽ illud in se omni sermone dimisso, affirmabit illud à se ipso id existens, adeò vt si haberet essentiam, sua sibi seruiret essẽtia, ac velut emanaret ab ipso. Qui ergo id fuerit contemplatus, non audebit amplius dicere, vtcunq; contigit esse, nec omnino proferre valebit. Nam si pronunciare id ausus fuerit, stupore repentè corripietur. Quinetiam hucusque sublatus, nec poterit vbi illud sit assignare: quippe cum illud vbique coram animæ oculis pariter se demonstret, & quacunque animus defigat intuitum, inspiciat illud. Nisi fortè Deo dimisso, animus retrò respiciat, nihil videlicet de illo amplius cogitans, forsan verò operæpretium est priscorum illud mysterium verbis obscurioribus inuolutum, deum scilicet esse super essentiã, hac quoque ratione considerare. Non solùm quoni am gignit essentiam, verùm etiam quia nec essentiæ, nec sibi ipsi seruit: neque principiũ eius est essentia sua, sed ille potius principiũ est essentiæ: nec eam quidem sibi ipsi fecit, sed hanc à se factam dimisit extra seipsum, vtpote qui ipso esse non egeat, qui sanè ipsum effecit. Neq; igitur secundum quod est, facit hoc ipsum quod est appellatur.

A ΛΑΜΒΑΝΕ´ΤΩ τίς οὖν ἐκ τῶν εἰρημένων ἀνακινηθεὶς πρὸς ἐκεῖνο, ἐκεῖνο αὐτὸ, καὶ θεάσεται καὶ αὐτὸς, οὐχ᾽ ὅσον θέλει εἰπεῖν δυνάμενος. ἰδὼν δὲ ἐκεῖνο, ἐν αὐτῷ πάντα λόγον ἀφεὶς, θήσεται παρ᾽ αὐτοῦ. ἐκεῖνο τοῦτο ὄν. ὡς εἴπερ εἶχεν οὐσίαν, δούλην ἂν αὐτοῦ τὴν οὐσίαν εἶναι, καὶ οἷον παρ᾽ αὐτοῦ εἶναι. οὐδ᾽ ἂν τολμήσειέ τις ἰδὼν, ἔτι τὸ ὡς συνέβη λέγειν. οὐδ᾽ ἂν ὅλως φθέγξασθαι δύναται. B ἐκπλαγείη γὰρ ἂν τολμῶν, καὶ οὐδ᾽ ἂν ἔχοι * ἀΐξας ποῦ εἰπεῖν περὶ αὐτοῦ. * πάντη γέ που αὐτῷ ἐκείνου, οἷον πρὸς ὀμμάτων τῆς ψυχῆς προφαινομένου. καὶ ὅποι ἂν ἀτενίσῃ ἐκεῖνον βλέποντος. εἰ μή που ἄλλῃ ἀφεὶς τὸν θεὸν ἀτενίσῃ, * μηδὲν ἔτι περὶ αὐτοῦ διανοούμενος. χρὴ δὲ ἴσως καὶ τὸ ἐπέκεινα οὐσίας. καὶ ταύτῃ νοεῖσθαι, τοῖς παλαιοῖς λεγόμενον δι᾽ αἰνίξεως. οὐ μόνον ὅτι γεννᾷ οὐσίαν, C ἀλλ᾽ ὅτι οὐ δουλεύει οὐδὲ οὐσίᾳ, οὐδὲ ἑαυτῷ. οὐδὲ ἐστιν αὐτῷ ἀρχὴ ἡ οὐσία αὐτοῦ. ἀλλ᾽ αὐτὸς ἀρχὴ τῆς οὐσίας ὢν, οὐχ᾽ αὑτῷ ἐποίησε τὴν οὐσίαν. ἀλλὰ ποιήσας ταύτην ἔξω εἴασεν ἑαυτοῦ. ἅτε οὐδὲν τοῦ εἶναι δεόμενος, ὃς ἐποίησεν αὐτό. οὐ τοίνυν οὐδὲ καθὸ ἐστι ποιεῖ τὸ ἐστι.

* αἴξας, τί εἰπεῖν περὶ αὐτοῦ
* πάντη αὐτῷ ἐκείνου, οἷον πρὸ ὀμμάτων
* μηδὲν ἔτι

Confirmatio superiorum. Caput XX.

Cum omnis essentia ad actum pro viribus tanquam ad melius & superius aliquid annitatur, excogitare decet principium tanquam actum essentia longè superiorem. est igitur omnis essentiæ dominus. Nec non si ipse dicit possit & esse, certè qua ratione actus est, existere se declarat. Actus inquam non in essentia, sed superior. Ergo non essentiæ, vel naturæ seruus, itaque liber. Et quatenus non aliunde seruatus, ipse se seruat, dicitur & generare seipsum, generatione videlicet sempiterna. Denique vbi agere & quomodocũque existere idem est, actus autem solet tanquam præstantius cogitari, illic certè actus considerari potest existentiam suam quasi comitem secum ferre.

QVID ergo dicet aliquis, nónne ita sequetur, Deum priusquam fieret extitisse? Si enim se facit, certè qua ratione seipsum, ibi dicitur nondum extitit: qua verò dicitur facere, iam extitit ante seipsum: quippe cum ipse sit quod fieri dicitur. Huic autem obiectioni respondendum est, omnino Deum non esse tanquã factũ, sed tanquam facientem existimãdum, effectionem eius absolutã asseuerando. Neq; talẽ, ut aliud quiddam ex actione illius efficiatur: sed actio eius non peragat vltra se quicquã, sed totũ hoc simpliciter extet. Non enim duo quædam ibi sunt, sed penitus vnum. Neq; verendum est actionem primam absque essentia ponere, sed hoc ipsum velut substantiam affirmare debemus. Siquis autẽ substantiam posuerit actione carentẽ, certè principium ipsum deficiens erit, imperfectumq; euadet: quod tamẽ est omniũ perfectissimum. Ac siquis substãtiæ adiunxerit actionẽ, vnitatẽ simplicẽ nõ seruabit. Quãobrem si actus est perfectior quàm essentia, primum verò perfectissimum est, ipsum certè primum est actus. agens itaque Deus iam est hoc ipsum. Neque licet dicere priusquã fieret extitisse, quandoquidẽ non erat antequã fieret, sed iam totus erat agẽdo. Profectò actus est essentiæ minimè seruiens: qui sanè actus purè prorsus est liber, atque sic à seipso ipse Deus existit. Iamverò si in suo Deus esse seruaretur ab alio, non ipse primus ex seipso prorsus existeret. Sin

A ΤΙ´ οὖν οὐ συμβαίνει εἴποι τις ἂν πρὶν ἢ γενέσθαι γεγονέναι. εἰ γὰρ ποιεῖ ἑαυτὸν, * τὸ μὲν ἑαυτοῦ οὔπω ἐστί. τὸ δ᾽ αὖ ποιεῖν, ἔστιν ἤδη πρὸ ἑαυτοῦ, τοῦ ποιουμένου ὄντος αὐτοῦ. πρὸς ὃ δὴ λεκτέον, ὡς ὅλως οὐ τακτέον κατὰ τὸν ποιούμενον, ἀλλὰ κατὰ τὸν ποιοῦντα. ἀπόλυτον τὴν ποίησιν αὐτοῦ τιθεμένοις, καὶ οὐχ᾽ ἵνα ἄλλο ἀποτελεσθῇ ἐξ αὐτοῦ τῆς ποιήσεως, ἀλλ᾽ οὔσης ἐνεργείας αὐτοῦ B οὐκ ἀποτελεστικῆς· ἀλλ᾽ ὅλου τούτου ὄντος. οὐ γὰρ δύο, ἀλλ᾽ ἕν. οὐδὲ γὰρ φοβητέον ἐνέργειαν τὴν πρώτην τίθεσθαι ἄνευ οὐσίας· ἀλλ᾽ αὐτὸ τοῦτο τὴν οἷον ὑπόστασιν θετέον. εἰ δὲ ὑπόστασιν ἄνευ ἐνεργείας τις θεῖτο, ἐλλιπὴς ἡ ἀρχὴ, καὶ ἀτελὴς ἡ τελειοτάτη πασῶν ἔσται. καὶ εἰ προσθείη ἐνέργειαν οὐχ᾽ ἓν τηρεῖ. εἰ οὖν τελειότερον ἡ ἐνέργεια τῆς οὐσίας, τελειότατον δὲ τὸ * πρῶ- C τερον, πρῶτον ἂν ἐνέργειαν εἴη. ἐνεργήσας οὖν ἤδη, ἐστὶ τοῦτο καὶ οὐκ ἔστιν ὡς πρὶν γενέσθαι ἦν. ὅτε γὰρ οὐκ ἦν πρὶν γενέσθαι, ἀλλ᾽ ἤδη πᾶς ἦν. ἐνέργεια δὴ * οὐ δουλεύουσα οὐσίᾳ, καθαρῶς ἐστὶν ἐλευθέρα. καὶ οὕτως αὐτὸς παρ᾽ αὐτοῦ αὐτός. καὶ γὰρ εἰ μὲν ἐσώζετο εἰς τὸ εἶναι ὑπ᾽ ἄλλου, οὐ πρώτως αὐτὸς ἐξ αὐτοῦ.

* τὸ μὲν ἐκεῖνον
* πρῶτον πρῶτον ἂν ἐνέργεια ἂν
* οὐ δουλεύσασα οὐσίᾳ

tat, sicut & voluit, & quale voluit. Tum verò A quod dicitur, quod est ibi voluntatem sequi, quod videlicet voluntas eiusmodi genuit, intelligendum est, voluntatem nihil in Deo amplius genuisse: hoc nanque iam erat. Præterea quòd traditur, Deum continere seipsum, si modò rectè dicatur, sic prorsus accipiendum, quoniam videlicet alia quidem omnia à Deo penitus sustinentur. Nam quadam participatione Dei sunt, ad ipsumque omnia reducuntur: ipse verò iam est à seipso, neque connexione vel cõtinentia, neque participatione uel præsentia B indigens: sed sibi ipsi est omnia: imò verò sibi iam nihil, vtpote qui ad se, ipsum nequaquam omnibus indiget. Verùm tu quotiens eum dices vel cogitabis, reliqua inde auferes omnia. Cum autem abstuleris omnia, ipsum verò solum reliqueris, ne quæras vltrà quid addas: sed potius ne fortè adhuc reliqueris aliquid, quod inde cogitatione tua nondum satis abstuleris. Nam licet & tibi attingere aliquid, de quo aliud præterea nec dicere nec assumere valeas. C Sed illud desuper extet solũ hoc ipsum quod est vereque liberum: quoniam nec sibi ipsi seruiat, sed solum ipsum sit, ac reuera sit ipsum.

A ὡς ἐβούλετο ἄρα, καὶ οἷον ἐβούλετο. καὶ τὸ τῇ βουλήσει ἑπόμενον, ὃ ἡ τοιαύτη βούλησις ἐγέννα, ἐγέννα δὲ οὐδὲν ἔτι ἐν αὐτῷ. τοῦτο γὰρ ἤδη ἦν, τὸ δὲ συνέχειν ἑαυτὸν, οὕτω ληπτέον νοεῖν, εἴτις αὐτὸ ὀρθῶς φθέγγοιτο. ὡς τὰ μὲν ἄλλα πάντα ὅσα ἐστὶ, παρὰ τούτου * συνέχεται. μετουσία γὰρ τινὶ αὐτοῦ ἐστι, καὶ εἰς τοῦτο ἡ ἀναγωγὴ πάντων. αὐτὸς δὲ ἤδη παρ' αὐτοῦ, οὔτε συνοχῆς οὔτε μετουσίας δεόμενος, ἀλλὰ πάντα ἑαυτῷ. μᾶλλον B δὲ οὐδὲν οὐδὲ τῶν πάντων δεόμενος εἰς αὐτόν. ἀλλ' ὅταν αὐτὸν εἴπῃς ἢ ἐννοηθῇς τὰ ἄλλα πάντα ἄφες, ἀφελὼν πάντα. καταλιπὼν δὲ μόνον αὐτὸν μήτι προσθεὶς ζήτει, ἀλλὰ μή τί πω οὐκ ἀφῄρηκας ἀπ' αὐτοῦ ἐν γνώμῃ τῇ σῇ. ἔστι γὰρ τινος ἐφάψασθαι καὶ σὲ, περὶ οὗ οὐκ ἔτι ἄλλο ἐνδέχεται οὔτε λέγειν, οὔτε λαβεῖν. ἀλλ' ὑπὲρ ἄνω κείμενον μόνον, τοῦτο ἀληθείᾳ C ἐλεύθερον, ὅτι μηδὲ δουλεῦον ἐστὶν ἑαυτῷ. ἀλλὰ μόνον αὐτὸ. καὶ ὄντως αὐτὸ, εἴγε τῶν ἄλλων ἕκαστον, αὐτὸ καὶ ἄλλο.

* ἀνέχεται

Siquidem quodlibet aliorum est & ipsum, & insuper aliud.

ΠΛΩΤΙΝΟΥ

ΕΝΝΕΑΔΟΣ ϛ.

ΛΟΓΟΣ θ.

PLOTINI

ENNEAD. SEXTAE,

LIBER IX.

ΠΕΡῚ τοῦ ἀγαθοῦ ἢ τοῦ ἑνός.

De bono vel vno.

Quicquid est præter primum, constat ex multis partibus aut viribus in vnam totius formam conciliatis.
Caput I.

Quatenus in sua cuiusq; multitudine viget vnitas, eatenus perseuerat essentia, quæ alioquin perdita vnitate disperditur. Vnitas ergo conseruat essentiam, eadem igitur & essentiam conficit atque esse. Vnitas certè in opposita sibi multitudine dominans, nec ex se existit, nec ex opposita prodijt multitudine. Igitur ex vnitate pura super essentiam vbique multiplicem in seipsa simpliciter consistente. Cum dicis vnum corpus & vnus animus, vnus calor & vnũ frigus, hic prædicata vnitas nec vnũ corpus est, alioquin animo nõ cõpeteret: nec frigus, alioquin calori minimè conueniret. Simili quodam discursu inuenies ipsum vnũ essentia qualibet eminentius, cuius virtute quæ magis vnius, eadem magis essentiæ participia fiunt. Præterea summa ipsius entis perfectio in identitate statuq; consistit: hæc verò in vnitate fundantur, sicut diuersitas ac motus in numero. Vnitas igitur quæ causa enti perfectionis existit, est ente superior. Proinde aut ens dicis idem cũ vnitate, aut ab ea diuersum: vnitatem certè identitatis fundamentũ esse fateberis: ergo si primũ illud dicis, scilicet ens esse idem cũ vnitate, extat certè ante hãc vnitatam vnitas ipsa prior, per quã sit idẽ. Sin autẽ secundũ dixeris, id est vnitatem ab ente distinctam, est vtiq; vnitas ipsa prius per se idẽ sibi quàm ab ente distincta atq; prius erit in se absolutè prima per absolutã primitatẽ, id est per naturã suam, antequã sit prior ente videlicet ad ens relata: neq; licet dicere, ita ens ab vnitate distinctũ, vt sit vnitate prius: nã si ab ea distingui dicatur, prius erit sibi ipsi idẽ. idẽ inquã per vnitatẽ. Accedit ad hæc quod nihil potest ipsa simplicitate superius cogitari. hæc autem est ipsa vnitas. Vnitas igitur non solùm est prima omnium, sed etiam est ipsa primitas.

mitas, cuius ratione cætera sunt vbique priora. Per hāc & ipsum ens prius est sequētibus, per vnitatem videlicet tū coniugatam sibi, tum etiam ipso superiorem. Neque licet dicere ens in primo signo, nec vnum esse, nec non vnum. Nisi enim sit vnum, id est simplicissimum, nondum in primo erit signo. Quòd igitur ibi sit, habere videtur per vnitatem. Cogita concurrere ens simul atque vnum: ens quidem cum sit multitudinis capax, non cogit secum esse vnum: at verò ipsum vnum compellit ens esse vel vnicum vel vnitum. Meritò igitur Boetius ait, Causa & ratio entis est vnitas. Et Auicenna Auerroisq; confitentur, vnitatem vniuscuiusq; suam esse naturam.

ΠΑ'ΝΤΑ τὰ ὄντα, τῷ ἑνί ἐστιν ὄντα. ὅσα τε πρώτως ἐστὶν ὄντα, καὶ ὅσα ὁπωσοῦν λέγεται ἐν τοῖς οὖσιν εἶναι. τί γὰρ ἂν καὶ εἴη, εἰ μὴ ἓν εἴη. ἐπείπερ ἀφαιρεθέντα τοῦ ἕν, ὃ λέγεται, οὐκ ἔστιν ἐκεῖνα. οὔτε γὰρ στρατός ἐστιν, εἰ μὴ ἓν ἔσται, οὔτε χορὸς. οὔτε ἀγέλη μὴ ἓν ὄντα. ἀλλ' οὐδὲ οἰκία, ἢ ναῦς, τὸ ἓν οὐκ ἔχοντα. ἐπείπερ ἡ οἰκία ἓν καὶ ἡ ναῦς, ὃ εἰ ἀποβάλοι, οὔτ' ἂν ἡ οἰκία ἔτι οἰκία, οὔτε ἡ ναῦς. τὰ τοίνυν συνεχῆ μεγέθη, εἰ μὴ τὸ ἓν αὐτοῖς παρείη, οὐκ ἂν εἴη. τμηθέντα γοῦν καθόσον τὸ ἓν ἀπόλλυσιν, ἀλλάσσει τὸ εἶναι. καὶ δὴ καὶ τὰ τῶν φυτῶν καὶ ζώων σώματα, ἓν ὄντα ἕκαστα, εἰ φεύγει τὸ ἕν, εἰς πλῆθος θρυπτόμενα, τὴν οὐσίαν αὐτῶν ἣν εἶχεν ἀπώλεσεν. οὐκέτι ὄντα ἃ ἦν. ἀλλὰ δὲ γινόμενα, καὶ ἐκεῖνα ὅσα ἕν ἐστι. καὶ ἡ ὑγίεια δέ, ὅταν εἰς ἓν * συνταχθῇ τὸ σῶμα. καὶ κάλλος, ὅταν ἡ τοῦ ἑνὸς τὰ μόρια κατέχῃ φύσις. καὶ ἀρετὴ δὲ ψυχῆς ὅταν εἰς ἕν, καὶ εἰς μίαν ὁμολογίαν ἑνωθῇ. ἆρ' οὖν ἐπειδὴ τὰ πάντα εἰς ἓν ἄγει, δημιουργοῦσα καὶ πλάττουσα καὶ μορφοῦσα καὶ συντάττουσα, ἐπὶ ταύτην ἐλθόντας δεῖ λέγειν ὡς αὐτὴ τὸ ἓν χορηγεῖ. καὶ αὐτή ἐστιν τὸ ἕν, ἢ ὥσπερ τὰ ἄλλα χορηγοῦσα τοῖς σώμασιν οὐκ ἔστιν αὐτὴ ὃ δίδωσιν, οἷον μορφὴν καὶ εἶδος· ἀλλ' ἕτερα αὐτῆς, οὕτω χρὴ εἰ καὶ ἓν δίδωσιν, ἕτερον ὂν αὐτῆς, νομίζειν αὐτὴν διδόναι. καὶ πρὸς τὸ ἓν βλέπουσαν, ἓν ἕκαστον ποιεῖν. ὥσπερ καὶ πρὸς ἄνθρωπον * ἄνθρωπον συλλαμβάνουσαν μετὰ τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ ἕν. τῶν γὰρ ἓν λεγομένων, οὕτως ἕκαστον, ἐστὶν ἕν, ὡς ἔχει, καὶ ὅ ἐστιν. ὥστε τὰ μὲν ἧττον ὄντα, ἧττον ἔχει τὸ ἕν. τὰ δὲ μᾶλλον, μᾶλλον. καὶ δὴ καὶ ψυχὴ ἕτερον οὖσα τοῦ ἑνὸς, μᾶλλον ἔχει κατὰ τὸν λόγον τοῦ μᾶλλον, καὶ ὄντως εἶναι τὸ μᾶλλον ἕν. οὐ μὴν αὐτὸ τὸ ἕν, ψυχὴ γὰρ μία. καὶ συμβεβηκὸς πως τὸ ἕν. καὶ δύο ταῦτα, ψυχὴ καὶ ἕν, ὥσπερ σῶμα καὶ ἕν. καὶ τὸ μὲν διεστηκὸς ὥσπερ χορὸς, * πορρωτέρω τοῦ ἕν. τὸ δὲ συνεχὲς, ἐγγυτέρω. ψυχὴ δὲ μᾶλλον κοινωνοῦσα καὶ αὐτή. * εἰ δ' ὅτι μᾶλλον αὐτὸ τοῦ ἓν εἶναι, οὐδ' ἂν ψυχὴ εἴη, ταύτη εἰς ταὐτόν τις ἄγει ψυχὴν καὶ τὸ ἕν; πρῶτον μὲν καὶ τὰ ἄλλα ἐστὶν ἕκαστα μετὰ τοῦ ἓν εἶναί ἐστιν. ἀλλ' ὅμως ἕτερον

* συναχθῇ

* ἄνθρωπον βλέπουσαν μετὰ τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ ἕν

* πορρωτάτω τοῦ ἕν

* εἰ δ' ὅτι ἄλλο τοῦ ἓν εἶναι

A OMNIA entia ipso vno sunt entia, tum quę primo entia sunt, tum etiam quæ quoquò modo in rerū ordine numerantur. Nam & quidnā forent, nisi vnum forent? Siquidem priuata vno, non amplius sunt quod esse antè dicūtur. Neq; enim exercitus erit, nisi fuerit vnū: neq; B chorus, neque grex vllus, nisi similiter sint & vnum. Tum verò nec domus neq; nauis erunt, nisi potiantur vno: siquidem domus vnum aliquid est & nauis. Quod quidē si abiecerint, nec domus vlterius erit dom⁹, neq; nauis similiter erit nauis. Continuè igitur magnitudines, nisi insit vnum, nunquā erunt. Cū itaq; diuidūtur, quatenus amittūt vnū, esse quoq; commutant. Quinetiā plātarū animaliūq; corpora quę vnū singula sunt, si quando fugerint vnū, in multi- C tudinē videlicet dissipata, essentiam statim suā quā habebāt, amittēt, nec quę prius erant, vlterius erūt: sed statim euadent alia, quæ quidē & ipsa sint, quatenus sint & vnum. Tunc præterea viget sanitas, quando corpus conciliatur in vnum: tunc pulchritudo floret, quando virtus vnius membra connectit: tunc virtus in anima regnat, quando in vnum animus, & in vnā cōspirat consensionem. Cum verò anima omnia perducat ad vnum fabricans, fingens, formās, D simul ordinans, nunquid ad hanc vsque profecti, asseuerare debemus hanc quidem vnum rebus suppeditare, ipsam verò iam ipsum vnum existere? Sed profectò quemadmodum alia corporibus suggerens non tam est ipsa, quod traditur, velut formam speciemque tradendo, sed alia sunt quàm anima quæ tribuuntur ab ipsa: sic existimandum est, & si largitur vnum, diuersum tamen ab anima vnum esse, ipsamque animam ad vnum aspicientem quodlibet E vnum efficere, sicut aspiciendo ad hominē, ritè hominem fabricari. Simul tamē assumēdo vnā cum homine ipsum in homine vnum. Eorum sanè quæ dicūtur vnū, quodlibet sic est vnum, sicut & hoc ipsū quod est in se habet. Quapropter & minus quidem entia, minus vnum possident: quo verò magis sunt, similiter sunt magis & vnum. Iam verò anima cum aliud sit quàm vnum, tamen quatenus magis veriusq; est, eatenus magis possidet vnum, neque tamē vnum ipsum existit. Est enim anima vna, vbi F vnum est quasi contingens. Duoque hęc sunt, anima videlicet atque vnum, quemadmodum corpus simul & vnum. Profectò quod discretum est, velut chorus, remotissimum est ab vno: quod verò cōtinuum, est vni propinquius: sed anima etiam multo propinquior, vnius & ipsa particeps. Siquis autem obijciat animam idem esse penitus atque vnum, propterea quòd non sit anima, nisi sit vnum: respondebimus, primò quidem, alia quoque similiter singulatim esse, simulque existere vnum: veruntamen aliud

εἰ δὲ αὐτὸς αὑτὸν, ὀρθῶς λέγεται συνέχειν. αὐτός ἐστι καὶ ὁ παράγων ἑαυτόν. εἴπερ ὅπερ συνέχει κατὰ φύσιν, τοῦτο καὶ ἐξ ἀρχῆς πεποίηκεν εἶναι. εἰ μὲν οὖν χρόνος ἦν ὅθεν ἤρξατο εἶναι, τὸ πεποιηκέναι κυριώτατον ἂν ἐλέχθη. νῦν δὲ εἰ καὶ πρὶν αἰῶνα εἶναι ὅπερ ἐστὶν ἦν, τὸ πεποιηκέναι ἑαυτὸν τοῦτο νοείτω, τὸ σύνδρομον εἶναι τὸ πεποιηκέναι καὶ αὐτό. ἐν γὰρ τῇ ποιήσει καὶ οἷον γεννήσει ἀϊδίῳ, τὸ εἶναι ὅθεν καὶ τὸ ἄρχων ἑαυτοῦ. καὶ εἰ μὲν δύο, κυρίως· εἰ δὲ ἕν, τὸ ἄρχων μόνον. οὐ γὰρ ἔχει τὸ ἀρχόμενον. πῶς οὖν ἄρχον, οὐκ ὄντος πρὸς ὅ. ἢ τὸ ἄρχον ἐνταῦθα, πρὸς τὸ πρὸ αὐτοῦ, ὅτι μηδὲν ἦν. εἰ δὲ μηδὲν ἦν, πρῶτον. τοῦτο δὲ, οὐ τάξει, ἀλλὰ κυριότητι καὶ δυνάμει αὐτεξουσίῳ καθαρῶς. εἰ δὲ καθαρῶς οὐκ ἔστιν ἐκεῖ λαβεῖν τὸ μὴ αὐτεξουσίως, ὅλον οὖν αὐτεξουσίως ἐν αὐτῷ. τί οὖν αὐτοῦ, ὃ μὴ αὐτός. τί οὖν ὃ μὴ ἐνεργεῖ. καὶ τί οὐ μὴ ἔργον αὐτοῦ. εἰ γὰρ τι εἴη μὴ ἔργον αὐτοῦ ἐν αὐτῷ, οὐ καθαρῶς ἂν εἴη, οὔτε αὐτεξούσιος οὔτε πάντα δυνάμενος, ἐκείνου τε γὰρ οὐ κύριος. πάντα τε οὐ δυνάμενος, ἐκεῖνο γοῦν οὐ δύναται, οὗ μὴ αὐτὸς κύριος εἰς τὸ ποιεῖν.

A Sin autem ipse se rectè dicitur continere, nimirum & ipsemet se producere iudicandus, siquidem quod secũdum naturam continet aliquid idem & ab initio fecit. Si igitur fuisset tempus, ex quo esse cœpit, meritò hoc ipsum quod se fecisse dictum est, ratione admodũ propria esset dictum. Cum uerò ante ipsam quoque æternitatẽ, hoc ipsum quod est Deus extiterit, quod dicitur se fecisse, sic precipuè cogitetur scilicet, æquè concurrere, tum effecisse, tum ipsum. B Ibi namque ipsum esse vnà cum effectione, ac velut sempiterna quadam generatione prorsus est vnũ. Similiter quod in Deo sui ipsius princeps nuncupari solet, si ibi duo quædam sunt, propriè admodum est assumptum: sin verò vnum, proculdubio princeps ibi solùm est: non enim sibi subditum illic habet. Sed quònam pacto dicitur sui princeps & dominus, cùm non ibi sit, ad quod donatio referatur? Forsan verò C dominator ibi censetur, quantum supernè consideratur: quoniam videlicet nihil superius extet. Si autem nihil est superius, hoc est proculdubio primum, primum inquam, non ordine quodam, sed auctoritate propria, ac purè libera potestate. Si autem purè, non licet illic accipere quicquam minimè liberum. Totũ igitur liberè prorsus & libenter est in seipso. Quidnã igitur est ipsius, quod non sit ipse? Quidnam est ibi, quod non agat ipse? Quid deniq; illic occurrit, quod nõ ipsius sit opus? Si quod enim in eo foret non opus eiusdẽ, haud quaquã purè vel esset liber, vel omnia potens. Illius namq; non foret dominus, nec omnia potens, nimirũ non posset illud, ad quod agendum dominus ipse non esset.

Confirmatio superiorum. *Caput XXI.*

Principium est optima & immensa potestas. Siquis ergo fingat hanc posse vel potuisse aliter se habere, impotentem finget. Sicut enim permutari ex ipso bono malum est: similiter ex ipsa potentia summa totaq́ permutari posse, est impotentia miseranda. Plotinus & in superioribus & in præsentia intellectum & voluntatem intelligibili intellectu & affectante voluntate superiorẽ non negat Deo. Proinde volũtas in Deo est ipsa natura Dei. Sicut ergo Deus cõsideratur ex sua natura, sic & voluntate propria prodijsse, penes quẽ existere & velle sunt idẽ. Nota, posse animum tuum penes Deum nonnihil attingere, sed lumine quodam desuper illustrante: te verò mox quicquid vltra succurrerit, auferre debere.

ΕΔΥΝΑΤΟ οὖν ἄλλο τι ποιεῖν ἑαυτὸν, ἢ ὃ ἐποίησε; ἢ οὕτω καὶ τὸ ἀγαθὸν ποιεῖν ἀναιρήσομεν, ὅτι μὴ ἂν κακοποιοῖ. οὐ γὰρ οὕτω τὸ δύνασθαι ἐκεῖ, ὡς καὶ τὰ ἀντικείμενα, ἀλλ' ὡς ἀστεμφεῖ καὶ ἀμετακινήτῳ δυνάμει, ἣ μάλιστα δύναμίς ἐστιν, ὅταν μὴ ἐξίστηται τοῦ ἕν. καὶ γὰρ τὸ τὰ ἀντικείμενα δύνασθαι, ἀδυναμίας ἐστὶ, τοῦ τὸ ἐπὶ τοῦ ἀρίστου μένειν. δεῖ δὲ καὶ τὴν ποίησιν αὐτοῦ ἣν λέγομεν, καὶ ταύτην ἅπαξ εἶναι. καλὴ γὰρ καὶ τίς ἂν παρατρέψειε βουλήσει γινομένην θεοῦ καὶ βούλησιν οὖσαν. βουλήσει οὖν μήπω ὄντος. τί δὲ βούλησιν ἐκείνου ἀβουλοῦντος τῇ ὑποστάσει. πόθεν οὖν αὐτῷ ἔσται ἡ βούλησις, ἀπὸ οὐσίας *ἀνεργήτου. ἢ ἦν βούλησις, ἔνγε τῇ οὐσίᾳ. οὐχ' ἕτερον ἄρα τῆς οὐσίας οὐδέν. ἢ τί ἦν. ὃ μὴ ἦν. οἷον ἡ βούλησις. πᾶν ἄρα βούλησις ἦν.* καὶ οὐκ ἔνι τὸ μὴ βουλόμενον.* οὐδὲ τὸ πρὸ βουλήσεως ἄρα. πρῶτον ἄρα ἡ βούλησις αὐτός. καὶ τὸ

*ἀνενεργήτου

* καὶ οὐκ ἔνι

*οὐ δὲ τὸ προβουλήσει ἄρα

A QVAERITVR igitur, num aliud facere se potuerit, quàm quod effecit? Veruntamen si id concesserimus, etiam negabimus facere bonum, malum certè non facere. Iam verò non sic ibi potestas accipitur, vt & opposita possit: sed quoniam constanti & immutabili fruitur potestate, quæ quidem potissimum est potestas, quando ab ipso quod est vnum nullo modo digreditur: nam & opposita posse infirmitatis est. B omnino potentis in optimo permanere. Oportet autem effectionem eius quam dicimus, ipsam simul semelque existere: est enim optima. Et quisnam eam peruertere possit, quæ & voluntate fit Dei, & ipsa est Dei voluntas? Sed quæritur nunquid voluntate fiat Dei nõdum existentis? Quid rursus dicamus illic voluntatem, nunquid illius in ipsa substantia nondum volentis? Et vnde nam sit ipsi voluntas? Num ab essentia nondũ aliquid operante? Sed in essentia voluntas erat: ideoq; nihil ab essentia ibi diuersum: alioquin ibi aliquid extitisset, quod non tanquam voluntas existeret. Totum ergo voluntas erat, nec quicquam erat ibi non volens, neq; igitur quod ante voluntatẽ esset. Principiò igitur ipsa volũtas ipse Deus existit. Ita igitur ex-

vnũ esse quàm illa. Non enim idem est omnino corpus & vnũ, sed corpus vnius est particeps. præterea etiã vnamquanq; animã in se existere multã, quãuis ex partibus minimè cõponatur. Nam multę in ea sunt vires: nẽpe ratiocinatur, appetit, percipit, siue animaduertit: quæ sanè vno quodam tanquam vinculo connectuntur. Tradit quidem anima alteri vnum, quippe cũ & ipsa sit vnum: sed vnum hoc ipsa quoque interim, velut patiens ab alio suscipit.

A αὐτῶν τὸ ἕν. οὐ γὰρ ταὐτὸν σῶμα καὶ ἕν. ἀλλὰ τὸ σῶμα μετέχει τοῦ ἑνός. ἔπειτα δὲ, πολλὴ ἡ ψυχὴ ἐστὶν ἡ μία, κἂν εἰ μὴ ἐκ μερῶν. πλεῖσται γὰρ δυνάμεις ἐν αὐτῇ λογίζεσθαι, ὀρέγεσθαι, ἀντιλαμβάνεσθαι. ἃ τῷ ἑνὶ ὥσπερ δεσμῷ συνέχεται. ἐπάγει μὲν δὴ ψυχὴ τὸ ἓν ἕν, οὖσα καὶ αὐτὴ, ἄλλῳ. πάσχει δὲ τοῦτο καὶ αὐτὴ, ὑπ' ἄλλου.

Quælibet essentia naturalem sibi multitudinem possidet ab initio, atq; interea est aliquid vnum. Cap. II.

Singulatim discurrendo aliud quidem est hoc ens, aliud autẽ est hoc vnũ. Nam quatenus ens, est etiã multitudo quædã: qua verò ratione vnũ, esse multitudo nõ potest. Quãobrẽ super singula entia aliud est ens ipsum, aliud ipsum vnũ, neq; disponũtur ex æquo, ne duo rerũ principia sint: neq; vnũ est sub ente, alioquin & vnũ esse multiplex, & ens nõ esset vnius particeps. Ens igitur est sub vno præsertim, quoniã essentia prima atq; mẽs est naturaliter omniformis, & ideo pura simplicitate posterior. Quæ quidẽ pura vnitas dũ per vnionẽ in essentia sua cũcta conseruat, declarat per vnitatẽ se omnes essentias cõfecisse. Præterea ipsum intelligibile amplius quã ens esse videtur. Intelligimus enim nõ solùm entia atq; esse, verùm etiã nõ entia atq; nõ esse. Nõ tamẽ est latius vno: nã etiã vbi discretã prorsus multitudinẽ cogitamus, intelligimus hanc tanquã pluries vnũ. Siquis autem ens latissimũ esse dicat, cõcedemus quidẽ ad omnes species indeterminatũ esse: interea tamẽ ad omnes determinabile. Ipsum verò vnũ determinabile est ad nullũ: igitur simplicissimũ atq; primũ. Item essentia, vita, intelligẽtia sunt tres quædã particulares perfectiones formaliter inter se distinctæ: ipsa igitur simpliciter perfectio, antequã in tres eiusmodi diuidatur, indiuisa est, & ita semper permanet in seipsa. Hoc ipsum verò scilicet esse in se indiuisum, ratio est ipsius vnius perfectioq; ipsa simpliciter. Est igitur vnitas ante ens & vitã, atq; sapientiã. Quoniã verò perfectio simplex & bonitas idẽ sunt, cõsequitur ipsum bonũ esse superius ente. Itemq; ens vel simplex est omnino vel cõpositũ. Si primũ, ipsa ratio entis est ipsa essentialis vnitas atq; simplicitas: si secũdũ, essentia entis est ipsa essentialiũ principiorũ suorũ vnio: sed super vnitatẽ essentialẽ essentialiũq; vnionẽ est ipsa simpliciter vnitas. Quæ si entis sit posterior, iam & ipsa nõ vnitas est, sed multiplex: & ipsum ens in primo sui signo non erit vnũ aliquid. ergo multitudo infinita vel nihilum. Siue dederis aliquod ens, siue ipsum simpliciter ens, diuisibile est in partes, siue insitas, siue subiectas, & multitudinis alicuius natura capax. Ipsa verò vnitas tale nihil admittit. Diuersa est igitur & superior. Ens quidẽ diuisione totius in entia deriuatur: vnitas autẽ nõ diuisione, sed repetitione totius in vnũ hoc & illud se diffundit. Ens itẽ diuisione minuitur: vnũ verò contrà diuisione semper multiplicatur. Deniq; ipsi quoq; Peripatetici declarant excellentiã vnitatis. Nẽpe docent eandẽ esse formæ vnitatisq; naturã, quoniã quo quidq; ens est, eodem sit & vnũ. Ideoq; cũ ex forma sit ens, eadẽq; vnũ, meritò formæ vnitatisq; naturã eadẽ esse. Addunt huius & illius rationẽ esse diuersam. Cum enim proprietas quidem formæ sit per potentiã formabilẽ se diffundere, vnitatis verò proprietas simpliciter in se consistere, atque interim vnire cætera & intus & extra, constat rationem vnitatis non solùm esse à forma, ideoq; ab essentia differentem, sed simpliciorem etiam prioremq;, & magis ad excelsitudinem principij pertinentem.

RELIQVVM est indagare, nunquid in quolibet eorum quæ singulatim sunt vnum, non idem sit sua cuiusq; essentia, quod & vnũ. In vniuerso autẽ ente atq; essentia idem sit essentia vel ens prorsus & vnum, adeò vt qui ens ipsum inuenerit, vnũ quoq; fuerit assecutus. Nempe cũ ipsa essentia ipsum sit vnum, velut si essentia sit intellectus, ipsum quoq; vnum intellectus existat. Intellectus inquam qui primò ens, primoq; sit vnum. Cumq; tradat alijs essendi munus, sic & eatenus largiatur & vnũ. Quid enim aliud quispiam præter ens intellectumq; esse dixerit vnũ? Ipsum nanq; vnum, aut idem atq; ens existit. Homo enim & homo vnus est idem: aut saltem quemadmodũ cuiuslibet numerus quidam est, velut si duo quædam dixeris, ita profectò de re quadã sola dicitur vnum. Si ergo numerus est aliquid entium, nimirum entiũ aliquid est & vnum: quidue sit, superest inquirendum. Sin autem totum hoc machinatio quędam est animi, res dinumerare aggredientis atq; atq; prosequentis, sequitur ipsum vnum nihil reuera in rebus existere. Ratio tamen superior asserebat, quidquid amitit vnum, esse simul amittere. Consideratione itaque dignum est, nunquid singulatim idem sit hoc ens atque hoc vnum, similiterque ipsum omnino ens, ipsumque simpliciter vnum sit penitus idem: sed profectò si ens vniuscuiusq; multitudo quædam est, ipsum verò vnum esse multitudo

A Ἆρ' οὖν ἑκάστῳ μὲν τῶν κατὰ μέρος ἓν οὐ ταὐτὸν ἡ οὐσία αὐτοῦ καὶ τὸ ἕν, ὅλως δὲ τῷ ὄντι καὶ τῇ οὐσίᾳ ταὐτὸν ἡ οὐσία αὐτοῦ, καὶ τὸ ὂν, καὶ τὸ ἕν. ὥστε τὸν ἐξευρόντα τὸ ὂν, ἐξευρηκέναι καὶ τὸ ἕν, καὶ αὐτὴν τὴν οὐσίαν αὐτὸ εἶναι τὸ ἕν. οἷον εἰ νοῦς ἡ οὐσία, νοῦν καὶ τὸ ἓν εἶναι, πρώτως ὄντα ὂν, καὶ πρώτως ἕν. μεταδιδόντα δὲ τοῖς ἄλλοις τοῦ εἶναι, οὕτω καὶ κατὰ τοσοῦτον καὶ τοῦ B ἑνός. τί γὰρ ἄν τις * καὶ παρ' αὐτὰ εἶναι αὐτὸ φῆσαι, εἰ γὰρ ταὐτὸν τῷ ὄντι, ἄνθρωπος γὰρ, καὶ εἷς ἄνθρωπος ταὐτὸν, ἢ οἷον ἀριθμός τις ἑκάστου. ὥσπερ εἰ δύο τινὰ ἔλεγες. οὕτως ἐπὶ μόνου τινὸς τὸ ἕν. εἰ μὲν οὖν ἡ ἀριθμὸς τῶν ὄντων, δῆλον ὅτι καὶ τὸ ἕν. καὶ ζητητέον τί ἐστιν. εἰ δὲ ψυχῆς ἐνέργημα τὸ ἀριθμεῖν ἐπεξιούσης, οὐδὲν ἂν εἴη ἐν τοῖς πράγμασι τὸ ἕν. ἀλλ' C ἔλεγεν ὁ λόγος εἰ ἀπολεῖ ἕκαστον τὸ ἕν, μηδ' ἔσεσθαι τὸ παράπαν. ὁρᾶν οὖν δεῖ, εἰ ταὐτὸν τὸ ἕκαστον ἐστὶ τὸ ὂν καὶ τὸ ὅλως ὂν, καὶ τὸ ἕν. ἀλλ' εἰ τὸ ὂν τὸ ἑκάστου πλῆθός ἐστι, τὸ δὲ ἓν ἀδύνατον

* καὶ παρ' ἂν τὸ εἶναι αὐτὸ φῆσαι. ἢ γὰρ

non

πλῆθος εἶναι. ἕτερον ἂν εἴη ἑκάτερον. ἄνθρωπος γοῦν, καὶ ζῶον, καὶ λογικὸν, καὶ πολλὰ μέρη. καὶ συνδεῖται ἑνὶ τὰ πολλὰ ταῦτα. ἄλλο ἄρα ἄνθρωπος καὶ ἕν. εἰ τὸ μὲν μεριστὸν, τὸ δὲ ἀμερές. καὶ δὴ καὶ τὸ ὅλον ὂν, πάντα ἐν αὑτῷ ἔχον τὰ ὄντα, πολλὰ μᾶλλον τὰ ὄντα ἂν εἴη. καὶ ἕτερον τοῦ ἑνός. μεταλήψει δὲ * ἔχον καὶ μεθέξει τὸ ἕν. ἔχει δὲ καὶ ζωὴν καὶ νοῦν τὸ ὄν. οὐ γὰρ δὴ νεκρόν. πολλὰ ἄρα τὸ ὄν. εἰ δὲ νοῦς τοῦτο εἴη, καὶ οὕτω πολλὰ ἀνάγκη εἶναι καὶ ἔτι μᾶλλον εἰ τὰ εἴδη περιέχοι. οὐδὲ γὰρ ἡ ἰδέα ἕν. ἀλλ' ἀριθμός μᾶλλον. καὶ ἑκάστη, καὶ ἡ σύμπασα. καὶ οὕτως ἕν, ὥσπερ ἂν ἦ ὁ κόσμος ἕν. ὅλως δὲ τὸ μὲν ἕν, * τὸ πρῶτον· ὁ δὲ νοῦς καὶ τὰ εἴδη καὶ τὸ ὄν, οὐ πρῶτα. εἶδός τε γὰρ ἕκαστον ἐκ πολλῶν, καὶ σύνθετον, καὶ ὕστερον. ἐξ ὧν γάρ ἐστιν ἕκαστον, πρότερα ἐκεῖνα. ὅτι δὲ οὐχ οἷόν τε τὸν νοῦν τὸ πρῶτον εἶναι, καὶ ἐκ τῶνδε δῆλον ἔσται. τὸν νοῦν, ἀνάγκη ἐν τῷ νοεῖν εἶναι. καὶ τόνγε ἄριστον καὶ τὸν οὐ πρὸς τὸ ἔξω βλέποντα, νοεῖν τὸ πρὸς αὐτοῦ. εἰς ἑαυτὸν γὰρ ἐπιστρέφων, εἰς ἀρχὴν ἐπιστρέφει. καὶ εἰ μὲν αὐτὸς τὸ νοοῦν καὶ τὸ νοούμενον, διπλοῦς ἔσται, καὶ οὐχ ἁπλοῦς. οὐδὲ τὸ ἕν. * εἰ δὲ πρὸς τὸ ἕτερον βλέπει, πάντως πρὸς τὸ κρεῖττον καὶ πρὸ αὐτοῦ. εἰ δὲ πρὸς αὑτὸν καὶ πρὸς τὸ κρεῖττον, καὶ οὕτω δεύτερον. καὶ χρὴ τὸν νοῦν τοιοῦτον τίθεσθαι, οἷον παρεῖναι μὲν τῷ ἀγαθῷ, καὶ τῷ πρώτῳ, καὶ βλέπειν εἰς ἐκεῖνον. συνεῖναι καὶ ἑαυτῷ, νοεῖν τε καὶ ἑαυτὸν, καὶ νοεῖν ἑαυτὸν ὄντα τὰ πάντα. πολλοῦ ἄρα δεῖ τὸ ἓν εἶναι, ποικίλον ὄντα. οὐ τοίνυν οὐδὲ τὸ ἓν τὰ πάντα ἔσται. οὕτω γὰρ, οὐκ ἔτι ἓν εἴη, οὐδὲ νοῦς. καὶ γὰρ ἂν οὕτως εἴη τὰ πάντα, τοῦ νοῦ τὰ πάντα ὄντος· οὐδὲ τὸ ὄν. τὸ γὰρ ὂν, τὰ πάντα.

* ἔχει
* πρῶτον
* εἰ δὲ πρὸς ἕτερον

A non poteſt,proculdubio diuerſum inter ſe erit vtrunque. Homo igitur eſt & animal & rationale,partesque multæ, multaq; in eo vno quodam coglutinantur. Aliud igitur homo eſt,aliud vnum: ſiquidem homo quidem diuiduus eſt,vnum verò penitus indiuiduum. Atqui & totum ens cuncta in ſe omnia cōtinens magis etiam exiſtit multa,& ab vno diuerſum,participatione tamen poſsidet vnum. Præterea ens vitam habet & mentem.Nefas enim eſt,vita va
B cuum id opinari.Ens igitur eſt & multa.Quod ſi ens eſt intellectus, ſic rurſum eſt neceſſario multa, idque multò etiam magis ſi ſpecies cōprehēdit:idea namq; non eſt penitus vnū, ſed potius eſt numerus aliquis,tum idea quælibet, tum vniuerſa:atq; ita vnum, ſicut mundus eſt vnum. Omnino autem vnum quidem exiſtit primum:ſed intellectus ſpeciesque & ens prima eſſe non poſſunt. Quælibet enim ſpecies cō
C ſtat ex multis,& compoſitum quiddā eſt, ideoque poſterius.Illa enim ex quibus vnumquodque componitur,ritè priora cenſentur. Quòd autem intellectus eſſe nequeat ipſum primū, per hæc quoque patebit. Intellectū neceſſe eſt in intelligendo conſiſtere. Et certè optimum intellectum, & qui non externa proſpicit, neceſſarium eſt quod ſuperius eſt intelligere: nēpe dum conuertitur in ſeipſum, reuertitur in
D principium.Iam verò ſi ipſe idem eſt, & quod intelligit,& quod intelligitur, duplex iam exiſtit:cumque ſimplex non ſit, meritò nec eſt vnum. Sin autē ad aliud aſpicit,omnino ad melius ſuſpicit atque ſuperius.Quòd ſi tum ad ſe, tum ad præſtantius figit intuitum, ſic quoq; ſecundum gradum tenere videtur.Oportet ſanè mentem ſic affectā aſſeuerare, vt adſtet quidem bono primoque,ipſumque ſuſpiciat: præterea ſecum habitet, ſeipſam animaduertens, atque ita cuncta ſe eſſe cognoſcens. Cum igitur
E intellectus ſit adeò varius,procul abeſt, vt ipſū ſit vnum.Quamobrem nec ipſum quidem vnū eſſe omnia: alioquin non amplius foret vnum:neque etiam eſt intellectus. Sic enim rurſus omnia foret:quippe cū intellectus ipſe ſit cūcta. Deniq; neq; ens eſſe putandum,ens enim ipſum prorſus eſt omnia.

Acceſſus ad Deum. Cap. III.

Animus etiam cum propemodum accedit ad Deum,ambiguitate laborat. Tam quia intellectus &,ſpecies eſt, & ſpeciebus conſueuit inniti. Deus autem ſpeciem habet nullam.Tum etiam,quia animus tunc demum acceſsiſſe poteſt,cum ipſe factus eſt Deus.ambigit ergo mox,vtrum ipſemet ſibi,an alter occurrat. Quiſquis accedit ad Deum bonum ſummum vnum,diſcedat ab oppoſitis,id eſt à malo,ab infimis,à multitudine,excedat etiam intellectū. Intellectus enim non eſt ipſum ſimpliciter ens,ſed ens dūtaxat intellectuale. Deus autem eſt quolibet ente ſuperior, imò & ipſo ſimpliciter ente. Sicut enim ens ſenſibile forma ſenſibili terminatur, ſic ens intelligibile forma finitur intelligibili. Sic denique ipſum ens ipſa entis forma determinatur. Principium verò ſuper omne determinatum extat.Neque ſtare dicitur,ne ſtare ſtatu cogatur. Nec vlla ad res habitudine facit quicquam.Sed res ab illo fiunt quaſi non faciente.ſicut non mutato mutantur.

ΤΙ' ἂν οὖν εἴη τὸ ἕν; καὶ τίνα φύσιν ἔχον; ἢ οὐδὲν θαυμαστὸν, μὴ ῥᾴδιον εἰπεῖν εἶναι, ὅπου μηδὲ τὸ ὂν ῥᾴδιον, μηδὲ τὸ εἶδος. ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν γνῶσις, εἴδεσιν ἐπερειδομένη. ὅσῳ δ' ἂν εἰς ἀνείδεον ἡ ψυχὴ * ἴῃ, ἐξαδυνατοῦσα περιλαβεῖν τῷ μὴ ὁρίζεσθαι καὶ οἷον τυποῦσθαι, ὑπὸ ποικίλου τοῦ τυποῦντος, ἐξολισθάνει καὶ * φθονεῖται, μὴ οὐ-

* ἴῃ
* φοβεῖται

F QVIDNAM igitur eſt ipſum vnum?quāue naturam habet? Sed profectò nihil mirum eſt non eſſe id facile dictu, quippe cum neque ens neque ſpecies exprimi facilè poſsit:nempe cognitio noſtra ſpeciebus innititur. Quando verò ad informe aliquid fertur anim⁹ cū cōprehēdere nequeat, ꝓpterea quòd nō determinetur,neq; velut figuretur vario quopiā figurāte, protinus inde prolabitur,metuens ne fortè ni-

hil ibi reportet. Quamobrem in rebus eiuſmodi valde laborat, libẽterq; inde ſępe deſcẽdit, ab omnibus videlicet decidẽs, quouſq; ad aliquid ſenſibile proruat, vbi quaſi in ſolido conquieſcat: velut aſpectus in diſcernendis ſæpe paruis defatigatus, libẽter ad maiora ſe flectit. Sed quãdo animus videre per ſeipſum ſtudet, cum ſe videat ſolum, propterea quòd cum ipſo videndo conflетur in vnum, ſitque cum illo iam vnũ, nimirum ex eo quod cum ipſo vnum eſt, nondum quod quærit habere ſe putat: quoniam ab eo quod intelligitur, non eſt diuerſus. Operæprecium eſt in primis eum qui circa ipſum vnum philoſophaturus ſit, ita ſe comparare: nempe cum vnum ſit id quod quærimus, principiumque omnium & ipſum bonum atq; primum, meritò ab ijs quæ ſunt circa prima oportet non eſſe remotum, nec vllo modo ad omnium extrema præcipitari: ſed aſcendentem ad prima ſeipſum ad excelſa reducere, ab his quæ ſentiuntur, poſtremaque ſunt. Expedit rurſus animum adhibere omni malignitate purgatũ, dum ad bonum affectat accedere: præterea in principium ſibi inſitum ſe in primis attollere, vnum ex multis euadere, ſi modò principium atq; vnum ſit inſpecturus. Oportet igitur animum fieri tunc intellectum, ideoque totam animam menti committere, & in ea penitus collocare, vt quæ intellectus ipſe videt, animus experrectus accipiat, ipſoq; intellectu cõtempletur & vnum. Sic tamen vt ſenſum adhibeat nullum, nec etiam aliquid à ſenſu proueniens: ſed pura duntaxat mente, ipſoque mentis primo puriſsimum contempletur. Quotiens igitur ad id contemplandum tractus aliquis magnitudinem, vel figuram, vel quamcunque molem circa hanc naturam imaginatur, huic certè ad hanc ſpeculationem dux non extitit intellectus, quoniam intellectus ſuapte natura ad hæc inſpicienda non vertitur: ſed actio talis potius eſt ſenſus ipſius opinionisque ſenſum natura ſequentis. Oportet autem ab intellectu accipere nuncium, eorum quę in eius ſunt poteſtate. Poteſt verò intellectus inſpicere vel quæ ſunt ſuper ipſum, vel ſua, vel quæ aguntur ab eo. Pura quidem ſunt etiam, quæ ſunt in eo: puriora verò atque ſimpliciora, quæ ſuperiora ſunt intellectu, imò verò quod eſt intellectu ſuperius. Quamobrem quod intellectu ſuperius eſt, non eſt intellectus, ſed ante intellectum extat. Intellectus enim eſt aliquid entiũ: illud verò non aliquid, ſed vno quoque ſuperius. Neque eſt ens: nam ens velut formam ipſam entis habet. Sed illud eſt prorſus informe, ab intelligibili etiam forma ſecretum. Vnius nanque natura cum ſit genitrix omnium, meritò nullum exiſtit illorum: igitur neque quid exiſtit, neque quale, neque quantum. Præterea non eſt intellectus, non anima, non mouetur, non quieſcit, nõ eſt in loco, nõ eſt in tempore: ſed ipſum ſecundum ſe vniforme, imò verò informe ſuper omnẽ exiſtens formã ſuper, motum ſuper, ſtatũ. Hæc enim circa ens verſantur, quæ quidẽ ipſum multa conficiunt. Verùm cur nõ ſtat ſaltẽ, ſi nõ mouetur? Quoniã circa ens quidem horum alterum vel vtrunque verſari neceſſarium eſt. Præterea quod ſtat, ipſo videlicet ſtatu ſtans appellatur.

A δὲν ἔχει. διὸ κάμνει ἐν τοῖς τοιούτοις. καὶ ἀσμένη καταβαίνει πολλάκις ἀποπίπτουσα ἀπὸ πάντων, μέχρις ἂν εἰς αἰσθητὸν ἥκοι. ἐν στερεῷ ὥσπερ ἀναπαυομένη. οἷον καὶ ἡ ὄψις κάμνουσα ἐν τοῖς μικροῖς, τοῖς μεγάλοις ἀσμένως περιπίπτει. καθ' ἑαυτὴν δὲ ἡ ψυχὴ ὅταν ἰδεῖν ἐθέλῃ μόνην ὁρῶσα τῷ συνεῖναι, καὶ ἓν οὖσα, τῷ ἓν εἶναι αὐτῷ, οὐκ οἴεταί πω ἔχειν ὃ ζητεῖ, ὅτι B τοῦ νοουμένου μὴ ἕτερόν ἐστιν. ὅμως δὴ χρὴ οὕτω ποιεῖν τὸν μέλλοντα περὶ τὸ ἓν * φιλοσοφεῖν. ἐπεὶ τοίνυν ἓν ἐστιν ὃ ζητοῦμεν, καὶ τὴν ἀρχὴν τῶν πάντων ἐπισκοποῦμεν τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ πρῶτον, οὔτε πόρρω δεῖ γενέσθαι τῶν περὶ τὰ πρῶτα, εἰς τὰ ἔσχατα τῶν πάντων πεσόντα, ἀλλ' ἱέμενον εἰς τὰ πρῶτα ἐπαναγαγεῖν ἑαυτὸν ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν ἐσχάτων ὄντων. κακίας τε πάσης ἀπηλλαγμένον εἶναι, ἅτε C πρὸς τὸ ἀγαθὸν σπεύδοντα γενέσθαι. ἐπί τε τὴν ἐν ἑαυτῷ ἀρχὴν ἀναβεβηκέναι, καὶ ἓν ἐκ πολλῶν γενέσθαι ἀρχήν, καὶ ἑνὸς θεατὴν ἐσόμενον. νοῦν τοίνυν χρὴ γενόμενον, καὶ τὴν ψυχὴν τὴν αὑτοῦ νῷ πιστεύσαντα καὶ ὑφιδρύσαντα, ἵνα ἃ ὁρᾷ ἐκεῖνος, ἐγρηγορυῖα δέχοιτο, τούτῳ θεάσασθαι τὸ ἕν. οὐ προστιθέντα αἴσθησιν οὐδεμίαν. οὐδέ τι παρ' αὐτῆς * εἰς ἐκεῖνα δε- D χόμενον, ἀλλὰ καθαρῷ τῷ νῷ, τὸ καθαρώτατον θεᾶσθαι, καὶ τοῦ νοῦ τῷ πρώτῳ. ὅταν τοίνυν ὁ ἐπὶ τὴν θέαν τοῦ τοιούτου ἐσταλμένος, ἢ μέγεθος ἢ σχῆμα, ἢ ὄγκον περὶ ταύτην τὴν φύσιν φαντασθῇ, οὐ νοῦς, * τούτῳ ἡγεμὼν γίνεται τῆς θέας. ὅτι μὴ νοῦς τὰ τοιαῦτα πέφυκεν ὁρᾶν. ἀλλ' ἔστιν αἰσθήσεως καὶ δόξης, ἑπομένης αἰσθήσει, ἡ ἐνέργεια. ἀλλὰ δεῖ λαβεῖν παρὰ τοῦ νοῦ, τὴν ἐπαγγελίαν ὧν δύναται. δύνα- E ται δὲ ὁρᾶν ὁ νοῦς ἢ τὰ πρὸ αὐτοῦ, ἢ τὰ αὐτοῦ, ἢ τὰ παρ' αὐτοῦ. * καθαὰ δὲ καὶ τὰ ἐν αὐτῷ. ἔτι δὲ καθαρώτερα καὶ ἁπλούστερα τὰ πρὸ αὐτοῦ. μᾶλλον δὲ τὸ πρὸ αὐτοῦ. οὐ δὲ νοῦς τοίνυν, ἀλλὰ πρὸ νοῦ. τὶ γὰρ τῶν ὄντων ἐστὶν ὁ νοῦς. ἐκεῖνο δέ, οὔ τι, ἀλλὰ πρὸ ἑκάστου. οὐδὲ ὄν, καὶ γὰρ τὸ ὄν, οἷον μορφὴν τὴν τοῦ ὄντος ἔχει. ἄμορφον δὲ ἐκεῖνο καὶ μορφῆς νοητῆς. γεννητικὴ γὰρ ἡ τοῦ F ἑνὸς φύσις οὖσα τῶν πάντων, οὐδέν ἐστιν αὐτῶν. οὔτε οὖν τί, οὔτε ποιόν, οὔτε ποσόν, οὔτε νοῦν. οὔτε ψυχήν, οὐδὲ κινούμενον. οὐδ' αὖ ἑστώς. οὐκ ἐν τόπῳ, οὐκ ἐν χρόνῳ. ἀλλὰ τὸ καθ' αὑτὸ μονοειδές, μᾶλλον δὲ ἀνείδεον. πρὸ εἴδους ὂν παντός. πρὸ κινήσεως, πρὸ στάσεως. ταῦτα γὰρ περὶ τὸ ὄν, ἃ πολλὰ αὐτὸ ποιεῖ. διατί οὖν εἰ μὴ κινούμενον. οὐχ ἑστώς. ὅτι περὶ μὲν τὸ ὂν τούτων θάτερον. G ἢ ἀμφότερα ἀνάγκη, τό τε ἑστώς, στάσει ἑστώς.

Margin: * φιλοσοφῶσιν. * εἰς ἐκεῖνα. * οὗτος. * καθαρὰ.

καὶ οὐ ταὐτὸν τῇ στάσει. ὥστε συμβήσεται αὐτῷ, καὶ οὐκ ἔτι ἁπλοῦν. μένει ἐπεὶ καὶ τὸ αἴτιον λέγειν, οὐ κατηγορεῖν ἐστι συμβεβηκός τι αὐτῷ, ἀλλ' ἡμῖν ὅτι ἔχομέν τι παρ' αὐτοῦ, ἐκείνου ὄντος ἐν αὐτῷ. * δεῖ δὲ τὸ μὴ οὐδ' ἐκείνου, μὴ δὲ ὄντως λέγειν, ἀκριβῶς λέγοντα. ἀλλ' ἡμᾶς οἷον ἔξωθεν περιθέοντας τὰ αὐτῶν ἑρμηνεύειν ἐθέλειν πάθη. ὁτὲ μὲν, ἐγγύς· ὁτὲ δὲ, ἀποπίπτοντας, ταῖς περὶ αὐτὸ ἀπορίαις.

* δεῖ δὲ μὴ δὲ τὸ ἐκεῖνο, μὴ δὲ τὸ τοῦτο λέγειν, ἀκριβῶς λέγοντα

A appellatur, neque idem est penitus atque status: ideoq; accidit ipsi, neque simplex vlterius permanet. Iam verò quando ipsum vnum esse omnium causam affirmamus, non dicimus ob hoc aliquid ipsi contingens, sed nobis potius accidens: quoniam ab eo scilicet aliquid habeamus, ipso in se interim permanente. Proinde exactissima ratione de Deo loquentem, neque illud neque hoc dicere fas est: sed nos velut extrinsecus circumuagantes affectiones siue pas- B siones ibi nostras vtcunq; possumus interpretari conamur. Et aliàs quidem propius ad hoc ipsum accedimus, aliàs autem incerti longius ambiguitate prolabimur.

Accessus ad Deum. Cap. IIII.

Principium rerum est penitus incorporeum, immobile, vnum. Cum igitur nequeamus illud attingere per opposita, meritò nec imaginatione attingimus corporalia machinante, nec mobili ratione mutabile nonnihil semper excogitante, nec intelligentia suapte natura multiplici varium semper aliquid meditante. Sed attingimus tandem vnitate quadam animæ intellectu superiorem, quando ad eam à multitudine tam intima quàm externa penitus segregati confugimus. Tunc primum præsentis vbique semper Dei signum iam nobis perfectè præsentis habemus, præcipuè trinum, nouum lumen, insuetum amorem, inæstimabile gaudium. Ad hoc consequendum duo conferunt: doctrina quidem tanquam via, segregatio verò dicta tanquam anim præparatio.

ΓΙΝΕΤΑΙ δὲ ἡ ἀπορία μάλιστα, ὅτι μὴ δὲ κατὰ ἐπιστήμην ἡ σύνεσις ἐκείνου. μὴ δὲ κατὰ νόησιν, ὥσπερ τὰ ἄλλα νοητὰ, ἀλλὰ κατὰ παρουσίαν, ἐπιστήμης κρείττονα. πάσχει δὲ ἡ ψυχὴ τοῦ ἓν εἶναι * τὴν ὑπόστασιν, καὶ οὐ πάντη ἐστὶν ἓν, ὅταν ἐπιστήμην του λαμβάνῃ. λόγος γὰρ ἡ ἐπιστήμη, πολλὰ δὲ ὁ λόγος. παρέρχεται οὖν τὸ ἓν, εἰς ἀριθμὸν καὶ πλῆθος πεσοῦσα. ὑπὲρ ἐπιστήμην τοίνυν δεῖ δραμεῖν, καὶ μηδαμῇ ἐκβαίνειν τοῦ ἓν εἶναι, ἀλλ' ἀποστῆναι δεῖ καὶ ἐπιστήμης καὶ ἐπιστητῶν καὶ παντὸς ἄλλου, καὶ καλοῦ θεάματος. πᾶν γὰρ καλὸν, ὕστερον ἐκείνου, καὶ παρ' ἐκείνου. ὥσπερ πᾶν φῶς μεθημερινὸν, παρ' ἡλίου. διὸ οὐ δὲ ῥητὸν. οὐδὲ γραπτόν φησιν. ἀλλὰ λέγομεν καὶ γράφομεν, πέμποντες εἰς αὐτὸ, καὶ ἀνεγείροντες * ἐκ τῶν λόγων εἰς τὸν λόγον ἐπὶ τὴν θέαν. ὥσπερ ὁδὸν δεικνῦντες τῷ τι θεάσασθαι βουλομένῳ. μέχρι γὰρ τῆς ὁδοῦ καὶ τῆς πορείας ἡ δίδαξις. ἡ δὲ θέα αὐτοῦ, ἔργον ἤδη τοῦ ἰδεῖν βεβουλημένου. εἰ δὲ μὴ ἦλθέ τις ἐπὶ τὸ θέαμα, μὴ δὲ ἔπαθεν. μὴ δὲ ἔσχεν ἐν αὐτῇ οἷον ἐρωτικὸν πάθημα, ἐκ τοῦ ἰδεῖν, ἐραστοῦ ἐν ᾧ ἐρᾷ ἀναπαυσαμένου. δεξάμενον δὲ φῶς ἀληθινὸν, καὶ πᾶσαν τὴν ψυχὴν περιφωτίσας, διὰ τὸ ἐγγυτέρω γεγονέναι, ἀναβεβηκέναι δὲ ἔτι, ὀπισθοβαρὴς ὑπάρχων, ἃ ἐμπόδια ἦν τῇ θέᾳ, καὶ * οὐ μόνον ἀναβεβηκὸς, ἀλλ' ἔχων τὸ διεῖργον ἀπ' αὐτοῦ, ἢ μήπω εἰς ἓν συναχθείς. οὐ γὰρ δὴ ἄπεστιν οὐδενὸς ἐκεῖνο. καὶ πάντων δὲ, ὥστε παρὼν μὴ παρεῖναι.

* τὴν ἀπόστασιν

* ἐκ τῶν λόγων ἐπὶ τὴν θέαν

* οὐ μόνος

C ACCIDIT autem dubitatio defectusq; nobis, circa cognoscendum Deum, præcipuè quoniam neque per quandam scientiam, neq; per intelligentiam vllam cognoscimus illum, sicut alia solemus, quæ intelligibilia nuncupātur, sed per præsentiam quandam scientia meliorem. Anima verò procul euadit ab vno, neq, est penitus vnum, quando scientiam alicuius assumit. Scientia enim ratio quædam est, ratio verò multa. Vnum ergo transgreditur in nu- D merum multitudinemque prolapsa. Scientiam ergo necessarium est transcendere, nec vllo modo ab eo quod est esse vnum vsquam præuaricari: sed à scientia rebusque sciendis omniq; alio, pulchroque spectaculo seuocari. Omne namque pulchrum & illo est posterius, & ab illo, quemadmodum diurnum omne lumen à sole. Quamobrem summum Deum Plato inquit neque scribi vnquam, neque dici posse. Scribimus autem loquimurque de illo freque- E ter, vt ita saltem disputationibus nostris animum exciteinus, & ad diuinum spectaculum dirigamus, quasi quandam ostendentes viam visere nonnihil desideranti. Doctrina quidem vsque ad viam & iter suas vires extendit: Deū verò videre iam opus illius est, qui videre voluerit. Ille profectò neque peruenit ad spectaculum, neque illius conspicit lucem, & iccirco neque afficitur inde, neque affectionem siue F passionem gustat in se amatoriam ex intuitu solitā proficisci, si quādo amator in amato iam cōquiescat, vbi sanè verum accipitur lumē, totam illuminās animam propius accedentem: ille inquam talia non assequitur, qui molitur illuc ascendere, ijs adhuc retrogrāuatus tractusque à tergo, quæ sunt inspecturis obstacula. Neque illuc ascendit solus, sed trahit interea secum quod disiungat ab illo, vel potius nondum est omnino redactus in vnum. Deus enim à nullo vsquam abest, & quodammodo abesse videtur ab omnibus, adeò vt præsens vbique sit, iterumque non præsens. Nam

ijs dũtaxat est præsens, qui capere possunt, atq; ita parati sunt, vt cum illo congruere, ac velut ipsum attingere valeant per similitudinẽ videlicet quandam insitamq; potentiam, muneri inde tributo cognatam, quãdo scilicet animus omnino sic est affectus, sicut erat cum inde processit: ideoque videre iam potest, sicut ipse Deus est natura videndus. Ille inquam nondum illuc vsque peruenit, qui propter hæc obstacula inde retrahitur, vel etiam protrahit ad iter moras, quoniam desit ratio, disciplinaq; illucusque perducens, fidemque faciens de diuinis: sed profectò quantum ad cætera spectat obstacula, seipsum quisque in culpa iure posuerit: nempe conari debet abesse procul ab omnibus, solusque euadere. Quantum verò ad rationes pertinet, quibus fortè minus credat, sic denique profecturus excogitet.

A ἀλλ' ἢ τοῖς δέχεσθαι δυναμένοις καὶ παρεσκευασμένοις, ὥστε ἐφαρμόσαι καὶ οἷον ἐφάψασθαι καὶ θίγειν ὁμοιότητι καὶ τῇ ἐν αὐτῷ δυνάμει,* συγγενεῖ τῷ ἐπ' αὐτοῦ. ὅταν οὕτως ἔχῃ ὡς εἶχεν ὅτε ἦλθε ἀπ' αὐτοῦ, ἤδη δύναται ἰδεῖν, ὡς πέφυκεν ἐκεῖνος θεατὸς εἶναι. εἰ οὖν μήπω ἐστὶν ἐκεῖ, ἀλλὰ διὰ ταῦτα ἐστὶν ἔξω ἢ δι' ἔνδειαν τοῦ παιδαγωγοῦντος λόγου, καὶ πίστιν *συγγενῆ τῷ ἀπ' αὐτοῦ
B περὶ αὐτοῦ παρεχομένου, δι' ἐκεῖνα μὲν αὐτὸν *ἐναντία τιθέσθω, καὶ πειράσθω ἀποστὰς πάντων μόνος εἶναι. ἃ δὲ ἐν τοῖς λόγοις ἀπιστεῖ ἐλλείπων, ὧδε διανοείσθω. *ἐν αἰτίᾳ τιθέσθω

Accessus ad Deum. Cap. V.

In Theologia nostra, & libro de Amore, & secundo Epistolarum libro rationes diligentius assignauimus, quibus gradatim ascendendum sit à natura corporea quæ dimensioni, motui, numero subiecta est, ad animam dimensione iam liberam. Ab anima mobili multipliciq; ad intellectum immobilem quidem, sed multiplicem: atque interim ab intellectu ipsius animæ proprio ad ipsum simpliciter intellectum, tandem ab intellectu qui necessariò in se multiformis est, ad ipsum simpliciter vnum, quod non sit ens vnum, ne ita sit multiplex: siquidẽ ratio vnius & entis est diuersa. Ens enim & multitudinem admittit, & nihilum habet oppositum. Vnum verò multitudinem non substinet, sed respuit vt oppositam. Est igitur non ens, sed principium entis penitus absoluti: atque interea principium specierum absolutarum. Omnes enim species naturalium in primo esse suũ esse possident absolutum. Quando Deũ nominamus vnum, simplicitatem ipsam vaticinamur penitus indiuiduam, quæ super essentiam principium est essentiæ longè excellentius, quàm vnitas numerorum & signum dimensionum. Profectò sicut ens continuũ atque ens discretum ad aliquid indiuiduum resoluũtur: ita ipsum simpliciter ens refertur ad ipsum simplicitur indiuiduũ.

QVICVNQVAE res opinatur fortuna casuq; temerario gubernari, causisque duntaxat corporeis contineri, is ab ipso Deo vniusque ipsius intelligentia est longè remotus. Neque nos ad homines sic affectos verba facimus, sed ad illos tantùm, qui naturam aliam præter corpora ponunt, & ad animam saltem vsq; perueniunt. His igitur expedit, naturam animæ diligenter animaduertere, tum quantum spectat ad alia, tum vel maximè quemadmodum ab intellectu procedit, rationeq; inde suscipiens assequitur & virtutem. Præter hæc autem intellectum alterum præter intellectum ratiocinãtem, qui rationalis cognominatur, cõsiderare decet. Item rationis discursiones, siue argumẽtationes, velut iam in distantia quadã atq; motu: scientias quoque rationes in anima tales in manifesto iam positas, propterea quòd animæ infusus sit intellectus scientiarum causa: qui & intellectum videat quasi sensibilem: quia videlicet percipi animaduertique possit intellectũ inquam, desuper incumbentem animæ eius patrem, mundum intelligibilem, intellectum omnino quietũ, & velut quietũ quendã motũ omnia in se habẽtem, existentem omnia, multitudinem indiscretam, rursusque discretã. Neque enim discernitur sicut rationes in prolatione solent, sed tãquam rationes iam secundum vnum quiddam excogitante: neq; rursus quæ in ea mente sunt confunduntur. Prodit enim vnũquodq; seorsum, queadmodũ & in sciẽtijs accidit: nẽpe cũ omnia in quodam indiuiduo cõgruant, singula tamẽ ab alijs secernũtur. Hæc itaq, multitudo collecta simul, hic mũdus intellibibilis adstat quidẽ primò quãproximè, hũc ratio esse ex

C Ὅστις οἴεται τὰ ὄντα, τύχῃ καὶ τῷ αὐτομάτῳ διοικεῖσθαι, καὶ σωματικαῖς συνέχεσθαι αἰτίαις, οὗτος πόρρω ἀπελήλαται καὶ θεοῦ καὶ ἐννοίας ἑνός. καὶ ὁ λόγος οὐ πρὸς τούτους, ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἄλλην φύσιν παρὰ τὰ σώματα τιθεμένους καὶ ἀνιόντας ἐπὶ ψυχήν. καὶ δὴ, δεῖ τούτους, φύσιν ψυχὴν κατανενοηκέναι. τά τε ἄλλα, καὶ ὡς παρὰ νοῦ ἐστι. καὶ λόγου παρὰ
D τούτου κοινωνήσασα, ἀρετὴν ἴσχει. μετὰ δὲ ταῦτα, νοῦν λαβεῖν ἕτερον τοῦ λογιζομένου καὶ λογιστικοῦ καλουμένου. καὶ τοὺς λογισμοὺς, ἤδη οἷον ἐν διαστάσει καὶ κινήσει. καὶ τὰς ἐπιστήμας. λόγους ἐν ψυχῇ τὰς τοιαύτας, ἐν φανερῷ ἤδη λέγοναι. τῷ ἐν τῇ ψυχῇ γεγονέναι τὸν νοῦν, τῶν ἐπιστημῶν αἴτιον καὶ νοῦν ἰδόντα οἷον αἰσθητὸν, τῷ ἀντιληπτὸν εἶναι, ἐπαναβεβηκότα τῇ ψυχῇ καὶ πα-
E τέρα αὐτῆς ὄντα, κόσμον νοητὸν. νοῦν ἥσυχον. καὶ ἀτρεμῆ κίνησιν φατέον, πάντα ἔχοντα ἐν αὐτῷ. καὶ πάντα ὄντα πλῆθος ἀδιάκριτον, καὶ αὖ διακεκριμένον. οὔτε γὰρ διακέκριται ὡς οἱ λόγοι οἱ ἤδη καθ' ἓν νοούμενοι, οὔτε συγκέχυται τὰ ἐν αὐτῷ. πρόεισι γὰρ ἕκαστον χωρίς. οἷον καὶ ἐν ταῖς ἐπιστήμαις πάντων ἐν ἀμερεῖ ὄντων. ὅμως ἐστὶν ἕκαστον χωρὶς αὐτῶν. τοῦτο οὖν τὸ ὁμοῦ
F πλῆθος, ὁ κόσμος ὁ νοητός. ἔστι μὲν ὃ πρὸς τῷ πρώτῳ, καὶ φησὶν * αὐτῷ ὁ λόγος ἐξ ἀνάγκης *αὐτὸ

εἶναι, εἴπερ εἴ τις καὶ ψυχὴν εἶναι. τοῦτο δὲ κυριώτερον ψυχῆς. οὐ μέντοι πρῶτον, ὅτι μὴ ἕν. μὴ δὲ ἁπλοῦν. ἁπλοῦν δὲ, τὸ ἕν, καὶ ἡ πάντων ἀρχή. τὸ δὴ * πρὸ τοῦ ἐν τοῖς οὖσι τιμιωτάτου. εἴπερ δεῖ τι * πρὸ τοῦ εἶναι. ἓν μὲν εἶναι βουλομένου, οὐκ ὄντος δὲ ἕν. ἑνοειδοῦς δὲ, ὅτι αὐτῷ μὴ δὲ ἐσκέδασται ὁ νοῦς. ἀλλὰ σύνεστιν ἑαυτῷ ὄντως. οὐ διαρτήσας ἑαυτὸν τῷ πλησίον μετὰ τὸ ἓν εἶναι. ἀποστῆναι δέ πως τοῦ ἑνὸς τολμήσας. τὸ δὴ πρὸ τούτου * θαυμαστοῦ τοῦ ἕν, ὃ μὴ ὄν ἐστιν. ἵνα μὴ καὶ ἐνταῦθα κατ' ἄλλου τὸ ἕν, ᾧ ὄνομα μὲν κατ' ἀλήθειαν οὐδὲν προσῆκον. εἴπερ δὲ δεῖ ὀνομάσαι, κοινῶς ἂν λεχθὲν, προσηκόντως ἓν οὐχ' ὡς ἄλλο, εἶτα ἕν, χαλεπὸν μὲν γνωσθῆναι διὰ τοῦτο. γιγνωσκόμενον δὲ μᾶλλον, τῷ ἀπ' αὐτοῦ γεννήματι τῇ οὐσίᾳ. καὶ ἄγει εἰς οὐσίαν νοῦς. καὶ αὐτοῦ ἡ φύσις, τοιαύτη. ὡς πηγὴν τῶν ἀρίστων εἶναι, καὶ δύναμιν γεννῶσαν τὰ ὄντα. μένουσαν ἐν ἑαυτῇ. καὶ οὐκ ἐλαττουμένην. οὐδ' ἐν τοῖς γινομένοις ὑπ' αὐτῆς οὖσαν. ὅτι καὶ πρὸ τούτων, ὀνομάζομεν ἓν ἐξ ἀνάγκης, τῷ σημαίνειν ἀλλήλοις αὐτὴν τῷ ὀνόματι, εἰς ἔννοιαν ἀμέριστον ἄγοντες. καὶ τὴν ψυχὴν ἓν οὐ θέλοντες, οὐχ' οὕτως ἓν λέγοντες καὶ ἀμερὲς, ὡς σημεῖον ἢ μονάδα λέγοντες. τὸ γὰρ οὕτως ἓν ποσοῦ ἀρχαί. ὃ οὐκ ἂν ὑπέστη, μὴ προούσης οὐσίας. καὶ τοῦ πρὸ οὐσίας. οὔκουν δεῖ ἐνταῦθα βάλλειν τὴν διάνοιαν. ἀλλὰ ταῦτα ὁμοίως αἰεὶ ἐκείνοις * ἐν ἀλογίαις τῷ ἁπλῷ καὶ φυγῇ τοῦ πλήθους καὶ τοῦ μερισμοῦ.

* πρὸ νοῦ
* πρὸ τοῦ εἶναι
* θαῦμα τὸ ἓν, ὃ μὴ ὄν ἐστιν
* ἐν ἀναλογίαις

A ex necessitate concludit, si qua ratio animam quoque esse conuincit, hoc sanè præstâtius est quàm anima. Neq; tamen est primum: quoniâ neq; vnum est, neq; simplex. At ipsum vnû omniumq; principium est proculdubio simplex. Proinde quod superius est ipso entium præstâtissimo, siquidem aliquid oportet esse mête superius, quæ quidem esse vult vnum, neque tamen est vnum, sed saltem est aliquid vniforme: quoniam intellectus non est in seipso disper- B sus, sed reuera secum ipso conspirat, neq; quasi articulatim compositum se attrectat, ꝓpterea quòd sit vni quamproximum, quamuis ab vno quodammodo secedês videatur audere: quod inquam super hoc mirabiliter extat, velut miraculum est ipsum vnum, quod sanè ens nô est dicendum, ne hic quoque ipsum vnum de alio prædicetur: cui profectò nullum reuera conuenit nomen. Sin autem nominare cogamur, cômuni quidem appellatione vnum commodè appellatur: non adeò tamen vt primò quidem C aliud sit, deinde vnum. Difficile sanè cognitû ob hanc præcipuè causam: cognitum verò potissimum fit ex progenie eius essentia: nempe in essentiam intellectus adducit. Ipsius autem vnius natura talis existit, vt sit fons omniû optimorum, ac potestas entia generans, permanês in seipsa, neque diminutionem subiens generando, neque in rebus genitis requiescens. Nêpe & quod ante hæc existit, nominamus vnum quadam necessitate côpulsi, optantes videlicet primam omnium naturâ ipso nomine in- D ter nos designare, nos ipsos in notionem indiuiduam adducentes, animamque in vnum redigere contendentes. Vbi certè non sic vnum & impartibile dicimus, velut signum & vnitatem dicimus numeralê. Quòd enim sic est vnum, est quanti principium: quod quidem nunquam foret, nisi essentia, & quod ante essentiam est, præcederet. Quamobrem cogitationis aciem in his defigere non debemus, sed vnitatem hanc & signum analogica similitudine quadam vnum ipsum repræsentare putandum, ob quandam simplicitatem multitudinis diuisionisque expertem.

Accessus ad Deum. Cap. VI.

Opposita quadam via accedimus in dimensionibus numerisq; ad indiuiduum suum, atque in entibus ad indiuiduum illud quod entium est principium. Illic enim ad intimum aliquid, ac minimû peruenitur: hic autem ad extimum & amplissimum: maximum inquam simplicitate atque virtute. Est enim simplicius semper qualibet apud te excogitata simplicitate, atque potentius similiter potestate. Solum ipsum vnum esse potest vniuersi principium: solum namque seipso sufficiens est omnino. Quicquid verò præter illud est necessariò multiplex, quadruplicem saltê patitur indigentiam: siquidem in eo totum eget partibus: pars itê parte: partes quoq; toto: deniq; cuncta quodâ extrinsecus côponente. Iam verò ad principiû pertinet nihil quærere, nihil accipere, nihil amittere. Solû verò vnû ipsum id munus habet, alioquin vnû certè non erit. Cum ipsum vnû negamus intelligere, ne fore multiplex compellamus, non negamus esse lucem miram intelligentiæ creatricem: vel intelligentiam esse, si modò intelligentia lucem significet intelligentia meliorem, habentem in se, imò penitus existentem quicquid intelligentibus est optandum. Nec igitur sui ipsius incertam, nec aliorum, sed absque compositione atque respectu sibi ipsi mirabiliter cæterisq; lucentem. Denique sicut alibi diximus, non aliter Plotinus quàm Dionysius Areopagita principium super intelligentiam, vitam, essentiam esse putat.

ΠΩΣ οὖν λέγομεν ἕν, καὶ πῶς τῇ νοήσει ἐφαρμοστέον, ἢ πλειόνως τιθέμενον ἕν, ἢ ὡς μονὰς καὶ σημεῖον ἑνίζεται. ἐνταῦθα μὲν γὰρ μέγεθος ἡ ψυχὴ ἀφελοῦσα, καὶ ἀριθμοῦ πλῆθος, καταλήγει εἰς τὸ σμικρότατον. καὶ ἐπερείδεταί τινι, ἀμερεῖ μὲν, ἀλλὰ ὃ ἦν ἐν μεριστῷ καὶ ὅ ἐστιν ἐν ἄλλῳ

E QVO nâm igitur modo dicimus vnum? Quâmue ratione ad id potissimû ac cômodare intelligentiam possumus? Ita profectò, si excellentiori admodum ratione id asserimus vnum, quam vnitatem & signum asserere soleamus. Hic enim animus magnitudinem & multitudinê detrahês paulatim in minimû deniq; desinit, & tâdê in aliquo residet, quod quâuis indiuiduû sit, erat tamê in re diuidua, & iacebat in alio.

At ipſum vnum neque in alio, neque in re diuidua reſidet: neq; ſic eſt indiuiduum, vt quiddam minimum. Eſt enim omnium maximum, non magnitudine quidem, ſed potentia. Quapropter quando dicitur indiuiduum, indiuiſibilem dicimus poteſtatem: quandoquidem & quæ ſunt poſt ipſum, non ſecundum moles, ſed ſecundum vires indiuidua iudicantur. Deum præterea infinitum nominare debemus, non quaſi ſit magnitudo quædam vel multitudo, quam non liceat pertranſire, ſed quia ſit poteſtas, quam comprehendere nequeas. Quamuis enim excelſum pro viribus cogites illum, velut intellectum aut Deum, adhuc tamen ſupereſt admodum excellentius. Ac rurſus quando illum cogitatione ſummopere perducis ad vnum, tunc quoque hanc abs te excogitatam ſimplicitate ſuperat vnitatem. Tu ſiquidem ad ſummam tuæ intelligentiæ vnitatem illū pro viribus redigebas: ille verò ſupra modum ſuperat. nam in ſeipſo permanet, nec ei vnquam aliquid accidit. Præterea poteſt aliquis per id quod ſeipſo ſufficiens appellatur, ſummam Dei vnitatem nihilominus comprobare. Oportet enim ſummum rerum principium nullo modo indigum eſſe, ſed ſufficientiſsimum omnium, maximeq; ſeipſo contentum. Quicquid autem non vnum eſt, ſed multum, neceſſariò eſt egenum: quippe cum ipſum quidem non ſit vnum, ſed ex multis vnum euadat. Itaque eius eſſentia indiget vnum fieri. At ipſum vnum ſeipſo non indiget: ipſum namque iam exiſtit. Quinetiam quod in ſe multa eſt, tot indiget, quod & exiſtit. Et quodlibet eorum quæ ſunt in eo, cum non in ſeipſo ſit, ſed vna cum cæteris, certè indiget alijs, ideoque & ſecundum vnumquodque & ſecundum totum eiuſmodi aliquid eſſe declarat egenum. Si ergo neceſſarium eſt aliquid eſſe ſufficiētiſsimū, eſſe oportet & vnum: tale videlicet ſolum exiſtens, vt neque ad ſeipſum, neque ad aliud quicquam ſit egenum. Non enim quærit aliquid vt quandoque ſit, neque rurſus vt bene ſit, neque etiam vt ibi fundetur: nempe cum alijs ipſum ſit tum eſſendi, tum bene eſſendi cauſſa, meritò hoc ipſum quod eſt, & bene eſt, non habet ab alijs. Quid enim ſibi bene eſſe aliunde redundet? Quapropter huic ipſum bene eſſe nō accidit: ipſum namque exiſtit hoc ipſum. Locus item huic eſt nullus, nullo enim indiget fundamento, quaſi ſe ſubſtinere non poſsit. Nam quod in alio fundandum eſt, vita vacuum iudicatur, molesque labans, niſi fortè ſubſtineatur. Stabiliuntur & alia propter ipſum, per quem & ſimul extiterunt, & locum ſortita ſunt vbi ex ordine locarentur. Quod autem quærit locum, proculdubio eſt egenum. At verò principium his quæ ſequuntur minimè indiget: itaque principium omnium prorſus indiget nullis. Iam verò quod indigum eſt, propterea indigens iudicatur, quoniam principium appetat. Si autem ipſum vnum egeat aliquo, quæret iam non eſſe vlterius vnum: deſtructore igitur indigebit. Veruntamen quicquid indigum appellatur, boni habitus & ſeruatoris eſt indigens. Quamobrem vni nihil eſt bonum, neque voluntas igitur alicuius, ſed eſt (vt ita dixerim) ſuper bonum: ipſumque non ſibimet, ſed alijs exiſtit bonum, ſiquid modò participare poſsit. Neque ineſt intelligentia vni, ne in eo ſit inde diuerſitas. Rurſum neque motus eſt vllus: eſt enim motu intelligentiaque ſuperius. Quid enim intelliget? An fortè ſeipſum? Quod ſi ita ſit, ante intelligentiam igitur eſſet ignorans,

A τὸ δὲ, οὔτε ἐν ἄλλῳ, οὔτε ἐν μεριστῷ. οὔτε οὕτως ἀμερὲς, ὡς τὸ σμικρότατον. μέγιστον γὰρ ἁπάντων οὐ μεγέθει, ἀλλὰ δυνάμει, ὥστε καὶ τὸ ἀμέγεθες, δυνάμει. ἐπεὶ καὶ τὰ μετ᾽ αὐτὸ ὄντα, ταῖς δυνάμεσιν ἀμέριστα, καὶ ἀμερῆ οὐ τοῖς ὄγκοις. ληπτέον δὲ καὶ ἄπειρον αὐτὸν, οὐ τῷ ἀδιεξιτήτῳ ἢ τοῦ μεγέθους, ἢ τοῦ ἀριθμοῦ, ἀλλὰ τῷ περιλήπτῳ τῆς δυνάμεως. ὅταν γὰρ ἂν αὐτὸν νοήσῃς, B οἷον νοῦν ἢ θεὸν, πλέον ἐστί. καὶ αὖ ὅταν αὐτὸν * ἐν ἴσῃ τῇ διανοίᾳ καὶ ἐνταῦθα πλέον ἐστὶν. ἢ θεὸν αὖ αὐτὸν ἐφαντάσθης, εἰς τὸ ἑνικώτερον τῆς σῆς νοήσεως εἶναι. ἐφ᾽ ἑαυτοῦ γάρ ἐστιν, οὐδενὸς αὐτῷ συμβεβηκότος. τῷ αὐτάρκει δ᾽ ἄν τις, καὶ τὸ ἓν αὐτοῦ, ἓν οὐ μὴ θείη. δεῖ μὲν γὰρ ἱκανώτατον ἁπάντων, καὶ αὐταρκέστατον, καὶ ἀνενδεέστατον εἶναι. πᾶν δὲ πολὺ καὶ μὴ ἓν, ἐνδεές. μὴ ἓν ἐκ πολλῶν γινόμενον. δεῖται οὖν αὐτοῦ C ἡ οὐσία ἓν εἶναι. τὸ δὲ, οὐ δεῖται ἑαυτοῦ. αὐτὸ γάρ ἐστι. καὶ μὴ πολλὰ ὄν, * τοσούτων δεῖται ὅσα ἐστί. καὶ ἕκαστον τῶν ἐν αὐτῷ μετὰ τῶν ἄλλων ὂν καὶ οὐκ ἐφ᾽ ἑαυτοῦ, ἐνδεὲς τῶν ἄλλων ὑπάρχον, καὶ καθ᾽ ἓν καὶ κατὰ τὸ ὅλον, τὸ τοιοῦτον ἐνδεὲς παρέχεται. εἴπερ οὖν δεῖ τι αὐταρκέστατον εἶναι, τὸ ἓν εἶναι δεῖ, τοιοῦτον ὂν μόνον, οἷον μήτε πρὸς αὐτὰ, μήτε πρὸς ἄλλο ἐνδεὲς εἶναι. οὐ γάρ τι ζητεῖ D ἵνα ᾖ. οὐδ᾽ ἵνα εὖ ᾖ. οὐδὲ ἵνα ἐκεῖ ἱδρυθῇ. τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις αἴτιον ὂν, οὐ παρ᾽ ἄλλων ἔχει ὅ ἐστι, τό τε εὖ, τί ἂν εἴη αὐτῷ ἔξω αὐτοῦ. ὥστε οὐ κατὰ συμβεβηκὸς αὐτῷ τὸ εὖ. αὐτὸ γάρ ἐστι. τόπος τε οὐδεὶς αὐτῷ. οὐ γὰρ δεῖται ἱδρύσεως. ὥσπερ αὑτὸ φέρειν οὐ δυνάμενον, τό τε ἱδρυθησόμενον, ἄψυχον. καὶ ὄγκος πίπτων, ἐὰν μήπω ἱδρυθῇ. ἵδρυται δὲ καὶ τὰ ἄλλα διὰ τοῦτον, δι᾽ ὃν ὑπέστη ἅμα. καὶ ἔσχεν, εἰς ὃν ἐτάχθη τόπον. ἐν- E δεὲς δὲ, καὶ τό, τόπον ζητοῦν. ἀρχὴ δὲ οὐκ ἐνδεὲς, τῶν μετ᾽ αὐτό. ἡ δ᾽ ἁπάντων ἀρχὴ ἀνενδεὲς ἁπάντων. ὅτι γὰρ ἐνδεὲς, ἐφιέμενον ἀρχῆς, ἐνδεές. εἰ δὲ τὸ ἓν ἐνδεὲς τοῦτο ζητεῖ δηλονότι τῷ μὴ εἶναι ἕν. ὥστε ἐνδεὲς ἔσται τοῦ φθεροῦντος. πᾶν δ᾽ ὃ ἂν λέγηται ἐνδεὲς, τοῦ εὖ καὶ τοῦ σώζοντός ἐστιν ἐνδεές. ὥστε τῷ ἑνὶ, οὐδὲν ἀγαθόν ἐστιν. οὐδὲ βούλησις τοίνυν οὐδενός. ἀλλ᾽ F ἔστιν ὑπεράγαθον. καὶ αὐτὸ οὐχ ἑαυτῷ. τοῖς δ᾽ ἄλλοις ἀγαθὸν, εἴ τι αὐτοῦ δύναται μεταλαμβάνειν. οὐδὲ νόησις, ἵνα μὴ ἑτερότης, οὐδὲ κίνησις. πρὸ γὰρ κινήσεως, καὶ πρὸ νοήσεως. τί γὰρ καὶ νοήσει ἑαυτόν. πρὸ νοήσεως τοίνυν

* ἐνίσης τῇ διανοίᾳ

* τοσούτων δεῖται

ἀγνοῶν ἔσται. καὶ νοήσεως δεήσεται, ἵνα γνῷ ἑαυτὸν ὁ αὐτάρκης ἑαυτῷ. οὐ τοίνυν ὅτι μὴ γινώσκει, οὐδὲ νοεῖ ἑαυτὸν, ἄγνοια περὶ αὐτὸν ἔσται. ἡ γὰρ ἄγνοια, ἑτέρου ὄντος γίνεται, ὅταν θάτερον ἀγνοῇ θάτερον. τὸ δὲ μόνον οὔτε τι γινώσκει, οὔτε τι ἔχει ὃ ἀγνοεῖ. ἓν δὲ ὂν συνὸν αὑτῷ οὐ δεῖται νοήσεως ἑαυτοῦ. ἐπεὶ οὐδὲ τὸ συνεῖναι δεῖ προσάπτειν, ἵνα τηρῇς τὸ ἕν. ἀλλὰ καὶ τὸ νοεῖν καὶ τὸ συνιέναι ἀφαιρεῖν. καὶ ἑαυτοῦ νόησιν, καὶ τῶν ἄλλων. οὐ γὰρ κατὰ τὸ νοοῦν δεῖ τάττειν αὐτὸν, ἀλλὰ μᾶλλον κατὰ τὴν νόησιν. νόησις δὲ, οὐ νοεῖ. ἀλλ' αἰτία τοῦ νοεῖν ἄλλῳ. τὸ δὲ αἴτιον, οὐ ταὐτὸν τῷ αἰτιατῷ· τὸ δὲ πάντων αἴτιον, οὐδέν ἐστιν ἐκείνων. οὐ τοίνυν οὐδὲ ἀγαθὸν λεκτέον τοῦτο, ὃ παρέχει. ἀλλὰ ἄλλως τἀγαθὸν, ὑπὲρ τὰ ἄλλα ἀγαθά.

A ignorans, & intelligentia indigeret, vt se prorsus agnoscat: quod tamen se ipso sibi sufficiens esse censetur. Proinde & si neque cognoscit, neque intelligit semetipsum, non tamen iccirco in eo ignorantia est. Ignorantia enim contingit ad alterum, quando hoc illud ignorat. Quod autem solum est, omnino neque cognoscit, neque rursus habet aliquid, quod ignoret: sed cum sit vnum sibimet (vt ita dixerim) vnitissimum, nimirum intelligentia sui non indi-
B get: quoniam neque adhibendum illi est hoc ipsum, quod dicitur esse secum: vt ipsum vnum serues: imò verò & intelligentiam & conscientiam, animaduersionemque propriam, & sui ipsius agnitionem, & aliorum perceptionem inde prorsus auferre debemus. Iam verò neque secundum conditionem intelligentis, sed potius secundum ipsum intelligentiæ actum Deum existimare decet. At intelligentia non intelligit, sed est alijs intelligendi causa: causa verò non idem est atque quod à causa prouenit, omnium itaque causa, nihil prorsus est omnium: Neque igitur eam hoc bonum quod præbet alijs, esse iudicare debemus: sed ipsum alia ratione bonum cæteris bonis admodum excellentius.

Accessus ad Deum. Cap. VII.

Et si Deus est vbique perspicuè tamen in summo intelligentiæ lucet. Ad hanc lucem perspiciendam formæ omnes non solùm imaginabiles, sed etiam intelligibiles, tanquam nubes obstant. Has igitur omnes procul discute, diuinā lucem mente serena feliciter percepturus.

ΕἸ δ' ὅτι μηδὲν τούτων ἐστὶν ἀοριστεῖς τῇ γνώμῃ, στῆσον σαυτὸν εἰς ταῦτα, καὶ ἀπὸ τούτων θεῶ· θεῶ δὲ, * μὴ ἔξω ῥίπτων τὴν διάνοιαν. οὐ γὰρ κεῖταί που, ἐρημῶσαν αὐτοῦ τὰ ἄλλα. ἀλλ' ἔστι τῷ δυναμένῳ θίγειν ἐκεῖ, παρόν. τῷ δ' ἀδυνατοῦντι, οὐ πάρεστιν· ὥσπερ δὴ ἐπὶ τῶν ἄλλων οὐκ ἔστι τι νοεῖν, ἄλλο νοοῦντα καὶ πρὸς ἄλλῳ ὄντα, ἀλλὰ δεῖ μηδὲν προσάπτειν τῷ νοουμένῳ ἵνα ᾖ αὐτὸ τὸ νοούμενον, οὕτω δεῖ καὶ ἐνταῦθα * εἰδέναι. ὡς οὐκ ἔστιν ἄλλου ἔχοντα ἐν τῇ ψυχῇ τύπον, * ἐκεῖνο νοῆσαι ἐνεργοῦντες τοῦ τύπου. οὐδ' αὖ ἄλλοις κατειλημμένην τὴν ψυχὴν καὶ κατεχομένην, τυπωθῆναι τῷ τοῦ ἐναντίου τύπῳ. ἀλλ' ὥσπερ περὶ τῆς ὕλης λέγεται ὡς ἄρα ἄποιον εἶναι δεῖ πάντων, εἰ μέλλει δέχεσθαι τοὺς πάντων τύπους. οὕτω καὶ πολὺ μᾶλλον ἀνείδεον τὴν ψυχὴν γίνεσθαι, εἰ μέλλει μηδὲν ἐμπόδιον ἐγκαθήμενον ἔσεσθαι, πρὸς πλήρωσιν καὶ ἔλαμψιν αὐτῇ τῆς φύσεως τῆς πρώτης. εἰ δὲ τοῦτο πάντων τῶν ἔξω ἀφεμένην, δεῖ ἐπιστραφῆναι πρὸς τὸ εἴσω πάντη. μὴ πρὸς τι τῶν ἔξω κεκλίσθαι, ἀλλὰ ἀνοήσαντα τὰ πάντα. καὶ πρὸ τοῦ μὲν, τῇ διαθέσει· τότε δὲ καὶ ὡς εἴδεσιν. ἀγνοήσαντα δὲ καὶ αὐτὸν, ἐν τῇ θέᾳ ἐκείνου γενέσθαι. κἀκείνῳ συγγενόμενον, καὶ ἱκανῶς οἷον * ὁμιλήσαντι, ἥκειν ἀγγέλλοντα εἰ δύναιτο καὶ ἄλλῳ τὴν ἐκεῖ συνουσίαν. οἵαν ἴσως καὶ μίνως

Marginal notes: * μὴ ἐξαρύπτων · * ἰέναι · * ἐκεῖ νοῆσαι · * ὁμιλήσαντα

C Si autem ex eo quòd Deus nihil horum sit, tu propterea indefinita mētis ambiguitate nutas, age in his saltem fige mentis intuitum, ac deinceps ab his in Deum tota mente recurre: neque tamen ita vt extra iacias cogitationis intentionem: non enim positus est Deus alicubi ita vt destituat alia, sed vbicunq; est quod possit attingere, ipse Deus est præsens: solùm non potēti nō adest. Tum verò quemadmodū in a-
D lijs non datur eum qui intelligit aliquid, eique totus incumbit aliud interim intelligere, sed expedit intelligendę rei nihil aliud adhibere, vt ipsum intelligibile fit: similiter & hîc fieri non potest, vt qui alterius cuiusquam in animo figuram habet, intelligat interea Deum, dum figura suum exequitur actum. Neq; rursus animā alijs occupatam, possibile est figura contrarij figurari: sed quemadmodum materiam tradūt, esse omnium qualitatibus vacuam oportere, si
E modò sit figuras omniū susceptura: sic & multò magis animam esse oportet informem, si omni carere debet obstaculo, quod forsitan impedire possit, ne ab ipsa omnium prima natura illustretur, & impleatur ad votum. Si res ita se habet, operæpretium est animum ab omnibus exteris segregatum, ad intima penitus se conuertere, neque ad externum aliquid reuocari, sed iam omnia nescientem, & antea quidem af-
F fectione, tunc verò etiam speciebus, nescientē quoque seipsum cotemplationi illius incumbere, eique familiariter inhærere: ac deinde quasi satis iam conuersatum si possit accedere nuntium, consuetudinem illam alijs præterea declarantem. Qua forsan & Minos quandoque fretus præcipuè colloquio Iouis familiaris est habitus. Cuius sanè colloquij memor

leges ad illius similitudinem condidit, diuino videlicet illo cōmertio ad condendas leges instructus. Forsan verò animus aliquis ciuiles institutiones diuina familiaritate minus dignas existimarit, si in excelsis perseuerare maluerit. quod quidem illi qui quamplurimum est intuitus ritè videtur accidere. Inquit ergo, Deū extra nullum esse, sed inesse omnibus minimè cognoscentibus: ipsi namque fugiunt extra Deū, imò verò extra seipsos. Meritò igitur quem fugiunt, apprehendere nequeunt. Et qui seipsos iam perdiderunt, alium indagare non valent. Atqui & filius furore quodam extra se positus, non agnoscet patrem: qui verò seipsum didicerit, etiam vnde sit, iure cognoscet.

A ποιούμενος ὁ ἀριστὴς τοῦ διὸς ἐφημίσθη εἶναι. ἧς μεμνημένος, εἴδωλα αὐτῆς τοὺς νόμους ἐτίθει. τῇ τοῦ θείου ἐπαφῇ, εἰς νόμων πληρούμενος θέσιν. ἢ καὶ τὰ πολιτικὰ οὐκ ἄξια αὐτοῦ νομίσασα, εἰ ἐθέλει μένειν ἄνω. ὅπερ καὶ τῷ πολὺ ἰδόντι, γένοιτ' ἂν πάθημα. οὐδενὸς φησίν ἐστιν ἔξω ἀλλὰ πᾶσι σύνεστιν οὐκ εἰδόσι. φεύγουσι γὰρ αὐτοὶ, αὐτοῦ ἔξω. μᾶλλον δὲ αὐτῶν ἔξω. οὐ δύνανται οὖν ἑλεῖν, ὃν πεφεύγασιν. οὐδ' αὐτοὺς ἀπολω-
B λεκότες, ἄλλον ζητεῖν. οὐδὲ γε παῖς αὐτοῦ ἔξω ἐν μανίᾳ γεγενημένος, εἰδήσει τὸν πατέρα: ὁ δὲ μαθὼν ἑαυτὸν, εἰδήσει καὶ ὁπόθεν.

Accessus ad Deum. Cap. VIII.

Deus est tanquam indiuiduum & immobile centrum vniuersi, à quo & ad quod omnia pendent. Similiter intellectus diuini animiq; intellectuales inde creati sua quædam habent centra, id est, vnitates essentiales intellectu superiores. In intellectibus ergo diuinis præter eiusmodi centrum extat orbis vnus, id est proprius intellectus: in anima verò vltra centrum suum sunt tres orbes, intellectus, ratio, imaginatio. Centrum quidē semper copulatū est cū vniuersi centro. Intellectualis orbis perpetuò reuoluitur circa idem: orbis autē rationalis atq; imaginalis aliquādo circa centrum suum atque diuinum voluitur, aliquando quasi frangitur, & per obliquum declinat ad alia. Interea dum similem brutis vitam agimus ratione ad Deum non conuersi intellectu, saltem clam reuoluimur circa Deum. Restat quinetiam affectus quidam in ratione stimulis quandoque suis reuocaturus ad Deum: cui quando penitus copulamur, quoniam per vnitatem essentialem illi iungimur, interius longè pleniusq; fruimur, quàm qui re quauis cognoscendo potitur. Probabile verò est eiusmodi copula nos coniunctos inde minimè discessuros. Copula verò est arctissima, quando incorporeum incorporeo iungitur, si modò alterum eorum formalem diuersitatē iam deposuerit, per quam vtique solam discrepabat ab altero.

SI quis igitur animus seipsum alio quodam tempore nouerit, agnoueritq; motum eius nō esse rectum, nisi forsan quādo aliquam patitur fractionem, naturalem verò motum esse tanquam circularem circa aliquid, non exteinum quidem, sed circa cētrū: cētrū aūt id esse, à quo circulus proficiscitur, is pfectò circa hoc ipsū à quo extat, mouebitur: atq; ad id se vndiq; cōferēs, ipsum ad illud penitus applicabit, ad quod animas omnes se cōferre decebat. Feruntur aūt illuc Deorū animę semper: & iccirco Dij sunt, quoniā ferūtur ad illud: Deus enim est quicqd est illi cōiunctū. Quod aūt procul distat, homo est, inq̄ homo multiplex atq; brutū. Quod igitur est velut animæ cētrū, num hoc ipsum est, quod est studiosè quæsitū? Sed profectò aliud quiddā esse cēsendū, in quod oīa quasi cētra cōcurrūt. Meminisse verò oportet appellationem centri huius & circuli secundum quandam analogiæ comparationem hic adduci. Anima enim non sic est circulus, vt figura: sed quoniā in ea & circa eā est antiqua præcipuaq; natura. Atq; à tal quodā anima pendet, magisque etiā quando totus est animus separatus. Nūc verò postquam pars aliqua nostri corpore mergitur, perinde ac si quis in aqua pedes haberet, reliquo autem corpore superet aquā, nimirum eo ipso quòd corpore non est submersum erecti sublimius, per nostrū centrū cū ipso velut omnium centro coniungimur: sicut sæpe solemus circulorum multorum centra, circūfusæ & continentis sphęræ centro prorsus affigere. Si igitur animorum orbes corporei essent orbes, certè quadā conditione loci, communi inniterētur centro, & circa eiusmodi centrū alicubi sitū, orbes animi voluerētur. Quoniā verò & animę ipsę intelligibiles sūt, & illud est intellectu

C Εἴ τις οὖν ψυχὴ οἶδεν ἑαυτὴν τὸν ἄλλον χρόνον, καὶ οἶδεν ὅτι ἡ κίνησις αὐτῆς οὐκ εὐθεῖα. ἀλλ' ἢ ὅταν κλάσιν λάβῃ, ἡ δὲ κατὰ φύσιν κίνησις οἵα ἡ ἐν κύκλῳ περί τι οὐκ ἔξω, ἀλλὰ περὶ κέντρον τὸ δὲ κέντρον ἀφ' οὗ ὁ κύκλος, κινήσεται περὶ τοῦτο ἀφ' οὗ ἐστὶ. καὶ τούτου ἀναρτήσεται, συμφέρουσα ἑαυτὴν πρὸς τὸ αὐτὸ, πρὸς ὃ ἐχρῆν μὲν πάσας. φέρονται δὲ αἱ θεῶν ἀεὶ. πρὸς ὃ φερόμεναι, θεοί εἰσι. θεὸς γὰρ τὸ ἐκείνῳ
D συνημμένον. τὸ δὲ πόῤῥω ἀφιστάμενον, ἄνθρωπος ὁ πολὺς, καὶ θηρίον. τὸ οὖν τῆς ψυχῆς οἷον κέντρον, τοῦτό ἐστι τὸ ζητούμενον. ἢ ἄλλο τι δεῖ νομίσαι εἰς ὃ οἷον πάντα κέντρα συμπίπτει. καὶ ὅτι ἀναλογίᾳ * τὸ κέντρον τοῦδε τοῦ κύκλου. οὐδὲ γὰρ οὕτω κύκλος ἡ ψυχὴ, * καὶ τὸ σχῆμα. ἀλλ' ὅτι ἐν αὐτῇ καὶ περὶ αὐτὴν ἡ ἀρχαία φύσις. καὶ ὅτι ἀπὸ τοιούτου, καὶ ἔτι μᾶλλον. καὶ ὅτι χωρισθεῖσαι ὅ-
E λαι νῦν δὲ * ἐπὶ μέρος ἡμῶν κατέχεται ὑπὸ τοῦ σώματος, οἷον εἴ τις τοὺς πόδας ἔχει ἐν ὕδατι, τῷ δ' ἄλλῳ σώματι ὑπερέχοι. τῷ δὴ μὴ βαπτισθέντι τῷ σώματι ὑπεράραντες, τούτῳ συνάπτομεν κατὰ τὸ ἑαυτῶν κέντρον, τῷ οἷον πάντων κέντρῳ. καθάπερ τῶν μεγίστων κύκλων τὰ κέντρα, τῷ τῆς σφαίρας τῆς περιεχούσης κέντρῳ ἀναπαυόμενοι. εἰ μὲν οὖν σωματικοὶ ἦσαν
F οὐ ψυχικοὶ κύκλοι, τοπικῶς αὐτῷ κέντρῳ συνῆπτον, καί που κειμένου τοῦ κέντρου, περὶ αὐτὸ ἂν ἦσαν. ἐπεὶ δὲ αὐταί τε αἱ ψυχαὶ νοηταὶ ὑπὲρ νοῦν τε

* τοῦ κύκλου
* ὡς τὸ σχῆμα
* ἐπεὶ

superi-

ἐκεῖνο, δυνάμεσιν ἄλλαις ᾗ πέφυκε τὸ νοοῦν πρὸς τὸ κατανοούμενον συνάπτειν, οἰητέον τὴν συναφὴν γίνεσθαι. καὶ πλεόν, ὡς τὸ νοοῦν παρεῖναι, ὁμοιότητι καὶ ταυτότητι. καὶ συνάπτειν τῷ συγγενεῖ, οὐδενὸς διείργοντος. σώμασι μὲν γὰρ σώματα κωλύεται κοινωνεῖν * ἀλλήλοις. τὰ δὲ ἀσώματα, σώμασιν οὐ διείργεται. οὐδ᾽ ἀφέστηκε τοίνυν ἀλλήλων τόπῳ ἑτερότητι δὲ καὶ διαφορᾷ. ὅταν οὖν ἡ ἑτερότης μὴ παρῇ, ἀλλήλοις τὰ μὴ ἕτερα πάρεστιν. ἐκεῖνο μὲν οὖν μὴ ἔχον ἑτερότητα, ἀεὶ πάρεστιν. ἡμεῖς δὲ ὅταν μὴ ἔχωμεν, κἀκεῖνο μὲν ἡμῶν οὐκ ἐφίεται, ὥστε περὶ ἡμᾶς εἶναι. ἡμεῖς δὲ ἐκείνου, ὥστε ἡμεῖς περὶ ἐκεῖνο. καὶ ἀεὶ μὲν περὶ αὐτὸ, οὐκ ἀεὶ δὲ εἰς αὐτὸ βλέπομεν. ἀλλ᾽ οἷον χορὸς ἐξάδων. καί περὶ ἔχον περὶ τὸν κορυφαῖον, τραπείη ἂν εἰς τὸ ἔξω τῆς θέας. ὅταν δὲ ἐπιστρέψῃ, ᾄδει τε καλῶς καὶ ὄντως περὶ αὐτὸν ἔχει. οὕτω καὶ ἡμεῖς. ἀεὶ μὲν περὶ αὐτοῦ. καὶ ὅταν ᾖ, λύσις ἡμῖν παντελὴς ἔσται.* καὶ οὐκ ἔτι ἐξόμεθα. οὐκ ἀεὶ δὲ εἰς αὐτὸν, ἀλλ᾽ ὅταν εἰς αὐτὸν ἴδωμεν, τότε ἡμῖν τέλος καὶ ἀνάπαυλα. καὶ τὸ μὴ ἀπᾴδειν χορεύουσιν ὄντως περὶ αὐτὸν χορείαν ἔνθεον.

* ἄλλοις

* καὶ οὐκ ἔτι ἐσόμεθα

A superius, existimandum est alijs quibusdam viribus, qua videlicet ratione intelligens ad id quod intelligitur naturaliter admoueri potest, copulam eiusmodi confici: atque etiam propinquius quàm intelligens adesse similitudine & identitate (vt ita dixerim) quadam, cognatoq; copulari nullo interim seiungente. Corpora enim propter corpora coniungi alijs prohibentur: at incorporea corporum obstaculo disiungi non possunt. Non igitur loco inter se incor- B porea distant, sed alteritate potius & differentia quadam. Quando igitur diuersitas hæc, & (vt ita loquar) alteritas abest, tūc quæ propterea diuersa nō sūt, sibi inuicē adsunt. Illud sanè cum nullam in se admittat diuersitatem, semper adest: nos autē tunc præsentes illi sumus, quando diuersitatem nullam prorsus habemus. Illud rursus nō appetit nos, vt inde circa nos versari cogatur: at nos illud appetimus, ideoque circa illud ipsi versamur. Iam verò sem- C per reuoluimur circa idem, non tamen assiduè aspicimus ipsum: sed quemadmodum cantantium chorus, quamuis circa summum ducem se reuoluat, diuerti tamen alicui potest ab ipso ducis aspectu, atque dissonare: sed quando ad ipsum vertitur, rectè admodum concinit, ac circa ipsum tunc se reuera cōuertit: ita & nos semper reuoluimur circa Deum, etiam quando inde soluemur omnino, neque illum vlterius cognoscemus. Non tamen in ipsum semper conuertimur, sed quando in eum prorsus inspicimus, tunc deniq; nobis finis optatus requiesq; cōtingit: neque amplius dissonamus, dum scilicet diuinum reuera chorum agimus circa illum.

Beatitudo animæ contemplantis Deum. Cap. IX.

Sicut omnia bona sunt à primo bono, sic omnis amor ad quodcunque bonum feratur, accensus est naturaliter ab eodem. Amor ergo noster cum in nullis vsquam bonis quiescat velut fine, pro fine vbi sit quieturus habet idem bonum, quod habuit & principium. Quemadmodum verò appetitus ad bonum naturaliter incitatur, sic & fruitionē exigit naturalem: non imaginalem tantum, & in cognitione quadam sola positam, sed re ipsa naturam nostram intus afficientem: quod quidem in sensibus apparet, & corpore. Multò magis primi boni fruitio naturalis essentialisq; nobis euadere debet, nec per modum intelligentiæ simplicis, sed naturæ: vbi fruitio tanto sit penetrantior in medullas quàm intelligentia, quanto intelligentia solet obiectum profundius penetrare quàm sensus. Igitur frui Deo non tam est videre quàm tangere, nec id quidem extrinsecus, sed penitus illabi, ac diuinitus affici, efficiq; Deū sicut qui & alimento vescitur, tandem efficitur alimentum, vel fortè vicissim. Sed ô Plotine, postquam ista concesseras, consequenter & concessurus eras, animam in Deum iam translatam inde non discessuram: & animā quæ naturaliter apta est, vt actu intimo conuertatur in Deum, fiatq; Deus, non esse aptā, vt motu proprio aliquando transferatur in brutum.

Ἐν δὲ ταύτῃ τῇ χορείᾳ, * καθαρὰν πηγὴν μὲν ζωῆς, πηγὴν δὲ νοῦ, ἀρχὴν ὄντος. ἀγαθοῦ αἰτίαν ῥίζαν ψυχῆς. οὐκ ἐκχεομένων ἀπ᾽ αὐτοῦ. εἶτ᾽ ἐκείνων ἐλαττούντων. οὐ γὰρ ὄγκος, ἢ φθαρτὰ ἂν ἦν τὰ γεννώμενα. νῦν δέ ἐστιν ἀΐδια. ὅτι ἡ ἀρχὴ αὐτῶν ὡσαύτως μένει. οὐ μεμερισμένη εἰς αὐτά, ἀλλ᾽ ὅλη μένουσα. διὸ κἀκεῖνα μένει. οἷον εἰ μένοντος ἡλίου, καὶ τὸ φῶς μένει. οὐ γὰρ ἀποτετμήμεθα. οὐ δὲ χωρίς ἐσμεν, εἰ καὶ παρεμπεσοῦσα ἡ σώματος φύσις, πρὸς αὐτὴν ἡμᾶς εἵλκυσεν. ἀλλ᾽ ἐν πνέομεν καὶ σωζόμεθα, οὐ δόντος, εἶτα ἀποστάντος ἐκείνου. ἀλλ᾽ ἀεὶ χορηγοῦντος, ἕως ἂν ᾖ, ὅπερ ἐστί. μᾶλλον μέντοι ἐσμὲν νεύσαντες πρὸς αὐτό. καὶ τὸ εὖ ἐνταῦθα, τὸ πόρρω εἶναι μόνον, καὶ ἧττον εἶναι. ἐνταῦθα καὶ ἀναπαύεται ψυχή. καὶ

* καθορᾷ

D IN hoc autem choro inspicit vitæ fontem, fontē mētis, entis ipsius principiū, boni causam, radicē animæ: quæ quidē non ita ex Deo effluunt, vt eum comminuant. Non enim moles est Deus: alioquin inde genita corruptibilia forent. Nunc verò sempiterna sunt, quoniam eorum principium eodem se modo semper habet, neque in illa diuiditur, sed permanet integrum, dum producit. Quamobrem illa quoque permanent, velut si Sole manente, permaneret E & lumen. Iam verò neq; nos inde seiuncti sumus, neq; seorsum viuimus, quāuis natura corporis incidēs nos traxerit ad seipsam. Simul enim afflamur inde, atque seruamur: non adeò tamē, vt ille quidē nobis tradiderit, deinde tamē distet à nobis: sed cōtinuè largiatur: quaten⁹ hoc ipsū quod est, perseuerat, imò verò quaten⁹ ad illū ipsi vergim⁹: hic pfectò bonū cōsistit nostrum: hinc procul abesse nihil aliud est, quàm esse min⁹: hic anima requiescit: hic tātum

animus à malis est liber, postquam in locum à malis recurrerit liberum: hic verè intelligit, nec vllis est obnoxius passionibus: hic solùm viuere reuera contingit. Quod enim nunc viuere dicitur sine Deo, vestigium vitæ est supernam imitans vitam: illic autem viuere, mentis est actus. Actus autem Deos quoque generat, dum attingit Deum tactu quodam occulto atque tranquillo. Generat autem pulchritudinẽ, generat & iustitiam, generat ipsam quoq; virtutem. Hæc enim Deo prægnans anima parit: atque id animo principium est, & finis. Principium quidem, quoniam inde procedit: finis autem, quoniam illic eius est bonum, perueniensque illuc ipse hoc ipsum quod erat, euadit. Quod enim hic est, in his quæ versatur, casus est aliquis, atque fuga, alarumq; iactura. Indicat autem illic bonum nostrum consistere, amor ipse ingenitus animo, prout amor coniugatur animis & in scriptis & fabulis: nẽpe quoniam aliud animus est quàm Deus, & tamẽ est ex illo, necessariò amat illum. Iam verò cum ibi viuit, cœlestem habet amorẽ: hic autẽ communis fit atq; vulgaris. Cœlestis enim illic regnat Venus: hic autem vulgaris fit Venus quasi iam (vt ita dicam) adulterata. Est autẽ omnis anima Venus: quod quidem quamuis verbis obscuris indicant natalia Veneris, amorq; simul cũ Venere genitus. Animus ergo in naturali habitu constitutus amat Deum, Deo commisceri desiderãs quasi pulchrã virginitatẽ honesto affectãs amore. Postquam verò in generationẽ lapsus, quibusdam quasi cõnubijs fallitur, amoremq; commutans reportat pro diuino caducũ, tunc quasi à patre seiuncta lasciuit: sed rursus lasciuias humanas exosus, & ab his se castũ eximẽs, ad patrẽ quandoq; reuertitur affectione iam beata potitus. Siquis autem affectionẽ, siue passionem eiusmodi prorsus ignorat, hinc excogitet, ex humanis amoribus id cõiectans, quanta videlicet felicitas æstimetur, re ardẽter amata potiri. Tametsi quę hic à nobis amãtur, mortalia sunt & noxia, & ad imagines quasdã amores ipsi feruntur, ac tandẽ in contrarium transmutantur: quippe cum quod sectati sumus, amandum, siue nobis amatum reuera nõ fuerit, neq; nostrũ bonũ, neq; quod naturaliter exoptamus. Illic autem ipsum reuera viget amatum, qui cũ commisceri licet, fieriq; participem, vereq; prorsus habere: quippe cũ extrinsecus carnibus non regatur. Quisquis autem id nouit, cognouit certè quod loquor. Quemadmodum scilicet anima tunc aliam agit vitam, atq; progrediẽs & iam progressa, & Deum denique consecuta, planè cognoscit iam prorsus affecta, quòd adsit ipse veræ vitæ largitor. Et profectò nullo illic est opus vlterius: sed contrà, cætera prorsus deponere debet, & in eo solo cõsistere, Deusq; fieri tantũ, reliquis penitus amputatis, quæ circum nobis adhærent. Quãobrẽ hinc emigrare properandũ est, dolẽdumque nobis, quòd aliqua hîc ex parte alligati viuamus, vt toto penitus animo cõplectamur Deũ nihilq; reliqui sit in nobis, quo nõ pariter attingamus. Iã verò in eo viuẽdi statu videre licet Deũ atq; seipsum, queadmodũ fas est videre seipsum quidẽ illuminatũ, intelligibili iam lumine plenũ: imò verò

A κακῶν ἔξω, εἰς τὸν τῶν κακῶν καθαρὸν τόπον ἀναδραμοῦσα. καὶ νοεῖ ἐνταῦθα, καὶ ἀπαθὴς ἐνταῦθα, καὶ τὸ ἀληθῶς ζῆν ἐνταῦθα. τὸ γὰρ νῦν καὶ τὸ ἄνευ θεοῦ, ἴχνος ζωῆς ἐκείνην μιμουμένου· τὸ δὲ ἐκεῖ ζῆν. ἐνέργεια μὲν νοῦ. ἐνέργεια δὲ, καὶ γεννᾷ θεοὺς, ἐν ἡσύχῳ τῇ πρὸς ἐκεῖνο ἐπαφῇ. γεννᾷ δὲ κάλλος, γεννᾷ δικαιοσύνην, γεννᾷ ἀρετήν. ταῦτα γὰρ κύει ψυχὴ, πληρωθεῖσα θεοῦ. καὶ τοῦτο αὐτῇ, ἀρ-

B χὴ καὶ τέλος. ἀρχὴ μὲν, ὅτι ἐκεῖθεν: τέλος δὲ, ὅτι τὸ ἀγαθὸν ἐκεῖ καὶ ἐκεῖ γενομένη, γίνεται αὐτὴ καὶ ὅπερ ἦν. τὸ γὰρ ἐνταῦθα καὶ ἐν τούτοις, ἔκπτωσις καὶ φυγὴ, καὶ πτερορρύησις. δηλοῖ δὲ ὅτι τἀγαθὸν * ἐκεῖνο. καὶ ὁ ἔρως ὁ τῆς ψυχῆς, ὁ σύμφυτος, * ἐκεῖ
καθὸ καὶ συνέζευκται ἔρως ταῖς ψυχαῖς, καὶ ἐν γραφαῖς καὶ ἐν μύθοις. ἐπεὶ γὰρ ἕτερον θεοῦ ἐκείνη, ἐξ ἐκείνου δὲ ἐρᾷ, αὐτοῦ ἐξ ἀνάγκης, καὶ οὖσα ἐκεῖ, τὸν οὐράνιον ἔρωτα ἔχει. ἐνταῦθα δὲ,

C πάνδημος γίνεται. καὶ γάρ ἐστιν ἐκεῖ ἀφροδίτη οὐρανία. ἐνταῦθα δὲ γίνεται πάνδημος οἷον ἑταιρισθεῖσα. καὶ ἔστι πᾶσα ψυχὴ, ἀφροδίτη. καὶ τοῦτο αἰνίττεται καὶ τὰ τῆς ἀφροδίτης γενέθλια, καὶ ὁ ἔρως ὁ μετ' αὐτῆς γενόμενος. ἐρᾷ οὖν κατὰ φύσιν ἔχουσα * ψυχὴν θεοῦ, ἑνωθῆναι θέ- * ψυχὴ θεοῦ
λουσα ὥσπερ παρθένος καλοῦ πρὸς καλὸν ἔρωτα. ὅταν δὲ εἰς γένεσιν ἐλθοῦσα οἷον μνηστείαις ἀπατηθῇ, ἄλλον δεξαμένη θνητὸν ἔρωτα, ἐρη-

D μίᾳ πατρὸς ὑβρίζεται· μισήσασα δὲ πάλιν τὰς * ἐνταῦθα ὕβρεις, ἁγνεύσασα τῶν τῇδε, πρὸς * ἐντεῦθεν
τὸν πατέρα αὖθις στελλομένη, εὐπαθεῖ. καὶ οἷς μὲν ἄγνωστόν ἐστι τὸ πάθημα τοῦτο * ἐνταῦθα ἐν- * ἐντεῦθεν
θυμείσθω ἀπὸ τῶν ἐνταῦθα ἐρώτων, οἷόν ἐστι τυχεῖν, ὧν τις μάλιστα ἐρᾷ. καὶ ὅτι ταῦτα μὲν τὰ ἐρώμενα, θνητὰ καὶ βλαβερὰ, καὶ εἰδώλων ἔρωτες. καὶ μεταπίπτει ὅτι οὐκ ἦν τὸ ὄντως ἐρώμε-

E νον. οὐδὲ τὸ ἀγαθὸν ἡμῶν. οὐδ' ὃ ζητοῦμεν. ἐκεῖ δὲ τὸ ἀληθινὸν * ὡς ἐρώμενον, ὃν ἔστι καὶ * ἐρώμενον
συνεῖναι, μεταλαβόντα αὐτοῦ καὶ ὄντως ἔχοντα. οὐ περιπτυσσόμενον σαρξὶν ἔξωθεν. ὅστις δὲ εἶδεν, οἶδεν ὃ λέγω, ὡς ἡ ψυχὴ ζωὴν ἄλλην ἴσχει τότε. καὶ προϊοῦσα. καὶ ἤδη προσελθοῦσα, καὶ μετασχοῦσα αὐτοῦ, ὥστε γνῶναι διατεθεῖσαν, ὅτι πάρεστιν ὁ χορηγὸς ἀληθινῆς ζωῆς, καὶ δεῖ οὐ-

F δενὸς ἔτι. τοὐναντίον δὲ ἀποθέσθαι τὰ ἄλλα δεῖ, καὶ ἐν μόνῳ στῆναι τούτῳ. καὶ τοῦτο γενέσθαι μόνον, περικόψαντα τὰ λοιπὰ ὅσα περικείμενα. ὥστε ἐξελθεῖν σπεύδειν * ἐνταῦθα. καὶ ἀγα- * ἐντεῦθεν
νακτεῖν ἐπὶ θάτερα δεδεμένους, ἵνα τῷ ὅλῳ αὐτῶν περιπτυξώμεθα, καὶ μηδὲν μέρος ἔχοιμεν, ᾧ μὴ ἐφαπτόμεθα θεοῦ. ὁρᾶν δή ἐστιν ἐνταῦθα κἀκεῖνον καὶ ἑαυτὸν, ὡς ὁρᾶν θέμις. ἑαυτὸν μὲν, ἠγλαϊσμένον. φωτὸς πλήρη νοητοῦ μᾶλλον δὲ

φῶς αὐτὸ καθαρὸν, ἀβαρῆ, κοῦφον, θεὸν γενόμενον μᾶλλον δὲ, ὄντα. ἀναφανέντα μὲν, τότε. εἰ δὲ πάλιν βαρύνοιτο, ὥσπερ μαραινόμενον.

A verò lumen ipsum purum, leue, sublime, Deũ tunc effectum, imò verò iam existẽtem, tunc quidem accẽsum. Sin autem grauatus animus rursus inde labatur, iam quasi rursus extinctũ.

Fruitio Dei. Cap. X.

Animus absoluta tandem præparatione Deo quàm proximus ex infinito bono virtutem attrahendi infinitam prorsus habente, amorem erga ipsum concipit infinitum: vtrinque igitur adeò transformatur in Deum, vt intuenti mox non vt animus iam occurrat, sed vt Deus: quemadmodum si aer attenuetur in lumen, quod iam fortè ab initio cõtigit igni. Hinc illud Pauli nostri: Qui adhæret Deo, vnus fit spiritus. Concessit quidem Plotinus intellectum nostrum Deo semel potitum, nunquam inde diuerti. Concedit & rationem conuerti ad intellectum, quando discursione deposita, argumentatio in ea iam subitò fit intuitus. Concessurus erat & rationem ibi perpetuò contueri, præsertim à corpore penitus absolutam, quod & hic inter loquendum tetigisse videtur.

ΠΩ͂Σ οὖν οὐ μένει *ἐκεῖνο; ἢ ὅτι μήπω ἐξελήλυθεν ὅλως. ἔσται δὲ ὅτε καὶ τὸ συνεχὲς ἔσται τῆς θέας, οὐκ ἔτι ἐνοχλουμένῳ, οὐδὲ μίαν ἐνόχλησιν τοῦ σώματος. ἔστι δὲ τὸ ἑωρακὸς, οὐ τὸ ἐνοχλούμενον, ἀλλὰ τὸ ἄλλο. ὅτε τὸ ἑωρακὸς, ἀργεῖ τὴν θέαν. οὐκ ἀργοῦν τὴν ἐπιστήμην τὴν ἐν ἀποδείξεσι καὶ πίστεσι. καὶ τῷ τῆς ψυχῆς διαλογισμῷ. τὸ δὲ ἰδεῖν καὶ τὸ ἑωρακὸν ἔστιν, οὐκ ἔτι λόγος, ἀλλὰ μεῖζον λόγου. καὶ πρὸ λόγου. καὶ ἐπὶ τῷ λόγῳ, ὥσπερ καὶ τὸ ὁρώμενον. ἑαυτὸν μὲν οὖν ἰδὼν * τότε ὁρᾷ, ὅτε τοιοῦτον ὄψεται. μᾶλλον δὲ αὐτῷ τοιούτῳ συνέσται. καὶ τοιοῦτον αἰσθήσεται ἁπλοῦν γενόμενον. τάχα δὲ, οὐδὲ ὄψεται λεκτέον. τὸ δὲ ὀφθὲν εἴπερ δεῖ δύο ταῦτα λέγειν, τό, τε ὁρῶν καὶ τὸ ὁρώμενον. ἀλλὰ μὴ ἓν ἄμφω τολμηρὸς μὲν ὁ λόγος. τότε μὲν οὖν οὔτε ὁρᾷ.* οὔτε διακρίνει ὅ, τε ὁρῶν· οὐδὲ φαντάζεται δύο. ἀλλ' οἷον ἄλλος γενόμενος, καὶ οὐκ αὐτὸς. οὐδ' αὐτοῦ συντελεῖ ἐκεῖ. κἀκείνου γενόμενος, *ἔνεστιν ὥσπερ κέντρῳ κέντρον συνάψας. καὶ γὰρ ἐνταῦθα συνελθόντα, ἕν ἐστι. τότε δύο, ὅταν χωρίς. οὕτω καὶ ἡμεῖς, νῦν λέγομεν ἕτερον. διὸ καὶ δύσφραστον τὸ θέαμα. πῶς γὰρ ἂν ἀπαγγείλειέ τις ὡς ἕτερον, οὐκ ἰδὼν ἐκεῖνο, ὅτε ἐθεᾶτο ἕτερον, ἀλλὰ ἓν πρὸς ἑαυτόν;

*ἐκεῖ

*τότε ὅτε ὁρᾷ, τοιοῦτον ὄψεται

*οὔτε διακρίνει ὁρῶν

*ἕν ἐστιν

B CVR nam igitur animus ibi non permanet? profectò quoniã nondum hinc emigrauit omnino. Erit autem & quando dabitur continuitas intuendi, cũ scilicet corpus nullo modo intuitũ perturbabit. Est autẽ qui vidit, non quod propriè perturbatur, sed aliud quiddam. Atqui & ipse qui videbat, tunc præcipuè vacat à visione, quando ab ea non vacat scientia, quæ in demonstrationibus coniecturisque, & ratio
C nis discursione versatur: ipsum verò quod est videre & ipse videns, non vlterius ratio quædã est, sed quiddam excellentius ratione, rationẽque antecedens. atque si quo modo in ratione sit, est ibi potius tanquam visum. Quisquis igitur seipsum videt, certè dum videt, se inspicit sic affectum: imò verò sibi sic disposito cohærebit, talemque persentiet, simplicem iam prorsus effectum. Forsan verò neque videre dicẽdum, sed fieri potius ipsum visum. Siquidem
D hæc duo quædam esse putandum, scilicet vidẽs atque visum, neq; vtraq; vnum: tametsi sermo hic videtur audentior. Tunc sanè neque propriè videt, neque tanquam videns ipse discernit, neque duo quædã imaginatur: sed animus tunc tanquam factus iam alius, neque ipse vlterius, neque sui duntaxat illuc se confert, eiq; se dedit, factusque totus illius, euadit protinus vnum tanquam centrum cum centro coniun-
E gens. Hic etenim concurrentia vnum fiunt, tunc verò sunt duo, quando inter se disiunguntur. Sic & nos nunc dicimus alterum. Quamobrem spectaculum hoc dictu admodum difficile est. Quo enim pacto pronunciabit quispiam tanquam alterum, quod dum videret, non videbat vt alterum, sed secum penitus vnum?

Fruitio Dei. Cap. XI.

Virtute ipsius vnius vbique fit vnio: nec aliam ob causam similiora inuicem facilius vniuntur, quàm quoniam in qualitate sunt vnum. Animus ergo cum ipso principio rerum vno tunc demum vnitur arctissimè, quando ipse potissimum in se fit vnum: id autem efficitur, quando exutus multitudinem quæ ad imaginationem, rationem, intelligentiam pertinet, euadit sola sua vnitas, atque hac ipsa per amatorium affectum fruitur vnitate diuina, centrum ita suum cum centro copulans vniuersi. Plotinus animum sic affectum asserit intellectualem formam suam transtulisse ad vnitatem: rursusq; rationalem formam ad intellectualem similiter transtulisse. Hinc igitur concessurus erat rationalem pro intellectuali iam habendam, atque hanc sicut & illam ibidem perpetuò permansuram: præsertim quũ dicat animũ in statu illic immobili constitutũ euasisse quasi iam statũ, ac ne dum naturã mobilẽ, sed ipsam quoq; primã essentiã transcendisse, vbi finẽ motibus faciat & laboribus. Nos certè Magnanime Laurenti laboribus in Plotinum nostris finem addiuuante Deo nunc imponimus: sic Deum omnipotentem suppliciter adorantes.

Gratias tibi agimus summe Deus, illuminator mentium, auctorq; bonorum, quòd nobis præter meritũ ad absoluendũ opus tantùm tua gratia vires suppeditasti. Da precor clemẽtissime Deus verã Lectori pio prosperitatẽ: infunde præterea lumẽ, quo vera passim discernat à falsis, ne vsquã vel meditando, vel agendo à tua voluntate dissentiat.

HOC igitur myſteriorum talium inſtitutio indicat, vbi vetat, id hominibus nondum initiatis expiatiſque patefacere. Nempe tanquam non liceat explicare, vetuit quod diuinum eſt alteri cuiquam aperire, niſi duntaxat illi, cui & videre contigerit. Quoniam igitur duo non erant, ſed ipſe videns, cum eo quod videbatur erat vnum, tanquam non eſſet propriè viſum aliquid, ſed vnitum, ſi quando qui id euaſerat, dum illi prorſus commiſceretur, huius fortè reminiſcatur, habebit quidem penes ſeipſum illius imaginem. Erat autem & ipſe vnum, nullam in ſe ad ſe ipſum differentiam habens, neque rurſus quantum ad cætera pertinet. Non enim apud eum aliquid mouebatur: nō ira, nō appetitus inerat alicuius animo iam ad excelſa profectò: ſed neq; ratio, neque intelligentia quædam, neque omnino & ipſemet (ſi modò id dictu fas eſſe cenſetur) ſed tanquam raptus, ſiue Deo penitus occupatus in tuto quodam ſeceſſu, habituque tranquillo prorſuſque immobili iam conſtitutus eſt, ab eſſentia ſua nullo modo declinans, neque etiam circa ſeipſam ſe reflectens, quippe cùm penitus conquieſcat, & quaſi ipſe iam ſtatus euaſerit. Iam verò neque uerſatur vlterius circa pulchrum, ſed ipſam pulchritudinem iam tranſcendit. Ipſum quoque virtutum iam ſuperans chorum: perinde ac ſiquis ſacri cuiuſdam adyti penetralia iam ingreſſus ſtatuas omnes in templo diſpoſitas à tergo relinquat, quæ quidē egreſſuro mox ex adyto, primę rurſus occurrūt poſt ſpectaculū illud intimum. Poſt quæ ipſum commertium non ad ſtatuas, non ad imagines habitum, ſed ad ipſum potius, quod ſtatuæ, quod imagines repræſentant: quæ profectò ſpectacula quædam ſequentia iudicanda ſunt. Ipſum verò forſan non eſt ſpectaculum iudicandum: ſed ratio quædam illic eſt videndi diuerſa. Exitus videlicet aliquis è ſeipſo, & diffuſio quædam profectuſque mirificus, ſtudiumque tangendi, & denique quies. Omniſque illic excogitatio ad copulam prorſus annititur, ſi quis modò quod eſt in penetrali perſpiciat. Qui verò proſpicit aliter, nihil inde reportat. Sapientes igitur Prophetarum imitationes eiuſmodi diuinorum obſcuris inuoluunt, indicantes qua ratione Deus ille cernatur: Sapiens verò ſacerdos myſterium explicans inuolutum, adytumque ingreſſus, contemplationem ibi veram aſſequitur: qui ſi nondum ingreſſus fuerit, tunc adytum ipſum rem quandam exiſtimans inuiſibilem, & fontem, atque principium, cognoſcet admodum vt principium. At verò illuc ingreſſus, principium ipſum videt, eique coniungitur, ſimilique ſimile percipit, nullum negligens diuinorum, quotcunque animus conſequi poſſit. Iam verò ante viſionem ipſam, quod viſioni reliquum eſt, deſiderat. Ei verò qui omnia iam tranſcendit, reliquum eſt ipſum, quod omnia ſuperat. Non enim in aliquid omnino non ens, animæ vnquam natura deueniet: ſed lapſa quidem deorſum cadet in malum: atq; ita in nō ens ruere iudicatur, non quia in aliquid omnino non ens præcipitari poſſit. At ſi quando contraria huic inceſſerit via, non in aliud quidem deueniet animus, ſed perueniet in ſeipſum:

A *ΤΟΥ̃ΤΟ δὴ ἐθέλον δηλοῦν τὸ τῶν μυστηρίων τῶνδε ἐπίταγμα, τὸ μὴ ἐκφέρειν *εἰς μὴ μεμυημένα. ὡς οὐκ ἔκφορον ἐκεῖνο ὂν, ἀπεῖπε δηλοῦν πρὸς ἄλλον τὸ θεῖον, *ὅτῳ μὴ τῷ αὐτῷ ἰδεῖν εὐτύχηται. ἐπεὶ τοίνυν δύο οὐκ ἦν. ἀλλ' ἓν ἦν αὐτὸς ὁ ἰδὼν πρὸς τὸ ἑωραμένον, ὡς ἂν μὴ ἑωραμένον, ἀλλ' ἡνωμένον, ὃς ἐγένετο ὅτε ἐκείνῳ ἐμίγνυτο *εἰ μεμόνωτο, ἔχοι ἂν B παρ' ἑαυτῷ ἐκείνου εἰκόνα. ἦν δὲ *ἐνὰς καὶ αὐτὸς, διαφορὰν ἐν αὐτῷ οὐδὲ μίαν πρὸς ἑαυτὸν ἔχων, οὔτε κατὰ ἄλλα. οὐ γάρ τι ἐκινεῖτο παρ' αὐτῷ, οὐ θυμὸς, οὐκ ἐπιθυμία ἄλλου παρῆν αὐτῷ, ἀναβεβηκότι. ἀλλ' οὐδὲ λόγος. οὐδέ τις νόησις. οὐδ' ὅλως αὐτὸς, εἰ δεῖ καὶ τοῦτο λέγειν. ἀλλ' ὥσπερ ἁρπασθεὶς ἢ ἐνθουσιάσας ἡσυχῇ ἐν ἐρήμῳ καταστάσει γεγένηται ἀ- C τρεμεῖ τῇ αὐτοῦ οὐσίᾳ, οὐδαμοῦ ἀποκλίνων. οὐδὲ περὶ αὐτὸν στρεφόμενος, ἑστὼς πάντη καὶ οἷον στάσις γενόμενος, οὐδὲ τῶν καλῶν. ἀλλὰ τὸ καλὸν ἤδη ὑπερθέων. ὑπερβὰς ἤδη καὶ τὸν τῶν ἀρετῶν χορὸν, ὥσπερ τις εἰς τὸ εἴσω τοῦ ἀδύτου εἰσδὺς, εἰς τοὐπίσω καταλιπὼν *τὰ ἐν τῷ νῷ ἀγάλματα. *ἃ ἐξελθόντα τοῦ ἀδύτου πάλιν γίνεται, πρῶτα, μετὰ τὸ ἔνδον θέαμα καὶ τὴν ἐκεῖ συνουσίαν. D πρὸς οὐκ ἄγαλμα οὐδ' εἰκόνα, ἀλλ' αὐτό. ἃ δὴ γίνεται δεύτερα θεάματα. τὸ δὲ, ἴσως ἦν οὐ θέαμα· ἀλλὰ ἄλλος τρόπος τοῦ ἰδεῖν. ἔκστασις, καὶ ἅπλωσις, καὶ ἐπίδωσις αὐτοῦ. καὶ ἔφεσις πρὸς ἁφήν. καὶ στάσις. καὶ περινόησις πρὸς ἐφαρμογήν, εἴπερ τις τὸ ἐν τῷ ἀδύτῳ θεάσεται. εἰ δ' ἄλλως βλέποι, οὐδὲν πάρεστι. ταῦτα μὲν οὖν μιμήματα. καὶ τοῖς οὖν σοφοῖς τῶν προφητῶν E αἰνίττεται, ὅπως θεὸς ἐκεῖνος ὁρᾶται. σοφὸς δὲ ἱερεὺς τὸ αἴνιγμα συνιεὶς, ἀληθινὴν ἂν ποιοῖτο ἐκεῖ γενόμενος τοῦ ἀδύτου τὴν θέαν. καὶ μὴ γενόμενος δὲ, τὸ ἄδυτον τοῦτο ἀόρατόν τι χρῆμα νομίσας. καὶ πηγὴν καὶ ἀρχὴν, εἰδήσει ὡς ἀρχὴν, ἀρχὴν ὁρᾷ. καὶ συγγίνεται. καὶ τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον, οὐδὲν παραλιπὼν τῶν θείων, ὅσα δύναται ψυχὴ ἔχειν. F καὶ πρὸ τῆς θέας, τὸ λοιπὸν ἐκ τῆς θέας ἀπαιτεῖ. τὸ δὲ λοιπὸν, τῷ ὑπερβάντι πάντα, τὸ ὅ ἐστι πρὸ πάντων. οὐ γὰρ δὴ εἰς τὸ πάντη μὴ ὂν, ἥξει ἡ ψυχῆς φύσις. ἀλλὰ κάτω μὲν βᾶσα, εἰς κακὸν ἥξει. καὶ οὕτως εἰς μὴ ὂν, οὐκ εἰς τὸ παντελὲς μὴ ὄν. τὴν ἐναντίαν δὲ δραμοῦσα, ἥξει οὐκ εἰς ἄλλο: ἀλλ' εἰς

* τοῦτο γὰρ ἐθέλον δημιουργοῦν
* ὡς μὴ μεμυημένους
* ὅτῳ μὴ ἐξ αὐτῷ ἰδεῖν εὐτύχηται.
* εἰ μεμνῷτο
* ἓν καὶ αὐτὸς
* τὰ ἐν τῷ ναῷ ἀγάλματα
* ἃ ἐξελθόντι

ἑαυτήν. καὶ οὕτως οὐκ ἐν ἄλλῳ οὖσα, ἐν οὐδενί ἐστιν ἀλλ' ἐν αὐτῇ. τὸ δ' ἐν αὐτῇ μόνῃ καὶ οὐκ ἐν τῷ ὄντι, ἐν ἐκείνῳ. γίνεται γὰρ καὶ αὐτός τις οὐκ οὐσία, ἀλλ' ἐπέκεινα οὐσίας, ταύτῃ * καὶ προσομιλεῖ. εἴτις οὖν τοῦτο αὑτὸν γινόμενον ἴδοι, ἔχει ὁμοίωμα ἐκείνου αὑτόν. καὶ εἰ ἀφ' ἑαυτοῦ μεταβαίνει ὡς εἰκὼν πρὸς ἀρχέτυπον, τέλος ἂν ἔχοι τῆς πορείας. ἐκπίπτων δὲ τῆς θέας πάλιν ἐγείρας ἀρετὴν τὴν ἐν αὐτῷ κατανοήσας ἑαυτὸν * ταύταις κεκοσμημένον, πάλιν κουφισθήσεται δι' ἀρετῆς, ἐπὶ νοῦν ἰὼν καὶ σοφίαν, ἐπ' αὐτό. καὶ οὕτω θεῶν καὶ ἀνθρώπων θείων καὶ εὐδαιμόνων βίος, ἀπαλλαγὴ τῶν ἄλλων τῶν τῇδε, βίος ἀνήδονος τῶν τῇδε, φυγὴ μόνου πρὸς μόνον.

* ᾗ προσομιλεῖ

* πάντι κεκοσμημένον

A seipsum: atque ita cùm non sit in alio, non iudicandus est propterea esse prorsus in nullo, sed potius in seipso consistere: esse verò in se solo, neque in ente, nihil aliud est, quàm esse prorsus in Deo. Fit enim & ipse aliquis nō essentia, sed essentia quoque superior, quatenus videlicet Deo se prorsus insinuat. Siquis igitur seipsum quandoque viderit id effectum, habebit vtique seipsum velut quandam illius imaginē. Ac si à seipso pertranseat, tanquam imago ad B exemplar vsque traducta, erit iam finem ipsum itineris consecutus. At si quando à contemplatione ceciderit, rursus virtutem sibi insitam excitans, seipsumque prorsus excultum animaduertens, ad sublimia iterum attolletur, dum videlicet per virtutem procedet in mentem, ac per sapientiam progredietur ad Deum. Hæc igitur est Deorum & hominum diuinorum feliciumque vita, humanas omnino negligens voluptates, fugaque solius ad solum.

ENNEADIS SEXTAE PLOTINI, FINIS.

BASILEÆ,
Ex Officina Petri Pernæ.

Cum Gratia & Priuilegio S. Cæs. Maiest.

CIↃ IↃ LXXX.
Kalend. Iunii.


LVCERNA PEDIBVS MEIS VERBVM TVVM.
P P

INDEX RERVM ET VERBORVM

IN PLOTINI OPERIBVS, ET MARSILII FIcini in eundem commentarijs locupletißimus, quo antea semper caruit diuinus hic autor.

Abraham Auenazara Astrologus 117
Abraham Astrologus 415
accessus & recessus octauæ sphæræ 123
accessus ad Deū præparat 759
accidens in quo substantia ut tertium genus quasi res cōtineat 618
accidens duplex 8
accidentis & substantiæ uicißitudo 622
accidentia alicubi existentia poßint ne alibi esse essentiæ 8
acccidentia substantijs mancipata 622
accidentia quomodo ad essentias reuocentur 8
actus descriptio 275
actus intimi primi entis qui existāt, & quot 612
actus secundus 174
actus infinitus 537
actus omnis motus est 106
actus ubi,& ex quo agi,cogitari debeat 754
actus & potentia contraria sunt 67
actus primus & secundus quid 537
actus duos esse in proceßione 638
actus præcipuus quis 171
actus seu in actu esse quomodo sit apud superos 175
actus ab essentia manans quis 518
actus & in actu esse idem in intelligibili mundo. ibid.
actio animi mundi partim tempore transfigitur,partim non 408
actio ad contemplationem refertur 343
actio secundum cotemplationem quid 347
actio formæ actus 170
actio contemplationis debilitas. 346
actio apud Deum non distinguitur à natura 746
actio fit per formam 236
actio et intelligentia prima quæ 132
actio præstantißima quæ 464
actio & esse ubi differant 218
actio triplex 59
actionem alicuius esse,& circa aliquid aliud uersari 721
actiones cœlestes quomodo fiant 424
actiones & paßiones quò referantur 130
actiones triplices, & quæ priores uel posteriores 431
actiones immateriales 166
actiones ut distribuendæ 228
actiones rerum à propria potius natura,quàm à cœlo 225
actiones rerum propriæ non tollendæ 141
actiones hominum à prouidētia obseruantur 243
actionum diuisio 423
actionum humanarum bonitas & prauitas unde 241
actionum finis cognitio 348
actionum in nobis principia duo 251
actiuorum et uoluptuosorum hominum discrimen 555
acuti cur nam memores plerunque 455
ad Animam demensione liberā quo modo ascēdendum gradatim à natura corporea 762
ad Principium quæ pertineant 763
adesse alterum alteri quot modis cō tingat 311
adoratio omnium sacrificiorum iuxta Platonicos præstātiß. 437
aduersitas bonis exercitatio, malis punitio 240
aduentitia cum rebus ipsis sub eodē genere neutiquam ponēda 594
Adrastiæ oraculum 264
æs Veneri attributum 92
æs cur rubigine conteratur ibid.
aer cur non luceat ibid.
aer terræ participatione non indiget. ibid.
aer in cælum non agit 102
aer triplex 93
aeris utilitas 87
aeris in ignem transmutatio 40
aeris proprietates aliquot 92
aeri quæ astra præsint 93
aeria animalia qualia 278
affinitas cum superis quomodo contrahantur 218
Aegyptij sacerdotes cur rerum figuris ad mysteria significanda usi fuerint 547
æther quid 238
æternitas quid 93. 325
æternitas in quibus à Platonicis collocetur 322
æternitas & æuū idem cum deo 329
æternitas non est subiectum 326
æternitas & æuum ueneranda 319
æternitas simul cum natura 327
æternitas & beatitudo unum 39
æternitatis species duæ 322
æternitatis formalis ratio tria continet 322
æternitatis & temporis discrimen 324
æternitatis & tēporis natura à priscis philosophis deprehensa 225
æteternitatis descriptio 322
æternitatis optima descriptio, folio 327
æternitatis contemplatio quomodo debeat institui 327
æternitatis quomodo simus participes 329
æternitatis & temporis naturā pauci rimantur 315
æternitatis & temporis sensus à natura nobis insitus 325
æternitatem in uno manere quomodo intelligendum apud Platonem 329
æternum quid 325
æternitatis proprium 41
æterni contemplatio 326
æternorum causa 218
æternorum actus & esse idē 218
æternarum substantiarum nulla est aduentitia forma 218
æuum quid 322
æuum unde ductum 328
æui descriptio 336
ætates hominis quib. planetis destinentur 113
agere qualitatis est 154
agens prius non actionem genuisse 731
agentium distinctio 130
agentium series 131
Aimon astrologus 113
albedo quid 181
Albius astrologus 115
Albumasar astrologus 111
Alexādri Aphrodisæi de fato sententia 225
aliquid tale & hoc aliquid quas sub

ſtantias induant 631
alteritas 176
alteritas in motu quid 638
Ammonius Chriſtianus 191
amatoris natura 68
amatorij affectus 43
amor qd ſit, uariæ opiniones 291
amor unde influat animabus 291
amor quatenus materiæ particeps 299
amor Veneris 293
amor cur heros dictus 294
amor dæmon eſt, Platonis ſententia 291
amor eſſentialis 294
amor aſilus 297
amoris principium 291
amoris ortus 292
amoris pater Porus 195
amoris mater Penia 195
amores qui boni uel mali 297
amores ab anima generant 288
amores animæ cuiuslibet 288
amicitiæ quò referendæ 6
amor ille diuinus an ex hoc noſtro rimari poßit 768
amor omnis unde accenſus ad bonũ quolcunq; feratur 767
amoris noſtri principiũ idẽ quod bonum 767
amoris fons & origo 767
amabile nobis quid ſit 724
amabile 749
analogia quid 276
analogica conditio quid 9
analogia omnia contineri cur dicatur 276
Anaxagoræ opinio de principijs rerum naturalium 152
Anaxagoræ dictum quodlibet eſſe in quolibet, quomodo intelligẽdum 545
Anaxagoræ error 91. 161
Anaximenis ſeu Anaximandri falſa de materia opinio 152
angeli corporibus prædιti 295
angeli pulcherimi 148
angelorum agilitas 198
angelorum lapſus 198
angelorum & dæmonum officia diuerſa 128
anguli num in ſphæra fortißimi, folio 112
anguli ſphæræ cæleſtis quatuor. 112
anguſtia & amplitudo quantitatis modi 153
anima quando uel extra fatum, uel ſub fato, uel in fato ſit 221
anima quando fatum ſentiat 221
anima pulchra quæ 221
anima quoq; corpori addicta, et quo modo ſit uniuerſum, tum etiam quomodo media 669
anima quam naturã habeat 457
anima omnis caduca, an aliqua tantum 466
anima noſtra & mundana in quo conueniant 466
anima uegetatiua ubi ſit corpore cõſumpto 495
anima mundi ut inuenienda 549
anima cur circulus 766
anima quõ cognoſcatur 454
anima corporis expers 457
anima quantitatis expers 460
anima ſi corpus ſit, nihil egregium præſtabit 461
anima connectit corpus 457
anima quid, Stoicorum & Epicureorum ſententia 457
anima qua ratione in corpus procedat 466
anima dupliciter ad corpus ſe habet 456
anima intellectualis quomodo infinita 372
